


SACRAE ROTAE ROMANAE DECISIONVM RECENTIORVM PARTIS NONAE VOLVMEN PRIMVM.

Maximè ab Anno MDCXXXX. vsque ad totum Annum MDCXLIV.

Cum Appendice in fine earum Decisionum, quæ in ipsis Decisionibus allegantur in eisdem causis emanatarum, & non dum publici Iuris factarum.

A PAVLO RVBEO I. C. ROMANO
ET IN ROMANA CVRIA ADVOCATO

SELECTARVM, ET NVLLIBI IMPRESSARVM.

CVM ARGVMENTIS, SVMMARIIS, ET INDICIBVS LOCVPLETISSIMIS,

Cum Priuilegijs Pontificijs ad Annos XX. vbiq; Terrarum.







ROMÆ, Ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apostolicæ. M. DC. LXXX.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIO.

Imprimatur, si videbitur Reuerendiss. P. Mag. Sacri Palatij Apostolici.

I. de Angelis Archiepisc. Vrbinat. Vicesg.


Imprimatur,

Fr. Raymundus Capisuccus Sac. Pal. Apost. Mag. Ord. Præd.

SANCTO ANTONINO

ORDINIS PRÆDICATORVM.

SACRAE ROTAE ROMANAE OLIM AVDITORI, ac demum ARCHIEPISCOPO FLORENTINO.



PAVLVS RVBEVS ROMANVS.



DVM præsenti Volumini Mœcenatem quæro, à mortalibus patrocinijs ad vos, *ò Beati Immortalitatis Ciues*, me conuerto, ratus, non posse infęliciter prodire in lucem id, quod radium vestri nominis in fronte præfert. Eo nempe consilio primum mearum Resolutionum Practicabilium, quod de Testamentis inscripsi Volumen, Augustissimæ Virgini MATRI PIETATIS dicatum volui, quòd S. Anselmo fideiussore didiceram, ab ea neminem repelli, imò perire non posse quisquis ad MARIAM accesserit.

Eadem nunc fiducia ad Te, *Archipræsul Sanctissime*, accedo, tuique nominis immortali fulgori istud collectarum à me Sacræ Rotæ Romanæ Decisionum Volumen substerno. Inuitabat tua Pietas, stimulabat ipsummet Operis argumentum: Oracula enim sunt illius præclari Senatus, in quem Astræa terris fugiens, commigrasse videtur. Effata sunt illius Amplissimi, vereque Illustrissimi duodecim Signorum Zodiaci, in cuius lucido gyro Iustitia, Solis instar, fœlici rotatu Mortalibus omnem dispensat Æquitatem.

Ornasti, & tu olim, sideream tanti Circuli rotam, ac veluti Signum Libræ (quacum adhuc apud nos pingeris) in ea consedisti, Causarum momenta ad vltimi scrupuli molestiam examinans, litium ambages in compendium, atque libellum dexterrimè compingens, vt de Te meritò Clemens VII. Pont. Max. §. 26. suæ Decretalis pro tua Canonizatione emanatæ pronunciarit, quòd *Causas ad Te delatas, aut concordia componebas, aut celeri sententia expedire studebas*.

At, cum scires, regulariter loquendo, nisi lis diuturna fuerit, litigantes ad concordiam adigi non posse, §. *fin. Auth. vt litig. ius l. si quis* §. *sed inter. & ibi glos. ff. de vsufruct.* imò nec ad Compromissum, *glos. in l. furti*. §. *iussu*; *& ibi Angel. C. de his qui not. infam.* Vnicum Pietati tuæ restabat celeris sententiæ remedium, ne saltim diuturnitas litium ea quæ solet, tùm priuata, tùm publica damna inueheret. Neminem enim latet solemne axioma, *Comes litis est Miseria*.

Sed à rebus Tibi in Verbo notissimis ad alias propero inferiori nostro Orbi nondum vbique notas.

In

In illa tua ad Florentinum Archiepiscopatum dignissima assumptione quid primum demiret, hæreo; illamne DEI solicitam prouidentiam, quæ talem, ac tantam in domo sua lucernam diutiùs sub modio latere non sustinuit, an tuam humilem modestiam, quæ tanti Candelabri sublimitatem seriò extimuit, an denique cordatam tuam obedientiam, quæ tandem Apostolicis præceptis, minisque adacta tanti ponderis, ac periculi sarcinam admisit? Mortuo Bartholomæo Zabarella vacabat sacerrima apud Florentinos Infula, neque alium expectabat verticem, quàm cui præ cæteris inesset virtutum omnium, totiusque Sanctimoniæ, nec non eximiæ doctrinæ heroica planè celsitudo. Talem suismet ciuibus deligi cupiebant Florentini.

Verum arcanum prouidi Numinis decretum erat, vt non nisi Tu anxio Pontifici in mentem venires, vt tuam ille numeris omnibus absolutissimam, tantoque culmini parem cum prodigiosa literatura Sanctitatem pensitaret attentius, vt denique mirante, ac Probante Eminentissimorum Patrum consessu repente, nonnisi Te ad tanti honoris sacrum fastigium euocaret.

Hìc verò quàm durum profundæ humilitati Tuæ incubuerit certamen, quot illa tibi suggesserit modos declinandi improuisum hunc ictum, quibus illa te stimulis ad obnixum reluctamen, ad fugam, ad inaccessa latibula impulerit, vt quoquo modo euaderes, inuisoque mitræ oneri Te subduceres, nemo te ipso meliùs explicarit?

At vltimò parendum fuit DEO, DEIQ; in terris Vicario; succollandum fuit Pastorali oneri, ad quod ineluctabili vtriusque decreto vocabaris, cessisti humiliter mandato Pontificio, cui iam resistere ampliùs tuta conscientia non poteras. Hic verò Te verè Magnum prædicare incipio ego, non quod Infula staturæ tuæ adiecerit cubitum vnum, sed quod eam sciuisti eadem animi magnitudine admittere, qua ante recusaras, & qui recusando ostenderas te alterum Marcum, Nilamonem, Thomam Aquinatem, admittendo alterum te Martinum, Ambrosium, Gregorium, exhibuisti, quos etiam hic nominasse sufficeret si in Præsulatu reliquum tuę vitæ tenorem enarrandum suscepissem.

Sed hem! quò me abripit immensus tuarum virtutùm Oceanus? Si laudum tuarum mihi scribendus est panegyricus, grandiori quàm isthoc volumine opus erit. Reliquum ergo est Sanctissime Archipræsul, vt hanc meam qualemcumque deuotionis tesseram, ea serenitate benignus à me suscipias, qua adhuc mortalis à vili rusticulo sportam pomis refertam placidissimè acceptasti, dulciterque respondisti.

RETRIBVAT TIBI DEVS.

Parum id quidem videbatur illi rudi homuncioni, qui nummos à Te maluisset, vnde necesse Tibi fuit miraculo erudire ignarum, quid ponderis haberet illa Sancti Pastoris sancta imprecatio, dum iussu tuo allata bilance, pauculisque his verbis chartæ inscriptis apparuit, ea pomis in alteram trutinæ lancem ex opposito coniectis præponderare. Pręponderabit eadem Volumini meo si me illa dignatus fueris, si DEVM mihi munificum Retributorem spoponderis, si apud tremendum Iudicem demeritis meis, tua merita in alteram staterae lancem opposueris.

Præualebunt ista illis, meque sursum attrahent, eò vsque ad tuæ Beatitatis contubernium tandem attollent. Nec alia nunc spe præsentem hunc librum ad libram tuam defero, quàm vt me simul cum illo altissimis tuis patrocinijs supplex inuoluam. Ita nunc Dedicatoriam meam, Antistes gloriosissime, concludo, vtinam sub Nominis tui tutelari vmbra pariter concludam meam viuendi periodum in fœlicissimo experimento illius paræmiæ, quam expirans protulisti, nempè

SERVIRE DEO REGNARE EST.

INDEX ARGVMENTORVM DECISIONVM SACRAE ROTAE ROMANAE

Quæ in hac præsenti Parte Nona Tom.I. Recentiorum, continentur.

Vna cum Indice Causarum iuxta temporis seriem, prout in Volumine iacent.

R. P. D. HIERONYMO VEROSPIO
Postea S.R.E. Cardinali.
Romana Pensionis.
Lunæ 28. Ianuarij 1641.

ARGVMENTVM I.

In præsenti decisione, magistraliter deciditur, vtrum sub Indulto à Papa alicui concesso, transferendi pensiones, contineatur facultas transferēdi fructus, qui reseruati fuerunt illius fauore, loco annuæ pensionis, & sic in effectu an substineatur translatio, quæ fuit facta de dictis fructibus.

R. P. D. GHISILERIO
Postea Episcopo Terracinen.
Foroliuien. Bonorum de Acconcijs.
Veneris 1. Februarij 1641.

ARGVMENTVM II.

Transactio, quando emanauit ex falsa causa, non potest habere subsistentiam cum corruat ex defectu consensus. Transactio inita firmo supposito, quod extet fideicommissum ex quibus probetur adesse. Ad sustinendam transactionem quidnam sufficiat.

R. P. D. ROIAS
Postea Episcopo Tarraconen.
Maceraten. Census.
Veneris 15. Februarij 1641.

ARGVMENTVM III.

Apocha, seu instrumenta matrimonialia in qua simulatè promittuntur ad matrimonij honorificentiam maiores dotes, quam quod verè constituantur, tunquam promissiones, & aereę, necnon fumosæ, nullatenus possunt habere subsistentiam.

R. P. D. ROIAS
Postea Episcopo Tarraconen.
Ciuitatis Castelli Saluiani.
Lunæ 18. Februarij 1641.

ARGVMENTVM IV.

Præscriptio solutionum fructuum, vt intret necessarius est cursus decem annorum cum tunc possit considerari negligentia, aut mora creditoris in non exigendo cum tunc in pœnam tam magnæ negligentiæ intret præscriptio.

R. P. D. ROIAS
Postea Episcopo Tarraconen.
Cremonen. Capellaniæ.
Mercurij 20. Februarij 1641.

ARGVMENTVM V.

Iuspatronatus, si relictum fuerit senioribus vicinis alicuius loci, de quibus vicinis talis dispositio veniat intelligenda, an de senioribus ratione ætatis, vel temporis, quia diutius habitarent in dicto loco, & respondetur adiectiuum illud, senior, qualificatur a substantiuo illo, vicino cum qualitas adiecta verbo, intelligatur secundum qualitatem dicti verbi.

R. P. D. ROIAS
Postea Episcopo Tarraconen.
Interamnen. Habitus.
Mercurij 20. Februarij 1641.

ARGVMENTVM VI.

Commissarij secundi, quando non possint denegari pro formando processu Nobilitaris, pro admittendis Militibus Hierosolymitanis. Veritas ne aperiretur, iniquum esset præcludere viam Nobilitas ex quibus dicitur probata Nobilitas, etiam à Principe procedit.

REVERENDISS. CERRO DECANO
Romana Domus.
Lunæ 25. Februarij 1641.

ARGVMENTVM VII.

Creditum cum hypotheca fuit probatum, & possessio debitoris de tempore hypothecæ, & possessio eius, contra quem agitur de tempore litis, tunc non potest denegari immissio vigore Saluiani. Sententia difformis libello, licet inualida sit, tamen id non procedit, quando sumus in iudicio summario, & quare. Instrumento impugnato, quousque quis vti valeat.

REVERENDISS. CERRO DECANO
Leodien. Modiorum Speltæ.
Lunæ 1. Martij 1641.

ARGVMENTVM VIII.

Contractus, quod sit emphyteuticus ex quibus tuto arguatur. Dominus directus sicuti inuitus cogi non potest, ad vendendum emphyteutæ ius directum, ita cogi nequit emphyteuta vendere Domino dominium vtile. Census in dubio iudicatur irredimibilis.

R. P. D. GHISILERIO
Postea Episcopo Terracinen.
Viterbien. Hæreditatis.
Lunæ 4. Martij 1641.

ARGVMENTVM IX.

Statutum si prohibeat mulierem testari non valere, sine præsentia, & consensu fratrum, filiorum, & propinquorum, valdè anceps est an possit subsistere, & maior pars DD. in negatiuam partem inclinat, & quatenus affirmatiua conclusio amplectenda esset, tunc tale statutum tamquam odiosum, & iniquum, stricto interpretationis quasi freno, inter expressorum metas coangustandum venit.

S R.P.D.

Roma-

Romana Dotis.

Veneris 15. Maij 1641.

ARGVMENTVM XXI.

Religionem ingrediens si contemplatione sui ingressus omnia bona præsentia, & futura alicui donet etiam cum clausula non valituræ donationis nisi post emissam professionem, talis donatio dicitur pura, vel ab ipso reuocari potest pendente tempore probationis, esto quod tanquam donatio omnium bonorum inualida iudicetur tanquam ademptiuam facultatis testandi, quia in huiusmodi donatione talis prohibitio considerari non potest cum solum sortiatur effectum professione secuta quo tempore non est amplius locus testamenti factioni.

R.P.D. HIERONYMO VEROSPIO

Postea S.R.E. Cardinali.

Albanen. Hæreditatis.

Veneris 24. Maij 1641.

ARGVMENTVM XXII.

Statuta Vrbis, tunc intrant in locis districtus, quando super illo particulari, de quo est controuersia in illo loco, non reperitur particulare statutũ. Et quid sit dicendum si statutum alicuius loci, in districtu existentis, remittat se ad ius commune.

R. P. D. ROIAS

Postea Episcopo Tarraconen.

Romana Pecuniaria.

Mercurij 29. Maij 1641.

ARGVMENTVM XXIII.

Debitor Cambij, si fuerit citatus ad docendum de remissa dum de ea non fuerit doctum, rectè contra eundem relaxatur mandatum, Auditor Cameræ inter, & contra Mercatores, procedit vti Princeps.

R. P. D. HIERONYMO VEROSPIO

Postea S.R.E. Cardinali.

Treueren. Vnionis.

Mercurij 29. Iunij 1641.

ARGVMENTVM XXIV.

Monasterium aliquod, si à Religiosis relinquatur, ob inuasionem Hæreticorum, tunc transit in administrationem Summi Pontificis, & quid sit dicendum si dictum Monasterium reperiatur esse membrum alterius Monasterij, & quando non dicatur probata talis annexio.

REVERENDISS. CERRO DECANO

Romana Pecuniaria.

Veneris 7. Iunij 1641.

ARGVMENTVM XXV.

Mulieris declaratio facta cum solemnitatibus Statutarijs valida est, & quid si statutum requirat etiã præter Iudicis decretum, præsentiam Patris, & mulier asseruerit mediante iuramento, se bene nõ conuenire cum Patre, & ex quo dicatur satisfactum tali præsentia.

R. P. D. ROIAS

Postea Episcopo Tarraconen.

Mantuana Feudi.

Veneris 7. Iunij 1641.

ARGVMENTVM XXVI.

Vassallus, qui mediante persona procuratoris, sine tamen speciali mandato feudum Ecclesiasticum acquisiuit ea conditione, & lege, ne de eo aliquẽ contractum, sine speciali domini directi, consensu inire valeat sub pœna caducitatis, quando illam incurrisse dicatur, vbi aliam personam infeudauit, saluis iuribus Ecclesiæ, & non alias aliter, nec alio modo. Hinc subinfeudationis materia sanè declaratur, quando scilicet, & in quibus casibus illa permittatur absque incursu pœnæ in inuestitura appositę.

R.P.D. HIERONYMO VEROSPIO

Postea S.R.E. Cardinali.

Mutinen. Bonorum.

Veneris 7. Iunij 1641.

ARGVMENTVM XXVII.

Ecclesia lædi non debet ex confessione, vel facto Præsidis, vel Rectoris, quod procedit etiamsi esset iudicialis, sed nulliter emanata. Positiones, vt dicantur iudiciales, quid requiratur. Positiones admissæ cum clausula si & in quantum, quid operetur talis admissio. Confessio erronea non nocet, constito de errore, & maximè quando fuit facta à sene, in quo omnes virtutes corporis mutantur:

R. P. D. CARILLO.

Postea præside Vallisoletano.

Rossanen. Exemptionis.

Veneris 7. Iunij 1641.

ARGVMENTVM XXVIII.

Discuritur in præsenti decisione, quod ex exemptione partis rei, non inferatur ad exemptionem alterius imo è contra, quia ex hoc arguitur, quod altera pars sit libera, exclusio vnius quando sit inclusio alterius.

REVERENDISS. CERRO DECANO

Romana Census.

Lunę 10. Iunij 1641.

ARGVMENTVM XXIX.

Census licet eo ipso extinguatur, quo fundus super quo impositus fuit per anteriores creditores euictus appareat, tamen interim, dum reperitur in statu validitatis debentur fructus. Census dum fuit impositus super diuersis fundis, si aliqui ex eis fuerint euicti, cum illi, qui remanent, sint eius valoris, vt illum substinere valeant, tunc census non dicitur extinctus.

REVERENDISS. CERRO DECANO

Romana Diuisionis.

Lunę 10. Iunij 1641.

ARGVMENTVM XXX.

Pater, si filio ducenti vxorem donauerit bona aduentitia alterius filij, cum promissione de faciendo eum ratificare, ex quibus, & quando prædicta ratificatio dicatur subsecuta, & diluuntur plures exceptiones circa hanc materiam, & præsertim plura deducuntur circa probationem, & pręsumptionem scientiæ.

R. P. D. CARILLO

Postea Præside Vallisoletano.

Firmana Dotis.

Veneris 14. Iunij 1641.

ARGVMENTVM XXXI.

Plura in præsenti decisione deducuntur, quando ex substitutione directa facta à patre filijs pupillis, dicatur inducta pupillaris, & quando nullo modo possit ex ea inferri, & reijciuntur multæ coniecturæ, pro ea inducenda.

R. P. D. BICHIO

Bononien. Successionis de Zanis.

Veneris 17. Maii 1641.

DECIS. XXXII.

R. P. D. BICHIO

Romana Hæreditatis de Virili.
Veneris 24. Maii 1641.
DECIS. XXXIII.
R. P. D. GHISILERIO
Postea Episcopo Terracinen.
Romana Fideicommissi.
Lunæ 17. Maij 1641.

ARGVMENTVM XXXIV.

Vocatio facta de filijs tamquam in conditione positis, numquam extenditur ad nepotes, etiam attenta dispositione statuti Vrbis, & ratione, quia appellatione filiorum nepotes an fideicommissis conueniunt, quod æque procedit in passiua, ac in actiua substitutione, cum fauor nepotum non habeatur in consideratione, vbi concurrit grauamen alicuius.

R. P. D. GHISILERIO
Postea Episcopo Terracinen.
Romana Fideicommissi de Incoronatis.
Mercurij 29. Maii 1641.

ARGVMENTVM XXXV.

Bona super quibus petitur à fideicommissario immissio, fuisse à testatore possessa probatur ex insignijs, & armis existtentibus in re quæ fideicōmissaria prætenditur, iunctis alijs adminiculis, & coniecturis in decisione ponderatis. Hæres fideicommissarius agit contra grauatum ad refectionem damnorum, & interesse, ratione deuastatæ domus fidei commisso subiectæ.

R. P. D. CARILLO
Postea Præside Vallisoletano.
Bononien. Pecuniaria.
Lunæ 17. Iunij 1641.

ARGVMENTVM XXXVI.

Nomen debitoris cessi cum promissione exigibilitatis, vt inexigibile probetur sufficiunt diligentiæ executorum, vna cum citatione facta contra cedentem ad iudicandum bona debitoris: Instrumentum illud attenditur, quod magis præcisè loquitur, & calrius, vbi alterum per extensum, alterum verò solum per abbacum summam in eo contentam specificat:

R.P.D. HIERONYMO VEROSPIO
Postea S.R.E. Cardinali.
Lauden. Præeminentiarum.
Lunę 17. Iunij 1641.

ARGVMENTVM XXXVII.

Ecclesia olim parrochialis, demum in Collegiatam erectam, animarum cura, quæ per antea ad solum Parochum spectabat, an per præpositum tantum, in illius locum subrogatum, vel per totum Capitulum debeat exerceri, vbi differentia illorum actuum quos exercet Præpositus tanquā prima dignitas ab illis, quos idem tanquam Parochus administrat.

REVERENDISS. CERRO DECANO
Bononien. Bonorum.
Lunę 17. Iunij 1641.

ARGVMENTVM XXXVIII.

Hæres grauatus de reinuestiendo, & ponendo ad multiplicum fructus hæreditatis, si aliquid emit, etiam nomine proprio præsumitur de pecunijs prouentis ex fructibus hæreditarijs acquisiuisse, ac proinde totum id venit in restitutione fideicommissi. Possessionem ad probandam sufficit clausula constituti, quæ suum operatur effectum etiam quod in tempus mortis fuerit concepta.

Testis vnicus quando sufficiat in materia manutentionis, & an clausula, *sine præiudicio iurium partium*, sit impeditiua acquisitionis possessionis.

R. P. D. ROIAS
Postea Episcopo Tarraconen:
Maceraten. Census.
Veneris 21. Iunij 1641.

ARGVMENTVM XXXIX.

Apoca penès aliquem existens cum aliqua adnotatione à tergo illius, qui per antea dicit ea adnotatione caruisse probare debet. Simulatio scripturæ matrimonialis factæ in maiori summa, & quantitate pro matrimonij honorificentia ex quibus deducatur.

REVERENDISS. CERRO DECANO
Romana Saluiani de Casalibus.
Veneris 21. Iunij 1641.

ARGVMENTVM XL.

Donatarius possit ne vti remedio Saluiani aduersus tertium possessorem pro obseruantia donationis, non quidem à Donatore promissa, sed illa, quam adimplere tenetur primus, aut alterior donatarius: Hinc quæritur an hypotheca simpliciter in contractu donationis apposita referatur ad obseruantiam Donatoris tantum, verum etiam ipsius Donatarij. Dispositio *auth. res quæ, C. comm. de legat.* quæ equè in particulari, ac in vniuersali fideicommisso procedit, habent ne locum cum priuilegio prælationis, & in eo casu in quo dotis creditor alienatione bonorum liberorum cōsensit, vel potest agere ad bona libera, aut aduersus creditores qui illa, vel illius pretium cum obligatione restituendi prioribus, & potioribus obtinuerunt. Scientia donationis factæ ad fauorem plurium personarum ex quibus dicatur inducta.

REVERENDISS. CERRO DECANO
Romana Legati scutor. 50. mill.
Lunæ 17. Iunij 1641.

ARGVMENTVM XLI.

Testator, si alicui reliquerit aliquod notabile legatum, persoluendum ex fructibus hæreditarijs, & postquam fuerit satisfactum omnibus suis creditoribus, si successiuè Testator emerit officia, & Loca Montium cum reseruatione decreti ad fauorem dicti legatarij post obitum ipsius Testatoris, quæritur modo vtrum hoc casu, an mens testatoris fuerit faciendi duo legata, aut aliam particularem donationem causa mortis, vel id fecerit in accelerando solutionem primi legati, & ista vltima opinio ventilatur, discutitur, & sic doctissimè resoluitur, quæ conclusio solidè triumphat.

R.P.D. HIERONYMO VEROSPIO
Postea S.R.E. Cardinali.
Catanien. Beneficij.
Mercurij 26. Iunij 1641.

ARGVMENTVM XLII.

Beneficij reintegrationem petens nedum illius possessionem, sed & titulum saltem coloratum iustificare debet, qualis resultat ex Ordinarij collatione. Literæ Apostolicę in forma subrogationis gratiosæ in iuribus defuncti obtentæ qualiter egeant iustificatione, & vbi nullæ fuerunt per Iudicem declaratæ non potest super illis amplius executiuè procedi.

R. P. D. PEVTINGERO
Tiburtina Legati.

Mer-

partis loquens, *per resto, e saldo*, dicatur generalis, vel solum ad vnum tantum computum sit referenda.

R. P. D. ROIAS
Postea Episcopo Tarraconen.
Romana Casalis Aguzzani.
Lunæ 16. Decembris 1641.

ARGVMENTVM LV.

Dispositio *tex. in auth. res quæ*, C. *com. de legat.* latè in hac decisione declaratur, an mulier, quæ vigore d. auth. bona fideicommissi potest sibi in dotem constituere, hoc facere posit in eo casu, quo ad ipsius manus peruenerunt pecuniæ, vel fructus sunt adeò pingues, vt de illis congrua potuisset fieri dotatio, si tempore contracti matrimonij, nec pecuniæ, nec fructus penès ipsam reperti fuerunt, vt quia illos consumpsit larga manu expendendo.

R. P. D. ROIAS
Postea Episcopo Tarraconen.
Romana Donationis.
Lunæ 17. Decembris 1641.

ARGVMENTVM LVI.

Donatio contemplatione ingressus facta etiam cum clausula quod suũ non sortiatur effectũ nisi professione secuta, dicitur vsque à principio pura, itaut nullam pœnitentiam, vel reuocationem admittat, nisi eam quæ fit ex causa non secuti ingressus, vel non emissæ professionis. Donatio omnium bonorum facta ex eadem causa religionis intrandæ substinetur etiam, quod aliquid sibi donans non reseruauerit.

R. P. D. PANZIROLO
Postea S. R. E. Cardinali.
Portuen. Stagni.
Lunæ 17. Decembris 1641.

ARGVMENTVM LVII.

Text. in l. si quis conductionis, C. locat. cum loquatur in terminis locationis, & conductionis, an intret in contractu emphyteutico, vel feudali, & in quocumque alio contractu ipsi contractui locationis, & conductionis non dissimili, & asseritur, quæ sit verior opinio. Ex pensionis quantitate arguitur, quid veniat in locatione. Instrumentum vltimum si magis specificè disponat, illud magis est attendendum ius accrescendi, quando intret inter plures inuestitos, nec ne.

R. P. D. ROIAS
Postea Episcopo Tartaconen.
Romana Legati.

ARGVMENTVM LVIII.

Sub legato facto de rebus in aliqua Ciuitate, nempè Tyburis existentibus Censũ super bonis eiusdem Ciuitatis venire indubitatum est, quamuis bona censita non intra mœnia illius, sed in Comitatu reperiantur.

R. P. D. CARILLO
Postea Præside Vallisoletano.
Rossanen. Decimarum.
Veneris 24. Ianuarij 1642.

ARGVMENTVM LIX.

Bona Ecclesiæ vbi ex priuilegio probantur exempta à solutione decimarum, talis exemptio suffragatur etiam colonis, & affictuarijs eorundem bonorum. Præscriptio aduersus Ecclesiam huiusmodi in exactione decimarum quanti temporis esse debeat.

R. P. D. CARILLO
Postea Præside Vallisoletano.
Calaguritana Beneficij de Cornago.
Veneris 24. Ianuarij 1642.

ARGVMENTVM LX.

Attentata cum dicantur quæcumque gesta fuerunt, vel post appellationem interpositam, vel pendente tempore ad appellandum, ea omnia reuocari debent saltim per viam nullitatis in his quæ appellationis tempore fuerunt commissa, & hoc procedit etiam, quod agatur de collatione beneficij, modo tamen iudicialiter fuit actum, in nihilo releuante Constitutione Synodali contrariũ forsan disponente.

R. P. D. ROIAS
Postea Episcopo Tarraconen.
Comen. Beneficij.
Lunæ 27. Ianuarij 1642.

ARGVMENTVM LXI.

Donatio à principio perfecta, cum non possit deindè per codicillos mutari attendi debet, quamuis verba codicilli se aliter habere videantur, cum isto casu debeant illa si non possunt intelligi in proprio significatu, interpretari eo modo, quo possunt, vt donationi congruam habeant relationem.

REVERENDISS. CERRO DECANO.
Romana Fideicommissi.
Lunæ 27. Ianuarij 1642.

ARGVMENTVM LXII

Sententia à fideicommissarijs obtenta ex remedio l. fi. C. de edicto diui Adriani tollendo debet executioni demandari quoties fuit in iudicatum trãsacta etiam contra tertios possessores, & successores extraneos, contra quos tale remedium competere explorata res est.

REVERENDISS. CERRO DECANO.
Bononien. Prædij.
Lunæ 27. Ianuarij 1642.

ARGVMENTVM LXIII.

Pactum francandi certo, & determinato tempore conuentum nullius potest esse momenti, vbi extra determinatum tempus fuit francatio petita, eoque magis si depositum pro francatione obtinenda fuit merè verbale, & de sola sorte, non autem cum vsuris, vt fieri debet. Statutum Bononiæ de renouatione locationis qualiter, & quãdo procedat. Restitutio in integrum competat ne minori aduersus lapsum temporis ad redimẽdum vbi, & agitur de tempore conuentionali, & contractus fuit cum defuncto celebratus.

R. P. D. CARILLO
Postea Præside Vallisoletano.
Hispalen. Decimarum de Almonte.
Lunæ 27. Ianuarij 1642.

ARGVMENTVM LXIV.

Super iure percipiendi decimas quæ in tota exiguntur Diœcesi cum habeat Archiepiscopus intentionem fundatam, vbi Dominus temporalis contrarium prætendit, hoc clarè, & concludenter probare debet, quamuis illæ tanquam tributum ratione dominij temporalis ab eo precipi prætendantur, & plura in materia decimarum adducuntur.

R. P. D. ROIAS
Postea Episcopo Tarraconen.
Interamnen. prædij de Tomassonis.

Vene-

R. P. D. GHISILERIO
Postea Episcopo Terracinen.
Ferrarien. Legati.
Veneris 4. *Aprilis* 1642.

ARGVMENTVM LXXIX.

Legatum, quando Testator alicui clarè reliquit, omninò soluendum venit, quod procedit, etiam si hæres institutus vti proximior adiuerit hæreditatem non ex testamento, sed ab intestato, quia voluntas testatoris ex quocumque capite adeatur seruanda est omnino voluntas defuncti.

R. P. D. PANZIROLO
Postea S. R. E. Cardinali.
Sancti Angeli Lombardorum.
Veneris 26. *Aprilis* 1642.

ARGVMENTVM LXXX.

Rota perpetua constantia solet denegare remissoriam, quando verisimiliter præsumi potest, quod sit calumniosè petita, & quod in petitione adsit calumnia, ex quibus satis, superque deducatur. Testificata quando dicantur satis didicita, ad hoc remissoriæ petitio reijcitur.

R. P. D. GHISILERIO
Postea Episcopo Terracinen.
Romana Fideicommissi de Incoronatis.
Veneris 10. *Maij* 1642.

ARGVMENTVM LXXXI.

Disputatur articulus an donatio præcedens etiam cum hypotheca præiudicare possit creditori posteriori habenti causam onerosam, & negatiuè concluditur, quoties vel ille reperitur in possessione, vel donatio fraudolenta, & simulata conuincitur.

R. P. D. PANZIROLO
Postea S.R.E. Cardinali.
Romana, seu Florentina restitutionis in integrum.
Veneris 10. *Maij* 1642.

ARGVMENTVM LXXXII.

Maioribus 25. annis, quantumuis ex capite iustæ Ignorantiæ non soleat concedi restitutio in integrum aduersus aditionem hæreditatis sine inuentario factam, tamen semoto in tali hærede omni dolo, datur talis restitutio in integrum, quando magnum æs alienum patens, contra communem omnium expectationem, in hæreditate, emersit.

R. P. D. GHISILERIO
Postea Episcopo Terracinen.
Romana restitutionis Domorum.
Veneris 23. *Maij* 1642.

ARGVMENTVM LXXXIII.

Immissus in possessionem in vim vtilis Saluiani, donec, & quousque fuerit satisfactus de suo credito si fuerit satisfactus, vt possit eidem denegari in eisdem bonis altera immissio, & sic retentio pro alio credito, quid sufficiat. Exceptio fideicommissi incontinenti probata impedit immissionem, & retentionem.

R. P. D. GHISILERIO
Postea Episcopo Terracinen.
Romana fideicommissi.
Lunæ 27. *Maij* 1642.

AGVMENTVM LXXXIV.

In Fideicommissis cum non admittatur extensio, nec ex identitate rationis, nec ex coiecturata mēte testatoris, ideoque in eis appellatione filiorum nequaquam veniunt nepotes, cum filiorum appellatione nō veniūt nepotes, nisi per extensionē, & per quandam interpretationem.

R. P. D. CARILLO
Postea Præside Vallisoletano.
Romana Saluiani, seu Attentatorum.
Mercurij 29. *Maij* 1642.

ARGVMENTVM LXXXV.

Sententia, seu decretum, quando est appellabile, tunc vt validè exequatur debet expectari, vt in totum sint elapsi decem dies dati ad appellandum aliàs perperam fit. Constitutio Aegydiana non intrat in rebus Ecclesiæ, Dominium incidenter deductum qualiter benè probetur. Et alia circa hæredem conficientem inuentarium, si aliquid in eo fuit omissum.

R. P. D. PANZIROLO
Postea S. R. E. Cardinali.
Romana Saluiani.
Veneris 14. *Iunij* 1642.

ARGVMENTVM LXXXVI.

Extremis necessarijs probatis, non potest denegari immissio, & quæ sint ista extrema. Vxori, si marito vergente ad inopiam, fuerit assignatus aliquis fundus pro assecutatione suæ dotis, tunc nō potest validè consentire illius venditioni, cum ex fructibus prædicti prædij debent alimentari ipsa maritus, & filij.

R. P. D. GHISILERIO
Postea Episcopo Terracinen.
Auenionen. Vsusfructus.
Veneris 13. *Iunij* 1642.

ARGVMENTVM LXXXVII.

Testator, si alicui reliquerit vsufructum, vt dicatur hæres constitutus in mora illum tradendi, opus est, quod legatarius eum petierit, quia negatiua non intrat, nisi data petitione, nam dum petitio non datur, non potest dari negatio, & exploditur modus, quo hic prætendebatur, quod fuerit facta petitio.

REVERENDISS. CERRO DECANO,
Pampilonen Vicariæ de Stella.
Lunæ 17. *Iunii* 1642.

ARGVMENTVM LXXXVIII.

Vnio beneficij facta alicui Monasterio ex quibus probetur, & ex quibus non, & quando dicatur probata talis vnio ex donatione beneficij facta alicui Monasterio, & probata tali vnione ad quem spectet prouidere in eo de Rectore.

R. P. D. PANZIROLO
Postea S. R. E. Cardinali.
Portuen. Stagni.
Lunæ 10. *Iunij* 1642.

ARGVMENTVM LXXXIX.

Emphyteusis, satis dicitur aperta si omnes inuestiti decesserint sine filijs. Et late discutitur, quod licet verùm sit, quod remedium leg. si quis conductionis. C. locat. propriè loquatur in terminis locationis, & conductionis, veritas tamen est, quod habet locum in quocumq; contractu etiam dissimili, qui tamen habeat causam ab agente.

R. P. D. PANZIROLO
Postea S.R. E. Cardinali.
Mediolanen. Canonicatus.
Lunæ 17. *Iunij* 1642.

ARGVMENTVM XC.

Actus gestus contra ordinem datum à Superiore, seu

R. P. D. PEVTINGERIO
Romana Saluiani de Casalibus.
Mercurij 11. Martii 1643.
ARGVMENTVM CLXI.
Saluiani præcipua requisita, quæ sint. Fideicommissum licet, quando expirat, bona remaneant libera tamen concludenter est probandum, omnes vocatos decessisse. Dos ex fideicommisso extrahi non potest si adsint bona libera, etiamsi Testator iusserit fœminas dotari, priuilegia Dotalia an transeant in hæredes.

R. P. D. GHISILERIO
Postea Episcopo Terracinen.
Romana Domorum.
Veneris 13. Martii 1643.
ARGVMENTVM CLXII.
Dominium ad effectum in re emphyteutica apponendi lapides cum stemmate, & nomine Familiæ, vt solitum, cum non agatur ad effectum probandi dominium ad effectum deuolutionis, leuius probatur, idest per indicia, & coniecturas, & quę sint ista indicia, & coniecturæ.

R. P. D. MELTIO
postea Episcopo Papien.
Calaguritana Matrimonij.
Veneris 13. Martii 1643.
ARGVMENTVM CLXIII.
Promittens aliquam ducere in Vxorem, & sic contrahendo sponsalia, debet facto complere, quod verbis promisit, & sic modis omnibus compelli debet ad seruãdam fidem, quod procedit, etiamsi secuta non fuerit copula, & sanè id multò magis procederet, si copula secuta fuerit, & ex quibus coniecturis id arguatur, quia Sponsa tradendo corpus suum Sponso, & patiendo deflorationem adimpleuit ex parte sua, vnde alius quoque compelli potest ad adimplendum ex parte sua.

R. P. D. BICHIO
Bononien. Iurispatronatus de Butrigarijs.
Lunæ 16. Martij 1643.
DECIS. CLXIV.

R. P. D. CARILLO
Postea Præside Vallisoletano.
Romana Legati, seu Dotium.
ARGVMENTVM CLXV.
Testator, si mandauerit ex bonis suæ hæreditatis, quotannis in perpetuum dotari tres puellas pauperes, in scutis 40. monetæ, & ad huiusmodi effectum, mandauit deputari, & destinari scuta 2000. si dicta pecunia fuerit inuestita in aliqua domo, dato, quod deinde accidat, quod dicta Domus non locetur, quantum primò locabatur, quęritur an Dotes sint diminuendæ, vel id sit supplẽdum ex hæreditate.

R. P. D. BICHIO
Romana Donationis.
Lunę 16. Martii 1643.
DECIS. CLXVI.

REVERENDISS. CERRO DECANO
Romana Saluiani.
Veneris 17. Aprilis 1643.
ARGVMENTVM CLXVII.
Saluianum interdictum quibus concurrentibus intret. Bona quantumuis sint prohibita stricte alienari, & hypothecari, &c. nihilominus immissio potest concedi super commoditate precipiendi fructus donec, & quousque &c.

R. P. D. CARILLO
Postea præside Vallisoletano.
Fanen. Prædij.
Lunę 20. Aprilis 1643.
ARGVMENTVM CLXVIII.
Iustam causam litigandi fouens, non solet condemnari in expensis, & licet iusta causa satis probetur, dum quis duas obtinuit sententias fauorabiles, tamen id non procedit, quando fuerunt reuocatæ. Litium expensæ viuæ quæ dicantur, Rota in taxandis honorarijs Aduocatorum, & Procuratorum, quid seruet. Expensæ accessus Iudicis ad locum differentiæ sunt reficiendæ.

REVERENDISS. CERRO DECANO
Romana fideicommissi de Iuuenalibus.
Lunæ 20. Aprilis 1643.
ARGVMENTVM CLXIX.
Fideicommissarius non potest petere immissionem vigore *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. tollen.* quando non constat de possessione de tempore obitus. Simulatio perperam dicitur probari, si deficiat causa ipsa simulationis etiamsi adsint coniecturæ, ex quibus solet probari, & induci præsumptio simulationis, & conquassantur plures adductæ coniecturæ.

R. P. D. CARILLO
Postea Præside Vallisoletano.
Romana Dotis.
Lunæ 20. Aprilis 1643.
ARGVMENTVM CLXX.
Executiue licet non sit procedendum cõtra tertium possessorem, cum tunc sit agendum via ordinaria, tamen id non procedit, quando agitur, vigore statuti Vrbis lib. 1. cap. 85. dantis viam executiuam contra tertium possessorem in materia dotali sub generali obligatione bonorum veniunt etiam bona emphyteutica hæreditaria.

R. P. D. ROIAS
Postea Episcopo Tarraconen.
Romana prætensæ nullitatis Contractus.
Veneris 24. Aprilis 1643.
ARGVMENTVM CLXXI.
Auus licet non possit dare tutorem nepoti impuberi, tamen si eum hæredem instituat, & prohibuit, ne vsumfructum in dictis bonis habeat eius pater, si tunc stante tali institutione in hæredem potest dare ei tutorem. Testator, si plures tutores pupillo reliquerit, censentur insolidum dati, quod procedit etiamsi dati sint cum dictionibus taxatiuis, quia ad hoc requiritur expressa prohibitio testatoris, vt vnus sine alio nõ possit administrare.

REVERENDISS. CERRO DECANO
Recanaten. Manutentionis.
Veneris 24. Aprilis 1643.
ARGVMENTVM CLXXII.
Hæres tenetur capere possessionem bonorum defuncti, cum eius possessio in eum non continuetur. Vsusfructus statim mortuo vsufructuario ministerio legis, transit in proprietarium, etiam ignorantem, vsufructuarius licet dicatur habere mandatum in re sua, & agere possit sine mandato proprietarij, tamen id intelligitur, quo ad vsumfructum, quo ad proprietatem. Vsufructuarius æquiparatur hæredi grauato, quoad alienationẽ.

R. P. D. MELTIO
Posteà Episcopo Papieñ
Romana Pecuniaria.

Ve-

Index Argumentorum.

Veneris 24. Aprilis 1643.

ARGVMENTVM CLXXIII.

Relationi peritorum à parte tacitè approbatorum standum venit sententia dicitur transire in iudicatum si intra 10. dies causa non fuerit commissa, & qualiter sit probanda diligentia desuper facta. Debitor, vt dicatur constitutus in mora consignandi debet probari, quod creditor erat paratus recipere in loco, & tempore destinato.

REVERENDISS. CERRO DECANO

Anconitana Dotis.

Veneris 24. Aprilis 1643.

ARGVMENTVM CLXXIV.

Executio quando dicatur cœpta, vt ea non possit impediri. Executio, vt possit impediri exceptione fideicommissi, quid requiratur, & talis exceptio non attenditur, quando sumus in terminis Auth. res quæ, C. commun. de legat. Priuilegia Dotis nō transeunt in extraneum, & singularem successorem, sed in filios tantum.

R. P. D. GHISILERIO

Posteà Episcopo Terracineñ

Romana, seu Iauneñ quarti dotalis.

Lunæ 27. Aprilis 1643.

ARGVMENTVM CLXXV.

Bulla fel. record. Sixti Papæ V. moderatoria dotium cum ex prœmio appareat loqui de dotibus, quæ constituuntur in Vrbe, ideoque cessat quando cōtractus matrimoniales celebrantur extra ditionem Ecclesiasticam, & cum exteris ibidem habitantibus, quod latè declaratur, sicuti etiam, quod dispensatio circa dictam Bullam præsumitur ex lapsu 30. annorum sicuti in alienationibus bonorū Ecclesiæ præsumitur Beneplacitum Apostolicum.

REVERENDISS. CERRO DECANO

Ciuitatis Vetulæ Dotis.

Mercurii 29. Aprilis 1643.

ARGVMENTVM CLxxvI.

Dos constituta primo viro licet etiam censeatur cōstituta quoque secundo viro, itaut si vir secundus administrauerit bona extradotalia præsumatur de sua dote sibi satisfecisse, tamen id non procedit, quando dictus secundus vir ignorauit quantitatē dotis datam primo viro, quæ tamen ignorantia non præsumitur in viro sagaci, & industrioso, & præsertim cum in hoc soleant esse solliciti mariti ad sciendam quantitatem dotis. Hæres, quando dicatur particularis.

R. P. D. CARILLO

Posteà Præside Vallisoletano.

Meleuitana bonorum.

Lunæ 4. Maii 1643.

ARGVMENTVM CLXXVII.

Testamentum conditum inter liberos minus solemniter factum tenet, etiam quoad legata facta vxori, Testium contrarietas, quantum fieri potest, ad concordiam reducenda est, maximè fauore testamenti. Pagani existentis in Castris cum militibus, vt testando gaudeant priuilegijs militaribus, quidnam sit necessarium.

R. P. D. BICHIO

Signina Saluiani.

Lunæ 4. Maii 1643.

DECISIO CLXXVIII.

R. P. D. GHISILERIO

Posteà Episcopo Terracineñ.

Bononieñ Census.

Lunæ 4. Maii 1643.

ARGVMENTVM CLXXIX.

Possessio, vt alicui præscripta remaneat, quid nam probandum veniat. Constitutum, vel præcarium. quando amplius non operentur suum effectum, Plura luculenter deducuntur circa statutum Bonon. quo ad concursum creditorum, cum in eo non fiat mentio de instrumento iurato, an ad illud extendatur maximè cum sit conditum à Laicis, super quo iuramento nullam habent iurisdictionem, quid sit dicendum, cum statuta prædicta reperiantur confirmata à Sede Apostolica, vt fusè hic habes.

R. P. D. GHISILERIO

Postea Episcopo Tarracineñ.

Bononieñ Aggregationis ad Collegium.

Lunæ 4. Maij 1643.

ARGVMENTVM CLXXX.

Aggregandus ad aliquod collegium, quando statuta disponunt, quod sit verus Ciuis loci, propriæ originis & paternæ, tunc si quis sit spurius, sed legitimatus per rescriptum Principis, an sit admittendus in eo. Admissus, ad effectum faciendi suas probationes, vt aggregaretur ad aliquod Collegiū quando quis est quo casu dicatur acquisiuisse ius, & quando non.

R. P. D. BICHIO

Cæsaraugustana de Caspe.

Lunæ 11. Maii 1643.

DECISIO CLXXXI.

REVERENDISS. CERRO DECANO.

Romana Locorum Montium.

Lunæ 11. Maij 1643.

ARGVMENTVM CLXXXII.

Mandatum ad aliquid vendendum, quando quis suscepit, & probata fuerit venditio per eum facta, & pretio habito, empta fuerunt tot loca Montiū, tunc ille tenetur reddere dicta loca, cum fructibus inde perceptis, & quatenus non inuestiuerit dictum pretium tenetur Domino ad interesse, & sic ad id, quod percepi potuisset, & Testes quatenus recognoscant manus alicuius.

R. P. D. VEROSPIO

Romana Pecuniaria.

Lunæ 11. Maii 1643.

ARGVMENTVM CLXXXIII.

Controuersia licet valdè sit in iure quæstio, an compensatio de quantitate ad quantitatem ipso iure admittatur absque alia oppositione, vel potius admittatur ex partis exceptione, attamen prima opinio palmam reportat, eamque amplectitur Rota, & maximè quando sumus in causis Mercatorū, cum, & hoc sit de stylo inter eosdem, Aliqua etiam habes circa literas cambij.

R. P. D. MELTIO

Posteà Episcopo Papieñ

Romana Locorum Montium.

Veneris 18. Maii 1643.

ARGVMENTVM CLxxxIV.

Euictio quando generaliter, & verbis amplis fuit promissa, tunc quamuis, quando promissio euictionis fuit facta, non veniat, quando ea secuta fuit ex natura rei, tamen id non intrat, quando vt dictum est, amplè fuit promissa euictio. Ecclesia an teneatur conficere inuentarium bonorum hæreditariorum, & quare tale inuentarium fiat.

R.P.D.

REVERENDISS. CERRO DECANO
Lauden Iurispatronatus.
Veneris 22. Maii 1643.
ARGVMENTVM CLXXXV.
Beneficium, quando sumus in dubio, an sit gentilitium, mixtum, vel hæreditarium, tunc præsumẽdum venit esse hæreditarium cum sic apparet conforme Iuri communi, & naturæ iurispatronatus & maximè, quando super hoc concurrunt præsentationes tanquam ad hæreditarium factæ.
R. P. D. B I C H I O
Leodien Beneficij.
Veneris 22. Maii 1643.
D E C I S. CLXXXVI.
R. P. D. R O I A S
Postea Episcopo Tarraconen.
Perusina Pensionum.
Veneris 22. Maij 1643.
ARGVMENTVM CLXXXVII.
De beneficio Parochiali, si quis fuit prouisus, & pẽsio super eo imposita reperitur, cum solita clausula, *dummodo remaneant centum pro Rectore*, ex quibus satis dicatur probatum, quod deductis expensis, & pensione, nullatenus ad Rectorem remanet dicta summa, sed longe minus, Testes, vt probent quot fructus reddat aliquod beneficium qualiter deponere debeant.
R. P. D. B I C H I O
Romana Fideicommissi de Spiritibus.
Veneris 22. Maij 1643.
DECISIO CLXXXVIII.
R. P. D. G H I S I L E R I O
Postea Episcopo Terracinen.
Bononien. Rescissionis contractus.
Lunæ 25. Maij 1643.
ARGVMENTVM CLXXXIX.
Contractus si fuerit initus, cum conditione, quod consensus alicuius interueniat, tunc si ille non accesserit, perinde est, ac si talis contractus non fuerit celebratus Bona Ciuitatis, vel Castri, aut Villæ, si sine debitis solemnitatibus fuerint alienata, vel in emphyteusim concessa perperam dicuntur data.
R. P. D. R O I A S
Postea Episcopo Tarraconen.
Romana Hæreditatis de Gratianis.
Veneris 29. Maij 1643.
A R G V M E N T V M CXC.
Rei litigiosæ vitium operatur, vt ea res perperam in alium transferatur, & dictum vitium contrahitur in actione reali, & non in personali. Legitimatus per subsequens matrimonium, vt sit capax successionis, sat est, vt de iure Canonico (quod etiam in Terris Imperij seruandum est) sit natus ex soluto, & soluta, inter quos de tempore conceptionis motrimonium contrahi valuerit, quidquid sit de iure Cæsareo.
R. P. D. M E L T I O
Postea Episcopo Papien.
Ampurien., & Ciuitaten. Conuocationis Synodi.
Veneris 29. Maij 1643.
A R G V M E N T V M CXCI.
Episcopus habens duos Episcopatus vnitos, cum tunc quo ad ipsum habeatur pro vnica Diœcesi poterit in qualibet parte dictæ Diœcesi conuocare Synodum, & quando talis Episcopus dicatur esse in quasi possessione conuocandi tale Synodum vbi vult.
R. P. D. C A R I L L O
Postea Præside Vallisoletano.
Romana Saluiani, seu Attentatorum.
Veneris 29. May 1643.
A R G V M E N T V M CXCII.
Ægidiana non intrat, si agatur de re spectante ad Ecclesiam, vel quando constat de notoria iniustitia, Archiconfraternitas aliqua ex quibus satis superque dicatur locus Ecclesiasticus, Hæres, si fassus fuerit se esse hæredem beneficiatum, & de eo tempore erat incoatum, & non perfectum inuẽtarium nec per consequens in actis non productum, an talis confessio possit dici erronea.
R. P. D. V E R O S P I O.
Viterbien. Hæreditatis.
Lunæ 1. Iunii 1643.
A R G V M E N T V M CXCIII.
Statutum, si in condendo testamentum per mulierẽ requirat præsentiam proximiorum, tunc illa minime requiritur, si illi sint pupilli, vel minores, vel si sint maiores, sint absentes. Lex cum supponat, quid possibile, ideo cessat, si quid sit impossibile. Monasteria sunt exempta à iurisdictione Laicorum; ideo in eis non intrant eorum statuta.
R. P. D: C A R I L L O
Postea Præside Vallisoletano.
Meleuitana de Ciantar.
Lunæ 1. Iunij 1643.
ARGVMENTVM CXCIV.
Bona, quando dicantur effecta litigiosa, & qualiter scientia emptoris in his terminis sit probanda commissio quando non dicatur comprehendere possessorium, verum, etiam petitorium.
R. P. D. R O I A S
Postea Episcopo Tarraconen.
Conuersana Iurisdictionis.
Mercurij 3. Iunij 1643.
A R G V M E N T V M CXCV.
Ordinarius cum de iure communi habeat pro se iuris assistentiam super generali iurisdictione in tota sua Diœcesi, illi conceditur manutentio, quamuis, & per Episcopum, & ab alio qui exemptionem prætendit doceatur de collatione beneficiorum effectum sortita, cum collationes Episcopi in concursu propter d. assistentiam iuris semper præualere debeant.
R. P. D. G H I S I L E R I O
Postea Episcopo Terracinen.
Mercurij 3. Iunij 1643.
ARGVMENTVM CXCVI.
Cum attẽtata dicantur quæcumque fuerunt post appellationem commissa, hinc omnia quæ coram Iudice inferiori geruntur ab illorum vitio excusari non possunt, nisi forsan à tertio, qui non est in lite fuerint commissa cum ille non dicatur attentare, quod quando procedat in decisione videas.
REVERENDISS. CERRO DECANO
Pampilonen. Vicariæ de Stella.
Mercurii 3. Iunii 1643.
ARGVMENTVM CXCVII.
Iuspatronatus, quod ad aliquem pertineat, & quidem ex immemorabili possessione, quando dicatur ad impossibile probare per testes, obtentum, quando aliquid fuit per preces, id non constiterit ali-

aliquem statum, ad acquirendam quasi possessionem.

R. P. D. MELTIO
Postea Episcopo Papien.
Romana residui Dotis.
Lunæ 8. Iunij 1643.

ARGVMENTVM CXCVIII.

Dote à principio in certa, & determinata summa constituta, si deinde fuerit illa per genitores vtriusque coniugis, sinè tamen eorum consensu, in minori summa redacta, talis reductio, seù declaratio sponsis, præiudicare non potest quin dotem à principio constitutam totam, & integram consequi non valeant.

R. P. D. VEROSPIO
Valentina iuris sedendi.
Lunæ 8. Iunii 1643.

ARGVMENTVM CXCIX.

Præpositi habent ius occupādi sedes vacuas in Choro, vbi Canonici illas nullatenus occupant, & Prępositis fuerunt per Summos Pontifices eadem met priuilegia concessa quibus fruuntur Canonici.

R. P. D. VEROSPIO
Montis Alti Primiceriatus.
Lunæ 8. Iunij 1643.

ARGVMENTVM CC.

Indultum conferendi beneficia etiam in mensibus reseruatis per Pontificem Antecessorem alicui concessum, derogatum censetur per superuenientem Regulam IX. Cancellariæ quas prægnantissimis clausulis à successore promulgatam, quamuis illud fuerit concessum, & personæ gratæ, & benemeritæ, cum in successore huiusmodi non cadant affectiones.

R. P. D. BICHIO
Bononien. Legati.
Lunæ 8. Iunij 1643.

DECISIO CCI.
R. P. D. ROIAS
Postea Episcopo Tarraconen.
Eugubina Dotis.
Mercurij 10. Iunij 1643.

ARGVMENTVM CCII.

Debitoris excussio, antequam conueniatur fideiussor & maximè stante conuentione, vt dicatur validè, facta, non debet id constare ex coniecturis, sed omnino requiritur, quod iudex ordinet duobus èxecutoribus, quod perquirant in domo debitoris, & proclament in vicinia, ac publicis locis, an habeat alia bona mobilia, vel immobilia, & deinde facta relatione Iudici: ipse citatis omnibus de quorum interesse agitur pronunciabit talem discussionem legitimè esse factam. Et reijciuntur plures coniecturæ ex quibus dicebatur probata talis discussio.

R. P. D. CARILLO
Postea Præside Vallisoletano.
Barchinonen, Parochialis, seu Vicariæ.
Mercurii 10. Iunii 1643.

ARGVMENTVM CCIII.

Vnio Ecclesiarum vbi in aliquo actu probatur effectuata, ita in omnibus effectuasse præsumitur; Hinc denegatur Remissoria ad probandam ineffectuationem illius, cuius contrarium ex alijs actibus per scripturas probatis, iustificatur.

R. P. D. BICHIO
Romana Pecuniaria.
Lunæ 15. Iunij 1643.

DECISIO CCIV.
REVERENDISS. CERRO DECANO.
Romana Dotis.
Lunæ 15. Iunii 1643.

ARGVMENTVM CCV.

Hæres de restituendo grauatus, si sibi hæredem instituit eādemmet personam, cui restituere tenebatur, dicatur ne liberalitatem exercuisse, vel potius testatoris adimplere præceptum eo in casu, quo sibi disponendi facultas fuerat concessa ad ornatum tex. in l. 1. §. vnum ex familia ff. de leg. 2. & in l. si sponsus §. si quis rogatus ff. de don. inter vir. & vxor.

R. P. D. BICHIO
Bononieñ Fideicommissi de Vizzanis.
Lunæ 15. Iunij 1643.

DECISIO CCVI.
R. P. D. BICHIO
Romana Hæreditatis de Fabijs.
Veneris 19. Iunij 1643.

DECISIO CCVII.
R. P. D. CARILLO
Postea Præside Vallisoletano.
Rheginen. seu Salernitana Bonorum.
Veneris 19. Iunij 1643.

ARGVMENTVM CCVIII.

Obligatio carcerati ad fauorem sui creditoris facta, si pro illo carceratus detinebatur, nullius est roboris, vel momenti, quod procedit vbi carceratio detegitur iniusta, vel inualida, secus si valida, & iusta. Sententia quando possit ferri extra diem cadentis citationis. Absolutio à iuramento an sit necessaria in obligatione facta in carcere, & an plures requirantur absolutiones, vbi plura interuenerunt iuramenta.

R. P. D. ROIAS
Postea Episcopo Tarraconen.
Ciuitatis Plebis Regressus.
Mercurij 10. Iunij 1643.

ARGVMENTVM CCIX.

Regressus ad beneficium per antiquum titularem reseruatus in actu impugnationis pensionis competit pensionario, quoties Modernus titularis impugnat validitatem illius, estò quod iuridicè impugnet, dummodò in reseruatione regressus fuerit impugnatio vetita ex quauis causa, & non alias aliter nec alio modo.

REVERENDISS. CERRO DECANO
Toletana Canonicatus Pœnitentiariæ.
Veneris 19. Iunij 1643.

ARGVMENTVM CCX.

Tota electionis materia non minus doctè, quàm eruditè, in decisione declaratur ad quæstionem de duobus electis in paritate votorum, an ij tantum vel omnes ad nouam electionem admitti debeant. Hinc quando eligendi facultas per primam electionem remaneat consumpta, pluraque alia ad eandem electionis materiam pertinentia declarantur.

R. P. D. CARILLO
Postea Præside Vallisoletano.
Romana Reintegrationis.
Lunæ 22. Iunij 1643.

ARGVMENTVM CCXI.

Locatio domus in qua quis obtinuit immissionem ad effectum sibi satisfaciendi de suo suo credito,

§§§ 		præ-

R. D. P.

Romana Saluiani.
Veneris 4. Martij 1644.
ARGVMENTVM CCLVI.
Constitutioni Pij V. super forma creandi census in pecunia numerata, quod per ordinem S. Monti Pietatis directum, & à creditore acceptatum dicatur satisfactum plenè nostra declarat decisio ad enucleationem articuli, quando cedula, vel ordo contineat solutionem in pecunia numerata.

R. P. D. BICHIO
Cæsaraugustana de Caspe.
Veneris 4. Martij 1644.
DECIS. CCLVII.

R. P. D. ROIAS
Postea Episcopo Tarraconen.
Florentina Iurispatronatus.
Veneris 11. Martij 1644.
ARGVMENTVM CCLVIII.
Iuspatronatus quod etiam mediante donatione acquiritur, dicitur transitorium ad fœminas, quamuis fuerit alicui donatum, pro se, & filijs masculis, post deficientiam tamen lineæ masculinæ, quod procedit modo non fuerit agnatio, contemplata.

R. P. D. MELTIO
Postea Episcopo Papien.
Gadicen. Beneficiorum.
Veneris 11. Martii 1644.
ARGVMENTVM CCLIX.
Collectorum, Subcollectorumque Beneficia semper remanent Papæ reseruata, quamuis illi tempore obitus non essent in officio, cum sufficiat quod semel tantum fuerint tales; hinc de natura Collectoriæ, vel Subcollectoriæ ad inducendam reseruationem, quod scilicet sufficiat sola deputatio absque acceptatione aut exercitio, quodque vnicus esse debeat Subcollector.

R. P. D. CARILLO
Postea Præside Vallisoletano.
Romana Legati.
Lunæ 14. Martij 1644.
ARGVMENTVM CCLX.
Tota hæc Decisio versatur circa interpretationem Legati, an latè, vel strictè illa sumenda veniat, & propriè in casu quo alicui fuit legata prælatio certorum librorum, sub qua ille bibliotecam, & armaria, quinimo, & ius inquilinatus, nec non auuiamentum comprehensum esse dicebat.

R. P. D. CORRADO
postea S. R. E. Cardinali.
Rauennaten. Dotis.
Lunæ 11. Aprilis 1644.
ARGVMENTVM CCLX I.
Solutio facta pro saldo, & remanente cum præsumantur facta computa, liberat soluentem à toto debito, ita vt nec ipse, nec eius hæredes amplius nequeunt molestari. Verba ita sunt interpretanda, ne in eodem Instrumento contineant repugnantiam.

R. P. D. CORRADO
postea S. R. E. Cardinali.
Rauennaten. Dotis.
Lunæ 11. Aprilis 1644.
ARGVMENTVM CCLXII.
Minorum obligationes pro Dotibus, licet non dicantur comprehendi sub dispositionibus Statutorum annullantium eorum obligationes sine certa solemnitate celebratis, attamen id intelligitur, quando agitur de obligatione soluendi Dotes ex causa necessariò contractis, & sic minor ex dispositione legis, vel hominis ad id cogi poterat, qui casus ab illius Statuti dispositione eximitur, secus verò si voluntariè fuerit facta talis obligatio, & quando ea dicatur voluntaria, & quid si in tali obligatione interuenerit iuramentum, & quando minor maior factus diu steterit ad dandum de nullitate non præsumatur ratificatio, &c.

REVERENDISS. CERRO DECANO.
Valentina Parochialis.
Veneris 8. Aprilis 1644.
ARGVMENTVM CCLXIII.
Discrepantia vbi inter Literas Apostolicas, & regestrum Datariæ inuenitur semper attenditur regestrum cum Datarius eiusque libri non possint argui de mendacio. Conditio apposita in mandato ad resignandum, debet adimpleri vt resignatio valeat, quamuis fuerit concepta cum clausula si Sanctiss. placuerit.

R. P. D. BICHIO
Salernitana Beneficij.
veneris 15. Aprilis 1644.
DECISIO CCLXIV.

REVERENDISS. CERRO DECANO
Meleuitana Hæreditatis.
veneris 15. Aprilis 1644.
ARGVMENTVM CCLXV.
Cum non solum iuris, sed ipsius naturæ præsumptio sit quemlibet esse sanæ mentis, qui dicit Testatorem non fuisse talem, exactissimæ, & liquidissimæ probationis onere grauatur, & præcisè de tempore, quo suum condidit Testamentum; hinc quantumuis appareat de actibus non omnino cōuenientibus homini perfecti Iudicis non reputatur quis impotens factione testandi, nisi, & insimul doceatur de vero furore, & dementia.

R. P. D. ROIAS
postea Episcopo Tarraconen.
Bononien. fideicommissi de Nascentorijs.
veneris 11. Aprilis 1644.
ARGVMENTVM CCLXVI.
Testator si post institutionem, ac substitutionem respectiuè, quam fecit de proprijs filijs cum clausula in perpetuum, & in infinitum deuenit ad plures gradus substitutionum cum perpetua substitutione de gradu in gradum, expressoque onere assumendi cognomen, & arma ipsius Testatoris, ac prohibitione arctissimi de non alienando censetur voluisse constituere fideicommissum perpetuum, & successiuum non restrictum ad terminos cosil. Oldradi 21. Proximitas Testatoris an attendatur potius quam grauati.

R. P. D. VEROSPIO
Bononien. Rescissionis Contractus.
Veneris 15. Aprilis 1644.
ARGVMENTVM CCLXVI. il 2.
Possessio, quando dicatur manutenibilis, possessio nulla, & attentata, non est manutenibilis; & quando ea dicatur nulla, & attentata sententia, lata contra Procuratorem nulliter constitutum est nulla.

REVERENDISS. CERRO DECANO
Romana Supplementi Legitimæ.
veneris 15. Aprilis 1644.
ARGVMENTVM CCLXVII.

Statu-

Statutum Vrbis lib.1.cap.14. prohibentis filiæ à patre dotatæ Supplementum Legitimæ intelligendum venit, prout etiam omnia similia Statuta, quando adsunt masculi,& sic quatenus agatur de conseruandis bonis in agnatione, ideoque quatenus non adsunt masculi, & solum adessent filiæ, & tunc tamquam deficiente Statuti fundamentũ, necesse est, vt corruat quoque Statuti dispositio.

R. P. D. BICHIO
Romana Domus ad Transtiberim.
Lunæ 18. Aprilis 1644.
DECIS. CCLXVIII.
R. P. D. GHISILERIO
Postea Episcopo Terracinen.
Romana Domorum.
Lunæ 18. Aprilis 1644.
ARGVMENTVM CCLXIX.

Læsio cum sit fundamentum Restitutionis in integrum, ideoque ea probata non potest denegari talis restitutio. Euictio quando fuit secuta ex culpa, & negligentia emptoris, iniustè condemnatur venditor, vt teneatur de euictione Bona emphyteutica, quando alienantur à quo debeat impetrari consensus Domini directi, & aliqua circa alienationem bonorum Dotalium.

R. P. D. GHISILERIO
Postea Episcopo Terracinen.
Romana Palatij.
Veneris 22. Aprilis 1644.
ARGVMENTVM CCLXX.

In Spolio, vt quis obtineat ad effectum obtinendi Reintegrationem, primum extremum exactissimis,& concludentissimis probationibus venit iustificandum, & quando illud nullatenus dicatur iustificatum mandatum de liberando, quando dicatur nulliter relaxatum. Pro validitate Sententiæ stat præsumptio.

R. P. D. GHISILERIO
Postea Episcopo Terracinen.
Romana Casalis Aguzzani.
Mercurii 27. Aprilis 1644.
ARGVMENTVM CCLXXI.

Bona Fideicommissaria quatenus dicantur obligata pro dotandis descendentibus. Mulieres dum dant in dotem bona fideicommissaria, qualiter censeantur data. Remedium authent. res quæ, C.com.de legat. habet tantũ in locũ subsidium.

R. P. D. ROIAS
Episcopo Tarraconen.
Romana Censuum.
Mercurij 27. Aprilis 1644.
ARGVMENTVM CCLXXII.

Subhastatio, quando cum suis solemnitatibus fuit facta, & ritè, & rectè consumpta deliberatio,tũc ex nouiter repertis in Causa ad eam annullandã, eo casu licitator, vel eius hæres non potest condemnari ad restituendam rem deliberatam vna cum fructibus; sed tantum competit actio ad pretium.

REVERENDISS. CERRO DECANO.
Æsina Census.
Mercurii 27. Aprilis 1644.
ARGVMENTVM CCLXXIII.

Tertius redimens Censum pro alio cuius intentionis esse dicatur, & an actiones in eum transeant translatiuè, vel extinctiuè. Verba, cessit, concessit, & transtulit, licet importent veram translationem, tamen secundùm subiectam materiã sunt intelligenda.

R. P. D. MELTIO
postea Episcopo Papien.
Romana Hæreditatis.
Mercurij 27. Aprilis 1644.
ARGVMENTVM CCLXXIV.

Causa aliqua, quando ciuiliter, & criminaliter potest agitari, tunc ciuilis causa si prius fuit intentata, non obstante quod iam fuit data quærela, prius terminari debet,& quando causa ciuilis, & criminalis ex eodẽ fonte proueniunt, tunc simul non possunt agitari, ne in eodem puncto proueniant diuersæ sententiæ. Probationes liquidissimæ sunt necessariæ ad condemnãdum aliquem.

R. P. D. GHISILERIO
Postea Episcopo Terracinen.
Romana nullitatis deliberationis.
Mercurij 27. Aprilis 1644.
ARGVMENTVM CCLXXV.

Appellatio, ne remaneat deserta, & præsertim quando sumus in Curia,& quando à Iudice datus fuit terminus Iuris,quid sit faciendum,si commissio intra talem terminum non fuit signata, & ex quibus dicatur constare, quod appellans fecerit suas diligentias. Deliberatio quando dicatur nulla.

R. P. D. BICHIO.
Cæsaraugustana Beneficij de Linares.
Mercurij 27. Aprilis 1644.
DECIS. CCLXXVI.
REVERENDISS. CERRO DECANO
Romana Legati.
Lunæ 2. Maij 1644.
ARGVMENTVM CCLXXVII.

Quasi possessio in corporalibus si acquiritur ex vnico, & simplici actu, multò magis id est dicendũ, quando actus sunt plures, & considerabiles, solutiones constituunr quem in quasi possessione exigendi, & quid ad hoc sufficiat.

R. P. D. BICHIO.
Romana Vineæ.
Lunæ 2. Maii 1644.
DECIS. CCLXXVIII.
REVERENDISS. CERRO DECANO
Toletana Canonicatus Pœnitentiariæ.
Mercurij 4. Maij 1644.
ARGVMENTVM CCLXXIX.

Electores, quando se coarctant ad duas tantum personas, tamquam digniores cum ex hoc censeantur exclusisse cæterorum concurrentes, quia talis coarctatio prouenit ex eorum voluntate, ideoque vnum ex illis eligere debent. Et ad id cogi possunt, quod tamen cessat, & res transit sine difficultate, quando vnus ex eis moriatur,quia tunc superstes dicitur electus, itaut nullo modo variare possit, & quare. Aetas alicuius ex quibus superque dicatur probata.

R. P. D. BICHIO
Romana Successionis.
Lunæ 9. Maij 1644.
DECIS. CCLXXX.
R. P. D. PEVTINGERIO
Mediolanen. Cimiliarchatus.
Veneris 13. Maii 1644.
ARGVMENTVM CCLXXXI.

Episcopo quamuis de iure communi permissa sit bene-

beneficiorum vnio; tamen talis potestas intelligenda venit concessa, quatenus necessitas præcisa ad id vrgeat, & quatenus vnire possit beneficia Præbendis. Et necessitas in prędictis terminis quando dicatur præcisa.

R. P. D. CECCHINO
Postea S. R. E. Cardinali.
Romana Pecuniaria, seu locorum montium.
Veneris 13. Maii 1644.

ARGVMENTVM CCLXXXII.

Administrator tenetur reddere rationem suæ administrationis, & restituere reliquatum, alias potest condemnari ad restitutionem rei, vna cum fructibus, quamuis ipse eos non perceperit. Epistola plenè probat contra confitentem, quando est recognita manus.

REVERENDISS. CERRO DECANO
Viterbien. fideicommissi, seu attentatorum.
Veneris 13. Maii 1644.

ARGVMENTVM CCLXXXIII.

Famosissima est decisio ad dignoscendum diuiduitatem, vel indiuiduitatem sententiæ pro excludenda, vel admittenda appellatione in sententia, quæ in vna parte sit appellabilis, in alia verò nō ad intellectum Aegidianæ Constitutionis, in possessorijs reicientis appellationem, quod scilicet si sententia comprehendit bona Ecclesiastica, & laicalia, cum respectu Ecclesiasticorum cesset Aegidiana, illa erit ex omni parte appellabilis vbi ex eadem causa, & actione, vnicoque decreto, & capitulo vtraque bona fuerunt petita, pluraque etiam de attentatis dicuntur.

R. P. D. CORRADO
Postea S. R. E. Cardinali.
Anconitana Mannæ.
Veneris 13. Maij 1644.

ARGVMENTVM CCLXXXIV.

Aegidiana Constitutio de solemnitatibus in contractibus minorum adhibendis, an habeat locum in contractibus à Mercatoribus Minoribus celebrandis, & additio Cardinalis Carpensis ad dictam Constitutionem, quod non intret ea, quando minor est mercator, qualiter veniat intelligēda. Limitatio non potest inducere ampliationem, ad factum præcisè præstandum, quando quis cogi possit.

R. P. D. GHISILERIO
Postea Episcopo Terracinen.
Messanen. Decanatus.
Lunę 23. Maij 1644.

ARGVMENTVM CCLXXXV.

Beneficia reseruata per regulas Cancellariæ optandi consuetudini non amplius subiacent, quamuis illa mediante indulto pretendatur roborata, dummodo in specie talis optandi consuetudo in ipsis beneficijs reseruatis, non remaneat iustificata: maximè si postquam emanauit reseruatio semper de huiusmodi beneficijs fuit per Summos Pontifices facta collatio.

R. P. D. CORRADO
Postea S. R. E. Card.
Bononieñ Fideicommissi de Rubeis.
Lunę 23. Maii 1644.

ARGVMENTVM CCLXXXVI.

Persona Ecclesiastica, quando reperitur admixta in aliquo iudicio, tunc omnes gaudent beneficio appellationis, cum tunc non intret Aegidiana Constitutio, quę pariter non intrat, quando sententia nulliter, & iniustè apparet lata. A pœna & caducitate, vt quis excusetur quid sufficiat.

R. P. D. ROIAS
postea Episcopo Tarraconen.
Romana Situs.
Mercurii 25. Maij 1644.

ARGVMENTVM CCLXXXVII.

Vendens iura talia, qualia, vt ipse liberetur, quid sufficiat quod adimpleat, & quid si vendat ius publicum ante domum venditam. Instrumentum si discordet à capitulis datis à parte, quid sit attendendum.

REVERENDISS. CERRO DECANO
Senogallien. Bonorum.
Lunæ 30. Maij 1644.

ARGVMENTVM CCLXXXVIII.

Legatum factum fauore piæ causæ ad interrogationem alterius, non remanet probatum si testator nihil aliud respondit, quam *Padre si, fate voi*, cum huiusmodi verba vltra quod non important dispositionem perfectam, tamen vbi non constat de aliqua præordinata testatoris voluntate, imò apparet illa emanasse ad solam interrogantis suggestionem censeantur potiùs probata ex quodā morientium vsu, qui omnibus interrogantibus facillimè affirmatiuè respondent ad euitandas eorum imposturas interrogationis quam ex eorundem deliberata voluntate.

R. P. D. MELTIO
Postea Episcopo Papien.
Anagnina Beneficij.
Lunę 30. Maii 1644.

ARGVMENTVM CCLXXXIX.

Beneficium Iurispatronatus, quando est Laicale, licet non cadat sub reseruationibus, & affectionibus Apostolicis, attamen id non procedit, quando tale Iuspatronatus fuit relictum personæ Ecclesiasticæ, & quando illud non possit dici relictum temporaliter, sed in perpetuum Iuspatronatus non transit in fideicommissarium, sed remanet penes hæredem directum.

R. P. D. PEVTINGERIO
Romana Dotis.
Lunæ 30. Maii 1644.

ARGVMENTVM CCXC.

Renunciationem quam acquirit Pater in constitutione dotis filiæ, non vt simplicem renunciationem, sed vt veram donationem interpretari hac in decisione concluditur, & proinde dicitur illam fuisse quæsitam tam ipsi Patri, quam eius hæredibus, quicumque illi sint. Dotem post mortem Matris ad filios spectare, si hoc in contractu matrimonij apponatur, præcisam illorum arguit vocationem: secus verò si huiusmodi verba reperiantur in statuto prolata, quia toties libera testandi facultas matri non censetur adempta.

R. P. D. CORRADO
Postea S. R. E. Cardinali.
Cæsenaten. Censuum.
Veneris 3. Iunij 1644.

ARGVMENTVM CCXCI.

Census, quando fuit extinctus, tunc nullli fructus amplius ex eo debentur, & si mandatum executiuum pro illis fuerit relaxatum, tamquam inualidè

R.P.D.

R. P. D. BICHIO,
Romana Census, & Depositi.
Lunæ 27. Iunij 1644.
DECISIO CCCIV.
R. P. D. BICHIO.
Gerunden. Prioratus.
Lunę 26. Iunij 1644.
DECISIO CCCV.
R. P. D. CORRADO
Postea S. R. E. Cardinali.
Cremonen. Præpositurae.
Lunę 27. Iunij 1644.
ARGVMENTVM CCCVI.
Ad institutionem, & confirmationem præsentati, quando dicatur processum iudicialiter, & non extraiudicialiter, ita vt sit locus appellationi. Possessio quando dicatur attentata, ita vt sit locus sequestro, ne attentans gaudeat commodum vitiosæ possessionis.
R. P. D. MELTIO
postea Episcopo Papien.
Senogallien. Prędij.
Lunæ 27. Iunij 1644.
ARGVMENTVM CCCVII.
Possessione, quis non priuatur stante nullitate, & iniustitia sententiæ, quando illa non habuit se pro spoliato veluti, quando possessor appellauit Laudum, quando sine causæ cognitione fuit latum, & sine citatione partis, tunc nullatenus suffragatur. Interesse, vt quis consequatur, quid sit probandum.
R. P. D. LEONE VEROSPIO
Rheginen. Manutentionis.
Lunę 27. Iunij 1644.
ARGVMENTVM CCCVIII.
Alienatio facta lite pendente licet tanquam laborans vitio rei litigiosæ, subsistentiam non habeat, attamen quando reperitur facta ex causa necessaria antecedenti valet, & tenet. Iudex, quando nõ priuet aliquem sua possessione. Deliberatio bonorum, facta sine citatione partis, & termino ad reluendum, tanquam nulliter facta non substinetur. Clericus non potest conueniri à Laico Iudice.
REVERENDISS. CERRO DECANO
Romana Legati scutorum 50. mill.
Veneris 1. Iulij 1644.
ARGVMENTVM CCCIX.
Magistralis est decisio ad effectum excludendi tam multiplicationem legati, quàm præsumptionem donationis eo in casu, quo testator post factum legatum superuiuens emerat in fauorem legatarij officia, & loca montium conditione adiecta, quod si ipse de illis non disposuisset spectarent ad legatarium, quæ in legatum esse imputanda, non autem fuisse donata concluditur, vbi firmatur quod totum id, quod quoquomodo apparet factum post aliquam causam, puta promissum, cõcessum, traditum, seù datum, semper censetur factum iuxta præcedentem causam, & ab illa regulatur.
R. P. D. CECCHINO
Postea S. R. E. Cardinali.
Cathacensis Ecclesiæ.
Veneris 1. Iulii 1644.
ARGVMENTVM CCCX.
Dominium ad probandum vbi sumus in antiquo, quale reputetur tempus centum annorum, admittuntur probationes factæ per indicia, & coniecturas, & maximè ponderis esse dicuntur, renonationes, solutiones Canonum continuato tempore factæ, ac demum insignia existentia in re de cuius dominio agitur.
R. P. D. BICHIO.
Barchinonen. Iurisdictionis.
Veneris 1. Iulii 1644.
DECISIO CCCXI.
R. P. D. GHISILERIO
Posteà Episcopo Terracineñ
Firmana Codicillorum.
Veneris 1. Iulij 1644.
ARGVMENTVM CCCXII.
Dispositio text. in cap. cum esses de testamentis, quæ sibi vendicare locum in codicillis indubitati iuris est, procedit etiam quod illi fuerint in Vrbe, modo tamen à forense contracti, qualis iudicatur quicumque in ea permansit ad seruitium alicuius Principis, quamuis per longum tempus.
R. P. D. ROIAS
Postea Episcopo Tarracoñen.
Cathacen. Ecclesiæ.
Lunæ 14. Nouembris 1644.
ARGVMENTVM CCCXIII.
Dominium directum, qualiter probetur, & maximè si simus in antiquis, & an probetur per scripturam informem. Donatio quando dicatur acceptata à donatario.
REVERENDISS. CERRO DECANO
Romana Dotis.
Veneris 2. Decembris 1644.
ARGVMENTVM CCCXIV.
Substitutio facta ad fauorem alicuius eo in casu quo hæres institutus de bonis sibi relictis non disposuerit, euanescit quoties illum disposuisse constat, nec reuiuiscit ex quo hæres eundem instituerit, qui fuerat per testatorem vocatus in casu non factæ dispositionis ab hærede, cum sic institutus ab illo, non autem à Testatore hæreditatem habere dicatur. Et expenduntur duo textus, scilicet in l. vnum ex familia 67. §. si falcidia ff. de leg. 2. & in l. si sponsus § si quis rogatus ff. de donat. inter virum, & vxor. qui in hac facti specie obstare videbantur.
R. P. D. MELTIO.
Posteà Episcopo Papieñ
Recanaten. Manutentionis.
Veneris 2. Decembris 1644.
ARGVMENTVM CCCXV.
Vsusfructus constitutus in rebus, quæ ex solo vsu consumptionem recipiunt non differt à proprietate, nec ab ea separatur: ideoque si huiusmodi res alicui quoad vsumfructum legantur, censentur etiam quoad proprietatem legatæ, hoc tamẽ fallit vbi apparet de contraria voluntate testatoris, de qua satis constare dicitur si voluit legatarium obligatum esse ad præstandam cautionem, & inuentarium conficiendum, & denique si dixerit hæredem deberi esse contentum de quacumque restitutione.
R. P. D. VEROSPIO.
Barchinonen. Canonicatus.
Veneris 4. Decembris 1644.
ARGVMENTVM CCCXVI.
Indultum quod per sanct. memor. Gregorium XV. fuerat concessum Serenissimo Hispaniarum Regi

Indicis Argumentorum Finis.

INDEX CAVSARVM
IN QVIBVS FACTÆ SVNT DECISIONES
SACRAE ROTAE ROMANAE
IN PRÆSENTI VOLVMINE POSITAE
ALPHABETICA SERIE DISPOSITVS.

Lau-

Index Decisionum per Diœceses.

L

M

N

O

P

R

Ra-

Ro-

Index Decisionum per Diœceses.

NOTA
SACRAE ROTAE ROMANAE
AVDITORVM,
CORAM QVIBVS EMANARVNT DECISIONES,

Quæ in præsenti Parte Nona Tom. I. Recentiorum continetur.

Reuerendiss. P. D. CAROLVS CERRVS ROMANVS DECANVS.
R. P. D. Franciscus GHISILERIVS Bononien. Postea Episcopus Terracinen.
R. P. D. Hieronymus MELTIVS Mediolanensis.
R. P. D. Leo VEROSPIVS Romanus.
R. P. D. CORNELIVS Venetus, postea Episcopus Patauinus.
R. P. D. Franciscus de ROIAS Hispanus, postea Episcopus Tarraconen.
R. P. D. Iacobus CORRADVS Ferrarien. postea S.R.E. Cardinalis.
R. P. D. Dominicus CECCHINVS Romanus, deinde S.R.E. Cardinalis,
R. P. D. Hieronymus VEROSPIVS Romanus, postea S.R.E. Cardinalis.
R. P. D. Io. Iacobus PANZIROLVS Romanus, deinde S.R.E. Cardinalis.
R. P. D. Petrus CARILLVS, Postea Præses Vallisoletanus.
R. P. D. Cornelius Henricus MOTMANNVS Germanus.
R. P. D. Alexander BVCCABELLA Romanus.
R. P. D. Christophorus PEVTINGER Germanus.
R. P. D. Cœlius BICHIVS Senensis.


CATALOGVS
RR. PP. DD.
AVDITORVM
Qui de præsenti anno M. DC. LX. in Sacra Rota Romana fæliciter sedent.

Reuerendiss. P. D. CAROLVS CERRVS ROMANVS, Supremi Orbis Arepagi Decanus Meritissimus, estque eruditorum Optimus, & Optimorum Eruditissimus, nec non ingenij excellentis, acerrimi iudicij, & exquisitissimæ doctrinæ.
R. P. D. Hieronymus MELTIVS Mediolanensis, postea Episcopus Papien.
R. P. D. Leo VEROSPIVS Romanus.
R. P. D. Angelus CELSVS Romanus.
R. P. D. Antonius ALBERGATVS Bononiensis.
R. P. D. Aloysius BEVILAQVA Ferrariensis.
R. P. D. Hieronymus PRIOLVS Venetus.
R. P. D. Flaminius TAIA Senensis.
R. P. D. Ludouicus de BOVRLEMONT Gallus.
R. P. D. Ioannes EMERIX Germanus.
R. P. D. . . . .
R. P. D. . . . .



DECISIONES SACRAE ROTAE ROMANAE

A PAVLO RVBEO I. C. ROMANO SELECTÆ.



R. P. D. HIERONYMO VEROSPIO

postea S. R. E. CARDINALI.

Romana Pensionis.

Lunæ 28. Ianuarij 1641.

ARGVMENTVM.

In præsenti decisione, magistraliter deciditur, vtrum sub Indulto à Papa alicui concesso, transferendi pensiones, contineatur facultas transferendi pensiones, contineatur facultas transferendi fructus, qui reseruati fuerunt illius fauore, loco annuæ pensionis, & sic in effectu an substineatur translatio, quæ fuit facta de dictis fructibus.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione Beneficiorum Ecclesiasticorum, an veniant ipsi fructus.*
2 *Pensio constituta in specie, siue quota parte fructuum, quæ fieri solet fauore resignantis, non est propriè pensio.*
3 *Quia titularis, ex cuius beneficio ijdem fructus debentur, nihil pro illis soluere, aut pendeat Pensionario, vt tenetur facere in alijs pensionibus reseruatis.*
4 *Beneficium resignans cum pensione, siue alius quicumque cuius fauore fit reseruatio pensionis fructus percipere potest auctoritate propria.*
Quasi illorum Dominus, qui propterea dicitur similis vero vsufructuario.
5 *inter Pensionem, & reseruationem fructuum, ad fauorem resignantis beneficiũ, quæ adsint discrimina remissiue.*
6 *Pensio definitur esse portionem assignatam super fructibus beneficij.*
Pensionis nomen non potest conuenire reseruationi factæ de ipsis fructibus beneficij. num. 6.
7 *Fructuum reseruatio facta ad fauorem resignantis continet maius grauamen, quam pensio reseruata in quantitate.*
8 *sub Facultate generali alicui concessa non continentur ea, quæ maius continent incommodum.*
9 *Vsus Cancellariæ, in expeditione facultatum retinendi, aut transferendi fructus reseruatos in resignatione beneficij, qualis sit.*
10 *Consuetudo, pro lege haberi debet.*
Consuetudo attenditur in interpretatione voluntatis Papæ, aliquid concedentis. num. 10.
11 *Dictio, super cuius natura sit.*
12 *Pensionario, non potest conuenire hypotheca.*
13 *Reseruationes fructuum, quando fit resignatio beneficij, qualiter fiat.*
14 *Beneficium resignans, potest fructus sibi reseruatos, propria auctoritate capere non vti possessor, sed vti Dominus beneficij.*
Tamquam ex re, à qua sit debita seruitus personæ. n. 15
15 *Beneficij fructus an sint obligati pro pensione reseruata, super illius fructibus. amplia. num. 16.*
16 *pro Pensionibus omnibus annuis negatur obligatam esse rem, ex qua illa præstatio debetur.*
17 *Sed contrariam opinionem alij tenent, quæ sine dubio procedit, quando sumus in casu, quo pensio reseruata est pro alimentis num. 18.*
19 *per Clausulas præseruatiuas quis sibi canet, ne sibi inferatur præiudicium.*
20 *Clausulæ præseruatiuæ reddunt actum conditionalem.*
21 *Quod intelligendum venit de conditione resolutiua, non autem suspensiua.*
22 *Pensionis antiquum statum, & per Papam confirmatum, non est immutandum.*
23 *Fructus beneficij, quando fuerunt reseruati loco annuæ pensionis, postquam longo tempore soluta fuit pensio in certa quantitate.*
24 *Quod procedit etiamsi vtrumque modum concederetur in litteris Apostolicis.*

DECISIO I.



QVÆSITVM fuit in dubio, quod hodie proposui, An sub indulto transferendi pensiones, quod concessum fuit Reuerendiss. Episcopo Assisiensi, contineretur facultas transferendi fructus, qui reseruati fuerant illius fauore, loco annuæ pensionis super Ecclesia Parochiali S. Stephani; & effectus eius dubij erat: An sustineretur translatio, quam idem fecerat de dictis fructibus fauore Augustini, Et DD. negatiuè responderunt. Quia in indulto, siue facultate transferendi illi concessa legebatur permissum, vt transferre posset pensiones quas obtinebat reser-
1 uatas super fructibus † beneficiorum Ecclesiasticorum, quorum appellatione non poterant comprehendi ipsis fructus. Hæc enim pensio ita constituta in specie, siue quota parte fructuum, quæ
2 fieri solet fauore resignantis; † aut cedentis beneficio, & aliquando etiam ad fauorem tertij, vt tradit *Mandos. in tract. de Signat. Grat. in tit. fructuum reseruationes. Paris. de resignation. lib. 6. quæst. 1. nu. 15.* non est propriè pensio cum Titularis, ex cuius beneficio ijdem fructus debentur; nihil pro ijs soluere,
3 re, aut pendere debeat † Pensionario, vt tenetur facere in alijs pensionibus reseruatis in certa quãtitate, sed potest idem Resignans, siue alius quicumque, cuius fauore fit ea reseruatio, eos perci-
4 pere † propria auctoritate quasi illorum Dominus, qui propterea dicitur esse similis vero vsufructuario, vt tradit idem *Mandos. in dicto verbo fructuum reseruationes in vers. clausula exprimens pensionem, & in vers. Resignanti, vel cedenti, & latè probat Paris. dicta quæst. 1. num. 15 & 18.* vbi refert alia di-
5 scrimina inter hæc † duo genera pensionum, quæ etiam probauit *Rota in Sipontina Pensionis 24. Ianuarij 1614. coram Reuerendiss. D. meo Pirouano in 2. part. recent. decis. 508. num. 3. & apud Crescent. decis. 3. de solutionib. num. 4. Achill. decis. 3. de renunciationib.* Ex his verò sequebatur, quod cum in indulto concesso Episcopo Assisij data fuisset illi facultas transferendi pensiones reseruatas super fructibus beneficiorum, non poterat censeri eidem concessum,
6 vt † transferret etiam ipsos fructus, qui reseruati fuerant super dicta Ecclesia, tam ex natura pensionis, quæ definitur esse portio assignata super fructibus beneficij, vnde non poterat illius nomen conuenire reseruationi factæ de ipsis fructibus, *ex notat. per Bart. in l. si quis seruo num. 2. C. de furt. & in l. 1. § dolum. ff. de dolo in princip. & arguit idem Mandos. in loco supra relato in verbo fructuum reseruationis, in vers. clausula exprimens pensionem,* quam ex qualitate huius reseruationis, in qua cum diui-
7 dantur † fructus, ac separentur à certo corpore Beneficij, negari non potest, quin contineat maius grauamen, quàm pensio reseruata in quantitate, vnde illa videbatur indigere particulari expressio-
8 ne, neque potuisset comprehendi † sub generali facultate concessa in eodem indulto, *vt notatur in cap. quamuis de præbend. lib. 6. & in cap. 4. eodem tit. & notat ibi glos. in verbo dignitatum, tenuit Rota in Ferensi pensionis 11. Maij 1576. coram Aldobrandino in 1 part. diuers. decis. 217. num. 3,* vbi hoc tradit in materia huius reseruationis, *& in eadem causa 24. Iunij 1578. in eadem part. 1. decis. 454.*

Et visa fuit hæc interpretatio confirmari posse tam ex generali vsu, & consuetudine Cancellariæ quàm etiam ex verbis ipsius indulti; Et primò id
9 suadebat vsus Cancellariæ, † quæ in expeditione similium facultatum retinendi, aut transferendi fructus reseruatos hoc modo super beneficijs, solita est illos nominare expressè, & diuerso modo de ijs loqui, ac de pensionibus, quæ constitutæ sint
10 in certa quantitate, † quæ consuetudo pro lege haberi solet, & considerari debet hoc casu pro interpretatione voluntatis Papæ, qui gratiam concessit, *vt tenuit Rot. apud Cassador. decis. 2. de vnion. num. 7. inter decis. super regul. Cancellariæ, & decis. 55. de concession. præbendæ in antiq. num. 2. & tradit Mandos. ad Regul Cancellar. 24. quæst. 2. num. 2. Garz. de benefic. par. 1. cap. 5. num. 120.*

Secundò idem suadere visa fuerunt verba indulti, quia facultas in illo concessa continebat, vt liceret Pensionario, cui idem indultum concessum fuit, transferre pensiones reseruatas super fructibus, quæ facultas non poterat intelligi de ipsis fructibus, quos percipit Pensionarius, cuius fauore reseruata fuit quota illorum pars, sed solum de pensione in quantitate propter naturam illius di-
11 ctionis † super, quàm illa significare videretur hypothecam competentem super re, *vt probat text. in l. codicillis, §. instituto, ff. de legat & notat ibi Bart. post gloss. in verb. fænerari, & in l. fundus num. 1. ff. de annuis legat. Negusant. de pignorib. part. 2. membr. 4. numer. 164. in declarat. vigesimi tertij casus:* vbi hoc tradit in terminis pensionis reseruatæ super fructibus
12 Beneficij, † quæ hypotheca non poterat conuenire Pensionario, pro quo reseruati essent ipsi fructus, cum posset illos capere iure proprio, *argumen. text. in l. neque pignus, ff. de regul. iur. & in l. si rem, ff. de pignorat action. & notat idem Bart. in l. ex sextante, §. latinus, ff. de except. rei iudicat. post gloss. ibi in verb. constituto.* Vnde est quod in expeditione similium reseruationum, quæ fiunt de ipsis fructibus, solet
13 ex consuetudine † poni ea clausula, quæ etiam legebatur in hac reseruatione, vt resignans, siue cedens Beneficio possit illos capere propria auctoritate, cuius causa dicitur illos percipere non
14 vti possessor, sed vti Dominus Beneficij, † & tamquam ex re, à qua sit debita seruitus personæ, *vt tradit Mandos. de Signat. Grat. in verb. fructuum reseruationes, in vers resignanti, vel cedenti, & in regul. de annali quæst. 30. num. 1. Paris. de resignat. beneficiorum lib. 6. quæst. 1. num. 17.* Neque poterat excludi hæc declaratio, quæ desumebatur ex verbis indulti, eo
15 quia non subsisteret, vt fructus Beneficij † essent obligati pro pensione reseruata super illius fructibus, vt existimauit *Felin. in cap. ad audientiam 31. num. 6. de rescript. sequendo, Castrens. in cons. 339. lib. 1. num. 4 & num. 3,* vbi hoc generaliter probat in om-
16 nibus annuis pensionibus, † pro quibus negat obligatam esse rem, ex qua illa præstatio debetur, *argumento text. in l. Caius, ff. de alim. & cibar. legat. & in l. vltim. ff. de contrahend. emptione.* Contrariam
17 enim opinionem † tenuit *Romanus in cons. 388. numer. 2. & 3.* quem sequutus fuit *Negusant. eodem membr. 4. in declaratione eiusdem casus xxiij. in vers. sed aduertendum, Natt. cons 341. num. 6. Paris. de resignat. Beneficiorum lib. 6. quæst. 2. num. 96.* & eandem opinio-

opinionem tenuit *Rota apud Crescent. in decis. 3. de solutionibus, & in Neritonen. Pensionis 1. Iunij 1605. coram Penia*, & in casu quo pensio reseruata
18 fuerit † pro alimentis A, illam indubitatè procedere ait *Caccialup. de pensionibus quæst. 9. num. 14. Gigas eodem tract. quæst. 51. num. 17.* vbi illum sequutus fuit, & admisit idem *Castrens. d. cons. 339. eodem num. 4.*

Neque visa fuit obstare transactio, quæ dicebatur postea inita inter Episcopum Assisij, cui
A reseruati essent dicti fructus, & Rectorem Ecclesiæ, in qua loco fructuum, quos idem Episcopus percipiebat pro certa quota, constituta fuit inter eos pensio annua scutorum centum & viginti, nam in ea transactione expresse conuentum fuit, vt ex constitutione eius nouæ pensionis non censerentur mutata iura, quæ partibus antea compe-
19 tebant,† ex qua clausula videntur partes voluisse sibi cauere ab omni præiudicio, quod propter eam nouam conuentionem alteri earum nasci posset, ita vt relicta fuissent in eodem statu iura, quæ vtrique competebant occasione dictæ reseruationis. *argum. text. in l. Claudius Fœlis 17. §. vlt. ff. qui potior. pign. habeant, & in l. 1. C. quibus res iudicat. non noceat*, & tenuit *Rot. coram Put. decis. 191. num. 17. lib. 1. decis. 113. lib. 2. & coram Card. Seraph. decis. 144. num 6.* Imo potuit eadem
20 clausula reddere actum † conditionalem, & efficere, vt ille haberetur pro infecto post damnum, quod inde sequutum fuisset, *vt probat tex. in l. si testamento. §. 1. ff. de manumiss. testam. & notauit Bald. in l. vlt. num. 4. C. de edict. Diu. Adrian. tollen. Honded. cons. 86. num. 44. lib. 2.* & tenuit *Rota in Ferrarien. bonorum de Tassonijs 26 Iunij 1613. coram Card. Pamphil. decis. 513. num. 3. par. 1. recent. in qua declarata fuit decisi Putei 34. lib. 2.* quæ ab-
21 solutè firmauit † propter dictam clausulam fieri actum conditionalem, cum non possit hoc intelligi de conditione suspensiua, sed solum de conditione resolutiua, & idem super ea clausula notauit *Rota decis. 9. de concess. præbend. in antiquior. impress. per Bisig. & coram Card. Seraph. decis. 878. num. 2.* Præterea neque potuissent partes mutare naturam antiquæ pensionis, neque recedere à for-
22 ma † quæ data fuit in litteris sine approbatione & confirmatione Summi Pontificis, cuius sola auctoritas sufficere poterat, vt sustineri deberet, quod vltra formam præscriptam conuentum fuit super solutione eiusdem pensionis, *vt fuit dictum in Asculana pensionis 7. Februarij 1586. coram Cardin. Pamphilio, & in Legionen. pensionis 5. Iunij 1609. coram Card. Marquemontio*, & tenuit *Rota in vna Corduben. dimidiæ portionis coram Fabio relata per Puteum decis. 113. lib. 3.* Vbi in his terminis
23 censuit, vt non liceret † percipere fructus, qui fuerunt reseruati loco annuæ pensionis, postquam longo tempore soluta fuerat pensio in certa quantitate, quamuis vtrumque concederetur in litte-
24 ris, † cuius decisionis mentionem fecit *Paris. de resignation. benefic. eadem quæst. 1. lib. 6. num. 30. Mandos. de Signat. Grat. in verbo fructuum reseruationes, in vers. reseruationes fructuum.*

Et ita, &c.

R. P. D. GHISILERIO

postea Episcopo Terracineñ.

Foroliuieñ Bonorum de Acconcijs.

Veneris 1. Februarij 1641.

ARGVMENTVM.

Transactio, quando emanauit ex falsa causa, non potest habere subsistentiam cum corruat ex defectu consensus. Transactio inita sub firmo supposito, quod extet fideicommissum ex quibus probetur adesse. Ad sustinendam transactionem quidnam sufficiat.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum de associando datur, stante facultate capiendi possessionem propria auctoritate.*
2 *In Transactione error expressus, eam vitiat.*
3 *Transactio ex falsa causa facta, de certo errore corruit ex defectu consensus.*
4 *Sub Verbo, omnes, non veniunt filij tantum, sed etiam filios filiorum in eadem oratione nominatos.*
5 *Dictio, quandocumque, idem importat, quod in perpetuum.*
Dictio, quandocumque comprehendit omne tempus num. 6.
7 *Substitutio vulgaris expirat per mortem instituti cum filijs.*
8 *Limita nisi aliud appareat de mente testatoris volentis, quod fideicommiss. progrediatur ad alios. Et quæ sint coniecturæ, quæ id suadeant. num. 10 & 11.*
12 *Verba posita in oratione separata, non stant restrictiuè, sed extensiuè.*
13 *Agnationis contemplatio est sufficiens ad constituendum fideicommissum absolutum.*
14 *Fideicommittentis menti, quod repugnat non est admittendum.*
15 *Transactio, vt substineatur, sat est adesse aliquam dubietatem.*
16 *Transactio super iuribus fideicommissi fieri nequit, nisi sint dubia.*
17 *Dictio, maximè, quid importet.*
18 *Possessionem bonorum fideicommissorum, quod quis possit capere propria auctoritate, id necessario supponit adesse fideicommissum.*
19 *de Identitate bonorum fideicommisso subiectorum non est dubitandum, dum quis est grauatus certam summam pecuniarum.*
20 *Super Testamento transigens non inspectis, & cognitis verbis testamenti nulliter dicitur facta transactio.*
21 *Transactio, ad cuius fauorem est nulla ab eo, & non ab alijs est impugnanda.*
22 *L. de his ff. de transact. quando dicatur satisfactum.*
23 *Fideicommissum factum ad fauorem familiæ & agnationis semper durat, dum adsunt de tali familia.*
24 *Et hoc quantumuis esset vnus tantum.*

DECISIO II.

TRAIANVS Acconcius Iunior volẽs de anno 1612. ad tollendas lites, & ad eius exoneran-

dam conscientiã, & ad omnem alium ac meliorẽ finem declarare, quæ bona ab eo possessa essent subiecta fideicommisso, & fideicommissis alias per Bernardinum, Traianum seniorem, & q. Hieronymum facto, siue factis ad fauorem aliorum de Acconcijs nempe Iulij, & Martij fratrũ pro dimidia, ac Fabritij filij Bẽuenuti pro alia dimidia, & aliorum filiorum, & descendentium, & illorum purificationem in casu obitus ipsius sine filijs masculis, deuenit, ad concordiã, in qua declarauit Domum, seu Palatiũ in Ciuitate Foroliuij, & tenutam, siue possessionẽ in Villa nuncupata della Rotta subiacere dictis fideicommissis, eaq; in casu purificationis dictorũ fideicommissorũ ad prædictos Iulium & Martium pro dimidia, & ad Fabritiũ pro altera dimidia, quibus in d. casu purificationis dedit facultatem capiendi possessionem dictorum bonorum propria auctoritate, & sine licentia, mandato, decreto alicuius Iudicis vel Curiæ, etiam absque eo; quod è manu eius hæredum, & successorum illis possessio tradita, & concessa sit, vt latius in Instrumento d. Concordiæ. Decessit sine filijs Traianus relictis hæredibus DD. Andrea, Paolo, & Francisco de Maugellis ex sorore nepotibus superstite D. Francisco de Acconcijs filio supradicti Iulij, ipso prætendente factum fuisse locum purificationi fideicommissorum ad eius fauorem, & pacto adiecto in dicta Concordia fuit dubitatum, an illi esset dandum mandatum de associando ad possessionem dictorum bonorum, & affirmatiuè fuit resolutum.

Quia cum non conuertatur, quod Traianus iunior decesserit sine filijs, stante facultate in Concordia per eum Francisco concessa capiendi possessionem bonorum, de quibus agitur propria
1 auctoritate, † est concedendum mandato de associando ad possessionem eorum. *Rip. in l. 1. §. si hæres num. 21. ff. de Trebell. Gabr. tit. de acquir. possess. concl. 8. n. 8. Menoch. de adipisc. remed. 5. n. 183. Marescott. variar. resolut. lib. 2. cap. 20. n. 4. Afflict. decis. 326. num. 1. Rota coram sanct. mem. Greg. XV. decis. 105. num. 4. coram bon. mem. Buratto dec. 887. num. 5. & coram Reuerendissimo Vrgellen. decis. 105. num. 2.*

Nec facit, quod cum Concordia emanauerit cum firmo supposito, quod extarent fideicom-
2 missa supradictorum † error expressus in transactione, cui ex lectura colligitur, vitiet contractũ. *Dec. cons. 63. nu. 6.* quem sequitur *Aym. cons. 987. num. 56. lib. 6. Surd. cons. 241. nu. 1. ante fin. Simon. de Præt. de interpr. vlt. volun. fol. 172. num. 243. Peregr. de fideicom. art. 16. num. 111. artic. 51. num. 39. cons. 113. num. 9. lib. 3. & cons. 40. num. 17. lib. 5. Fusar. de subst. quæst. 498. & in num. 5. Rota decis. 40. num. 5. par. 2. 765. num. 1. & 2. par. 4. diuers. coram Seraphin. decis. 1190. num. 1. post med. vers. quare cum seqq.* Quia vera est conclusio, quod
3 transactio facta ex causa † erronea, detecto errore corruit ex defectu consensus vt in terminis transactionis factæ cum supposito fideicommissi non existentis tradunt Dec. & alij supra allegati; sed negarunt DD. illam applicari huic casu stante indubitata existentia fideicommissorũ de tempore Concordiæ, vt ex lectura testamentorum fideicommittentium, in quibus probatur supradictos Bernardinum, Traianum seniorem, & Hieronymum respexisse conseruationem agnationis, dum plures gradus substitutionum fecerunt, & fideicommissa verbis perpetuitatem denotantibus ordinarunt.

Siquidem Bernardinus de anno 1536. in omnibus suis bonis mobilibus, immobilibus, iuribus, &c. Benuenutum, Franciscum, & Fabritium suos filios legitimos, & naturales suos hæredes vniuersales instituit, fecit, & esse voluit pleno iure &c. & si aliquis dictorum filiorum, vnus, vel plures quandocumque decesserit, seu decesserint sine filijs masculis legitimis, & naturalibus, superuiuentes alios, vel alium, vel eorum, vel eius filios masculos legitimos, & naturales eis, vel ei decedenti, vel decedentibus substituit pupillariter, vulgariter, & per fideicommissum &c. Et si omnes dicti sui filij legitimi, & naturales, & eorum filij quãdocumque decesserint sine filijs masculis legitimis, & naturalibus dictam suam hæreditatem omnem, & omnia supradicta sua quæcumque bona voluit testator peruenire ad suos proximiores masculos legitimos, & naturales parentelæ suæ masculinæ pupillariter, vulgariter, & per fideicommissum &c. Et d. Testator voluit, quod d. casu sua hęreditas prædicta semper perueniat, & vadat ad proximiores masculos legitimos, & naturales parentelæ suæ masculinę quousque durauerit dicta eius parentela, & agnitio masculina pupillariter, vulgariter, & per fideicommissum &c. fœminas filias verò talis decedentis, vel decedentium sine filijs, vt supra, voluit idem Testator dotari secundum dispositionem temporum facultatem talis decedentis &c. computata in dicta dote omni legitima, Trebellianica, & omni alia parte qualibet sibi debita iure naturæ. Ex quibus apparet non solum filios filiorum fuisse grauatos, & sic nepotes, sed etiam alios de-
4 scendentes, cum verbum, omnes, ibi: † *Et si omnes dicti sui filij, & eorum filij &c.* referatur non solum ad filios, sed etiam ad filiorum filios in eadem oratione nominatos copulatiuè; Vnde in-
5 trat recepta conclusio, quod sub nomine † filiorum eum dictione vniuersali nominatorum non solum primi filij, sed etiam cæteri continentur *Fusar. post alios plures quos allegat in tract. de subst. quæst 320. nu. 66.* Idem suadet dictio, quandocum-
6 que, quæ † importat idem, quod in perpetuum cum comprehendat omne tempus.

Non obstat, quod eo ipso, quod filij Bernar-
7 dini instituti, & eorum filij decesserunt † cum filijs expirauerit fideicommissum iuxta celebre *cons. Oldrad. 21.* sæpius à Rota canonizatum, *vt in decis. 486. num. 1. decis. 519. num. 2. par. 1. recent. & in Bononien. de Barzellinis 7. Iunij 1634. coram me.* Quia quando constat Testatorem habuisse respectum ad defectum filiorum quocumque tempore contingat, & quando Testator substituit non solum in casu, quo eius filij, sed etiam filij filiorum
8 decederent sine filijs, vt de vtraque casu † ex illa dictione, quandocumque, & ex illa dictione, omnes, superius põderatis cessat, *d. cons. Oldrad. 21. Aym. cons. 326. num. 6. vers. & primo non procedit. Soccin. cons. 250. num. 4. lib. 2.* Vltra quod ex coniecturis vbi constat de contraria voluntate Testatoris receditur *à cons. Oldrad.* Hic autem adsunt vehementes coniecturæ. Digressus ad plures gradus,

9 dus, prohibitio alienationis, expressa † causa conseruandi bona in familia, exclusio fœminarum; fideicommissum reale, clausula vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, & versamur in fideicommisso ascendentis, cum omnes descendant à Bernardino, quo casu sufficiunt leuiores coniecturæ.

Neque videtur contrarium posse firmari ponderatis illis verbis restrictiuis, ibi, *& d. Testator voluit, quod dicto casu sua hæreditas, &c.* Quia cum
10 verba † præcedentia respiciant extinctionem descendentium, non excludunt fideicommissum in fauorem ipsorum descendentium, sed illud præsupponunt, & quatenus verba præcedentia non essent per se apta ad inducendum fideicommissũ, cum Testator velit suam agnationem in perpetuum conseruari, & filias fœminas suorum de-
11 scendentium dotari, ex verbis sequentibus † illud induceretur, & ideo verba præcedentia sunt supplenda, cum ex illis appareat plus fuisse dictum in præcedentibus, & minus scriptum. Nec dicta verba sunt referenda ad conditionem si sine filijs appositam in principio institutionis, & substitutionis, sed ad casum successionis parentelæ, vt scilicet postquam hæreditas peruenit ad omnes vocatos ordine successiuo, & descensiuo vadat ad illos proximiores parentelæ masculinæ in stirpes,
12 & non in capita, quæ verba cum sint † posita in oratione separata non stant restrictiuè, sed extensiuè per ea quæ notant *Adden. ad sanct. mem. Greg. XV. decis. 433. num. 21. & 22.*

Traianus senior secundus fideicommittens de anno 1572. post plures substitutionum gradus clarius expressit fideicommissum ordinasse pro conseruatione agnationis familiæ de Acconcijs, ibi, *quia volo hæreditatem meam conseruari in domo agnationis meæ de Acconcijs pro eius sustentatione &c.*

Tertius fideicommittens, scilicet Hieronymus de anno 1591. perpetuum fideicommissum ordinauit ad fauorem agnationis in scut. 6000. De hoc tertio fideicommisso quantitatis non est quæsito, cum Mangelli dent manus.

Ex verbis tàm primi, quàm secundi, & tertij testamenti clarè patet Testatores voluisse bona remanere, & conseruari in agnatione de Accon-
13 cijs, quæ contemplatio † agnationis sufficit ad constituendum fideicommissum absolutum *Soccin. iun. cons. 40. num. 18. & 19. inter cons. Curt. sen.* Et hanc opinionem esse receptissimam concludit *Mantic. de coniect. lib. 6. tit 14. num. 24. & Surd. cons. 95. plenè comprobans num. 13. lib. 1. & alij relati per Mant. d. num. 24. vers. sed contrariam opinionem.*

Et si Traianus senior voluit, quod sua hæreditas conseruetur in domo agnationis de Acconcijs pro eius sustentatione, quomodo ergo poterunt dicta bona peruenire ad proximiores masculos de agnatione, quousque durauerit agnatio masculina, si ob obitum institutorum, vel substitutorum cum filijs expirasset fideicommissum? Et quomodo pro sustentatione familiæ de Acconcijs deseruiret hæreditas Traiani si modo esset transferenda ad Mangellos extraneos, non obstante,
14 quod adsint masculi de agnatione? quod † quidẽ cum de directo repugnet menti fideicommittentis non est admittendum, quare data subsistentia fideicommissi, seu fideicommissorum concordia est executioni demandanda secundum pacta conuenta inter partes de capiendo possessionem propria auctoritate.

Eoque facilius, quia non agitur de supradictis fideicommissis principaliter, nec ex integro illa
15 sunt discutienda, sed agitur ex transactione † pro qua sustinenda sat est adesse aliquam dubietatem, vt in terminis transactionis factæ super fideicommissis dubijs respondit. *Rota in Bonon. transactionis de Facchinettis 26. Nouemb. 1633. 14. Nouemb. 1636. 8. Iunij 1637. 30. Aprilis 1638. coram R. P. D. meo Verospio*, quæ deinde fuerunt confirmatæ 25. *Februarij, & 13. Maij 1639. coram R. P. D. meo Mer-*
16 *lino*, cum non possit † fieri transactio super iuribus fideicommissi, nisi illa sint dubia *Natt. cons. 304. num. 8. Bero. cons. 176. num. 28. lib. 1. cum alijs allegatis num. 10. in Nouarien. Legitimæ 18. Iunij 1629. coram me, quæ est decis. 306. par. 5. recent.*

Nec subsistit, quod Concordia emanauerit solum ad dirimendas lites, quæ oriri poterant super liquidatione bonorum in casu purificationis, proindeque transactio vti restricta ad liquidationem bonorum non tangat fideicommissa, circa quæ nihil fuit dispositum. Quia contrarium apparet ex verbis Concordiæ, ibi, *Pro euitandis litibus, quæ inter se, & alios prædictos de Acconcijs ex vna, & hæredes, ac successores dicti Traiani iunioris partibus ex altera in casu purificationis dictorum fideicommissorum oriri possent, maximè super bonorum relatis fideicommissis subiectorum identitate, &c.* habitam fuisse rationem litium, quæ oriri poterant super fideicommissis, & illorum existentia, dictio enim illa, Maxime, non excludit alias lites, nec restringit concordiam ad identitatem bonorum, sed stat ampliatiuè, itaut & includatur existentia fideicommissorum, & identitas bonorum; Atque ita dictio illa, Maxime, demonstrat, quod partes non se restrinxerunt ad declarationem super identitate, sed etiam ad existen-
17 tiam fideicommissi, & † hoc attenta natura illius dictionis, Maximè, *l. fin. ff. de his quæ in testam. l. illud ff. ad l. Aquil. l. filius fam. ff. de condit. & demonstr. Couarr. var. resolut. lib. 2. quæst. 7. n. 4. Gemin. cons. 6. in princip. Rota decis. 139. n. 16. par. 5. recent.* Et cõclusio Instrumenti cantat, quod decedente Traiano sine filijs Acconcij fideicommissarij possint apprehen-
18 dere possessionem propria auctoritate † Vnde per necessarium antecedens partes canonizarunt adesse fideicommissum, & illud esse purificandum per mortem Traiani, quatenus decederet sine filijs. Nec erat opus transactione super identitate bonorum, quia in fideicommisso Bernardini aderat nota omnium, & singulorum corporum hæ-
19 reditatis suæ, & respectu fideicommissi † Hieronymi non erat opus probatione identitatis, quia Traianus iunior erat grauatus ad restituendum scuta 6000. non autem ad certa bona.

Pariter non obstat, quod Traianus transegerit
20 non inspectis, cognitisque verbis † testamenti, seu testamentorum, & sic nulliter iuxta *text. in l. de his. ff. de transact.* Quia fideicommissarij non im-
21 pugnant transactionem, in quorum † fauorem emanauit *d. l. de his*, & cum Traianus, & supradicti Iulius, & Martius fratres, ac Fabritius filius Bennenuti transigentes declarauerint, & cum iura-

iuramento confessi fuerint se habuisse,& habere plenam scientiam, notitiam, & claram, ac perfectam informationem de cuncto tenore, siue cunctis tenoribus supradictorum testamentorum per supradictos Bernardinum,Traianum seniorem, &
22 Hieronymum de Acconcijs conditorum,&c.† satisfactum fuit dispositioni *d.l.de his*, prout notant *Bartol Bald.Angel.Paul.de Castr.& alij per Osasch.decis.*112.*num.*20. *Cæs.de Grass.decis.*2.*de transact.Burat.decis.*658.*num.*9.

Denique non ostat, quod prædecesserit Traiano iuniori Fabritius filius Benuenuti,& ita pro il-
23 la medietate† expirauerit etiam fideicommissum, & facultas apprehendendi bona concessa in transactione. Quia testamenta sunt facta ad fauorem familię,& agnationis,& sic quandiu aliquis extat, successio fideicommissi ad illum pertinet, quia li-
24 cet solus conseruat tamen † agnationem,& non potest dubitari quin attentis testamentis ad solum etiam Franciscum,qui superest de Acconcijs tota successio spectet,in transactione autem partes non intellexerunt excludere personas comprehensas, nec restringere fideicommissum nisi respectu quãtitatis bonorum,& facultas ingrediendi possessionem fuit data vocatis ad fideicommissa,& transa-
25 ctio † recipit interpretationem à testamentis, super quibus emanauit, & ad quæ etiam se refert *Peregr. de fideicomm. artic.*42. *num.*62. *Seraph. decis.*1460.*num.*2.*Rota in Florentina, seu Bonon.de Barbadoris* 25.*Iunij* 1640.*coram bon.mem.Coccino.*Et illa verba,pro dimidia, apposita in transactione stant demonstratiuè, quia de tempore transactionis aderat Fabritius Benuenuti,& Franciscus, & propterea attento illo tempore diuidenda erat successio pro medietate.

Præterea si Traianus deuenit ad transactionem pro exoneranda sua conscientia, pro euitandis litibus,pro obtinenda cessione,quoad alia bona in transactione non descripta,& alia etiam ratione in transactione expressa, quia sic sibi placuit, & placet facere, ac disponere de suis bonis in fauorem dictorum eius consanguineorum, &c. omnis interpretatio est capienda pro sustentatione transactionis,quia supradictæ clausulæ excludunt omnem errorem,omnemque dolum & fraudem,& sic
26 illius hæredes debent adimplere,† & admittere personas vocatas in dictis fideicommissis,alioquin
27 non† exonerassent conscientiam Traiani Iunioris transigentis,& placuerunt etiam aliæ responsiones datæ ab Informantibus pro Acconcio.

Et ita conclusum vtraque parte informante.

R. P. D. ROIAS

postea Episcopo TARRACONEN.

Maceraten̄ Census.

Veneris 15. *Februarij* 1641.

ARGVMENTVM.

Apochæ, seu instrumenta matrimonialia in qua simulatè promittuntur ad matrimonij honorificentiam maiores dotes, quàm quod verè constituantur, tanquam promissiones & aere, ne non fumosæ, nullatenus possunt habere subsistentiam.

SVMMARIVM.

1 *Apochæ matrimoniales, quod sint factæ ad pompam, ex quibus arguatur.*
2 *Instrumenta, quando probantur esse simulata, non releuant.*
3 *Simulandi causa, quando adest, tunc facilius probatur simulatio.*
4 *Simulatio cum sit difficilis probationis, ideoque coniecturis remanet iustificata.*
5 *Simulatio arguitur ex modo insolito.*
6 *Apocha, dum non fuit consignata vero creditori, quid ex hoc arguatur.& num.*7.
8 *Dos quod fuerit constituta ad pompam arguitur stante paupertate dotantis.*
9 *Adnotatio, & descriptio facta tempore non suspecto ostendit veritatem rei.*
10 *Fructus rei cessæ, dum per multum tempus non fuerunt petiti quid ex hoc arguatur.*
Curator non potest inæqualiter dotare plus sorores.
11 *ad Simulationem probandam coniectura plures, simul ponderandæ veniunt.*
12 *Simulatio facilius probatur dum non agitur de delicto, sed de simulatione licita,& honesta.*
13 *Instrumenta dotalia maioris dotis ad maiorem pompam quotidie fieri solent.*
Vt dos pinguior appareat,quod licitè fieri potest.
14 *Dos magna dum fuit constituta ad pompam,eodem modo præsumitur simulata, distributio solutionis in diuersis terminis.*
15 *Census debet extingui per actus retrosimiles.*
16 *Census, quando remaneat extinctus absque alia retrocessione.*
17 *Census potest etiam extingui per compensationem.*
18 *Censuarius cogitur inuitus compensare.*
*Compensatio habet vim solutionis.num.*18.
19 *Census extinguitur per compensationem,nec requiritur disdicta, quando compensatio fuit facta de consensu partium.*
20 *Et quæ verba sint apta ad id inducendum.*
21 *Ratificatio ex quibus inducatur.*
22 *Ratificatio præsumitur, stante promissione de rato, & obseruantia per* 30.*annos.amplia num* 23.
24 *Confessio facta absente parte,non nocet confitenti.*
25 *Testium reuelationes non releuant dum non sunt formiter examinati.*
26 *Testes deponentes de auditu non releuant. amplia num.* 27.

DECISIO III.

FVit de anno 1591. per Cæsarem Ridolphinum Tutorem, & Curatorem, nuptui tradita Hieronyma Ridolphina Horatio Alaolino cum promissione dotis scut.4000. per apocam, verum quia dos fuit potius ad pompam, ac honorificentiam pro tali summa constituta cum re vera inter partes conuentum fuisset solum in scutor.3150. Ideò supradicta Apoca fuit consignata Vincentio Cafsino consanguineo Hieronymæ,& mediatiori, vt illam penès se retineret (prout retinuit) iuxta notam à tergo factam.Successiuè obijt Horatius maritus condito Testamento in quo mandauit dictæ Hieronymæ eius vxori restitui scuta 400. à se recepta ad computum dotis, eique insuper reliquit vsumfructum suorum bonorum nec non legatum scutor.600.computatis in eo vestibus,ac iocalibus.

De

De anno verò 1582.sub die 17.Septembris fuit deuentum ad transactionem inter d.Hieronymam, & hæredes d.Horatij, in qua d.hæredes pro restitutione præfatorum scut.400.à Cæsare solutorum Horatio,ac pro vsufructu relicto,& inter eos concordato in scutis 3000. nec non pro complemento d. legati scutor 600. (ad quorum computum consignarunt vestes,& iocalia æstimata in scut.440 & pro scut.40. conflatis ex impensis funerum, & scutis duobus tunc solutis consignarunt Hieronymæ censum scut.550. in sorte de quo agitur debitum ab hæreditate Francischini patris eiusdem Hieronymæ, nec non tres census conficientes in sorte summam scut.1050. His ita peractis fuit per d.Hieronymam conuolatum ad secunda vota cum Iacobo Centio facta dotis promissione per Cæsarem supradictum in scutis 4800. soluen. in pluribus,ac determinatis solutionibus,& pro prima paga d. Cæsar soluit scut. 150. in prædictis tribus Censibus,& scuta 600.in vestibus,ac iocalibus nec non scuta 800.pro prima, & secunda paga, pacto adiecto,quod d.Hieronyma deberet quietare eius fratres,& patruos de omni,& toto eo quod ab ipsis prætendere posset; quæ dos verè,ac realiter fuit postmodum ab eodem Cæsare patruo integrè soluta,vt ex quietantijs datis apparet, quarum vltima secuta fuit sub die vltima Aprilis 1602. & secuta morte Iacobi secundi viri clarè demonstratum fuit Hieronymam recuperasse ab illius hæredibus prædictam integram summam scut. 4800. De anno 1632.pro parte d.Hieronymæ fuit actum coram A.C. pro fructibus supradicti census scut. 550.à Francischino,vt supra impositi,ac d.Hieronymæ cessi ab hæredibus Horatij eius primi viri contra Cæsarem Iuniorem hæredem supra d. Cæsaris senioris fideiussoris d. Census, & contra ipsum obtinuit mandatum ad effectum deponendi, quod postea coram R.P.D. meo Verospio fuit etiam executioni demandatum, & causa in gradu appellationis mihi commissa proposui pluries dubium. An Decretum R.P.D. mei Verospij esset confirmandum vel infirmandum itaut depositum esset consignandum Hieronymæ,vel restituendum Cæsari, & post septimam causæ propositionem hodie demum fuit resolutum d. decretum esse infirmandum, & sic depositum esse consignandum Cæsari.

Præcipuum resolutionis fundamentum deductum fuit ex eo, quod dos primi matrimonij fuit realiter scut.3150.quamuis Apoca cantet pro scutis 4000. ex quo expressio pro d.summa fuit secuta ad pompam, & ad matrimonij honorificentiam,præsertim stante d.adnotatione à tergo Apocæ facta, ibi, *nota che questo scritto non si deue rendere se non ci è il consenso di Girolama, Ludouico, e Mario, & all'incontro di Miser Gioseppe, e Miser Cesare Ridolfini altrimente ci rimetteriano della conscienza, dell' honore,& della robba*,quæ simulationem indicat,attenta præsertim qualitate personæ mariti, qui (vt testes dicunt) erat vir gloriosus, stante etiam con-
1 suetudine Regionis conficiendi similes Apocas matrimoniales pomposas iuxta attestationes †datas,ex quibus simulatio deducitur. *Cæpol.de simul. contr. num.68. præs. 21.* & in proposito aduertunt *Menoch.præs.122.nu.95.lib.3.Far.de simul quæst.162.*
2 *num.214.*similesque Apocas† in Rota fuisse discussas ac vti simulatas reputatas fuisse *coram Dur.decis.98.num.14.Bur.decis.775. num.1. & in Rom.Dotis de Puliaschis 10.Decemb.1629.coram R.P.D.meo Dunoz* & causa simulandi non deficit in præsenti cum illa benè resultet ex pompa, ac matrimonij honorificentia propter quam d. maiores expressiones
3 dotium † fieri consueuere præsertim inter nobiles viros iuxta.*l.si quis post 9.in princip.vers.dos,etiam C. de bonis proscr.Valasc.decis.154 num.11.Dur.d.dec.98 num.14. Bur.d.decis.775.num.1. & fuit resol.in Rom. fructum Dotis 28.Iunij 1628. coram bon.mem.Coccino & in Rom. pecuniaria 25.Iunij 1632. coram R.P.D. meo Merlino.*Vlterius concurrunt quamplures coniecturæ,ex quibus apertè remanet probatum Apocam fuisse factam ad pompam, & simulatè in d.
4 summa scut.4000. coniecturis † autem simulationem remanere probatam cum sit difficilis probationis non est in iure nouum iuxta *text.in l non omnis §.Barbaris ff.de re milit. Paris. cons.53. num.8.cum seqq.lib.1.Mant.de tacit.lib.13.tit.35.num.9.*

Prima coniectura desumpta fuit ex eo, quia Apoca legitur confecta absque testibus, nec data fuit Horatio primo viro creditori,sed Vincentio mediatori,ex quo desumitur dotem pro d.summa promissam fuisse simulatam, & ad pompam constitutam, cum illa debuisset consignari creditori ad hoc,vt penès illum ad sui cautelam remaneret *Crau.de ant temp.§.quæritur nu.67.tract.to.17.fol.134. Giou.resp.37.num.3.lib.1.Gregor.XV.decis.439 nu.7.* Maximè quia nullum in ea adest pactum vltro citroque obligatorium,sed nuda dotis promissio in
5 fauorem tantummodo mariti,ac vxoris,† qui modus vti insolitus] præbet causam simulationis *Farin.de fals.quæst.162.num.155.Grat.discept.479.n.70. Decian.respons.62 num.75.lib 3. Mut.decis.35.nu.17. Rota decis.283.num.8 par.5 recent.& in Firmana Prædij 14.Maij 1640.coram R.P.D.meo Peutingero.*

Secunda coniectura deprompta fuit ex eo, quia Apoca fuit consignata d.Vincentio mediatori, & à tergo legitur adnotatum quod non tradatur parti absque consensu illorum de Ridolphinis cum alias adesset iactura honoris conscientiæ, ac rerum, quæ omnia non militarent si Apoca esset
6 absolutè candida,†cum eo casu statim fuisset consignata primo viro creditori adhoc, vt valeret suum creditum consequi *l.plures Apocæ C.de fid Instrum Gregor.XV.dicta decis.439.num.7.* Animaduertendo quod mediator penès quem remansit Apoca non adnotauit consensum mariti pro consignatione apocæ desiderari; sed consensum illorum de Ridolphinis,qui dotem debebant,ex quo desumitur illos tantummodo in apoca habuisse interesse,
7 eosque damnum fuisse passuros si marito † consignaretur,& propterea d.Apocam non fuisse in totum veram,perfectam,ac firmam *Morot.resp.6.n.5. & 11.Seraph.decis.623 nu.3.& fuit dictum in Vlixbonen.Matrimonij 21.Iunij 1613.coram Sacrato.*

Tertia elicita fuit ex paupertate Francischini patris Hieronymæ probata ex inuentario bonorum hæreditariorum in summario dato, de cuius Francischini bonis dotem fuisse constitutam firmatum extat in 1.*decis.in hac causa facta coram R.P.*
8 *D.meo Verospio in §.penult.* † quam coniecturam in proprijs terminis constitutionis dotis ponderauit *Rota coram Reuerendiss.Vrgellen.decis.98.num.13.& prius in Rom.dotis 10.Ian.1600.coram Sacrato.*

Quinta

Quinta deducta fuit ex adnotationibus in libris
d. Cæsaris administratoris in quibus legitur de-
scripta dos Hieronymæ in summa flor. 6300. con-
ficientium summam scut. 3150. quæ quidem ad-
notatio ac descriptio cum facta fuerit tempore
non suspecto, & veniat etiam corroborata ex con-
fessionibus fratrum d. Hieronymæ in duobus in-
strumentis cum ipso Cæsare celebratis bene osten-
9 dunt veritatem, † quod dos fuit solum scutor. 3150
& ex istis resultat probatio contra quoscumque
*Surd. decis. 55. num. 3. Rot. decis. 54. num 2. par. 5. recent.
& fuit dictum in Tudertina Societatis 21. Iunij 1638.
coram R. P. D. meo Panzirolo.*

Sexta fuit quia spatio 40. annorum, & vltra su-
pradicta Hieronyma tacuit, & nunquam fructus
supradicti census scut. 550. petijt nec est verisimile
quod ipsa tanquam informata de cessione d. cen-
sus cum fuerit presens confectioni apocę illamque
10 exhibuerit in Archiuio, tamdiu distulisset † supra-
dictos fructus ad summam satis considerabilem
ascendentes exigere, nisi ipsa certo sciuisset dotem
primam vere fuisse solum scut. 3150. ac sortem
principalem d. Census scut. 550. esse comprehen-
sam, & compensatam in secunda dote per Cæsa-
rem Seniorem promissa, & soluta in summa
scut. 4800.

Septima vrget ex constitutione dotis postea fa-
cta per eumdem Cæsarem Artemisiæ sorori Hiero-
nymæ de scutor. 3150. in tot paghis, vel in scutis
2100. in tot Censibus, nam verisimile est eamdem
dotem fuisse similiter in tot paghis constitutam
d. Hieronymæ, & multum inuerisimile maiorem
11 dotem fuisse illi promissam † cum curator non
possit inæqualiter dotare sorores. *Mant. de tacit. lib.
12. tit. 21. num. 35. Merl. de legit. lib. 3. tit. 1. quæst. 12.
num. 37. cum seqq. Rot. in Rom. dotis 24. Ianuarij, & 7.
April. 1631. coram Reuerendiss. D. meo Pirouano.* Ex
quibus coniecturis nec non alijs per informantes
12 deductis benè elicitur probatio † simulationis
præsertim omnibus simul iunctis *Gabr. cons. 51.
num 10. lib. 2. cum alijs latè deductis in Rom. pecun. 9.
Iunij 1636. coram R. P. D. meo Merlino.* Et huiusmodi
simulatio magis conuenit in præsenti casu in quo
non inducit delictum, sed agitur de simulatione
13 licita, † honesta, ac in materia matrimoniali sa-
tis permissa ad hoc, vt dos pinguior appareat, quod
licitè fieri posse, & hodie multum in vsu esse, vsus
ipse demonstrat *Rota coram Reuerendiss. Vrgellen. d.
decis. 98. num. 14 & d. decis. 775. num. 1 coram Buratt.
& in dicta Rom. dotis de Puliaschis 10. Decembr. 1629
coram R. P. D. meo Dunozetto.*

Nec coniecturæ prædictę remanent elisæ ex quo
in d. apoca scut. 4000. legitur facta distributio so-
lutionis faciendæ in decem paghis, & sic in scutis
400 pro qualibet, quia distributio correspondere
debet apocæ ad hoc, vt retineat simulationem, ac
totum id quod illa intendit inducere, cum alio-
quin si in ea esset facta distributio in minori quan-
14 titate apoca seipsam † destrueret, quapropter eo-
dem modo quo apoca redditur simulata ex prædi-
ctis, redditur etiam simulata, & ad pompam distri-
butio in ea contenta ex congestis per *Farin. de
falsit. quæst. 162. num. 32. Fedroch. cons. 36. num. 126 &
127. Et dixit Rota in d. Firmana prædij 14. Maij 1640.
coram R. P. D. meo Pentingero.*

15 Nec obstat quod Census, de quo † agitur non sit
extinctus per actus retrosimiles prout requiritur
Dur. decis. 449. num. 9. Nam cum ex prædictis con-
stet quod 1. dos Hieronymæ fuit scut. 3150. & le-
gata per primum virum sibi relicta scut. 1600. Cen-
sus verò prædictus cum alijs tribus fuerint cessi
Hieronymæ per dd. Hæredes pro restitutione scut.
400. solutorum à Cæsare 1. viro, nec non pro satis-
factione præfatorum legatorum, & vsufructus vti-
que dum Cæsar soluit 2. viro scut. 4800. sequitur
sub ista solutione esse comprehensam sortem prin-
16 cipalem d. Census scut. 550. † & sic remansisse
extinctum absque aliæ retrouenditione *Rot. decis.
374. num. 16. par. 5. recent. Cenc. de Censib. quæst. 103.
17 num. 4.* Quamuis sufficeret extinctio † per com-
pensationem per quam Censum posse etiam ex-
tingui firmat *Molin. de iust. & iur. tract. 2. disp. 394.
num. 7. Cenc. de censib. par. 3. cap. 1. quæst. 3. artic. 6.
num. 4. & 5. & in Add. num. 8. & 9.* vbi quod Cen-
18 suarius cogitur † inuitus compensare cum com-
pensatio habeat vim solutionis *Rot. decis. 354. nu. 2.
vsque ad 5. pars recent.* in qua dictum fuit nec esse
19 necessariam disdictam, † quando compensatio
secuta fuit de consensu partium prout in præsenti
cum in 2. Apoca promissionis dotis per d. Cæsa-
rem Seniorem facta pro scutor. 4800. ad fauorem
Centij secundi viri Hieronymæ expresse promis-
sum extet, quod Hieronyma quietabit fratres, &
Cæsarem patruum debitores census de omni eo,
quod ab illis prætendere posset secuta solutione
20 dotis, † quæ verba omnem prætensionem conti-
nent *Cæned. singul. 50. num. 10.* sunt apta inducere
mutuum animum compensandi d. censum ex late
traditis per *Menoch. præs. 110. num. 30. cum seqq. lib. 4.
Rot. decis. 28. num. 11 par 5. recent.*

Nec venit dubitandum de ratificatione Hiero-
nymæ de contentis in apoca confecta per secun-
21 dum maritum † cum talis ratificatio præsumenda
veniat obsecutum matrimonium *Surd. decis. 62.
num. 13. Rot decis. 89. num. 11. par. 2. diuers. D. Vrgel-
len. decis. 42. num. 10. Bur. decis. 283. num. 8.* Stante
22 etiam promissione † de rato facta per d. Centium
2. virum cum subsecuta obseruantia 30. annorum
*Socc. sen. cons. 26. num. 3. vers. præterea lib. 3. Mantic.
decis. 13. num. 9. & in Rom. diuisionis 20. Iunij 1639.
coram R. P. D. meo Bichio;* Prædictis accedit subse-
cuta recuperatio dotis in summa scut. 4800. facta
per Hieronymam ab hæredibus d. Centij 2. viri
23 prout † ex solemni eius quietantia constat *Surd.
cons. 28. num. 21. & cons 104. num. 2. & 519. num. 7.
Ciriac. contr. 441. num. 41.* in qua dotis restitutione
continetur pretium d. Census scutor. 550. de quo
agitur, propterea non est vlterius quærendum.

Denique non obstat assertio de qua in Instru-
mento anni 1602. facta per D. Canonicum Ma-
rium, in quo fatetur d. Cæsarem soluisse pro doti-
bus Hieronymę, ac Artemisię sororis scutor. 6000.
prout nec etiam obstant testes ad hoc probandum
adducti, qui reuelarunt vigore excommunicatio-
24 nis. Quia † responderunt DD. Primo istam asser-
tionem factam fuisse absente parte quæ ideo illi
non nocet *l. certum §. si quis absente ff. de conf. Soccin.
cons. 20. col. pen. vol. 1. Ant. Gabr. de confess. concl. 1.
num. 1.* Secundo quod postea coram Iudice fuit se-
cuta confessio de anno 1605 tam d. Canonici Ma-
rij, quam Ludouici fratris in qua habetur d. Cæsa-
rem soluisse pro dote Hieronymæ florenos 6000.
qui

qui constituunt summam scut.3150.ac pro dote dictæ Artemisiæ florenos 4400:ex quibus fit summa scut.2200. de quibus in d.Instrumento de anno 1605.celebrato,& sic per tres annos postea, per quod tollitur d.prius instrumentum, nec non omnes aliæ confessiones antea emanatæ propter subsecutam contrariam posteriorem narratiuam, ac confessionem factam in patria contrahentium magis specificando materias. Quo verò ad Testes
25 siue † reuelationes satis est dicere non fuisse formiter examinatos, & ideo non esse attendendos *Rot.post 2.vol.consil.Farinac.decis.*138 *Dur.decis.*212 *num.*1.*&* 329. *&* 338.*vtrobique num.*1. *& coram me in illa Auenionen.dotis.* 21.*Iunij* 1640.*in fine.*Vltra
26 quod deponunt de auditu,†qui auditus prouenit ab illa simulata declaratione maioris dotis,&vnus
27 testis†deponit postea audiuisse de scutis 3150.

Et ita resolutum vtraque parte informante,&c.

R. P. D. ROIAS

postea Episcopo TARRACONEN.

Ciuitatis Castelli Saluiani.

Lunæ 18.*Februarij* 1641.

ARGVMENTVM.

Præscriptio solutionum fructuum, vt intret necessarius est cursus decem annorum cum tunc possit considerari negligentia, aut mora creditoris in non exigendo cum tunc in pœnam tam magnæ negligentiæ intret præscriptio.

SVMMARIVM.

1 *ad Præscriptionem solutionum fructuum requiritur spatium decem annorum.*
2 *Præscriptio solutionum fructuum fundatur in negligentia,aut mora Creditoris.*
*In cuius pœnam talis præscriptio est fundata.num.*2.
3 *Saluiani vigore agitur contra tertios possessores.*
4 *Præscriptio non currit contra non valentem agere.*
5 *Præscriptio remanet interrupta per solutionem partis fructuum.*
6 *Negligentia cessat,dum quis non valet agere.*
7 *Præscriptio fundatur in negligentia.*
8 *Ignorantia præsumitur in facto alieno.*
9 *in Præscriptione quacumque iurium requiritur scientia,& illa est probanda.*
10 *Præscriptionis materia est odiosa.*
11 *Præscriptio semper,& quando potest est euitanda.*

DECISIO IV.

IOannes Vincentius Marchio Vitellius imposuit annuum censum scutorum 48. monetæ de anno 1583.pretio scutorum 600. quem sic impositum vendidit Angelo Guerrino, cui accesserunt vti principales principaliter,& in solidum q.Thomas de Fuccis, nec non Philippus de Comitibus cum obligatione dicti Io: Vincentij pro eorum releuatione;successiuè de anno 1589.prædictus Angelus Guerrinus censum præfatum cessit Florido de Libellis, & fructus fuerunt semper à Florido exacti vsque ad annum 1613.& 1615. licet vltimi termini solutionum non fuerint integrè soluti.

Postmodum cum hæredes dicti Marchionis Io: Vincentij fructus dicti census soluere recusauerint sub prætextu, quod omnia bona dicti Marchionis impositoris census essent obnoxia antiquo fideicommisso,ideò prędictus Floridus de Libellis egit coram A.C.de anno 1623.& obtinuit mandatum executiuum pro scudi 506. contra DD.Fratres de Fuccis,vti hęredes supradicti q.Thomas fideiussoris census,qui fratres de Fuccis ad hoc, vt se liberarent ab eorum obligatione, emerunt dictum censum,eiusque fructus vsque ad annum 1628.decursos persoluerunt,cum reportatione,ac Iurium cessione in forma,cuius vigore de anno 1633.egerunt contra Dominos deVbertis tanquam tertios possessores vigore emptionis secutæ vsque de anno 1613.vnius prędij olim possessi per q.Philippum de Comitibus in hoc censu pariter cum supradicto Thoma de Fuccis obligatum, & lata sententia in Saluiano in partibus coram Vicario CiuitatisCastelli ad fauorem supradictorum de Fuccis fuit eis concessa immissio ex Saluiano in bonis,de quibus agitur possessis per Vbertos,causa in gradu appellationis ad Rotam deuoluta dubitaui,an obstaret præscriptio dictis DD.de Fuccis, quo minus possent venire contra prędium possessum per Vbertos ad hoc vt Fuccij valeant satisfieri fructibus dicti census solitis ac decursis,& in posterum decurrendis,& Domini negatiuè resoluerunt.

Ex eo quia ab anno 1615. quo fructus adhuc exigebantur à Florido de Libellis Domino Census,vsque ad annum 1623.tempore litis motæ coram A.C. fuit actum pro solutione dictorum fru-
1 ctuum vix elapsi sint octo anni, † quod tempus non est sufficiens ad inducendam præscriptionem ad quam ad minus requiritur cursus decem annorum iuxta *l.fin.§.fin autem,C.de prescript. longi temp. Alex.cons.*118.*num* 16.*lib.*2. *Cephal.cons.*29.*num* 14. *Maseard.de probat.concl.*1214 *num.*63 *Gratian.decis. Marchiæ* 15.*num.*12. *Thomat.decis.March* 44.*num.*2. *Ioseph Ludou.decis.Lucen.*31.*num.*18. & fuit dictum in *Spoletana Saluiani* 3.*Iunij* 1639.*coram R.P.D.meo Merlino*; cum ante dictum temporis spatium non
2 possit considerari aliqua † negligentia, aut mora in Creditore in cuius pœnam talis præscriptio est fundata, & sine quibus præscriptio non habet locum, *Anchar.in cap.possessor, num* 4.*de reg.iur.Surd. decis.*236.*num.*14.*Cassan. in Consuetud.Burg.rubr.*11. *de Cens.§.*2.*num.*37.*Foller.de Cens.verbo, huiusmodi, num.*95.*Cenc.de cens quæst* 98 *num.*49. *&* 50.*Rot.decis.*407.*num.*16.*part.*5.*recent.*quamuis Vberti emerint bona, de quibus agitur vsque ab anno 1613. & contra eos, fuerit actum in Saluiano,vti tertios
3 possessores de anno 1633 propterea†eos esse tutos ab hypotheca nec esse amplius molestandos,cum non tantum bona possederint spatio decem,verum etiam 20.annorum,nihil facit,quia cum vsque ad annum 1615.fructus fuerint soluti per Io:Vincentium Vitellium principalem debitorem, & ab inde de anno 1623. fuit actum pro solutione fructuum, & reportatum mandatum executiuum de anno 1624.coram A.C.quo tempore non dum effluxerant anni decem requisiti ad præscriptionem inducendam ex prædictis, & successiuè de anno 1628.Fuccij soluerant hoc debitum cum reportatione

tione iurium, propterea benè fuisse intentatum Saluianum de anno 1633. nec Fuccijs obstare præscriptionem, quia tempore, quo fructus soluebantur à dicto Io: Vincentio Vitellio principali debitore non poterat agere. Floridus de Libellis
4 Dominus census, nec sua iura experiri contra† tertios possessores, ideò nulla ei currebat præscriptio *Cassaneus in consuet. Burgun. d. rubr. 11. de Cens. § 2. à num. 37. vers. dicuntur, cum seqq. Foller. in Prax. Censual. verbo, huiusmodi, num. 95. Cenc. de Cens. quæst. 98. nu. 49. & 50. Ceuall. in Specul. com. contr. com. q. nu 9. & 10. & dixit Rot. part. 5. recent. decis. 407. n. 15.*

Nec ex eo quod dictus Floridus de Libellis de anno 1624. reportauit mandatum pro solutione fructuum dicti census pro annis plusquam decem
5 venit dicendum† fuisse elapsos integros decem annos, & consequenter completam præscriptionem decennalem, quia cum constet pro annis 1613. & 1615. fuisse solutam aliquam partem fructuum quamuis non integros fructus, prout de tali solutione doctum fuit per quietantias quamuis cantantes
6 ad bonum† computum dictorum annorum per solutionem partis fructuum eorumdem annorum remanet interrupta talis præscriptio decennalis, vt per *Foller. in prax. Censual. verbo, huiusmodi, num. 93. fol. 181. Rot. in Romana Dotis, & Legati 15. Ian. 1620. coram Manzanedo, iux. tex. in l. cum notissima, §. & de quibus, C. de præscript. 30. annor. Natt. consil. 402 num. 64.*

Prætereà censuerunt Domini non intrare præscriptionem, quia vltra cessationem decennalem requiritur etiam, quod Creditor sciat alienationem bonorum factam fuisse in Tertium, quod hic defi-
7 cit. † Vnde contra ignorantem agere non valentem non poterat currere prescriptio, quia in eo ces-
8 sabat negligentia, in qua fundatur præscriptio, † & cum agatur de facto alieno ignorantia presumitur, *l. verius, ff. de probat. Din. in c. præsumitur, de reg. iur. in 6.* & in his terminis firmant *Cassan. in consuetud. Burgun. rubric. 11. §. 2. num. 44.* qui in fine d. glos. refert ita secundum suam opinionem fuisse iudicatum, *Foller. in Prax Censual. verbo, huiusmodi, sub num. 95. vers. Item quarto facit, Roderig. de ann. redit. lib. 2 q. 9. sub nu. 65. Thomat. decis Maceraten 44. n. 26. & seq.* Vbi quod scientia requiritur in quacumque
9 præscriptione iurium, † & illa est probenda *Rot. decis. 407 n. 18. par. 5. Recent.* & fuit dictum in *Spoletana Saluiani 3. Iulij 1639. coram R. P. D. meo Merlino.*
10 Maximè cum agatur de materia præscriptionis satis odiosa, & semper quando potest euitanda, &
11 *quantum fieri potest,* refrenanda ex traditis per *Angel. in l. 1. C. de præscript. 30. vel 40. annorum, Dec. cons. 68. sub num. 5. vers. sed tamen, Decian cons 108. num. 23.* & sæpiùs firmauit *Rot. decis. 304. num. 2. in fin. par. 1. recent. & coram bon mem Buratto decis. 457. in fin.* cum alijs latè congestis per *R. P. D. meum Merlinum in Spoletana Saluiani 3. Iuny 1639.*

Et ita resolutum vtraque parte informante, &c.

R. P. D. ROIAS

postea Episcopo TARRACONEN.

Cremoneñ Cappellaniæ.

Mercurij 20. Februarij 1641.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus, si relictum fuerit senioribus vicinis alicuius loci, de quibus vicinis talis dispositio veniat intelligenda, an de senioribus ratione ætatis, vel temporis, quia diutius habitarunt in dicto loco, & respondetur adiectiuum illud, senior, qualificatur à substantiuo illo, vicino, cum qualitas adiecta verbo, intelligatur secundum qualitatem dicti verbi.

SVMMARIVM.

1 *Iurispatronatus existentia, & pertinentia remanet probata per confessionem partis.*
2 *Mors possidentis beneficium remanet iustificata, dum vtraque pars venit ex eadem vacatione.*
3 *Iuspatronatus relictum vicinis senioribus tunc præsentatus à senioribus venit præferendus.*
4 *Iuspatronatus relictum vicinis senioribus, intelligendum id venit, de vicinis, qui maiori tempore ibi habitarunt, & non de ætate senioribus. & num. 17.*
Adiectiuum, senior, quid importet.
5 *Adiectiuum senior, coniunctum cum substantiuo, vicino, interpretandum est secundum qualitatem eamdem vicinitatis.*
6 *Qualitas adiecta verbo, intelligi debet secundum qualitatem ipsius verbi.*
7 *Canonicus antiquior, non nuncupatur. qui est maior in ordine ad ætatem, sed qui prius Canonicatus fuit adeptus.*
8 *Antiquitas sumenda est, respectu eius qualitatis, cum qua coniungitur.*
9 *Antiquior inter Milites dicitur antiquior Consiliarius, antiquior in Religione, antiquior Rector, &c.*
Non autem antiquior in ætate.
10 *Antiquior vicinus, si interpraetaret pro antiquiori in ætate, nullo modo conueniret respectu substantiui, vicinus.*
11 *de Iuris patronatus materia, quando agitur, tunc verbum antiquior venit intelligendum de antiquiore respectu ætatis. & num. 15.*
12 *Nominatio patronatus, quando relicta est senioribus Domus, tunc qualitas contemporanea ipsi natiuitati attenditur.*
13 *Adiectiuum, antiquior, quando venit intelligendum de antiquiore in ordine ad ætatem.*
14 *Adiectiuum, antiquior, quando sit aptum vnicum tantum sensum recipere; & vnicam interpratationem.*
Seniores pollent maiori iudicio, num. 14.
16 *in Antiquis est sapientia.*
Iunior sum tempore, vos autem antiquiores, qualiter id interpraetetur. num. 16.
17 *Pupilli si sint maiores septennio, sunt habiles ad præsentandum.*
18 *ad Episcopum spectat cognoscere an præsentati ad iuspatronatus sint habiles, & idonei.*
19 *in Electione simplicis Capellani, sequenda est voluntas Testatoris propria significatione verbis expressa.*
20 *Dictio, ex, denotat causam proximam, & immediatam.*
21 *ad Disponentis mentem assequendam intellectus ille est amplectendus, qui est verior, & iustior.*
22 *Iurispatronatus materia ad honorem tantum pertinet.*
23 *Vicinus denominatur ab habitatione, quando agitur de aliquo iure respectu personæ.*
24 *Inconuenientia omnino sunt euitanda in interpraetatione voluntatum.*

25 Obser-

25 *Obseruantia subsecuta, multum est attendenda in omni materia.*
26 *Obseruantia est optima legum interpres.*
27 *in Obseruantia interpratatiua verborum, nulla requiritur præscriptio, & sufficit sic aliquando obseruatum fuisse.*
27 *Legatum vel priuilegium relictum pauperibus non censetur derogatum, per quamcumque vnionem etiam æquè principaliter factum.*
28 *de Vnionis natura est, vt intelligatur facta sine præiudicio tertij, & num. 29.*
30 *in Numero maiori, inest etiam minor.*
31 *Cap. vt qui duas de elect. in 6. tantum habet locum in præsentationibus diuersis, ac diuerso titulo, & iure prouenientibus.*
32 *Actori, incumbit onus probandi suam intentionem.*
33 *Actor, quando non probauit suam intentionem, excluditur per eius non ius.*
34 *Ad causam admissus in statu, & terminis in quo causa reperitur, dicitur ratificare omnia acta facta,*
35 *Vnde ea acta nocent etiam ei.*

DECISIO V.

TANDEM post quartam Dubij propositionem materia plenè discussa, Causa ab omnibus Dominis visa, Partibus semper acriter informantibus, DD. hodie steterunt in decisis sub die 6 Februarij 1640. coram me, * approbando omnia fundamenta dictæ decisionis, in qua dictum fuit, Bartholomæum Bellonum esse instituendum, vti præsentatum à tribus Vicinis antiquioribus Viciniæ S. Margharitæ; nempe Flameno Manna, & Pisento, quos Maynoldus fassus fuit esse antiquiores Vicinos dictæ Viciniæ, ad quos spectat Iuspatronatus, de quò agitur ex dispositione clara Fundatricis post finitam familiam de Hò, quam esse extinctam
1 non dubitatur: qua † confessione stante (quamuis in alio iudicio emanata) sufficienter remanet probata tàm Existentia, quàm Pertinentia Iurispatronatus, *Rota penes Garz. de benef. par. 12. cap. 2. à num. 276. vsque ad 279. & par. 4. diuer. decis. 526. 563. & 645. par. 1. recent. decis. 697. num. 2. & alibi passim.*

Nec dubitatum fuit de Vacatione per obitum
2 Camilli; cum illa bene extet iustificata † per gratiam obtentam à Maynoldo super eadem vacatione, quæ sufficit *Seraphin. decis. 1296. Mant. decis. 132. num. 1. Caual. decis. 55. num. 3. & alibi passim.*

Non obstat vnicum obiectum nouiter excitatum, quod multùm inculcabant Informantes pro recessu à decisis; scilicet Maynoldum esse instituendum, vti præsentatum ab aliquibus Vicinis d. Vi-
3 ciniæ S. Margharitæ, † qui sunt ibi Seniores ætate; propterea ad eos spectare ius præsentandi iuxta *cons. Natt. 195.* per totum, & præsertim *num. 4. Iason. cons. 192. lib. 2. Mandell. cons. 334. Peregr. cons. 47. num. 15. lib. 2. Fusar. de substitut. quæst. 358. nu. 24. & quæst. 383. num. 1. Rhauden. decis. Pisan. 39. num. 3. 4. & 5.* Quibus tamen non obstantibus adhuc dixerunt Domini Bellonum esse instituendum, vti præsentatum à dd. tribus Vicinis, qui diuturniori tempore in d. Vicinia habitarunt; cum dicendum sit, Testatricem intellexisse de illis Vicinis, qui diutiùs quò ad habitationem in Vicinia perstiterunt; non autem de Senioribus inspiciendo ætatem; Quia Testatricem vocando tres Vicinos antiquiores censendum est, voluisse eligere tres Habitatores ex Vicinis antiquioris habitationis, ac si verbaliter dixisset tres ex habitatoribus habitatione antiquio-
4 ribus Viciniæ S. Margharitæ; † cum hic Vicinus dicatur respectu habitationis, non autem ætatis, iuxta doctr. *Bart. in l. si tertius num. 1. vbi Imol. num. 1 & Rom. ff. de aq. plu. arc. Anchar. in cap. canonum statuta num. 284. de constit.* & inter Repetentes *num. 389.* Et
5 Adiectiuum illud, Antiquior, coniunctum † cum d: substantiuo, Vicinus, sit interpretandum secundùm eandem qualitatem Vicinitatis, cum qua pronunciatur; ex quo qualitas iuncta verbo intelligitur se-
6 cundum qualitatem † ipsius verbi, cui adijcitur per *text. in l. in delictis §. si extraneus* vbi DD. communiter *ff. de noxal. Dec. cons. 636. num. 6. Surd. decis. 57. num. 6. Rot. decis. 486. num. 6. part. 1. recent.* atque ita respectu habitationis intelligit Proximiorem Vicinum *Bartolus in d. l. si tertius num. 5. ff. de aq. plu. arc.*

Et iuxta prædictum intellectum esse verba Fundatricis intelligenda, per quæ Patronatum disposuit *ad tres Vicinos ex Vicinis antiquioribus Viciniæ S. Margharitæ* suadet Germanus Sermo, nec non etiam Communis Vsus loquendi, dum Antiquior
7 Canonicus † non nuncupatur ille, qui est maior in ordine ad ætatem; sed qui priùs Canonicatum fuit consecutus *Glos. in cap. final. in verb.* antiquiores *de*
8 *consuet. in 6.* cum Antiquitas sit sumenda, † & intelligenda respectu illius qualitatis cum qua coniungitur. *Dec. in c. cum omnes in 2. lect. num. 13. de constit. Caualer. decis. 109. num. 1. & seq.* Dicitur etiam anti-
9 quior inter milites, antiquior Consiliarius, † antiquior in Religione, antiquior Lector; & sic de alijs similibus non ille qui est antiquior circa ætatem; sed qui priùs pedes fixit in Religione, Collegio, Militia, &c. *iux. text. in cap. 1. & ibi Felin. circa finem de maior. & obed. l. 1. C. de consul. & l. 1. & 2. C. de perfect. prat. lib. 12. Bart. in l. qui ad tempus ff. de cur. Rebuff. in tract. de nomin. quæst. 21. num. 7. Gonz. ad reg. 8. §. 3. proem. num. 23. & 25. Seraph. decis. 326. nu. 3. Dur. decis. 386. num. 1. & decis. 439. num. 3.* Quapropter si adiectiuum illud, Antiquior, si interprætaretur pro
10 Seniori in ordine ad ætatem nullo modo † conueniret respectu sui substantiui, Vicinus, nec esset antiquior Vicinus ex *Dec. in d. cap. cum omnes in 2. lect. nu. 13. de constit.* & esset adulterare sensum proprium dicti verbi, quod non est permittendum.

Nec fuit habita in consideratione replicatio desumpta ex eo, quod quando agitur de materia Iurispatronatus (prout in præsenti) verbum illud, Antiquior, veniat intelligendum de Seniori, & ha-
11 bente † maiorem ætatem ex *Iason. consil. 192. lib. 2. Natt d. cons. 195. num. 4. 5. & 6. Mandell.* ac alijs vbi supra. Quia fuit responsum dd. Doctores loqui benè de Senioribus, & habentibus maiorem ætatem; sed non applicari eorum dicta casui nostro; cum loquantur in casu, in quo nominatio alicuius Patronatus est relicta Senioribus, seu Antiquioribus
12 Familiæ, Domus, vel Cippi, † quo casu qualitas est contemporanea ipsi natiuitati, & tunc adiectiuum, antiquior, venit intelligendum de antiquiore in
13 ordine † ad ætatem; cum non sit separabilis natiuitas ab ipsa qualitate; ex quo eo ipso, quod quis natus est in aliqua Familia, cui est relicta nominatio alicuius Patronatus, indubitanter eo casu spectat d. nominatio Patronatus ad habentem maiorem ætatem in d. Familia, vti vniuocè concepta in tota

tota Familia, & in eo casu Nomen, Antiquior, est
14 aptum vnicum † sensum tantummodo recipere, & vnicam interpretationem: in quibus terminis loquuntur *Natt.d.cons 195. Peregr.cons.97. Mandell.& Fusar.cum alijs supra deductis.*

Minùs releuat quod secundùm subiectam materiam nomen, Antiquior, veniat intelligendum de
15 Seniore, † saltem ex eo, quia versamur in materia Præsentationis, & Seniores maiori polleant iudicio ad eligendum Capellanum iuxta celebre di-
16 ctum *Iob.in cap.12. in antiquis † esse sapientiam, & cap. 32. Iunior sum tempore vos autem antiquiores;* quod exponitur, idest *Seniores*, vt per *Paris.cons.92. num.32.lib.2. Tiraquel.de Iureprimog.in præf.num.39.* Placuit enim responsio data quod non sumus extra prædictum casum; cum Testatrix in erectione Iurispatronatus non simpliciter vocauerit Anti-
17 quiores; sed antiquiores Vicinos † de Vicinia S.Margharitæ; propterea benè applicantur superiùs deducta iuxta eandem distinctionem *Dec. in d.c.cum omnes in 2.lect.num.13.& 14.de constit.*

Vltra quod, quamuis Seniores maiori aliquando polleant iudicio, atque prudentia fortasse in eligenda persona habiliori; attamen cum Pupilli
17 ipsi septenio maiores sufficiant † ad actum præsentandi iuribus vulgatis, & Episcopum spectet de-
18 clarationem facere, † dum instituit præsentatum, & videre de habilitate, & idoneitate illius, ex *Sac. Conc.Trident.sess.7.cap.13. & sess.26.cap.9. de reformat.Gregor.XV. decis. 4.num 7.& 8.Garz.de benefic. par.4.cap.1.num.24.cum seqq.* Propterea de hoc non est quærendum, maximè in electione simplicis
19 Cappellani: † sed sequenda omninò est voluntas fundatricis propria significatione verborum expressa.

Ponderata etiam fuit dictio illa, *Ex* antiquiori-
20 bus Vicinis, † quæ denotat causam proximam, & immediatam, vt in *l.1. §. ex incendio vbi Bart. & DD.ff.de incend.Alex.cons.49.num.3.Roland.cons.54. num.11.lib.3.Surd.cons.573.num.41.lib.4.*

Et intellectus prædictus visus fuit Dominis æquior, & voluntati Testatricis magis adaptari;
21 cum ad effectum, de quo agitur. † Vicinus Antiquior intelligendus sit ex subiecta materia secundum mentem proferentis *iuxt.doctr.Bald.consil.370 nu.4.lib.3.* vt veniat inspiciendum ad quem finem, & effectum facta fuerit mentio de Vicino antiquiori, vt per *Anchar.in repet.cap.* canonum statuta vt supra *de constitut.* in præsenti autem finis Fundatricis substituendi Vicinos antiquiores non alius considerari potest ex subiecta materia Iurispatro-
22 natus † (quæ ad honorem dumtaxat pertinere videtur *Rot. in Bononien. Iurispatr. 23. Ianuarij 1640. coram R.P.D.meo Bichio*) quàm enixa quædam voluntas honorandi, ob dilectionem erga Viciniam, hac peculiari, personali prærogatiua præsentandi in hoc Patronatu, deficiente Familia de Hò, illos vicinos de eo tempore, in d.Vicinia S.Margharitæ antiquius inhabitantes, & deinde illos successiuè, in ea diutiùs personali habitatione continuantes, quibus nomen, Vicini, & prærogatiuæ Vicinorum præ cæteris iure optimo competunt; ex quo dum
23 agitur de aliquo Iure respectu personæ † Vicinus denominatur ab habitatione, vt per *Bart. in d.l.si tertius, ff de acq.plu.arc.* & ibi *Imol.& Rom.* aliàs enim sequeretur inconueniens, quod statim atq; imminereт obitus beneficiati biduo, aut triduo ante va-
24 lerent Seniores Ciuitatis, etiam maximè Rudes, † & Viles se transferre ad habitandum in d. Vicinia S. Margharitæ, ac tollere Ius quæsitum Antiquis habitatoribus, ac Vicinis contemplatis à fundatrice.

Vlterius adest obseruantia subsecuta, quæ multum est attendenda in hac materia cum illa † sit
25 optima interpres quarumcunque dispositionum, *l.in interpretat.ff.de leg.Aym.cons.121.num.3.* Et esse obseruandum in præsenti, quod alias fuit obseruatum, dixit *Rot.* in terminis Iuris præsentandi *decis. 216.num.2.par.2.recent.* præsertim cum hæc sit ob-
26 seruantia interpretatiua verborum † in qua nulla requiritur præscriptio; sed sufficit, sic fuisse aliquando obseruatum *Castren. cons.347. num.4.lib.1. Crauet. cons.101. num.4.& 5. Crescent.decis.1. de constit. cum alijs per Rot.decis.419.num.6.par.1.recent.* prout ita fuisse obseruatum in consensu præstito de Anno 1602. super hac Cappellania, patronali nomine, in resignatione effectuata vigore d.consensus ad fauorem Camilli Gudacij, vltimi possessoris colligitur ex documentis consensuum 1571. & prædicti Anni 1602. in summarijs datis.

Non obstant quæ fuerunt replicata de Vnione Ecclesiæ S.Margharitæ ad fauorem Seminarij cum translatione Curæ animarum tribus proximioribus, Ecclesiæ Parochiali, cui motiuo fuit satisfactum in prim. decis.hodie confirmata; nempe adhuc extare fines d.Viciniæ, intra quos habitatores denominantur de d. Vicinia S.Margharitæ, eisdemque enim, etiam soluitur vsque in præsentem diem annuum legatum, antiquitus relictum pauperibus d.Viciniæ; & vlteriùs retinent eadem iura,
27 & priuilegia, † quibus censendum est non fuisse derogatum per quamcunque Vnionem, etiam æquè principaliter factam. *Rebuff.de Vnion.num.15. & de Vic.perpet.num.3.Mandos.in Regul.Canc.Cancr. reg.12. quæst.1. num.4. Garz. de benef. par.12. cap.2. num.37.& 38.Grat.discept.845.num.12.13.14.& 17*
28 ex quo † de natura Vnionis est, vt intelligatur facta sine præiudicio tertij *cap.2. & ibi gloss. & Abb. num.5.de Relig.dom. Rot. decis.vnica de sepult.in Antiqui.Coccin.decis.157.*

Nihil obstat, quod Bellonus fuerit præsentatus
29 à † sex Vicinis, nec declarauerit, quorum velit vti Præsentationibus *iux.text.in cap.vt qui duas, de elect.*
30 *in 6.* Quia vt in prima decis.dictum fuit, † in maiori numero minor inest: propterea sufficit Bellonum probasse in illis complecti tres verè antiquiores d. Viciniæ quo ad personalem habitationem cuiuslibet, quod benè probatum fuit.

Dispositio autem *text.in d.cap.vt qui duas de ele-*
31 *ction. in 6.* locum tantummodo sibi vindicat † in præsentationibus diuersis, ac diuerso titulo, & Iure prouenientibus; non verò in præstitis à præsentantibus iure singulari; & ex vno, eodemque titulo & ad eundem finem tendentibus (vt in præsenti) *ex gloss.in d.c.vt qui duas in verb. ex vna Arch. ibid. in princ.vers.non tamen, & dixit Rot.decis.570.per totam par.3.recent. & præsertim num.3.in fin.* Vlterius fuit responsum hoc cessare ex facto, quia Bellonus Iudicium fuit prosecutus super Confessione ipsius Maynoldi, confitendis tantummodo Flamenum, Mannam, & Pisentum ex illis sex Præsentantibus esse antiquiores Vicinos d.Viciniæ, vt in d.prima decisione fuit discussum.

Tandem non obstat, Confessionem Maynoldi non posse præiudicare Augusto, ac Rouide denuo ad causam admissus, vti Senioribus in ordine ad ætatem: Quia cum isti fuerint admissi in statu, & terminis postquam Bellonus plenè probauit suam intentionem, prouenientem ex d. confessione Maynoldi; ex præfatorum subsecuta admissione, ad causam non oritur noua obligatio Bellono iterum contra admissos probandi semel probatum, sed benè admissis incumbit aduersus Bellonum probare legitimum fundamentum eorum intentionis; scilicet ipsos Admissos esse antiquiores Vicinos respectu habitationis in d. Vicinia Sanctæ Margaritæ,
32 † cum in hoc sint Actores *l. ei qui ff. de probat. Rot. decis. 109 par. 2. Recent.* quemadmodum ad Maynold. pertinet ostendere fuisse er-
33 roneam eius præfatam confessionem, † à qua tanquam per errorem emanata conabatur, recedere, quę cum nec Maynoldus, nec admissi ad causam probauerint, meritò excluduntur ex eorum non Iure *Caputaq. decis. 11. par. 1. Coccin. decis. 158. num. 1. & 259. num. 4. Cauall. decis. 630. num. 7.*

Fuit amplius animaduersum, quod cum prædicti fuerint expressè per Iudicem admissi ad causam in statu, & terminis vigore specialis commissionis, post incoatum iudicium contra May-
34 noldum, ab eis præsentatum † ratificauerunt omnia acta, eaque fecerunt sua, quæ eis ideo nocent *Rot. decis. 313. n. 6. par. 6. recent.* quod procedit siue
35 isti veniant † assistendo Maynoldo, siue Iure proprio *Greg. XV. decis. 303. num. 1. 2. & 3.*

Et ita resolutum fuit omnibus auditis.

Decisio ista emanata in hac eadem causa sub die 6. Febraarij 1640. coram eodem Reuerendissimo Roias erit infra in Appendice.

R. P. D. ROIAS.

Postea Episcopo TERRACONEN.

Interamneñ Habitus.

Mercurij 20. Februarij 1641.

ARGVMENTVM.

Commissarij secundi, quando non possint denegari pro formando processu Nobilitatis, pro admittendis Militibus Hierosolymitanis. Veritas ne aperiretur, iniquum esse præcludere via Nobilitas ex quibus dicitur probata Nobilitas, etiam à Principe procedit.

SVMMARIVM.

1 *circa Probationam nobilitatis quo ad Equites Hierosolymitanos, quando dandi secundi Commissarij pro formando processu.*
2 *Probationes non sunt denegandæ, nec coangustandæ.*
3 *Veritatis viam præcludere iniquum esset. & num. 4.*
5 *Probationes recipiendæ sunt secundum stylum, & morum Tribunalis.*
6 *Nobilitas proueniens à sanguine nunquam amittitur, & num. 7.*
8 *Nobilitas probari potest ex eo, quia habuerit quis Officia, quæ nisi nobilibus tantum conferri solent.*
9 *in Religione Hierosolymitana admittuntur omnes, qui probant nobilitanam parentum iuxta consuetudinem Regionum.*
10 *Appellari potest quando adest grauamen manifestum.*
11 *Obseruatio ex quo proueniat.*
12 *Nobiles, & populares, quod admittantur ad munera Ciuitatis, & quod Nobiles semper considerentur vti Nobiles, & separati ab Ignobilibus, ista simul stare possunt.*
13 *Ciuitas Interamneñ in Vmbria est Ciuitas nobilis, illustris, insignis, & antiqua.*
14 *Ciuitas Interamneñ decoratur pluribus familijs antiquis.*
15 *Nobilitati non dicitur detrahi, quatenus ad sedandas discordias fuerunt per Principem aggregata Plebs cum nobilibus.*
16 *de Potestate Papæ in creando aliquem nobilem, non est dubitandum.*
17 *Nobilitas etiam à Principe procedit.*

DECISIO VI.

CVM D. Nicolaus de Simonettis intenderet suscipere habitum Religionis Hierosolymitanæ comparuit in Capitulo Prouinciali Prioratus Vrbis, & obtinuit deputari Commissarios, ad hoc vt viderent scripturas eius Nobilitatis, quibus visis fuit per eos relatum, nihil inuenisse contra stabilimenta Religionis, propterea bene esse deputandos secundos Commissarios pro formando processu Nobilitatis dicti Simonetti, vt in stabilimentis cauetur in cuius executionem in Commissarios fuerint nominati DD. Commendatores Roggerius Raynerius, & Vincentius Macchiauellus cum infrascripto decreto, quod priusquam inciperetur Processus, se informarent, an Interamnæ adesset distinctio inter Nobiles, & Populares, qua non existente, se abstinerent à confectione Processus.

Successiuè fuit denegata expeditio prefatorum Commissariorum, & habito recursu ad Rotam, fuit causa commissa bo. me. Coccino, in cuius locum subrogatus proposui hodie dubium datum, An Commissarij deputari ab Assemblea essent expediendi, & affirmatiuè Domini resoluerunt.

Ex eo quia D. Simonettus adimpleuit omnia ex parte sua, quæ in Statutis ordinantur, circa illorum expeditionem, & primi Commissarij retulerunt nihil inuenisse contra stabilimẽta Religionis in iuribus ostensis circa nobilitatem, quominus essent dandi secundi Commissarij pro formãdo processu Nobilitatis iuxtà stabilimenta Reli-
1 gionis † in tit. de recept. fratrum num. 17. vt dixit *Rota coram Buratt. decis. 42. num. 1. cum seqq.*

Vltra quod secundum Ius commune huiusmo-
2 di probationes non sunt denegandæ † nec coangustandæ iuxtà *text. in l. curet, ff. de testib. l. ne quid, §. de his, ff. de Incend. Caputaq. decis. 68. n. 1. par. 3. Gregor. XV. decis. 208 num. 1. & 403. num. 4.* Ex
3 quo † esset iniquum præcludere viam, ne veritas aperiatur, vt per *Soc. in cap. fraternitas num. 8. de testib. & in 4. art. n. 9. cum alijs per Surd. decis. 253. num. 25.*

Neque obstant cõditiones adiectæ in commissione Deputatorum pro recipiendis probationibus

bus Nobilitatis Nicolai, itaut prius quam deueniretur ad confectionem Processus esset cognoscẽdum an in dicta Ciuitate adesset distinctio inter Nobiles, & Populares, quapropter cum Interamne talis distinctio non reperiatur, ideò Commissarios non esse transmittendos; Cui obiecto fuit
4 responsum nec † de iure communi, neque in stabilimentis Religionis à Sede Apostolica confirmatis talem facultatem esse concessam Nagno Magistro, aut linguæ, vt per *Rom. cons.328.num.12.* Indeque Statutum in quo hoc non disponitur non autem dictum decretum esse attendendum,
5 ideo sicuti probationes de iure non † veniunt restringendæ, sed sunt recipiendæ secundum morem & stilum Religionis; vltra quod intendit probare nobilitatem prouenientem à sanguine, quæ
6 numquam † amittitur, vt per *Card. Caualer. decis. 6. n. 8.* & quod familia de Simonettis semper nobilis extiterit, ac vti talis communiter reputata, & in ea adesse † qualitates necessarias pro
7 obtinendo habitu Religionis Hierosolymitanæ prout dixit *Rot. decis. 290 post 2. volum. consil. Farinac.* Quo casu non veniunt denegandi Commissarij, & nobilitatem posse probari ex alijs, quam
8 ex publicis muneribus † solitis dari tantummodo nobilius, non est in Iure nouum, vt in casu *decis. Caualer. 440. num. 4. Buratt. decis. 358 num. 1. & 7. Seraph. decis. 70. per totam*; cum satis sit quod probetur nobilitas, vt disponitur in stabilimentis
9 Religionis; † in quibus admittuntur omnes, qui probauerint nobilitatem parentum iuxtà consuetudinem Regionum, vt dixit *Rota decis. 357. & 358. coram Buratt. Greg. XV. decis. 322. num. 11.*

Responsum etiam fuit dictum præceptum in Commissione Assembleæ, & linguæ appositum
10 continere manifestum † grauamen, & ideò bene fuisse appellatum ad Rotam, & Auditores Rotæ vigore *Clement. Auditor de præscript.* posse transmittere Commissarios, præsertim cum sit certum paucis ab hinc annis in Ciuitate Interamneñ fuis-
11 se admissos † alios Equites Hierosolymitanos non obstante tali confusione, ex qua admissione prouenit obseruantia *Cæsar. de Graf. decis. 185. nu. 17. par. 1. diuers. decis. 503. num. 2.*

Minus obstat dicta confusio inter nobiles, & Populares secuta per Constitutionem Pij IV. ex quo cõstat ante Pium IV. in Ciuitate Interamnem adfuisse distinctionem Plebis à Nobilitate, & inter distinctos enumeratam fuisse familiam de Simonettis, & familiam de Cittadinis deductas per dictum Simonettum in probationibus factis propter consanguinitatem, & affinitatem; ideò bene posse dictam antiquam distinctionem suffragari Simonettis, cum certum sit per dictam Constitutionem Nobiles non amisisse eorum nobilitatẽ, sed illam retinisse, & non obstante dicta constitutione Nobiles antea non fuisse effectos Popula-
12 res, † ex quo possunt stare simul quod Nobiles, & Populares admittantur ad munera Ciuitatis, & quod Nobiles semper considerentur vti verè Nobiles separati ab Ignobilibus, vt per *Bald. in l. per adopt. ff. de adoption. Alex. cons. 32. nu. 6. lib. 5. Mastrill. de Magistr. lib. 3. cap. 10. num. 106. ante finem.*
13 Et Interamnam in Vmbriæ † prouincia sitam esse Ciuitatem Nobilem, Illustrem, Insignem, Antiquam, constat ex *Liuio lib. 7. decade 3. de bello punico, & ex Lucio Floro lib. 3. cap. 21.* & quam plurium antiquarum familiarum nobilitate de-
14 coratam; inter † quas enumerari familias de Simonettis, & de Cittadinis, constat etiam ex historicis teste *Sansouino in lib. de Celebrioribus Italiæ Vrbibus fol. 128.* vt per *Bald. in l. 1. ff. de offic. quæst. & prius glos. in cap. inter dilectos in verbo magis de fid. instr. iuncto capitulo. Venerabilem, verbo transtulit de elect.* Et hoc genus probationis alias amplexa est *Rot. post 2. vol. cons. Farinac. decis. 290. nu. 7. & coram Buratt. decis. 358. num. 4.*

Rursus cum Pius IV. in dicta Constitutione
15 facta super aggregatione † Plebis cum Nobilibus mandauerit omnes imposterum reputandos esse
16 Nobiles, ac Patritios † Interamneñ ad sedandas discordias, non venit ideò dicendum fuisse sublatam Nobilitatem antea habentibus ex prædictis, sed potiùs Populares fuisse nobiles creatos à Sũmo Pontifice, de cuius potestate non est dubitan-
17 dum, cum † Nobilitas etiam à Principe procedat. *Alberic. in l. Imperat. in princ. ff. de decur. Castr. cons. 22. num. 2. lib. 2. Guidop. decis. 146. Tiraq. de Nobilitate cap. 6. & num. 1. & 54. cum alijs per eum congestis.*

Et ita resolutum, &c.

REVERENDISS. P. D. CERRO

SACRAE ROTAE DECANO.

Romana Domus.

Lunæ 25. Februarij 1641.

ARGVMENTVM.

Creditum cum hypotheca fuit probatum, & possessio debitoris de tempore hypothecæ, & possessio eius, contra quem agitur de tempore litis, tunc non potest denegari immissio vigore Salniani. Sententia difformis libello, licet inualida sit, tamen id non procedit, quando sumus in iudicio summario, & quare. Instrumento impugnato quousque quis vti valeat.

SVMMARIVM.

1 *Immissio vigore Saluiani, quando non possit denegari.*
2 *Sententia difformis libello, & excessiua est valida.*
3 *Sententia non potest dici difformis libello, & excessiua, si aliquid veniat accessoriè; & inest virtualiter in petitione.*
4 *Sententia, etiam non conformis libellis in iudicio summario, quale est Saluianum.*
5 *in Iudicio summario non attenditur quid fuerit petitũ, sed quid in prosecutione iudicij fuit probatum.*
6 *Instrumenti impugnatio non impedit, quo minus, quis eo vti possit, & petere eius executionem. Donec pendit lis super illius rescissione. num. 6.*
7 *Præstationem annuam existens in quasi & possessione exigendi, agere potest adsolutionem, non obstante pendentia litis.*
8 *Donatione quis non est priuandus donec non fuerit per rem iudicatam rescissa, & resoluta.*
9 *Donatarius pendente lite manutenendus est in possessione rerum donatarum.*

10 Do-

10 *Donatarius ficuti pendente lite est manutenendus in possessione rerum donatarum, sic eidem debentur, quoque fructus earundem rerum donatarum.*
11 *Retentio pro melioramentis non datur nisi fuerit probatus status anterior rei, & an melioramenta sint necessaria, vel utilia.*
Melioramenta voluptuaria non reficiuntur num. 11.
12 *Melioramentorum exceptio non est apta ad impendiendam immissionem.*
Et hoc maximè, quando in ipsa sententia fuit ordinatum, de præstanda cautione, quatenus melioramenta probentur, & veniant reficienda. & nu. 12.
13 *Creditor creditorum succedit in eorum locum, ac ius, & habent, ac exercere possunt omnes actiones utiles, quas sui debitores exercere valent.*
14 *Iudicium criminale prius inceptum, impedit, ne interim iudicium ciuile possit exerceri.*
15 *Retentio nulla potest competere pro credito litigioso, ac illiquido aduersus creditum liquidum, & certum.*

DECISIO VII.

ANno 1625. D. Paulus Emilius Vrsinus donauit inter viuos omnia, & singula bona sua, & signanter domum, de qua hodie agitur, D. Clarici Sabellæ, quæ vice versa eidem donanti soluere promisit annua scuta 800 monetæ eius vita durante sub obligatione Camerali, & hypotheca omnium bonorum præsentium, & futurorum.

Deficiente postmodum Clarice in solutione dictæ præstationis, D. Vrsinus intentauit coram A. C. Saluianum interdictum aduersus Lucretiam Fedelem super d. domo sibi vendita à Clarice petendo, se immitti in possessionem illius donec sibi satisfieret de scutis 500. pro aliquibus terminis decursis, & non solutis, ac pro scutis 800. interim decurrendis.

Cum vero A.C. pro Vrsino contra Lucretiam sententiam diffinitiuam protulisset in gradu appellationis fuit coram me dubitatum, An sententia A. C. esset confirman. vel infirman. & Rota confirman. censuit.

Nam tria extrema in hoc iudicio requisita, nēpe creditum cum hypotheca D. Vrsini, possessio Claricis debitricis de tempore hypothecæ, & possessio Lucretiæ de tempore motæ litis, contra quā hodie dirigitur Saluianum, in contrauersiam non cadunt, & pars non impugnat, quibus probatis
1 immissio non † solet denegari iuxta opinionem, quam sequitur Rota *Card. Seraph. decis. 1200. in princ. san. me. Greg. XV. decis. 491. Reuerendiss. D. meus Decanus decis. 135. n. 4. par. 6. recent.*

Nec obstant tria ab informantibus pro Lucretia contra sententiam opposita.

Primum enim quod sententia si difformis li-
2 bello, & † excessiua, cum in monitorio petita fuerint solummodo scuta 500. sententia verò condemnet in scutis 860. dictum fuit non subsistere, quia petitio non fuit restricta ad sola scuta 500. sed vlterius petita fuerunt scuta 800. pro terminis in posterum decurrendis, vt in summario Lucretiæ n. 3. & ita cum à die petitionis decurrissent alia sc. 360. Iudex potuit etiam pro illis condem-
3 nare Lucretiam, nec inde † sententia dicitur difformis, & excessiua, cum venirent accessoriè, & inessent virtualiter in petitione, *Bald. in l. fin. num. 10. C. de fideicom. libert. Felin. in cap. licet num. 23. & 25. de simon. Osasch. decis. 1. num. 24.* maximè
4 in iudicio † summario, quale est Saluianum, in quo sustinetur sententia etiam non conformis libello *Verall. in decis. 126. num. 1. par. 3. Rot. decis. 256. sub num. 2. & num. sequen. par. 1. & decis. 44. num. 2. & 3. par. 2. diuers. & in recent. decis. 611. num. 5. par. 1. & coram san. mem. Greg. XV. decis. 186. num. 1. & 2.* Nec attenditur quid petitum fue-
5 rit, sed † si quid in prosequutione iudicij fuerit probatum *Felin. vbi supra n. 28. Paris. cons. 76. n. 12. cons. 90. nu. 20. & sequen. cons. 113. num. 3. lib. 1. Rota apud Caputaq. decis. 262. num. 1. & 2. & in recent. decis. 69. num. 15. par. 1.*

Nec refragatur, quod pro terminis lite pendente decursis Vrsinus agere non potuerit, cum ad eius instantiam fuerit introducta lis super re-
6 scissione donationis, quia † impugnatio instrumenti non impedit, quo minus quis possit eo vti, & petere illius executionem donec pendet lis super illius resciſsione, *Felin. in c. capitulum num. 9. & 13. de rescript. Rebuff. ad constitut. reg. tit. de resciss. contract. num. 7. Franc. decis. 373. per tot. Intrigl. singul. 55. lib. 2. Cartar. decis. Genuen. 2. nu. 8.* cum alijs plenè adductis per *Giurb. decis. 2. num. 1. decis. 55. num. 11. & decis. 100. num. 33.* immò
7 cum Vrsinus reperiatur in quasi possessione † exigendi hanc annuam præstationem, agere potest ad solutionem non obstante pendentia litis, quia non est priuandus sua possessione, donec donatio
8 non † fuerit per rem iudicatam rescisa, & resoluta, *Bero. cons. 119. num. 1. vers. tertia disputatio lib. 3. Honded. cons. 17. num. 45. lib. 2. Guttierez. de iuram. confirmat. par. 1. cap. 2. num. 23. versic. sic etiam si sit instrumentum Franc. d. decis. 373. vers & sicut reus. Gratian. discept. forens. cap. 796. num. 39. & seqq. Rot. post Cenc. de censib. decis. 213. num. 7. & 8. decis. 235. in fin.* Et id suadet maxima æquitas,
9 quia sicuti Clarix non † obstante lite permansit, & adhuc permanet in possessionem bonorum donatorum, & fructus ex illis percipit, ita etiam omnis ratio postulat, quod teneatur ad solutio-
10 nem pecuniarum in recompensam † donationis promissarum ex traditis per *Bald. in l. 2. num. 7. C. de vsuris, Cagnol. in l. curabit num. 31. & sequen. C. de actionibus empti. Dec. cons. 119. num. 5. vers. 6. adduci potest. Natt. cons. 384. num. 22. Cephal. cons. 609. num. 3. vers. sed his non obstantibus, & num. seqq. plenè, Surd. cons. 101. num. 23. Gabr. tit. de empt. & vendit. conclus. 4. num. 9. Couar. var. resol. lib. 3. cap. 4. num. 6. vers. duodecimo hinc adducitur. Borgnin. Caual. decis. 5. num. 5. par. 1. Mastrill. decis. 160. num. 13. & seq.*

Secundum verò quod Lucretię competat reten-
11 tio pro melioramentis DD. non placuit, † quia cum non fuerit probatus status anterior domus, & an melioramenta sint necessaria vel vtilia, quia voluptaria non reficiuntur, *Rota coram Card. Seraph. decis. 1453. num. 5. & coram Buratt. decis. 834. num. 11.* eorum exceptio non est apta retardare immissionem, *Rota decis. 312. num. 4. par. 2. diuers. & recent. decis. 610. nu. 3. par. 1.* Et in omnem casum Lucretiæ fuit consultum per condemnatio-
12 nem † in ipsa sententia factam de præstanda per Vrsinum cautione de illis reficiendis quatenus probari, & liquidari contigerit, *Put. decis. 4?1. lib. 2.*

in

in correct. Rot. in recent. decis. 322. sub num. 13. par. 4. & decis. 276. num. 3. & 4. par. 6.

Maior difficultas videbatur consistere in tertia oppositione nempè, quod cum Honorius, & Lucas de Sabellis ex vna parte sint debitores Lucretia ob fideiussionem, & promissionem de euictione ad eius fauorem præstitam in emptione eiusdē domus, ex alia vero sint creditores anteriores Vrsini in maiori quantitate occasione census ab eodem impositi vsque & de anno 1623. ad fauorem prædictorum Honorij, & Lucæ, quemadmodum ijsdem competeret retentio aduersus Vrsinum eorum debitorem, ita eadem competere
13 debeat Lucretiæ, † quæ vti creditrix creditorum succedit in eorum locum, & ius & habet, ac exercere potest omnes actiones vtiles, quas sui debitores habere, & exercere possent, *l. nomen. C. quæ res pignor. oblig. poss. Bart. in l. cum grege. §. cum pignort. num. 3. & ibid. Salicet. num. 3. ff. de pignor. Neguf. de pignor. 3. memb. 2. par. n. 24. Surd. cons. 4. num. 23.* quos refert, & sequitur *Thomat. decis. Maceraten. 44. num. 11. & 13.*

Sed obiectum hoc visum est facile euitari, quia cum super instrumento census pendeat iudicium
14 criminale, † quod vti prius incœptum impedit, ne interim ciuilis possit haberi ratio eiusdem instrumenti. *l. fin. C. de ordine cognit. Dec. in l. edita num. 65. C. de edend. Put. decis. 268. per tot. lib. 1. in correct.* pro dicto credito litigioso, & illiquido nulla potest competere retentio aduersus credi-
15 tum Vrsini certum, † & liquidum *Neguf. de pignor. 5. par. memb. 1. num. 37. vers. ex quo etiam infertur. Surd. decis. 184. num. 12. in fin. vers. & dicit Neguf. Mastrill. decis. 88. num. 4. Rota decis. 433. num. 5. vers. & consequenter par. 2. recent. & Reuerendiss. Vrgellen. decis. 113. num. 7.*

Et ita resolutum vtraque &c.

REVERENDISS. P. D. CERRO.

SACRAE ROTAE DECANO.

Leodien Modiorum Speltæ.

Lunæ 1. Martij 1641.

ARGVMENTVM.

Contractus, quod sit emphiteuticus ex quibus tutò arguatur. Dominus directus sicuti inuitus cogi non potest, ad vendendum emphyteutæ ius directum, ita cogi nequit emphyteuto vendere Domino dominium vtile. Census in dubio iudicatur irredimibilis.

SVMMARIVM.

1 *Contractus essentia regulariter declaratur ex verbis.*
2 *Modicitas annuæ præstationis arguit contractum esse emphyteuticum.*
3 *Contractum esse emphyteuticum, ex quo pacto argui possit.*
4 *Emphyteuta cogi non potest ad redimendam suam annuam præstationem.*
5 *Dominus directus cogi non potest inuitus ad vendendum emphyteutæ directum dominium.*
6 *Census in dubio iudicatur irredimibilis.*
7 *Census antiquissimis illis temporibus ante Bullam Pij V. de censibus frequentissimè erant irredimibiles.*
8 *Census ex quo arguatur, quod fuerit irredimibilis.*
9 *Census si fuerit constitutus in perpetuum absque vlla præfinitione temporis, arguitur, quod sit irredimibilis.*
10 *Dominus directus aliud est, quod titulo venditionis directum dominium, vel annuam præstationem cedat.*
11 *Et aliud est, quod debitor canonis det facultatem redimendi, seque in posterum liberandi ab annua præstationem.*
12 *Illatio non fit ad diuersa.*

DECISIO VIII.

SENTENTIAS de partibus condemnantes Abbatem Ecclesiæ Vallis S. Lamberti ad admittendam redemptionem annuæ præstationis 24. modiorum Speltæ, quam Ludouicus Marsilion hodie soluit dictæ Ecclesiæ, dixerunt DD. tanquam iniustas esse infirmandas cum Abbas nullatenus astringi posset ad huiusmodi redemptionem admittēdam siue contractus, de quo agitur iudicetur emphyteuticus, siue censualis.

Si enim iudicatur emphyteuticus, vt videntur suadere tum verba contrahentium, ibi in emphy-
1 teusim perpetuam, † ex quibus regulariter essentia contractus declaratur, *vt ex text. in l. qui fundum, § qui argum. vers. fundi venditor ff. de contrahen empt.* tradunt in proposito *Natt. cons. 49. n. 13. post med. vers. tamē præmissis. & cons. 194. n. 1. Decian. respons. 2. nu. 62. lib. 1. Menoch. de præsumpt lib. 3. præsumpt. 105. n. 1. & 2.* Tū modicitas præstationis respectu bonorum, quæ ne dum numero plura recensentur in Instrumento concessionis factæ vsque & ab anno 1394 sed etiam à qualitatibus expres-
2 sis liquet esse magni valoris, ex qua † modicitate contractum præsumi emphyteuticum aduertunt *Speculat. tit. de emphyt. §. nunc aliqua num. 2. vers. secundo quæritur. Ias. in l. 1. num. 35. C. de iur. emphyt. Bald. in cap. litteræ num. 3. extra de dilat. Ruin. cons. 161. num. 22. lib. 1. Barbat. cons. 14. num. 35. & seq.* vbi quod ita pluries consuluit, & vidit iudicari, *& alij alleg. per Menoch. vbi supra d. præsumpt. 105. num. 5. & num. sequen.* Iuncto præsertim pacto apposito d. Instrumento, quod in casum moræ in soluendo dictam præstationem possent
3 † Ioanna, quæ concessionem fecit, & ab ea causam habentes redire, & manus apponere ad prædicta bona vti propria ex quo etiam contractum iudicandum esse emphyteuticum firmant *Dec. cons. 138. num. 7. vers. secundo personaliter. Brunor. à Sole quæst. legal. 5. nu. 15. Roder. de ann. redd. lib. 2.*
4 *q. 22. n. 11.* Vtique Abbas cogi † non poterat ad admittendam redemptionem huiusmodi præstationis debitæ ex causa emphyteusis, quia alias do-
5 minius directus cogeretur inuitus † ad vendendum emphyteutæ directum dominium contra *l. inuitum 11. & l. dudum 14. de contrah. empt.* quas probauit *Rota in recent. decis. 372. num. 2. par. 1.*

Quatenus verò ex verbis, & pactis appositis in dicto instrumento, & in alijs, quæ dantur in Summario possit iudicari censualis, prout multis rationibus vnus ex DD. deducebat nihilominus dicta præstatio erat irredimibilis vti debita pro censu

su reseruatiuo antiquissimo longè ante Bullam
6 sanct.mem.Pij V. † qui in dubio irredimibilis iudicatur, vt tradunt *Couar.var.resolut.cap.10.num.5. vers.primum illud*, & *vers. 3.* deprehendi potest, & *vers.quarto quoties lib.3.* quem referunt, & sequuntur *Boccac.de censibus par.2.num.188. Roder.de annuis redditibus lib.1. quæst.15. num. 43* & *Molin. de contract.disp. 382. num. 2. vers. secundus contractus*, & plenè, ac indistinctè *Auendan.de censibus Hispan. cap.14.num.6.* quem sequitur nouissimè multis argumentis confirmans hanc opinionem *Duard.de censib.in proœm.quæst.19.num.3* & *seq* eaque affertur
7 ratio, † quia antiquissimis illis temporibus istorum censuum irredimibilium vsus erat frequentissimus, vnde tales præsumendi sunt, vt ex *Parisi cons.12.num.44.* & *cons.13.num 9 lib.1.* & *Cald de emphyt.lib.2.cap.11. num. 11. tradit Gratian. discept. forens.cap.905 num.12.* & firmauit *Rota in Romana Census 9.Decemb.1621.coram bon.mem Card.Verospio quæ est dec.394.num.1.* & *2.post Cenc de censib secundum Modern.impress.Taurinen.* Ponderando præser-
8 tim in casu nostro illud verbum † in perpetuum quod denotat censum fuisse constitutum sine vlla
9 præfinitiuè temporis † eumque semper duraturum *l.purè §.fin.ff dol except. Calder. cons. 17. de verb.signific.* & *in puncto Bald cons.372.sub.num.2.lib.4.* & *Rota in dicta Romana Census num.1.*

Nec ex eo, quod Ioannis de Liers, & eius filia
10 alteri vendiderint huiusmodi † præstationem illa videtur effecta redimibilis, nam aliud est, quod Dominus titulo venditionis in alium transferat suum directum dominium, vel annuam præsta-
11 tionem sibi debitam, aliud verò quod debitori † Canonis emphyteutici, vel census reseruatiui det facultatem redimendi, seque in posterum liberandi ab eorum præstatione, quia hæc nihil habent commune inter se, vt patet ad sensum, ideoque
12 intrat vulgata *reg. l. Papinianus exuli. ff. de minor.* quod ex diuersis non fit illatio.

Et ita resolutum informante tantum Abbate.

R. P. D. GHISILERIO.

Postea EPISCOPO TERRACINEN.

Viterbien. Hæreditatis.

Luna 4. Martij 1641.

ARGVMENTVM.

Statutum si prohibeat mulierem testari non valere, sine præsentia, & consensu fratrum, filiorum, & propinquorum, valdè anceps est an possit subsistere, & maior pars DD. in negatiuam partem inclinat, & quatenus affirmatiua conclusio amplectenda esset, tunc tale statutum tāquam odiosum, & iniquum, stricto interpretationis quasi freno, inter expressorum metus coangustiandum venit.

SVMMARIVM.

1 *Statuto si caueatur mulierem non posse testari sine præsentia propinquorum, dicitur subsistere, quia non tollit in totum facultatem testandi, & num.2.*

3 *Statutum Vrbeuetanum statuens matrem, plus vni ex filijs, quàm alteri posse relinquere, est validum.*
4 *Testamentum licet in totum, per statutum vel legem, tolli non possit, tamen certa forma ab eis potest induci, qua non seruata, testamentum est nullum.*
5 *Statutum tollens liberam testandi facultatem, est iniquum, odiosum, & irrationabile, & num.6.*
7 *Hominibus liberis tollere absolutam potestatem disponendi de rebus suis est iniquum.*
8 *Hominibus nihil magis conuenit nisi, vt liberè possint testari.*
Æquitati naturali, nihil magis conuenit, vt liberè Dominus possit disponere de rebus suis, num.8.
9 *Statutum odiosum, & iniquum, strictè venit interpretandum.*
10 *Statutum restringens liberam testandi facultatem, aut non tenet, aut iusta interpretatione debet intelligi. Statutum prohibens mulierem testari sine præsentia consanguineorum, qualiter debeat intelligi, num.10.*
11 *Laici sine licentia Superioris Ecclesiastici, & quidem difficillimè non possunt introire in Monasteria Monialium.*
12 *Statuentes in generali dispositione non præsumuntur voluisse disponere de rebus in quibus in specie statuere non potuissent, & num.14. & 15.*
15 *Statuentium dispositiones commensurantur, secundum eorum potestatem.*
16 *Alienatione prohibita, non censetur prohibita donatio quæ in coniunctas personas fit.*
17 *Statutum conditum ad obuiandum fraudibus, cessat quando actus canonicè fuit factus.*

DECISIO IX.

STANTE statuto Ciuitatis Viterbij *lib.2.rub. 85. ante finem §.* & *quod*, nulla mulier disponente, quod nulla mulier nupta, vel non nupta habens fratrem seu fratres carnales, vel filios fratris, vel fratrum carnalium, posset testari, codicillari, vel causa mortis donare, vel alicui contractum, vel distractum facere sine eorumdem præsentia, & consensu, & si secus fecerit, vel fieri tentauerit, non teneat ipso iure ipsam mulierem inhabilitando, & inhabilem reddendo quoad illum contractum, vel distractum, codicillos, vel testamentum, quæ ausa fuerit attentare contra statuti dispositionem, & quod præfatæ mulieri ab intestato succedant, & ad eius successionem vocentur siue fecerit testamentum contra formam prædictam, siue nullum fecerit, fratres carnales, vnus, vel plures, seu fratris filij vnus, vel plures ex fratre præmortuo, masculi, non autem fœminæ. Quibus fratribus, seu fratrum filijs masculis non extantibus disponit, quod locum habeat successio secundum formam iuris ciuilis; fuit dubitatum. An dictum Statutum obstaret testamento à Virginia condito Viterbij in Monasterio S. Catherinæ, in quo vniuersalem hæredem instituit Ioannem Latiosum auunculum vti cognatum absque præsentia, & consensu Francisci, Michaelis Angeli, & Hieronymi fratrum ex latere paterno, quibus reliquit scut.500. monetæ æquis portionibus inter eos diuiden.

Resolutio huius causæ pendet ab eo. An di-
1 ctum statutum † prohibens mulierem testari sine præsentia, & consensu fratrum, filiorum, & propinquorum sit validum. Quoniam si vera est sen-

tentia, quod statutum non sustineatur, resolutio est clara pro validitate testamenti, super quo tamen articulo magna est inter Doctores contro-
2 uersia; cum multi sint auctores, † qui pro validitate responderunt ex ea ratione, quod non auferatur per tale statutum libera testandi facultas in totum, sed tantum illa modificetur, ne mulier ea vti possit non seruata forma statuti, nempe *Eug. cons.85.num.19.lib.1. & cons.70.num.12.lib. 2. Dec. cons.455.in princip.vsq.ad num.6.& cons.612.num.1. & in fine. Paris.cons.16.num.4.libr.3. Bald. in rubr num. 46. vers. 24. quæro. C. de contrahen. empt. & cons.139.in princ.lib.5.Corn. cons.241. per tot. lib. 2. Honded.cons.32.num.95.vol.1.Angel.cons.88,& consit.126.num.1.& seq.Gabr.cons.1.lib.1. cum alijs allegatis per Tiraq.de leg.conn.glos.5. num. 97. & seq.* & tenuit in terminis similis statuti *Rota apud Put.decis.388.lib.1.in correct.*vbi decisum fuit valere sta-
3 tutum Vrbeuetanum † prohibens matrem plus vni ex filijs, quàm alteri relinquere, & in puncto, quod licet per statutum, vel constitutionem tolli non possit in totum facultas testandi, possit tamen certa forma in testamentis condendi induci,
4 qua non seruata illa sint † omnino nulla tradit. *Bald.in l.ex duob.§.vlt.num.3.vers. in eadem glos. & vers.caute tamen ff. de vulgar.& pupillar.*

Veruntamen negari nō potest, quin multò plu-
5 res sustineant statutum esse inualidum tamquam † iniquum, odiosum, irrationabile, & auferent testamenti factionem sequendo. *Paul.de Castr, in l. ex facto num 6.& ibi Franc.Curt.in addit. sub lit.C. verb. si statutum disponit ff.de vulgar. & pupillar. substit.& ibidem Alex. num.14.et Franc.Aretin. n.7. Crot.in repet.l.omnes populi num.64.ff.de iust et iur.et in l.stipulat hoc modo concepta num.4.et seq.ff.de verb oblig.Bald.in d.l.omnes populi num.67.Ias.in l.non idcirco num.2.Cod de codicill.Ruin.in l.si quis posthum. §.si filiam num.76.ff.de liber. et posth. idem Alex. consil.155.num.6.lib.2.idem Ias.consil.127.num.6.vol.1 idem Crot.cons.52.num.14.lib.1.Alex.Ter. Bergomed. inter cons.vltim.volunt.cons.57.num.17. iuncto n. 16. vol.2.Euerard.cons.211.circa med.con sub vers.item, et eo amplius hoc procedit. Tob.Hony.cons.18.num.2. Siluan.cons.1.num.147.lib.1.Rim.iun.cons.759.num.1 et num.24.et seq.lib.7.Bursat.cons.432.num.45. lib.4. Hieron Enriq.inter consil.Petri Enriq.cons.81.num.3. et seq.Io. Franc.a Ponte cons.148.num. 4. per tot. præsertim in fine vol.2.Io. de Arnon.epitom.16.Cot.in memor sub vers.statutum, quod vxor Io. Lup.in repetit. rubric.de donat.inter vir.& vxor.Viu.comm.opin.lib 2. opin.829.num.1.Corn.cons.241.num.6 volum.2. Dec. cons.540.sub. num. 7. circa med. vers. et tale statutum tom.2.Laderch.cons.64.num.2.Paris.cons. 12. num. 6. et 7.par.3.Decian.cons.16:num. 100. vol. 4. Menoch. cons.496.num,103.et consil.666.num.2. Aldouin. consil:83.num.18.*

Et quod sit iniquum tale statutum, probat *text. in l.2. in fin. ff.si à parentibus quis manum. fuer. ibi.*
6 Quia iniquum est † ingenuis hominibus non esse liberam rerum suarum alienationem, nihil enim est quod magis hominibus debeatur, quam vt su-
7 premæ voluntatis, postquam iam † aliud velle non possunt, liber sit stylus, ita *text.in l.1.C. de sacrosanct.Eccles.*cum nihil tam conueniens sit naturali æquitati, quam voluntatem Domini volen-
8 tis † rem suam in alium transferre, ratam haberi, vt sunt formalia verba *text.in §.per tradit. Instit. de rer.diuis.*

Sed cessat in hoc casu quæcumque difficulta; cum negari non possit, quin tamquam odiosum,
9 & iniquum † sit strictè interpretandum. Vnde *Bald.super isto statuto Viterb.in cons.226.lib.5.num.4.* concludit, quod, aut statutum non valet, aut iusta interpretatione debet intelligi, & ideo in casu isto non videtur attendendum, cum non con-
10 stet, quod † tempore testamenti adessent in Ciuitate Viterbij illi, qui debebant præstare consensum, & præsentiam, & quod commodè interuenire possent, vt in his terminis *Menoch. cons. 351. num.29.& seq.lib.4.Thomat.decis.Marchiæ 82.n. 37. & decis.68.num.25.num. 59 num. 67. & seqq.* & tenuit *Rota in terminis statuti Vrb.decis. 18.post Ricc.ad cap.151.lib.1.statut.Vrb.& decis.344.num. 4. & decis.469.num.1. par. 3. recent.* & nec in hoc casu dictum statutum est attendendum.

Præterea cum testamentum, de quo agitur fuerit conditum à Virginia intra Claustra Monasterij, in quo degebat, vt ex lectura ipsius testamenti: in quo Monasterio laici non poterant ingre-
11 di † sine licentia Superiòris Ecclesiastici, quæ difficillimè conceditur, consueruut Domini, statutum non comprehendere casum, de quo agitur cum non videantur statuentes sub generali verborum inuolucro disponere voluisse, quod in specie
12 non potuissent † *cap. tuæ de decim.* & in terminis, quod testamentum conditum in Monasterio sit validum, licèt statutariæ solemnitates seruatæ non fuerint *Rolan.cons.33.num.22.in fin.vers.nec obstat, & num seqq.vol.3.Natt cons.643.num.1. & seq. tom.4. & Zucchard.consil.75.num. 26.* Quia disposi-
13 tio † statuentium commensuratur secundum eorum potestatem, & non creditur voluisse illos casus in generali dispositione statuti comprehende-
14 re in † quibus in specie disponere non potuissent *Abb.in cap.noois il 2.num.4.& 5. de sent. excommun. Crot.cons.75.n.13.& 14.lib.1.& cōs.370:n:13.& 14.*

Eoque facilius DD. ita censuerunt; cum agatur de testamento facto ad fauorem auunculi reli-
15 ctis † ad pias causas scutis 300. pro salute suæ animæ,& supradictis fratribus Francisco Michaeli Angelo, & Hieronymo scutis 500. ex regula,
16 quod alienatione prohibita † non censetur prohibita donatio, qua fit in coniunctas personas *l.pater.§.quindecim ff de legat. 3.& l.vlt. C. de fideiussor.Roman.cons.199.num.10. Grau. cons. 428. n. 8. tom.3.* Et præsertim quia statutum; de quo agitur
17 fuit factum ad obuiandum fraudibus, quæ hic † cessant, vbi agitur de testamenlo canonicè facto ex supradictis.

Et ita vtraque parte informante, fuit resolutum, statutum non obstare; cum non comprehendat casum, de quo agitur.

R. P. D. ROIAS

postea Episcopo TARRACONEN.

Forosempronien. Bonorum.

Lunæ 4.Martij 1641.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Ecclesia cogi non valet ad renouationem emphyteusis, postquam est finita, & quatenus adesset tale pactum, qualiter veniat interpretandum. Beneplaciti Apostolici præsumptio in concessione rerum Ecclesiæ, quando cesset. Immemorabilis destruitur stante initio.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia, si declarauerit emphyteusim finitam, velle pro se retinere, non tenetur relocare.*
2 *Inuestituræ, quando sunt ad certum tempus finito dicto tempore consolidatur vtile dominium cum directo.*
3 *Pactum in inuestitura emphyteusis positum, quod finita locatione renouetur, intelligitur de vnica immediata, non de vlterioribus.*
4 *Actio personalis ad factum, non ligat successores.*
5 *Pactum in concessione emphyteusis, quod Ecclesia teneatur ea finita renouare, qualiter intelligatur.*
6 *Emphyteusis renouatio fieri non valet per Ecclesiam, nisi adsit ipsius vtilitas etiam in solitis locari.*
7 *Renouatio emphyteusis facta pluries per Ecclesiam, quando dicatur facta sine aliqua vtilitate.*
8 *Pactum, quod Ecclesia teneatur renouare emphyteusim pro eodem pretio, non sustinetur.*
9 *Pactum de renouando inuestituram finita emphyteusi, si fieret per Ecclesiam priuaretur spe nunquam recuperando bona propria.*
10 *Communitates nunquam moriuntur, ne facile patiuntur capitis diminutionem.*
11 *Pactum de renouando emphyteusim de 29. in 29. annos, si in Ecclesia valida esset, quid sequeretur.*
12 *Renouationes emphyteusis pluries per Ecclesiam factæ, sunt inualidæ, & ideo non veniunt attendendæ.*
13 *Potestas, vbi defecit, voluntas non attenditur.*
14 *Suum, quis iactaret, si plus solito solueret.*
15 *Beneplaciti Apostolici præsumptio cessat, in concessione bonorum Ecclesiæ, stante defectu causæ, & vtilitatis.*
16 *Immemorabilis cessat, dum admittitur initium.*
17 *Principium temporis allegare, est destruere immemorabilem.*
18 *Coactiua, ex quo, non dicatur probata & num. 21.*
19 *Immemorabilis non potest considerari, in facultatiuis.*
20 *Consuetudo etiam immemorabilis, legibus contraria, & illicita, non potest obstare Ecclesiæ.*
22 *Concessio, quando legitur facta sponte ex mera, & libera voluntate, non potest considerari aliqua coactio.*
23 *Coactio non dicitur probata per litis inductionem, sed exitus venit attendendus.*
24 *Confirmationes non augent ius confirmatum, sed tantum præseruant iura, quatenus adsunt.*
25 *Priuilegium non adesse, vel adesse, sed esse nullum, & inualidum, paria sunt.*
26 *Innocentius Papa VII. regnauit de anno 1404. Paulus vero II. regnauit de anno ....*
27 *Leges posteriores derogant prioribus.*

DECISIO X.

EPISCOPVS Forosempron. concessit in emphyteusim, de iure emphyteutico renouauit de anno 1454. Communitati Rocchæ contradæ, tenimentum Montis Calui aratiuum, pratiuum, siluatum, & sodiuum, quod alias fuerat Nicolai, & Darij Bambi per triginta annos pro ducatis octo, bonorum 40. pro ducato, & pro annua pensione, seu canone sex bononenorum veterum cum pacto reuersiuo ad fauorem Ecclesiæ, vna cum melioramentis in euentum non sequutæ renouationis ex defectu Communitatis de anno 1462. prædictus Episcopus concessit in emphyteusim, & iure emphyteutico renouauit dictæ Communitati Rocchæ contradæ, Castrum olim Sciarleti cum Burgo, & strata necnon iure colligendi pedagium pro triginta annis, quibus elapsis noua concessio fiat pro precio 29. ducatorum auri, cum annua pensione vnius paris capponũ, vt sunt verba concessionũ.

Postmodum de anno 1492. Episcopus Forosempronien. concessit, & renouauit iure emphyteutico dictæ Communitati præfatum tenimentum Montis Calui pro 29. annis pro precio florenorum centum & quinquaginta pro eadem pensione bononenorum sex veterum cum eodem pacto reuersionis, & quod dicto tempore finito noua concessio fieret eodemque tempore concessit, & renouauit iure emphyteutico dictæ Communitati dictum Castrum olim Sciarleti, cum alijs pertinentijs supradictis pro 29. annis, quibus elapsis noua concessio fiat pro florenis 50. monetæ nouæ pro eadem annua pensione vnius paris capponum; subsequuta fuit renouatio siue noua concessio de anno 1521. necnon alia de anno 1550. tam prædicti Castri, quàm tenimenti pro eodem precio in totum 200. florenorum, ac eadem pensione pro alijs 29. annis cum eisdem verbis conditionibus, ac modis, & in omnibus dictis concessionibus legitur, clausula, quod finito dicto tempore si non petant renouari secundum formam iuris ad Ecclesiam cum melioramentis libere reuertatur, & recadat.

Deinde de anno 1580. Episcopus Accorambonus prædictas renouationes concedere recusauit, & introducta causa in Rota super renouatione coram Seraphino ea pendente d. Episcopus Forosempronien amicabiliter, & extraiudicialiter suadentibus Cardinalibus Montalto, & Sfortia, necnon aduocatis prædicta bona, ac Castrum relocauit, & denuo concessit dictæ Communitati pro eodem tempore 29. annorum, ac pro eodem precio, & Canone similis concessio fuit subsequuta de anno 1608. qua concessione finita sub die 29. Octobris 1637. in statum fuit coram Reuerendissimo Moderno Episcopo Forosempronień pro renouatione, ac noua concessione fuitque per eum responsum non teneri renouare, sed velle retinere dicta bona pro Ecclesia, ac mensa Episcopali vti deuoluta ob finitum tempus concessionis, & reportato mandato de manutenendo coram Archiepiscopo Vrbinateń causa in gradu appellationis mihi commissa dubitaui sub die 9. Maij 1639. An esset expediendum mandatum de manuteneń Reuerendissimo Episcopo concessum fuitque ordinatum vt videretur de bono Iure Successiue petita remissoria pro parte Communitatis sub die 16. Martij 1640. fuit denegata, & exhibitis deinde articulis ad effectum examinandi testes in Curia *Rota censuit sub die 28. Ianuarij* præteriti articulos non esse admittendos.

Hodie prosequendo disputationem iuxta primum decretum proposui dubium super bono iure, & DD. resoluerunt constare de bono iure D. Episcopi,

1 scopi, moti ex eo † quia cum Ecclesia declarauerit velle bona pro se retinere, eo casu non tenetur relocare, & cum omnes inuestituræ sint ad certum, & præfinitum tempus 29. & 30. annorum, & vltima inuestitura sequuta de anno 1608. iam terminauerit de anno 1637. est ideo † locus consolidationi
2 vtilis Dominij, cum directo *Bero. cons. 116. num. 17. & cons. 119. num. 1. in fin. lib. 1. Corbul. de caus. priuat. ob tempus fin. nu. 12. cum seqq. Burg de Laudemijs par. 2 inspect. 35. num. 2. & 5. Gregor. XV. decis. 348. & 567. vtrobique num. 1. & in recent. decis. 215. nu. 1. & par. 1. in Ariminen. fideicommissi 15. Decembr. 1636. coram R.P.D. meo Ghisilerio.*

Nec obstat quod in omnibus prædictis inuestituris spatio fere 200. annorum effectuatis dicatur (finito d. tempore) noua concessio siue renouatio fiat quia fuit primo responsum esse intelligendam
3 de vnica immediata non autem, † de successiua renouatione in perpetuum. *Alex. cons. 16. nu. 9. vol. 4. Felin. in cap. 2. num. 5. vers. statutum de treg. & pac. Tiraquell. in l. Boues, §. hoc sermone num. 121. de verb. signific. & in proprijs terminis firmauit Rota in Cesenaten. Bonorum 9. Decembris 1588. coram Bubalo in §. quod vero attinet.*

Secundo tale pactum renouandi non inducere obligationem realem sed tantummodo actionem
4 personalem † ad factum, nec ideo ligare successores *Dec. cons. 329 num. 1. vers. respondetur Ruin. cons. 167. num. 13. lib. 1. Gabr. cons. 72. num. 1. lib. 1. & cons. 68. num. 10. lib. 2. Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 23. nu. 16. Rot. decis. 215. num. 2. par. 1. recent. Gregor. XV. decis. 567. num. 2.*

Tertio huiusmodi pactum esse intelligendum
5 nisi † Ecclesia velit pro se retinere *Marescott. variar. lib. 1. cap. 3. num. 12. cum seqq. Mantic. decis. 10. num. 6. & 14. Gratian. cap. 88. nu. 20. & cap. 813. n. 35. Gam. decis. Lusitan. 3. 6. num. 6.*

Quarto esse interpretandum, quatenus adsit in qualibet renouatione vtilitas Ecclesiæ cum renouatio
6 † fieri nequeat nisi cum d. vtilitate etiam in solitis locari vt expressæ extat dispositum in *extrauagante Ambitiosæ de reb. Ecclesiæ non alien. ibi Tunc vtilitas Ecclesiæ: Onded. cons. 31. num. 51. lib. 2. Cæsar. de Grass. decis. 4. num. 1. cum sequent. de rebus Ecclesiæ non alienan. Grat. discept. 813. num. 37.* at in Locationibus bonorum de quibus agitur ab illa anni 1521. cer-
7 tum est omnes fuisse † factas cum eodem met Canone, ac Laudemio, & consequenter sine aliqua vtilitate Ecclesiæ, prout requiritur ex prædictis, ac ex supradicta clausula, secundum formam iuris.

Quinto pactum prædictum esse nullum vti reprobatum à iure tam Ciuili, quam Canonico, cum
8 non † substineatur pactum renouandi pro eodem precio sine facultate retinendi pro Ecclesia, vt in *§. quod autem, §. neque illud Auth. de non alienan. & in cap. nulli 5. de rebus Ecclesiæ non alienan.* cum per mo-
9 dum † indirectum emphyteusis perpetua redderetur, & Ecclesia priuaretur Spe vllo vnquam tempore bona propria recuperandi *Alex. cons. 165. num. 1. lib. 2. Rimin. Sen. cons 64. num. 22. lib. 1. Couar. variar. resolut. lib. 2. cap. 6. num. 4. vers. contrarium Caldas. de renouat. lib. 1. quæst. 12. num. 15. Mantic. dicta decis. 10. num. 14.* & fuit etiam resolutum in alia *Forosempronien. seu Eugubina bonorum Emphiteuticorum 16. Iunij 1636. §. aut denique & 1. Maij 1638. coram bo. mem. Coccino.*

Et prædicta maiorem recipiunt firmitatem in præsenti, & cum renouatio petatur à Communita-
10 te, † quæ nunquam moritur, nec facile patitur capitis diminutionem, vt habetur in *l. an vsusfructus, 56. ff. de vsufruct.* & si admitteretur d. necessitas renouandi de 29. in 29. annos Emphyteusis sine dif-
11 ficultate † perpetua remaneret in euidens Ecclesiæ damnum & contra expressas iuris prohibitiones ex supradictis.

Nihil facit quod vsque in præsentem diem spatio tot annorum d. Emphyteusis renouata legatur in fine cuiuslibet termini pro eodem Canone, & Laudemio, quia ab anno 1621. quo tempore legitur renouata Emphiteusis siue de nouo concessa (vt sunt verba inuestituræ) sine augumento Canonis, ac Laudemij vt prius actum fuerat in priori-
12 bus renouationibus, propterea ab † eo tempore vsque in præsentem diem renouationes sunt nullæ vti factæ contra expressam, *extrauagantem ambitiosæ de rebus Ecclesiæ non alienan. Ciriac. qui plures congerit controuers. 57. num. 48. Surd. decis. 132. num. 10.* cum
13 non † sufficiat sola partium voluntas vbi deficit potestas ex modo à lege præscripto *gloss. in l. si filia verbo donauit. C. de donationibus ante nupt. Paris. cons. 101. num. 61. vol. 2. Giurb. ad consuetud. Messan. cap. 14. glos. 5. par. 1. num. 8.* Et ex prædictis prioribus renouationibus sequutis cum augumento exclusa remanet prætensa coactiua, cum alias d. Communi-
14 tas iactaret † suum soluendo plus solito, si concessionem siue renouationem Emphyteusis valuisset consequi pro antiquo Canone, & Laudemio, vt patet ad sensum.

Nec dictæ concessiones possunt saluari per præsumptionem beneplaciti Apostolici, quæ resultare solet ex lapsu temporis 30. annorum, nam Præter
15 alias responsiones † datas per informantes, quæ placuerunt Dominis, cessat huiusmodi præsumptio, stante defectu causæ, & vtilitatis Ecclesiæ, vt fuit dictum *in Geranden. Scribaniæ 26. Februarij 1638. coram R.P.D. meo Merlino.*

Neque in præsenti potest prætendi contra Ecclesiam immemorabilis renouandi quia dum ad-
16 mittitur † initium per Communitatem cessat immemorabilis *Aym. cons. 434. num. 29. Couar. in reg. possess. par. 3. num. 2. in fine Molin. de primog. lib. 2. cap. 6. num. 61. cum seqq. Bellam. decis 64. in fin.* vbi quod
17 allegare principium † temporis est allegare contrariam memoriam. *Rot. decis. 14. nu. 2. par. 3. & 542. num. 3. par. 4. recent. Gregor. XV. decis. 467. num 7. Buratt. decis. 831. num. 6.*

Ex quibus cum Episcopi Forosempronien. possint etiam non concedere aut renouare Communitati prædicta bona in Emphiteusim, cum non sit
18 probata coactiua ex † quo non fuerunt datæ sententiæ præcepta vel alij actus coactiuam probantes vt dixit *Rota in Esina bonorum 27. Martij 1637. coram bo: mem. Buccabella, & in decis. in hac causa coram me facta 16. Martij 1640. in §. nec releuat,* cessat ideo omnis difficultas, & remanet ius mere facul-
19 tatiuum Ecclesiæ in † quo non potest considerari immemorabilis *Seraphin. decis. 716. num. 10.* vltra quod consuetudo si quæ adesset immemorabilis tanquam legibus contraria & illicita non potest
20 obstare Ecclesiæ volenti pro se bona retinere *Ruin. cons. 155. num. 18. & cons. 156. num. 8. lib. 4. Paris. cons. 27. num. 49. lib. 1. & fuit resolutum in repetita*

Esina

Esina bonorum 27.Martij 1637. coram bon.mem.Buccabella.

Nihil facit renouatio obtenta à d.Communitate ab Episcopo Accorambono de anno 1580. post motam litem in Rota quia illa fundatur in solo
21 hortatu † Cardinalium Montalti, & Sfortiæ ac Aduocatorum non autem in aliqua necessitate iudiciali nec ex illa vlla considerari potest coactiua
22 cum concessio † legatur facta, sponte, ex mera, & libera voluntate Episcopi, qui tunc noluit pro Ecclesia retinere prout in præsenti, nec per supradi-
23 ctam litem inducta fuit coactiua cum † ad eam inducendam attendatur exitus litis cogentis Ecclesiam renouare.

Tandem non obstat assertum priuilegium Innocentij VII. de quo in duabus concessionibus siue renouationibus fit mentio, ibi, sine tamen præiudicio priuilegij Innocentij VII. quia d.verba nullum
24 Ius † tribuunt Communitati. Sed tantum præseruant priuilegium quatenus extaret *Becc.cons.74. num.6.lib.1.Surd.cons.8.num.25.* Sed cum de tali pri-
25 uilegio non constet dum nunquam † fuit exhibitum & quatenus adessent remanet extinctum per dictam *extrauagantem Ambitiosæ Pauli II. postea emanatam de anno 1468.* prout in eius data, cum Inno-
26 centius VII. regnauerit de anno 1404 vt constat † *ex Ciacconio tom.2.in princ.* & ex Platina in vitis Pontificum, & indubitatum sit *extrauagantem Ambitiosæ*
27 *Pauli II.* postea superuenisse per quam † bene fuisse derogatum dictum priuilegium.

Et ita resolutum vtraque parte informante.

R. P. D. GHISILERIO

postea EPISCOPO TERRACINEN.

Anconitana Bonorum.

Lunæ 11. Martij 1641.

ARGVMENTVM.

Donatio quando conditionaliter est facta, & in casu controuentionis apposita reperiatur clausula, quod in casu, non adimplementi donatio alias, nec aliter nec alio modo valeat tunc eis conditionibus non adimpletis necesse est, vt donatio penitus corruat.

SVMMARIVM.

1 *Donatio conditionalis, nisi seruentur conditiones in eo appositæ, resoluitur.*
2 *Quod multò magis procedit, si adsit pactum resolutiuum in casu in obseruantiæ.*
3 *Clausula,* non alias aliter, nec alio modo, *quid operetur in donatione conditionali.*
4 *Clausula,* non alias aliter, nec alio modo, *est tantæ efficaciæ, vt faciat deficere consensum partium.*
5 *E si non concurrunt omnes qualitates desideratæ, annullat dispositionem, in qua apponitur, & nu.6.& 7.*
8 *Donatoris intentioni est satisfaciendum.*
9 *Donatio, quando dicatur omnino euanuisset.*
10 *Tempus certum, quando fuit præfixum, post dictum tempus, censetur denegatum.*
11 *Consensus dicitur deficere mutato rerum statu.*
12 *Donatarium, & maximè affinem non præsumitur donans voluisse in plus grauare, quàm sit res donata.*
13 *Donatio facta ad finem conferendi lucrum, & vtilitatem donatario, non debet in eius damnum retorqueri.*
14 *Donans in donatione potest apponere pacta, & conditiones sibi bene visas.*
15 *in Donatione valet pactum, quod donatarius teneatur ad solutionem debitorum donantis, etiam de proprio.*
16 *Donatio facta sub certis conditionibus,* & cum clausula non alias aliter, &c *censetur donantem noluisse donare, nisi cum dictis conditionibus.*
17 *Ex Acquiescentia & patientia colligitur, mentem donantis esse non reuocandi donationem conditionalem.*
18 *Et ex quibus dicatur euacuata dicta acquiescentia, & patientia, & num.19.& 20.*

DECISIO XI.

Postquam bon.mem. Cinthius Cardinalis Aldobrandinus .. Iulij 1609. Donatione irreuocabili inter viuos donauit omnia sua bona existentia in Territorio Senogalliæ, & Anconæ q.Io. Baptistæ, & Constantino Passaris de Troglionibus cum pacto ex expresso, quod si in termino trium mensium talem donationem, cum suis conditionibus non acceptasset, nempe, quod tenerentur ad omne commodum, & quod releuarent ipsum Cardinalem ab omni obligatione, dicta Donatio esset nulla, ac si facta non fuisset, &c. Et dicti de Troglionibus eodem anno 11. Augusti prædictam Donationem acceptarunt, cum declaratione tamen, quod nolebant teneri nisi de prætio, valore, & retractu dictorum bonorum donatorum, & non aliter, nec vltra, addentes etiam nolle in plus esse obligatos, &c. Idem Cardinalis Cinthius suum vltimum condidit testamentum in quo hæredem vniuersalem instituit bon.mem. Petrum Cardinalem Aldobrandinum cum expresso onere, quod omne id, quod superesset ex sua hæreditate detracto ære alieno distribueretur absque aliqua detractione pro salute suæ Animæ, & in remunerationem familiæ: Et cum insurrexerit Fabrica S.Petri, & illius Procuratorio nomine D. Guidobaldus Triumphus vti etiam assertus Creditor dicti Cardinalis Cinthij prætendens ad se deuolutam dictam hæreditatem, eo quod neque Card.Petrus hæres, neque eius executores Testamentarij partem vllam dictæ hæreditatis distribuerant pro salute Animæ ipsius testatoris, prout mandauerat, sese opposuerant successores Donatariorum prædictorum, prætendentes bona sita in territorio Senogalliæ, & Anconæ ad se spectare vigore prædictæ Donationis. Ideo fuit disputatum An dicta Donatio eis suffragetur, & fuit negatiuè resolutum ex rationibus deductis per Rotam in proprijs terminis istius Donationis factæ Authoribus supradictorum *coram bon.mem. Patriarcha Manzanedo inter recent.decis 612.& dec. 44.*
1 *par.3.& decis.330.par.4* in quibus ob † non impletum per Ioannem Baptistam, & Constantinum fratres de Troglionibus modum, & conditionem adiectam in donatione per bo.mem. Cardinalem Cinthium illam fuisse resolutam, & non suffragari fuit firmatum.

Nam cum dicti fratres non acceptauerint donationem eodem modo, & sub illis pactis, quibus eis fuit facta donatio, ob non adimplementum fuit reso-

resoluta, stante expresso pacto resolutiuo in dona-
2 tione † apposito, quod præcedens Donatione sit nulla, & nullius roboris, & momenti, ac si facta
3 non fuisset, quia sic, &c. cum clausula, † *& non alias aliter, nec alio modo*, quæ operatur, vt dominiũ rei donatæ retrotransferatur in Donantẽ *ex notatis per Salyc. in l. ca lege, C. de condit. ob caus. in vltima oppositione Felin. in cap. cum dilecta col. 8. vers. septimum signum de rescript. Paris. cons. 19. num. 18. vol. 2. Dec. cons. 528. in fin. Cephal. cons. 118. n. 113.*
4 Talis enim Clausula est tantæ efficaciæ, † & virtutis, vt faciat deficere consensum partium *Ceph. d cons. 118. num. 14. et cons. 296. num. 11.* & si non concurrunt in actu omnes qualitates præcedentes
5 talis Clausula annullat dispositionem in † qua proferuntur *Tiraquel in tract. de vtraque retractu, §. 8. glos. 6. num. 2. Paris. cons. 19. num. 10. vol. 2. Rol. à Vall. cons. 63. num. 39. et seqq. lib. 4. Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 30. num. 31.* Donationem autem non fuisse acceptatam iuxta conditionis in eadem appositas, patet, quia in Donatione fuit expresse cautum, vt Donatarij tenerentur infra tres men-
6 ses Donationem acceptare, † & in se ipsos assumere, & suscipere omne commodum, & incommodum ex dictis bonis & Iuribus donatis, & promittere ab eis indemnem, & penitus sine damno releuare ipsum Donantem etiam sub obligatione in forma Cameræ; Et insuper releuare indemnem Bartholomeum Masserium, &c. quorum neutrum tantùm abest, quod adimpleuerint; quinimò in Instrumento acceptationis Donationis 11. Augusti eiusdem anni expresse declararunt, acceptando Donationem quoad onera, & grauamina, nolle alio modo teneri, nisi de prætio, ac valore bonorum donatorum, & non aliter, nec vltra, cum de proprio, nempe in plus nolint, & intendant ad dicta onera, & grauamina esse obli-
7 gatos; dum autem † ipsi limitarunt eorum promissionem ad valorem, & retractum bonorum donatorum, & sic noluerunt teneri quatenus dicta onera excedant, vtique non fuit satisfactum in-
8 tentioni Donatoris, qui voluit esse securus † quod non posset vnquam pati aliquam molestiam, & ideo voluit, quod simpliciter omnia onera assumerentur, & propterea implementum ad hoc, vt suffragetur debet esse liberum, & purum, non autem conditionale, & Donatarij tenebantur seipsos obligare in forma Cameræ tam pro securitate, & indemnitate, & releuatione personæ donantis ab omnibus oneribus impositis super bonis donatis, descriptis, & registratis in fine Donationis, quam personæ Masserij, qui erat obli-
9 gatus pro scutis 50. mil. Montis fidei, † quorum cum neutrum ab ipsis in nihilo fuerit factum, meritò per Rotam in supradictis tribus decisionibus fuit firmatũ donationem euanuisse, nulloq; modo suffragari posse Troglionibus successoribus.

Secunda acceptatio onerum dictæ Donationis plenariè facta cum declaratione, quod conditio adiecta in acceptatione donationis antea facta 11. Augusti 1609. secundum eorum intentionem in nullo aduersabatur acceptationi simpliciter faciendæ per ipsos, & quod se obligabant releuare, & conseruare indemnes, & penitus sine damno dictos Donantem, & Masserium reuocando dictam Conditionem, quatenus in aliquo defe-
10 cissent non suffragatur, † cum fuerit facta longe post lapsum trium mensium dictæ acceptationi, & obligationi præfixum à Donatore cum dicto pacto resolutio, & clausula, *non alias, &c.* Mortuo iam Donatore, & Constantino altero ex duobus Donatarijs. Nec potuit vnus ex Donatarijs
11 † altero defuncto, necnon etiam ipso Donante acceptare Donationem, quia mutato rerum statu deficit Consensus Donantis, & vnius ex Donatarijs, & tenuit *Rota in Perusina hæreditatis 11. Decembris 1628. coram bo. me. Card. Virili.*

Non obstat, quod stante declaratione Donatoris apposita in limine Donationis, qua declarabat se ad donandum motum fuisse ex fraterna dilectione, qua prosequutus fuerat, & prosequeba-
12 tur Donatarios fratres consobrinos † non sit verisimile quod voluerit eos in plus grauare, quam pateretur valor, & retractus bonorum donatorum, vt voluit *Rota in recentior. decis. 254. num. 12. par. 6.* ne contingat quod Donatio inducta ad fi-
13 nem † conferendi lucrum, & vtilitatem retorqueatur in damnum; Quia subsistit responsio data in *decis. 612. num. 3. par. 3. recent.* Ex regula quod Donator in cõtractu Donationis possit ap-
14 ponere, conditiones, † modos, & pacta sibi bene visa, cum valeat pactum inter Donantem, & Donatarium, quod ille teneatur de proprio ad
15 omnia Debita Donatoris, † & sibi imputet Donatarius si tale pactum acceptauit. Vnde in proposito Casu Troglioni non poterant Donationem cum certis pactis, & formis factam acceptare, & huiusmodi pacta per modum conditionis apposita recusare, stante præsertim pacto resolutiuo cum
16 clausula, † *non aliter, nec alio modo*, cum semper subsistant Donatorem noluisse donare nisi sub supradictis conditionibus.

Nec reuelat, quòd cum Donator habita scientia acceptationis Donationis mediante adeptione, possessionis bonorum donatorum, non solùm non curauerit recuperare bona, & vti pacto reso-
17 lutiuo, sed nunquam contradixerit, † ex acquiescientia, & patientia, quod Donatarij possiderent sequatur declaratio, quod impedimentum præcesserit iuxta eius intentionem; Quia satisfacit *dicta decis. 644. par. 3.* in qua datur particulari dubio. An de dicta scientia, & approbatione Donatoris constaret negatiuè fuit resolutum, cum qua DD. transierunt, & tantum abest, quod pro-
18 betur, † quod Donator habuerit scientiam dictæ acceptationis, & illam ratificauerit, quinimo magna resultat verisimilitudo de contrario ex eo quod post dictam donationem disponendo de omnibus suis bonis mobilibus, & immobilibus, iniunxit hæredibus eadem onera priùs iniuncta
19 Donatarijs, † nempe soluendi debita, & conseruandi ipsum Masserum indemnem, quod verisimiliter non fecisset si Ius Masserij sciuisset saluum fuisse, & nisi existimasset donationem resolutam,
20 non disposuisset † iterum de bonis iam Donatis, & præsertim in remunerationem familiæ, & salutem eius Animæ.

Superest exceptio retentionis bonorum Donatorum pro debitis solutis à Donatarijs de mandato Donatoris, & vigore obligationis impositæ in Donatione, de qua poterit particulariter videri.

Et ita vtraque parte &c.

R. P. D.

R. P. D. HIERONYMO VEROSPIO

postea S. R. E. CARDINALI.

Romana Tutelæ.

Veneris 15. *Martij* 1641.

ARGVMENTVM.

Mater vidua, si filiorum tutelam susceperit, dum postea meditetur secundas nuptias, & adeat Iudicem, vt prouideat eius filios pupillos de alio tutore, tunc Iudex, in tutorem, quem eligere debeat. & quid si Mater aliquem in tutorem nominauerit. Auia paterna, & materna sunt in pari gradu in successione nepotibus, & sic etiam in tutela. Iudices plures, quando omnes habent parem iurisdictionem decretando pupillo tutorem, quis præferatur.

SVMMARIVM.

1 *Mater, si meditando secundus nuptias, adeat Iudicem, vt tutelam, quam ipse gerit de filijs, alteri deferat, tunc ea non dandæ est agnatis, & quare, & num. 4. & 5.*

2 *Quicquid esset dicendum in casu, quo mater, numquam susceperit tutelam, vel eam deseruit transeundo ad secundas nuptias.*

3 *Nam tunc tutela deferenda est agnatis.*

5 *In Tutore remouendo, quando interuenit factum Iudicis, tunc Iudex succedit in locum illius, & ad ipsum spectat prouidere de Tutore.*

6 *Auia ex latere paterno non habet maiorem prærogatiuam in aspirando ad tutelam neptis, quam habet auia materna, & num 18.*

7 *Auia paterna, & auia materna æqualiter succedunt nepoti decidenti ab intestato.*

8 *Bart. reprobatum à Bald. in l. quid scitis num. 4. C. de de bon. q. liber. & n. 14.*

9 *Tutela regulatur à commodo successionis.*

10 *Mater transeundo ad secunda vota si petat à Iudice se liberari à tutela dato, quod nominet alium tutorem, quid hoc operetur. & num. 11.*

12 *Cyn. in auth. matri, & auiæ, C. quand. mul. tut. off. fung. possit declaratur. & num. 13.*

15 *Tutores nominatus à matre, quando adit Iudicem, vt eam liberet à tutela propter transitum ad secundas nuptias.*

Tunc tutor nominatus est præferendus alijs, & sufficit, quod sit idoneus declara vt n. 17.

16 *Auia petens tutelam, præferendæ est omnibus alijs tutoribus, testamentarijs tamen exceptis.*

19 *Tutores duo, quando concurrunt ad tutelam, & sunt in pari gradu pupillo, tunc locus est electioni Iudicis. & num. 20.*

21 *Tutor, vel tutrix, quod sint habiles ad gerendam tutelam ex quibus doceatur.*

22 *Tutor probabiliter potest dici satis habilis ad gerendam tutelam si de diligentia, & industria alia tutelarum ab eo gestarum doceatur.*

23 *Iudices plures competentes, quando concurrunt in decernendo tutorem pupillo, quis præferatur.*

24 *Iudex loci domicilij, & Iudex loci originis pupilli, si ambo dent tutorem, tunc locus est præuentioni.*

25 *In Concursu plurium Iudicum, qui parem iurisdictionem habent, qui præuenit, ille præfertur alijs.*

26 *Iudex domicilij, in quo degit pupillos est competens ad dandam ei tutorem.*

27 *Præsidi prouinciæ datur facultas dandi tutores.*

28 *Iudex domicilij, vt sit competens ad dandum tutorem, non est necesse, vt pupillus habeat bona in d. loco, & num. 29. & 30.*

31 *In Tutoris deputatione prima, & præcipua ratio esse debet persona pupilli, & deinde bona.*

32 *Iudex loci, vbi sita sunt bona pupilli, non potest eidem dare tutorem, nisi etiam ibi moretur.*

33 *Iudex domicilij pupilli, dando eidem tutorem, talis deputatio trahit ad se bona, alibi existentia.*

34 *Tutor datus à Iudice non potest administrare bona pupilli in alieno Territorio existentia.*

35 *Tutor datus ab vno Iudice administrare potest vniuersum pupilli patrimonium*

36 *Pupillus, vt rectè eligat domicilium, & sic sit subiectus Iudici domicilij, quid requiratur.*

37 *Pupillus eligendo domicilium, videtur se obligare, quod facere nequit sine auctoritate Tutoris.*

38 *Et quando dicatur interuenisse talis auctoritas.*

39 *Pupillus interueniente tutoris auctoritate, obligare se potest tàm ciuiliter, quam naturaliter.*

40 *Pupillo licitum est sibi eligere domicilium, cum talis actus non videatur tendere in eius præiudicium, sed potius vtilitatem, & quare.*

41 *Pupillo commodum est habere vnicum Tutorem in pluribus locis.*

42 *Pupillus potest adrogari sine tutores, & occasione dictæ adrogationis sortitur domicilium Patris adrogãtis.*

43 *Tutoris deputatio facta à Iudice domicilij. an valeat. & declarat text. in l. vnic. C. vbi pet. Tut.*

44 *Pupillus, si nihil possideat in prouincia in qua degit, restitui debet ad suam Patriam, vt ibi moretur, vt à suis defendatur.*

45 *L. vnic. C. vbi pet. Tut. non excludit Iudicem domicilij.*

46 *Statutum Bononiæ circa deputationem tutorum declaratur. & n. 47. & 48.*

49 *Statuentes non censentur in dubio voluisse obligare personas subditas, si illæ degant extra Territorium.*

DECISIO XII.

Occasione nouarum nuptiarum, quas Domina Matthæia contrahere statuerat, curauit absolui à munere tutelæ, quod gerebat Dominę Isabellæ Ruinæ filiæ suæ, & coram Iudice Capitolij petijt deputari illi Tutricem Dominam Constantiam Matthæiam matrem, quod etiam fecit Bononiæ Domina Virginia Maluetia mater q. D. Octauij Ruini Senatoris Bononiensis, & Patris ipsius Dominæ Isabellæ, & coram Iudice eius Ciuitatis obtinuit sibi decerni tutelam eiusdem Dominæ Isabellæ neptis suæ ex eodem Octauio. Vnde orta inter eas controuersia disputatum fuit coram me ad quas eadem tutela spectaret, & proposito hodie dubio DD. responderunt illam pertinere ad Dominam Constantiam Auiam maternã.

Pro cuius dubij decisione duo ante omnia visa fuerunt statuenda esse ex quibus colligi poterant rationes huius Prælationis in persona D. Constãtiæ. Et primum fundamentum fuit, quod non pote-

poterat hoc casu esse locus tutelæ legitimæ, sed solum tutelæ datiuæ, quia cum D. Maria administrasset antea tutelam D. Isabellæ, † & antequam illam desereret petijsset à Iudice, vt alteri committeretur tutela, quam ipsa gerebat non potuit eadem tutela deferri ad agnatos, *vt probat. tex. in §. sin autem tutelæ Auth. de nupt. & in l. 3. §. quæri potest, ff. de legit. tutor. notat gloss. in auth. Sacramentum in verb. à tutela C. quando mulier offic. tut. fungi possit. Bart. in l. si quis sub conditione num. 27. ff. de testament. tutel.* Quidquid enim sit in casu quo mater, vel numquam suscepit tutelam suorum filiorum, † vel illam deseruit transeundo ad secunda vota, non tamen petito Tutore filijs suis, quos casus considerat *Bart. in d. l. si quis sub conditione nu. 27.* & in ijs concludit tutelam † deferri ad legitimos, & *Bart. sequuti fuerunt Castren cons. 127. nu. 2. lib. 1. Berous quæst. 66. num. 5.* Certum est contrariam dispositionem obtinere in alio casu, quo mater exposita causa nouarum nuptiarum† ob quam ipsa à tutela abstinere decreuit, petijt à Iudice Tutorem, vt concludit idem *Bart. d. num. 27. & in Auth. Sacramentum C. quando mulier offic. tutelæ fung. poss. num. 2. & ibi etiam Bald. num. 1. Salycet. num. 2. Angel. in Auth. matri, & Auiæ C. eodem tit. num. 1. Alberic. num. 9. Dec. in cap. ex parte num. 30. de appellat. Berous d. q. 66. Ias. cons. 189. colum. secunda in 3. fundamento lib. 2. Curt. sen. cons. 94. num. 5. Ruin. cons. 125. num. 7. lib. 1. Gabr. cons. 27. num. 2. lib. 1.* vbi dicit conclusionem non habere contradictorem, & tenuit *Rota in Romana tutelæ 15. Maij, & 28. Iunij 1632. coram Reuerendiss. D. meo Decano,* & rationem considerauit *Berous d. q. 66.* quia cum in remouenda matre, quæ se suspectam declarauit interuenerit † factum Iudicis numquam illa desijt esse Tutrix, antequam à Iudice daretur alius Tutor, qui cum subrogatus sit in locum matris præferri debet omnibus alijs tutoribus legitimis, sicut mater illis præferebatur, & eandem rationem considerauit *Guttier. de tutel. par. 1. cap. 9. num. 21.*

Secundum fundamentum visum fuit in eo consistere, quod neque in casu quo ageretur de tutela legitima potuisset D. Verginia habere maiorem aliquam prærogatiuam super tutela D. Isabellę, † eo quia illi coniuncta esset ex latere paterno, sed habuisset idem & æquale ius cum D. Constantia Auia materna, vt fuit sententia *glossæ in d. auth. matri, & auiæ, C. quando mul. tutel. off. fung. poss. in verb. matri, & eam sequuti fuerunt Salycet. num. 10. Alberic. num. 2. Bald. cons. 105. num. 2. lib. 4. Alex. cons. 109. lib. 1.* Nam cum † in hæreditate nepotis æqualiter succedant vtraque Auia nulla habita ratione distinctionis Patrimoniorum, siue à quibus illius bona proueniant, *vt notatur in auth. defuncto C. ad Senat. consultum Tertull. vbi Cyn. nu. 2. Bald. in l. quod scitis num. 4. C. de bonis quæ liber.* vbi reprobat † contrariam opinionem *Bartholi, & in cons. 21. num. 1. lib. 2. Fulgos. super eadem l. quod scitis num. 8.* & tradit *Couarr. in epithom. de succession. quæst. 22. num. 5. Crass. in §. successio quæst. 22. num. 5. Vasques de success. resolut. lib. 2. §. 13. num. 11.* Inde sequebatur, vt idem dicendum esset de tutela, † quæ regulatur à commodo successionis, vt probat *text. in l. quo tutela ff. de reg. iur. l. 1. & 3. ff. de legit. tutorib.* & hanc rationem considerauit *Bald. in d. cons. 105. num. 2. lib. 4. Salycet. in d. auth. matri, & auiæ nu. 10. Guttier. de tutel. ead. par. 1. cap. 8. num. 14.*

Ex his duobus fundamentis colligi poterant, non solum rationes pro D. Constantia ex quibus præferri deberet in administratione huius tutelæ, sed ex ijs poterat etiam responderi rationibus, quæ adducebantur pro D. Virginia, vt eadem tutela illi decerni deberet. Et primo † pro D. Constantia faciebat, quod præter electionem, quam ipsa obtinuit à Iudice habet etiam pro se nominationem, & iudicium matris. Hæc enim operabantur, vt Iudex teneretur eam confirmare, ac præferre alijs tutoribus, qui simul cum ipsa concurrerent in petitione huius tutelæ, † dum illa habebat cæteras qualitates, ex quibus iudicari debebat habilis, ac idonea huic muneri, vt fuit opinio *Glos. in d. l. si quis sub conditione ff. de testament. tut. in verb. in Ciuitate in fin.* quam sequutum fuit *Bald. num. 2. & in l. omnem num. 5. ff. ad senat. consult. Tertull. & in cons. 82. num. 2. lib. 2. Gabriel. cons. 27. num. 5. lib. 1.* qui testatur de vera, † & magis communi opinione *Curs. senior. cons. 46. num. 4. & 11. Surd. cons. 428. num. 12.* Et licet in hac quæstione contrariam opinionem tenuerit *Cyn. in auth. matri, & auiæ C. quand. mulier tutor. off. fung. possit sub num. 13.* quem sequuti fuerunt *Angel. ibi num. 5. Alberic. num. 9. Bart. in auth. sacramentum num. 4. C. eod. tit. & in l. si quis sub conditione ff. de testam. tutel. num. 29. & 30.* Tamen eorum opinio intelligenda erat quando tutor † electus à matre non esset idoneus, non autem quando in illo non deficeret habilitas, quæ requiritur in administratione huius officij, vt declarat *Bald. in d. l. si quis sub conditione num. 2.* vbi hoc modo explicat *glos. super eadem l.* & testatur † hanc etiam fuisse mentem Bartholi, quem propterea dicit ita consuluisse, & pluribus declarat *Corneus cons. 284. num. 9 lib. 3. Gabriel. d. cons. 27. num. 6. Guttier. de tutel. par. 1. cap. 8. num. 74. Castill. decis. 80. num. 73.* Imò aliqui ex authoribus relatis tenuerunt satis esse, quod nominatus à matre sit idoneus, vt præferri debeat † omnibus alijs, quamuis in illis considerari possent maiores aliquæ qualitates, vt voluit *Gabriel d. cons. 27. num. 5. lib. 1. Castill. decis 80. num. 12. Guttier. eod. cap. 8. num. 73.* Neque huic declarationi obstare poterat authoritas eiusdem *Bart. in d. l. si quis sub conditione num. 32.* vbi voluit, † quod Auia petens tutelam præferenda sit omnibus alijs Tutoribus exceptis testamentarijs; Vnde infert, quod etiam admissa opinione *Glos.* quæ voluit dandum esse Tutorem petitum à matre † non habeat locum si in petitione talis tutelæ concurrat Auia, & idem consuluit in *cons. 145. num. 3. lib. 1.* Hæc enim illatio Bartholi non poterat habere locum in casu huius decisionis, in qua cum D. Constantia, quæ fuit à matre nominata esset etiã Auia Pupillæ † æquali priuilegio fruebatur cum D. Virginia Auia paterna. Vnde non poterat in ipsa D. Virginia considerari ius, quod illa alias habuisset supra cæteros tutores datiuos, & ita in pari causa erat locus † electioni Iudicis fauore nominati à matre, vt in duobus Auis concurrentibus ad tutelam consuluit *Corneus cons. 163. num. 3. & seqq. lib. 4.* & in Auia, quæ à Statuto æquiparata sit alijs Tutoribus legitimis voluit *Bald. cons. 82. nu. 2. vol. 2.*

& in

& in pluribus tutoribus legitimis regulam generaliter constituit *Guttier. de tutel.par. 1. cap.14.n.3. in fin.* Neque poterat dubitari de habilitate Dominæ Constantiæ, & vtrum illa futura esset idonea
21 administrationi † huius tutelæ, quia primum eius habilitas præsupposita fuit in hac disputatione, & illa præterea probata fuit, tum ex testibus examinatis super articulis continentibus hanc
22 eiusdem † qualitatem, tum ex illius industria, ac diligentia probata in administratione aliarum tutelarum.

Altera ratio adducta fuit pro Domina Constantia, vt nimirum illa prius electa fuisset in administratione huius tutelæ cum nominata fuisset à matre Pupillæ coram Iudice Capitolij de mense Maij anni 1639. & confirmata ab eodem Iudice de mense Decembris eiusdem anni; ipsa verò D.
23 Virginia non fuisset electa à Iudice † in Ciuitate Bononiæ, nisi sequenti anno 1640, in mense Ianuario. Hæc enim erat noua causa, ob quam tutela decerni deberet eidem Dominæ Constantiæ, quia cum in illius, & Dominæ Virginiæ ele-
24 ctione concurrissent † Iudex loci domicilij, & Iudex loci originis Pupillæ, erat inter eos locus præuentioni, ita vt administratio concedenda esset illi, quàm alter ex dictis Iudicibus prius elegisset, vt notat *Alberic in l.vnica num.2. C. vbi pet. tutor.& in l.1.num.5.ff.de tutoribus, & curat.datis ab his, qui ius dandi habent* sequendo opinionem *Dyn. in eadem l.1.Aretin,Instit.de Attilian.Tutor. §. sed hoc iure num.4.* & ibi etiam *Io. Fab.num.5. Rimin. senior. cons.97.num.15.& 30.lib.1.* & tradit *Pract.Papien.in for.libell.super reddit. ratio administr. tutelæ. §. eidem Iacobo num.3. Anton.Fab.in suo Cod.tit.vbi pet.Tutor. lib.5.definit.1.Guttier.eadem par.1.in tract.de tutel.capit.16.num.3.* Et ita communiter seruatur in om-
25 nibus alijs iudicijs, quia in concursu plurimum † Iudicum qui parem iurisdictionem habeant, semper ille cæteris præferri solet, qui peruenit in exercitio sua iurisdictionis, vt probat *text.in l.1. ff. de offic.Consul.& in l.si quis postea ff.de iudic. & notant ibi DD. & in cap.proposuisti de foro competent.* Neque
26 poterat controuerti iurisdictio Iudicis, † à quo fuit electa D. Constantia, quia habet hanc iurisdictionem Iudex domicilij, in quo Pupillus moratur, vt probat *text.in l.1.ff.de tutor.& curat.dat.ab his. qui ius dand.habent,* in quo nominatim conce-
27 ditur Præsidi Prouinciæ † hæc facultas dandi Tutores, tam illis, qui sunt eiusdem Prouinciæ, quam illis, qui habenr ibidem domicilium, & notauit *Azo.in summ.C.vbi petant Tutor.* quem refert *glos.in l.vnica eodem tit.* & tradiderunt super eadem *l.Bart.n.1. Angel.n.1. Alberic.num.2. idem Bart.in in l.pupillo ff.de tutorib.& curatorib.dat.ab is, qui ius dandi habent* Neque necessarium est, vt pupillus
28 habeat bona † in loco domicilij, vt Iudex, aut Magistratus eius loci censeatur habere talem facultatem, sicut fuit sententia *Hugolin.* quam refert *glos.in d l.vnica in verb. moratur,* & tenuit *l.Iacobus de Rauenna, vt testatur Cyn.in d.l. vnica num.1.* vbi
29 adducit † rationes huius opinionis licet ipse nihil firmet, sicut etiam facit *Salycet.in eadem l. n. 3.* Etenim contrariam opinionem tenuit *Azo in sum-*
30 *mæ eod. tit. C.vbi petant. tutor num. 2.* cuius † opinionem sequuti fuerunt *Bart. super eadem l. vnica num.4.vbi dicit opinionem Azzonis esse veriorem Ang. num.1. Alberic.num.2. Dyn.in l.1.ff.de tutorib.& curatorib.dat.ab his, & ibi etiam Alberic.num.3. Bart. in d.l.pupillo ff eodem tit.Aretin.Instit.de Attilian.tutore, §.sed hoc iure num.4.Io.Fab. num. 4. Balduin. institut. eod. tit.§.secundum suam iurisdictionem. Piccard. d. §. sed hoc iure num.5.vbi testatur de commun. opinione,* de qua etiam testantur *Angel.& Alberic.sup.relati. Massuer.in addit.ad Pract. Papien in forma libelli super reddit.ration. administ. tutela, §. eisdem Iacobo in verb.Iudex. Greg.Lopez.super legib. Hispaniæ par. 6. tit.16.leg.12.glos.2.qui etiam testatur de communi;* Et hæc opinio videtur fundata in ea ratione, quia in
31 deputatione † Tutoris debet haberi prima, ac præcipuè ratio personæ pupilli, ac deinde bonorum, quæ ille possidet, quod duplici argumento probat *Cynus in d.l.vnica n. 2.* Primò, quia Iudex loci vbi sunt bona non potest dare Tutorem pu-
32 pillo, † nisi etiam ibi moretur. Secundò, quia concesso Tutore à Iudice, qui habeat pupillum sub sua iurisdictione effectus talis deputationis
33 trahet ad se, † etiam administrationem bonorum, quæ sita sint in alieno territorio, quæ etiam considerauit *Angel.in d.l.vnica.* Et licèt de hoc vltimo fundamento dubitauerit *Cyn. super eadem*
34 *l. n.3.* vbi sequendo opinionem Hugolin. tenuit † non posse Tutorem administrare bona existentia in alieno Territorio, in qua sententia fuit etiam *glos.in d.l.dupillo auctorit.eius text.* Tamen contraria
35 opinio communiter recepta est, † vt Tutor datus ab vno Iudice, administrare possit vniuersum pupilli patrimonium, & illam etiam in hoc articulo tenuit *Azzo.eumque sequuti fuerunt. Angel. in d.l.vnica. Bart.super eadem l. & in l.pupillo; Salycet. in Rubric.C.de tutorib.in lit.dand.num.2.Ioann. Fab.instit.de attilian Tutor.§.sed hoc iure num.4.Alex. cons.125.numr4.lib.1.Rolan.cons.80.num.11 lib.2.Rimin.sen.cons.97.num.17.lib.1.Scrader. qui alios refert in tract.de fœud.par.10.sect.19.num.85.Brunus de Statut exclus.fœmin.art.8.num.13.* & tenuit *Rot.in Narnien.successionis 22. Maij 1628.coram R. P. D. meo Merlino.*

Impugnabatur etiam alia ratione iurisdictio Iudicis, eo quia electio Domicilij quam fecerat
36 pupilla, & cuius causa dicebatur subiecta † illius iurisdictioni non potuisset ab ea fieri sola habitatione, nisi in loco vbi habitationem contraxit, habuisset, vel transtulisset maiorem partem suorum bonorum, sicut vtrumque hunc casum complexus fuit *Bart.in d.l.vnica num.2.C.vbi petant, tutor.& in l 1.num.7.ff.de tutorib. & curatorib. datis ab his, qui ius dand. habent, & in l.placet num. 2. ff. ad municipal.& Bartol.sequutus fuit Bald.cons.334.col.2. in princ.lib.4.Siluan.cons.25.num. 37.* & censuit *Rot. in Cæsaraugustana pensionis 9.Martij 1598. corā Orano.* Verum nihil poterat obstare ratio adducta à
37 Bartolo, quod nimirum † pupillus contrahendo tacitè domicilium videatur obligari, quod facere non potest sine auctoritate Tutoris. Hæc enim electio facta fuit ad Domina Isabella cum auctoritate, & præsentia Tutoris, quia septem mensibus antequam data fuisset illi D. Constantia in
38 Tutricem elegit sibi Domicilium † in Vrbe in domo eiusdem Dominæ Constantiæ coram Iudice, & huic declarationi præsens fuit D. Maria eius mater, quæ tunc gerebat illius tutelam, & duo proximiores, qui suo consensu approbarunt

talem declarationem tamquam vtilem pupillæ, vnde non poterat dubitari de validitate eius ele-
39 ctionis, † cum pupillus intercedente auctoritate Tutoris possit se obligare tam naturaliter, quam ciuiliter, vt tenuit idem *Bart.in d.l.1.ff.de tutor. & curat.datis ab his num.7.& probat text.in l. impuberes & in l.pupillus, ff.de auctorit.& consensu tutor. l. pupillus, ff.de reg.iur.* Præterea permissum est Pupillo eligere sibi domicilium ad effectum obtinendi Tutorem in eo loco in quo domicilium contrahe-
40 re voluit, cum hic actus † non videatur tendere in illius detrimentum sed potius respicere eius vtilitatem, eo quia commodum illi sit habere
41 Tutorem in pluribus locis, † & hoc etiam voluit *Azzo. supra citatus in summar.C. vbi pet.tutor.* quem pariter sequutus fuit *Bart.in l.1.num.7. ff. de tutorib. & curat.dat.ab his Aretin.in d. §. sed hoc iure num. 2. Instit.de Attilian. Tutor.* vbi dicit opinionem *Bart.* seruari in praxi, & pluribus explicat *Alberic. de Statutis quæst.90.num.8.* & probat hoc à simili, quia
42 sicuti † potest pupillus adrogari sine Tutore, & occasione dictæ adrogationis sortitur domiciliũ Patris adrogatoris, ita etiam censeri debet illi licitum esse domicilium eligere sine Tutoris auctoritate.

Ex his colligi poterat responsio *ad text.in l. vnica, C.vbi pet. Tutor.* cuius etiam auctoritas adducta fuit ad effectum, vt non valeret deputatio Tu-
43 toris facta à Iudice † domicilij cum in ea lege statuatur, vt si pupillus nihil possideat in Prouincia in qua moratur, neque indè ducat originem restitui debeat ad Patriam suam, vt ibi moretur, vbi patrimonium habet, atque in ea sortiatur legitimos Defensores. Non enim ex eo
44 textu prohibitum erat, quin alij magistratus † possent dare Tutores si illis id ius competeret, vt probatum fuit cumpetere Iudici domicilij, & ita eum textum interpretatus fuit *Azzo. in summ. C. eod tit.num.2.* quem refert *glos.in eadem l.in verb. moratur. Gyn.super eadem l.num.1.explicando idem verbum moratur. Riminald.senior.cons.97.num.31.lib.1. Piccard.institut.de Attilian.Tutore, §.sed hoc iure n.6,*
45 & notant Doctores † communiter super eadem, lege; vt in illa non excludatur Iudex domicilij, vt tenuit ibidem *Bart. in l.pupillo, ff. de tutoribus, & curator.dat.ab his. Angel.& Alber.super eadem l.vnica num.1.*

Eodem modo tolli poterat altera exceptio, quæ opponebatur ex lege municipali Statuti Bononiæ contra iurisdictionem eiusdem Iudicis in com-
46 missione talis tutelæ, † in quo statuto cauebatur, vt matre deserente tutelam, siue illa ab eius administratione cessare velit, siue remota sit tanquam suspecta Iudex existens in ea Ciuitate consulere debeat indemnitati pupilli decernendo illi Tutorem, qui habitet Bononiæ, aut in illius districtu. Hoc enim statutum intelligendum erat eodem modo quo intellecta fuit dispositio Iuris
47 Communis, † vt permissum sit Iudici dare Tutorem Pupillo, qui Bononiæ moretur, non autem prohibeat Pupillo quin petere possit Tutorem ab alijs Iudicibus, quorum iurisdictioni subiectus sit ratione Domicilij, & hæc interpretatio sumenda erat, ex qua Statutum reddebatur conforme
48 dispositioni iuris communis, † secundum regulam, quæ communiter recipi solet in interpretatione similium Statutorum, quam ponunt Doctores *in l. 2. C. de noxal. actio, & notat ibi glos. & Bald num.1, Brun.de Statut.exclusiu.fœmin.art.5. n.5. Alderan.Mascard.de interpret.statut, conclus. 2.num.61. & conclus.12.num.1.* Quæ interpretatio confirmari poterat coniectura satis probabili, quæ etiam so-
49 let admitti in interpretatione Statutorum, † vt statuentes non censeantur in dubio obligare voluisse personas subditas si illæ degant extra Territorium, vt notatur *in cap.vt animarum de Const. lib.6.* vbi *Gemin.num.11.Franch.num.4.* tradit *Felin. in cap, à nobis num.6.de sentent.excom.Franc, Curt. in tract.de Stat.sect.9.num.20.*

Et ita, &c.

R. P. D. GHISILERIO.

postea Episcopo TERRACINEN.

Aquilana Beneficij.

Veneris 15. Martij 1641.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus, quod sit Clericorum, & Laicorum ex quibus dicatur probatum, item quando constet, quod sit ex fundatione, & dotatione. Ordinariorum enunciatiuis circa existentiam iurispatronatus, non parum deferendum venit, Dotatio iurispatronatus, quod fuerit effectuata, ex quo doceatur.

SVMMARIVM.

1 *Confessio partis, quod iuspatronatus sit ex fundatione, & dotatione, licet non probet in præiudicium Ecclesiæ.*
2 *Attamen in præiudiciũ ipsius confitentis benè probat.*
3 *Iuspatronatus, quod sit ex fundatione, & dotatione ex quibus coniecturis deduci possit.*
4 *Testator ex quibus probetur, quod voluerit dotare Cappellam, & sibi reseruasse iuspatronatus.*
5 *Ordinarij admissio ad iuspatronatus, vigore præsentationis cum enunciatiuis, quod beneficium est de iurepatronatus est probatio satis potens.*
6 *Ordinarij, vt plurimum, se reddunt difficiles in admittendo, & instituendo præsentatos.*
7 *Donatio iurispatronatus, dicitur effectuata, ex pluribus præsentationibus effectuatis.*
8 *Actus præsumitur factus, in executionem dispositionis præcedentis.*
9 *Iuspatronatus pertinentia ex quibus satis dicatur probata.*
10 *In præsentandi quasi possessione quando quis est releuatur ab onere probandi descendentiam à primo fundatore.*
11 *Iuspatronatus bene probatur ex sententijs Ordinariorum, quæ in iudicatum transiuerunt.*
12 *Beneficium iurispatronatus, quando quis nihil iustificat, non potest prætendere ad se spectare,*
13 *Præsentatio de inhabili facta, perindè est, ac si non fuisset facta.*
14 *Ad Iuspatronatus præsentandum quando debet esse sacerdos, si talem non præsentat, non potest excusari prætextu ignorantiæ,*

15 Iu-

15 *Iura patronatus Laicorum non cadunt sub regula 8. hodie 9. Cancellar.*
16 *Iuspatronatus, quando est mixtum, cessat reseruatio, de qua in regul. 8. hodie 9. Cancellar.*
17 *Iuspatronatus mixtum, quare non cadat sub reseruationibus generalibus.*
18 *Gratia Apostolica collationis beneficij, si habeat in ventre clausulam, Dummodo de tempore datæ, non sit alteri ius quæsitum, quid importet.*

DECISIO XIII.

Reproposita * causa coram me pendente inter Andream Angelinum præsentatum ad beneficium de quo agitur de iure patronatus mixto ab Angelinis habentibus medietatem, & Marcum Antonium Epiphamium à Capitulo de Paganica Ciuitatis Aquilæ, & Pisellis compatronis deinde à Sede Apostolica cum speciali derogatione Iurispatronatus prouisum, iterum pro Angelino fuit dictum, duas sententias ad eius fauorem latas ab Ordinario in partibus deinde in Curia confirmatam in 2. instantia esse validas, & iustas, quia DD. placuerunt rationes & fundamenta deducta in decisione coram me facta 14. Decembris præteriti nec visa fuerunt duo principaliter opposita releuare; primum quod Angelinus non probet existentiam Iurispatronatus mixti prout illam concludenter probare tenetur contra Epiphamium reum & possessorem vti prouisum, à Sedi Apostolica ob vocationem in mense Maij, Sede Apostolicæ reseruato; secundum quod adhuc probata dicta existentia illa non suffragetur contra Epiphamium qui in sua prouisione obtinuit derogationem Iuspatronatus in totum quatenus de illa constaret.

Quoad primum visum fuit dd. constare de Iurepatronatus ex testamento Antonij Massij, à quo fuit dotatum beneficium vt ex instrumento dotationis ac fundationis, quibus non obstat quod non doceatur de eius effectuatione, quia cum simus in antiquis satis prædicta iustificata remanent ex visitatione Ordinarijs de anno 1526. vbi enunciatur hoc beneficium esse de Iurepatronatus & ex præsentationibus admissis ab ann. 1581. vsque ad præsens, ex quibus omnibus præsumitur approbatio Episcopi, concurrit etiam confessio Epiphamij emanata in iudicio, & signanter in libello, in quo ipse expresse narrauit per obitum Honuphrij vacasse beneficium de quo agitur de Iurepatronatus sub vocabulo S. Thomæ petens se vti præsentatum à maiori parte patronorum ad illud institui, iuncta alia confessione emanata in litteris suæ prouisionis, ibi, cum itaque simplex beneficium ad altare sub inuocatione S. Thomæ, quod † vt asserit de
1 Iurepatronatus Laicorum, & Clericorum mixtim ex fundatione, & dotatione existit, &c. quæ confessio licet non probet ad effectum canonizandi Iuspatronatus in præiudicium Ecclesiæ, tamen quoad
2 præiudicium ipsius Epiphamij † confitentis sufficit iuxta *decis. Achil. lib. 1. de conf. Cassad. decis. 7. de iurepatronatus Rot. coram Mantic. decis. 328. num. 3. & coram Comitulo in Aquilana iurispatronatus penes Marches. de Commiss. tom. 1. fol. 131.* cum alijs relatis per *Adden. ad San. mem Gregor. XV. decis. 432. num. 22.*
3 præsertim † concurrentibus adminiculis desumptis ex supradicto testamento Antonij, qui relinquens cappellæ de qua agitur plura bona certis finibus designata, mandauit præsentari & institui per Capitulum Ecclesiæ & hæredes ipsius testatoris vnum idoneum Sacerdotem in perpetuum per quæ verba clare patet testatorem dotasse cappel-
4 lam † cum reseruatione Iuripatronatus non autem donare aut dotem augere voluisse, vt in hac eadem cappella firmauit *Rota decis. 413. num. 4. par. 1. recent. necnon duabus* præsentationibus factis ab hæredibus eiusdem Antonij, & institutionibus illarum vi-
5 gore subsecutis † & admissis ab Ordinarijs pro tempore cum enunciatiuis, quod beneficium de quo agitur esset de iurepatronatus quibus enunciatiuis multum est deferendum cum Ordinarij vt plurimum se reddant difficiles in admittendo &
6 instituendo † præsentatum, *Rota decis. 11. de iurepatronatus in nouis. in Bononien. iurispatronatus 16. Ianuarij 1608. coram bo: mem. Card. Sacrato & alias passim.*

Non obstat quod Cappella esset iam constructa,
7 quia satis est constare † de dotatione, & cum adsit obseruantia effectuata spatio 60. annorum vltra quod præsentauerint nominati in dicta dotatione, inde resultat effectuatio dotationis, *Caputaquen*
8 *decis. 226. num. 2. par. 2.* cum actus † præsumatur factus ad executionem dispositionis præcedentis *l. qui in aliena, §. si qui putabat, ff. de acquir. hæredit. Alciat. de præsumption. reg. 3. præsumpt. 24. Rota decis. 687 num. 2. par. 3. recent.*

Minus visum fuit dd. controuerti posse pertinentiam iuspatronatus ad illos de Angelinis, nam illi
9 sunt † in quasi possessione præsentandi ex quo vltimo statu præsentationibus, & quasi possessione præsentandi desumitur, & probatur pertinentia *cap. consultationibus de iurepatron. Rot. decis. 14. in antiquis, & decis. 7 in nouis eod. tit. Puteus decis. 189. lib. 1*
10 quæ † quasi possessio etiam illos releuat ab onere probandi descendentiam à primo fundatore vt tenuit *Rot decis. 347. num. 1. in fin. par. 1. recent. & eorum*
11 *ius confirmatum* fuit sententijs Ordinariorum, † quę transitum fecerunt in iudicatum & plene probant pertinentiam *Rota in Pistorien. Parocch. 27. Ianuarij 1620. & 18. Ianuarij 1621. coram Reuerendiss. D. Pirouano Decano* impressis per Viuianum in suo tractatu *decis. 77. & 78. ad illos* qui præsentauerunt Angelinum cum illi sint hæredes eorum qui fuerunt in quasi possessione.

Nec obstat quod Epiphamius fuerit pręsentatus à Capitulo habente medietatem & à Pisellis habentibus quartam partem Iuspatronatus quia vltra quod isti de Pisellis nullum ius habent super
12 hoc † beneficio cum non probentur hæredes neque descendentes à fundatore, nec ab eis qui præsentauerunt intrat responsio data in decisione quę reuidetur quod præsentando inhabilem contra mentem fundatoris pro hac vice totum ius fuit consolidatum in personam Angelini habentis qualitates requisitas à fundatore, ita vt pręsentatio de
13 inhabili † perinde habeatur ac si non fuisset facta, non admissa excusatione ignorantię quod pręsentandus deberet esse actu Sacerdos, quia debebant
14 perquirere † fundationem, quæ expresse postulat Sacerdotium *iuxta decis. Caual. 231.*

His positis sequitur impetrationem factam ab Epiphamio à Sede Apostolica tanquam de libero illi nullum Ius tribuere, cum talia beneficia non cadant sub reseruatione regulę octauę hodie nonæ

Gonzalez ad regul.8. glos.18. num.8. & 14. vbi quod quando iuspatronatus est mixtum partim Laicale,
15 partim Ecclesiasticum, cessat reseruatio † regulæ octauæ nec tale beneficium comprehenditur sub illa cum in fauorabilibus potius sit attendenda qualitas Laicalis ne Laicus propter Clericum perdat suum priuilegium, æquum enim est quod in re indiuidua non patiatur quis præiudicium ratione societatis, quæ illi cum altero communis est, &
16 propterea Iuspatronatus mixtum † non cadit sub generalibus reseruationibus *Gemin. Felin. Abb. & alijs relatis per Gonzalez vbi supra num.13. Achil. decis.3. de iurepatron. Puteus decis.157. num.2. & per totam lib.3. Crescent. decis.3. de iurepatron.*

Nec quid quam facit quod in gratia Apostolica adsit derogatio Iurispatronatus in totum quia placuit dd. responsio data in *decis. in §. Minus visæ fue-*
17 *runt*, nimirum gratiam Apostolicam habere † in ventre clausulam, dummodo de tempore datę pręsentium non sit alteri ius quæsitum quod ius quæsitum Angelino per præsentationem ad rem & institutionem in rę quod in dicta prouisione narratum non fuit expresse reseruauit quia per talem
18 clausulam † apparet Papam voluisse præseruare pręsentationes iam factas à patronis iuxta *decis. allegatas in dicto §. Minus visæ*, & de legitima præsentatione facta ad fauorem Angelini in forma Iudicij & penes acta iuxta *decis. bon. mem. Caual. 28. nu.3 satis apparet ex dotis in summario.*

Et ex his vtraque parte informante pro confirmatione resolutionis antea factæ fuit responsum.

Proposita fuit hæc causa sub 14. Decembris superioris anni 1640. coram eodem Reuerendissimo Ghisilerio est decisio 131. apud Viuian. de iurepatron. iuxta nouissimam impressionem.

REVERENDISS. P. D. CERRO

SACRAE ROTAE DECANO.

Toletana Canonicatus Pœnitentiariæ.

Lunæ 22. Aprilis 1641.

ARGVMENTVM.

Ad beneficiorum electionem, in casu quo est necessaria scriptura, tunc si ea exhiberi non potest ex facto Aduersarij, eo casu perinde deest ac si exhibita fuerit, plura deducuntur circa probationem ætatis, & diluuntur plures oppositiones, & plura etiam doctissimè deducuntur ad confirmationem decisionis iam in altera instantia emanatæ in hac eadem causa coram bo: mem. Coccino facta.

SVMMARIVM.

1 *Actorum transportatio est omnino necessaria.*
2 *De Electione probanda, ad effectum adiudicationis beneficij, si agatur an sit necessaria scriptura.*
3 *Electio ad beneficia, quando est facienda iuxta terminos cap. quia, propter. de election. tunc requiritur scriptura.*
4 *ad Scripturæ exhibitionem, quatenus quis teneatur, excusatur, quando impedimentum prouenit à parte aduersa.*
5 *Nam tunc in odium impedientis, & ipsius præiudicium habetur ac si esset exhibita.*
6 *Confessiones propriæ partis, habent vim scripturæ, & publici instrumenti.*
Illorumque vices supplent, etiam vbi scriptura esset de necessitate. num. 6.
7 *In Canonicatibus Pœnitentiarijs requiritur ætas 40. annorum.*
8 *Testes probant ætatem alicuius, si deponant interfuisse eius baptismo.*
9 *Scolares, dum referuntur in Matricula fingunt se iuniores, vt magis elucescat eorum peritia.*
Matricula probat aliquem esse scholarem, non autem eius ætatem.
10 *Ad Ordinem subdiaconatus suscipiendum requiritur ætas 22. annorum.*
11 *Fides baptismi, dum est suspecta de falsitate non releuat. & num.19.*
12 *Testi, nulla fides est adhibenda, si habeat affectionem in causa.*
13 *Pars in præiudicium alterius partis collitigantis nullam habet iurisdictionem.*
14 *De Fide alicuius scripturæ, quando amplius non sit dubitandum.*
15 *Partitæ, quando sunt diuersæ, & diuersis temporibus factæ tunc diuersitas atramentis, & characteris non tollit fidem, imo auget, & num.18.*
16 *Rasura scripturæ, quando non est in corpore scripturæ, sed ante principium scripturæ, tunc non detrahit fidei scripturæ, & num.18.*
17 *Testis, quando constat habere affectionem in causa, non attenditur.*
20 *Ex Actuum multiplicitate, & multitudine personarum, tollitur prorsus omnis suspicio falsitatis.*
Personæ plures, quod omnes voluerint conspirare in eamdem falsitatem, mens ipsa percipere nequit n.20. & 21.
22 *Eligentium vota ab beneficia, vbi in duas partes se diuiserint, Metropolitani iudicio quis præferatur, & qualis.*
23 *Text. in cap. Cumana, & cap. Genesi, & cap. Ecclesia vestra, de elect. in quibus terminis loquantur, & n.24*
25 *Text. in cap. Cumana, de elect. cum similibus non loquuntur in terminis, quando merita non sunt æqualia.*
26 *Decisiones in causa Pampilonen. Canonicatus de Rouesuales coram Coccino, & Dunozetto, quo casu loquantur.*
27 *In Electionibus aliud est, quod agatur de excessibus meritorum, & aliud de æqualitate eorundem.*
28 *Text. in can. si forte 63. dist. cum loquatur de electione Prælati, an habeat etiam locum in electione Canonicorum.*
29 *In Electione Prælatorum, requiritur maior pars Capituli.*
30 *In Electionibus quando vota sunt paria tunc dignior est præferendus.*
31 *In Electione Canonicorum seruanda est forma cap. quia propter de elect.*
32 *Vota Capituli, vbi sunt paria in electione aliquorum, tunc in vtrisque deficit consensus capituli, & nu.33.*
34 *Pars maior, & sanior Capituli dicitur illa, quæ est iustior, & maiori nititur ratione, & æquitate.*
35 *Consensus maioris partis Capituli, quando dicatur adesse, imo etiam totius Capituli.*
36 *Consensus alicuius bene deducitur ex confessione facta in commissione.*
37 *In Electionibus, quando vota sunt paria, tunc locus est gratificationi.*

38 Me-

DECISIO XIV.

SEntentiam Rotalem adiudicantem Doctori Michaeli Ferrerio Canonicatum Pœnitentiariæ, de quo agitur, vti validam, & iustam dixerunt DD. esse confirmandam.

Duæ enim nullitates, quarum altera desumebatur ex omissione termini ad articulandum, & altera ex defectu transportationis actorum facilè tolluntur; Quia ex *Summ. Michaelis num*: 1. apparet terminum ad articulandum, omnesque alios terminos substantiales fuisse ad vnguem seruatos. Et ex *Summ. Capituli num.4.* constat Iura quæ prætenduntur deficere non fuisse in hoc iudicio in actis producta; sed solùm extraiudicialiter ostensa Iudi-
1 cibus ad effectum faciendi recognitionem † Iurium productorum per comparationem; quorum proinde transportatio necessaria non erat. *Rot. in recent. decis.561. num.10. part.2. add. ad Gregor. decis. 59. num.10.*

Ita pariter cessare dixerunt DD. tria illa, quæ contra iustitiam deducebantur, & hodie iterum repetuntur.

Primum enim, quod in sententia Electio declaretur canonica, licèt de ea nullum exhibeatur instrumentum, vel scriptura, prout est necesse, quo-
2 tiescumque agitur † de probanda electione ad effectum adiudicationis, videtur abundè sub atum ex adductis in decisione huius causæ *coram bon. mem. Coccino 25. Iunij 1640.* Tam ex eo quod Constitutiones Sixti, & Leonis id non præcipiunt, nec in Iure reperitur dispositum, quod requiratur scri-
3 ptura, † nisi quando electio fieri debet, iuxta terminos *cap. Quia propter, de electione,* quod locum habet, quando Ecclesia viduatur, vt fuit animaduersum *in Legionen. Canonicatus Magistralis 12. Iunij 1634. coram bon. mem. Coccino, quæ est decisio 289. num. 29. & 30. part.6. recent.* Quam etiam ex eo, quod vbi etiam scriptura fuisset necessaria, satis esset Doctori Ferrerio pluries coram Ordinario Toletano, & Nuncio Apostolico instetisse pro illius exhibitione, etiam medio censurarum, & declaratoriæ, & Capitulum semper renuisse illam exhibere, comminando desuper implorationem brachij
4 Regij. Ex hoc † enim impedimento præstito per Capitulum, non solum excusaretur Ferrerius ab exhibitione scripturæ si confecta fuisset *l. sine herede §. Idem iuris ff. ad leg. Rhod. de iact. l. non exigimus*
5 *§.1. ff. si quis caut.* Sed in odium impedientis, † & in ipsius præiudicium haberetur pro exhibita ad notat. per *Felin. in c. Quoniam frequenter num.7. vt lit. non contest.* cum pluribus ad propositum adductis in *d. decis.* Et vlteriùs super veritate huius electionis emanarunt plures Capituli confessiones, quæ
6 habent vim scripturæ, & publici † instrumenti, illorumque vices supplent etiam vbi scriptura de necessitate requiritur. *Bald. in auth. sed nouo iure nu.*

12.C.si

12.C.si cert petat.Dec.in rubr.num.10.extra de probat. Surd.decis.10.num.12.& 13.Rota in recent.decis.157. num.4.in fin.par.4.

Secundum, quod principaliter contra iustitiã
opponebatur, erat defectus quadragenariæ ætatis
7 requisitæ † in Pœnitentiarijs tum à *Sac.Concil.Trident.sess.24. cap.8.de reformat.* tum à Constitutione
sanct. mem. Greg. XV. Sed huic pariter obiecto
fuit abundè satisfactum in d. decisione, vbi ex
partita Baptismatis, & ex descriptione facta à
Patre in libro familiari in quo adnotabat natiuitates, & obitus filiorum firmatur Michaelem de
tempore oppositionis sequutæ de mense Februarij
8 1631, fuisse ætatis † annorum 40, completorum.
Iunctis depositionibus testium, quorum aliqui, cũ
interfuerint Baptismati, & alij sint vicini, & familiares optimè probant ętatem juxta theoricam
Bartol. in l.de ætate num.7. vers.sed si haberi ff.de minor. Rota in recent.decis.779. num.9. par.3.& alij adducti in decis. vers. & adsunt etiam Testes.

Nec iustificatur Michaelem fuisse baptizatum
in Ecclesia S. Nicolai Ciuitatis Pampilonen. die
3. Octobris 1594. à quo tempore ducto calculo
Michael de tempore concursus habiti de anno
1631. fuisset tantummodo in trigesimo septimo
suæ ætatis anno. Quia, vel hæc probatio desumitur ex eo, quod Michael in ingressu Collegij Cõpluten. vsus fuerit fide baptismatis extracta ex libro Ecclesiæ dicti S. Nicolai, eademque vsus fuerit in ingressu Ecclesiæ Pacen., quando in ea fuit
assequutus Præbendam magistralem: & non iustificatur in facto, quia Testes dati in *Summario num.* 13. & 14. potiùs conuincunt Michaelem
fuisse baptizatum in Ecclesia S. Saturnini, & signanter Decimus, *in Summ.* dùm super 7. articulo asserit se audiuisse, quod quando Michael se
opposuit ad Collegium maius S. Idelphonsi Oppidi Compluten. informans extraxit fidem ætatis
ex libro baptizatorum in Ecclesia S. Nicolai, sed
quod pariter dici audiuit, quod præfatus informans commisit errorem, quia dicunt, quod tenebatur extrahere fidem ab Ecclesia S. Saturnini:
Immo constat Michaelem de anno 1629. quò incidit pręcedens vacatio huius Pęnitentiarię, vsum
fuisse contraria fide extracta à libro Sancti Saturnini, eamque exhibuisse, nec vllum de eius veritate fuisse suspicatum: Vel deducitur ex confessione eiusdem Michaelis, qui vt prætenditur de
anno 1610. dũ fuit matriculatus in studio Complutensi fassus fuit se esse ætatis annorũ 16. quod
ad vnguem respondet partitæ libri S. Nicolai;
Et obiectum pariter cessat ex ponderatione facta
in *decisione*, & à Testibus comprobata, quod sci-
9 licet Scolares † dum referuntur in Matricula, fingunt se Iuniores, vt magis eluceat eorum peritia, vltra quod huiusmodi confessio legitur tantummodo in libro matriculæ, qui tamen non
probat ætatem, sed solum quod aliquis sit scolaris, *Bart. in l. fin. num. 2. C. de reb. credit. Paris. cons. 159. num. 16. lib. 4. Honded. cons. 78. num. 8. lib. 2. & d. decis. vers. Nec etiam prædicta.*

Et ad hunc effectum DD. plurimum ponderabant, quod de mense Septembris 1615. Michael
suscepit Ordinem Subdiaconatus, ad quem tamen ex defectu ætatis promoueri non potuisset
10 si attendenda esset partita S. Nicolai, † quia
juxta illam non habuisset ætatem sufficientem
annorum 22. vt in his terminis arguit *Rot. in Elnen. Canonicatus coram R. P. D. meo Ghisilerio, quæ est decis. 45. num. 23. par. 6. recent.*

Nec minùs subsistit Partitam libri Baptimalis
11 Ecclesiæ S. Saturnini fuisse † suppositam, & esse
de falsitate suspectam.

Respondendo singulariter ad quatuor genera
probationum quibus Capitulum nitebatur.

Primò enim attestatio Notarij in actu exhibitionis dictæ partitæ dicentis illam apparere scriptam de recenti, & meliori charactere interiecto
spatio duarum linearum nullius est momenti.
12 Tum quia est Procurator Capituli, † cui proindè nulla fides videtur adhibenda, propter affectionem *cap. Romana, vbi glos & DD. de testib. in 6. Felin. in cap. cum à nobis num. 14. eodem tit. Paris. cons. 70. num.1. & seqq. lib. 4. Rot. decis. 52. nu.1. de appellat. in nou. Cæsar. de Grass. decis.2.n.1.* & fuit dictum in *Gerunden. beneficij 14. Maij 1629. coram Reuerendiss. D. meo Decano.* Tum quia fuit
13 nulliter facta corã Archidiacono Toletano, † qui
erat pars formalis, & membrum Capituli colligantis, nullamque prorsùs habebat iurisdictionem, *glos. in cap. cum causam verb. Voluerint in fin. de testib. Soccin. sen. cons.244. sob num.3.lib.2.* Et in
omnem casum dictum fuit præualere attestationẽ
Parochi, qui de mandato Iudicis partitam extraxit ante vacationem quius Canonicatus, & affir-
14 mauit † dictum librum fuisse semper in eius Custodia, & Partitam esse veram, prout etiam pro
tali formiter recognita fuit, adeout de illius fide
non sit amplius dubitandum, dixit *Rot. in recent. decis. 643. num. 4. par. 3. & decis.532. num.1. par. 4. & decis. 260. num. 14 par. 6. recent.*

Secundum verò genus probationis, quatuor
scilicet Testium, qui conantur probare dictam
partitam videri abrasam, & lineatam pariter non
concludit. Quia duo ex ijs, Primus, scilicet, &
Quartus nihil dicunt de rasura, sed solum depo-
15 nunt super diuersitate † atramenti, & characteris, quæ tamen diuersitas, quando prout hic constat partitas diuersis temporibus, & à diuersis
personis fuisse conscriptas, non solùm non minuit, sed immo auget fidem libri, & partitæ, vt
in his terminis ponderauit *Rot. coram Reuerendiss. Vrgellen. decis.207. num. 12.* Alij verò, scilicet Secundus in ordine nihil deponit de rasura in cor-
16 pore † partitæ, sed solum de rasura partis in spatio, quod est aute principium partitæ, quæ proindè non vitiat per Textum apertum in *cap. ex literis de fid. Instrum. cum alijs adductis in dicta decis. vers. Nec prædictis.* Tertius autem est contrarius
prædictis, & reliquis omnibus Testibus in Causa
examinatis, nullamque meretur fidem, quia detegitur habere affectionem, & interesse in Causa
17 propter scõmissam à se factã, quod Michael † nõ
esset Canonicus Toletanus, sed Bezzera victoriam reportasset *cap. Tuas. & cap. nuper de Testib. Felin. in cap. insuper num. 6. eod. tit. Paris. cons. 27. num. 48. lib. 1.* & fuit dictum in *Romana redditionis rationis tutelæ coram Reuerendiss. D. meo Decano, quæ est decis.169. num.7. par.6 recent.*

Et ex his etiam tollitur tertius genus probationis desumptum ex relationibus quatuor Scribarũ
Toletañ, quia omnes nituntur in asserta diuersitate

18 tate atramenti, † & characteris, & rasuræ in spatio, quod est ante partitam ex qua tamen nulla posteriori suspicio falsitatis, vt superiùs dictum: & latè *in d. decis.*

Quartum, & vltimum genus probationis desumitur ex fide Notarij Actuarij super ruptura paginæ in qua d. partita est descripta, cui nec mi-
19 nùs videbatur insistendum, † quia, vt idem testatur, postquam liber baptismalis Ecclesiæ S.Saturnini fuit asportatus ad Ordinarium Toletanum, ne pagina, in qua erat descripta partita baptismi d.Michaelis rumperetur, stãte quod in extremitate paginæ rumpi cęperat, fuit de mandato Ordinarij instante eodem Michaele apposita hostia cũ papyro. Hinc autem liquet quod partita baptismi non erat abrasa, sed solum quod ex nimia diuersarum manuum contrectatione incipiebat rumpi.

Et cessare dictum fuit omnem suspicionem ex multiplicitate probationum in contrarium, iunctis quam pluribus adminiculis desumptis ex tribus productionibus dictæ partitæ, ex litteris patentibus sacrorum Ordinum, ex attestatione Parochi, ex testamento matris, & ex depositionibus 60 Testium, quorum aliqui interfuerunt baptismati, alij verò sunt consanguinei nutricis, & Michaelis vicini, & pariter deponunt de natiuitate concorditer cum partita baptismi S. Saturnini:
20 Ex hac enim actuum multiplicitate, & multitudine personarum tollitur omnis prorsus suspicio falsitatis, quia mens ipsa percipere nequit tot personas in vnam falsitatem conspirasse *l. hac consultissima in fin.C.qui testam.facer.poss.Dec.cons.78.num. 21.& cons.102.num.27.lib.1.Aym. cons.75.num. 19, Gabr. cons.169. num.9.& seq.Surd.cons.132.n.20.ad fin.& 21. cum seqq. Add.ad Alb.cons.224.litt.A vers. & falsitatis præsumptio cessat, Foller.in prax.crimin. in verb. Item quod commisit fasitatem numer.* 80. *&* 94. *vers. sextò cessat præsumptio*, & in his terminis ad
21 substinendum † fidem baptismatis aduertit *Rot. coram Reuerendiss.Vrgellen.decis.207.n.13.*

Tertiò, contra Iustitiam sententiæ Rotalis, & validitatem electionis principaliter opponebatur quod esset nulla, tanquam facta in paritate votorũ super quo cum fuerit specialiter informatum DD. dixerunt electionem fuisse validam, tam inspecta dispositione iuris communis, quam Constitutionis Gregorianæ.

22 Quantum enim ad Ius Commune clara est dispositio *text.in cap. si fortè 63.dist.*† Volentis quod *vbi Eligentium vota in duas se diuiserint partes Metropolitani iudicio præferatur illi qui maioribus iuuatur studijs, ac meritis* quod idem voluit *glos. in cap. Obeuntibus 35. § nunc primò quæritur post.med.vers. sed quid eadem 63. dist. & in c. Ecclesia vestra il 2.verb. non consenserit post. med. vers. sed. quid de elect.* vbi *quod si par est zelus, numerus, & authoritas Eligentium hinc inde recurritur ad meritum electi*, idemque tradunt *Butr. in d.cap.Ecclesia vestra numer.25.vers. quandoque hinc. Turrecrem. in d.cap. si forte num. 1. vers. in 1. not.Innoc.in cap.cum in iure 33.num. 2. de elect.in 6. Ostien. in cap. Venerab. 34. de elect.; D. Antonin. tit. 19. de elect. c. 2. § 7. Lambertin. de iurepatr. 3. par. 2.l.q.5.art. 1. num. 1. Bertacchin. de Episcop.2.principalis q.21.num.21.tract. tom. 13.par. 2.fol.319. à tergo Tiraquel. de iur. primog. quæst. 17. opin.3.n.2.post.med. vers. & in capitulo, Azor. instit. moral. p.2.lib.6.cap. 16. quæst. 14. Fr. Sigismundus à Bononia de elect.dub.47.num.9.vers.si verò vota. Ferdinand. à Castr.Palao tom. 2.tract.13.de benef. Eccles. disput. 2.punct. 11. § 6. num.* 3. & ita tenuit *Rot. in Toletana Canonicatus coram Clemente VIII. relata per Garz. part.5 cap. 4.num.166.*

Nec in contrarium faciunt *text.in c.Cumana.cap. in Genesi, & cap. Ecclesia vestra de elect. vbi Abb. num.13, post.med.vers. si autem omnia* cum alijs ad
23 propositum cumulatis, † firmantes neutram electionem factam in paritate votorum esse validam cum neutra dici possit facta à maiori parte Capituli. Quia præfatas auctoritates dixerunt DD
24 procedere tantummodo, vbi cum paritate vocũ † concurrit etiam parilitas meritorum, omniumq; aliarum qualitatum, vt clarè apparet ex eorum
25 lectura; Secus verò vbi cum paritate vocũ † merita sunt inæqualia, quia tunc iuxta dispositionem *d.cap.si fortè* dignior est eligendus, vt admittit etiam *glos. in d.c.Ecclesia vestra* exaduerso citatã in *verb,consenserit de elect.*

Et in his pariter terminis dictum fuit intelligẽdas esse *decisiones in Pampilonem Canonicatus* † *de*
26 *Roncesualles corã Reuerendiss.D.meo Decano,& R.P.D. meo Dunozetto*, non solum quia nituntur authoritati *gloss.& Abbatis*, qui loquuntur in his terminis; sed etiam quia verè in dictis decisionibus
27 non agebatur † de excessu meritorum, sed in omnibus supponebatur æqualitas, vt apparet ex earum lectura. Neque ibi aderat Constitutio specialis disponens digniorem esse eligendum, prout in nostro casu, vt inferius dicetur quando tractabitur de Constitutione.

Neque vis huius responsionis tollitur. Primò,
28 ex eo quod *d.cap.si fortè*, loquatur † tantummodo in electione Prælati, non autem in electione Canonicorum, aut alterius Dignitatis, Tum quia cum loquatus indistinctè de quauis electione non videtur arctandum ad solam electionem Episco-
29 pi. † Tum quia si de illa duntaxat loqueretur adhuc fortius procederet in electione Canonicorum, aliarumque Dignitatum inferiorum; quia si in electione Prælati, quæ requirit maiorem partem Capituli per *tex. in d.cap. Quia propter*, adhuc
30 vbi vota sunt paria, † dignior est præferendus, multò magis erit præferendus vbi non agitur de electione Prælati, sed Canonici, in qua non est seruanda forma *d.cap. Quia propter*, nec irritatur
31 electio facta in paritate † votorum ex iuribus superius adductis.

Minùs, & secundo tollitur dicta responsio ex eo quod vbi vota sunt paria, deficiat in vnoquo-
32 que † consensus maioris partis Capituli, qui tamen essentialiter requiritur in qualibet electione; Quia pro responsione fuit animaduersum, quod vbi electus in paritate votorum excedit in meritis, dicitur habere consensum maioris, & sanioris partis Capitulis; Quia maioritas, & sanio-
33 ritas † non coalescit solum ex numero, sed etiam ex meritis Electorum, & Dignitate Eligentium,
34 cum quibus in paritate numeri efficitur maior, †, sanior pars, vt apertè declarat *gloss.in d.c.in Genesi in verb. ad zelum, & in d.cap.Quia propter in figuratione casus in verb. & sic collat. de elect. Innoc. in cap.dudum nu.2.vers.sanitas. Bart.in l. Testium num. 1.ff.de testib.* Illa enim maior pars, & sanior censetur

tur quæ est iustior, & maiori nititur ratione, & æquitate *l. maiorem vbi gloss. ff de pact. cap. multi in fin. 40. distinct. & benè gloss. in d. cap. in Genesi verb. ad zelum in fin. Abb. in d. cap. Ecclesia vestra numer. 13.*

Quod eo facilius procedi videtur in nostro casu propter iuramentum, quod præstatur in electione Pœnitentiarij de eligendo digniorē iuxta Cōstitutionem sanct. mem. Greg. XV. ex hoc enim fit, quod sicut ob excellentiam meritorum arctatur Capitulum etiam in casu paritatis vocum ad
35 consentiendum ex necessitate † in eum, qui dignior apparet, ita dici potest pro eo non solum adesse consensum maioris partis, sed etiam totius Capituli saltim implicitum in actu scilicet iuramenti. *P. Baisio tit. de elect. cap. 1. num. 5. inter tract. magn. tom. 15. p. 1. fol. mihi* 381. Imò, & explicitum adfuisse constat dum facta electione in paritate vocum Capitulū illam approbauit, eligendo Bezerram, tanquam digniorem, & excludendo Mi-
36 chaelem ob defectum † ætatis, vt apparet ex confessione eiusdē Capituli in cōmissione, ex quo elicitur consensus, ne dum maioris partis, sed imò totius Capituli in digniorē ex electis in paritate,

Fit certiare visa fuit omnis difficultas, quia cum deuentum fuerit ad primum, & secundum scrutinium, & in vtroque Michael, & Bezzerra fuerint
37 pares in votis † procuidubio erat locus gratificationi secundum communiorem, & veriorē opinionem, quam tenet *gloss. in d. cap. Ecclesia vestra verb. non consenserit post. med. vers. in casu isto, & in cap. venerabilem 34. verb. fauere de elect. Abb. in d. c. Ecclesia vestra num. 3. in fin. vers. dicit tamen, quod Superior. Anchar. in fin. vers. quandoque in omnibus Tiraq. de iur. primog. quæst. 17. opin. 2. nu. 7. vers. At, si iterum, Fr. Sigismundus à Bonon. d. tit. de elect. dub. 47 num. 9. vers. Vel idem sequitur, Lotter. de re benef. lib. 3, quæst. 17. num. 193.*

Neque obstat, quod retenta dispositione, *cap si*
38 *forte* ante adiudicationem Canonicatus † fuissent prius discutienda merita, vt constare posset vter electorum esset dignior, de quorum tamen discussione non docetur. Quia ad hoc obiectum, in quo pars aduersa acriter insistebat fuit multipliciter responsum. Et primò satis esse Ferrerio pluries in actis institisse, & petijsse, quod super discussione meritorum fieret processus, licet deinde facto Capituli, & Bezerræ prætendentium Ferrerium non fuisse legitimæ ætatis, excessus in meritis iustifica-
39 ri non potuerit; † conditio enim necessaria ad aliquid obtinendum de iure habetur pro impleta quoties non stetit per implere debentē *l. iure ciuili 24. & l. Iulius Paulus 81. in fin. ff. de condit. & demonstrat. in l. exequutione 85. § fin. ff. de verb. obligat.*

Secundò dictū fuit discussionem super potioritate meritorum non respicere interesse Capituli, quod eo ipso, quod ex concurrentibus elegit idoneiores satisfecit Concilio, & Constitutioni Gregorianæ, & functum dicitur officio suo; sed interesse tantummodo electorum in paritate, vt scilicet electio confirmetur in personam dignioris, vnde sicuti illud interesse cessaret, si Bezzerra coelectus concordasset, aut ius suū alteri coelectus cessisset, ita quoque cessare debet per obi-
40 tum, † cum paria sint, quod electus in discordia moriatur, vel quod iuri proprio renunciet ad fauorem coelecti. *Caldas de empt. c. 15 num. 33 circa med.* & vocatio per mortem, & cessionem æquiparentur ex traditis *à Paris. de resignat. benef lib. 11 quæst. 5. numer. 4. & quæst. 6 num. 15. Gonzal. ad regul. 8. § 5. proœmial. numer. 25.*

Tertiò responsum fuit per obitū Bezzerræ cessasse non solùm necessitatem, sed etiam facultatē, & potentiam discutiendi merita. Quia cum dis-
41 cussio qualitatum, † & meritorum fieri non posset, nisi inter habiles. *l. gradatim, vers. & si lege, ff. de munerib. & honor. Guttier. cons. 31. num. 21. 22. & 26. Garz. de benef. part. 5. cap. 4. num. 212. in addit.* per obitū verò coelecti cessauerit omnis eius habilitas, vtique non poterat esse locus vlteriori
42 discussioni † ex defectu positiui, sine quo fieri non potest comparatio, vt in proposito, *post. Hostien. not. Io. Andr. in d. c. Ecclesia vestra, num. 33. post. med. vers. Imo sola de elect. Anchar. cons. 215. numer. 6. vers. Decimo.*

Quod facilius suadetur aduertendo, quod per obitum Bezzerræ res deuenit ad eum statum vt Canonicatus esset de necessitate adiudicādus co-
43 electo superstiti; quia † licet per obitum vnius non acquiratur nouum ius superstiti, exemplo cessionis per quam coelecto Renunciatio non acquiritur nouum ius, vltra proprium, negari tamen non potest, quin ius illud, quod ex vi electionis in paritate votorum erat æqualiter indeterminatum ad vtrumque, per mortem vnius torum remaneat apud superstitem, non quidem ex noua acquisitione, sed ex determinatione sui iuris, & quia per remotionem competitoris, superstes remanet necessariò inclusus iure proprio vbi enim disposi-
44 tio, † aut materia comprehendit indeterminatè duo supposita, illud in quo per euentum subsequentem terminatur ipsa dispositio, habetur, ac si ab initio in ea specialiter, & determinatè comprehensum fuisset, quod autem ante determina-
45 tionem deficit † per mortem, aut alio modo mutat statum, habetur, ac si ab initio non fuisset comprehensum, *capit. nam. & ego de verb. signif. & capit. Pastoralis in fin. de rescript. Tiraquell. de iur. primog. quæst. 40. num. 198.* Et quando electio debet
46 † esse vnius ex duobus, deficiente vno necessariò remanet electio de superstite iuxta regulam *l. Stichum, aut Pamphilum 95. §. quod si promiseris ff. de solut.* & notat ibidem *Alberic. in princ. & num. 1. in fin. & 2. post med. vers. vnde, & Bart. num. 1. vers. venio ad secundum, & num. 5. vers. si ante,* & consuluit *Rald. cons. 24. num. 1. col. 2. vers. Nam. conditio lib. 2. Garz. de benef par. 9. cap. 2. num. 221. cum seqq.*
47. Vbi quod cedente, † vel decedente altero coelecto antequam electio sortiatur effectum aperitur via superstiti, illique debetur Canonicatus, etiam si defunctus esset magis idoneus, dummodo superstes sit habilis.

Nec resistit, quod ante obitum Bezzerræ Capitulum deuenerit ad nouam electionem in personam eiusdem, ideoque dici nequeat Bezzerram obijsse in paritate votorum; quia vltra quod ad nouam electionem deuentum fuit ex falso suppo-
48 posito, † quod Ferrer defecerit in ætate, electio fuit attentata, vtpotè facta post quàm inter electos lis introducta fuerat, *c p. 1. & 2 vt lit. pend. in 6. Garz. de benef. par. 6. cap 5. num. 39. & 41. Rot. coram Card. Seraph. dec. 990. num. 3. cum plurib. relatis in Aquilana benefic. 14. Decemb. 1640. coram R. P. D.*

R. P. D. meo Ghisilerio. Vt vlterius non est attendenda cum facta fuerit publicato scrutinio post
49 † cuius tamen publicationem variatio est prohibita, *capit. publicato* 58. *cum ibi norat. per gloss. & scribentes, gl ff. in d. cap. Quia propter verb. publicent, de elect. Ricc. in prax. rer. Ecclesiast. carum resol.* 3 0. *num.* 6 *Franc. Marc. decis.* 1354. *num.* 6. qui loquitur in casu paritatis votorum.

Quartò, dictum fuit cessare difficultatem ex relatione Medicorum testantium Bezzerram coelectum fuisse dementia affectum, & vsu perfectæ rationis destitutum, ac proinde effectum incapacem: vnde meritò non erat amplius locus discussioni meritorum, sed Canonicatus erat ex neces-
50 sitate adiudicandus Ferrerio, qui † superauerat habilis, vt aduertit *Garz. de benef. in addit. ad* 5. *par. cap.* 4. *num.* 212. *Rot. in recent. decis.* 342. *nu* 3. *par.* 3.

Præsertim qaia dicta incapacitas licet superuenerit lite pendente, cum tamen adhuc non fuisset deuentum ad meritorum discussionem, à qua pendebat vnius magis, quàm alterius confirmatio, & quæ fieri debebat post quam cessasset lis mota super defectu ætatis, dicitur superuenisse re integra, nempè ante adiudicationem Canonicatus, & antequam electio sortiretur effectum, ideoque satis operatur exclusionem, etiamsi superuenerit post Canonicatus vacationem, quia vbi agi-
51 tur de † actibus, qui in ipsorum exercitio exposcunt vsum rationis, inhabilitas superuenta antè ius perfectè quæsitum semper operatur exclusionem, *Tiraq. de iur. primog. quæst.* 23. *num.* 8. *& clarius quæst.* 40. *num.* 128. Et quando prout hic agi-
52 tur de dispositione, cuius † effectus, & exercitium differuntur in tempus futurum quale est officium administrandi Sacramentum pœnitentię habilitas, vel inhabilitas consideratur inspecto tempore effectus, & exercitij, *l. quod sponsæ, vbi Bart. C. de donat. ante nupt. Tiraq. d. quæst.* 40 *num.* 176 177. *&* 178. *cum seqq. & quæst.* 43. *num.* 16.

Quod autem attinct ad Constitutionem Sanct. mem. Gregor. XV. alterum resolutionis fundamentum, conclusiones hucusque firmatæ facilius procedunt duplici ratione.

Primò, quia dicta Constitutio mandat eligi idoneiorem, ibi, *Quibus peractis, &c qui magis habiles, & idonei reperti fuerunt, assumi, seu eligi debeant, &c.* Iunctis clausula *sublata*, & decreto irri-
53 tanti, † ex quibus fit, quod in casu paritatis non irritetur electio, sed pernecesse recurri debeat ad meritorum discussionem, & ille præferendus, qui magis idoneus repertus fuerit, vt in terminis similis electionis factæ in paritate votorum in Canonicatus Sacræ Scritturæ eiusdem Ecclesiæ To-
54 letanæ, † vbi viget Constitutio Synodalis similis dictæ Constitutioni Gregorianæ firmauit *Rot. in d. Toletana Canonicatus coram Clemente Octauo relata per Garz. de benef. d. par.* 5. *cap.* 4 *num.* 166.

Ponderando præsertim, quod præceptum de eligendo idoneiorem concipitur per dictionem taxatiuam *dumtaxat*, ibi, *peracto examine illi dumtaxat concurrentes, qui cæteris omnibus iudicio Ordinarij, & Capituli magis habiles, & idonei reperti fuerint assumi, seu eligi teneantur*. Vndè cum istorum iudicio magis habiles, & idonei præ cæteris reperti fuerint Doctor Ferrer, & Bezzerra vnus ex istis necessario erat eligendus omnibus alijs exclusis
55 vigore dictionis illius, *dumtaxat*, qua vi sua omnes alios excludit præter repertos magis habiles secundum *Bart. in l.* 1. *ff. si quis ius dicent. non obtemp. Card. in clem.* 1. *vers. Nos igitur de Summ. Trinit. & Fid. Cathol. Decian cons.* 34 *num.* 61. *l b.* 3.

Et quoad alios habet vim tacitę prohibitionis *Ro-*
56 *man. cons.* 141. *num.* 5. Iuncta virtute † decreti irritantis, quod habet inhibitionem implicitam in ventre. *Cassad. decis.* 1. *num.* 1. *de præb.* & vim priuatiuam, seu abdicatiuam potestatis aliter faciendi. *Ferrett cons.* 314 *num.* 10. *lib.* 2. *Gonzal. ad reg.* 8. *gloss.* 67 *num.* 16.

Maximè quia totum hoc est conforme dispositionis Iuris Communis, secundum quod electio
57 facta † in paritate votorum, licet non tribueret sic electis ius petendi confirmationem, tribuit tamen ius sufficiens excludendi quosuis alios cōcurrentes, ratione cuius dicuntur habere ius pri-
58 uatiuè, quoad omnes alios, † itaut alter eorum necessariò veniat eligendus iuxtà distinctionem magistralem *Bald. in proem. ff. §. itaque num.* 13 *vers sed numquid currentij duo.*

Secundò, quia præfata Constitutio expressè se refert *in omnibus, & per omnia* ad Canonicatus Magistrales, & Doctorales, in quibus Constitutiones Sixti IV. & Leoni X. non respuunt electionem factam in paritate votorum, sed disponunt
59 † esse deueniendum ad discussionem meritorum, vel ad sortes, ad hoc vt magis qualificatus, vel super quo ceciderit sors præferatur; prælatio autem in necessarium antecedens supponit validitatem electionis *Bellon. iun. cons.* 62. *nu.* 31. *Put. decis.* 214. *num.* 3. *lib.* 3.

Neque dici potest Constitutionem Gregorij referri ad Constitutiones Sixti, & Leonis tantummodo quoad concursum (ibi) *& aliàs in omnibus, per omnia, prout concursus præbendarum Magistralium,*
60 *& Doctoralium fieri consueuit*, adeò † vt in reliquis electio remaneat in dispositione Iuris communis; quia fuit animaduersum verba illa, *& aliàs in omnibus, & per omnia prout concursus præbendarum Magistralium, & Doctoralium fieri consueuit* includere etiam scrutinia in quibus concurrere dicuntur Oppositores propter vota, quæ habent, & quorum vigore excludunt alios Concurrentes, & se ipsos
61 includunt, non † solum ex intentione Pontificis, qui appellatione Concursus intellexit etiam Concursum in scrutinio vti apparet ex illis verbis, ibi, *de illis paribus fiat secundum scrutinium quis illorum concurrit cum primo*, & inferiùs, ibi, *si iterum fuerint pares sorte dirimatur quis concurrit cum primo*, sed etiā
62 quia verè † scrutinium, & electio sunt pars concursus, qui finitus non dicitur ante electionem magis digni, sed durat vsque ad illius perfectioné, vt aduertit *Garz. de benef. par.* 9. *cap.* 2. *n.* 222. *versic. si enim*.

Secundò, quia verba prædicta, *& aliàs in omnibus, & per omnia* fuerunt apposita postquam specialiter actum fuerat de oppositione examine lectione, argumentis, alijsque similibus actibus scrutinia præcedentibus, ideoque intelligenda
63 sunt † vltrà specificata, nempè de continuatione concursus in scrutinijs, & de alijs vsque ad perfectionem electionis virtute Dictionis, *& aliàs* quæ
64 † stat ampliatiuè, & augmentatiuè ad expressa

Dec. cons. 63. num. 6. Natt. cons. 403. num. 7. Rot. coram Card. Seraph. decis. 257. nu. 3. & quia relatio facienda est ad principalem dispositionem maximè quando id suadet † identitas rationis *Rot. coram R. P. D. meo Merlino decis. 167. num. 3. & 4. cum seqq. par. 6. recent.* quæ identitas in vtraque electione concurrit, cum negari non possit quin vtilitas Ecclesiarum animarum salus, & gloria Diuini Nominis ad † quas respexit Leo Decimus quando præcepit electionem Canonicatum Magistralium, & Doctoralium dirimendam esse per sortes, vbi casus paritatis contigisset considerari etiam debeant in electione Canonicatus Pœnitentiariæ, ex † cuius dilatione ob discordiam votorum nimis graue damnum paterentur Populus, & Ecclesia, & vice versa per emissionem sortis faciliùs, & celerius occurri posset Ecclesiarum necessitatibus: Vbi autem viget omnimoda ratio † quantumuis in materia stricta, & correctoria dispositum in vno, censetur, & in altero dispositũ virtute comprehensiua, præsertim ad euitandum absurdum, cui lex occurrere voluit *glos. in clem. fin. verb. nostras de rescript. Com. cons. 188. per tot. lib. 2. Paris. cons. 63. num 21. & seq. lib. 3. Aym. de antiquit. temp. par. 4. in princ. num. 137.* in proximioribus terminis fuit dictum in *Terulen-Canonicatus 2. Martij 1637. coram R. P. D. meo Carrillo*, vbi firmatum fuit Constitutionem Gregorianam, licet non loquatur de Regnis † Aragoniæ, ex identitate tamen rationis illa comprehendere, præsertim cum Greg. ad supplicationem Regis Catholici petentis fieri electionem Canonicatuũ Pœnitentiariæ ad instar Magistralium, & Doctoralium annuendo precibus supplicantis concessit prædictam Constitutionem cum relatione *in omnibus, & per omnia* ad Magistrales, & Doctorales. Hinc enim verisimile admodum est summum illũ Pontificem voluisse non solum æquare Canonicatus Pœnitentiariæ cum Canonicatibus † Magistralibus, & Doctoralibus quoad concursum; sed vlterius etiam quoad electionem declarando rescriptum à precibus, illudque intelligẽdo prout fieri debet iuxtà formam petitionis *cap. cum dilectus circa fin. vbi glos. in verb. petitionis de fid. instrum. Natt. cons. 98. num. 22. Peregr. cons. 107. num. 14. lib. 2. Menoch. cons. 33. num. 14. Surd. decis. 288. num. 42. Rota coram Card. Caualerio decis. 117. num. 4. & 5.*

65

66

67

68

69

70

Iunctis præsertim notoria, inueterata consuetudine illarum partium admittendi si similes electiones factas in paritate votorum, de qua testatur *Garz. de benef. par. 5. cap. 4. num. 205. cum seqq.* Et acquiescentia Capituli, quod per spatium decem annorum, & vltra quo hàc litem substinuit in partibus nunquam electionem impugnauit ex defectu numeri, aut paritatis votorum signum euidens, † quod ex isto capite, & propter contrariam obseruantiam verè impugnari non poterat *Abb. in cap. cum Ecclesia num 49. de caus. poss. & propriet. Gomes. var. resol. tom. 2. cap. 11. n 16. vers. similiter etiam adde Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 131. num. 61. Alex. cons. 219. num. 2. lib. 6. Rot. in recent. decis. 15. num. 11. par 6.*

71

72

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

Decisio in hac eadem causa emanata sub die 25. Iunij 1640. coram bon. mem. Coccino est supra in præcedenti par. 8. recent. decis. 244. infra in eadem causa habetur altera decisio sub die 4. Maij 1644. coram eodem Reuerendiss. Cerro Decano. Causa ista tandem in tertia instantia fuit coram Eminentiss. & Reuerendiss. Card. Ottobono. Tres Decisiones coram eodem emanarunt, quas vide inter eius impressis.

R. P. D. ROIAS

postea Episcopo TARRACONEN.

Viterbien Hæreditatis Chisijs.

Veneris 26. Aprilis 1641.

ARGVMENTVM.

Statutum excudens fœminas ab hæreditate aliquarum personarum, censendum est voluisse tantum eas ab hæreditate earum personarum excludere, quæ in statuto leguntur, secus verò quo ad non expressas. Et aliqua habes circa materiam repræsentationis in successionibus.

SVMMARIVM.

1 *Statuta non capiunt personas non expressas in eo.*
2 *Verbum*, ipsorum, *est restrictiuum ad personas tantum nominatas.*
3 *Verbum*, ipsorum, *excludit omnes præter nominatos.*
4 *In Statutis, quando admittatur extensio ex maioritate rationis, ad euitandum absurdum.*
Ad successionem absurdum esset admittere remotiorgradus, excluso gradu proximiori. num. 4.
5 *Neptis non debet esse melioris conditionis, quam ipsa soror.*
6 *Gabr. in consil. 15. num. 25. & cons. 18. num. 8. & cons. 19. num. 16. lib. 2. et Seraph. decis. 496. num. 2. in quibus terminis loquantur, & num. 7. 8. & seqq.*
8 *In gradu eodem vna fœmina non debet esse melioris conditionis, quam altera.*
11 *A persona exclusa, quod quis non descendat ex quo doceatur.*
12 *Repræsentatione ad succedendum quis non eget, dum omnes sunt in eodem gradu.*
13 *Patrueles, quando succedunt patruo, absque concursu alterius patrui succedunt in capita, et in proprio gradu.*
14 *Non autem in stirpes ex gradu paterno.*
15 *Glosæ opinio reicitur, et contraria Azonis amplectitur, et communiter à DD secuta, et à Rota nu. 15.*
16 *Nec non in omnibus Europæ partibus est recepta communiter.*
17 *Sororis mortui existentia, excludit nepotis, itaque egent repræsentatione.*
18 *In gradu diuerso non est facienda exclusio, et successio.*
19 *Successio vna eademque in ijsmet bonis, diuersimodè non est habenda.*
20 *Hæreditas patris, ratione suitatis ipso iure transit in filium.*
21 *Mulier exclusa per statutum, ante successionem dicitur exclusa, maximè cum non versemur in hæreditate patris.*

22 Ex-

22 *Exclusio fœminarum statutaria tanquam causa, quod integra, successio deferatur ad masculos, quid operetur.*
23 *Obstaculo remoto, regulare est dispositio militet, quæ aliàs per obstaculum impediebatur.*
24 *Repræsentationi non esse locum in dubio.*
25 *Mulieres exclusæ à statuto reputantur mortuæ.*
26 *Paria sunt non esse, vel non posse succedere, et n.27.*
28 *Argumentum ab exhæredatione ad exclusionem valet.*
29 *Patrui incapaces ad succedendum existentia, non obstat, quod minus patrueles in capita succedant.*
30 *Selzedo de repræsentat. lib. 2. cap. 27. num. 7. declaratur.*
31 *Per Repudiationem subsequentem, et non antecedentem successioni. quæ sit differentia.*
32 *Indirectè quid alicui non permittitur, quod est prohibitum directè.*
33 *Existentia eius, qui sibi prodesse non potest, non debet noceri alteri.*
34 *Repræsentationi, quando locus esse non potest.*
35 *Repræsentatio excluditur, vbi dispositio se refert ad certum genus personarum, et num.36. 37. et 38.*

DECISIO XV.

NOn acquiescentibus DD. Francisco, & Laurentio decisioni in hac causa emanatæ coram bon. mem. Buccabella, sub die 24. Nouembris 1638.* in qua resolutum fuit non obstante Statuto Viterbien. lib. 2. rubr. 81. spectare tertiam partem bonorum hæreditatis Poggij etiam intra territorium Viterbień existeń ad D. Hieronymam concurrentem in istis bonis, cum solis præfatis Francisco, & Laurentio patruelibus ad illius successionem ab intestato prædefuncti; Ego in hac causa subrogatus proposui dubium, an esset standum in decisis, quo pluries discusso, hodie tandem Domini affirmatiuè responderunt.

Moti eodem fundamento relato in decisione hodie confirmata, nempè, quod d. Statutum disponens tantum, *quod mulier nupta, vel non nupta, & descendentes ab ea per lineam fœmininam, patri, vel matri, vel auio, vel auiæ, vel fratris, vel alicui ipsorum, non succedat ab intestato, existente masculo ex linea masculina, vno, aut pluribus ex qua ipsa mulier descendat*, non sit extendeń ad successionem
1 Poggij † patrui, de qua illud minimè loquitur, vt in puncto *Cæphal. cons. 616. num. 44.* & ferè per totum, *& Rot. in Romana hæreditatis 16. Maij 1594. coram Cardin. Millino, post Fenzon ad Statut. Vrb. decis. 94.* maximè quia post certas personas nuncupatum expressas, à quarum successione Statutum excludit subdit, *vel alicui ipsorum*, ex quo apparet in d. Statutum magis voluisse restringere suam dispositionem ad solam præfatorum suc-
2 cessionem, † dicto enim, *alicui*, est diminutiuã. *Bertr. cons. 103. num. 8. vol. 1. par. 1. Cassan. ad consuetud. Burg. rubr. 11. §. 6. in tex. da Auuen. chose*
3 *vers. & quod dicto*, & pronomen † *ipsorum* cæteros excludit præter nominatos *Bald. cons. 304. num. 1. in fin. vol. 5. Rot. decis. 300. num. 2. & 619. num. 3. par. 1. recent.*

4 Nec extendeń est ex maioritatis rationis, ad effectum † euitandi absurdum, ne neptis, quæ est remotioris gradus admittatur ad successionem eiusdem personæ, à qua est exclusa soror proximioris gradus, *Gabr. cons. 15. nu. 25. & seq. cons. 18. num. 8. cum seqq. & cons. 19. num. 15. lib. 2. Rot. coram Seraph. decis. 496. num. 2. & par. 1. recent. decis. 104. num. 1. cum seq.*

Nam placuit responsio data in d. decisione bon. mem. Buccabella, quod supradicta conclusio ex maioritate rationis sic desumpta, non sit attendenda, nisi altero de duobus concurrentibus vel quod neptis descendat à persona exclusa, vel quod egeat repræsentatione ad effectum suc-
5 cedendi, † ne tunc ipsa neptis sit melioris conditionis sorore exclusa, vel à qua descenderet, vel in eius gradu esset per repræsentationem collocata iuxta declarationē, quàm in terminis alias tradidit *Rot. in d. Romana hæreditatis coram Card. Millino decis. 94. post Fenzen.* quàm denuò Domini amplexi fuerunt, quodque latius explicat *Cæphal. d. cons. 616 num 64. cum seqq.*

Neque contrarium apparet *ex dd. consilijs Gabr.*
6 *& † decisionibus 496. Seraph. & 104. num. 64. par. 1. recent.* Etenim sunt intelligenda iuxta suos terminos, in quibus neptis concurrebat ad successionem patrui, ne dum cum patrualibus, vt in præsenti, sed cum alio patruo fratre defuncti, quo ca-
7 su d. neptis egebat † repræsentatione gradus progenitoris, adhoc, vt posset concurrere cum d. patrio superstite; Et ideo quia collocabatur in eodem gradu sororis exclusæ, meritò obstabat d.
8 maioritas rationis, ne † in eodem gradu, vna fœmina esset melioris conditionis altera, quod fatetur idem *Gabr. d. cons. 15. num. 12. vers. secundo quia, & num. 18. & num. 31.* eliciendo maioritatem rationis ex necessitate succedendi per repræ-
9 sentationem † in gradu non suo, & coæquali gradu sororis exclusæ, Et idem *Gabr. cons. 19. n. 5. post medium vers. & quidem*, inquit omnia exempla deducta, ad ostendendum, quod persona non expressa in Statuto non excluditur, procedere
10 † tantum in personis, quæ succedere possunt ex suo gradu proprio, non autem in ijs, quæ, vt succedant, necessariò indigent repræsentatione, & nisi ascenderent ad gradum superiorem, omninò à succedendo arcerentur.

Quod autem D. Hieronyma non descendat à persona exclusa apertum est, cum sit filia Ludo-
11 uici fratris Poggij, † qui si viueret, vtique successionis fraternæ capax esset, iuxta *text. in auth. de hæred. ab intest. venient. collat. 9. §. si igitur defectus il 2.* Et quod non indigeat repræsentatione,
12 dum ad successionem patrui † concurrit, cum solis Francisco, & Laurentio Patruelibus, qui sunt in eodem tertio gradu, patet ex opinione *Azonis in summ. num 6. & in auth. cessante, C. de legit. hæ-*
13 *red.* nempè quod Patrueles succedentes † patruo absque concursu alterius patrui, succedant in capita ex persona, & gradu proprio, non autem in stirpes ex gradu paterno, quam Azonis opinio-
14 nem, reiecta altera † contraria Accursij, quadraginta trium Doctorum authoritate firmatum *à Thesaur. decis. 161.* pluries sequuta fuit *Rota, & præsertim coram Buratto decis. 352. per totam*, in qua
15 refertur † rescriptum pro hac parte fuisse à semper inuictissimo nostro Imperatore Carolo V. gloriosl. & immort. mem. *& decis. 196. n. 2. & 484. num. 1. par. 4. recent.* & in alijs concordantibus relatis in alia decisione in hac eadem causa *coram*

eodem bo. me. Buccabella sub die 29. *Ianuarij* 1638.
16 Ac in omnibus Europæ partibus † communi omnium consensu receptam dicit, alijsque pluribus authoritatibus illustrat *Molphes. ad consuetud. Neapolit. par. 4. de success. ab intestat. qu. 37. per totam.*

Neque obstare dicebant Domini obiectum, quod multum inculcabant informantes pro Francisco, & Laurentio, nimirum quod quemadmodum existentia D. Victoriæ sororis Poggij (cuius exclusio inter partes non controuertebatur) fa-
17 cit, vt † præfati Franciscus, & Laurentius egeant repræsentatione gradus paterni ad effectum excludendi eamdem Victoriam iuxta *decis. Rotæ in Romana hæredit. de Girona* 23. *Ianuarij* 1564. *coram Robusterio, & in Vrbeuetana hæreditatis* 28. *Maij* 1590. *coram Litta, & cons.* 1. *Gabr. lib.* 2. emanatum super eadem causa Romana hæreditatis de Girona, Ita etiam operetur, vt nedum ipsi eadem repræsentatione egeant ad effectum succedendi tanquam
18 eis necessaria, † ne in diuerso gradu fiat exclusio, & successio, quæ simul inesse videntur, cum eodem momento temporis, quo masculi succedunt, eodem quoque excludant: sed vt etiam D. Hieronyma, quæ cum ipsis ad simultaneam successionem patrui concurrit, eadem quoque repræsentatione prędictis masculis necessaria indigeat,
19 ne vna eademque successio † super ijsdemmet bonis diuersimodè esset habenda, sicque dicta Hieronyma per d. repræsentationem in gradu coæquali Victoriæ exclusæ collocata, ex supradictis veniat deinde quoque excludenda.

Quia admissa etiam tali repræsentatione ad effectum excludendi iuxta terminos dd. decisionum Romana, & Vrbeuetana hæreditatis (quidquid sit in casu nostro, vt mox dicam) visum fuit Dominis dd. Franciscum, & Laurentium non egere reprsentatione gradus paterni ad effectum succedendi ex hac tantum ratione, quia eademque indigent ad effectum excludendi Amitam: Nam mulier exclusa per huiusmodi Statuta excluditur ante successionem, maximè, cum non versemur
20 in hæreditate patris, † quæ ratione suitatis defertur ipso iure, ad tradita in proposito *per Surd. cons.* 100. *n.* 16, *vers. similiter*, non est verum. Idque fit clarius animaduertendo, quod exclusio statutaria, tanquam causa, quod integra successio (re-
21 mota fœmina) pertineat ad masculos, † vtique debet præcurrere d. successionem, tanquam suum effectum, licet admitteretur, quod successio, & exclusio simul in momento fierent, *l. aretusa, ff. de stat. hom.* & ibi *Bald. ante num.* 3. *vers. item nota, quod in pluribus, & num.* 7. *vers. quod libertas causæ.*

Ideoque cum per talem exclusionem statutariā de medio sit sublata Victoria, quando Franciscus, & Laurentius volunt succedere, non quidem amplius ipsi egent repræsentatione ad effectum succedendi, quia remoto concursu Victoriæ ante successionem (saltim iuxta ordinem intellectus, qui non potest concipere successionem masculorum nisi prius fœminæ exclusione concepta) benè possunt deinde succedere in gradu proprio: Ces-
22 sante enim causa † repræsentationis ad effectum excludendi, quæ erat concursus dictæ Amitæ, debet etiam cessare, & ipsa repræsentatio, quæ nunquam admittitur absque necessitate, vt in specie concursus patrui cessanti, per non eius aditionem tradit *Gabr. cons.* 133. *num* 19. *&* 20. *vers. cum igitur, & num.* 21. *post med. vers. quia constante lib.* 2.

Et regulare est, quod remoto obstaculo mili-
23 tet † dispositio, quæ alias per obstaculum impediebatur, ex congestis per *Tiraq. in tract. cess. caus. par.* 1. *num.* 118. Sicque patet argumentum in contrarium adductum, non posse procedere, nisi quādo per remotionem dicti concursus non cessaret necessitas succedendi in gradu paterno, vtpotè si exclusio procederet non à Statuto per existentiam masculorum, sed à sola successione in dicto gradu
24 paterno præcipuè, † quia in dubio pronunciandum est non esse locum repræsentationi, ex relatis per *Menoch. cons.* 220. *num.* 41. *& cons.* 269. *num.* 61. *vers.* 8. *& de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 95. *num.* 3.

Inutilis, autem existentia Amitæ iam ante successionem per statutum exclusæ, nihili existimanda est quoad successionem perinde, ac si dicta Amita post obitum Poggij statim mortua fuisset, antequam nemo declarasset, se velle succede-
25 re, † cum huiusmodi mulieres exclusæ, reputentur pro mortuis, *Castr. in l. fin. num.* 3. *ff. de acquir. hæred. Brun. de stat. quod stant. masc. art.* 13. *n.* 34. *Rosell. de success. ab intest. n.* 238. *in fin. Surd d. cons.* 100. *nu.* 16. *vers. sed quia aliæ, Gabr. cons.* 15. *num.* 18. *lib.* 1. *Rot. decis.* 59. *sub num.* 4. *par.* 1. *recent.* Paria enim
26 sunt aliquem non esse, vel † non posse succedere, *l. si post mortem* 10. §. *liberi, ff. de bon. possess. contra tabul.* §. *sed nostra instit. de success. liber.* Et faciunt
27 similia tradita de filio † exhæredato per *Rotam decis.* 37 *n.* 4. *post Merlin. de legit.* ad quem effectum successionis, in quo tantum consideratur exclu-
28 sio, † siue admissio bene valet argumentū ab exhæredatione ad exclusionem *Brun. de statut. quoad stant. mascul. art.* 10. *num.* 14. *vers. & alias dixi.*

Vnde, ex huiusmodi rationibus tradit *Salzedo de repræsent. lib.* 2. *cap.* 27. *num.* 2. *&* 3. quod existentia patrui incapacis ad succedendum, non
29 obstat, † quo minus patrueles in capita succedant, siquidem iam omnes succedentes, in eodem gradu reperiuntur cōiuncti defuncto, & licet sub num. 7. contrarium firmet in casu quo patruus repudiasset hæreditatem; tamen rationes per eum adductæ, optimè inseruiunt ad rem nostram, ad-
30 mittendo supradicta prius firmata, quando † cōcursus tollitur ante momentum delatæ successionis, vt ex supradictis paret in remotione, quam facit exclusio statutaria, & non quando aufertur
31 postea, prout fit † per repudiationem subsequentem, & non antecedentem successioni; Quam differentiam inter repudiationem, & aliam exclusionem considerauit in proposito etiam *Gabr. dicto cons.* 133. *num.* 44. *& seqq. lib.* 2.

Nam alias sequeretur quod dicti masculi, absque vlla necessitate traherent inuitam Dominam Hieronymam, quæ patruo succedit ex persona propria, ad repræsentandum gradum paternum, vt per indirectum in eo gradu excluderent ipsam, quam directo in gradu proprio excludere non
32 valent, † quod eis permittendum non venit ad *text. in l. non dubium, C. de legib.* Ne existentia
33 Dominæ Victoriæ, quæ sibi prodesse non † potest, noceat Dominæ Hieronymæ, *l. qui repudiantis in princ. ff. de inoff. testam. l. si post mortem, §. liberi, ff. de bon. poss. contr. tabul. Brun. de statut. exclus. artic.* 7. *num.* 12, *Surd. cons.* 416. *num.* 18.

Sed

Sed cessat omnis difficultas cõsiderando, quod in terminis Statuti Viterbien., neque etiam ad effectum exclusionis admittenda est dicta repræsentatio, quia aut masculus excludens (qui à Statuto requiritur, vt sit ex linea masculina, ex qua ipsa mulier descendit) est intelligendus de solo masculo descendente ex linea recta effectiua, quam constituit parens communis, mulieris exclusæ, & masculi inclusi, ponderato præcipuè d. dictione, ex, bis repetita, descendentiam immediatam inferente, & tunc non potest esse locus d. repræsentationi, cum prædicti Laurentius, & Fra-
34 ciscus careant dicta qualitate, † nempe descendentia immediata ex eadem linea effectiua communis parentis à quo descendit mulier exclusa. *Aldobrand. cons. 62. num. 11. & seq. lib. 1. Rot. dec. 417. num. 2. & 3. par. 1. & decis. 349. num. 7. & 8. par 6.*
35 *recent.* Cum regulare † sit, quod vbi dispositio referat se ad certum genus personarum excludatur repræsentatio, *Menoch. cons. 124. num. 95. versic. respondetur, & 215. num. 51. & 132. & 134. & d. præsumpt. 95. n. 28. & 64. Fusar. de subst. t. qu. 455. num. 68. Duran. decis. 36. num. 13. & seq.*

Aut est intelligendus de masculo contento in linea, ex qua descendit mulier exclusa, & tunc dicti Franciscus, & Laurentius non egent dicta repræsentatione ad effectum excludendi Victoriã, cum eam possint excludere in proprio gradu existentes ex persona propria, ex eo quod dictum Statutum non esset restrictum ad fratrem, vel ad aliam certam personam, seu certum gradum, tãquam loquẽs indefinitè de omnibus masculis descendentibus ex linea masculina, quod proin-
37 de † de omnibus in quocumque gradu existen., intelligi debet. *l. 1. §. generaliter, ff. de legat. præstan. & in specie Bald. cons. 334. num. 7. lib. 3.* Et sic quidquid sit de vtraque interpratatione (cum in præsenti actu non fuerit, admissa ab vtraque parte exclusione Dominæ Victoriæ) neutram dictum fuit nocere Dominæ Hieronymæ succedenti ex persona propria, & gradu proprio hęreditati Pog-
38 gij patrui; Quàm hæreditatem † in istis bonis (diuidendam in capita inter ipsam, & dd. Franciscum, & Laurentium suos patrueles) ad dictam Hieronymam propterea spectare, etiam quoad dicta bona intra territorium Viterbien. iterum fuit hodie resolutum. Vtraque parte informante.

Decisio ista emanata sub die 24. Nouemb. 1638. coram bon. mem. Buccabella habet supra in præcedenti par. 8. recent. decis. 291. vbi quoque habes alteram coram eodem Buccabella sub die 29. Ianuarij pariter 1638. est decis. 190. Alia quoque habetur sub die 10. Iunij 1639. coram eodem Reuerendiss. Tarraconen. est decisio 144.

R. P. D. HIERONYMO VEROSPIO

postea S. R. E. CARDINALI.

Toletana Decimarum de Capilla.

Veneris 26. Aprilis 1641.

ARGVMENTVM.

Remissoria denegatur ad probandum famã, quando nullatenus talem nomen nõ meretur, scilicet, quãdo d. prætensa fama à pluribus ignoratur, & tãtò plus, si eidem obstet alia fama, in contrarium. Immemorabilis consuetudo illa non potest nuncupari si constet de initijs actuum contrariorum.

SVMMARIVM.

1 Remissoria denegatur, quando aliquid probari non potest testibus.

Vel quatenus probaretur, id non esset profuturum num. 1.

2 Famæ nomen illa non meretur, quæ à pluribus ignoratur, & non æquè vigit apud omnes.

3 Immemorabilis excluditur ex probatione famæ in contrarium.

4 Famæ probatio, cui obstat alia fama contraria, nihil releuat.

5 Immemorabilis forma est, vt non probetur initij aut aliorum actuum incontrariom, qui postea successerunt.

Aut sint contrarij probationi, iam factæ, & num. 6.

7 Famæ probatio, si doceatur esse fundata in causa falsa, attenditur.

8 Remissoria denegatur ex capite inuerisimilitudinis.

9 Remissoria, quando iam fuit concessa, censendum est, partem meliores testes examinasse.

10 Probandi facultas, super eisdem materijs non datur, quando iam aliæ probationes super eisdem fuerunt factæ.

11 Remissoria denegatur, quando articuli dati, sunt ijdem, quàm aliàs fuerunt admissi, & nu. 11. & 12.

13 Et hæc multò magis, si peteretur tertia remissoria.

14 Super probatione facti valde antiqui, si testes iam deposuerunt, dum iterum essent recipiendi, putandum est, iam dixisse, magis congruentia veritati.

15 Testes, qui iures præsumptione possunt esse melius informanti, sunt præferendi alijs.

DECISIO XVI.

IN decisione, quæ facta fuit in hac causa sub die 4. Iul. anni proximè præteriti 1640 visum fuit denegandam esse remissoriam, quam petebant Agentes pro Serenissimo Archiepiscopo Toletano, eò quia materia, quæ proponebatur in articulis non
1 potuisset probari † à testibus, vel quia nihil etiam fuisset profutura. Cum verò iterum proponeretur hodie idem dubium informantes pro Ecclesia insistebant præcipuè super releuantia vltimi articuli, in quo continebatur fama, vt Duces de Bexar acquisiuissent decimas, quæ tertiæ Regiæ appellantur ex venditione Oppidi de Capilla, quod illi emerunt vnà cum decimis à Ioanne Nuñez eodem modo, quo ipsi Ioanni donatum fuit ab Enrico Rege Castellæ huius nominis Secundo continebatur etiam in eodem articulo, quòd Duces sumpta occasione ab ea emptione cæpissent propter eorum potentiam vsurpare reliquas duas partes decimarum, indeque conferebatur ad exclusionem possessionis immemorabilis, vnà cum fama priuilegij Apostolici, in qua positum erat fundamentum Ducis, qui causam hodie tuetur, quia ex tali probatione dicebatur excludi fama concessionis eiusdem priuilegij probata à testibus Ducis, cùm
2 non † mereretur nomen famæ illa, quæ à pluribus igno-

ignorabatur, & non equè vigebat apud omnes, *vt probat text. in l. si arbiter in fin. ff. de probat. & in l. 3. §. Ideòque, ff. de testib. & notat gloss. ibi in verb. confirmat. Bart. in l. de minore, §. tormenta, num. 19. ff. de quæst.* & fuit dictum in *Toletana iuris nominandi 2. Maij 1588 coram Orano*, quæ decisio facta fuit occasione alterius iuris, quod ijdem Duces de Bexar dicebant habere super iure nominandi in Ecclesijs eiusdem
3 Oppidi, & excludebatur etiam † eadem possessio immemorabilis ex probatione famæ contrariæ quam facere debebant testes Ecclesiæ super vsur-
4 patione à Ducibus, cum † nihil prodesse possit, neque sit alicuius momenti ea fama, cui obstat alia fama contraria, *argum. text. in l. Decurionum, C. de pœn. & in cap. qualiter 24. de accusation. Bald. in l. 1. num. 11. C. de testam. & in l. conuenticula, num. 5. C. de Episc. & Cler. Salicet. in l. ea quidem num. 101. de accusat. Alex. cons. 143. num. 7. lib. 2.* quod præcipuè dicendum erat, dum testes Ecclesiæ deposituri erant contrarium eius, quod continebatur in articulis Ducis, quia subsistente probatione Ecclesiæ vertebatur probatio immemorabilis contenta in eisdem
5 articulis, cuius forma est, vt non † probetur memoria initij, aut aliorum actuum, qui postea successerint, aut sint contrarij probationi iam factæ, *iuxta notata per gloss. in cap. de præscript. lib. 6. in verb. memoria, & in cap. illud cod. tit. in verb. inconcussè, & in verb. interruptio notat Ioan. Andr. in d cap. 1. in fin. & tenuit Rota coram Puteo decis. 426. num. 2. lib. 2. & coram Card. Seraph. decis. 494. num. 4. & in decis. 254. num. 3. & decis. 324. num. 3. par. 1. recent.* Verùm visa fuit Dominis cessare hæc exceptio ex rationibus præcedentium decisionum, quia fundamentum
6 Ecclesiæ † erat, vt Ioannes Nuñez habuisset ex donatione Regis Enrici Ditionem de Capilla, simul cum decimis nuncupatis Tertijs Regis, & ille eam vendiderit Ducibus de Bexar simul cum eisdem decimis. Quod fundamentum excludebatur, quia tam donatio Regis, quàm venditio facta à Ioanne non faciebant mentionem earum decimarum quæ sunt pars decimarum spiritualium, sed continebant decimas merè prophanas, qualia erant tributa, quę Regis soluebantur à Ciuitatibus subiectis, & hoc probatum fuit, tam ex inspectione vtriusque Instrumenti Donationis, & venditionis, quàm ex omnibus ferè testibus Ecclesiæ, qui idem vno ore deponebant, & pluribus confirmatum fuit in duabus decisionibus factis in hac causa sub die 15. Decembr. anni 1636. & 4. Iulij anni præteriti, vnde deficiente supposito venditionis earumdem decimarum, à qua dicebatur ortum habere fama vsurpationes reliquarum duarum partium sequebatur,
7 quod † illa non poterat nocere Duci, quatenus etiam probaretur ab Ecclesia tanquam fundata in falsa causa, *argum. text. in l. vlt. ff. de constit. pecun. & in l. lex. vectigali fundo, ff. de pign.* & probat *tex. in l. Decurionum, C. de pæn. & in cap. Sanctum de consecr. dist. 4 in fin. & notat ibi glos. Bart. in l. de minore, § tormẽta, & de quæst. n. 18. & n. 30. Bald. in c. vigilanti n. 5. de præscr.*

Præterea existimarunt Domini pugnare contra omnem verisimilitudinem, vt eadem fama hodie probari posset, quia illa deducta fuerat in alijs articulis, qui dati fuerunt pro parte Ecclesię, & super illis expeditæ fuerunt duo remissoriæ, vna sub fine anni 1594. cuius terminus prorogatus fuit duodenis vicibus, altera de mense Iunij anni 1629. quæ etiam producta fuit ad plures annos sine aliqua probatione, quæ complecteretur, aut fundaret ex-
8 ceptionem † Ecclesiæ, vnde visum fuit Dominis denegandam hodie remissoriam, tàm ex hoc capite inuerisimilitudinis, cum præsumi deberet fuisse
9 tunc inductos ab † Ecclesia meliores testes, qui haberi potuerunt, *ex notat. in cap. quia verisimile de probat. & à Speculat. in prax. eod. tit. de probat. §. nunc dicendum num. 1. Rota decis. 32. de testib. in antiq.* quam quia non poterat hodie concedi noua facultas
10 probandi † super eisdem materijs, super quibus receptæ fuerunt aliæ probationes, & postquam eædem probationes discussæ fuerunt *ex ratione text. in auth. atqui semel, C. de probat. & in cap. fraternitatis de testib. & notat ibi Abb. num. 8. Gabr. conclus. 21. n. 1. eod. tit.* Neque visum fuit dubitari posse quin materiæ contentæ in alijs duabus remissorijs, essent eædem, quæ propositæ fuerunt in articulis hodie
11 datis, † quia in primis articulis, & præcipue in tertio deductum fuerat, quod Duces de Bexar, si vnquam habuerunt aliquod ius decimandi illud acquisiuerunt ex concessione Regis facta Ioanni eorum auctori de Oppido Capillæ, eiusque ditione, itaut ante venditionem sibi factam nunquam percepissent decimas, neque alia ratione ad eos spectasset ius illas exigendi, & in quarto articulo continebatur, quod postquam Duces successerunt in iurisdictione eiusdem Oppidi ortæ fuerunt inter Reges, ac Duces, & alios Proceres Regni dissentiones, ac simultates, quarum occasione cœpe-
12 runt ipsi Duces † de facto deputare Rectores, qui exercerent curam animarum in Ecclesijs existentibus intra eamdem Ditionem, quam vsurpationem non potuerunt impedire Archiepiscopi Toletani, tum propter potentiam eorumdem Ducum, tum propter difficilem accessum ad locum Capillæ, & in fine vtriusque articuli dicebatur, quod de
13 his † semper fuerat fama, & vox publica, quæ omnia pariter continebantur in articulis datis super quibus petitur honie tertia remissoria.

Tertio consideratum fuit pro exclusione eiusdem remissoriæ, quod fama probata à Duce semper præferenda erit alteri famę, quàm probare volebat Ecclesia non solum, quia testes inducti pro Duce in hac causa examinati fuerunt, iam inde ab anno 1596. vnde potuerunt deponere de tempore
14 antiquiori, quam essent † deposituri testes Eccle-
siæ, cuius causa existimari debebant, dixisse magis
15 congruentia † veritati, cùm ageretur de probatione facti antiqui, vt voluit *Abb. in cap. quoties de testib. num. 2. in 3. notab. Bald. num. 2. & in cons. 445. num. 4. lib. 5. Ioan. Andr. in cap. licet ex quadam eod. tit. de testib. num. 10.* & ibi etiam *Bald. num. 4.* Sed etiam quia fama, quam testes Ecclesiæ probare debebant, vt Duces vsurpassent duas partes decimarum, tamquam mala semper iudicanda erit inferior
16 probatione, † quam fecerat Dux super fama concessionis priuilegij Apostolici, & possessione immemorabili suorum maiorum, *vt voluit idem Bald. in l. Diuus, ff. de milit testam num. 1. & in l. vltim. nu. 5. ff. de ferijs, Felin. in cap. cum contingat, num. 2. de rescripr. & in cap. vltimo num. 11. de præsumpt. Gabr. de testib. conclus. 4. num. 24.* & latè deductum fuit in decisione præterita sub die 4. Iulij anno 1640. cuius fundamenta etiam hodie placuerunt.

Et ita vtraque, &c.

Plures

Plures Decisiones in hac eadem causa emanarunt, & præsertim 2. Decembris 1630. coram eodem bon. mem. Cardinali Hieronymo Verospio est supra decis. 412. par. 5. recent. & sub die 15. Decembris 1636. coram eodem, est decis. 182. par. 7. & in præcedenti par. 8. recent. habentur aliæ decisiones, & præsertim videatur in fine ad decisionem 249. vbi abunde congessi omnes ferè decisiones in hac ampla causa coram diuersis DD. Auditoribus emanatas.

REVERENDISS. P. D. CERRO.

SACRAE ROTAE DECANO.

Messanen. Archipresbyteratus.

Lunæ 29. Aprilis 1641.

ARGVMENTVM.

Subrogationem gratiosam, quando quis obtinuit, ad hoc, vt eius vigore possit obtinere immissionem, tria opus est, vt iustificet, nempe litem, & quidem super titulo beneficij, de Clericatu, & Obitu possessionis illius, in cuius locum petitur subrogatio, & qualiter prædicta tria requisita probentur.

SVMMARIVM.

1 *Subrogato gratiosè, vt detur immissio, quid sit probandum.*
2 *Lis ex actis factis benè probatur.*
3 *Commissio generaliter loquens, dicitur continere tàm petitorium, quàm possessorium, & num. 4.*
5 *Maximè in ea stantibus, clausula*, quam, & quas *cum omnibus indicidentibus, & dependentibus, & num. 6.*
7 *Beneficium, quando fuit effectum litigiosum, & quidem super titulo, tunc intrat subrogatio gratiosa.*
8 *Beneficium, quando non fuit petitum tamquam conferendum, sed tamquam collatum à Papa, id sufficit ad litem, super titulo deducendam, & num. 9.*
10 *Lis inducta supe: beneficio, quando nullo modo possit dici calumniosè introducta.*
11 *Ob concursus inualiditatem, fit deuolutio beneficij ad Sedem Apostolicam.*
Et quando dicatur inualidus dictus concursus. & n. 11
12 *Ad Calumniæ suspicionem tollendam sufficit causa colorata, & probabilis.*
13 *Calumnia, vt excludat collitigantem à subrogatione gratiosa, debet esse manifesta, & euidens, & ab initio clara.*
14 *Clericatus probatur ex literis patentibus Ordinarij.*
15 *Mors alicuius probatur ex partita extracta ex libro Parochi, in quo nomina defunctorum scribuntur.*
16 *De Possessione alicuius docetur ex ipso instrumento captæ possessionis.*
17 *Instrumentum captæ possessionis beneficij suffragatur ad effectum obtinendi immissionem in vim gratiosæ subrogationis.*
18 *Per Contradictas procedi potest agens ad subrogationem gratiosam mortuo collitigante, contra omnes interesse putantes.*
19 *Et etiam contra intrusum, quatenus ad sit.*

DECISIO XVII.

FVIT resolutum esse dandam immissionem Marcello Impallomeni gratiosè subrogato ad ius, & possessionem Bartoli vltimi possessoris Ecclesię,
1 de † qua agitur, docet enim de lite de suo Clericatu, & de obitu in possessione illius in cuius locum petitur subrogatio, quæ sunt requisita necessaria ad hunc effectum. *Mohed. decis. 10. num. 1. & seq. vt lit. pend. Rota coram Cardinali Seraphino decis. 990. num. 1. & coram sanct. mem. Gregor. XV. decis. 307. num. 1. & decis. 394. num. 1. & in recent. decis. 321. num. 1. in fin. & decis. 629. num. 1. part. 1.*

Lis enim probatur tam ex commissione iactationis iactationum præsentata in Rota † à Bartolo
2 cum integro processu confecto inter ipsum, & Marcellum quàm ex commissione obtenta à Marcello; vt in hac causa procederetur omni. & quacumque appellatione remota, & ex citationibus
3 cum inhibitione decretis, & vsque † tunc reproductis alijsque pluribus actis in causa factis, ex quibus lis dicitur probata *Rota d. decis. 321. num. 2. & decis. 629. num. 2. par. 1. recent. & coram Reuerendissimo D. meo Decano decis. 187. num. 12. p. 6. recent.*

Nec dubitari potest quin lis fuerit super titulo
4 prout ad hunc effectum requiritur. Tum quia † commissio Bartoli fuit iactationis, & iactationum per quam cum nulla in eo extet taxatiua dicitur inducta lis tàm super possessorio, quàm super petitorio. *Vest. in praxi lib. 8. cap. 4. num. 24. Mandos. in reg. de subrogan. quæst. 14. num. 4. cum duobus seqq. Cassad. decis. 6. per tot. de rescript. Rot. decis. 9. num. 2. vers. præterea dixerunt Domini de caus. poss. & propr. in nouis, & recent. decis. 426. num. 2. par. 4. Adden. ad sa. mem. Greg. XV. decis. 125. num. 18. in fin.*

Accedentibus præsertim clausulis, quam, &
5 quas cum omnibus inciden. & dependen. † Totoque negotio principali quibus clausulis censetur deductus in iudicium titulus, & proprietas, & commissum tàm possessorium, quàm petitorium, vt de clausula quam, & quas tradunt *Gomes. in reg. de infirmis resign. quæst. 34. num. 4. Mohed. decis. 6. post med. vers. insuper de rescript. Rota decis. 306. n. 1.*
6 *par. 1. & decis. 455. num. 2. par. 2. recent.* Et de † clausula cum omnibus inciden. & dependen. sæpius firmauit Rota, vt apud *Aegid. decis. 618. vers. & max. clarius est Cassad. decis. 9. num. 13. de caus. possess. & propr. Caual. decis. 200. num. 5. & inter recent. decis. 342. num. 2. par. 1. & decis. 426. sub num. 2. part. 4.* & alias refert *Barbos. de clausul. clausul. 37. n. 1.* Et de clausula cum toto negotio principali *Caputaq. decis. 152. per tot. par. 1. & decis. 177. num. 1. & 7. par. 2. cum alijs relatis à Marchesan. de commiss. par. 1. de commiss. appellat. in poss. salu. §. 2. num. 71. & 72. fol. 1005. & par. 3. de commiss. iact. iact. §. 1. num. 19. fol. 327.* Et
7 per consequens beneficium † effectum fuit litigiosum, & intrat subrogatio *Rota in recent. d. dec. 342. num. 2. par. 1. & d. decis. 426. num. 2. par. 4.* & fuit dictum in *Elnen. Præceptoriæ 28. Nouembris 1608. coram bon. mem. Cardinali Marquemontio. & in Leodien. Canonicatus 6. Nouembris 1623. coram R. P. D. meo Merlino.*

Tum etiam quia Marcellus in eius commissione narrauit, quod erat prouisus Apostolicus
8 ex † quo etiam beneficium euasit litigiosum, quia non fuit petitum tamquam conferendum, sed tam-

tamquam collatum à Papa prout requiritur ad li-
9 tem super † titulo iuducendam iuxta doctrinam *Innoc. in cap. cum M. sub num. 9, de constit. quam refert, & sequitur* Bald. *in auth. litigiosa num. 1. C. de litig. & sæpius canonizauit Rota, & signanter coram Gregorio decis. 305. num. 5. & ibidem Adden. num. 8. in princip. & fuit dictum in Romana Cappellaniæ 15. Ianuarij, & 3. Aprilis coram bon. mem. Coccino, cum alijs relatis per Adden. ad Buratt. decis. 927. numer. 24.*

Præsertim cum appareat litem non esse calumniosam, quia Marcellus obtinuit à Sanctissimo d.
10 Ecclesiam † vti vacantem, & Sedi Apostolicæ reseruatam ob inualiditatem concursus ad illam habiti ex quo illi interuenit, & cum Examinatoribus Synodalibus examinauit quidam Religiosus Societatis Iesu, qui non erat Examinator Sy-
11 nodalis, † nec iuramentum præstiterat de hoc munere fideliter exequendo quocumque humana affectione postposita neque cum alijs Examinatoribus de idoneitate concurrentium attestantibus se subscripserat iuxta formam præscriptam à Sac. Conc. Tridentin. sess. 24. cap. 18. *de reformat.* vt declarauit Sac. Congreg. Eminentiss. DD. Cardinalium Sac. Concil. Interpretum sub die 9. Septemb. 1628. & sub die 15. Decembris 1629. vt in decla-
12 rationibus datis. Ex † quibus oritur causa iusta cum tamen sufficeret colorata, & probabilis ad calumniæ suspicionem diluendam *Rebuff. in reg. de subrogan. glos. 7. num. 3. Rota decis. 342. num 6. par. 1. recent.* Calumnia enim, vt collitigantem à subroga-
13 tione † excludat debet esse manifesta, & euidens, & ab initio clara *Rota coram Greg. decis. 426. num. 8. & ibid.* Adden. *n. 11. & coram Buratto decis. 927. n. 10.*
14 Clericatus autem Marcelli † probatur ex literis patentibus presbyteratus *Gramm. decis. 81. n. 1.* quem semper Rota sequitur.

Denique constat, quod Bartolus obijt in possessione dicti beneficij. Nam de obitu docetur
15 ex † partita extracta ex libro Parochi, in quo nomina mortuorum describuntur, quæ mortem probat *Mandos. super reg. 18. quæst. 10. sub num. 4. Rota coram bon. mem. Buratto decis. 407. num. 2.* de posses-
16 sione verò constat ex Instrumento † possessionis ab eo captæ *Abbas in cap. cum nobis sub num. 5. de præscript. Rota decis. 700. num. 3. par. 1. rec.* Et ex manutentione illi concessa, *Rota coram Cardinali Caualerio decis. 217. num. 2. cum alijs multis relatis per Modern. de manutent. obser. 29. num. 10.* quæ possessio præsumitur continuata vsque ad obitum *ad not. in l. siue possidetis. C. de probat.* Et suffragatur ad effe-
17 ctum † obtinendi immissionem in vim gratiosæ subrogationis *Rota coram S. mem. Gregor. XV. decis. 166. num. 9. & latè add. ad decis. eiusdem 307. num. 24 ad fin. & decis. 394. num. 4. & in recent. d. decis. 321. num. 4. in fin. par. 1. & fuit dictum in Conchen. benefic. 10. Iunij 1624. coram bon. mem. Manzanedo, & coram R. P. D. meo Ghisilerio decis. 45. num. 4. par. 6. recent. & in Cæsaraugustana Parochialis de Maiella 5. Nouembris 1640. coram bon. mem. Coccino.*

Ex quibus ita fuit resolutum solo Marcello informante, & per contradictas quomodo bene
18 proceditur † mortuo collitigante contra omnes interesse putãtes, & contra intrusũ quatenus adesset *Rot. dec. 8. vt lit. pend. in nouis & inter rec. dec. 629. n. 5. in fin. p. 1. & fuit dictũ in allegata Leodien. Canonicatus 6. Nouemb. 1632. coram R. P. D. meo Merlino.*

Plures decisiones in hac causa emanarunt coram bon. mem. Dunozetto, quæ erunt inter eius decisiones mox imprimend.

REVERENDISS. P. D. CERRO
SACRAE ROTAE DECANO.

Recanaten. Bonorum.

Lunæ 29. Aprilis 1641.

ARGVMENTVM.

Fideicommissarijs, quibus concurrentibus immissio in bonis fideicommissarijs, & quidem vigore l. fin. C. de edict. D. Adr. tollend. non possit denegari, & sanè etiam contra hæredem grauati miles Hierosolymitanus, tanquam religiosus incapax est testamenti factione, & quid si super hoc amplam obtinuerit licentiam, & an indistinctè, & de omnibus bonis, & ad sui libitum possit testari.

SVMMARIVM.

1 *Religio Cappucinorum est incapax bonorum, tàm in particulari, quàm in communi.*
2 *Mors ciuilis, quando æquiparatur naturali, tunc operatur eosdem effectus.*
4 *Fideicommissario, quibus concurrentibus non possit denegari immissio.*
4 *Remedium leg. fin. C. de edict. Diu. Adr. tollend. datur etiam fideicommissario, & quoque aduersus grauati hæredem.*
5 *Quod procedit etiam reiecta distinctione restitutionis realis, siue verbalis, & hoc ad euitandos circuitus inanes.*
6 *Miles Hyerosolimitanus tamquam persona Religiosa prohibetur testari. tam secundum stabilimenta d. Religionis. quam de iure Communi.*
7 *Quod tamen cessat stante super hoc licentia Magni Magistri.*
8 *Magnus Magister Religionis Hierosolymitanæ secundum vetera stabilimenta non poterat impartiri licentiam testandi, nisi de certa parte uonorum, et quid antea eidem licitum erat num. 9.*
10 *Bonorum Patrimonialium appellatione comprehenduntur omnia bona quocumque titulo prouenientia.*
11 *Bona, propria industria, et titulo singulari acquisita veniunt etiam appellatione bonorum patrimonialium.*
12 *Verba generalia ob earum vniuersalitatem omnia comprehendunt.*
13 *Verbum,* alienandi, *ex sui amplitudine non restringitur ad actus interuiuos tantum.*
14 *Verbum,* alienare, *quando subijcitur verbo,* vendere, *vel alijs verbis denotantibus actus inter viuos, restringitur ad illorum terminos.*
15 *Non autem ad alienationem per viam institutionis, vel substitutionis testamentariæ.*
16 *Verbo,* alienare, *si adiungatur verbum,* vendere *tunc alienatio restringitur ad actus inter viuos, quando de alienatione fit mentio prohibitiuè.*
Verba prohibitiua, sunt odiosa, et strictè interpretanda num. 16.

17 *Alex-*

17 *Alex. in cons. 155. num. 1. lib. 2. & similes, in quibus terminis loquantur.*
18 *Testandi facultas facilius permittitur, quàm alienatio inter viuos.*
19 *Alienatione permissa, non solum censetur permissa alienatio, quæ fit per vltimam voluntatem, sed etiam, quæ fit per contractus.*
20 *Verba generalia, & vniuersalia non patiuntur restrictionem.*
21 *Rescripta declarantur à precibus, & iuxta formam petitionis sunt intelligenda.*
22 *Testandi licentia concessa religioso intelligi debet, vt testetur ad pias causas.*
Et sic extendi non debet ad institutionem maioratus, aut fideicommissi.
23 *Azor. instit. moral. tom. 1. lib. 12. cap. 9. q. 10. et Sanchez. ad præcept. decalog. lib. 7. cap. 8. nu. 51. et 55. quo casu loquatur.*
24 *Testandi licentia de bonis Ecclesiasticis, qualiter intelligatur data.*
26 *Testandi facultas de bonis patrimonialibus quando absolutè concessa censeatur.*
26 *Bona acquisita ex propria industria à Religioso, si habeat licentiam testandi, ad sui libitum potest de illis disponere.*
27 *Fides extracta lite pendente, & sine citatione partis, non est attendenda.*
28 *Obseruantia interpretatiua colligi non potest ex actibus æquiuocis.*
29 *Clausula*, constituti, *& constituentis, & constitutarij possessio probat.*
30 *Clausula*, constituti, *remanet nulla, si contractus super quo fuit apposita, eodem vitio laboret.*
31 *Nullitas arguit defectum consensus.*
32 *Ex actu etiam nullo transfertur possessio.*
Possessio nunquam censetur translata, quando deest animus transferendi. num. 32.
33 *Possessio eodem tempore non potest esse penes duos.*

DECISIO XVIII.

PHilippus Alamannus Eques Hierosolymitanus, & Guidobaldus germani fratres vna cum Theodora communi matre anno 1585. condiderunt insimul eorum vltimum testamentum, in quo institutis, & substitutis se ad inuicem hæredibus, post eorum mortem substituerunt Horatium, & Camillum pariter germanos fratres, & respectiuè filios dictæ Theodoræ, & successiuè post eos eorũ primogenitos masculos, & descendentes.

Deficiente vero linea masculina, voluerunt successionem deferri ad proximiorem de Cippo Domus masculum natu maiorem legitimum tamen, & naturalem, vt ex testamento in vtroque Summ. num. 1.

His peractis decesserunt eques Philippus, & Theodoræ Matre morte naturali; Guidobaldus autem ciuili per ingressum in Religionem Cappucinorum. Ideoque factus fuit locus vocationi Camilli superstitis, quo pariter vita functo Anno 1635. nulla relicta sobole masculina orta controuersia coram A. C. inter quondam Petrum Antonium Massuccium, vti proximiorem ab intestato, ac quondam Ludouicum Alamannum, prætendentem vigori dicti Testamenti factum fuisse locum substitutioni ad sui fauorem, vti natu maiorem de Cippo Domus Alemannorum, fuit ab eodem per sententiam diffinitiuam, & per capita separata pronunciatum dictum Ludouicum immittendum fore, & esse in possessionem bonorum tàm equitis Philippi, quàm Guidobaldi fratris.

Vndè cum hodie coram me in gradu appellationis dubitaretur, an sententia A.C. esset confirmanda, vel infirmanda, cuius effectus erat, an hæredes Ludouici essent immittendi in possessionem omnium bonorum dd. Fratrum DD. quoad bona equitis Philippi affirmatiuè responderunt, quo verò ad bona Guidobaldi dixerunt etiam esse concedendam immissionem in omnibus, præterquam super quarta parte Presidij del Cardetto, & super toto Prædio della Piana, quorum possessio de tempore obitus ciuilis Guidobaldi aliquibus ex DD. non videbatur plenè iustificata.

De fideicommisso enim ad fauorem proximioris natu maioris de Cippo Domus fideicommittentium apparet ex prædicto Testamento.

De obitu verò substitutorum pariter constat ex depositionibus Testium formiter examinatorum, qui cum deponant Guidobaldum emisisse
1 professionem in Religione † Cappuccinorum, quę est incapax bonorum tàm in particulari, quam in communi, vt ex *Clem. exiui de Paradiso de verb. signif. expressè cauetur à Sacr. Concil. Trident. sess. 25. cap. 3. de reg. et monial.* concludunt eius mortem ci-
2 uilem, † quæ in hoc casu æquiparatur naturali, & pariter eosdem effectus. *Abb. in cap. in præsentia, num. 58. & seqq. de probat. Surd. cons. 90. num. 7. Guttier. canon. quæst. lib. 2. cap. 1. num. 18. & 45. cum seqq. Sanch. ad præcep. decal. lib. 7. cap. 3. num. 69. & in term. Cappucinorum consuluit Honded. cons. 62. n. 13. 35. & 36. lib. 1. & Add. ad Bur. decis. 461. num. 15. plures Doct. & Rotæ nostræ decis. cumulat.*

Demùm quod Ludouicus esset natu maior de Cippo domus proximior legitimus, & naturalis clarè liquet non solum ex arbore in qua distinctè legitur descendẽtia singulorum per gradus distinctos vsque ad Ludouicum. Verum etiam ex Testibus, & Iuribus in summ. Alemmannorum n. 3.
3 & seqq. Ac proindè præfatis † concurrentibus immissio illi denegari non poterat vigore, *l. fin. C de edict. diu. Adrian. tollen.* cuius remedium competit atiam fideicommissario, *Rota coram bon. mem. Coccino decis. 167. num. 2. cum seqq. inter eius impress. et in recent. decis. 301. num. 1. par. 6. & in Bonon. fideicommissi de Glauarinis 23. Ianuarij 1636. coram R.P.D. meo Ghisiler. et in alia Bonon. fideicommissi de Ramundinis 9. Maij eiusdem anni coram R.P.D. meo Dunozetto, quæ sunt decis. 278. num. 2. decis. 131. nu. 1. par. 7. recent. & decis. 51. num. 5. & seqq. par. 5. vbi* etiam ampliat competere aduersus grauari hære-
4 dem, reiecta † distinctione restitutionis realis, siue verbalis, quam dicit non habere locum, quando agitur, prout in casu nostro contra hæredem grauati, & quod de iure Canonico, & quadam æqui-
5 tate ad tollendos diuersos † circuitus actiones absque aliqua restitutione transeunt ipso iure in fideicommissarium qui illas exercere potest.

Quod autem attinet ad primum caput sententiæ concedentis immissionem in bonis Equitis Philippi, licet ipse vti miles Hierosolymitanus,
6 ac verus † Religiosus prohibeatur de suis bonis testari

testari tam ex dispositione stabilimentorum illius Religionis, vt habetur in nouis statutis cap. 33. quàm ex dispositione Iuris, vt notat *Abb. in cap. 2. num. 4. de stat. Monach. Bald. in authen. ingress. in 2. notab. num. 3. C. de sacrosanct. Eccles. & in puncto Gratian. discept. forens. cap. 363. num. 24. et cap. 880. num. 8. Sanch. in decalog. tom. 2. lib. 7. cap. 8. num. 36. Rota coram sanct. mem. Greg. XV. decis. 87. num. 3. & decis. 109. num. 1. cum alijs allegat. per D. Sperellum decis. forens. Eccles. 21. num. 41.* Cum tamen exhibita fuerit licentia sibi à Magno Magistro concessa DD. dixerunt fuisse sublatam omnem inhabilitatem ex hoc capite prouenientem, eique

7 licitum † fuisse testari, vt aduertit *Gratian. d. cap. 880. num. 34. 35. et 45. Sanch. et Sperell. in præcitatis locis, & admisit Rota in Neapolit. Domus 14. Martij 1625. coram Reuerendiss. D. meo Piruano Decano, et in Perusina hæreditatis de Vinciolis 16. Nouembris 1637. coram R. P. D. meo Dunozetto.*

Nec visa sunt releuare ea quæ ad insufficientiã licentiæ deducebantur, tàm ex defecta potestatis, quam ex defectu voluntatis concedentium.

Quia quoad potestatem, licet de anno 1585.

8 vigore veterum stabilimentorum † Religionis Magnus Magister non posset impertiri licentiam testandi, nisi de certa parte mobilium, aut pecuniarum, aderat tamen decretum Capituli Generalis editum de anno 1583. & sic biennio ante conditum testamentum, in quo eidem tribuitur

9 potestas concedendi Equitibus † licentias, nedum ad effectum vendendi, donandi, sed etiam in articulo mortis disponendi. Quæ facultas licet loquatur de bonis Patrimonialibus, ibi, *Nec non licentiam concedere fratribus donandi, & alienandi bona patrimonialia, de eisque in articulo mortis disponendo.* Dubitari tamen non debet, quia etiam com-

10 prehendat bona propria industria, † & titulo singulari à militibus acquisita, cum etiam huiusmodi bona, sicut; & cætera omnia vndecumque

11 prouenientia veniant appellatione † patrimonialium, & in nostro patrimonio esse dicantur, *ad text. in §. si quis à non Domino instit. de rer. diuis. Bald. cons. 351. num. 5. lib. 1. Rebuff. in l. rei appellatione 5. col. 11. verb. patrimonij cum seqq. ff. de verb. signif.*

Quo verò ad voluntatem, & videtur satis clara cum licentia loquatur non solum de facultate vendendi, *sed etiam alienandi, & in alias quascumque personas transferendi, omnesque actus iuridicos faciendi, quos veri Domini possunt, & debent facere*, quæ

12 † verba ob sui vniuersalitatem omnem legitimũ disponendi modum includunt: Ponderando præsertim verbum illud *Alienandi*, quod ex sui ampli-

13 tudine non restringitur ad actus inter † viuos, sed capit etiam alienationem per actum vltimæ voluntatis *l. si quis prioris. §. certum, vbi Alber. nu. 1. C. de secund. nupt. Dec. cons. 660. num. 9. in fin. & n. 10. Surd. cons. 10. n. 12. & 13. Menoch. cons. 1130. n. 19. vers. & vere. cum alijs relatis per Fusar. de substit. quæst. 550. n. 12.*

Nec subsistit replicatio, quod vbi verbum

14 *alienare*, subijcitur verbo *vendere*, † alijsque denantibus actus inter viuos restringatur ad illorum terminos, & comprehendat tantummodo alios actus similes expressos, non autem alienationem

15 † per viam institutionis, & substitutionis testamentariæ, *vt ex Alex. cons. 155. num. 1. cum seqq. lib. 2. Gratian. disceptat. forens. cas. 594. num. 7. fuit dictum in Perusina fideicommissi de Cincijs 19. Ianuarij 1635. coram R. P. D. meo Dunozetto, quæ habetur impressa in 7. part recent. decis. 8. nu. 3. & 4.*

Conclusio enim posset procedere in prohinitio-

16 ne alienationis, seu quando de † alienatione habetur sermo per verba prohibitiua, quæ cum sui natura sit odiosa, & strictius interpretetur, quam concessio *Surd. deois. 279. nu. 10. vers. accedit etiam.* Non etenditur ad dispositionem Testamentariã, sed restringitur ad actus inter viuos similes ex-

17 pressos in qua † facti specie loquuntur decis. & DD. exaduerso congesti, secus vero in permissione alienandi, seu quando de alienatione fit mentio permissiuè, quia cum facilius permittatur,

18 facultas testandi, quam disponendi † per contractus inter viuos, & fauorabilior sit actus vltimæ voluntatis, vt aduertunt. *Gabr. consil. 132. quæst. 1. num 2. lib. 1. Menoch cons. 210. num. 4. & 15. & de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 189. num. 51. Surd. cons. 10. num. 16. Barz. decis. Bonon. 221. num. 4.* Vtique

19 permissa alienatione non solum † censetur permissa alienatio, quæ per contractus, sed etiam ea quæ fit per vltimam voluntatem, vt optimè distinguendo tradunt *Bart. in l. si ita quis, §. ea lege num. 7. vbi Imol. num. 1. Ias. num. 41. ff. de verb. oblig. Surd. d. cons. 10. & cons. 71. vtrobique nu. 12. & cons. 313. n. 4. & decis. 124. n. 16. & 279. n. 10. vers. accedit etiam Menoch. de præsumpt. d. lib. 4. præsumpt. 189. n. 51. vers. & accedit*, eandemque conclusionem latè tuentur *Honded. cons. 33. num. 44. lib. 1. Decian. cons. 78. num. 21. & 48. lib. 3. Riminald. iun. cons. 9. nu. 103. Peregrin. cons. 53. num. 13. & 14. lib. 1. Osasch. decis. Pedemont. 85. n. 3. cum pluribus relatis per Fusar. consil. 8. num. 13.*

Idque facilius admittendum est in proposito

20 casu, † ponderando non solum generalitatem verborum ipsius licentiæ, ibi, *Et in alias quascumque personas transferendi, omnesque actus iuridicos faciendi, quos veri Domini possunt, & debent facere.* Quæ verba non patiuntur restrictionem ad facultatem alienandi inter viuos, vt ex supra allegatis dictum est, sed etiam tenorem supplicationis in qua Philippus expressè petijt licentiam disponẽdi de bonis in articulo mortis, & per vltimam vo-

21 luntatem; hinc † enim est, quod facultas ad illius supplicationem concessa censetur comprehendere etiam alienationem per viam institutionis, cum rescriptum declaretur à precibus, & iuxta formã petitionis intelligi debeat, *cap. inter dilectos circa fin. vbi gloss. in verb. petitionis de fide instrum. Natt. cons. 98. nu. 32. Menoch. cons. 33. num. 14. Rota coram Card. Çaualer. 117. n. 4. & 5. & fuit dictum in Toletana Canonicatus Pœnitentiariæ 22. huius coram me in in fine, vers. 2. quia.*

Quod autem dicebatur licentiam testandi Re-

22 ligioso concessam intelligi deberet † dummodo Religiosus testetur ad pios vsus, nec propterea extendi posse in institutionem Maioratus, aut fideicommissi, aliosque præfatos vsus, vt tradunt *Azor. instit. moral. tom. 1. lib. 12. cap. 9. quæst. 10. prope fin. vers. rogabis quando Pontifex. Sanchez ad præcepta Decalogi lib. 7. cap. 8. num. 51. & 55. cum alijs allegatis.* Visum fuit non applicari siquidem præfati Doctores loquuntur in ordine ad bona

23 Ecclesiastica, & vbi conceduntur † licentia testandi

standi de bonis prouenientibus ex redditibus beneficiorum, vel Commendarum, secus vero dicendum est, vbi agitur de licentia, & facultate
24 disponendi † de bonis Patrimonialibus, & propria industria quæsitis cum clausulis amplissimis, ibi, *Ad suũ beneplacitum, & liberam voluntatẽ &c.* & infra *in alias quascumque personas transferendi &c.* & in alio loco *in fauorem cuiuscumque libere cedendi*
25 *&c.* hęc enim † bona poterunt etiam in vsus profanos distrahi, vt admisit *Rota dicta Neapolitana Domus coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Ita pariter dictum fuit licentiam non esse restringendam ad bona quæ iure tantum hæreditario successionis, & legati ad Philippum spectabant, quantumuis hæc verba tantum in licentia legantur, quia dum Magnus Magister subdit stabilia tantum aliena prorsus, & separata à nostra
26 Religione † excipiendo quęsita ex bonis Religionis, cætera bona etiam propria industria quæsita, omniaque alia vi huius exceptionis inclusit *Natt. cons. 159. n. 30. in fin. & 31. Rot. dec. 56. n. 2. vers. hæc enim exceptio, & decis. 203. num. 5. par. 4. recent.*

Quæ verò dicebantur de fide Magni Magistri attestantis similes licentias non extendi ad facultatem testandi, & de obseruantia comprobata facto Religionis, quæ statim mortuo testatore possessionem bonorum accepit, & post diu agitatam litem transegit cum hæredibus pro omni, & toto eo, quod prætendere poterat ab hæreditate Equitis Philippi nullius visa sunt re-
27 leuantiæ. † Quia fidei extortæ lite pendente, & parte non citata nullatenus est deferendum *Caputaq. decis. 625. part. 1. Rota in recent. decis. 323. num. 4. par. 2.* & præfata concordia pro scutis tercentum fieri potuit pro mobilibus in licentia
28 disponendi exceptuatis, ac proinde ex ea † tanquam æquiuoca nulla dedudi potest obseruantia interpretatiua in contrarium *Aretin. consil. 115. sub num. 3. Rota decis. 294. num. 6. par. 2. diuersor. & decis. 120. num 2. par. 2. recent. Reuerendiss. Vrgellen. decis. 173. n. 5.* Et hæc quod bona Philippi.

Quod autem attinet ad secundum caput sententię concedentis immissionem super bonis Guidobaldi opponebatur pro parte Massucci inter alia non probari eius possessionem de tempore obitus, quoad prædium del Portone; sed tamen Domini dixerunt eam sufficienter iustificari ex donatione de eo sibi, & Equiti Philippo facta à Theodora communi matre cum clausula
29 constituti, † quæ constituentis, & constitutarij possessionem probat, tam contra ipsos contrahẽtes, quàm contra omnes ab eis causam habentes, *Ruin. cons. 169. in fin. lib. 1. Matt. consil. 439. num. 3. san. mem. Greg. XV. dec. 362. num. 2. cum alijs pluribus relatis à Modern. de manuten. obseru. 20. num. 30.*

Ad probandam possessionem alterius Prædij nuncupati di Cardetto afferebatur instrumentum venditionis factæ Guidobaldo per Camillum, Philippum, & Horatium fratres, cum clausula pariter constituti fauore eiusdem Guidobaldi verum quia dicebatur venditionem ex defectu insinuationis fuisse nullam pro parte Camilli, de eo tempore minoris possessio pro quarta parte ad Camillum spectante, non potest probari ex
30 clausula † constituti, cum hæc ob nullitatem contractus remanserit inefficax, nec vllam transtuleri possessionẽ in constitutarium *Ias. in l. non est dubium num. 56. C. de leg. Alex. in l. 1. §. si vir num. 8. versic. item habetis, ff. de acquir. possess. Honded. consil. 23. num. 24. & seqq. lib. 1. Rota coram Card. Caual. decis. 473. num. 3.* & in his terminis nullitatis ex defectu insinuationis fuit decisum *in Romana, seu Aesina Donationis 23. Martij 1640. versic. data autem nullitate, & in eadem 26. Nouembris eiusdem anni vers. neque subsistit, coram R. P. D. meo Ghisilerio.*

Præsertim quia huiusmodi nullitas arguit de-
31 fectum † consensus, quo casu possessio, quæ alias ex actu etiam nullo transferri potest, *l. 1. §. si vir vxor, ff. de acquiren. possess.* nunquam trans-
32 lata † censetur, ex quo de est animus transferendi, vt optimè distinguendo tradunt *Bald. in leg. non dubium nu. 18. in 10. opposit. C. de leg. Honded. d cons. 23. num. 27. lib. 1. Put. decis. 276. num. 6. vers. si autem contractus est nullus, lib. 3. in correct. Reuerendiss. Vrgellen. decis. 155. num. 20. cum seqq.*

Idemque dictum fuit, quoad Prædium della Piana, quia cum in facto iustificetur vsque ad annum 1577. fuisse possessum a Hieronymo patre, & ex tunc in posterum à Philippo, qui decessit post emissam à Guidobaldo professionem in Religione Cappuccinorum nullo medio tem-
33 pore potuit ab eodem possideri † cum possessio non detur penes duos eodem tempore, *vt ex l. 3. §. ex contrario, ff. de acquir. possess. & in l. si vt certo, §. si duobus vehiculum; vbi gloss. in verb. dominium, & Castr. num. 7. ff. commodat.* dixit *Rota in Ariminen. fideicommissi 14. Martij 1640. versic. hoc vero tantum abest, coram me.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit hæredibus Ludouici dandam esse immissionem in bonis relictis per Equitem Philippum in bonis verò Guidobaldi exceptis Prædio della Piana, & quarta parte Prædij di Cardetto.

R. P. D. HIERONYMO VEROSPIO

postea S. R. E. CARDINALI.

Pistorien. Parrochiali.

Veneris 10. Maij 1641.

ARGVMENTVM.

Ordinarius non valet denegare institutionem præsentato, quando concurrunt omnia requisita ad hoc necessaria, nimirum vacatio beneficij, existentia Iurispatronatus, & habilitas personæ, cui facta fuit prouisio, & præsentatio tempore congruo, & circa prædicta requisita nonnulla deducuntur in præsenti decisione.

SVMMARIVM.

1 *Præsentato, quando non possit denegari immissio ab Ordinario.*

2 *Beneficij vacatio dicitur iustificari, si ambæ partes veniant ex eadem vacatione.*

3 *Præsentationes plures factæ successiuè, ostendunt effectuationem ipsarum præsentationum.*

4 *Ex Præsentationibus factis per 100. annum, inducunt præsumptionem iuspatronatus esse ex fundatione, & dotatione.*

5 *Et quid ſi defecerit aliqua præſentatio.*
6 *Iuſpatronatus præſumitur ex fundatione, & dotatione, ſtante quadragenaria poſſeſſione cum fama, & adminiculis, dum de vſurpatione non poteſt dubitari.*
7 *Fama Iuriſpatronatus, quod ad aliquem pertineat, ex quibus probetur, & num. 8.*
9 *Enunciatiuæ antiquę habent vim famæ, dum ſunt numero plures, & procedunt à perſonis diuerſis.*
10 *Iura patronatus non ſunt facilè Ordinarij admittere.*
11 *Pręſentationes recentes, licet non probent iuſpatronatus, tamen coadiuuant alias probationes.*
12 *Pręſentati idoneis ad beneficium ex quibus ſatis iuſtificetur.*
13 *Patroni Laici habent de Iure tempus quadrimeſtre ad præſentandum.*
14 *In Pręſentandi, quaſi poſſeſſione quando quis reperitur, non eſt neceſsè, vt probet, ad ſe ſpectare pertinentiam Iuriſpatronatus.*
15 *Inſtitutio ad Iuſpatronatus ab Auditore Rotę, cui fuit commiſſa cauſa, poteſt obtineri.*
Poſtquam certum, & deciſum eſt, quod pręſentatus debet inſtitui, & n. 15.
16 *Gratiam anteriorem, qui habet, ille præferendus eſt habenti poſteriorem*
Limita niſi ſecunda ſit nulla n. 18.
17 *Aetas 25. annorum eſt neceſſaria pro obtinendo beneficio curato.*
18 *Gratia, quando eſt nulliter recepta non releuat.*
19 *Præſentans ſcienter non idoneum, remanet priuatus iure præſentandi occaſione eius vocationis, & tale ius accreſcit alteri patrono.*

DECISIO XIX.

POſtquam deciſum fuit in hac cauſa, quod erat
attentata poſſeſſio, quam Antonius adeptus
fuerat Eccleſiæ Parochialis S. Iuſti vigore ſenten-
tiæ latæ à Vicario Piſtorij pro executione litte-
rarum Apoſtolicarum quas idem Antonius obti-
nuerat ſuper prouiſione dictæ Eccleſiæ. Dubi-
tatum fuit. Vtrum concedenda eſſet inſtitutio
ipſi Antonio, qui præſentatus fuerat ad eandem
Eccleſiam à Lelio: An verò Franciſco præſenta-
to à Roberto, qui etiam obtinuerat ſimilem gra-
tiam, & Domini reſponderunt pro Antonio; quia
in illius prouiſione concurrebant omnia quæ exi-
ſtimantur eſſe neceſſaria ad obtinendam inſtitu-
tionem, nimirum vacatio beneficij, exiſtentia iu-
riſpatronatus, habilitas perſonæ, cui facta eſt pro-
1 uiſio, & præſentatio facta tempore † congruo à
Patronis coram Ordinario, *vt notatur in cap. decernimus 16. quæſt. 7. & in cap. Monaſterium eadem quæſt. & cauſa gloſſ. in cap. dilectus de offic. legat. Abb. in cap. cum Bertholdus num. 12. de re iud.*

Et primo probata erat vacatio Eccleſiæ, cum
2 tam ipſe Antonius, quàm Franciſcus † gratiam
obtinuiſſent ex cauſa eiuſdem vacationis propter
obitum Ferdinandi, qui illam antea obtinebat
iuxta notata in deciſione Aegidij 596. quam ſæpius Rota ſequuta fuit, & in Firmana Iuriſpatronatus 23. Martij 1609. coram Cardinali Caualerio inter impreſſ. deciſ. 5. num. 3 & in Pacen. Canonicatus 11. Februarij 1612. coram Penia, & in Piſtorien Archidiaconatus 15. Iunij 1629. coram Reuerendiſſimo Domino meo Decano.

Secundò probata erat exiſtentia iuriſpatrona-
tus, quæ etiam requirebatur pro obtinenda in-
ſtitutione, & viſa fuit illa probari ex pluribus
præſentationibus, quæ oſtendebãtur factæ ad hoc
beneficium ab anteceſſoribus Roberti, & Lelij ab
anno 1528. vſque ad vltimam præſentationem,
quæ facta fuit anno 1621. de perſona Ferdinandi,
quæ præſentationes oſtendebantur effectum ha-
3 buiſſe † ex ſucceſſione vnius in locũ alterius iuxta
Theoricam, quam ponit *Oldrad. in conſ. 229.* quod
ſæpius etiam à Rota approbatum fuiſſe teſtatum
fuit *coram Card. Seraph. dec. 294. num. 1. deciſ. 337. num. 2. & deciſ. 1141. n. 1. & coram Gregor. dec. 215. num. 1.* & dum omnes eæ præſentationes exce-
debant terminum centum annorum poterat ex
4 ijs probari † iuſpatronatus, cum ex poſſeſſione
tanti temporis præſumeretur titulus, & quidem
fundationis, aut Dotationis, *vt voluit Feder. de Sen. in conſ. 234. num. 3. Abb. in cap. quærelam n. 9. in fin. de elect. & in conſ. 76. num. 1. lib. 2. Felin. in cap. cauſam num. 7. de præſcript. vbi declarauit conſilium Federic. Rocc. de Curte in tract. de iurepatr. in verb. ipſe velis à quo num. 87. Dec. conſ. 126. num. 3. & tenuit Rota apud Caſſad. deciſ 2. num 7. de probation. & coram Put. dec. 56. nu. 4. lib. 1. & fuit dictum in Lucana Cappellaniæ 14. Decembris 1609. & in Romana Iuriſpatronatus 22. Aprilis 1611. coram Penia in prima parte rec. deciſ. 211. & deciſ. 312. num. 4. & in Ianuen. Abbatiæ 13. Ianuarij 1633. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano.* Et licet inter primam
præſentationem factam anno 1528. & alteram
quæ facta fuit anno 1577. deficeret vna præſen-
tatio, tamen præſumi debebat illam interceſſiſſe,
& factam fuiſſe alijs ex eadẽ familia *Lelij*, & Ro-
berti à quibus facta fuit tum antecedens præſen-
tatio anni 1528. tum aliæ quæ poſtea conſecutæ
5 fuerunt dum non oſtendebantur † aliquæ proui-
ſiones factæ de hac Eccleſia tanquam de benefi-
cio libero, & cenſuit *Rota apud eundem Cardinalem Seraphin. deciſ. 1334. num. 3. & in Tarraconen. Parochialis 1 . Iunij 1622. coram Cardinale Pamphilio.*
Præterea ſatis erat poſſeſsio quadragenaria ſimul
6 cum fama, † & adminiculis, cum ageretur de
iurepatronatus antiquo, & perſonæ à quibus il-
lud petebatur non eſſent tales, vt dubitari poſſet
de vſurpatione in quibus ſolum S. Synodus Tri-
dent. requiſiuit pleniorem, & exactiorem proba-
tionem ea quæ neceſſaria eſt ex diſpoſitione iuris
communis, nimirum ex præſcriptione immemo-
7 rabili vna cum præſentationibus, † quæ oſten-
duntur effectum ſortitæ ſpatio quinquaginta an-
norum in caſu quo non adſit Inſtrumentum pu-
blicum fundationis, *vt in cap. 9 ſeſſ. 25 de reformat. & obſeruauit Rota in deciſ. 798. num. 4. par. 1. & deciſ. 199. num. 5. & deciſ. 131. num. 1. par. 2. diuerſ. & deciſ. 374 num. 2. par. 2. recenc.* Et quidem poſ-
ſeſsio quadragenaria oſtendebatur à præſentatio-
ne facta anno 1577. & alijs, quæ deinde factæ
fuerunt, quarum ſeries ſemper apparebat conti-
nuata vſque ad vltimam, in qua præſentatus fuit
Ferdinandus. Fama verò deſumi poterat tàm ex
prima inſtitutione facta anno 1528. in qua nar-
8 ratum † fuerat quod hoc beneficium erat de iure-
patronatus familiæ de Martellis à quo ſunt orin-
di Lelius, & Robertus, quam ex alijs inſtitutio-
nibus, quæ apparebant factæ ſequutis temporibus
cum ſimili enunciatiua, quia non ſolum enuncia-
tiuæ

tiuæ poterant habere hanc vim famæ, dum erant
9 numero † plures, & procedebant a personis diuersis, vt tenuit Rota in terminis huius probati onis *apud Achil. decis.7. & decis.8. de Iurepatr.& in Gerunden.beneficij 21.Iulij 1597. coram Orano, & in decis.160.num.3. & decis.374. num.4.par.2.recent.& voluit Gabr.in cons.595. num.3.lib.2.* Sed plurimum etiam illis tribuendum erat cum ostendebantur
10 profectæ ab Ordinarijs qui † non solent esse faciles in approbatione Iurispatronatus, vt considerauit Rota etiam ad effectum huius probationis *coram Puteo decis.273.lib.2.& decis.11.de iurepatron.in nouis, & in Pampilonen. Iurispatronatus 30.Octobris 1613. coram Cardin.Pamphilio in 1.par. recent.decis. 518.num.3.& notant.DD.in cap.post cessionem de probation.Lambert.de Iurepatr.par.2.lib.2.quæst.10.art.7. num.12.* Et aderat sententia Ordinarij lata anno 1639. confirmans hunc Patronatum occasione præsentationis factæ de persona Francisci, quæ li-
11 cet esset recens, tamen poterat operarij, † vt etiam eius causa satis esset leuiores probationes, dum Ordinarius non impugnabat eundem patronatum, *vt tenuit Rota apud Cassad.decis.1.de probat.& coram Veral.decis.137.num.2.par.1.& in Lucana Cappellaniæ 1.Februarij 1610, coram Gregor.inter impress.dec.452. num.3. Rip.in cap.cum Ecclesia Sutrina de caus.posses. & pror.in 6.quæst.num.93.*

De tertia conditione, quæ erat habilitas Antonij presentati ad Curam huius Ecclesię non visum fuit posse dubitari; cum illa probata esset tàm ex
12 attestatione † examinatorum, qui illum idoneum declararunt, quàm ex litteris Apostolicis in quibus confirmata fuit præsentatio, quam ipse Antonius antea obtinuerat à Patronis, quæ etiam fidem faciebant illius habilitatis.

Vltima conditio erat, vt præsentatio probaretur facta tempore legitimo quod in iurepatronatus
13 laicorum, † quale hoc erat constabat ex quatuor mensibus quos habent Patroni ex iuris dispositione ad præsentandum, *vt notatur in cap.quoniam, & in cap. cum propter de iurepatr. & in cap. vnic. §.verum eod.tit.lib.6.& notat.ibi Franch.num.5 glos.in cap.cum vos de offic.ordin.* Hæc conditio probata erat in instrumento ipsius præsentationis, quæ legebatur facta de persona Antonij sub die 3. Februarij anno 1639. cum Ferdinandus decessisset sub die 19. Octobr.1638. sicut probatum fuit ex fide obitus, & ex confessione vtriusque partis, neque poterat dubitari de iure Lelij, qui præsentauit Antonium, quia datę fuerunt plures pręsentationes, quas idem fecerat simul cum Roberto à quo fuit præsentatus Franciscus occasione aliarum vacationum, quæ successerunt in hac Ecclesia ab anno 1601. vsque ad annum 1621. quo præsentatus fuit Ferdinan-
14 dus, ex quibus Lelius constitutus fuit † in quasi possessione iuris præsentandi, cuius causa debita est hodie institutio Antonio etiam non probata pertinentia, siue proprietate huius Patronatus, *vt in cap. consultationibus de iurepatron. & notat ibi Hostien. num.4. & in capit. quoniam, num.7.eod.tit.Abb. num.2. glos.in cap.ex litteris eod.tit. Lambert.de Iurepatr.par.1. lib.2.quæst.3.princ.num.1.* Et licet possessio, quam Lelius ostendere poterat esset illi communis cum Roberto, & ideo videretur restringi ad solam medietatem vocum, tamen non poterat hoc nocere Antonio cum obtinuisset gratiam, in qua derogabatur alteri medietati, quæ competebat Roberto, cuius causa debita illi erat institutio, & potest eam obtinere ab Auditore cui commissa est
15 causa postquam certa ac decisa sunt alia ex † quibus debitum est illi hoc beneficium iuxta *notata in Clem. Auditor de rescript. & decisum fuit in Florentina Iurispatronatus 17. Aprilis 1630. coram Reuerendiss. Vrgellen.*

Neque obstare visum fuit, quod Franciscus pręsentatus à Roberto obtinuisset antea similem gratiam super derogatione medietatis vocum, quas Antonius habebat ex præsentatione Lelij. Vnde dicebatur, quod non solùm non poterat Antonio
16 suffragari sua gratia, † sed quod illi præferendus erat Franciscus, dum habebat gratiam anteriorem authoritate *text. in eum 7.de præbend.lib.6.& in cap. quia sæpe 15.eod.tit.& lib.& notat ibi glos.in verb.Anterior; & in cap. tibi 12. de rescript.in verb.receptus:* Huic enim exceptioni responsum fuit quod immò non poterat. Franciscus iuuari gratia quam obtinuerat cum tempore concessionis non expleuisset
17 annum 25. † suæ ætatis, quæ ætas necessaria erat pro obtinendo Beneficio Curato *vt notatur in cap. licet Canon.eodem tit.lib.6.& statutum fuit à Sac.Concil.Trident.sess.24.cap.12.de reformat.* Et ita stante
18 nullitate prioris gratiæ † concessæ Francisco præferri illi debebat Antonius, quamuis illius gratia esset posterior vt notatur *in cap.si pro te de rescript. lib.6. & notat ibi glos. in verbo merito, Rebuff. super Concord.in tit.de mandatis Apostol.§.declarantes in glos. præferendos, & in glos.Iure præuentionis versic.Item per collationem nullam Verall. decis.33. num.1.par.2.*
19 Adeo vt neque potuisset † Franciscus iuuari sua gratia, dum postea peruenit ad ætatem legitimam *vt probat text. in cap.si eo tempore de rescript. lib.6.& notant ibi Doct. Anchar. num.2. Butr. num.4.Franch. num.3. Abb. in cap dudum de elect. num.8.Dec.in cap. post cessionem de probat.num.57.& num.59.Paris.de resignat.benef.lib.4.quæst.1.num.10. Rot.decis.69.par.3. diuers. lib. 1.* Neque idem prodesse potuit, quod compleuisset hanc ætatem intra terminum quatuor mensium, qui à Iure concessus erat Patronis à quibus iterum fuit postea præsentatus, quia hæc præsentatio fuit posterior gratia Antonij, qui etiã ex hoc capite præferri poterat Francisco in obtinenda institutione, imò dubitari poterat de validitate huius vltimæ præsentationis factæ à Roberto propter nullitatem primæ ex defectu ætatis Francisci, cuius dicebatur idem Robertus scientiam habuisse, cum illum suscepisset à sacro Fonte
20 Baptismatis. Vnde priuatus † fuit iure præsentandi occasione eius vacationis, *vt notat in cap.cum nos de offic.ordinar.& notat ibi Abb.num.5.in fin.& d.cap. dudum num.11.de election. Innoc.in cap.proposuit de fil. Præsbyt.num.2.Lambert.de iurepatr. par.1.lib.2.quæst. 10.artic.4.num.29.& par.3.lib.2.quæst.4.art.5.num.2 Rot.decis.5.num.3.eod.tit.in nou.* Idemque ius, quod
21 Roberto † competebat acquisitum fuit iure accrescendi Lelio altero Patrono, *vt tradit Abb.in d. c. dudum num.11. de election. Dec. cons.522. num.7. Lambert. ead. par.1. & quæst.10. num.10. & fuit dictum in Aquilana Beneficij 14.Decembris 1640. coram R.P.D meo Ghisilerio.*

Et ita, &c.

R.P.D.

R. P. D. VEROSPIO

postea S. R. E. CARDINALI,

Neapolitana Domorum,

Lunæ 13. Maij 1641.

ARGVMENTVM.

Actus gesti per eum, qui iniustè fuit carceratus, cum non censeatur in eo liber, & absolutus consensus, viribus certè subsistere non valent, sortis repetitio in contracto census non debet esse in arbitrio emptoris, sed benè venditoris, & quatenus adesset tale pactum census esset nullus. Pecunia numerata omninò necessaria in constitutione census, & non sufficit numerationem probare ex assertione partium.

SVMMARIVM.

1 *Possessio est omnino necessaria ad obtinendam manutentionem.*

2 *Actus quilibet metus causa gestus est nullus.*

Carcer inducere solet iustum metum. num. 2.

3 *Metus est sufficiens, vt dicatur, consensum non fuisse liberum in contractu.*

4 *Contractus omnis dicitur à Iure improbatus, dum metus causa fuit gestus, vel durante eius causa.*

5 *Metus inductus ratione carcerationis dicitur iustus, quando carceratio fuit iniusta.*

6 *Decis. in causa Romana Pecuniaria de Ruspulis coram Card. Platto declaratur.*

7 *Carceratio facta ex debito vero, & valido, non inducit metum, nec dicitur irrogata iniuria.*

Pro Iuris executione, ea quæ fiunt, non dicuntur incutere metum, nec irrogare iniuriam. num. 7.

8 *Sortis repetitio in contractu census solum permissa est, quando venditor statuit censum redimere, & id denunciauerit emptori.*

9 *Emptor census, non potest cogere venditorem ad restituendum sibi sortem principalem.*

10 *Pactum appositum in constitutione census, quod sors principalis ad libitum possit repeti, est contrarium formæ substantiali huius contractus.*

11 *Ad Census validitatem omnino requiritur numeratio, & id aliter, quam per confessionem partium est probandum. & num. 15.*

12 *Ex Cedulæ traditione, an suppleatur solutio pecuniæ in constitutione census.*

13 *Solutio actualis pecuniæ, licet Bulla Pij V. de censibus requirat pro forma in eius constitutione.*

14 *Tamen quia cum ea numeratio requiratur ad effectum, vt euitentur in hoc fraudes quæ committuntur in simulatis solutionibus, ideoque sufficit, vt tutum sit, vt obuiatur similibus fraudibus.*

15 *Numeratio vera pecuniæ in censu non dicitur probata ex sola confessione partis, quamuis ea confessio contineatur in ipso instrumento.*

16 *Quod præcipue dicendum venit dum ea confessio concepta legebatur per verba præteriti temporis.*

Notarius de actu præterito fidem facere non valet. numer. 16.

17 *Census an possit sustineri ratione crediti præcedentis.*

18 *Itaque consito de veritate crediti non sit necessarium, vt venditor pecuniam habuisset numeratam in actu stipulationis instrumenti.*

19 *Census aliter constitutus, quàm cantat forma constitute à Bulla Pij V. propter decretum irritans in ea positum necessè est, vt corruat.*

20 *In Vsurarum materia ad solius Summi Pontificis auctoritatem pertinet dare formam contractibus.*

21 *In Contractibus vsurarijs ad Summum Pontificem spectat approbare pacta, quæ in illis seruari debent.*

22 *In Regno Neapolitano an sit recepta Bulla Pij V. de creandis censibus, & licet aliqui negatiuè responderint, cum in eo seruetur Bulla Nicolai V. tamen vide num. 25. & 27.*

23 *Bulla Nicolai V. de creandis censibus, permittebat, vt creari possent census super pretio antea ex contractu debito.*

Decreti irritantis natura, quæ sit. num. 23.

24 *Decretum irritans, reddit nullas, & inualidas quascumque consuetudenes sine licentia Superioris inductas.*

25 *Constit. Pij V. de creandis censibus, quod non fuerit receptio in Regno Neapolit. non probatur ex Mastrill. decis. 262. num. 2. cum ipse loquatur de Regno Siciliæ.*

26 *In Regno Siciliæ adest Pragmatica Regia decernens, quod irriti sint census, in quibus adsunt pacta contraria Bullæ Pij V. de creandis censibus.*

27 *Bulla Pij V. de creandis censibus est approbata & recepta in Regno Neapolitano.*

28 *Contractus, quando fuit initus metus causa tunc prius agendum est, actione reuocatoria, pro rescindenda obligatione, & interim possessor est manutenendus, & num. 29.*

30 *Volnntas coacta dicitur etiam voluntas.*

31 *Animus semper requiritur tam in acquirenda quam in amittenda possessione.*

32 *Actus dolosus non debet effectum suum sortiri in pœnam doli, qui dedit causam contractui.*

33 *Obligatio à carcerato extorta non tenet, nam tunc in eo carceratio non permittit habere liberum consensum.*

34 *Iudex dicitur deceptus, dum auctoritate eius decreta fuit carceratio sub specie iustitiæ ei falsò expositæ.*

35 *Protestationes remouent consensum ab actu.*

DECISIO XX.

Domini responderunt in hoc dubio, quod non erat concedendum mandatum de manutenendo Io: Leonardo de Iordanis in possessione Domorum, de quibus erat controuersia, quia non visa fuit probata illius possessio, † quæ ante omnia necessaria erat, vt potuisset obtinere in hoc interdicto, vt probat *text. in l. 1. & in l. 2. ff. uti possidetis, & in §. hodie instit. de interdict. not. Byrt. in l. ait Prætor, §. quod ait num. 2. & num. 14. ff. eod. tit. uti possidetis, Ver rall decis. 198. nu. 1. part. 2.* Etenim deducebat Ioan: Leonardus suam possessionem ex traditione earumdem Domorum, quas obtinuerat in solutum à Vincentio de Blanchis, & Benedicto eius filio ex causa æris alieni, cuius ijdem Vincentius, & Benedictus erant debitores Ioannis Dominici sui patris, quæ datio in solutum cum facta fuisset in carceribus, in quibus detinebatur Vincentius simul cum Benedicto occasione eiusdem æris alieni fuit ipso † iure nulla ratione metus, quem carcer inducere solet, vt probat *text. in l. qui in carcerem ff. quod metus causa, & not. ibi Doctor Bart. in l. qui neque, §. solutum*

lutum num.1. ff. de verb. signific. post gloss ibi in verbo seruatur. Bald. in rubr. C. de rescind, vendit. num.8. & in l. nam, & seruus num.2. ff. de negot. gest. idem Bart. in l. à latronibus num.2. ff de testam. & ibi etiam Angel. nu. 1. Castrens. num.3. & decisum fuit in Foroliuien. obligationis 20. Maij 1613. coram Card. Sacrato in 1. part. recent. decis. 490. num.1. & in Romana repetitionis indebiti 30. Aprilis, & 25. Iunij 1610. coram Reuerendiss. D. meo Decano. Vnde ex tali contractu non fuit ac-
3 quisita aliqua possessio Leonardo, † cum metus efficeret, vt non fuisset liber consensus Benedicti, & Vincentij in ea traditione, vt probat *text. in t.3. §. in admittenda, & in l. quemadmodum, ff de aequir. possess. & not. ibi Doct. Salicet. in l. qui rem num.3. C. locati. Rip. in l. is cui bonis num.52. ff. de verb. obligat.* Quæ vera sunt, quamuis post actum eius dationis in solutum deuentus fuisset ad actualem traditionem
4 ipsius possessionis, cum semper † durauerit eadem causa metus, cuius ratione contractus erat à iure improbatus, *vt not. Rip. in d. l. is cui num.5 . Bald. in l. non dubium num.18. C. de legib. Alex. cons.69. num. 14. lib.5. Hond. cons.23. num 27. lib.1.* Requiritur ta-
5 men, vt talis metus indu us † ex carceratione, quę fuerit iniusta, vt fuit sententia *Bart. in d. l. qui neque §. solutum, ff. de verb. signific. & notauit etiam ibi Iacob. de Aretio, quem sequutus fuit Bald. in l. nam, & seruus num.2. ff. de negot. gest. & tenuit Rota in decis. supra deducta Romana repetitionis indebiti 30. Aprilis 1610. coram R.P.D. meo Pirouano*, in qua dictum fuit ità
6 intelligendam esse decisionem in causa † *Romana Pecuniaria de Ruspolis coram Plato*, cum in ea decisione ageretur de debito vero, & valido. Vnde ex
7 carceratione postea † sequuta non poterat dici inductus metus, neque irrogata iniuria tanquam ea, quæ facta fuit pro iuris executione, & latè deductum fuit *in Romana mutui 14. Martij 1631. coram R.P.D. meo Merlino.*

Neque visa fuit deficere probatio, quæ respiciebat iniustitiam carcerationis, aut obligationis Vincentij, ac Benedicti eius filij si quidem creditum, cuius causa Leonardus illos habebat obligatos, & cuius occasione curauit eos conijci in carcerem habebat originem à contractu census, quem ipse Vincentius simul cum Benedicto, & Io. Francisco altero filio suo imposuerunt super proprijs bonis, cuius annuus redditus constitutus fuit in summa scutorum octingentorum, quem illi promiserunt soluere Dominico de Iordanis Petri Leonardi distributa solutione in singulos sex menses pro summa scutorum 400. Inter cæteras vero conditiones quæ legebantur in Instrumento venditionis d. census vna erat, quod si Vincentius & eius filij venditores deficerent in solutione vnius temini liceret Dominico emptori, qui postea cessit hoc creditum Leonardo repetere totum, & integrum pretium scutorũ quinque millium, pro quo idem census dicebatur emptus, & Inde deducebatur iniustitia obligationis Vincentij, quia licet hoc pactum non potuisset efficere, vt esset nullus ipse contractus census, tamen fuit idem pactũ inualidum, vnde non potuit ille, ac Benedictus eius filius ratione moræ commissæ in solutione d. annui redditus conueniri à Leonardo pto restitutione pretij, aut in eo condemnati à Iudice, & illius occasione carceribus mancipari, cum hoc pactum improbatum esset à Constitut. Pij V. in
8 qua solum permissa est † repetitio sortis in casu, quo venditor statuerit censum redimere, & hanc suam voluntatem denunciauerit emptori, vt expressis verbis eiusdem Constitut. tradit *Redoan. in tractat. de annuis reddit. lib. 2. quæst. 1. num. 7. Petr. Gregor. in tract. de censib. quæst.7. num.2. Card. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib. 8. tit. 22. num. 25.* & deductum fuit in *Nullius, seu Meleuicen. Census 16. Martij 1615. coram bo. me Coccino*, in qua decis.
9 pluribus comprobata fuit iniustitia † huius pacti siue facultatis concessæ emptori, vt possit cogere venditorem ad redimendum censum, & tenuit *Rota coram Card. Seraphin. decis.1418. num.5. & dec. 1431. num.3* vbi considerauit id pactum esse con-
10 trarium formę substantiali † hnius contractus.

Præterea deducebatur nullitas eiusdem contractus ex alio capite eò quia in venditione d. census non fuisset numerata pecunia, quæ erat illius pretium, cum de eius solutione non alia ratione appareret, quàm ex confessione Vincentij venditoris, ac Benedicti, & Io. Francisci eius filiorũ, quod pariter erat contra formam traditam in d.
11 Const. Pij V. & † expresse in illa constitutum fuit in *§. rursus*, & ex ea notarunt *Felician. in tract. de censib lib.1. cap.8. num 10. Boccacc. eod. tract. par.1. num.44. & par.3. num.21. Petr. Greg. quæst.5. num.213 & 218. Nauarr. in comment. de vsur. num.85. & num. 88.* Neque hæc solemnitas potuisset suppleri ex
12 traditione cedulæ solutionis, quæ directa † fuit Mensæ Argentariæ S. Eligij, ex qua confessi fuerunt Vincentius, & Benedictus se habuisse eam pecuniam, vt tenuit *Rota in Beneuentana Census 24. Martij 1593. coram Card. Pamphilio*, in qua deci-
13 sione consideratum fuit, quod licet † hæc solemnitas in d. Constitut. sit requisita pro forma; Tamen illam fuisse inductam ad certum effectum, vt euitarentur fraudes, quæ committebantur in simulatis solutionibus; vndè potuisset illi satisfieri
14 alia ratione, dummodo sequeretur † ex illa idem effectus exclusionis fraudis, cuius causa data fuit in Constit. d. forma, vt tradit *Brunus in tract. de forma sub tit. quando censeatur aliquid traditũ pro forma concl.12. in §. ista ergo non sunt de forma fol.37. & sub tit. de Potentia, & effectu forma in limit. in 3. limit. fol.37. & not. Doct. in l. Gallus §. & quid si tantum ff. de liber. & posthum. Cagnol. in l. si quis maior num.218. C. de transact. Rot. dec. 33. num.4. part. 2. diuers.* Etenim de ea solutione non apparebat nisi
15 ex confessione eorundem venditorum, † ex qua non poterat dici probata vera numeratio pecunię quamuis eadem confessio contineretur in instrumento, vt probat *text. in l. si ex cautione C. de non numerata pecunia, & not. ibi Bald. num.17.* & in terminis huius contractus tradiderunt *Boccacc. in tract. de censib. ead. par.1. num. 46. Felician. eod. cap. 8. num.15.* Quod præcipuè dicendum erat dum ea confessio legebatur concepta per verba temporis
16 præteriti, † de qua non potuit fidem facere Notarius, qui rogatus fuit de instrumento. Vnde illa non poterat accipi nisi tamquam confessio partis, vt *not. Doct. in d. l. si ex cautione, & tradit ibi Bart. num. 1. in 1. lectur. & in 2. n. 9. Bald. num.14. idem Bart. in l. prædia num.2. ff. de acquir. possess. Bald. in l vnic. num.19. C. de confessis, & in l.2. §. vlt. n.6. ff. si cert. pet. & decisum fuit in Ianuen. Pecuniaria 15. April. 1611. coram Card. Lancellot. & in Fauentina*

Pen-

Pensionis 23. Ian. & 16. Decemb. 1619. *coram Card. Pamphilio.*

Non etiam potuisset idem census substineri
ratione crediti præcedentis cuius causa Domini-
17 cus † emptor haberet obligatos Vincentium, &
illius filios, qui censum imposuerunt eo quia da-
ta veritate eius crediti posuisset census vendi pro
18 pecunia debita, vndè non fuisset † necessarium,
vt venditor illam habuisset innumetato in actu
stipulationi instrumenti, vt tenuit *Nauarr. in com-
ment. de vsur. num. 8. & num.* 121. quem sequutus
fuit *Less. in tract. de iust. & iur. lib. 2. cap. 22. dubit. 12.
numer. 80. Molin. de contract. disp. 390. num. 2. in fin.
Petr. Greg. in tract. de censib. qu. 5. num.* 172. Con-
trarium enim dicendum erat stante Constit. Pij V.
19 quia propter vim decreti irritantis, † quod in ea
Constit. positum erat non potuit census aliter va-
lere, quàm si probaretur seruata forma in illa
præscripta, *vt not. Doct. in cap. cum accessissent de
Constit. & ibi Dec. num. 20. Felin. num. 8. Bald. in
l. 1. num. 2. ff. de liber. & posthum. & ibi etiam Ias. nu.
7. Gabr. de clausulis concl. 3. num.* 73. Quod præci-
puè dicendum erat hoc casu, dum in eadem Con-
stit. declarabatur fæneratitius contractus celebra-
20 tus alia ratione, † quam sub forma in ea tradita,
cum in hac materia vsurarum ad solius Summi
Pontificis authoritatem pertineret dare formam
21 contractibus & approbare pacta, † quæ in illis
seruari deberent, vt in his terminis considerauit
Rot. in Romana pretij Palatij 15. *Ianuarij* 1607. *coram
Iusto, Honded. conf. 35. num. 3. lib. 2. Boccacc. in expo-
sitione eiusdem Constit. par. 2. num. 20. relati in ead.
decis.* Neque visa fuit obstare consuetudo, quæ di-
cebatur esse in Ciuitate Neapolis, in qua confe-
ctum fuit instrumentum, & in toto Regno Nea-
22 politano, † cum in eo non fuisset recepta Con-
stitutio Pij V. sed solum seruaretur Constitutio
Nicolai V. in qua conceditur, vt posit fieri con-
tractus census super pretio antea debito, siuè qua-
23 cunque alia re, quæ recepta † fuisset antea impo-
sitionem census, de qua consuetudine testatur
Mastrill. decis. 262. *num.* 2. Quia huic consuetudini
censeri debebat derogatum eodem decreto irri-
tanti, quod erat in Constitut. Pij, cum hæc sit
natura eius decreti, vt reddat nullas, & inualidas
quascumque consuetudines, quæ inductæ fuerint
24 sine expresso consensu † Superioris, vt tradit
*Boccacc. in exposit. d. Constitut. in loco supra relato eod.
num* 20. *& not. Doct. generaliter* in consuetudine in-
ducta contra Constitutiones Pontificias in *cap. cum.
de beneficio de præbend. lib. 6. & ibi Archidiac. & An-
char. num. 2. Franch. num. 4. Felin. in d. cap. cum ac-
cessissent num. 30. de Constitutionibus, & tenuit Rota
coram Verall. decis. 204. num. 1. & 2. par. 3. & in Ro-
mana concordia 11. Ianuarij, & 12. Februar.* 1610.
*coram Card. Caualer. inter impress. decis. 85. num. 2. &
dec. 91. num. 9. & in Auenionen. salarij 22. Maij* 1617.
coram eodem Card. Caualer. inter impress. dec. 423. n. 4.
25 Præterea neque probatum fuit, † quod ea Con-
stitutio non esset recepta in Regno Neapolitano
cum decisio Mastrilli intelligenda sit de Regno
26 Siciliæ, in quo tamen adest † Regia Pragmatica
decernens, vt sint irrita omnia pacta, quæ sunt
27 contraria dictæ Constitutioni, † vt testatur *Mila-
nens. decis. 2. num.* 32. Et quod eadem Constitutio
28 sit approbata, † ac recepta in Regno Neapolita-
no firmauit *Rota in Thelesina census 9. Decembris*
1630. *coram R. P. D. meo Dunozetto.*

Non etiam visum fuit obstare quod dicebatur
vt actus eius traditionis, siue assignationis in so-
lutum factæ à Vincentio non esset nullus eò quia
metus, cuius causa dicebatur talem assignatio-
nem non valere debuisset antea declarari per sen-
tentiam, vndè Benedictus, & Vincentius debuis-
29 sent agere actione reuocatoria † pro rescindenda
obligatione ex qua deuenerunt ad eam traditio-
nem, & intereà non posset denegari manutentio
Leonardo, *vt probat text. in l. C. de rescind. vend. &
not. ibi glos. in verb. irrita, & in verbo interpositas C.
de transact. Menoch. de recup. pos. remed. 3. n. 105. Rot.
decis. 5. n. 2. de renunc. in nou. eod. n. 2. & probat tex.
in c. multorum §. sanè de pœnis, & not. ibi glos. in ver-
bo nullius, & in l. qui in carcerem, ff. de eo quod met.
30 caus.* in qua statuitur, † vt nullius sit momenti,
quod intereà factum est, & ex verbis eius *text. not.
Felin. in c. Rodulph. n. 3. de rescript. Abb. in c. 2. n. 19.
ff. de his, quæ vi metusue causa fiunt Surd. cons. 37. n.
20. Card. Zabar. in cons. 137. n. 1. in fin. Rot. in Fo-
roliu. nullitat. obligat. 20. Maij 1613. coram Card. Sa-
crato in 1. part. recent. decis. 490. num.* 2. Et hæc opi-
nio videtur fulcita optima ratione, quia siue di-
cendum sit quod propter metum absit consensus à
31 tali actu, † siuè ille non videatur omninò defice-
re, cum etiã voluntas coacta dicatur volũtas sem-
per idẽ actus debet esse irritus; Nam si pro nulli-
tate d. actus consideretur prima ratio non potuit
qui eum actum gesit, aut suæ possessionis renun-
ciauit eadem possessione priuari, dum apparet
32 defecisse † in eo animum, qui semper requiritur
tàm in acquirenda, quàm in amittenda posses-
sione, *vt probat text. in l. quemadmodum, & in l. 3. §.
in amittenda, ff. de acquir. possess. & in cap. super. hoc
de renunciat. tradit. Rip. in l. is cui num. 52. ff. de verb.
oblig. Salic. in l. qui rem num. 4. C. locati Rot. in Ro-
mana donationis 26. Iunij* 1628. *coram Reuerendiss.
Vrgellen.* Secundum verò aliam rationem æquissi-
33 mum † etiam fuit, vt idem actus non sortiri de-
beret effectum in pœnam doli, qui videtur dedis-
se causam contractui, dum fuit extorcta obliga-
tio à carcerato, quem metus non permittebat ha-
bere liberum consensum, ac simul deceptus fuit
Iudex, cuius authoritate decreta fuit carceratio
34 sub specie † Iustitiæ eidem falsò expositæ, *vt con-
siderauit Rot. in Romana mutui, seu Pecuniaria 14.
Martij* 1631. *coram R. P. D. meo Merlino, & tradit
Guttier. in tract. de iuram. cap. 57. num. 21. Purpurat.
cons. 282. num.* 9. Et concurrebant hoc casu plu-
res protestationes quæ factæ fuerunt à Vincentio,
& Benedicto in carceribus ante transactionem in
qua se obligarunt cædere Leonardo bona, quæ
35 posteà illi dederunt † in solutum quæ protesta-
tiones etiam efficere potuerunt, vt actus eius
traditionis esset ipso iure nullus propter eun-
dem defectum consensus, quem illæ remouere po-
tuerunt à tali actu, *vt firmauit Rot. in d. Foroliuien.
nullitatis obligationis coram Card. Sacrato. Surd. d. cons.
37. num. 20. Honded. cons. 23. nu. 21. lib. 1. & not.
Doct. in l. qui in aliena, §. Celsus, ff. de acquir. hæred.
vbi Bart. num. 5. Castr. num. 4. Ias. num.* 28.

Et ita, &c.

R. P. D. ROIAS.

Postea EPISCOPO TARRACONEN.

Romana Donationis.

Veneris 15. Maij 1641.

ARGVMENTVM.

Religionem ingrediens si contemplatione sui ingressus omnia bona præsentia, & futura alicui donet etiam cum clausula non valituræ donationis nisi post emissam professionem, talis donatio dicitur pura, vel ab ipso reuocari potest pendente tempore probationis, estò quod tanquam donatio omnium bonorum inualida iudicetur tanquam ademptiuam facultatis testandi, quia in huiusmodi donatione talis prohibitio considerari non potest cum solum sortiatur effectum professione secuta quo tempore non est amplius locus testamenti factioni.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta ab ingrediente religionem sub conditione professionis dicitur pura, nec reuocari potest, & num. 8. cum seqq.*

2 *Donatio omnium bonorum de iure non valet, tamquam ademptiua facultatis testandi.*

3 *Donatio omnium bonorum etiam quod facultatem adimat testandi valet si suum non sortitur effectum, nisi tempore quo donans professionē in religione emiserit. Professione secuta religioso non remanet amplius facultas testamentum condendi num. 3.*

4 *Donans omnia bona sua etiam si sibi solum quid annuum ad vitam reseruauerit, potest in illis fructibus medij temporis hæredem sibi instituere.*

5 *Donatio facta ante Monasterij ingressum facilius sustinetur, quam donatio tempore nouitiatus facta ad fauorem Monasterij.*

Donatio facta ad fauorem Monasterij per nouitium durante tempore nouitiatus dicitur suasione religiosorum facta, ac ob reuerentiam in religionem num. 5.

6 *Reuocationi donationis locus esse non potest sine aliqua causa.*

7 *Donatio prima non potest per secundum reuocari.*

8 *Menoch. cons. 288. notatur, & seqq.*

9 *Sententia alicui us Doctoris contra quam alias fuit indicatum, & de qua Rota dubitauit tenenda non est.*

DECISIO XXI.

Firmatum fuit coram mè informante tantum Monasterio S. Eusebij de Vrbe sub die 1. Februarij 1640. sententiam A.C. (in qua pronunciatum fuit, donationem factam per Camillum Latinum ad fauorem Virginiæ matris substineri) esse infirmandam prout in d. decisione, à cuius secunda inspectione Dominis placuit sub die 17. Decembris 1640. vtraque parte informante recedere, & sic d. donationem matri factam non potuisse reuocari, vt latè fuit deductum in decisione, quam hodie Domini confirmandam esse censuerunt, moti ex eo, quia ratione, & fundamenta in ea adducta benè sustinentur, ex quo à principio prædicta prima donatio facta matri per Camillum
1 filium fuit perfecta, nec ideo poterat reuocari † cū cum non esset amplius locus pœnitentiæ ob sequutam professionem eiusdem Camilli, sub cuius conditione pura facta apparet *Alex. cons. 40. nu. 5. vol. 5. Cæphal. cons. 118. num 28. Gabr. cons. 64. n. 6. lib. 1. Paris. cons. 59. num. 9. lib. 1. Afflict. dec. 280. num. 3. Ser. decis. 1157. num. 4.*

Nec obstat donationem prædictam matri factam cantare de omnibus bonis & ideo, tanquam
2 in † Iure prohibitam non valere, A cum videa-
A tur adempta facultas testandi ex *Didac. Couar. in rubr. de testam. in 2. par. num. 4. Duen. in regul. 219. in 2. ampliat. cum alijs in 1. decis.* Quoniam placuerunt responsiones datæ, quod cum d. donatio per-
3 fectionem reciperet solum † emissa professione per Camillum donantem, eo tempore non erat amplius locus factionis testamenti ex congestis per *Sanchez. super præcept. Decalog. lib. 7. cap. 1. n. 19.*
4 & in omnem † casum sufficit, quod sibi reseruauerit scuta illa 25. annua de quibus bene poterat testari, & hæredem sibi inuenire. *Cels. Vgo cons. 37. num. 3. Roland. cons. 29. num. 3. lib. 1. Dec. cons. 30. num. 1. Rom. cons. 26. num. 1. & 2. Anton. Gomez. in l. 69. Tauri num. 3.*

Fuit etiam animaduersum: primam donationem tanquam à Camillo factam tempore quo nemini subiectus erat, & liberum habebat suorum bonorum dominium, & motus naturali amore
5 erga † Genitricem magis sustineri, nec potuisse per secundam donationem factam ad fauorem Monasterij reuocari, vt factam post ingressum Religionis, ac verisimiliter inductus potius suasione aliorum Religiosorum, ac propter reuerentiam in Religionem, † quam quod aliquam reuo-
6 candi causam contra matrem haberet, sine qua non est locus reuocationi donationis, vt in *l. donationis circa filium iuncta l. Generaliter sancimus. C. de reuocand donat.*

Et tandem quia fuit ius acquintum ad fauorem matris super omnibus bonis Camilli vigore primæ validæ donationis, & propterea non potuit
7 ipse amplius disponere, cum prima † donatio, non possit per secundam reuocari, vt sunt *text. expres. in §. aliæ autem inst. de donat. l. perfect. C. eodem tit. l. quoties duob. C. de rei vendic. Ruin. cons. 172. à num. 18. vsque ad fin. vol. 1. Rimin. Iun. cons. 224. num. 33.*

Fallitur, & quidem egregiè *Menoch. cons. 288.* vbi conatur ostendere similem donationem, tan-
8 quam † potestatiuam bene potuisse reuocari, & contra illum consuluerunt, *Rimin. Iun. d. cons. 529.* Nec non duò celeberrimi Iurisconsulti Cęsenates, nempè Cæsar Angelinus, & Pandolphus Morus, quos refert *Rimin Iun. d. cons. 129. in præfatione*
9 *vers. super quo puncto.* Et vnus † ex Dominis plenè attestatus fuit se meminisse contra Menoch, tunc fuisse iudicatum, & quidem sat est, quod Rota de eiusdem *Menoch. cons. alias dubitauerit pro vt coram R. P. D. meo Merlino in illa Taurinen. donationis, quæ est, decis. 174. nu. 12. & per totam par. 6.*
10 *recent.* & apertis † verbis eumdem *Menoch. reprobat Sanchez super præcept. decalog. cap. 1. num. 13. & cap. 5. num. 57. & 58 prout contra illum sentiunt decis. Marchia 42. num. 9. Gratian. & Amat. decis. 46. num. 37. cum alijs in d. decis. 17. Decembris preteriti cumulatis.*

Et ita resolutum, &c.

R. P. D. HIERONYMO VEROSPIO.

Postea S. R. E. CARDINALI.

Albanen. Hæreditatis.

Veneris 24. Maij 1641.

ARGVMENTVM.

Statuta Vrbis, tunc intrant in locis districtus, quando super illo paiticulari, de quo est controuersia in illo loco, non reperitur particulare statutum. Et quid sit dicendum, si statutum alicuius loci, in districtu existentis, remittat se ad ius commune.

SVMMARIVM.

1 *Nepote ex fratribus præmortuis succedunt patruo in locum parentum suorum, vna cum amitis, in stirpes, & non in capita.*

2 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 146. ad successionem fratris, admittit fratres superstites, exclusis sororibus.*

3 *Castrum Gandulphi subiacet statutis Vrbis, cum sit in eius districtu.*

Castrum Gandulphi non distat ab Vrbe Romana plusquam duodecim millia passuum num. 3.

4 *Castri Gandulphi statuta, quid disponant circa successionem fratrum.*

5 *Ad Statuta Prouinciæ, vel Ciuitatis superioris, quando sit recurrendum.*

6 *Statuta, si mandent in aliquo casu seruari dispositionem iuris communis, an intelligatur voluisse seruari statuta Ciuitatis dominantis nec ne.*

8 *Statutis Ciuitatis superioris, non potest derogari per statuta loci inferioris.*

9 *Statuta Prouinciæ possunt dici ius commune cum ab eo confirmationem recipiant.*

10 *Arbitri electi à partibus, cum conditione, vt debeant pronunciare secundum ius commune de quo iure est intelligendum.*

11 *Iuris communis appellatione in dubium intelligitur de iure communi Romanorum.*

12 *Ius particulare vnius Ciuitatis non potest dici ius communi.*

13 *In Statutis potissimum attendi ipsa mens statuentium, qualis fuerit.*

14 *Doctores, qui non firmant conclusionem pro indubitata, sed tantum illam leuiter attingunt, in eis non est faciendum fundamentum.*

15 *Statutorum verba, ne remaneant otiosa, facienda est interpretatio.*

16 *De Lucro dotis nullam mentionem faciunt leges ciuiles.*

17 *Statutum, quando veniat appellatione iuris ciuilis, & num. 18.*

19 *Verba statutorum an interpretationem recipiant à consuetudine.*

20 *Consuetudo generaliter recipi solet pro interpretatione mentis statuentis.*

21 *Consuetudo attenditur pro explicatione vocis dubiæ prolatæ à statuentibus.*

22 *Testes, quando non probent consuetudinem particularem.*

23 *Per Testes, vt probata dicatur consuetudo, quid deponere debeant.*

24 *Consuetudo particularis, non probatur per casus generales, & num. 25.*

26 *Statuta si sint confirmata à Papa, cum clausula, quatenus sint in vsu, tunc eis vtens tenetur hoc probare, & num. 25.*

27 *Statutum si sit conforme dispositioni iuris communis præsumitur vsu receptum.*

28 *Statutum si sit redactum in volumen statutorum, censetur vsu receptum.*

29 *Statutum, quando præsumitur vsu receptum, tunc contrarium asserenti incumbit opus probandi.*

30 *In Statutorum confirmatione, quando apponitur clausula,* Dummodo sint in vsu, *quid hoc respiciat.*

31 *Statuta ante confirmationem sunt inualida; ideoque gratia confirmationis, quis non potest se fundare in vsu contrario, qui etiam est nullus.*

DECISIO XXII.

Contendebant super successione Francisci Virginia, ac Domitilla illius sorores, cuius etiam hæreditatem petebat Petrus communis frater: & Andreas, ac Ioannes filij Antonij alterius fratris, vita iam functi. Et cum dubium esset, An Domitillæ, & Virginiæ debita esset hæc successio; proposui hodie dubium: An illis concedenda esset immissio in bonis hæreditarijs Francisci, & Domini affirmatiuè responderunt, quia nitebantur in dispositione Iuris communis, ex quo æqualiter vocatæ erant ad successionem fratris simul cum alijs fratribus, non habita aliqua ratione sexus: Vnde vniuersa hęreditas Francisci diuidi debebat in quatuor partes, ex quibus duas obtinere debebant Virginia, & Domitilla illius sorores: vnam Petrus, & ex illius persona eius filiæ, cum iste mortuus esset, pendente hac lite: reliquam filij
1 Antonij, succedendo † in stirpes in locum suorum parentum, vna cum Amitis, *vt notatur in Auth. Itaque C. commun. de success. et in Auth. cessante C. de legit. hæred. et in § Si igitur defunctus, Auth. de hæred. ab intest. venien.*

Neque contrarium dicendum erat propter dis-
2 positionem statuti Vrbis, † à quoad successionem fratris defancti solum vocantur fratres, exclusis sororibus, ac præterea matre, & amita; *vt in cap. 146. lib. 1.* cuius statuti dispositioni subiacebat Castrum Gandulfi, quod est in agro Albanensi,
3 † & in cuius territorio erant bona Francisci, cum illud non distet ab Vrbe Roma amplius, quàm duodecim mille passibus, vt sæpius tenuit *Rota, et in specie in Signina bonor. 4. Iulij 1614. coram bon. mem. Vbaldo in prima part. recent. decis. 662. num. 2. & in Balneoregien. bonorum 30. Octobris 1589. coram Cardinali Pamphilio.* Etenim aderat in eodem Castro Statutum, quod disponebat super huius-
4 modi successione, † eamque deferri iubebat ad eos, quibus debita erat ex dispositione Iuris. Et ita cum Statutum ipsius Castri disponeret super eodem casu super quo extabat dispositio Statuti
5 Vrbis, illud seruandum erat † ex declaratione eiusdem Statuti Romani, quod in alio capitulo mandabat, seruari Statuta locorum, quæ sunt intra districtum in casibus, in quibus exarent particulares Constitutiones eorundem locorum, quod etiam erat conforme dispositioni Iuris cō-
5 munis, † quia ex eo tunc solum recurri debet ad Statu-

Statuta Prouinciæ, vel Ciuitatis superioris, quan-
do vel deficiunt, vel non prospiciunt in casu, qui
contingit Statuta Ciuitatum, aut aliorum loco-
rum subiectorum, *vt notant Doctor. in l. omnes Po-
puli ff. de Iust. & Iur. & in §. omnes instit. eodem tit.
tradit Bart. in l. 1. num. 41. C. quæ sit longa consuetu-
do, Bald. consil. 201. num. 2. lib. 1. Menoch. cons. 227.
num. 75. & tenuit Rota coram Card. Seraphino decis.
343. n. 2. & in Narnien. bonorum 1. Decemb. 1626.
coram Reuerendiss. D. meo Decano, et in Assisien. do-
tis 21. Iulij 1632. coram eodem.*

Neque dici poterat, vt dum idem Statutum
mandabat seruari in successione fratrum disposi-
7 tionem Iuris communis, † intelligendum esset,
quod voluisset seruari dispositionem Statuti Vr-
bis, cui idem Castrum subiectum erat, vt fuit sen-
tentia *Romani in cons. 218. num. 6.* quem secuta
fuerunt *Curt. sen. in cons. 46. num. 15. in fin. Socc.
sen. cons. 81. num. 3. lib. 1. Surd. cons. 343. n. 7. Ias. in
repet. l. omnes Populi num. 121. Brun. in tract. quod
stantibus masculis art. 5. num. 64. et tenuit Rota in Ro-
mana lucri dotis 16. Decembris 1633. coram R. P. D.
meo Merlino*. Et rationem considerat *Roman. in*
8 *dicto cons. 218. num. 4.* quia iniustum esset † Statu-
tum loci, si intelligendum esset de dispositione
Iuris communis, dum ex eo tollebatur Statutum
Ciuitatis superioris, cui derogari non potest ex
Constitutionibus inferiorum, vt probat *tex. in
cap. Inferior 21. dist. et in cap. cum inferior de maior.
& obed. in §. vlt. Instit. de satisdatio*, & facit alia
ratio, quam considerauit *Berous in cap. licet causam
de probat. num. 14. sequendo idem consil. Romani*,
9 † quia nimirum Statuta Prouinciæ dici possunt
Ius commune, dum ab eodem Iure confirmatio-
nem receperunt, illique præferuntur. Etenim
contrariam opinionem tenuit *Bald. in l. quicunque
n. 13. C. de seru. fugit Dec. in cap. licet causam n. 25.
de probat. vbi in specie reprobat consilium Romani, et
in cons. 429. num. 5. et in cons. 469. nu. 12. et in cons.
686. num. 5. Soccin. sen. sibi contrarius in cons. 271.
num. 3. lib. 2. Cæphal cons. 414. num. 68. Bursatt. cons.
189. num. 44. illudque communiter reprobari tradit
Alderan. Mascard. de interpretatione Statutorum con-
clus. 2. num. 88. et num. 91. Blanch. de compromis.
quæst. 1. num. 22.* idem tradens in arbitris, qui fue-
10 runt electi à partibus cum conditione, † vt pro-
nunciare deberet secundum Ius commune, *Io. An-
dr. in addit. ad Specul. in tit. de arbitr. in §. 6. de ex-
ception. contra arbitrum num. 4. sub littera E. Menoch.
de præsumpt. præsumpt. 6. num. 14. lib. 2. Ioseph Lu-
douic. in suis communibus conclusion. concl. 55. Man-
dos. in addit. ad idem cons. Roman. in fin.* vbi pluribus
confirmat hanc opinionem; *Et eandem sententiam
reprobato Romano, tenuit Rota in Bononien. dotis 1. Iulij
1618. coram Buratto, et in Bononien. success. 24. Martij
1628. coram Reuerendiss. Vrgellen. et in alia Bononien.
Successionis 13. Maij 1633. coram R. P. D. meo Merlino.*
Et poterant pro hac opinione adduci rationes non
inferiores ijs, quas considerauit Romanus pro opi-
11 nione contraria, † quia appellatione iuris com-
munis in dubio intelligitur de iure Romanorum,
vt probat *text. in §. sed quoties Instit. de iure naturali
gentium, & ciuili.* Et quia ius particulare vnius Ciui-
12 tatis † non potest dici ius commune, vt probat
text. in §. ius autem Instit. eod. tit. Vnde mens sta-
tuentium, quæ semper spectanda est, videtur ea

fuisse, vt in defectum suorum statutorum succede-
13 re deberet † dispositio iuris Romani, & priorem
rationem considerauit *Bald. in l. quicunque C. de seru.
fugit. num. 13. Dec. cons. 686. num. 4. Ioan. Andr. in ad-
dit. ad Speculat. in titul. de arbitr. d. § excipitur num. 4.*
Alteram rationem considerauit *Soccin. sen. dicto
cons. 271. num. 3. Dec. cons. 469. num. 12. & in cons. 686
num. 6.* & vtranque adducit *Mandos. in addit. ad con-
sil. Romani*, vbi etiam monet, non posse constitui
fundamentum super auctoritate Doctorum, qui
videntur esse pro contraria opinione, cum plures
14 ex ipsis non firment conclusionem † tanquam in-
dubitatam, sed solùm illam leuiter attingant, aut
etiam obiter eius mentionem faciant, plures lo-
quantur in terminis diuersis, vt ipse in aliquibus
aduertit, & plures supponant extare obseruantiam
contrariam, ex qua potuerunt ita interpretari Sta-
tutum. Et poterat opinio contraria procedere in
casu, quo deficeret etiam Ius commune, eo quia
nihil ab eo definitum esset super casu, qui succes-
15 sit, † quia ne dicerentur stare otiosè verba Statu-
ti mandantis seruari dispositionem Iuris commu-
nis, intelligenda erant de iure municipali, vt con-
tingit in lucro dotis, cuius nullam mentionem
16 faciunt † leges ciuiles; *in his terminis intelligenda
erat decisio Rotæ in causa Romana lucri dotalis coram
R. P. D meo Merlino*, cuius rei rationem considera-
uit *Dec. dicto cons 686. num. 7.* quia hoc casu Statu-
17 tum venire † potest appellatione iuris communis
cum videatur esse illius pars, dum eiusdem aucto-
ritate fundatur, *& eandem rationem adduxit Bald. in
l. vnic. C. de confess. num. 22.* qui loquitur in terminis
edicti prohibentis extractionem Annonæ è terri-
18 torio, super quo † cum nihil etiam statutum esset
à Iure ciuili pœnæ comminatæ in edicto intelli-
gendæ erant de ijs, quæ ignorabant Statuta Pro-
uinciæ, & cum sequutus fuit *Albert. Brun. in statuto,
quod stantibus masculis artic. 5. num. 64. Ias. in l. omnes
Populi ff. de inst. & iur. num. 5. in prima lectur. & in con-
sil. 149. num. 3. lib. 2*

Neque verba huius Statuti poterant recipere in-
19 terpretationem † à consuetudine, quæ dicetur esse
contra fœminas, cum probaretur illas non fuisse
admissas ad alias successiones existentibus mascu-
20 lis; † quæ consuetudo cum generaliter recipi so-
leat pro interpretatione, ita etiam admitti poterat
pro declaratione mentis Statuentium super expli-
21 catione huius vocis iuris communis, † qua sta-
tuentes vsi fuerunt, vt voluit *Soccin. sen. dict. cons. 271
lib. 2. num. 3.* vbi dicit propter eandem consuetudi-
nem se motum fuisse *in cons. 81.* ad consulendum
pro contraria opinione quam tenuit *Romanus*,
Dec. cons. 469. num. 12. Mascard. de interpret. Statut.
22 *concl. 2. num. 97.* Non enim probata fuit talis † con-
suetudo, quia testes adducti solum deponebant,
quod fœminæ succedebant in hereditate patris si-
mul cum fratribus, eo quia talis esset consuetudo
loci, vnde inualuerat vox, quæ vsurpabatur instar
paroemiæ, vt fœminæ exirent cum dote è domo
paterna. Ex quibus non poterat dici probata ali-
qua consuetudo, cum ad eam inducendam neces-
23 sarium fuisset, vt constaret non solum † de fre-
quentia actuum, sed etiam diuturnitate temporis
cum consensu maioris partis populi, itaut testes
qui adducti fuerunt deponere debuissent super om-
nibus his tribus conditionibus, vt notant *Doct. in*

l.2.C. quæ sit long. consuetud. & ibi Bart. num.32. &
in l.de quibus,ff.de legib.vbi idem Bart.num.23.Iason.
num.38.Alber.num.121. & in l.cum de consuetud.n.1.
ff.eod.tit.de legibus. Præterea nihil dicebant ijdem
testes de hæreditate fratris,super qua vertitur ho-
24 die quæstio, † quod etiam probare debuissent,re-
ferendo actus particulares, ex quibus appareret,
ita seruatum fuisse in alijs successionibus,vt tradit
idem *Bart.in dict.l.de quibus num.24.Oldrad.cons.237*
num.3. & voluit *Alexand. in cons.196. num.14.lib.2.*
Dec.cons.534.num.9.Castren.cons.340.in fin.lib.2.Ro-
ta apud Cæs.de Graff.decis.6. de præben.num.4. & latè
deductum fuit in *Narnien.successionis 22.Maij 1622*
coram R.P.D.meo Merlino, in qua decisione consi-
deratum fuit,quod necessaria erat etiam hæc pro-
25 batio,quæ †non esset generalis,sed exprimeret ca-
sus particulares,in quibus fœminę non fuerunt ad-
missę ad hęreditatem simul cum masculis,cum po-
tuissent illę excludi propter renunciationem,quam
antea fecissent hæreditati patris,aut fratris.
Neque visum fuit obstare,quod in confirmatio-
26 ne Statutorum huius Oppidi, † quæ facta fuit au-
ctoritate Sedis Apostolicæ,adesset clausula: Dum-
modo sint in vsu,ex qua dicebatur,quod onus pro-
bandi,vt illa fuissent vsu recepta, translatum fuis-
27 set in Virginiam,& Domitillam, † quæ volebant
vti dispositione dicti Statuti,vt tenuit *Rot.decis.56*
num.5.par.1.diuers.& in Maceraten.cessionis 4.Nouem-
br.1592. coram Cardin. Seraphino inter impress. decis.
1004.num.9. Quia poterat hoc casu,præsumi illo-
28 rum † vsus tam ex eo, quod erant conformia di-
spositioni Iuris communis, vt tenuit *Rota dicta de-*
cis.56.num.4.par.1.diuers. & in Vrbeuetana hæredita-
tis 25.Maij 1626.coram Reuerendiss.Vrgellen. quàm
29 quia redacta † fuerunt in vnicum volumen, quod
publicè custodiebatur in Archiuo loci; Nam hoc
casu onus probandi eorum non vsum incumbebat
30 alteri parti,cuius erat hæc exceptio, † cum illa
præsumantur vsu recepta, vt voluit *Dec.in adducto*
cons.534.num.9.& tenuit *Rota apud Crescent decis.4.*
de priuileg.num.2. & coram Cardin.Seraph. decis.153.
num.2.& decisum fuit in Amerina dotis 24.Maij 1593
coram Penia,& in Perusina de Oddis 28.Iunij 1604.co-
ram Cardin.Millino; Et in his decisionibus respon-
31 sum † fuit clausulæ,quatenus sint in vsu quod illa
intelligenda erat de priuilegijs, quæ simul cum
Statutis confirmari solent,quia cum eadem Statu-
ta ante confirmationem essent inualida non pote-
rat gratia confirmationis se fundare in vsu con-
trario, qui etiam erat nullus. *Idemque decisum fuit*
in vna Asculana supplementi legitimæ 16. Nouembris
1574.coram Cardinali Blanchetto in 1.part.diuers.de-
cis.536.num.3.
Et ita,&c.vtraque,&c.

R. P. D. ROIAS

postea Episcopo TARRACONEN.

Romana Pecuniaria.

Mercurij 29. Maij 1641.

ARGVMENTVM.

Debitor Cambij,si fuerit citatus ad docendum de re-
missa dum de ea non fuerit doctum,rectè contra
eundem relaxatur mandatum, Auditor Cameræ in-
ter,& contra Mercatores procedit vti Princeps.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ validitas colligitur ex reuolutione actorum.*
2 *Iura ab aliquo producta plenè contra eumdem probant.*
3 *Ad Mandati relaxationem quando benè dicatur de-*
uentum.
4 *Auditor Cameræ potest procedere inter,& contra Mer-*
catores Curiæ,vsque ad quamcunque summam de pla-
no,& sine figura iudicij.
Inter Mercatores Auditor Cameræ, potest procedere
executiuè, manu Regia, & sola facti veritate inspe-
cta,num.5.
6 *Iudex,quando possit procedere vti Princeps.*
Clausulæ, manu regia, & sola facti veritate inspecta,
quid importent,num.5 & 6.
7 *Inter Mercatores Iudex procedere debet, ex bono, &*
æquo.
8 *Vendens habita fide de pretio quis conueniri non po-*
test nisi prius discussis emptoribus,limita num.10.
9 *Litteras Cambij transmittere ad nundinas,quid sit.*
11 *Debitor principalis,quando quis efficiatur suscipiens in*
se nomina debitorum.
12 *Mercatorum fidei,concernenti eorum professionem mul-*
tum deferendum venit.
13 *Clausula,sine præiudicio,præseruat præiudicium in non*
expressis,secus in expressis.

DECISIO XXIII.

DIxerunt hodie Domini mandatum ab A.C. re-
laxatum pro scutis auri marcatum 612.contra
Antonium de Federighis debitorem Iacobi Bri-
gnoni esse exequen vti validum,& iustum; De va-
1 liditate constat † ex reuolutione actorum, in qui-
bus leguntur omnes citationes necessariæ in hoc
iudicio *Verall.decis.260.par.2.Duran.decis.210.n.1.*
Iustitia verò desumpta fuit ex eo quia Federi-
ghius præfatus scripsit d. Brignono sub die 1.De-
cembris præteriti se remisisse d. pecuniarum sum-
mam Procuratori Christophori Brignoni ad pro-
ximas Nundinas Apparitionis Placentiæ, hocque
pro alijs scut.910. monetæ de quibus *per conto sal-*
do dederat creditum d.Iacobo necnon ex adnota-
tione facta in proprijs libris eiusdem Antonij de
Federighis,ex quibus omnibus benè remanet pro-
batum creditum Brignoni præsertim cum fuerint
2 ab eodem Antonio producta, † quæ ideo contra
eum plenè probant, *Rota in recent.decis.120.num.4.*
part.1. & part.2. decis.7. num.1. & 142.num.3.Gre-
gor.XV decis.138.num.4. vbi Addent.num.15.Duran.
decis.185.nu.17. qua propter cum d.Antonius fue-
rit conuentus coram A.C. ad docen de remissa, &
3 de ea non fuerit doctum,† vtique fuit benè deuen-
tum ad relaxationem mandati,vt in similibus ter-
minis firmat *Scacc.de camb.§.7.gloss.4.num 1.*
Nec obstat, quod fuerit actum sine obligatione
Camerali, & absque litteris Cambij, pro quibus
tantummodo executiuè procedi solet: fuit enim
responsum A.C.benè potuisse executiuè in hoc ca-
su procedere per amplissimas facultates, quas ha-
bet in negotijs spectantibus ad Mercatores,vt in
eius facultatibus impressis post *Salust.Tiber.in præ.*
num.19.

4 num.19. vbi expressè dicitur † Auditorem Cameræ posse procedere inter,& contra Mercatores Curiæ, vsque ad quamcumque summam summariè, simpliciter,& de plano,sine strepitu,& figura iudicij,
5 sola † facta veritate inspecta, & manu Regia, quæ clausulæ remittunt solemnitates iuris, *Dec.in cap. Pastoralis num.17.de appellat. Oldrad.cons.115.Hond. cons.49.num.32.lib.1.Grauat.ad Vestr.lib.5.cap.1.n.7. Mart.de claus.par.1.claus.180.Scacc.de appellat.quæst. 161.limit.1.num.76. Rot. decis.446.num.1. par.2.re-*
6 *cent.& par.5.decis.120.num.1.* & operantur † vt Iudex possit procedere vti Princeps *Mandos.cons.65. num.10. & cons.96. col.1. Gratian.decis.Marches.68. num.5. Iason. in §.bonæ fidei institut.de action.num.45. Brun.de cess.Bon.quæst.36.in 4.quæst.princ.num.6. cum*
7 *alijs per Gratian.d.decis.68.num.2.* cum inter † Mercatores procedatur de bono,& æquo, *Menoch.de arbitr.quæst.51.num.396.Thes.decis.166.num.7.Franch decis.303.num.3.Rota Ianuen.decis.23.nu.15.& par.1 recent.decis.641.in fin.& par.5.decis.395.num.12.*

Minus obstat, quod d. Antonius de Federighis sit debitor prædictæ summæ occasione mercium
8 transmissarum ad effectum vendendi,& † quæ successiuè fuerunt venditæ diuersis personis habita fide de prætio,& consequenter illum non esse conueniendum non discussis prius emptoribus.

Fuit enim dupliciter responsum. Primò debitum præfatum scut.612. auri marcharum benè prouenire ex litteris Cambij, cum d.Antonius debitum de quo agitur pro tali recognouerit dum dixit, quod pro eo extinguendo transmiserat ad nundinas Placentiæ litteras continentes proprij debiti
9 solutionem transmittere † autem litteras hoc modo nihil aliud importat, quam transmissionem litterarum cambij pro solutione facienda ita *Nauar. cons.31. lib.6. de vsur. Alex. Raud.in opusc.super banco S.Ambrosij num.37. Rot. Ianuen.decis.1.per tot. præsertim num.10.& 11.*

Secundo responsum fuit, quod dum Antonius & Brignonus conuenerunt, *del stare del credere*, suscipiendo dictum Antonium duplicatam prouisio-
10 nem, † hoc casu non esse deueniendum ad excussionem eorum, qui merces emerunt, sed eundem
11 Antonium esse reputandum † principalem debitorem,& in se suscepisse nomina debitorum, *Scacc.de camb.§.3.num.6.*& de hoc verbo, *del stare del credere est decis.120. par.5. recent.* vlterius data fuit fides Mercatorum attestantium hæc verba importare, quod Mercatores teneantur post acceptam duplicatam prouisionem, ac conuentionem *del stare del credere* maturatis pagis mercium venditarum transmittere pecunias retractas, quamuis non
12 exactas, † & de proprio,absque vlla debitoris excussione,quibus plurimum in hac materia esse deferendum dixit *Bald.cons.40. num.10. lib.5. Soccin. Iun.cons.27.num.22.lib.2.Gregor.XV.decis.126.nu.3. & 7.Duran.decis.368.num.12.*

Vltimo non obstat, quod in Epistola dicti Antonij adsint illa verba, *senza pregiuditio*. Quia
13 dicta verba benè † præseruant præiudicium in alijs, non autem expressis ita *Oldrad.cons.330.n.9. in fin.Gratian.discept.867.n.10.Mant. de claus.par.1. claus.142.n.2.*

Et ita resolutum, &c.

R. P. D. HIERONYMO VEROSPIO.

Postea S. R. E. CARDINALI.

Treueren. Vnionis.

Mercurij 29. Iunij 1641.

ARGVMENTVM.

Monasterium aliquod, si à Religiosis relinquantur, ob inuasionem Hæreticorum, tunc transit in administrationem Summi Pontificis, & quid sit dicendum si dictum Monasterium repetiatur esse membrum alterius Monasterij, & quando non dicatur probata talis annexio.

SVMMARIVM.

1 *Summus Pontifex vices DEI retinet.*
2 *Summo Pontifici censentur omnia bona donata, quæ aut ex munificentia Principum Virorum, aut aliorum pietate concessa fuerunt alicui Ecclesiæ.*
3 *Quod procedit etiam in legato, aut fideicommisso relicto Monasterio, quod tempore conditionis sequutæ, extinctum fuit.*
4 *Monasterium dirutum, si erat membrum alterius Monasterij, tunc eius bona in istud Monasterium transeunt, & non in Summum Pontificem.*
5 *Monachi Monasterij extincti, transeunt in illud Monasterium, cuius Monasterium extinctum ex membrum, & num 6.& 7.*
8 *Monasterium non potest dici membrum alterius Monasterij, si sint inter se diuersa.*
9 *Ordo Præmonstratensis, secundum antiquas Constitutiones, Religiosi profitebantur cum solemni voto seruare in certo Monasterio stabilitatem.*
10 *Cui voto fuit derogatum per Bullam derogatoriam Gregor.XV.*
11 *Derogationis Bulla, benè probat statum antiquum ante derogationem.*
12 *Ex bonorum administratione, non benè argui ad proprietatem eorumdem bonorum.*
13 *Monachi, qui inseruiunt curæ Monasterij Monastarijs Monialium, qualiter veniant censendi.*

DECISIO XXIV.

Postquam Catholicæ cultus Religionis restitutus fuit in ea parte inferioris Germaniæ, qua subest iurisdictioni Ioannis Aloysij Comitis Nassauiensis fuit eiusdem precibus Apostolica auctoritate erectum Collegium Patrum Societatis IESV vna cum Seminario puerorum, quibus ab eadem Sede Apostolica vnita fuerut diuersa Monasteria existentia in eadem Regione, quæ occupauerant Hæretici; Inter alia Monasteria sic vnita vnum fuit Monasterium Beselicense, quod cum Patres Ordinis Præmonstratensis ad se spectare contenderent, Proposui hodie dubium an constaret de illorum iure, & Domini negatiuè responderunt. Hoc enim Monasterium erat Cænobium sacrarum Virginum, à quo coactæ fuerunt abire sanctimoniales, quæ in illo erant propter inuasionem Hæreticorum. Vnde illius bona transierunt in potestatem Romanæ Ecclesiæ, & sub administra-
1 tione Summi Pontificis, qui dum Dei † vices retinet, censentur illi à principio donata fuisse omnia

nia bona, quæ aut ex munificentia Principum, Virorum, aut aliorum † pietate concessa fuerunt
2 alicui Ecclesiæ, *vt notabiliter voluit Geminian. in cap. vnico, §. confirmatos de religios. domib. lib. 6. in 5. notabili*, quem sequutus fuit *Ripa in l. quo minus num. 107. ff. de fluminibus Felyn. in cap. cum dilecta num. 22. de rescript. & notauit glos. in cap. sicut, §. in Decurionibus, ff. quod cuiusque Vniuersit. nomin. in verb. nomen Angel. super eadem l. §. si quid numer. 3. Bald. in l. hæreditas num. 8. ff. de hæred. instituend.* vbi
3 hoc dicit procedere etiam in legato, aut fideicomisso relicto Monasterio, quod tempore conditionis sequutæ extinctum sit.

Et licet non sit locus huic iuri fauore Romanæ
4 Ecclesiæ si Monasterium, quod † dirutum fuit subesset alteri Monasterio tamquam illius membrū vt dicebatur esse Monasterium Besiliçense, quod dicebatur primò fundatum à quodam Sacerdote nomine Godefrido, ab eo postea donatum fuit Abbatiæ Arnestensi eiusdem Ordiuis Præmon-
5 stratensis cum tali casu administratio bonorum † illius Monasterij non deuoluatur ad Romanam Ecclesiam, sed vel ad Monasterium, in quo tran-
6 sierunt Monaci, qui anteà habitabant in † Monasterio extincto, vt tradit *Ioannes Andreæ in cap. recolentes de stat. Monacorum in fin. Petr. de Perus. de permutat. Stat. Eccles. cap. 12. num. 1. Rodriq. quæst. Regular. tom. 3. quæst. 5. art. 4. & art. 6.* vel etiam ad supe-
7 riorem Religionis, aut Collegij quatenus eius Religiosi non possunt retinere bona in particulari, vt notat *Abbas in d. cap. recolentes num. 3. de stat. Monacorum, Felin. in d. cap. cum dilecta num. 21. de rescript. Bart. in l. vltim. ff. de colleg. illic. num. 22. tradit. Sanchez. super præcept. decalog. lib. 7. cap. 32. num. 59.* Tamen non probatum fuit, quod hoc Monasterium subesset eidem Abbatiæ, quia præter præsumptionem que sequebatur ex qualitate eius
8 Monasterij cum tamquam dicatum Custodiæ † sacrarum Virginum non posset esse vnitum cum Monasterio Monacorum, sed quodlibet eorum constituere debebat Collegium diuersum, vt notatur *in cap. diffinimus, & in cap. in nullo loco 18. quæst. 2.* & eorum authoritate tradit *Abb. in dicto cap. recolentes num. 3. de stat. Monac. Felyn. in dicto cap. cum dilecta num. 21. de rescript.* Præterea confirmabatur hæ præsumptio ex particulari instituto hu-
9 ius Religionis, in qua secundum antiquas illius † Constitutiones omnes Religiosi profiteri debebant Regulam in certo Monasterio, cui se offerebant cum solemni voto seruandi in eo perpetuā stabilitatem, quod etiam adduci poterat ad probationem, vt inter Monasteria huius Ordinis non intercederet aliqua coniunctio, sed quodlibet eorum constitueret corpus diuersum, ac distinctum ab alio, & idem probatum fuit ex literis reformationis concessis eidem Religioni à Gregorio XV.
10 † in quibus derogatum fuit voto stabilitatis, & indulto Monachis, qui reformationem amplecti volebant, vt posset transire ad Monasteria reformata, inter quæ sola debebat esse communio omnium rerum itaut Monachi vnius Monasterij
11 non possent dici professi magis vno, † quam in alio, ex quibus literis omnino probabatur qualis esset status antecedens huius Religionis super communione Monasteriorum *argum. text. in l. quæsitum, §. denique, ff. de fund. instruct. & in l. nam quod liquide, §. vltim. ff. de pecun. legat.*

Neque obstare visum fuit quod ex constitutionibus eiusdem Ordinis confirmatis ab Innocentio Quarto concedebatur Abbatibus Ordinis administratio bonorum Monasterij, in quo essent
12 Moniales, quia non ideo dici poterat, † quod concessa illis fuisset etiam proprietas eorumdem bonorum tàm in eis constitutionibus, quàm in illarum confirmatione solum tradita fuisset ipsis administratio respectu eorumdem bonorum, & regimen respectu cultus, ac profectus vitæ spiritualis, ex quibus non sequebatur, vt Monasteria Monialium dependere deberent tamquam membra, vel alia ratione essent vnita Monasterijs Ab-
13 batum quorum Regimini commissa erant † cum Monaci, qui perfici debuissent eisdem Monasterijs curæ Monialium censeri deberent esse tamquam earum famuli, & seruitores in Diuinis, iuxta rerminos *text. & in cap. in decima actione 18. quæst. 2. & tradit. Abb. cons. 8. columm. 3. in responsione ad 2. argumentum Franc. Mar. decis. 955. num. 11.*

Et ita, &c.

REVERENDISS. P. D. CERRO SACRÆ ROTÆ DECANO.

Romana Pecuniaria.

Veneris 7. Iunij 1641.

ARGVMENTVM.

Mulieris declaratio facta cum solemnitatibus Statutarijs valida est, & quid si statutum requirat etiam præter Iudicis decretum, præsentiam Patris, & mulier asseruerit mediante iuramento, si benè non conuenire cum Patre, & ex quo dicatur satisfactum tali præsentia.

SVMMARIVM.

1 *Mulieris declaratio facta cum suis solemnitatibus benè dicitur subsistere.*
2 *Patris persona in contractibus filij familias statutum Vrbis, ne dum requirit ad integrandam personam filij, verum etiam pro interesse ipsius patris.*
3 *Filius, dum bene se non habet, cum patre, tunc in eius contractu Iudicis præsentia supplet patris præsentiam.*
Sicuti eam supplet, quando pater esset absens.
4 *Mulieris assertio de mala conuenuientia cum patre, etiam iurata, non videtur attendenda, & quare.*
5 *Mulier eadem facilitate, qua inducatur ad aliquid faciendum, eadem etiam inducitur ad reliqua facienda.*
6 *Mulierum, vel minorum assertionibus si staretur actū esset in terminis statuti Vrb. lib. 1. cap. 151.*
7 *Iudex præsumitur informatus circa veritatem assertionum mulierum, vel minorum.*
8 *Et maximè si de assertione tali, aliter constaret, quam per eorum assertionem.*
9 *Filia, quod non bene conueniat, cum patre, qualiter bene dicatur constare.*
10 *De filij mala conuenientia cum patre constituto, actus celebratus sine eo, subsistit.*
11 *Statutum Vrbis de contractibus à filijs familias celebrandis,*

brandis, requirit Iudicis pecretum, & Patris præsentiam.

12 *Et dicto Statuto dicatur satisfactum per solum decretum Iudicis.*

13 *Iuramentum licet per se sit aptum ad supplendum defectum insinuationis.*

14 *Insinuationi, non dicitur satisfactum per iuramentum, quando insinuatio, & iuramentum requiritur in donatione.*

15 *Salicet. in l. dudum, num. 7. C. de contrahend. empt, & Bald. in rubic. eiusdem titul. num. 46. quo casu loquantur.*

16 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 157. cum decreto Iudicis, non exigit Patris auctoritatem, sed tantũ præsentiã.*

17 *Pater dum est absens, tunc per Decretum Iudicis, suppletur eius præsentia.*

18 *Confessio adminiculata probat.*

19 *Patris non bona conuenientia cum filia, ex quo non excludatur, & num. 20. 21. & 22.*

23 *Mulier, paupera, & non industriosa non censetur acquisisse multum.*

24 *Ignorantia non præsumitur, sed probanda venit, & maximè si detur fumus scientiæ.*

25 *Scientia ex pluribus simul iunctis dicitur concludenter probari, amplia num. 26.*

27 *Declaratio emanata à muliere etiam sine solemnitatibus tenet, quando emanauit ad exonerandam scientiam, & probandam veritatem.*

28 *Conscienniæ exoneratio adimit omnem fraudis suspicionem.*

DECISIO XXV.

POstquam D. Imperia Cosmi Incasati filia sequuto obitu Marci Antonij Patrui egisset contra D. Lelium Bariscianum de Perintijs suum filium, & d. Marci Antonij hæredem, pro consequendis pensionibus vnius quartæ partis domus, quam d. Marcus Antonius sub nomine D. Imperiæ emerat, D. Lelius vigore particularis rescripti obtinuit committi in Rota causam Iactationis, & Iactationum super hæreditate præfati Marci Antonij, & exhibito quodam Instrumento declarationis, in quo Imperia medio Iuramento ad fatendam veritatem, & pro exoneratione conscientiæ exposuit census societatis officiorum, cæterasque emptiones sub eius nomine cantantes fuisse factas per Marcum Antonium Patrum de pecunijs proprijs, seque in eis habere tantum nudum nomen; fuit disputatum coram bon. me. Coccino Decano an præfata declaratio suffragetur, dubioque affirmatiuè resoluto, reproposita causa coram bon. mem. Pirouano in locum Coccini subrogato Domini steterunt in decisis ex ijsdem fundamẽtis in d. decisione ponderatis, & à me rursus extensis.

1 Primum enim quod substineatur † declaratio emanata cum solennitatibus *statuti Vrbis lib. 1. cap. 151.* omnino subsistit. Quia licet facta fuerit absente patre, cuius tamen præsentiam statu-
2 tum expresse requirit nedum † ad integrandam personam filij, sed etiam pro interesse Patris, attamen quia Imperia exposuit se cum eo bene non conuenire, & iudex causa plenè cognita, decre-
3 tum interposuit, vtiq; Iudicis præsentia † suppleuit præsentiam patris, prout supplet quando ipse est absens, vt pro cautela tradit *Bald. in l. transactionem 35. n. 5. vers. consulo, & ibidem Castr. num. 4. C. de transact. Carpan. ad statut. Mediolan. par. 1. c. 416. num. 126. Borgnin. Caualcan. decis. 31. num. 39. par. 1.*

4 Quod autem dicebatur nihil esse curandum de assertione mulieris super mala † conuenientia, quamuis iuramẽto roboretur, cum potius videatur color quæsitus in fraudem statuti, & extorta præsumatur eadem facilitate, qua fuit inducta ad
5 declarationem faciendam, † ob quam rationem similes iuratus assertiones in terminis statuti non esse attendendas aduertunt *Curt. iun. cons. 118. n. 9. Pic. ad stat. gloss. 19. num. 21. & gloss. 23. num. 9. Rota post illum decis. 36. num. 8. cum seqq. & fuit dictum in Romana nullitatis obligationis 31. Ianuarij 1625. corã Illustriss. D. meo Merlino Dec.* Alias facillimè frau-
6 daretur statutum, & eluderetur † eius dispositio, si huiusmodi assertiones admitterentur, vt ratiocinatur *Soccin. sen. cons. 23. num. 13. lib. 4. Grat. decis. March. 239. num. 9.* & ponderauit *Rota in Romana fideicommissi 14. Iunij 1638. coram eod. D. meo Decano.* Visum fuit non subsistere nam præter
7 quod Iudex præsumitur † informatus de veritate huius assertionis, vt dicitur in decisione quæ reuidetur *vers. neque obstat*; Conclusio procedit quando constat rem aliter se habere, quam fuerit à cõ-
8 trahente enunciatum, † vel saltem quando de veritate non constat aliunde, quam pet assertionem contrahere prohibiti, vt declarat *Grat. d. dec. 234. num. 10. & 11.* Proindeque non applicatur casui nostro, in quo de veritate malæ conuenientiæ inter filiam, & patrem, constat euidenter ex assi-
9 duis litibus, & controuersijs † exortis ratione donationis quam Cosmus pater prætendebat euanuisse, vt habetur *in decis. 20. & decis. 251. part. 5.*
10 *rec.* Constito enim † de mala conuenientia cum Patre substinetur actus illo absente celebratus, vt in his terminis dixit *Rota in Romana societatis officij 13. Februarij 1606. caram Litta impress. post Pich. ad stat. Vrb. in ordine decis. 11. num. 9. & 10. quæ est repetita inter rec. decis 53. ad med. vers. hic verò p. 4.*

11 Nec augetur difficultas ex eo, quod statutum copulatiuè requirat Iudicis † decretum, & Patris præsentiam, vnde ferebant informantes pro Imperia non potuisse satisfieri statuto per solam
12 Iudicis authoritatem, † licet alias de iure sufficeret, vt notat *Salicet. in l. dudum num. 7. vers. & hæc vera C. de contrahend. empt. Bald. in rub. eiusdẽ tituli num. 46. Alex. in l. si cum decem. §. eo autem tempore vers. Bald. etiam ff. solut. matrim.* Sicuti vi-
13 demus † in iuramento quod licet ex se sit aptum supplere defectum insinuationis, illam tamen non supplet quando insinuatio copulatiuè requiritur cum Iuramẽto, vt dixil *Rota coram S. M. Greg. XV. decis. 260. nu. 7. & in recent. decis. 294. num. 12. cum seqq. part. 6. & fuit dictum in Perusina hæreditatis 10. Decembris 1628. doram bon mem. Card. Virile impress. post Gilian. ad Statut. Perus. decis. 97.* Ideo-
14 que † patrem fuisse saltem requirendum, eoque renuente, debuisse loco illius alium iudicem adhiberi, iuxta theoricam traditam *à Salycet. in d. l dudum d. num. 7. vers. ego tamen Alex. in d. l. si cũ Dotem §. eo autem tempore sub nu. 14. vers. & hanc limitationem,* quã etiam probauit *Rol. cons. 1. n. 184. lib. 2. Boccac. ad constitut. March. gloss. 3. num. 126.*

Quia pro responsione fuit animaduersum *Bald. Salicet. & alios,* ad propositum allegatos loqui de sta-

de statuto requirente copulatiuè Iudicis decre-
15 tum, † & authoritatem proximiorum, quæ propterea suppleri non potest per solam Iudicis authoritatem, cum vtraque requiratur, ac proinde rationes ex quibus præfati Doctores mouentur,
16 non esse applicabiles nostro statuto, † quod cum decreto Iudicis non exigit Patris authoritatem, sed solum præsentiam, ibi, *Et nihilominus præsentia Patris interueniat*, quam tamen certum est suppleri
17 posse à præsentia Iudicis, sicuti suppletur, † quando pater est absens, *vt ex Bald. Borgnin. Carpan. & alijs* ad propositum supracitatis firmatum fuit.

Subsistit etiam secundum magis solidum decisionis fundamentum, nempè quod ista confessio tanquam adminiculata suffragari debeat, licet
18 etiam deficerent † solemnitates statutariæ iuxta *decis. Achill. primam de confess.* quam passim Rota sequitur. Adminicula autem sunt vehementia, & efficacia, vt ponderatur in decisione, quæ reuidetur, nec vllatenus subuertuntur ex prætensis adminiculis in contrarium ponderatis.

Primum enim desumptum ex verisimilitudine, quod Marcus Antonius Patruus noluerit, fraudãdo Neptem, extorquere ab illa hanc declaratio-
19 nem, † dum in facto certum est vnice illam dilexisse, & mala morantem apud patrem ab infantili ætate in domum propriam recepisse, condignè aluisse, & bis etiam nuptui tradidisse nobilibus viris primo cũ dote tradita de proprio scut.4.mil. secundo cum altera scutor. 10. mill. Non subuertitur allegando quod hæc omnia fecerit ex obli-
20 gatione donationis à fratre reportatę, † qui a tale onus nedum in donatione non legitur quin potius constat de contrario, cum appareat expresse fuisse renunciatum *l.si vnquam C. de reuocand.donat.*
21 vnde manifestè † liquet hæc omnia processisse ex mera liberalitate, & beneuolentia erga Neptem.

Secundum deductum ex eo quod Imperia non potuisset acquirere pecunias sufficientes pro emptionibus tot bonorum, cum à patre fuissent omnia eius bona distracta, & reseruata solum scuta 22. quolibet mense, non euitatur ex modicitate scut.41.b.50. pro quibus empta fuit por-
22 tio illa domus; † Quia declaratio loquitur de pluribus, ac diuersis acquisitionibus locorum montium, censuum, societatum officiorum, & aliorum stabilium ingentis valoris, in quibus stat
23 firma præsumptio, quod acquiri non † potuerunt à muliere paupere, & non industriosa, vt in simili ponderatum fuit *in Anconitana Dotis 4. Iulij 1640. vers. & pro hac identitate coram me.*

Tertium vero elicitum ex diuturno silentio 15. annorum, & vltra non tollitur ex prætensa Imperiæ ignorantia, quia hæc nullibi iustificatur
24 immo ipsam † sciuisse, emptiones factas fuisse suo nomine est admodum verisimile, nedum attenta qualitate secundi viri Iurisconsulti diligẽtissimi, verum etiam coniunctione sanguinis cum Marco Antonio, & simultanea illius cohabitatione de tempore emptionum, iunctis illarum noto-
25 rietate, † & notabilitate, quibus omnibus simul iunctis scientiam concludenter probari, quamuis singula non sufficerent, *ex gloss. in l. 3. eiusdem verbi speciem, ff. de testib.dictum fuit in Romana diuisionis 15. Iunij 1640. corã R.P.D. meo Bichio, vers. eo magis, & sub die 10. Iunij 1641. vers. pręsertim, corã me.*

Nec visa fuit obstare replicatio, quod declaratio Imperiæ loquatur tantũ de bonis emptis sub ipsius nomine de pecunijs tamen Marci Antonij, proindeque non comprehendat domum emptam cum expressione, quod pecuniæ erant Imperiæ; hanc enim & alias similes replicationes tangentes ratam d. domus Domini reiecerunt ad iudicium pẽdens in foro Capitolino, & earum discus-
26 sionẽ suis iudicibus reliquerunt cum de illa † non agatur in Rota, sed solummodo de releuantia declarationis in genere, & in ordine ad secundum iudicium motum per Leliũ contra Imperia, ex remedio *l.diffamari, C. de ingen. & manumis.* prout etiã fuit animaduersum in decisione quæ reuidetur.

Subsistit demum tertium fundamentum, quod nullatenus potuit impugnari, præfatam scilicet declarationem emanare, ad exonerandam con-
27 scientiam, † & probandã veritatem, ideoque fieri potuisse etiam sine præsentia patris, ceterisque solemnitatibus requisitis à statuto Vrbis *d. lib. 1. cap. 151.* vt plenissimè firmatur *in d.decisione, vers.*
28 *& prædicta adminicula.* Exoneratio † enim cõsciẽtiæ adimit omnem fraudis suspicionem ad cuius exclusionem statutum exigit patris præsentiam, vt notant *Castrens. in l. transactionem 35. num. 4. C. de transact. & Gabr. cons. 5. num. 21. lib. 2.*

Et ita vtraque parte informante resolutum &c.

R. P. D. ROIAS.

Postea Episcopo TARRACONEN.

Mantuana Feudi.

Veneris 7. Iunij 1641.

ARGVMENTVM.

Vassallus, qui mediante persona procuratoris, siue tamen speciali mandato feudum Ecclesiasticum acquisiuit ea conditione, & lege, ne de eo aliquem contractum, sine speciali domini directi consensu inire valeat sub pœna caducitatis, quando illam incurrisse dicatur, vbi aliam personam infeudauit, saluis iuribus Ecclesiæ, & non alias aliter, nec alio modo. Hinc sub infeudationis materia sanè declaratur, quando scilicet, & in quibus casibus illa permittatur absque incursu pœnæ in inuestitura appositæ.

SVMMARIVM.

1 *Subinfeudatio fieri potest sine Domini, aut eorum quorum interest consensu.*
2 *Amplia conclusionem etiam in feudo Ecclesiastico procedere.*
3 *Subinfeudatio fieri nequit, nisi concurrentibus requisitis, quæ enumerant* DD, *in cap.1.§.similiter delegi.*
4 *Subinfeudatio fieri nequit, vbi in inuestitura adest pactum de non alienando vide num. 12. & seq.*
5 *Subinfeudatio etiam bonorum Ecclesiæ absque fraude facta præsumitur, nisi illa probetur. Fraus de iure non præsumitur. num.5.*
6 *Subinfeudatio facta sine præiudicio Domini directi, & cum clausula*, non aliàs aliter, nec alio modo, *præser-*

præseruat illius iura, ac si subinfeudatio facta non fuisset, quod procedit etiam traditione secuta.
Intellige vt num. seq.
8 *Subinfeudatio, quod fuerit facta personæ æquali ex quibus deducatur, & num. 9.*
9 *Aequalitatis ratio in subinfeudatione commensurari debet cum qualitate iuris domini directi, ne scilicet eius conditio efficiatur deterior.*
10 *Iubi infeudatio præsumitur facta eadem lege, & conditione, quibus infeudans à Domino acceperat.*
11 *Contractus feudi sub aliqua conditione initus á procuratore non habente speciale mandatum non inducit in Domino notitiam illius pacti.*
Ignorantia pacti de non alienando sine consensu Domini directi appositi in feudo, per procuratorem sine speciali mandato acquisito, excusat Dominum subinfeudare volentem. numer. 11. & 12.
13 *Ignorantia excusat à pæna caducitatis.*
14 *Approbans instrumentum censetur etiam approbasse pactum in instrumento appositum.*
15 *Apprabatio tacita actus ab aliquo gesti importat quidem scientiam actus, non autem conditionum, & qualitatum illius.*
16 *Scientia ad effectum caducitatis debet esse specifica cum omnibus suis qualitatibus, nec generica sufficit, vel præsumpta.*
17 *Caducitas incursa per antecessorem, non potest declarari contra successorem. & num. seqq. vbi vide.*
18 *Amplia conclusionem procedere etiam, quod illa vigore pacti incurratur.*
21 *Caducitas ob non seruatas conuentiones ita demum incurritur si deuolutio sit adeo clara, & inexcusabilis, vt nullo velamine celari possit, & num. seq.*
23 *Caducitatem ad excludendam quamlibet causam, & interpretationem, semper Rota admittere solet.*

DECISIO XXVI.

CVM bon. mem. Ferdinandus Gonzaga Dux Guastallæ habuisset in solutum à D. Aloysio Gonzaga nonnulla bona stabilia sub directo dominio Episcopatus Ecclesiæ Mantuanæ accepit mediante eius procuratore sub die 27. Ianuarij 1623. à dicti Episcopatus administratione eorumdem bonorum concessionem in feudum pro se, & illius hæredibus ex eo legitime descendentibus pacto tamen adiecto, quod de prædictis bonis concessis nequeat contractum, distractumque aliquem quoquomodo facere, sine speciali, & expressa licentia prædicti administratoris.

Die verò 28. Iunij eiusdem anni 1623. idem Ferdinandus Dux Guastallæ saluis iuribus Episcopatus Mantuæ, & non aliter, nec alio modo subinfeudauit eademmet bona Comiti Vincentio Caffino, vnde post plures annos promotor fiscalis d. Episcopatus prætendens dicta bona esse deuoluta Ecclesiæ ex eo, quod dicta subinfeudatio secuta fuit sine licentia Administratoris contra formam pacti contenti in instrumento, obtinuit de anno 1639. contra Modernum Ducem Guastallæ nepotem d. primi acquirentis, qui subinfeudauit sententiam declarantem factum esse locum deuolutioni feudi ob eius alienationem sine consensu Episcopi domini directi, à qua appellatum, causaque mihi commissa dubitaui, an sententia esset confirmanda, vel infirmanda, & DD. dixerunt esse infirmandam stante eius iniustitia, quæ duplici capite constabat.

1 Et primo quod subinfeudatio † de iure potest fieri sine Domini, aut eorum quorum interest consensu *per text. in cap. 1. §. sed etiam ref. vers. per feudum tamen per quos fiat, inuestit. cap. 1. §. similiter de leg. Corad. & ibi d. glos. & DD. relati per Clar. in § feudum, quæst. 32. num. 1. Rosental. de feud. cap. 9. conclus. 43. num. 1. sub lit. A. & Intrigliol. de feud. cent. 2. art. 5. à num. 522. per plures sequentes.*
2 Quod etiam procedit in † feudis Ecclesiasticis iuxta communiorem, vt admittunt *Clar. d. quæst. 32. num. 2. vers. contrariam tamen, Intrigliol. d. art. 5. num. 541. Peregr. decis. 150. num. 44., & Marescott. var. resol. lib. 3. resol. 95. num. 2.*

Nec obstat, quod subinfeudatio fieri nequeat,
3 nisi † quando, vel non concurrunt requisita, de quibus per *DD, in dict. cap 1. §. similiter de leg. Corrad. relat. per. Rosent. d. concl. 43. numer. 3., & Intrigl. d. art. 5. num. 526.* Vel quando in inuesti-
4 tura adest pactum † de non alienan. vt hic, ne dictum pactum fiat inutile, cum quæuis alia alienatio sit de iure prohibita DD. comuniter, & præsertim *Bald. in cap. 1. §. Præterea, de capit. Corrad. & alij congesti per Rosental d. concl. 43. num. 3. & in glos. sub. lit. E. & Intrigl. d. art. 5. num. 547. & seq.*

Dicebant enim Domini hic benè requisita concurrere, primum scilicet, quod sit facta sincere,
5 & absque fraude Ecclesiæ patet, † nedum quia fraus non præsumitur, nisi probetur *Crauet. cons. 145. num. 2. Anchar cons. 227. num. 2. Rota decis. 1. n. 2. de donat. in nou. & decis. 112. num. 1. post 2. volum. cons. Farinac.* Sed etiam, quia in præsenti cessat, cum subinfeudatio non fuerit facta clandestine, sed in Cancellaria Episcopali per officiales Episcopatus tum quia per protestationem expressam in dicta
6 subinfeudatione cum † clausula, *non aliter, nec alio modo*, fuerunt præseruata iura Ecclesiæ, adeout subinfeudans non posset dici in culpa, etiam si secuta fuerit vera, & actualis rei traditio, dummodo tamen, vel res non sit difficilis recuperationis, velut Castrum munitum, vel acqui-
7 rens non sit Domino potentior, † vel non adsit aliquo modo præ iudicium, vel spretus domini directi, *vt per Bald. in cap. 1. §. fin. num. 5. vbi DD. quæ fuit prim. caus. benefic. amitt. in vsib. feud. & in cap. Cumana num. 9. de elect. proposit. in cap. Imperialem, num. 6. vbi Aluar. num. 15. Afflict. num. 25. de probib. feud. alienat. per Federic. cum alijs per Clar. in §. feudum quæst. 31. num. 5. vers. bene, Rodoan. de rebus Eccles. non alienan. quæst. 79. cap. 8. num. 16. Frect. comment. feud. lib. 2. de auth. & potest. Baron. auth. 1. num 32. & seq. Schirader. de fæud. par. 9. cap. 1. num. 21. vers. hoc tamen, Rosental. cod tract. cap. 9. & rub. 61. num. 1. & 2. Anton. Thes. quæst. forens. lib. 1. quæst. 53. num. 2. Gratian. discept. 633. num. 27. & 949. num. 14.*

Secundum verò, quod fiat personæ æquali pa-
8 riter patet, † quia æqualitas non est semper existimanda ex conditione, & qualitate dantis, & accipientis iuxta praxim feudistarum, sed diuersimodè iuxta subiectam materiam, nempe quod tunc pari, aut maiori pernecesse sub infeudatio fiat, quando Marchionatus, aut Comitatus, vel aliquod aliud feudum nobile subinfeudatur, secus verò, vt in præsente si conceditur aliqua res Par-

9 Particularis, vel feudum gnobile. † ista enim ratio æqualitatis debet commensurari cum qualitate iuris domini directi nimirum, quod eius cõditio non deueniat deterior subinfeudationem, vt animaduertit *Rosent d. cap. 9. conclus. 44. num. 5. & seq.* quē latè sequitur *Herman Vulter. de feud. lib. 1. cap. 10. num. 144.* & quidem in casu nostro melius resultat ius Ecclesiæ per dictam subinfeudationem in personam debiliorem.

Tertium denique, quod subinfeudatio fieri debeat *eadem l. & conditione*, qua subinfeudans acce-
10 ceperat † à Domino. Item patet, quia ita præsumitur facta, nisi contrarium probetur *glos. in cap. 1. §. illud, vers. item eadem l. de nat. feud. Afflict. in cap. 1. §. illud, num. 62. de probib. feud. alienan. per Frideric. Paris. de Put. de reintegr. feud. can. 208. n. 2. Rimin. iun. conf. 780. n. 45. et 74. vol. 3.*

Nec probatur ex eo, quod Dux non subinfeudauit cum eodem pacto de non distrahendo, cum quo ipse inuestituram acceperat. Quia cum ipse talem inuestituram receperit mediante procuratore non habente mandatum ad illam recipien-
11 dam † cum tali pacto præsumendum est, quod ipse non habuisset notitiam pacti, adeo vt non possit ei imputari eiusdem pacti defectus in subinfeudatione, quam deinde facit, vt in puncto fuit aliàs decisum *coram Eminentissimo Card. Pamphilio in Bononien. Bonorum 27. Iunij 1605.* data in calce Iuris D. Com. Fabij Carandini de Ferrarijs, quæ DD. placuit.

Et hinc cessat etiam aliud obiectum supra deductum, quod non possit fieri subinfeudatio quoties in inuestitura adest pactum de non alienan-
12 do, quia eius † ignorantia debet excusare Ducem, qui circumscripto dicto pacto poterat de iure infeudare ex prædictis regulare est enim,
13 quod ignorantia excusat † à pœna caducitatis, *glos. & DD. in l. 2. de iur. empbit. Rolan. conf. 66. n. 19. lib. 2. Hond. conf. 42. n. 15. lib. 2. Caual. dec. 94. n. 1. & par. 6. recent. decis. 25. num. 15.*

Nec quicquam facit, quod per plures actus Dux tacitè approbauerit dictam inuestituram
14 adeout † videatur etiam approbasse dictum pactum cum quo illam acquisiuit eius negociorum gestor, secundum *Bart. in l. si negotia in princip. vers. imò totum, & in l. si quis negocia, versic. nam, & eden, ff. de neg. gest. Castren. conf. 1. num. 4. vers. ad prædicta par. 1. & Tiraq. de retract. conuent. §. 7. ad fin. tit. n. 7.* quia diuersum, quod ipse teneatur approbare pactum, & qualitatem concessionis acquisitę per suum negociorum gestorem, dum acquisitionem comprobat, & quod exindè habeat scientiam d.
15 pacti † approbatio enim tacita alicuius actus gesti per tertium importat, quidem pernecesse scientiam actus, sed non conditionem, & qualitatem actus saltem claram, & certam, vt opus est ad hoc, vt quis per scientiam dicatur incidisse in pœnam caducitatis, ad quem effectum, scientia
16 † debet esse specifica cum omnibus suis qualitatibus, nec sufficit scientia in genere, vel præsumpta, *c. concertationi, vers. scientia, & ibi Gemin. num. 15. de appellat. in 6. Paris. conf. 47. num. 9. lib. 1. Crauet. conf. 93. num. 8. Natt. conf. 636. num. 192. Becc. conf. 111. num. 20. Surd. conf. 328. num. 28. Put. dec. 387. num. 4. lib. 2. in correct. & in recent. decis. 621. num. 1. par. 1. & decis. 130. num. 26. par. 6. & in d. Bononien. bonorum 27. Iunij 1605. coram Eminentiss. Card. Pamphilio.*

Secundo vero constabat de iniustitia eo quia
17 caducitas † incursa per Ducem Ferdinandum non poterat declarari contra Ducem modernum eius nepotem. *Cuman. conf. 164. num. 3. versic. quinimo etiam. Rip. in l. fin. quæst. vlt. num. 236. C. de reuoc. donat. Ruin. conf. 10. num. 4. lib. 1. Gabr. conf. 67. num. 7. & 10. cum seq. lib. 2. Hond. conf. 55. num. 20. lib. 1 Caldas de renou. emphit. lib. 4. cap. 16. nu. 29. & 30. Rot. Romana prætensæ deuolutionis 18. Februarij 1636. coram R. P. D. Dunozetto*, vbi quod
18 ista † conclusio procedit etiam, si pœna incurritur vigore pacti.

Nec contrarium est dicendum in feudis quo-
19 tiescumque † pœna incurritur ob non seruatas conuentiones, *vt hic per text. in cap. vassalli, si vassal. feud. priuent*, & tradunt *Bald. in cap. 1 §. insuper num. 7. de probib. feud. alien. per Feder. Rip. in repet. l. fin. num. 236. C. de renouat. donat. Becc. conf. 9. n. 14 Berou. conf. 121. num 10. lib. 1. Sylu. de recogn. feud. quæst. 29. lib. 7. num. 5. Surd. decis. 29. num. 11.* Idque,
20 & Rota admisit, licet contrarium † senserit in emphiteusi *in d. Romana prætensę deuolutionis 18. Februarij 1636. coram R. P. D. meo Dunozetto.*

Nam etiam in feudis id procedit solum, quan-
21 do † deuolutio est adeo notoria, & in excusabilis, quod nullo pacto negari, aut defendi possit, se-
22 cus autem † si possit aliquo colore velari, vt hic propter ignorantiam d. pacti. *Clar. in §. feudum quæst. 65. num. 1. vers. quam opinionem*, & latè exornat *Rota in repetita Romana prætensa deuolutionis 18. Februarij 1636. coram R. P. D. meo Dunozetto.*

Et Rota ad hunc effectum solet admittere
23 quamcumque † causam imaginariam, & coloratam, & pro ea excludenda sumit omnem possibilem interpretationem. *Seraphin. decis. 1227. n. 5. Greg. XV. decis. 256. num. 2. & 388. num. 4. & par. 6. recent. decis. 293. num. 23.*

Et ita resolutum vtraque parte informante, &c.

R. P. D. HIERONYMO VEROSPIO

postea S. R. E. CARDINALI.

Mutinen. Bonorum.

Veneris 7. Iunij 1641.

ARGVMENTVM.

Ecclesia lædi non debet ex confessione, vel facto Præsidis, vel Rectoris, quod procedit etiamsi esset iudicialis, sed nulliter emanatæ. Positiones vt dicantur iudiciales, quid requiratur. Positiones admissæ cum clausala si & in quantum, quid operetur talis admissio. Confessio erronea non nocet, constito de errore, & maximè quandò fuit facta à sene, in quo omnes virtutes corporis mutantur.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiæ iura lædi possunt ex declaratione, aut facto Præsidis, aut Rectore illius.*

Quod

Quod procedit in quocumque alio, cui commissa sit administratio bonorum Ecclesiæ. num. 1.
2 Administrator bonorum Ecclesiæ non potest donare.
3 Confessio Rectoris Ecclesiæ, non præiudicat ei, quia si non potest ipse directe Ecclesiæ præiudicare, multo magis poterit eidem indirecte præiudicium inferre.
4 Confessio Rectoris facta in iudicio solet Ecclesiæ præiudicare.
Propter Iudicij solemnitatem videtur cessare omnis suspicio fraudis. num. 4.
Rectori Ecclesiæ non est prohibitum agnoscere bonam fidem. num. 4.
5 Positiones, vt releuet, debent produci ab habente speciale mandatum.
6 Confessio emanata super positionibus inualide productis, non dici potest iudicialis.
Cum potius dici possit voluntaria, quam coacta. nu. 6.
7 Positiones admissæ à Iudice, cum clausula, si, & in quantum, qualiter censeantur admissæ.
8 Positiones admissæ cum clausula, si, & in quantum, illæ non censentur admissæ, dum non erant admittendæ.
9 Clausula, si, & in quantum, posita in admissione positionum, ita præseruat ius respondentis.
Vt confessio emanata, perinde est, ac si non emanasset, postquam certum est, quod positiones non erant admittendæ.
10 Confessio alias nulla, probat tamen concurrentibus pluribus indicijs, pro veritate d. confessionis.
11 Coniecturæ leues non iuuant.
12 Probatio, quæ non percutit tempus, de quo quæritur non releuat.
13 Probatio æquiuocat non iuuat, & num. 14. & 15.
16 Approbare is non censetur voluisse, id quod contra se facit.
17 Alienatio bonorum Ecclesiæ, vt valeat, sunt necessariæ in ea omnes solemnitates in ea requisitæ.
18 Beneplaciti Apostolici præsumptio ex cursu temporis, quando cesset.
19 Præscriptio contra Ecclesiam non potest intrare, seu incipere durante vita Rectoris, qui contraxit.
20 Confessio facta erronee non probat, docto de errore.
21 Contradicens se manifeste signum est, quod est in errore.
22 Error præsumendum est, ad euitandam malitiæ suspicionem.
23 Erroris præsumptio facile admittitur in senibus.
24 In senibus omnes virtutes corporis mutantur.
25 Scripturæ amissio probatur ex iuramento eius, qui eam amisit, si non tenebatur illam custodire.
26 Vel ratione officij, vel non poterat ad illius exhibitionem cogi aliqua actione, sed solo officio Iudicis.

DECISIO XXVII.

CVM duabus sententijs Rotalibus statutum fuisse, & quod erat concedenda reintegratio Angelo Rectori Benificij S. Siluestri ad possessionem bonorum, quæ à Gaspare eius antecessore concessa fuerant in emphyteusim perpetuam, Bernardino inter cæteras rationes, quæ consideratæ fuerunt in decisionibus, ex quibus visum fuit probari iustitia earumdem sententiarum, vna fuit, quod in alienatione tunc facta deficeret solemnitas beneplaciti Apostoli, quæ necessaria erat tàm ex dispositione iuris, quàm ex forma instrumenti fundationis Beneficij. Vnde commissa causa in tertia instantia, eaque coram me pendente, Franciscus, & Iunipera successores Bernardini petierunt, vt Angelus exhiberet fidem processus, qui dicebatur factus fuisse coram exequutore super euidenti vtilitate eius concessionis, cum confessus fuisset Angelus in responsionibus ad positiones, quæ datæ fuerunt pro parte eiusdem Francisci, & Iuniperæ apud se habere fidem eiusdem processus. Et disputato articulo sub die 13. Iunij anni præteriti * decisum fuit Angelũ compelli posse ad illius exhibitionem, interea obijt Angelus eique in Beneficio successit Bartholomæus, quo instante proposui hodie dubium, An confessio Angeli præiudicaret Ecclesiæ, itaut illa obstare possit reintegrationi, quam eadem Ecclesia petebat, & dubio bis proposito, DD. responderunt non ob-
1 stare eam confessionem, quia regula † erat fauore eiusdem Ecclesiæ, vt illius iura lædi non possint ex facto, aut declaratione, quam fecerit Præsul, aut Rector, siue quicumque alius, cui commissa sit administratio eius bonorum, vt notat *glos. in cap. dudum, in verb. de verit. de elect. & in cap. 2. de testibus lib. 6. in verb. conuent. DD. in cap. vlt. de præscrip. & ibi Abb. num. 44. Felin. num. 2. post glos. in verb. nulla. Bart. in l. certum. §. sed an & ipsos in fin. ff. de Confess. Calderin. cons. 3. eodem tit. Roman. cons. 389. nu. 1.* & rationem adducit *Calder. in d. cons. 3.*
2 quia † Administrator bonorum Ecclesiæ non potest donare, vt sponte confitendo videtur facere; Alia vero rationem considerauit *Abb. in cap. vlt. de præscript. eod. num. 44.* quod si admitteretur con-
3 fessio Rectoris in præiudicium † Ecclesiæ posset idem indirecte afficere, quod directe facere non poterat, nimirum vt valeret alienatio eius bonorum, & vtramque rationem considerauit *Soccin. sen. in consil. 15. num. 3 lib. 1. Salicet. in l. 1. num. 21. ff. de confess.*

Neque poterat recedi ab eadem Regula eo quia d. confessio videretur facta in iudicio, quæ
4 solet † Ecclesiæ præiudicare cum propter solemnitatem iudicij videatur cessare omnis suspicio fraudis, neque prohibitum sit Rectori agnoscere bonam fidem, vt voluit idem *Abb. in d. cap. vlt. de præscript. & in cap. 1. num. 15. de dol. & contum. Calderin. eod. cons. 5. de confess. Angel. consil. 245. num. 8. Paris. cons. 3. num 29. lib. 4.* & tenuit *Rota apud Bellamer. decis. 696. & in decis. 141. num 4. par. 2. recent.* Neque enim potarant eidem confessioni competere priuilegia confessionis iudicialis, quia positiones ex quarum responsione sequebatur ea confessio non solum productæ fuerunt à procuratore
5 Francisci, & Iuniperæ, † qui non habebat mandatum speciale ad illas producendas, sed Rector eis respondit non præcedente monitione, aut iussu Iudicis; Vnde talis confessio existimari debe-
6 bat potius voluntaria, quam coacta, † quauis diceretur emanasse in iudicio, vt notant *DD. in l. vnica. C. de confess. num. 14. Bald. num. 40.* & in Rectore notauit *Abb. in cap. ex parte num. 10. eodem tit. & in d. cap. dudum de elect. num. 32. Alex. cons. 226. num. 6. lib. 2.* & fuit dictum *in Augustana Decimarum 27. Iunij 1639. coram R. P. D. meo Bichio.* Quod præcipuè dicendum erat deficiente manda-
7 to procuratoris, † qui eas positiones † produxit, quia cum postea illæ fuissent admissæ à Iudice

cum clausula si & quantum eius defectus opera-
8 batur, vt illæ non censerentur admissæ, † dum
non erant admittendæ; vt tradit *Bald. in l. 1. C.
quomodo, & quando Iudex num.* 17. vbi de admis-
sione positionum facta aumha c clausula, quem
refert *Hond. cons.* 21. *num.* 19. *lib.* 1. *Rota in Roma-
na alimentorum* 28. *Februarij* 1582. *coram Orano*,
imò ex hac clausula præseruatum, ita erat ius
9 respondentis, vt † confessio haberi deberet, ac
si facta non fuisset, postquam certum est, quod
illæ non tenebatur respondere, vt censuit *Rota in
d. Romana alimentorum*, & voluit *Bald. in d l. 2. in
fin. C. qui legit. person. hab. stand. in Iudic. Rimin. cons.*
496. *num.* 9. *volum.* 3. *Curt. iun. in l. cum & iudices* §,
quod obseruari. num. 106. *C. de iuram. quod propter
calumn. datur*.

Non etiam visum fuit obstare, quod dicebatur vt
10 eadé confessio confirmaretur † alijs præsumptio-
nibus aut coniecturis, qua ratione solet etiá limi-
tari eadem Regula, vt voluit *gloss. in d. cap. dudum*,
Bald. in auth. hoc ius porrectũ C. de sacros. Eccles. n. 23.
& ibi etiam *Cyn. nu. Dec. cons* 474. *num.* 5. *Ruin.
cons.* 142. *num.* 4. *lib.* 1. *Rota decis.* 177. *num.* 5. *par.* 2. *di-
uers. & coram Card. Seraph. decis.* 442. *num.* 2. quia
coniecturæ, quæ adducebantur non visæ fuerunt
11 hoc concludere, † vel quia omnes essent leuissi-
mæ, vel quia adessent aliæ plures fauore Ecclesiæ,
quæ videbantur probare, vt Angelus errore du-
ctus fuerit ad ita confitendum. Etenim inter cæ-
teras coniecturas adducebatur primo loco decla-
ratio quam fecerat quidam nomine Ioannes Fran-
ciscus, qui dicebatur egisse cum partibus, vt
componeret inter eas hanc controuersiam ante-
quam illa proponeretur in iudicio, & in ea decla-
12 ratione continebatur † quod ille acceperat de
manu Angeli fidem processus factam super vtili-
tate Ecclesiæ in alienatione horum bonorum,
eamque postea reddidisse eidem Angelo, quæ at-
testatio non concludebat de tempore quo datæ
fuerunt positiones à procuratore Francisci, eisq;
responsum ab Angelo. Vnde ea probatio tam-
13 quam imperfecta non poterat coniungi † cum
alijs ad conficiendam plenam probationem dum
illæ erant eodem modo imperfectæ, vt notatur
in l. si idem; ff. de iurisd. omn. & in l. spadonem, §. *qui
iura. ff. de excusat. tutor. & in l.* 1. *C. qui amun. tut. se
excusar. possit*, & notat ibi *glos. in verb. non profi-
ciunt*.

Adducebatur altera coniectura ex alia confes-
sione eiusdem Angeli, qui ante motam litem di-
14 cebatur † declarasse, quod paratus erat conce-
dere consensum super translatione bonorum in
alias personas, dummodo seruarentur conditio-
nes, quæ continebantur in instrumento fundatio-
nis, ac beneplacito Apostolico, sed neque hæc
illius declaratio concludebat, vt confectus fuisset
processus super alienatione eorum bonorum, siue
quod idem processus existeret apud Angelum
cum se retulisset ad ipsam confirmationé Aposto-
licam, quam credere potuit interuenisse eo
quia ita sibi dictum fuisset ab ijs, qui pete-
bant consensum pro noua alienatione eorundem
15 bonorum, † vel etiam referri poterat ad fidem
confirmationis eiusdem concessionis quam Fran-
ciscus obtinuerat à Card. Camerario, quæ non
poterat suffragari pro illius validitate, vt firmatũ
fuit in decisionibus factis in hac causa *coram R. P.
D. meo Rayas sub die* 28. *Iunij anni* 3638. *& coram
Reuerendiss. D. meo Decano sub die* 22. *eiusdem mensis
16 sequentis anni* Vnde neque † etiam ea confessio
potuisset nocere Angelo, cum ille confitendo
adesse beneplacitum, non ideo censeatur illud
approbasse, aut confessus fuisse, quod in eius
confessione seruatæ fuissent omnes solemnitates,
17 quæ necessariæ † erant, vt eadem concessio va-
lere posset *argum. text. in l.* 1. *& in l. si. ex cautione,
C. de non numer. pecun.* & fuit dictum *in Auersana
Pensionis* 17. *Martij* 1628. *coram R. P. D. meo Mer-
lino, & in Meliten. Pensionis* 7. *Iunij* 16 0. *coram
bon. mem. Coccino*.

Tertia coniectura desumebatur ex cursu tem-
poris annorum quinquaginta septem, qui dice-
bantur intercessisse inter tempus alienationis, &
18 diem motæ litis, quod tempus † etiam adduci
poterat, vt inde præsumeretur beneplacitum
Apostolicum, cum semper ea concessio obserua-
ta fuisset, quæ coniectura non visa fuit hoc casu
obstare, cum deducendum esset tempus quo vi-
xit Gaspar, à quo primo alienatæ fuerunt hæc
19 bona, cum non potuisset † eo viuente incipere
aliqua præscriptio contra Ecclesiam, vt firmatum
fuit in decisione *coram R. P. D. meo Roias sub die*
28. *Iunij anni* 16 8. *&* 14. *Ianuar.* 1639. *& coram
Reuerendiss. D. meo Decano sub die* 22. *Iunij eiusdem
anni*, & notant *DD. in cap. cum ex litteris de restit.
in integr. vbi Abb. num.* 10. *Imol. n.* 12. *Felin. in cap.* 1.
num. 10. *de præscr. Redoan. de reb. Eccles. non alienan.
rubr.* 1. *cap.* 3. *num.* 5.

E contra verò aderant pro Ecclesia plures aliæ
coniecturæ, quę probare videbantur, vt Angelus
inductus fuerat ad eam confessionem ex errore.
Ille enim impugnauerat alienationem horum
20 bonorum ex hoc solum capite, † quod fuisset
damnosa Ecclesiæ, & nunquam fuisset confirma-
ta Apostolica auctoritate, imò dum postea mo-
nitus fuit in iudicio ad respondeudum positio-
nibus, quas produxerat procurator Francisci, vt
super ijs interrogatus fuit, an audierit dici, quod
idem beneplacitum obtentum fuisset ille hoc ex-
pressè negauit, & ita dum postea confessus fuit
habere penès se fidem publicam processus confe-
cti super euidenti vtilitate Ecclesiæ sibi manifestè
21 † contradixit, cum idem processus continere
debuisset primo loco literas Apostolicas, quæ di-
rectæ erant Executori à quo recipi debebant
probationes super vtilitate eiusdem concessionis;
ex hac vero contradictione, quæ colligebatur ex
alia confessione facta eodem ferè momento tem-
poris probatur manifestè error primæ confessio-
22 sionis, qui error † etiam præsumi debebat ad
euitandam suspicionem malitiæ, quæ Angelo
obstare ex ea contrarietate, *arg text. in l quod adhi-
bitus, C. de his, qui sibi ascribunt in testamento, & l.
quoties*, §. *qui dolo, ff. de probat.* notat *Bart. in l. quo-
ties*, §. 1. *num.* 3. *ff. de hæred. instit. & in l. si librarius
num.* 7. *ff. de regul. iur.* quod præcipuè dicendum
erat inspecta graui ætate Angeli cum facilius ad-
23 mittatur † hæc præsumptio erroris in senibus, in
quibus mutantur penè omnes virtutes corporis,
vt inquit *D. Hieronymus in epist. ad Nepotianum*, &
24 præcipuè de hac † animæ facultate tradit *Arist. in
lib. de memoria, & remiscentia cap.* 2. *gloss. in lect.
sene.*

senectus, *C. de donat. Menoch. de arbitr. Iud. lib. 2. Centur. 1. cap. 26. num. 4.* & visum fuit tolli omnem suspicionem ex iuramento, quod præstiti idem Angelus in quo asseruit non habere eum processum, neque desijsse illum dolo possidere cum ex
25 tali iuramento probari possit † nmissio rei si pars contra quam agitur pro exhibitione non tenebatur eam rem custodire ratione officij, vel non poterat ad illius exhibitionem cogi aliqua
26 actione, sed † solo officio Iudicis, vt tradit *Bart. in l. si quis ex Argentarijs, §. an nec hæred. ff. de edend. num. 2,* & notatur *in l. vlt. §. fin. autem, C. de fid. instr. vbi Salic. num. 8. glos. in cap. cum olim 12. de priuileg. in verb. sine reprehensione. Felin. in cap. sicut num. 9. de sentent. & re iudicat Alex. conf. 58. num. 6. lib. 1.*

Et ita &c.

Plures decisiones in hac causa emanarunt, quæ habentur in præcedenti par. 8. recent.

Decisio ista emanata sub die 13. Iunij 1640. coram bon. mem. Card. Hieronymo Verospio est in præcedenti parte decis. 281.

R. P. D. CARILLO.

Postea Præside VALLISOLETANO

Rossaneñ. Exemptionis.

Veneris 7. Iunij 1641.

ARGVMENTVM.

Discutitur in præsenti decisione, quod est exemptione partis rei, non infertur ad exemptionem alterius, imo e contra quia ex hoc arguitur, quod altera pars sit libera, Exclusio vnius quando nt inclusio alterius.

SVMMARIVM.

1 *Exemptio omnimoda ex quibus verbis deducatur.*
2 *Decisiones in causa iam factæ in disputationibus supponuntur.*
3 *Decis. in causa Cæsaraugustana Iurisdictionis 28. Iunii, & 17. Nouembr. 1623. coram Manzaned. declaratur, & num. 4.*
5 *Papa non præsumitur voluisse priuare Episcopum iurisdictione locali.*
6 *Verbum, nulli, quid importet.*
7 *Prælato Ecclesiæ Regulari, censetur concessa iurisdictio priuatiuè.*
8 *Solutio decimarum prouenit à lege Diocesana.*
9 *Solutio Canonis pro vna parte rei, denotat alteram partem esse liberam.*
10 *Decimas, si quis soluere tenetur de vna parte fructuum, quoad alteros censetur exemptus.*
11 *Expressio alicuius rei, quid denotet in non expressis.*
13 *Inclusio vnius, non est exclusio alterius, quoties illud includitur alio modo.*
14 *Generi per speciem non derogatur, nisi inter vtrumque dictio aliqua expositiua, & modificatiua.*
15 *Quia tunc species censetur expressa, maioris declarationis gratia.*
16 *Exemptio concessa ex vna parte, non licet ex ea arguere ad alteram partem.*

DECISIO XXVIII.

IN præcedentibus decisionibus huius * causæ firmatum fuit in genere constare de exemptione ad fauorem D. Abbatis S. Mariæ de Patiro contra Reuerendiss. D. Archiepiscopum Rossanen. reseruato in vltima earum, vt particulariter videretur de speciebus ipsius exemptionis quare prosequendo disputationem super reseruatis hodie dubitaui in quibus consistat exemptio D. Abbatis, & Domini responderunt exemptionem intrare in omnibus excepta iurisdictione in populum.

Nam quoad personas, & bona Monasterij, eiusque membrorum cum tenimentis omnibus dixerunt totaliter constare de exemptione in omnibus siue respiciant legem Diœcesanam, siue Iurisdictionem ordinariam, quia Papa in priuilegio satis apertè loquutus fuit recipiendo d. Monasterium cum omnibus suis tenimentis nedum in protectionem, sed etiam in ius, & proprietatem B. Petri cum expressione, quod nulli sit subiectum præterquam Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, reseruato tantum onere soluendi Ecclesiæ Rossanensi annuum censum trium cereorum, & vnius cannatæ mellis, & voluit vt in signum exemptionis d. Monasterium solueret annuam vnciam auri Sanctę Romanę Ecclesiæ, & prohibuit quoque, vt nullus sententiam interdicti, vel excommunicationis contra Abbatem, Monasterium, Monachos, Cappellas, seu Clericos promulgare auderet nisi Romanus Pontifex, vel Legatus ab eius latere destinatus, eidemque Abbati concessit facultatem deputandi in Ecclesijs, & Casalibus suis Notarios Archipresbyteros, & alios officiales.

1 Quæ verba plenam, † omnimodam exemptionem important, vt statuitur *in cap. si Papa, §. si autem Ecclesiæ de priuil. in 6. Siluest. Angel. Tabien. Diuu. Anton.* quos refert *Sanch. lib. 6. cons. moral. cap. 19. dub. 1 num. 4.* & plenius fuit deductum in 2. & 3. decisionibus emanatis sub diebus 20. April. & 22. Iu-
2 nij 1640. quæ † de more supponuntur in hac disputatione, adeout Ordinarius nullam habeat iurisdictionem, seu potestatem in exemptos *cap. 1. vers. nunquid ergo de priuil. lib. 6. cap. veniens, ibique DD. de verb sign. eod. lib. 6. Soccin. in cap. postulasti nu. 11. & in cap. cum contingat num. 8. de for. compet. Vgol. de censur. cap. 2. §. 15. num. 5. Sayr. eod. tractat. cap. 6. num. 36. vers. vel nisi qui delinquit exemptus sit, & in cap. 8. num. 7. lib. 1.*

Vnde patet non applicari decisiones in Cæsaraugustana iurisdictionis 28. Iunij, & 17. Nouembris 1623. coram bon. mem. Patriarcha Manzane-
3 do in quibus Rota dixit † exemptionem concessam Priori, & Monasterio Ecclesiæ B. Mariæ de Pilar, per quam d. Monasterium remansit immediatè subiectum Sedi Apostolicæ debere intelligi non vt quoad iurisdictionem ordinariam Episco-
4 pus † totaliter diceretur priuatus, sed quod cumulatiuè posset concurrere cum Papa, ita vt inter eos esset locus præuentioni ex rationibus ibidem adductis.

Quia in casu dictarum decisionum simpliciter tantùm fuerat concessa exemptio; hic verò alia concurrunt, & signanter ponderarunt Domini illa verba negatiua priuilegij, ibi. *Volumus, vt nulli Monasterium vestrum cum Cappellis omnibus, & tenimentis*

tis suis sit subiectum, præterquam Sacrosan. Romanæ Ec-
5 *clesiæ* per quæ † censetur Papa priuasse Episcopum iurisdictione locali, cum verbum *nulli* non possit verificari nisi in Ordinario, qui circumscri-
6 pta exemptione iurisdictionem † habuisset ex *text. in cap. cum personæ 7. in fin. de priuileg. in 6. & in cap. omnes Basilicæ 16. quæst. 1. cap. conquerente 16. de offic. ordin. cap. cum Episcopus eod. tit. in 6. cap. constitutus 6. & cap. seq. de religios. domib.* Præsertim cum priuile-
7 gium † exemptionis fuerit directum Prælato d. Ecclesiæ Abbatialis tunc regulari, cui in dubio censetur concessa iurisdictio priuatiuè ex notatis per *Felin. in cap. pastoralis limit. 7. num. 4. Abb. ibid. in vers. sed. & eadem adden. ad eund. Felin. in d. cap. pastoralis lit. A.*

Et propterea intrat etiam exemptio à solutione
8 decimarum, † quia earum solutio prouenit à lege Diœcesana *Abb. in cap. dilectus num. 4. de offic. ordin. Chokier. de iurisdict. ordin. in exempt. quæst. 15. num. 6. Monern. de potest. Episc. tit. 1. cap. 1. num. 14.* Idque eo magis venit dicendum ponderata reseruatione facta in d. priuilegio ad fauorem Ecclesiæ Rossanensis d. annui census trium cereorum, & vnius
9 cannatæ mellis, † quæ denotat omnium aliarum rerum non reseruatarum comprehensionem *Ioan. And. in cap. cum venerabilis de cens. Dec. cons. 151. n. 1. circa fin. versic. quartò facit Seraph. decis. 1025. num. 6. & 20. cum alijs cumulat. in 2. decis. causæ, §. quia ex lectura in fin.*

Nec obstat quod in eodem priuilegio in §. sanè expressum fuerit, quod Monaci non debeant soluere decimam noualium, quæ proprijs manibus,
10 vel sumptibus † colunt, siue de animalium ad eos spectantium nutrimentis, ex qua expressione inferebatur, quod de cætero decimam soluere teneantur, & de animalibus non inseruientibus vsui
11 Monasterij, † & de his, quæ dant alijs nutrienda, vt in specie eo doctrina *Abbat. in cap. ex parte il 1. num. 8. & in fin. de decim & aliorum*, tenuit Rota *in decis. 493. num. 1. par. 4. recent.*

Quoniam cum exemptio ab alijs decimis opti-
12 mè deducatur ex antecedenti generali, † ac totali exemptione supra disposita subsequens specialis expresio dd. noualium non importat exclusionem
13 aliarum decimarum, non enim inclusio vnius † est exclusio alterius quoties (prout hic) illud includitur alio modo *Dec. in l. 1. num. 84. in 3. lect. ff. si cert. petat. Salic. in l. de crimine, C. qui accusar. non poss. Menoch. cons. 86. num. 30. Surd. cons. 25. num. 35. Rota de-*
14 *cis. 258. num. 19. par. 5. recent.* Neque generi per † speciem derogatur nisi inter vtrumque adiecta sit dictio aliqua expositiua, & modificatiua, sed species censetur expressa maioris declarationis gratia *Cephal. cons. 372. num. 15. Rot. decis. 261. num. 2. par. 2. diuers. Greg. XV. in decis. 257. num. 9. vbi adden. nu. 13. allegat concordantes.*

Quo verò ad iurisdictionem in populum censuerunt Domini non competere d. Abbati, quia ea
15 non † legitur adempta in d. priuilegio, & sic censetur Ordinario reseruata *Anchar. in d. capit. postulasti num. 45. versic. quidquid enim de for. compet. & in cap. 2. num. 19. vers. quod probo breuiter de constit. in 6. & ibi Franc. in §. statuto, num. 10. versic. & ita etiam, Rota decis. 324 nu. 5. par. 1. recent.* Nec ab exemptione Monachorum Monasterij, eiusque membrorum
16 licet inferre ad comprehensionem † exemptionis populi à lege iurisdictionis ordinariæ, cum ex vno aliud consequatur *cap. per exemptionem vbi Io: Andr. num. 2. Anchar. nu. 3. & alij communiter de priuil. in 6. & in cap. 1. §. illum locum de verb. signif. eodem lib. 6.* & bene distinguit *Calder. in cons. quod incipit, Christi & gloriosæ Mariæ, &c. impress. post allegat. Lap. 139. à nu. 20. vsque ad fin. & arguit idem Lap. in d. allegat. 139. nu. 12. & 13. Cokier. de iurisd. ordinar. in exempt. par. 1. quæst. 13. num. 4. Rota d. decis. 324. num. 6. par. 1. recent.*

Et ita vtraque parte, &c.

Supra in præcedenti parte 8. recent. plures decisiones habentur, nempe sub diebus, 27. Ianuary, 20. Aprilis, & 22. Iunij 1640. sunt in ordine decisiones 191. 219. & 239.

REVERENDISS. P. D. CERRO.

SACRÆ ROTÆ DECANO.

Romana Census.

Lunæ 10. Iunij 1641.

ARGVMENTVM.

Census licet eo ipso extinguatur, quod fundus super quo impositus fuit per anteriores creditores euictus apoareat, tamen interim, dum reperitur in statu validitatis debentur fructus. Census dum fuit impositus super diuersi fundis, si aliqui ex eis fuerint euicti, cum illi qui remanent, sunt eius valoris, vt illum substinere valeant, tunc census non dicitur extinctus.

SVMMARIVM.

1 *Census resoluitur eo ipso, quo à fundus censualis euincitur, seu auocatur per creditores anteriores.*
2 *Census, quando stat in validitatis statu adhuc non dicitur extinctus, & ideo debentur fructus.*
3 *Census imponi potest, etiam super funda obnoxio hypothecis.*
Census impositus super fundo obnoxio hypotecis, quousque duret, num. 3.
4 *Pro Censu sufficientia fundus præsumitur, donec doceatur de insufficientia.*
5 *Census, si impositus reperiatur super diuersis bonis, si aliqua ex eis euincantur, dum ea, quæ remanserunt sint capaces illius, non dicitur extinctus.*
6 *Census, quando fuit impositus bona fide, & fundus de tempore impositionis reputabatur liber & euictio eius secuta fuit ignorante creditore, tunc debentur fructus.*
7 *Census substinetur in præiudicium imponentis.*
8 *Fructus census, quando fuit bona fide impositus & fundus fuit euictus debentur ratione damnorum, & interesse vsque ad integram sortis satisfactionem.*
9 *Fideiussor census, eo extincto regulariter non tenetur ad damna, & interesse.*
10 *Fideiussionis materia sanè non patitur extensionem.*
11 *Fideiussor census, tunc tenetur ad damna & interesse, etiam extincto censu, quando se obligauit, vti principalis principaliter, & insolidum.*
12 *Compensatio ipso iure intrat ad impediendum cursum vsurarum.*

13 In

13 *In Censibus compensatio non fit ipso iure, sed solum facta congrua oppositione quæ loco oblationis est.*
14 *Census, quando est redimibilis ex vtraque parte statim secuta euictione fundi censuati statim agendum est ad restitutionem pretij.*
16 *Census, quando differat ab alijs creditis vsurarijs, in quibus licet liciti sint, datur tamen compensatio ipso iure.*
17 *Per euictionem fundi, quando non dicatur contractus census effectum esse redimibilem.*
18 *Census quando per euictionem bonorum non fuit extinctus, vt quia adsunt alia bona sufficientia ad illum substinendum.*
Et tunc non obstante tali euictione, census remanet irredimibilis, sicuti antea & num. 19.
20 *Ignorantia stante cessat omnis negligentia.*
21 *Compensatio omnis quando excluditur compensatio, tunc solum intrat quando creditor potest sortē exigere.*
22 *Compensatio, quando euitari non potest, tunc potius admittitur, quo ad extinctionem fructuum, quàm sortis.*
23 *Compensatio regulariter non admittitur inter debita diuersarum personarum.*
24 *Compensatio non admittitur de credito particulare ad debitum sociale.*

DECISIO XXIX.

Sententias Rotales, quæ in prima parte declarant censum scutorum 12800. fuisse extinctum, tantummodò pro rata scutorum 7000. firmo, & in suo robore remanente pro residuo prætij non restituti vsque ad summam scutorum 5800. In secunda verò firmant fructus illius ratæ census in extincti concurrisse, & currere, & propterea D. Nicolaum, & fratres de Gauottis condemnandos fore, & esse ad soluendum fructus hactenùs decursos, & non solutos, confirmandas esse responsum fuit, cum earum validitas non controuertatur, & de iustitia satis constet ex deductis in decisionibus huius causæ *sub die 2. Decembr. 1639. & 11. Maij 1640. coram R P. D. meo Merlino, & 4. Februarij præsentis anni coram R. P. D. meo Peutingerio.*

Nec visa sunt obstare ea, quæ contra primam partem sententiarum nouiter in contrarium excitata fuerunt; Quod enim Dorothea Manfrona vxor Vallati impositoris census ob vergentiam viri ad inopiam obtinuerit anno 1626. associationem bonorum censui suppositorum, super quibus habebat hypothecam anteriorem ratione suæ do-
1 tis; † Nihil facit, quia licèt census resoluatur, & euanescat statim ac eo ipso, quod fundus censualis euincitur, seù auocatur per creditores anteriores, vt aduertit *Cenc. de censibus, quæst. 116. num. 1 & seqq. secundum impress. Taurinen.* & sæpiùs fuit à Rota firmatum. *in Romana census 29. Aprilis 1630. & 14 Nouembris 1631 coram R. P. D meo Dunozetto,* quæ habentur *post eundem Cenc. in ordine, decis. 548. & 549. & infirmana census, 14. Iunij 1634. coram R. P. D. meo Merlino, & coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 449. num. 1. & in alia Romana census, 21. Maij 1635 coram R. P. D. meo Verospio.* Pro responsione tamen huius obiecti DD. duo tempore distinxerunt, Alterum à die impositionis census vsque ad annum 1626. quo prætenditur sequuta euictio, & alterum post d. annum 1626. Pro primo tempore
2 sine † vlla hæsitatione dictum fuit censum non fuisse extinctum, sed fructus percipi potuisse tanquam de censu verò, & valido, quia cum euictio, vt pars aduersa contendit, sequuta non fuerit nisi de anno 1626. quantumuis fundi per prius essent hypothecati ad fauorem Dorotheæ, adhuc pro tempore antecedenti census fuit in statu validitatis, & minimè defecit, cum etiam super fundo hypothe-
3 cis † obnoxio census imponi possit, & impositus duret quousque fundus euincitur ex causa necessaria prioris hypothecæ *Intrigliol. super bulla de censibus, quæst. 29. num. 2. Petr de Gregor. de censibus, quæst. 5. num. 9.* cum pluribus, quos refert, *& sequitur Cenc. de cens. vbi sup. quæst. 19. num. 1. & quæst. 44. nu. 7. & Rota post eum decis. 6. num. 4. in fin. & dd. dec. 548. & 549. vtrobique num. 2. coram R. P. D. meo Dunozetto.*

Idemque responsum fuit pro tempore subsequenti. Cum enim censui subiugata fuerint vineæ petiarum 35. in loco nuncupato Rosaro, vnum cannetum in eodem vocabulo, tres domus cum apothecis in Platea Iudæorum, ac aliæ duę domus positæ in foro piscium *summ.* de Gauottis *num. 1.* Associatio autem fuerit solùm concessa super vinea extra portam Portuensem super vna domo, ac duabus apothecis in foro piscium, & super duabus apothecis in platea Iudæorum, & petio terræ nuncupato il Canneto, *summ. num. 7.* Ideoque ex bonis censitis adhuc remaneant tres domus in platea Iudæorum, & alia domus in foro piscium, quæ suppetere præsumuntur pro substinendo cen-
4 su scutorum 5800. donec † insufficientia probetur ab allegante, vt in his terminis dixit *Rot. in recent. decis. 350. num. 2. par. 1.* Census pro ea rata dici nequit extinctus quantumuis aliqui ex fundis, super
5 quibus est † impositus, euicti fuerint, & auocati cum adhuc remaneant alij fundi capaces, pro illius substentatione *ex adductis per Duard. de censib. §. 1 quæst. 3. num. 6. & 10. cum pluribus seqq. & nu. 30. versic. Nisi pereat in Romana census 14. Ianuarij 1602 coram bo: mem. Card. Sacrato impress. per eosdem Duard. & Cenc. vtrobique decis. 9. num. 8 et in Romana Census 1. Iulij 1627. coram R. P. D. meo Merlino post Cenc. decis. 542. num. 7. et in Imolen Salmani 11. Maij 1635. coram Reuerendiss. Ferrarien.*

Præterea vbi etiam fuisset sequuta totalis euictio omnium corporum censualium, quod tamen absolutè non potest dici, non idem minus fructus deberentur, quia cum census fuerit impos-
6 tus † bona fide, & fundus de tempore impositionis reputaretur liber, euictio verò sequuta fuerit ignorante creditore, sicuti census substinetur in præiudicium imponentis, ita certum est deberi
7 fructus saltem ratione damnorum, † & interesse, vsque ad integram sortis restitutionem. *Cenc. vbi supra quæst. 9. à nu. 41. vsq. ad fin. & quæst. 42. nu. 13. cum seqq. Rota post eum decis. 13. num. 1. & decis. 17. num. 2. & 3. & decis. 59. num. 12. & 13. & coram Card. Seraph. decis. 787. num. 7. & coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 449. num. 15.* & in pluribus alijs relatis à *Duard. vbi sup. §. 1. quæst. 5. numer. 8. & quæst. 7. num. 43. & seqq.*

Nec releuat, quod agatur contra Gauottum
8 fideiussorem, qui regulariter † extincto censu non tenetur ad damna, & interesse *l. 2. §. fin. ff. qui satisd. cogant.* Conclusio enim procedit quando fideiussor restrinxit suam obligationem dumtaxat ad
9 causam fructuum, † quo casu natura eius obligationis non patitur vt extendatur vltra causam expressam

pressam *DD. in l. quæro, vbi Salicet. num. 1. in fin. ff. locati, gloss. in l. centum Capuæ, verbo augeri, vers. sed opponitur, ff. de eo quod certo loco*, secùs quando prout hic se obligauit, vt principalis, principali-
10 ter, & insolidum † pro toto contractu, tunc enim indistinctè tenetur etiam ad damna, & interesse, prout ipse principalis imponens, *vt post Alex. cons. 34. num. 5. lib. 2. Crauet. cons. 45. num. 6.* firmat articulo plene discusso *Bero. cons. 193. numer. 34. vers. aggredior vsque ad num. 56. lib. 1.* quem Rota sequitur sic distinguendo *in Romana Census 29. Aprilis 1630. coram R.P. D. meo Dunozetto impress. post Cenc. in ordine decis. 549. num. 6. & 7.* & admisit in *alia Romana fructuum Census 21. Maij 1635. coram R. P. D. meo Verospio.*

Minùs contra secundam partem sententiarum refragari dictum fuit, quod Puteobonellus esset creditor R. P. D. Herreræ in summa, vt prætenditur scut. 1636. pro quibus proinde sicut, & pro alia quantitate pecuniarum eidem solutarum pro fructibus ratæ census scut. 5800. decursis ab an-
11 no 1614. vsque annum 1617. † videtur ipso iure inducta compensatio ad impediendum cursum vsurarum *iuxt. text. in l. si constat, Cod. de compensat. Surd.* qui plures cumulat, *decis. 117. num. 2.* & dictum fuit *in Romana computorum 23. Martij 1618. coram bon. mem. Coccino.* Quia vltra quod exceptio compensationis non est præsentis inspectionis, cum hodie quæratur tantummodo de extinctione
12 census, & de firmando credito D. Herreræ, † qui verè dici potest creditor ex causa fructuum, quamuis ex alia causa esset debitor in magna quantitate, vt dixit *Rota in Meleuitana expensarum 31. Ianuarij 1631. coram R. P. D. meo Ghisilerio, quæ est decis. 10. num. 18. part. 6. recent.* Responsum à fuil conclusionem non procedere in censibus, in
13 quibus compensatio † non fit ipso iure, sed solum facta congrua oppositione, quæ loco oblationis fit *Peregrin. cons. 107. nu. 3. vers. & ad hoc extat, lib. 2. Nauar. de vsur. quæst. 40. numer. 125. Roderic. de annuis redd. lib. 2. quæst. 18. num. 9. & seqq.* Et ita consultus respondit Dominus Ranuccius qui in hac causa contrarias partes defendit *in eius responso allegato per extensum à Cenc. de censib. quæst. 88. sub num. 6. vers. contrarium tamen existimo secundum impress. Taurinen.*

Nec euertitur ista responsio ex replicatione, quod hoc procedat ex censu vero, & irredimibili
14 ex parte creditoris, secùs autem † quando est redimibilis ab vtraque parte, prout contenditur fuisse censum, de quo agitur, cum stante euictio-
15 ne fundi † censualis D. Herrera statim, & quandocumque agere posset ad restitutionem pretij. *Grat. decis. Marchiæ 13. num. 18. Rota apud Cenc. decis. 46. num. 1. & 2.* Ac proinde cum esset redimibilis ex parte vtriusque statim, & ipso iure in-
16 ducta fuerit † compensatio, cum isto casu census nihil differat ab alijs creditis vsurarijs, in quibus etiamsi liciti sint datur compensatio ipso iure. *Peregrin. d. cons. 107. nu. 3. & 4. Roderic. vbi sup. d. quæst. 18. num. 14.*

Plures enim fuerunt datæ responsiones, & pri-
17 mo negatum fuit per † euictionem fundi census fuisse effectum redimibilem, quia cum in facto fuerit iustificatum ex corporibus censitis remansisse quatuor domus, quæ præsumuntur sufficere pro sustinendo residuo census inextincti, vt supra
18 dictum est, † vtique non obstante euictione illorum corporum census remansit in eodem statu validitatis eiusdemque naturæ, & sic irredimibilis, prout erat antea ex iuribus supra allegatis.

Secundò fuit animaduersum dictam replicationem potuisse procedere si Dominus Herrera sciens agi posse ad repetitionem sortis propter associationem obtentam à creditoribus anterio-
19 ribus super † fundo censuato, neglexisset agere pro illius consequutione, tunc enim induceretur compensatio, & præsumeretur, quod ideo non exegisset, quia pecunia debitoris penès se retinebat in computum proprij crediti. Verum cum penitus ignorauerit factum associationis, & euictio-
20 nis † non solùm cessat quælibet negligentia, & præsumptio, sed sicuti propter ignorantiam reputatur, perinde ac si sortem exigere non potuisset, *l. annus, ibi, qui nescit videtur facultatem experiundi non habere, ff. de calumniat.* Ita, & consequenter excluditur prætensa compensatio, quæ
21 locum solum † habet, quando creditor potest sortem exigere, vt declarando, *tex. t. in d. l. si constat,* tradit *Roderic. de annuis reddite quæst. 18. numer. 14. vers. & intellige ex eo tempor.*

Tertio cum de eo tempore essent in magna quantitate decursi fructus diuersorum censuum pro quibus Puteobonellus vti principalis, principaliter, & insolidum erat obligatus ad fauorem
22 D. Herreræ † in omnem casum quatenus compensatio euitari non posset cessisset prius in extinctionem dictorum fructuum, sicuti cessisset ipsa realis solutio, *iuxta text. in l. Paulus la 2. §. 1. ff. solut. & l. cum in sortis, ff. de pignorat. act. Grat. discept. forens. cap. 224. num. 30. & seqq. in puncto Roderic. d. quæst. 18. num. 8.* & firmauit *Rota in recent. decis. 403. num. 16 part. 5.* & fuit dictum *in Mediolanen. Census 17. Maij præteriti, coram R. P. D. meo Verospio, & in Senogallien. compromissi 3. huius coram R. P. D. meo Dunozetto.*

Quarto, & demum cessare visa fuit omnis difficultas, quia debitum census est sociale, & commune inter Gauottos, & Puteobonellos; creditum autem scutorum 1636. est proprium, & particulare ipsius Puteobonelli; vnde cum societas sit quid distinctum à socijs in particulari non po-
23 test esse locus compensationi cum † regulariter non admittatur inter debita diuersarum persona-
24 rum, nec de credito † particulare ad debitum sociale, *Salicet. in l. eius, num. 2. C. de compensat. Cr. man. cons. 172. in princ. Soccin. sen. cons. 73. nu. 10. lib. 1. Tindar. de compensat. §. omnem debitorem, n. 7. Gratian. disceptat. forens. cap. 943. num. 3. Rota Iuuen. decis. 26. numer. 30. & Rota nostra decis. 380. sub num. 1. part. 3. recent. & coram Card. Caualer. decis. 38. num. 5. cum alijs allegat. per Add. ad fa. mem. Greg. XV. decis. 366 num. 7.*

Et ita resolutum fuit vtraq; parte informante.

REVERENDISS. P. D. CERRO.

SACRÆ ROTÆ DECANO.

Romana Diuisionis.

Luna 10. Iunij 1641.

ARGUMENTUM.

Pater, si filio ducenti vxorem donauerit bona aduentitia alterius filij, cum promissione de faciendo eum ratificare, ex quibus, & quando prædicta ratificatio dicatur subsecuta, & diluuntur plures exceptiones circa hanc materiam, & præsertim plura deducuntur circa probationem, & præsumptionem scientiæ.

SUMMARIUM.

1 *Sententia, quando est indiuisibilis, & lata sub vnica verborum structura, tunc si sit nulla in parte, est nulla in totum.*
2 *Forma in sententijs potius attenditur, quam materia.*
3 *Donatio, quando dicatur inualida.*
4 *Donationem quis numquam præsumitur voluisse ratificare, si eam ignorauerit.*
Ideoque parum iuuat lapsus longissimi temporis. n. 4.
5 *Ad Præiudicij effectum parum iuuat præsumptiua probatio.*
6 *Probatio generica non est sufficiens ad effectum præiudicij, cum requiratur distincta, & specifica.*
7 *Minoris ratificatio de contractu præiudiciali, qualiter fieri debeat.*
8 *Ratificatio omnis ex quibus excludatur, & num. 9.*
10 *Ratificatio ex cursu longissimi temporis, tunc præsumitur, quando etiam concurrit obseruantia alias secus.*
11 *Ratificatio ex cursu longissimi temporis satis intrat, dum ex pluribus constat de scientia, & patientia ratificantis.*
12 *De Donatione facta, quando quis se vocat contentum, per necessarium antecedens fatetur, se donationi consensisse.*
13 *Donatarius dum possedit bona donata per 30. annos, certe donans nisi consensisset donationi reclamasset.*
14 *Ignorantia verisimiliter non præsumitur, dum aliquid est publicum, & notorium.*
15 *Ex Cohabitatione simul, licet præsumatur scientia factorum, tamen ista præsumptio non iuuat, nisi iunctis adminiculis.*
16 *Solemnitates præsumuntur adhibitæ, stante lapsu 30. annorum.*
17 *Donatio bonorum, dum fuit probibita, sine alicuius consensu, tunc ipsius consensu accedente, valida dicitur donatio.*
18 *Alienatio, dum fit ex causa necessaria, puta alimentorum, tunc cessat generalis probibitio alienandi.*
19 *Quia tunc in similibus casibus censetur permissa.*
20 *Bona donata, quando sunt inter se distincta, & separata, tunc ex ineffectuatione partis, non infertur ad ineffectuationem totius.*
21 *Obseruantia ex quibus excludatur.*
22 *Dispositio, quæ non concludit non releuat.*
23 *Ad Cautelam, & securitatem maiorem, ea quæ fiunt non mutant statum rei.*
24 *In Contractu alicuius rei, ad vnum tantum spectantem, plures nominantur, & contrahunt, ratione eorum particulare interesse.*
25 *Et sic ille, ad quem res spectat principaliter, cæteri vero secundario, ratione proprij interesse.*
26 *Res inter alios gesta, non præiudicat tertio, qui non interuenit.*
27 *Donationem, quando quis ratificauit, si de ea plusquam reclamauerit, non censetur tacite ab ea voluisse recedere.*
28 *Donatio facta alicui intuitu certi, ac determinati matrimony dicitur ius quæsitum ei, vxori, & eius filijs ex eodem matrimonio natis.*
29 *Quare, nisi accedente eorumdem consensus, non potest eis aliquod præiudicium inferre.*
30 *Præscriptio, quando iam est impleta, non est amplius quærendum.*
31 *Pater potest inæqualiter bona sua diuidere inter filios illæsa tamen legitima vnicuique.*
32 *Pater super bonis aduentitijs filiorum habet vsumfructum, & potest ex iusta causa, absque consensu filiorum alienare eius vita durante. declara vt num. 33. 34. & 35. & intellige. vt num. 36.*
37 *Donatio facta intuitu, & occasione ditissimi, & honorifici matrimony reputatur ex iusta causa facta.*
38 *Fratres studentes honori, & conseruationi familiæ, permittunt, vt vnus solus frater vxorem ducat, & omnia bona habeat reseruatis solum sibi alimentis.*
39 *Pater, quando nullatenus præsumatur voluisse bona aduentitia filij, eo irrequisito.*
40 *Pater validè potest alienare bona aduentitia filij.*
41 *Contractus postea præstitus, retrotrahitur ad diem contractus ad effectum illum validandi, quando actus non est omnino nullus.*
42 *Frater, quando amplius non possit petere diuisionem bonorum inter alios fratres.*
43 *Religio Hierosolymitana succedit in omnibus, & singulis bonis suorum militium defunctorum.*
44 *Miles Hierosolymitanus dum habet testamenti factionem, tunc in eius bonis non succedit amplius Religio, sed hæredes ab intestato.*
45 *Ad bona fideicommissaria, quando quis amplius aspirare non possit, & num. 46.*
47 *Obseruantia subsecuta benè denotat qualis fuerit mens disponentis.*
48 *Actio diuisionis non competit, nisi probato dominio, & communione, & num. 49.*
50 *Iudicium diuisorium dicitur duplex, & quare.*
51 *Ad Iudicium diuisorium fundandum requiritur, quod possessio, vel proprietas sit communis.*
52 *Nec hoc casu sufficit possessio bona fide, sed requiritur titulus, & illius iustificatio.*
In Iudicijs diuisorijs ex sola possessione dominium non præsumitur, num. 52.

DECISIO XXX.

LATA sententia Rotali absoluente ab impetitis D. Vrbanum, & fratres de Millinis, & declarante non esse locum diuisioni petitæ per Hieronymum; Dubitabatur hodie; an dicta sententia esset confirmanda, vel infirmanda, & Domini confirmandam esse dixerunt ex eisdem duobus fundamētis *in decisionibus huius causæ coram R.P.D. meo Bichio* * latissime discussis, videlicet propter ratificationem donationis, & præscriptionē 30. & amplius annorum.

Quibus non obstant ea quę de nouo repetuntur, & adducuntur ab informantibus pro Benedicto.

Dicebatur enim primò sententiam esse excessiuam, & excessus deducebatur ex eo, quia Hieronymus prouocauit ad diuisiodem Vrbanum, & fratres, non solum super bonis, quæ in donatione facta Paulo continentur, sed vniuersaliter super omnibus bonis tàm in dicta donatione comprehensis, quàm super reseruatis, & tàm super hæredi-

hæreditarijs Equitis Antonij eius fratris, de cuius ratificatione non constat, quàm etiam super quibusuis alijs ratione dotium suarum ascendentiū, & quouis alio iure ad ipsum delatis, & sententia vniuersaliter absoluit eos ab impetitis, actorique perpetuum silentium imponit, & tamen decisiones restringuntur ad bona, quæ Marius communis pater donauit Paulo eius filio contemplatione certi matrimonij cum Portia de Amantico cōtrahendi, in quibus solum procedunt rationes in decisionibus ponderatæ. Ac propterea cum sententia ratione suæ vniuersalitatis capiat etiam bona reseruata, & hæreditaria Equitis Antonij, ac alia quæcumque, continet excessum manife-
1 stum, qui licet respectu corporum, † vitiat omnino sententiam quando prout hic est indiuisibilis, tamquam lata sub vnica structura verborum, *Afflict. decis. 218. num. 4. Rota decis. 356. num. 6. vers. præterea animaduerterunt Domini, post 2. vol. cons. Farinac.* potius enim attenditur respectu for-
2 mæ, † quam respectu materiæ. *Put. decis. 315. num. 1. & seqq. lib. 1. in correct. Rota decis. 35. n.6. & dec.221. n. 1. & 2. cum seqq. par.2. diuersor.*

Repetebantur secundo nec minus respectu bonorum donatorum sententiam substineri posse, ex
3 pluribus. † Primo quia Hieronymus in paterna donatione non interuenit, & licet pater promiserit Hieronymum ratificaturum, tamen de eius expressa ratificatione non constat, & tacita præsumi non potest, cum non probetur de donatione
4 scientiam † habuisse, quæ tamen de necessitate requiritur, etiam vltra lapsum longissimi temporis ad inducendam ratificationē, *Menoch. cons. 561. num. 19. & 20. Becc. cons. 195. num. 7. Surd. cons. 28. num. 118. Barz. decis. Bononien. 48. num. 27.* Præser-
5 tim cum ad effectum inferendi † præiudicium præsumptiua non sufficiat, vt notat *glos. in cap. concertationi in verb. sciuerit de appellat. in 6.* & dictum fuit *in Romana Pecuniaria 27. Iunij 1633. coram Reuerendiss. D. meo Pirouano Decano, quæ est decis. 360. num. 3. & 4. par. 6. recent.* Nec minus
6 generica, † sed requiritur distincta, & specifica, *Add. ad San. Mem. Gregor. XV. decis. 208. num. 9.* cum pluribus quos refert, & sequitur *Rota coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 459. num. 9.*

Secundo, quia pater in actu donationis nō promisit filium vtrumq; ratificaturum, sed cum qua-
7 litate validitatis hæc † autem qualitas haberi non potest, nisi ratificatio fiat expresse, ac solemniter seruata forma Statuti Vrbis lib. 1. cap. 149. & 151.

Tertio, quia in facto iustificatur Hieronymum sequuta donatione, & Benedictum eius filium de præsenti cōtinuare in possessione vnius domus, quæ in donatione legitur comprehensa, & huic promissioni Paulum aliosq; fratres semper acquie-
8 uisse, ex hoc autem † non solum excluditur tacita Hieronymi ratificatio, sed manifeste probatur donationis ineffectuatio, & inobseruantia, alias enim nec Hieronymus, qui erat exclusus à donatione, bona donata possedisse, nec Paulus, alijque fratres huic possessioni acquieuissent.

Quarto demum, quia ex pluribus instrumentis per continuatum cursum 22. annorum post donationem ab anno, scilicet 1584. vsque ad annum 1606. bona ipsa, quæ soli Paulo dicuntur donata apparet fuisse semper à dicto Paulo, alijsque fratribus simul cum Hieronymo communi nomine possessa, anno enim 1586. per Marium eiusque filios ad quos fuit expressum iure hereditario materno spectare tertiam partem quatuor apothecarum in Platea Montis Iurdani, fuit vendita Tarquiniæ Iacobatiæ matri D. Marchionis Palutij dicta tertia pars, quæ tamen est in donatione comprehensa, cum explicita promissione faciendi consentire Hieronymum tunc minorem *Summ. Benedicti nu. 4.* anno 1588. ijdem cum eadem rati promissione vendiderunt prædictæ Tarquiniæ tertiam partem alterius apothecæ similiter in donatione comprehensam, asserendo illam spectare, & pertinere ad omnes prædictos fratres *eodem Summ. num. 5.* successiuè anno 1590. Ascanius Palearius nomine Marij, eiusque filiorum, ac etiam nomine Tarquiniæ Iacobatiæ locauit Dominico Bruno ad annos nomen quoddam eorum Casalettum, positum extra Portam Piam, vel S. Laurentij in loco nuncupato Pietra lata, pro annua pensione scutor. 120. monetæ soluend. eiusdem D. Mario eiusque filijs, ac d. D. Tarquiniæ absentibus, nulla prorsus habita ratione, nec facta mētione dictæ donationis, in qua erat comprehensum *dicto Summ. num. 6.* similique nomine anno 1591. idem Palearius locauit D. Cardinali de Terra noua Palatium positum ad Dohanam pro annua pensione scutorum 650. qua communi pariter nomine recepta fuit *dicto Summ. num. 7.* Rursus anno 1592. nominibus R. P. D. Garziæ Millini, & eius fratrum, quos fuit narratum esse dominos, & patronos vnius tertiæ partis cuiusdem domus, siue furni posit. in Platea Senarum, fuit idem furnum locatum Iosepho q. Gasparini ad quinquennium pro annua pensione scutorum 90. & primi semestris pēsio communi nomine recepta *eodem Summ. num. 8.* eademque die fuerunt solidata computa cum Iuliano de Iulianis inquilino antecessore, qui constituit se debitorem pro residuo pensionis decursæ in scutis 17. promisitque eadem soluere infra decem dies DD. de Millinis, & Iacobatijs *Summar. num. 9.* continuando pariter in obseruantia prædicta anno 1593. R.P.D. Gaspar de Palutijs, præuia narratiua, quod ad Tarquiniam Iacobatiam matrem spectabant pro duabus tertijs partibus tria canneta extra Portam S. Laurentij quæ pro reliqua tertia parte ad R.P.D. Petrum, & fratres de Millinis pertinebant, nominibus omnium ea vendidit Io. Petro de Valere pretio scut. 150. monetæ, quorum tertiam partem recepit nomine DD. de Millinis *dicto Summ. num. 10.* Demum de anno 1601. R.P.D. Garzias, & Paulus de Millinis germani fratres, filij, & hæredes pro tertia parte q. Hortensiæ Iacobatiæ eorum matris, tàm suis proprijs nominibus, quàm vice, & nomine D. Marci Millini eorum patris, locarunt D. Card. Gesualdo Palatium positum ad Dohanam, cum omnibus iuribus, & membris, quibus gaudebat d. Cardinalis de Terranoua vltimus dicti Palatij inquilinus *dicto Summar. num. 11.* & quod plus est non solum venditiones cæterisq; contractus communi nomine fuerunt initi, vt supra, sed etiam debita quibus bona donata reperiebātur obnoxia, fuerunt de anno 1593. & 1594. communi nomine persoluta *eod. Summ. num. 12.*

Vnde cum hæc omnia, & singula sint de comprehen-

prehensis in donatione, ex quo spectant ad tertiam partem hæreditatis de Iacobatijs in donatione compræhensam, cuius hæreditatis inuentarium datur *eodem Summ. Benedicti numer.* 13. consequens videtur donationem non fuisse ob-
9 seruatam † cum euidenter appareat bona donata non à solo Paulo, sed ab omnibus simul fratribus fuisse in communi possessa, & prorsus excluditur omnis ratificatio, cum ita demum ex lapsu longissimi temporis intercedente scientia
10 ratificatio præsumatur, † si concurrat obseruantia actus, qui dicitur ratificatus, alias secus, vt notat *Alciat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 13. in fin. Menoch. cons. 1. num. 82. Rota coram Seraphin. decis. 1080. ad fin. & decis. 1085. sub num. 1.*

His tamen non obstantibus DD. censuerunt sententiam esse confirmandam, & obiecta penitus non releuare.

Primo enim respectu bonorum in donatione comprehensorum sententia non meretur impu-
11 gnari, † quia Hieronymum ratificasse donationem non solum præsumitur ex lapsu 30. & emplius annorum; quibus ipse sciens, quod intuitu certi matrimonii Marius pater quamplura bona donauerat Paulo filio, passus fuit bona donata à solo Paulo donatario possideri, sed manifeste deducitur ex epistola ab eo conscripta de anno 1631. vbi vocat se contentum de assignatione scutorum 180. sibi per patrem facta, & petit tantummodo portionem legati scutorum quatuor mille sibi tangentem, subdens pro ratione, *Perche questi Signori Nipoti hanno hauuto heredità assai, che si possono contentare, & io mi sono contentato di quel poco, che la felice memoria di nostro Padre mi assegnò 44. anni sono,* & infra, *ne voglio permettere, che mi si leui questo poco aiuto, che Dio mi hà mandato di questo Legato, e se io hò vissuto ún'hora con questi 180. scudi l'anno, essi nepoti possono ben viuere con tante heredità, che hanno hauute, &c.* Cum autem hæc assignatio facta fuerit à patre in recompensam donationis, eiusque ratificationis eo ipso quod
12 Hieronymus vocat se de ea † assignatione contentum fatetur per necessarium antecedens se donationi consensisse, vt optimè deducitur *in decis. R.P.D. mei Bichij sub die 20. Iunij 1639. vers. secundo consensus Hieronymi.*

Præsertim, quia rationabiliter dubitari non potest quin Hieronymus notam habuerit donationem à communi parente soli Paulo factam, ponderando non solum ipsum acquieuisse per annos 30. & vltra possessioni, quàm solus Paulus donatarius continuabat super bonis donatis, a
13 qua † tamen verisimiliter reclamasset si donationem ignorasset, vel suum illi non præbuisset assensum, sed etiam donationem emanasse contemplatione honorifici, ac ditissimi matrimonij,
14 cuius † ignorantia verisimiliter præsumi non debet, cum esset in Vrbe notorium, & publicum, vt pondetatur *in dicta decis. vers. dictam inquam sciētiam*, & vlterius alios fratres expresse præfatam donationem ratificasse, & quod plus est, Hieronymum acceptasse assignationem annui redditus scutor. 180. quam vt dictum est pater correspectiuè ad ratificationem donationis sibi fecerat non solum verbis; dum declarauit se de assignatione contentum, & satisfactum, vt in epistola scripta ad Septimium, & superius ponderata, sed etiam facto, dum in eius possessione semper continuauit, ac demum fidem d. Marchionis Palutij firmiter attestantis Hieronymum semper fassum fuisse, quod assignatio facta sibi fuerat à patre ex causa dictæ donationis, quæ omnia, iuncta coniunctione sanguinis cum donante, ac donatario, & cohabitatione Hieronymi cum patre, & fratribus, qui vt dictum est donationem expres-
15 sè ratificarunt, † licet per se sola non sufficerent iuncta simul conuincunt notitiam donationis in Hieronymo, cum ad hunc effectum sufficiat scientia ex coniecturis elicita, vt optimè deducitur in vtraque *decisione in 1. sub vers. quia scientiam Hieronymi, & in 2. sub vers. eoque magis concurrente.* In quibus luculenter respondetur ad omnia, quæ contra scientiam afferebantur.

Secundum obiectum, quod scilicet ratificatio Hieronymi deberet esse valida, & sic cum solem-
16 nitatibus statutarijs facilè cessat, † quia ex lapsu 30. annorum cum successiua obseruantia donationis, omnes solemnitates præsumuntur adhibitæ, *Felin. in cap. illud num. 6. de præsumpt. Dec. cons. 409. num. 9. Cæphal. cons. 47. num. 13. lib. 1. Rota decis. 406. num. 3. par. 1. recent. & coram Card. Seraph. 108. num. 7. & coram bon. mem. Buratto decis. 45. n. 6. & 8. add. ad Gregor. decis. 354. nom. 18.*

Ad 3. obiectum arguens in obseruantiam donationis ex eo, quod vna ex domibus donatis fuerit perpetuo à Hieronymo possessa facilis est responsio, quia in donatione fuerit tantum pro-
17 hibita alienatio † sine consensu donatoris, sicque accedente eius consensu bona donata erant alienabilia, vnde alienatio istius domus facta cum expresso consensu Marij donatoris, & Pauli donatarij in causam alimentorum Hieronymi
18 fratris, & respectiuè filio † tamen abest, quod resistat titulo præcedenti donationis; quod immò, vt illi conformis tanquam facta in exequutionem paternæ reseruationis de validè alienandis bonis donatis sub ipsius consensu, præsertim in causam alimentorum fratris, quæ vti necessaria non comprehenditur sub generali prohibitio-
19 ne, † alienandi apposita in donatione, sed semper censetur permissa, *l. alienationes, ff. famil. ercifcund. l. Diuus Pius, ff. de petit. hæred. Feder. de Sen. cons. 189. sub num. 1. vers. & maximè in casu necessitatis. Roman. cons. 219. num. 8. & 9. Castren. cons. 400. nu. 3. vers. nec videtur obstare lib. 2. Bellam. cons. 35. num. 4.*

Cæterum vbi etiam hæc domus fuisset alienata contra præceptum testatoris, inde non potest inferri ad ineffectuationem donationis, quod alia bona, quæ nunquam probantur possessa per Hie-
20 ronymum, † quia cum corpora donata sint inter se distincta, & separata ex ineffectuatione, quoad vnum corpus, non arguitur ineffectuatio quoad alia *Card. Caual. decis. 500. num. 5.* nec ex possessione vnius rei inferri potest ad possessionem aliarum *l. 1. §. veteres, & ibi glos. ff. de acq. possess. Giouagnon. cons. 8. num. 129. lib. 1. Surd. cons. 135. n. 64. & seq. & cons. 160. num. 12. Mysinger. obser. cent. 3. obseruat. 39. num. 2. Gail. lib. 2. obseruat. 139. num. 6. Rota coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 62. num. 50. & in Rom. hæred. de Fabijs 29. Aprilis præteriti coram R.P.D. meo Bichio.*

Nec minus talis inobseruantia deduci potest ex

ex locationibus venditionibus, alijsque contra-
21 ctibus † celebratis communi nomine Pauli, &
Hieronymi, quod quarto loco obijciebatur, ad
hoc enim dupliciter respondetur. Primo quod
contractus initi anno 1586. & 1588. absente Hie-
ronymo non sunt habendi in consideratione, quia
22 tunc temporis Hieronymus † erat minor, nec
dum ratificauerat instrumentum donationis, cum
rrtificatio promissa fuerit postquam maior factus
esset; cæteri verò initi communi nomine non
concludunt animum recedendi à donatione, nec
illius inobseruantiam cum verisimile sit, quod
initi fuerint communi nomine ad maiorem cau-
telam, & securitatem contrahentium, quorum
intererat, vt singuli fratres consentirent ne ab eis-
23 dem pati possent † euictionem casu quo per obi-
tum Pauli donatarij sine filijs bona reuerterentur
ad alios filios Marij donatoris, & fratres Pauli
prout expresè fuerat in donatione dispositum, vt
præter allegatos *in d. decis. sub die 20. Iunij 1639. vers. minus deducere potest Natta cons. 552, num. 6. vers. videtur autem. Aym. cons. 91. num. 2. Ciriac. controu. forens. cap. 251. num. 29. & 30. Boer. decis. 23. num. 7. & fuit dictum in Ferrarien. manutentionis 28 Ianuarij 1641. vers. quod verba coram Reuerendiss. meo Pirouano Decano.*

Ex eo etiam, quod omnium consensus fuerit
adhibitus, non conuincitur bona ad omnes no-
minatos spectare, quia sepæ in contractu rei ad
vnum solum spectantis, plures nominantur, &
24 contrahunt † ratione scilicet particularis eorum
interesse, quod in casu nostro non esset modicum
propter pactum reuersiuum ad eorum fauorem
appositum in donatione, & tamen licet prima
facie omnes videantur principales, iste solus dici-
25 tur principalis super cuius † re contrahitur, cæ-
teri verò interuenisse dicuntur secundario ratione
proprij interesse *l. si liqueat. C. de inoff. donat. Bald. in auth. hoc amplius num. 21. vers. sed quando* ibi, *nisi contrahatur, C. de fideicom. Natta d. cons. 552. num. 2. Seraph. de priuileg iuram. priuil. 65. num. 5. Ciriac.* plures referens *controuers. 37. num. 28. & seq.*

Similique modo respondetur ad solutiones æris
alieni factas communi nomine omnium fratrum,
sic enim fieri potuerunt, quia originaliter omnes
reperiebantur obligati, eorumque obligatio re-
26 spectu † creditorum non fuerat extincta per do-
nationem inter eos factam, quæ tanquam res in-
ter alios facta, creditoribus præiudicare non po-
tuit, *vt dictum fuit in Signina Saluiani 14. Martij 1639. coram R.P.D. meo Carrillo, vers. hinc exstimarunt Domini in fin. & in Romana Palatij seu Saluiani 1. Februarij 1640. coram R.P.D. meo Verospio vers. verum aderant.*

Et hæc omnia facilius suadentur aduertendo
hosce contractus non solum fuisse initos nomine
Hieronymi, de cuius ratificatione dubitatur, sed
etiam nomine Septimij aliorumque fratrum, quos
27 tamen certum est † non interfuisse contractibus
animo recedendi à donatione, cum nusquam ab
ea reclamauerint, sed palam, & expresè appro-
bauerint, & hucusque ratam habuerint.

Immò, nec alia capi debet interpretatio, quia
cum donatio facta fuerit Paulo, intuitu certi, &
28 determinati † matrimonij, fuit ex ea ius quæsi-
tum non solum Paulo filio, sed etiam sponsa, &
filijs ex eodem matrimonio natis, *Bald. in l si præses. vers. nota bene dico C. de donat. Menoch. consil. 203. num. 13. & seqq. Becc. cons. 20. num. 9. & seq. lib. 1 & fuit dictum in Romana domorum de Sciandeletijs 4. Aprilis 1636. coram R.P.D. meo Panzirolo.*
29 vnde non potuerunt † fratres de consensu Pauli
donatarij, absque tamen consensu vxoris, & filio-
rum, contrahendo communi nomine à donatione
recedere, aut alio quouis modo præiudicare, seu
deteriorem reddere conditionem vxoris, & filio-
rum, vt præter adductos *in decis.* ad hoc proposi-
tum *vers. alia instrumenta* tradunt *Sanchez de matrim. lib. 6. disput. 32. num. 2. vers. quia illa patris assertio Giurba de consuetud. Messanen. par. 1. cap. 1. glos. 8. num. 75. & 76. Franch. à Pont. de potest. Proreg. tit. 6 de assens. regio super dotibus §. 2. num. 21. & seq. Antonin. Amat. variar. resolut. lib. 1. resolut. 30. num. 12. Surd. cons. 143. num. 33. vers. sexto aduertendum* est *Raudens. consil. 94. num. 22. Marcell. Marcian. cons. 33. num. 2. & per tot. Add. ad Buratt. decis. 861. vers. nec donatio, Rota in S. Seuerini dotis 2. Iunij 1631. coram R.P.D meo Merlino.*

Secundo respondetur, quod eum post dicta in-
strumenta, effluxerint alij o. anni, & de eo tem-
30 pore † nullus detur actus intermedius possessioni
Hieronymi, adhuc secluso tempore actuum qui
cadunt in controuersiam, & incipiendo à die quo
solus Paulus cœpit possidere, fuisset completa
præscriptio, vt aduertit *postrema decisio huius causæ vers. non obstant instrumenta venditionum.*

Neque huic præscriptioni opponi potest mala
fides Marij, quia vt respondetur *in dicta postrema decisione*, aut agitur de bonis paternis, & cessat
31 mala fides, quia hæc potuit pater † inequaliter
diuidere inter filios salua eorum legitima, vel
agitur de bonis aduentitijs, & pariter mala fides
prætendi non potest, quia cum in his pater habe-
ret vsumfructum potuit ex iusta causa eadem alie-
nare etiam absque consensu filij, & absque de-
32 creto † Iudicis saltem eius vita durante, *dicta decis. vers. neque obijci Paulo potest.*

Nec applicatio huius conclusionis tollitur ex
eo, quod illa intelligi debeat de causa iusta, &
33 vtili concernente vtilitatem filij, † & non alteri-
us, vt declarat *Bald in l. quæcumque 4. num. 1. vers. quod immo potest fieri pro vtilitate filij C. de bonis quæ liber. Tiraquel. in l. si vnquam in præfat. num. 34. princ.* vbi etiam ipse conclusionem intelligit quan-
34 do pater alienat immobilia ob filiorum † neces-
sitatem, *Couar. var. resol. lib. 1. cap. 8. num. 6. post princ. vers, cum Azonis dictum*, vbi quod intelligi-
tur de alienatione necessaria quæ fit ob æs alie-
35 num, † aliamque vrgentem necessitatem, quæ fi-
lio familias immineat *Paschal. de iurib. patr. potest. par. 1. cap. 2. num. 8.* vbi declarat conclusionem
36 procedere † quando huiusmodi † alienatio resul-
tat in euidentem filij vtilitatem, alias secus,
Franch. decis. 665. num. 1. post. med. vers. vnde cum in casu de quo agitur.

Quoniam vltra quod negari non potest, quin
donatio intuitu, & occasione ditissimi, & honori-
fici matrimonij ad totius familiæ decorem repu-
tari debeat causa iusta, & vtilis omnibus fratri-
37 bus, † habito præsertim respectu ad conseruatio-
nem diuitiarum pro manutentione nobilitatis
suæ familiæ, prout multi boni fratres facere so-
lent

lent, qui studentes honori, & conseruationi familiæ eamque præponentes proprio commodo,
38 promittunt quod vnus † solus frater totum possideat, cæteris verò annuum redditum pro alimentis persoluat, vt aduertit *Thes. decis. 205. sub num. 2. vers. immofortius contra Ruinum*. Difficultas cessat ex facto, quia obiectum procedit tantummodo vbi agitur de alienatione facienda per
39 patrem absque consensu filij, † eoque irrequisito ac proinde non applicantur nostro casui, vbi tantum abest, quod pater alienauerit irrequisito Hieronymo quod immo in donatione expresse reseruauit eius consensum, cumque promisit ratificaturum cum primum ad maiorem ætatem peruenisset, sicque suæ auctoritati voluit accedere consensum filij effecti maioris, quo casu nemo ex Doctoribus in contrarium adductis negat
40 posse † patrem valide alienare bona aduentitia filij, immo cum postea Hieronymus verè consenserit, & donationem ratificauerit, vt supra ostensum, dubitari nequit de validitate alienationis
41 per patrem antea factæ. † quia consensus postea præstitus retrotrahitur ad diem alienationis ad effectum illam validandi, quando prout hic actus non erat omnino nullus *Alex. cons. 78. num. 18. in fin. & 19. lib. 5. Natt. cons. 262. num. 10. Mandos. super regul. 21. quæst. 10. sub. num. 8. Surd. decis. 70. num. 21. & 22. Rota in rec. decis. 65. num. 3. part. 2.* & habetur perinde ac si ab initio interuenisset, *cap. cura, & ibi gl os. in verb. consensum de iurepatr. in 6. Paris. cons. 37. num. 45. lib. 1. Surd. d. decis. 70. numer. 20. & fuit dictum in Cremonen. præpositura 15. Decembr. 1631 coram bon. mem. Motmanno, quæ est decis. 82. num. 6. cum seqq. par. 6. recent.*

Secundo verò quod attinet ad excessum licet sententia Rotalis indefinitè absoluat DD. Vrba-
42 num, & fratres à diuisione † petita per Hieronymum, dici tamen non debet excessiua quoad bona reseruata in donatione Marij patris, quia Hieronymus de illis habuit à patre suam portionem, vt ipse fatetur in sæpè memorata epistola anni 1631. ibi, *io mi sono contentata di quel poco, che la felice memoria di nostro Padre mi assegnò 44. anni sono &c.* & vlterius super illis Hieronymus eiusque hæres nihil prætendere potest, quia fuerunt à communi parente assignata Garziæ à quo peruenerunt in solum D. Vrbanum eorum hæredem testamentarium.

Quo verò ad portionem Equitis Antonij, qui donationem minimè ratificauit, maior aderat difficultas, quia licet ab informantibus pro Vrbano prætenderetur Hieronymum excludi ab eius hæreditate à propria Religione Hierosolymita-
43 na, † quæ succedit in omnibus hæreditatibus militum defunctorum, tàm ex illius stabilimentis, quam ex iuris dispositione, vt latè fuit dictum in *Rauennaten. bonorum 29. Aprilis huius anni coram me*, tamen cum fuissent exhibita indulta fel. recor. Pauli V. & Gregor. XV. permittentia, & volentia, vt d. frater Antonius nedum haberet testamenti factionem, sed etiam quatenus de eis
44 non disponeret, † hæreditas illius non ad Hospitale; & seu Religionem, sed ad eius hæredes ab intestato spectare, & peruenire debeat, Hieronymus non videbatur exclusus.

Pro responsione tamen, dicebant DD. distinguenda esse bona libera Equitis à bonis fideicommisso subiectis. Quantum enim ad fideicommissaria, indulta suffragari non possunt, quia cum
45 Marius donator † pro perpetua firmitate donationis factæ fauore Pauli, & communium filiorũ ex Portia de Amantico nasciturorum, promiserit filios consensuros pro omni eorum iure etiam fideicommissi, tàm materni, quàm auiti, per consequens intelligitur etiam promisisse filios ratificaturos, & renunciaturos cuicumque iuri superuenienti, quo potuissent infringere donationem. Vnde esto quod per obitum Equitis Antonij ius aliquod successionis esset delatum Hieronymo, quoad domos per ipsum possessas. Vtique
46 † hoc ipsum ius qualecunque sit, cadit sub illius renunciatione, & ratificatione superius canonizata ratificando enim, & acceptando donationem, paternam censetur etiam acceptasse, & ratificasse cum oneribus, & qualitatibus iniunctis, & sic animo illam perpetuò obseruandi ratam
47 que, † & firmam habendi, prout manifestè conuincitur, ex obseruantia subsequuta, & clariùs ex epistola superiùs ponderata.

Quo verò ad bona libera pro substinenda sententia dictum fuit quod licet Hieronymus, & ex eius persona Benedictus in petitorio prætendere posset aliquid ratione successionis super bonis Equitis Antonij, & aliis quibuscumque cum tamen non constet adiuisse illius hæreditatem, nec
48 minus † bona controuersa possedisse, iniustè prouocasse dicitur ad diuisionem, quod sufficit ad hoc, vt sententia absoluens Vrbanum, & fratres ab impetitis non possit de iniustitia redargui, cum hæc actio non competat nisi probatis domi-
49 nio, & communione, † iuxta *tex. express. in l. 1. vers. se à si is qui possidet ibique not. glos. in verb. exceptionem ff. famil. ercifcund. l. magis puto §. fin. & l. sequen. ff. de rebus eorum, l. si mancipium, §. communi diuidundo, ff. de euict. Azor. in summa nu. 20 C. commun. diuidund. Neuiz. cons. 65. nu. 6. Surd. cons 26. nu. 2. & 3. & cons. 377. nu. 1. Rota in Albanen. diuisionis 2. Decemb. 1620. coram Reuerendiss. D. meo Pirouano Decano.* Ea scilicet ratione, quia
50 iudicium diuisorium duplex † dicitur, & in eo vterque sociorum est actor, & vterque reus, vbi autem conuentus negat se habere consortem, impossibile est quod iudicium intentet, & quod sit actor qui enim negat alterum possidere, & dicit se solum esse Dominum, nullam diuisionem
51 petere potest, † oportet ergo ad fundandum hoc iudicium quod possessio vel proprietas sit communis, vt optimè ratiocinatur, *Bald. in l. si probatum sub num. 1. vers. sed hic quæro, C. commun. diuidund. Salic. ibid. num. 6. in fin. Surd. d. cons. 26. num. 1. in fin.* immò ad hunc effectum, nec suffi-
52 cit † possessio bona fide, sed requiritur titulus, & illius iustificatio, quia in his iudicijs diuisorijs ex sola possessione dominium non præsumitur, *vt not. glos. in l. commun. diuidundo §. qui rem ibique Bald. num. 2. in fin. & 3. ff. commun. diuidund.* quos refert, & sequitur *Surd. d. cons. 260. num. 3. vers. & optime declarat Baldus*.

Et ita vtraq; parte informante resolutum fuit.

☞ *Idest sub diebus 20. Iunij 1639. & 15. Iunij 1640. sunt supra in præcedenti parte 153. & 238.*

R. P. D.

R. P. D. CARRILLO.

Postea Præside VALLISOLETANO.

Firmana Dotis.

Veneris 14. Iunij 1641.

ARGVMENTVM.

Plura in præsenti decisione deducuntur, quando ex substitutione directa facta à patre filijs pupillis, dicatur inducta pupillaris, & quando nullo modo posſit ex ea inferri, & reijciuntur multæ coniecturæ, pro ea inducenda.

SVMMARIVM.

1 *Verbum*, hæres, *vnitum cum verbo*, est, *faciunt substitutionem directam.*
2 *Verbum* hæres esto, *facit substitutionem directam.*
3 *Quo casu continetur substitutio pupillaris, etiam matre existens in medio.*
4 *Substitutio, quando fuit facta ad fauorem piæ causæ, matris fauorem excludit.*
5 *Clausula*, omni alio meliori modo, *facit, vt substitutio etiam pupillariter dicatur facta.*
6 *Ex Matris consolatione ad secundas nuptias, an argui posſit ad substitutionem pupillarem.*
7 *In Substitutione directa, quando non posſit contineri substitutio pupillaris.*
8 *Verbum*, substituit, *est commune.*
Verba, esse voluit, & proprio nomine nominauit, *sunt obliquæ nu. 7.*
9 *In Substitutione si legantur verba communia, & obliqua, perinde est, ac si omnia obliqua essent.*
10 *Quo casu substitutio omni tempore est fideicommissaria.*
11 *Verbum*, hæres, *tunc facit substitutionem directam, quando est coniunctum, cum imperatiuo*, esto.
Text. in l. 1. ff. de vulgar. in quibus terminis loquatur.
12 *Verbum*, hæres, *simpliciter sumptum, potius censeri debet commune, quam directum.*
Verbum, hæres, *commodè vtrique naturæ, scilicet directa, & obliqua conuenit num. 12. & 13.*
13 *Substitutio compendiosa, matre existente in medio, quando ex facta per verba communia omni tempore dicitur fidei commissaria.*
14 *Mater, ne excludatur à luctuosa filij hæreditate facienda est interpretatio & nu. 15.*
16 *Substitutio facta filijs, quando est restricta ad bona testatoris, tunc omni tempore est fideicommissaria.*
17 *Testator substituendo filijs, quando, dicatur se restrinxisse ad bona propria ipsius testatoris.*
18 *Verba, quando sunt prolata in tertia persona ad quid referantur.*
19 *Marescott. variar. resolut. lib. 2. cap. 140. nu. 3. in quibus terminis loquantur.*
20 *Dictio eius, potest etiam referri ad bona, & personam pupilli. quando pater ei fecit substitutionem, declara vt num. 21. 22. & 23.*
24 *Numerus singularis potest referri ad vnam tantum personam.*
25 *Verbis*, in supradictis autem, &c. *qui importent.*
26 *Verbum, supradicti, est repetitiuum, & sic identitatem bonorum demonstrat, & nu. 27.*
28 *Verbum, ipsius, est personalissimum.*
29 *Testatoris voluntas faciendi pupillis substitutionem pupillarem, ex inualidis coniecturis nullatenus deducitur.*
30 *Substitutio facta ad piæ causæ fauorem, qualiter sit intelligenda.*
31 *Piæ causæ fauor, quando nihil operetur.*
32 *In Filiorum successione lex magis fauet matri, quàm piæ causæ.*
33 *Clausula, omni meliori modo, non potest operari vltra mentem disponentis, & nu. 34.*
35 *Mantic. decis. 367. nu. 14. declaratur, & nu. 36. & 37.*
38 *Regula, quæ non prosunt singula, simul iuncta valeuant, quando non intret.*

DECISIO XXXI.

VErba testamenti Francisci Montani sunt hæc videlicet. *In omnibus autem alijs bonis, & c. ac eius hæredem vniuersalem instituit esse voluit iussit, & mandauit, ac ore proprio nominauit ventrem prægnantem, & casu quo ex dicto ventre prægnante nullus eueniret filius, seu filia, seu forsan illis euenientibus, &c. & morientibus absque filijs legitimis, & naturalibus in tali casu eius hæredem vniuersalem substituit esse voluit, ac pariter ore proprio nominauit Societatem Sancti Rocchi, & in omnibus, & singulis bonis supradictis ipsius testatoris vsufructuariam vniuersalem instituit Laudomiam matrem.*

Post obitum Testatoris ex ventre prægnante natus est Franciscus iunior, qui fuit quoque hæres institutus à dicta Laudomia Auia paterna, eique substituta Dorothea eiusdem Laudomiæ filia, & prædicti Francisci Posthumi Amita, inter quam Dorotheam, & Societatem Sancti Rocchi orta controuersia super successione dicti Francisci Posthumi dedi dubium An adsit substitutio pupillaris in testamento Francisci senioris ad fauorem Societatis S. Rocchi.

Et pro parte dictæ Societatis dicebatur substitutionem pupillarem adesse, ne dum ex virtute verborum verum etiam ex præsumpta mente testatoris.

Ex virtute verborum, quia verba, ibi *eius hæ-*
redem vniuersalem substituit esse voluit &c. videntur
1 directa virtute verbi (*hæredem*) † quod quidem ver-
bum vnitum cum verbo (*est*) faciunt substitutio-
nem directam, vt in terminis eorumdem verbo-
2 rum (*hæres* esto) † vel (*hæres erit*) est textus *in l. 1.*
& in l. qui liberis. ff. de vulgari, & pupillari Bart. in
l. Centurio, num. 43. ff. eod. Minoch. lib. 4. præsumpt.
3 55. *num.* 4. quo casu † contineri pupillarem etiam
matre existente in medio *tenent inter alios Gabriel.*
in cons. 69. num. 4, & cons. 130. pariter sub num 4. lib. 1.
Cephal. cons. 524. num. 19. & 82. Rota decis. 373. n. 3.
par. 2. recent.

Idemque suaderi ex præsumpta mente Testatoris, quæ ex pluribus coniecturis elici asserebatur, vt fuit seruatum in dicta decisione 373 *par. recent.*

Prima namque coniectura desumebatur ex eo,
4 quod substitutio fuit facta † ad fauorem piæ cau-
sæ, quæ matris fauorem excludit *cap. si pater de te-*
stam. lib. 6. Peregr. de fideicomm art. 34. num. 43. Rot.
decis. 373. n. 7, & apud Card. Mantic. in dec. 367. n. 11.

Secunda deducebatur ex clausula *omni alio meliori*

5 *liori modo*,) quæ facit, vt substitutio † etiam pupillariter facta dicatur. *Io. de Amicis in cons. 15. num. 10. Cephal. cons. 423. num. 105. Laderch. cons. 2. num. 10. vers. quinto Rota decis. 181. num. 6. past. 2. diuers.*

Tertia, & vltima colligebatur ex conuolatione
6 matris ad secunda vota, † sicuti hæc quoq; coniectura admissa dicebatur in dicta *decis. 367. n. 14. apud Mantic. eamque refert. etiam Menoch. lib. 4. præsumpt. 39. num. 65. & præsumpt. 56. num. 19.*

Cæterum prædictis omnibus non obstantibus Domini bene discusso articulo contrarium resoluerunt scilicet in substitutione, de qua agitur non adesse pupillarem ea moti ratione, quia sub-
7 stitutio legitur † concepta verbis communibus, & & obliquis, prout liquet ex verbis, ibi *eius hæredem substituit, & esse voluit, ac ore proprio nominauit Societatem, &c.* ponderando verbo (*substituit*) quod
8 † est commune, vt per *Alexand. in cons. 36. num. 2. lib. 3. & in cons. 3. num. 1. lib. 7. Odd. de compendios. p. 4. artic. 1. in verb. substitutio Gratian. discept. forens. cap. 407. num. 36.* verba autem (*esse voluit, ac ore proprio nominauit*) sunt obliqua *ad text. in l. 2. C. comm. de legat. Intriglol. substit. centur. 3. quæst. 17. & 18. Fusar. de substit. quæst. 255. num. 11.* quando autem in substitutio ne leguntur verba communia, & obli-
9 qua, † tunc verba communia ad sensum obliquũ trahuntor, & eiusdem naturæ obliquæ perinde, ac si omnia obliqua essent reputantur *Ruin. in cons. 228. num. 16. & 17. lib. 3.* quem refert, & sequitur *Marescot. lib. 2. variar. cap. 140. num. 41.* quo casu
10 substitutionem semper, & omni † tempore esse fideicommissariam firmat *text. in l. cohæredi, §. cum filiæ, ff. de vulg. & pupillar.* & sequuntur DD. communiter in dicta *l. Centurio, ff. eodem Mantic. de coniect. lib. 7. tit. 3. num. 10. vers. porrò Menoch. lib. 4. præsumpt. 58. n. 6. Odd. de compend. par. 5. tit. de compend. à pagan. fact. art. 2. num. 7. Peregr. de fideicomm. art. 34. num. 11. & 63.*

Nec contrarium dici potest ex virtute verbi (*hæredem*) quia verbum (*hæres*) tunc demum facit substitutionem directam quando est conninctum
11 † cum imperatiuo (*esto*) in quibus terminis loquitur *text. in l. 1. ff. de vulgar.* cum alijs in contrarium allegatis, alias verbum (*hæres*) simpliciter sum-
12 ptum potius censeri debet commune, † quam directum, eo quia commodè vtrique naturæ scilicet directæ, & obliquæ conueniat, & adaptari possit vt decidit *textus in l. 2. C. quando, & in quibus lib. 10.*

Præterea quatenus substitutio prædicta, esset composita solummodo verbis communibus adhuc Domini in eadem sententia permanserunt. Quia licet perardua fit illa quæstio an compendio-
13 sa substitutio †, matre existente in medio quando est facta per verba communia censeatur omni
14 tempore fideicommissaria fauore matris † ne aluctuosa filij hæreditate excludatur, seu potiùs directa dicatur intra tempus pupillaris ætatis,
15 post pubertatem, verò fideicommissariam † reputetur, vt videre est apud *Bursatt. in cons. 8. num. 39. & apud Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 7. tit. 3. num. 16. late Fusar. de substit. quæst. 242. per tot.* adeo, quod licere Iudici in vtramque partem inclinare dixit *Cyriac. in controuers. 242. num. 28,*

Attamen quando prout hic sustitutio est restri-
16 cta ad bona testatoris tunc † receptissima est DD. sententia, vi omni tempore fideicommissaria dicatur *Bald. in l. precibus num. 44. vers. præterea attende, & ibi Salicet. col. penult. num. 26. C. de impub. Ripa in d. l. Centurio, num. 120. & ibi Soccin. num. 289. vers. sed mihi, ff. de vulg. Aym. cons. 98. num. 10. & cons. 141. in fine Gabriel. cons. 113. num. 7. lib. 2. Mantic. de coniect. lib 5. tit. 7. nnm. 12. & lib. 7. tit. 3. nu. 18. Peregr. de fideicomm. artic. 34. num. 44. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 2. quæst. 14. num. 16. vers. tertius casus Rota decis. 504. num. 1. per tot. & decis. 509. in princ. par. 4. diuers. & decis. 639. num 5. par. 1. recent. & decis. 22. num. 2. inter impress. apud Merlin. de legit.*

Quod autem testator se restrinxerit ad bona
17 propria visũ fuit clarè probari † ex verbis testamẽti, ibi, *In omnibus alijs bonis, &c. eius hæredem instituit ventrem prægnantem,* & in substitutione, ibi, *in tali casu eius hæredem vniuersalem substituit Societatem S. Rocchi,* iunctis alijs subsequentibus, ibi, *In omnibus autem supradictis bonis ipsius testatoris, &c. vsu-*
18 *fructuariã vniuersalem instituit, &c.* Cum enim † huiusmodi verba sint prolata in tertia persona referuntur ad personam testatoris, & sic ad ipsius bona, *l. dabitor, & l. ex facto in princip ibique DD. ff. ad Trebell. Bart. in l. in testamento, num. 3. & 4. de aur. & argent. legat. Seraphin. decis. 553. num. 7. cum alijs cumulat. per Marescott. lib. 2. variar. d. cap. 140. num. 3.* vbi
19 loquitur in terminis † dictionis (*eius*) & fuit dictum in Sabineñ *immissionis 2. Iunij 1628. coram R. P. D. Dunozetto, sub §. non obstat, quod sustitutio.*

20 Non obstat, † quod dictio illa (*eius*) possit referri etiam ad personam, & bona pupilli secundũ subiectam materiam, vt per *Imolau. dicta l. ex facto nu. 1. vers. sed vbi ratio, ff. ad Trebell.* Quia tunc pos-
21 set referri ad personam, † & bona pupilli quando substitutio esset facta in forma pupillari, vel per
22 verba directa, secus vero quando prout † hic est facta sine præfinitione temporis, & absque verbis directis *Corn. cons. 322. litt. R. lib. 3. & declarat Marescott. in d. cap. 140. num. 9.* Imo in præsenti prædicta dictio (*eius*) non potest conuenire nisi testatori cum verba testamenti immediatè antecedenter
23 prolata directa † fuerint in filios in numero plurali, ibi; *illis euenientibus, & morientibus, &c. in tali casu hæredem substituit, &c.* ad hoc igitur, vt ad eorundem filiorum bona possit etiam referri substitutio debebat, dictio subsequens dicere (*eorum*) &
24 non (*eius*) in † numero singulari qui vni tantum adaptari potest *gloss. in l 1. verb. Diuus, ff. de option. legat. Alex. cons. 2. num. 19. vers. item loquitur lib. 4.*

Idemque clarius visum fuit comprobari ex posterioribus verbis, ibi, *in omnibus autem supradictis bonis ipsius testatoris hæredem vsufructuariam, &c.*
25 ponderatis † verbis supradictis, & ipsius, quæ non solum demonstrant, quod Testator, tam in prima partæ, quàm in posteriori senserit de eisdem bonis
26 virtute verbi (*supradictis*) quod † tanquam repetitiuum identitatem bonorum demonstrat *Bart. in l. si quis seruum, §. finali num. 5. ff. de leg. 2. Ruin. cons. 55. num. 4. lib. 3. Grat. de dict. 261. num. 1. & seq. Seraph. de-*
27 *cis. 584. num. 8.* Verum † demonstrant voluntatem restrictam ad bona propria virtute pronominis (*ip-*
28 *sius*) qaod est personalissimum, solumque bona † testatoris comprehendit *Menoch. cons. 276. num. 13. Fusar. de substitut. quæst. 345. num. 7. & 8. Seraph. decis. 1149. num. 18.*

Prout nec voluntas faciendi sustitutionem pupillarem, & disponendi de bonis pupilli elici potest ex

ex coniecturis in contrarium ponderatis, quia illæ
29 pernecesse † non suadent contrarium ex verisimili mente testatoris prout requiritur *Marescott. in d. cap. 140. num. 10. vers. secus si de his.*

Prima etenim coniectura fundata in eo quod
30 substitutio fuerit facta † ad fauorem piæ causæ non vrget, quia substitutio in proposito est concepta sub conditione incerta, nempe casu quo ex ventre pregnante nullus nasceretur filius, vel quatenus nasceretur decederet absque filijs, & propterea nullum præbet fauorem substituto, etiamsi sit pia causa ex cumulatis per *Peregr. de fideicom. artic. 3. num. 65. & artic. 34. num. 43. in fine Fusar. de substitut. quæst 242. num. 86.* Vltra quod plures DD. tenent,
31 quod in hac re † nullus piæ causæ, sit attribuendus fauor *Alexan. cons. 162. num. 7. lib. 2. Honded. cons. 73. num. 34. lib. 1.* quos, & alios refert, & sequitur *Peregrin. in dicto artic. 34. eodem num. 43. circa med. vers. sed nec ista ratio Fusar. loco supracit. num. 83.* vbi reddit
32 rationem † quia in successione filiorum lex magis fauet matri, quàm piæ causæ, *argum. l. nam, & si parentibus, de inofficioso testamento.*

Secunda deducta ex clausula (*omni meliori modo*) nec etiam afficit dum testator non fecit mentionem pupillaris ætatis, nec vsus fuit verbis directis,
33 sed † imo substitutionem restrinxit ad bona propria, tunc enim quemadmodum substitutio ipsa restricta est ad bona testatoris, ita pariter dicta clausula ad illa quoque restricta censetur, vt per *Ripam in d. l. Centurio num. 85. vers. secundo intellige, ff. de vulgar. Curt. Ian. cons. 199. num. 21. bene Marescott. in sæpe citat. capit. 140 num. 48. Merlin. de legit.*
34 *lib. 3. tit. 2. dicta quæst. 14. num. 69. & 70.* vbi † quod hæc coniectura retorquetur, quando testator se restrinxit ad bona sua.

Tertia & vltima desumpta ex conuolatione matris ad secunda vota de per se sola non sufficit ex adductis per *Mantic. in tract. de coniect. vlt. vol lib. 5. tit. 15. num. 28. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 2. d. quæst. 14. num. 55.* & aduertitur etiam in exaduerso allegata *decis. 367. coram Mantic. sub num. 14. vers. & licet ista,*
35 in † casu vero dictæ decisionis fuit admissa, quia alia ista plura concurrebant exclusionem matris
36 suadentia, † nempe quod substitutio erat facta verbis directis; nec aliquid fuerat matri relictum in testamento quinimo ex alijs constabat, quod
37 testator † odio prosequebatur matrem, vt patet ex eius lectura, & præcipuè sub *num. 13.*

Nec potest adaptari regula vulgari, vt quæ non
38 non prosunt singula simul iuncta iuuent, † quia cessat regula prædicta quando cœteræ coniecturæ sunt omnes in se imperfectæ *Bald. in l. si quis ex Argentarijs, §. 1. num. 2. & seqq. ff. de eden. Gabr. de probat. concl. 1. num. 33. Mantic. decis. 307. num. 11. & fuit dictum in Tudertina assert. fideicommissi 4. Iunij 1640. coram R. P. D meo Roias.*

Et sic vtraque, &c.

DECISIO XXXII.

R. P. D. BICHIO

Bononien. Successionis de Zanis.

Veneris 17. Maij 1641.

Est Impressa in Bichio in Tom. 1. Decis. 52.

DECISIO XXXIII.

R. P. D. BICHIO

Romana Hæreditatis de Virili.

Veneris 24. Maij 1641.

Est Impressa inter Bichio Tom. 1. Decis. 54.]

R. P. D. GHISILERIO

Postea EPISCOPO TARRACONEN.

Romana Fideicommissi.

Lunæ 17. Maij 1641.

ARGVMENTVM.

Vocatio facta de filijs tamquam in conditione positis, numquam extenditur ad nepotes, etiam attenta dispositione statuti Vrbis, & ratione, quia appellatione filiorum nepotes an fideicommissis conueniunt, quod æque procedit in passiua, ac in actiua substitutione, cum fauor nepotum non habeatur in consideratione, vbi concurrit grauamen alicuius.

SVMMARIVM.

1 *Grauatus restituere filijs, non censetur grauatus restituere nepotibus, & num. seq.*
Filiorum appellatione, in fideicommissis, nepotes non veniunt, num. 1. & seqq.
3 *Extensio de persona ad personam in fideicommissis non ita faciliter admittitur, siue illa deducatur ex identitate rationis, siue ex verisimili, aut præsumpta mente testatoris.*
4 *Tutor datus à patre filijs non intelligitur datus illi filio, quem pater se habere ignorabat.*
5 *Filijs in conditione positis, & sic se statuto Vrbis etiam ad fideicommissum vocatis, non censentur vocati nepotes.*
Appellatione filiorum in fideicommissis non veniunt nepotes, non solum in passiua, sed etiam in actiua substitutione, num 5.
6 *Nepotes non veniunt appellatione filiorum etiam in fauorabilibus quoties concurrit grauamen alterius, & num. 7. vbi vide.*
7 *Filiorum appellatione veniunt nepotes in substitutione reciproca, vtpotè illis fauorabili.*
Intellige, vt num. seqq. vbi dicitur opinionem esse controuersam inter Doctores.
9 *Dispositio facta de filijs, si in filijs primi gradus suum fuit effectum sortita, ad nepotes non trahitur.*
10 *Substitutio facta, si omnes sine filijs decederent, reciprocam inter vocatos operare non potest, si casus non euenit.*
11 *Fideicommissum conditionale non transmittitur conditione non purificata.*

DECISIO XXXIV.

FAVSTA Vipercsca in eius sub quo decessit testamento in omnibus, & singulis suis rebus, & bonis

bonis mobilibus, & immobilibus, præsentibus & futuris vbilibet existentibus, & ad ipsam quomodolibet spectantibus hæredes suos vniuersales fecit, instituit, & ore proprio nominauit Ersiliam, Victoriam, & Prudentiam eius filias legitimas, & naturales, & quamlibet earum pro rata; Et decedente aliqua ex ipsis sine filijs legitimis, & naturalibus, illi seu illis sic decedentibus substituit, & succedere voluit alias eius filias, & hæredes supradictas superstites, & earum filios legitimos, & naturales in stirpes, & non in capita; Et morientibus omnibus dd. eius filiabus, & hæredibus absque filijs legitimis, & naturalibus substituit, & succedere voluit filios & hæredes Vipereschi de Vipereschis eius fratris, & ipsorum filiorum, & hæredum descendentes, Obijt primo loco Prudentia relicto Timotheo filio, secundo loco Ersilia sine filijs, vltimo loco decessit Victoria relictis nepotibus ex Beatrice filia prædefuncta, necnon alijs nepotibus ex Alexandro filio prædefuncto. Orta controuersia inter nepotes ex filio vti hæredes ex testamento Victoriæ, & nepotes ex filia prætendentes pro certa rata per fideicommissum dictę Faustę ad eorum fauorum purificatum esse vocatos A.C. per diffinitiuam sententiam immissionem respectu medietatis denegauit, respectu vero alterius medietatis reseruauit iura agendi; Vnde causa per viam appellationis coram me introducta, dubitaui; An constet de fideicommisso Faustæ, & pro qua parte, ad fauorem dictorum filiorum q. Beatricis, & DD. causa benè discussa responderunt de illo non constare.

Quia ponderatis supradictis verbis Testatricis apparet ipsam duas fecisse substitutiones. Primam in casu quo aliqua ex eius filiabus hæredibus institutis decederet absque filijs legitimis & naturalibus, quo casu substituit alias filias & hæredes superstites, & earum filios legitimos & naturales in stirpes. Alteram vero in casu quo decederent omnes dictæ eius filiæ, & hæredes absque filijs, & in isto casu substituit, & succedere voluit filios, & hæredes Vipereschi fratris. Ex his duobus casibus primus solum successit, cum mortua sit Prudentia relicto Timotheo filio, de cuius portione hodie non agitur, & Ersilia sine filijs, cuius portio vigore reciprocæ deuenit ad Victoriam, quæ sola superstes erat tempore mortis Ersiliæ ex filiabus Testatricis; Quæ cum fuerit grauata restituere filijs, & sic Beatrici filiæ, vtique prædefuncta Beatrice non censetur grauata restituere nepotibus
1 ex dicta Beatrice filia † cum regulariter in fideicommissis appellatione filiorum non veniant nepotes. *l quid si nepotes, ff. de testam. Tutor. §. fin. instit. qui testam. tut. dar. poss Bart. in l. liberorum num. 10. ff. de verb. signific. late Mantic. de coniect. lib 6. tit. 8. num. 2. cum alijs cumulatis à Rota decis. 507. num. 2. par. 2. recent. & decis. 667. num 1. eodem part. 2.* vbi aliæ concordantes decisiones referuntur, & firmatur, quod receptior DD. opinio sit hæredem grauatum ad
2 fauorem filij † non posse dici grauatum ad fauorem nepotis, & quod hanc communem esse opinionem testantur *Hond. cons. 60. num. 61. & 71. lib. 1. Suarez, Alciat. Dec. Marcabr. Ceph. et alij in d. decisione relati.* Et quamuis filiorum appellatione, quandoque veniant nepotes per extensionem, & impro-
3 prie, nihilominus † hæc extensio de persona ad personam, non ita passim in fideicommissis admittitur, neque ex identitate rationis, neque ex verisimili, & præsumpta mente Testatoris. *Iason. cons. 220. nu. 10. lib. 2. per text. in l. si quis ita, §. penult. ff. de testam. tutel.* Vbi quod si Testator in testamento dederit tutores filijs suis, non dicitur dedisse
4 tutorem illi filio † quem ignorabat se habere, & tamen ex præsumpta charitate, & mente patris si pater de tali filio fuisset interrogatus verisimiliter, & proculdubio idem statuisset *Rota d. decis. 507. num. 3. part. 2. recent.*

Non obstat, quod Beatrix mater fuerit posita in conditione tamquam filia Victoriæ, & ideo censeatur vocata ex statuto Vrbis lib. 1. cap. 142. quia esto, quod esset vocata Beatrix tamquam posita in conditione sub nomine filiorum Victoriæ, non tamen sequeretur esse vocatos nepotes eiusdem Vi-
5 ctoriæ ex dicta Beatrice filia, † cum vt dictum fuit absolutum sit in fideicommissis appellatione filiorum non venire nepotes, non solum in substitutione passiua ad hoc scilicet, vt grauamen iniunctum filijs extendatur etiam ad nepotes, sed etiam in substitutione actiua, vt scilicet vocatis filijs per fideicommissum dicantur vocati etiam nepotes *Rota dicta decis. 507. num. 4. par. 2. recent.* subdens quod regulariter vbicumque agitur de grauamine
6 alterius † etiamsi adsit fauor ipsius nepotis, quod ille non veniat appellatione filiorum *per text. supra allegat. in l. quod si nepotes in fin. ff. de testam tutel. d. §. fin. instit. qui testam. tut. dar. poss Soccin. senior cons. 14. in princip. lib. 1. cum alijs fusè congestis per Ciriac. controuer 8. num. 69.*

Neque verum est, quod dicitur hic agi de substitutione, & fideicommisso reciproco inter filias institutas, & substitutas ad inuicem, vna cum illa-
7 rum filijs, † quo casu cum dispositio dicatur fauorabilis filiorum nomine veniunt nepotes, vt tenuit *Curt. iun cons. 23. nu. 12. Gabr. cons. 123. num. 25. lib. 2. Aym. cons. 316. col. vltim. Menoch. cons. 452. num. 50. et cons. 636. num. 30. Sim. de Præt. de interpret. vlt. volunt. fol. 276. solut. 3. nu. 21. Fusar. de substit. quæst. 290 nu. 8. et quæst. 32[illegible] num. 55. et 56.* Quia reciproca solum adest inter filias hæredes non autem inter illarum filios quorum vocatio deducitur ex sola conditione si sine filijs sub qua dicuntur vocati, & sic hæc opinio, vt in reciproca substitutione filiorum no-
8 mine comprehendantur nepotes, † quæ non caret contradictore, vt patet ex deductis per *Dec. cons. 465. nu. 10. vers. et substituto ita firmat, Paul. de Castr. cons. 131. num. 2. vers. non debet lib. 2. per text. cum gloss. in Auth. de restitut. fideicom. §. nos autem collat. 9. Abb. cons. 29. num. 12. lib. 1. Menoch de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 67. num. 27. adductis per Fusar. d. quæst. 290. num. 9. et quæst. 320. num. 57.* in hoc casu locum habere non potest; quia dispositio sortita fuit effectum suum in dicta Victoria filia primi gradus.
9 Vndè † non est amplius extendenda ad nepotes eiusdem Victoriæ ex dicta Beatrice filia prædefuncta *Peregrin. de fideicom. artic. 19. num. 6. et art. 22. nu. 58. Card. Mantic. de coniect. vltim. volun. lib. 8. tit. 8. n. 6. cum alijs congestis per Fusar. de substit. quæst. 321. num. 31. et cons. 124. num. 16.*

Minus facit coniectura, quæ adducitur ex substitutione facta de filijs Vipereschi fratris ex quorum vocatione prætenditur ordinatam fuisse reciprocam inter omnes descendentes à dd. filiabus primis

primis hȩredibus; quia substitutio facta fauore de-
scendentium Vipereschi legitur facta in casu quo
omnes filiæ, & hæredes Faustæ Testatricis decede-
30 rent sine filijs, quæ conditio euanuit, † ex quo
Prudentia decessit cum filio masculo, qui fecit de-
ficere substitutionem respectu omnium; quia non
est verificata conditio, quod omnes filiæ institutæ
hæredes decesserint sine filijs *Crass. in §. substitutio*
quæst. 79. num. 14. Ciriac. controuer. 521. num. 18. De-
ficiente autem substitutione corruunt etiam con-
iecturȩ tractus successiui, & digressus ad plures gra-
dus substitutionum ad fauorem eorundem de Vi-
pereschis cum alijs adductis resultantibus ex dicta
substitutione, quæ procederent, si casus considera-
tus à testatrice euenisset, Cum autem tota ista vo-
catio pendeat ab illa conditione si omnes institu-
31 tæ sine † filijs decesserint illa non purificata non
potuit fideicommissum transmitti ex cumulatis
per *Noal. de transmiss. cas. 1. num. 32. et seqq.* & pro-
pter euentum contrariæ conditionis obitus filia-
rum cum filijs expirauit etiam substitutio fauore
descendentiæ Vipereschi fratris.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit non constare de fideicommisso.

R. P. D. GHISILERIO.

postea EPISCOPO TERRACINEN.

Romana Fideicommissi de Incoronatis.

Mercurij 29. Maij 1641.

ARGVMENTVM.

Bona super quibus petitur à fideicommissario immissio, fuisse à testatore possessa probatur ex insignijs, & armis existentibus in re quæ fideicommissaria prætenditur, iunctis alijs adminiculis, & coniecturis in decisione ponderatis. Hæres fideicommissarius agit contra grauatum ad refectionem damnorum, & interesse, ratione deuastatæ domus fideicommisso subiectæ.

SVMMARIVM.

1 *Domum fuisse in bonis fideicommittentis probatur ex insignijs, et armis in illa existentibus iunctit tamen adminiculis.*

2 *Emptio facta ab alio, vti donatario, vel fideicommissario alterius, intuitu fideicommissi facta censetur, ideoque illi acquiritur.*

3 *Emptor etsi pretium rei emptæ non soluerit, dummodò non adsit contraria conuentio, potest illam fideicommisso subijcere.*

Venditio non resoluitur licèt pretium non soluatur, sed ad illud debet agere venditor, num. 3.

4 *Facultas disponendi alicui competens ad successorem non transit, si ille qui disponere debebat, nunquam ea fuit vsus.*

5 *Remedium l. fin. C. de edicto Diui Adriani Tollen. competit fideicommissario aduersus grauatum pro dirutione domus fideicommisso subiectæ pro pretio scilicet, et interesse.*

DECISIO XXXV.

POstquam Rota coram bon. mem. Pirouano sub die * 13. Maij 1639. censuit esse dandam immissionem D. Angelo Incoronato in bonis subiectis fideicommisso Marcelli de Incoronatis condito vsque de anno 1563. Et sub diebus 5. Nouemb. eiusdem anni, & 5. Martij 1640. non obstare detractiones, eidemque suffragari quoque donationem Francisci. Prosequendo disputationem coram eodem petijt immitti in possessionem domus positæ in via Iulia occupatæ à Venerabili Congregatione Plagarum vti subiectæ eiusdem fideicommis, & obtinuit ad eius fauorem responderi, sed quoniam morte præuentus non potuit publicare rationes resolutionis, Domini mihi in eius locum subrogato hoc demandarunt.

Ratio supradictæ resolutionis fuit, quia fuit probatum domum fuisse subiectam fideicommissis Marcelli, & Francisci de Incoronatis purificatis ad fauorem eiusdem Angeli in supradictis decisionibus.

Quò enim ad fideicommissum Marcelli patet
ex inuentario confecto post obitum Marcelli per
Iuliam matrem, & Tutricem filiorum, & hæredum
ipsius; domum, de qua agitur, fuisse in bonis di-
cti Marcelli, & apparet Cæsarem de Incoronatis
hæredem grauatum defuncto Francisco patre
sub die 10. Maij 1630. accepisse realem, actua-
lem, & corporalem possessionem eiusdem domus
vti subiectæ fideicommisso Marcelli aui, &Ruti-
lium Brandum conductorem eiusdem domus, qui
fuit author Congregationis recognouisse in Do-
minum dictum Cæsarem, & ex antiquis armis, &
insignijs familiæ de Incoronatis existentibus in
1 ista domo, † probatur eam fuisse in bonis Marcel-
li fideicommittentis, *Menoch. cons. 1111. n. 26. Fu-*
sar. de substit. q. 618 nu. 43. & alij multi, quos congerit
Mascard. de probat. conclus. 551.

Quo verò ad fideicommissum Francisci pariter probatur eiusdem domus identitas, & possessio ex eo; quod Pompeius Columna vendidit partem huius Domus Congregationi, & postea fuit coactus eam retrocedere Francisco ratione Consortis, scilicet, quia aliam contiguam portionem possidebat, vt constat ex monitorio facto super retractu de mandato R. P. D. mei Celij Bichi tunc Locumtenentis A. C. sub die 9 Semptembris 16 8. & ex instrumento retrocessionis factæ per Congregationem ad fauorem Francisci 9. Octobris eiusdem anni 1628.

Non obstat, quod eadem portio domus fuerit vendita à Pompeo Columna, & sic non possit dici, quod fuerit in bonis fideicommittentium de tempore obitus, prout requiritur, Quia cum Pompeius non possit considerari nisi tanquam tertius, non potuit præiudicare fideicommisso, & vi fuit dictum supra, apparet eam postea fuisse retractam à Francisco post cuius obitum non licuit Cȩsari eam vendere Congregationi in præiudicium fideicommissi.

Neque obstat, quod in retractu fuerit reseruatum ius redimendi Pompeio Columnæ, qui postea vendidit illud Cæsari, quia constat eumdem Cæsarem emisse istud ius vti donatarium Francisci,

2 sci,† & consequenter voluisse acquirere eius fideicommisso, sicut in simili casu fuit dictum in *Bononien. fideicommissi de Glauarinis die 4. Maij 1640. coram R.P.D. meo Roias*.

Prout etiam nihil facit, quod dicitur Franciscum non soluisse integrum pretium dictæ partis domus, sed tantum scuta 355. Vnde infertur non potuisse illam subijcere fideicommisso, quia cum non constet de aliquo pacto impediente translationem dominij, non potest negari quin fuerit ef-
3 fecta ipsius, & potuerit de illa disponere, † quod si Congregatio prætendit eum remanere debitorē alicuius partis pretij, debet contra illum agere iuxta text. *in l.ciuile, C. de rei vendicat.*

Minus videntur obstare prima detractio causa dotis matris Cæsaris, dum non constat de tali dote præter alias responsiones, quæ eidem detractioni datæ fuerunt in supradictis decisionibus bon. mem. Pirouani sub diebus 5. Nouembris 1639. & 5. Martij 1640. quod propter plures alienationes factas à Cæsare consumpta fuerit tàm ista, quàm aliæ detractiones, quæ ei potuissent cōpetere. Altera detractio consistens in scutis quingentis, quæ Franciscus sibi reseruauit in donatione, tollitur eadem responsione ex præsumpta satisfactioue Cæsaris ob plures alienationes ab eo factas. Præterea cum illa fuerit simplex reseruatio disponendi, non potuit ea summa spectare ad Cæsarem siue ex illius persona ad Congre-
4 gationem, † dum non constat, quod Franciscus visus fuerit tali facultate, vt pluribus probat *Soccin. sen. cons. 92. num. 23. lib. 3. Gabr. cons. 915. n. 11. lib. 1. Thesaur. decis. 97. & alij relati per Fusar. de substit. quæst. 550. n. 5. & tenuit Rota in Bononien. fideicommissi de Lutio 9. Nouemb. 1619. coram bon. mem. Card. Sacrato apud Giouagn. fol. 619.*

5 Neque releuant, quæ dicuntur de dirutione domus, † cum hoc non impediat, quo minus in vim remedij *l. finalis* relaxetur mandatum executiuum pro pretio, & interesse, quasi ex remedio vtili, vt fuit dictum in *Ciuitatis Castelli supplementis legitimæ 23. Martij 1640. coram Reuerendiss. D. meo Merlino Decano.*

Et ex his DD. censuerunt immissionem esse dandam vtraque parte audita.

Hæc decisio habetur supra in præcedenti par. 8. in ordine decis. 134. & in eadem parte sunt aliæ decisiones eiusdem causæ, & sunt decis. 41. 171. & 203.

R. P. D. CARILLO.

Postea Præside VALLISOLETANO.

Bononieñ Pecuniaria.

Lunæ 17. Iunij 1641.

ARGVMENTVM.

Nomen debitoris cessi cum promissione exigibilitatis, vt inexigibile probetur sufficiunt diligentiæ executorum, vna cum citatione facta contra cedentem ad iudicandum bona debitoris. Instrumentum illud attenditur, quo magis præcisè loquitur, & clariùs; vbi alterum per extensum, alterum verò solum per abbacum summam in eo contentam specificat.

SVMMARIVM.

1 *Inexigibilitas debitoris cessi probatur ex mandato contra eum relaxato, quod exequi non potuit propter legitima impedimenta.*
Quinimò ex citationibus factis contra cedentem ad indicandum bona debitoris. ibidem.
2 *Inexigibilitatem ad probandam quoties agitur vigore obligationis de manutenendo nomen debitoris exigibile.*
Sufficiunt diligentiæ executorum, & citationes pro indicatione bonorum; nec formalis requiritur excussio. ibidem.
3 *Inexigibilitas debitoris probatur ex cessione bonorum per eum facta.*
Excussio non requiritur vbi notoriè apparet de inexigibilitate debitoris num. 3.
4 *Bona æstimantur ad rationem quinque pro centenario.*
5 *Instrumentum extractum à substituto Notarij causæ plenè probat etiam sine citatione partis.*
6 *Instrumentum si alterum summam per extensum specificet, alterum verò illam per abbacum enunciet magis attenditur, quod per extensum loquitur.*
Instrumentum illud attendi debet, quod clarius loquitur. num. 6.
7 *Instrumenta vbi duo sunt quorum alterum ab alio discrepat statur pleniori.*

DECISIO XXXVI.

Ioannes Cecchellus duo credita ascendentia ad libras 5300. quæ habebat contra Petrum de Funis, & Ioannem de Zanettis cessit cum promissione exigibilitatis D. Marchioni Fontanæ, qui eadem nomina Debitorum sic cessa denuò cessit Emilio de Sartis cum simili promissione exigibilitatis, sed quia dictus Emilius Cessionarius nihil consequi potuit à Debitoribus cessit, nec à Cecchello cedente; Semidea eiusdem D. Emilij filia, & hæres iudicium contra d. Marchionem instituit vigore obligationis per ipsum factæ de manutenendo Cecchellum exigibilem, & deuoluta in gradum appellationis causa ad Rotam mihique commissa dubitaui, An constet de inexigibilitate Ioannis Cecchelli, quæ suffragetur d. Semideæ, & affirmatiuè fuit responsum.

Quandoquidem in Summario eiusdem Semideæ apparet contra d. Cecchellū fuisse relaxatum mandatum, & non potuisse exequi ob inhibitionem, & decretum visitæ gratiosæ Ciuitatis Bononiæ, quæ mandauerat eundem Cecchellum non molestari neque realiter neque personaliter attenta cessione bonorum per ipsum facta Creditoribus prout constat ex relationibus Executorum,
1 † & vlterius dantur citationis contra dictum Marchionem ad indicandum bona Debitores super quibus fieri posset executio, qui sunt boni modi probandi inexigibilitatem iuxta theoricam *glos. in l. à Diuo Pio §. in vendit. verb capiantur, ff. de re iudic.* Quam sequuntur *Angel. Imol. Pacian. & alijs plures relati per Ciriac. in contr. 5. à n. 142. vsque ad num. 147.*

Nec erat necessaria formalis excussio citato ipso Marchione, quia dum agitur vigore obligationis de manutenendo nomen Debitores exigi-
2 bile sufficiunt† prædictę diligentiæ Exequutorum & ci-

& citationes pro indicatione bonorum *Aretin. in §. si quis in fraudem num. 13. Instit. de action Papien. in inform. resp. libell. in action. hypothec. in verb. exceptionem Excussionis num. 17. Thomat. decis. 61. n. 10. & 11. cum seqq. facit decis. Forolituien. Cessionis census 29. Maij 1626 coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo.* Præsertim cum Decreto Visitæ emanato vigore cessionis bonorum notoria facta fuisset in-
3 exigibilitas Cecchini, † qua notorietate stante opus non erat vlteriorem facere excussionem *Bald. in cons. 198. lib. 1. Roland. cons. 9. num. 20. lib. 1. Negusant. de pignorib. par. 8. membr. 1. num. 14. Corn. cons. 46. col. penult. lib. 2. Ioseph Ludouic. decis. Perus. 45. num. 15.*

Non obstat, quod in indicationibus, & Decretis Visitæ enuncientur plura bona annui red-
4 ditus librarum 3000. † quorum proprietas æstimata ad rationem quinque pro centenario *iuxt. glos. final. in auth. perpetua de sacr. sanct. Eccles.* ascendat ad libras 60. mill. circiter, Credita autem pro quibus bona prædicta fuerunt assignata non excedant libras 26. mill. & sic dicta Semidea potuerit se satisfieri procurando subhastationem dictorum bonorum.

Quia non subsistit, quod Credita prædicta sint in libris 26. mill. sed bene in scutis 26. mill. vt legitur in instrumēto originali producto pro parte dictæ Semideæ duobus ab hinc mensibus par-
5 te citata, quod plenè probat, vt extractum à substituto Actuarij causæ licet absque citatione partis *iuxta decis. Gregor. XV. 59. num.* 4 vbi aliæ plures Rotæ decisiones concordantes cumulantur, quo supposito in facto certum est, quod nec redditus librarum 3000. nec proprietas ad rationem quinque pro centenario eiusdem redditus satis fuisset pro soluendis dd. scut. 26. mil.

Non releuat Instrumentū pro parte d. D. Marchionis productum loquens de libris per abacum, quoniam visum fuit Dominis magis standum
6 † esse alteri Instrumento loquenti per extensum tam ex eo, quod clarius loquitur ad *notat. per Rotam Ianuen. in decis. 96. num. 1. 2. & 3.* quam etiam, quia plus continet quando autem duo ad sunt
7 Instrumenta quorum alterum ab alio discrepat, statur pleniori, vt tenet *Alex. in cons. 105. num. 3. lib. 2. arg. l. si ita scriptum fuerit 67. ff. de hæred. instit. & l. si quis ex argentarijs, § si initium, ff. de edend.* Et ita vtraque, &c.

R. P. D. HIERONYMO VEROSPIO.

Postea S. R. E. CARDINALI.

Lauden. Præeminentiarum.

Lunæ 17. Iunij 1641.

ARGVMENTVM.

Ecclesia olim parrochialis, demum in Collegiatam erectam, Animarum cura, quæ per antea ad solum Parochum spectabat, an per Præpositum tantum, in illius locum subrogatum, vel per totum Capitulum debeat exerceri, vbi de differentia illorum actuum quos exercet Præpositus tāquam prima dignitas ab illis, quos idem tanquam Parochus administrat.

SVMMARIVM.

1 *Animarum quæ pertinent ad curam, & Parochi spectant officium, nemo exercere potest contra ipsius Parochi, aut Præpositi voluntatem.*

2 *Parochus, seu Præpositus potest alijs permittere exercitium cura animarum, vt ipsum adiuuent in illius officio.*

3 *Capitulum Ecclesiæ Collegiatæ exercere potest animarum curam.*

4 *Cura animarum in Ecclesia Collegiata, in qua residet Archipresbyter, aut alia dignitas pertinet ad personam, quæ tali præfulget dignitatem, & num. seq.*

6 *Cura animarum in Ecclesia Collegiata tunc spectat ad Capitulum, quando illum Capitulum simul cum Præposito exercere consueuit.*

Fructus prouenientes ex iuribus Parrochialibus si æqualiter diuidantur inter Præpositum, et Canonicos. Tunc arguitur animarum cura ad vtrosque simul pertinere, secus è contra num. 6. & 7.

Actus qui exerceri debent per Rectorem, sæpè Præpositum propter illius absentiam, vel impedimentum, deuoluuntur in exercitio ad personam antiquiorem, et dignore, quæ sit præsens.

9 *Intellige conclusionem procedere vbi Præpositus illos exercet tanquam prima dignitas, secus in tanquam Parochus ratione curæ sibi commissa.*

Quia tunc illi non possunt ab alys administrari eo inuito. ibidem.

10 *Præpositus in Ecclesia Collegiata, quæ olim erat parrochialis, vices duarum substinet personarum. Præpositi nempè quatenus substinet vices primæ dignitatis, & Parochi quatenus illius succedit officium. ibidem.*

11 *Præpositus Ecclesiæ Collegiatæ substituens vices, & Præpositi vti primæ dignitatis, & Parochi duplicis generis fructus habere debet.*

DECISIO XXXVII.

QVæsitum fuit in dubio proposito: An Canonici Sancti Blasij, in Oppido Cotonei, quod est in Diœcesi Laudensi inter Fluuium Adduam, & Fluuium Lambrum exercere possent officia, & munera Parrochialia præsente Præposito eoque inuito siue etiam illo impedito, aut absente. Et negatiue responsum fuit; Nam hæc Ecclesia erat antea Parrochialis, & præteritis annis erecta fuit in Collegiatam ex Priuilegio Sanctissimi D. N. cuius erectionis occasione commissa fuit Præposito cura Animarum, quæ antea competebat Rectori; Vnde non poterat contra ipsius Prępositi voluntatem
1 aliquis exercere in eadem Ecclesia, † ea quæ pertinebant ad curam Animarum, aut officium Parochi, vt notatur *in cap. scriptum 6. quæst. 3. & in cap. nullus 9. quæst. 2. & in Clementina dudum de sepult. vbi Card. in princ. Gemin. in cap. vt Animarum de constit. lib. 6. num. 20. Oldrad. cons. 81. num. 2.* Sed solum hæc facultas potuisset competere ex
2 voluntate, & permissione ipsius Præpositi, † qui illam concessisset alicui, vt eum adiuuaret in exercitio Curæ, *vt tradit Card. in d. Clement. dudum de sepult. nu. 26. & in Clem. 1. num. 11. de priuileg. Vitalin. in d. Clem. dudum num. 48. Geminian. in cap. per lectis 25. distinct. num. 15. Ioan. Andr. in cap. officium num. 4. de off. Achipresbyt. Rot. decis. 52. num. 24 par. 2. diuers.*

Neque

Neque poterat hæc Cura pertinere hodie ad
3 Capitulum † eo quia Ecclesia esset Collegiata, *vt voluit Oldrad. in cons 67. num. 1. authorit. text. in cap. irrefragabili, §. excessus de offic. Ordinarij quem sequutus fuit Roman. cons. 325. nu. 3. Lapus allegat 5. num. 7. & tenuit Rota in Tarentina administrationis Sacramentorum* 15. *Aprilis* 1611. *coram Reuerendiss. D. meo Decano in 2. part. recent. decis.* 340. *num.* 1. vbi censuit hoc Curæ incumbere toti Collegio quamuis adesset in Ecclesia Archipresbyter, cui deberetur maior præeminentia inter cæteros Canonicos; Hæc enim vera essent in casu quo in Ecclesia Collegiata non adsit aliqua dignitas, quæ
4 sit alijs superior. † Quia ea existente censetur onus curæ residere apud personam, quæ tali dignitate præfulgeat non autem apud Collegium, aut Capitulum, vt de Archipresbytero est *text. in cap. 1. de off. Archip. & notauit glos. in cap. ministerium eodem tit. in verb. cunctis, Ant. de Butr. super eod. cap. num. 2. Io. Andr. in cap. offic. in princ. & num. 4. Bellamer. in cap. vt singulæ num. 10. eod. tit. Rota in Aquilana Vicariatus 16. Nouembris 1588. coram Card. Seraphino inter impres. decis. 839. num. 4.*
5 & de alijs dignitatibus † quæ eodem modo cæteris præesse videantur *tradit Innoc. in cap. cum non ignores 15. in princ. de præbend. cuius dictum sequutus fuit, Abb. ibi num. 5. Hostien. num. 6. Anton. de Butr. num. 4. Card. Zabarell. in cons. 30. num. 1.*

Vel etiam poterat dispositio contraria locum obtinere in casu quo cura Animarum consueuerit exerceri ab omnibus simul cum Præposito, aut
6 alia dignitate, quæ sit caput Collegij, † cuius rei argumentum esse solet si fructus qui proueniunt ex iuribus Parochiæ sint communes, & inter omnes æqualiter diuidantur sicut hi erant *termini decisionis Tarentinæ in 2. par. recent. decis. 340. idemque probat test. in cap. irrefrag. de off. ord. in verb. excessus,* Et ex hac eadē ratione in decisione Card. Seraph. admissum fuit Capitulum simul cum Archipresbytero ad Curam; quia nimirum concurrebant plura signa ex enunciatiuis antiquorum instrumentorum, & consuetudine aliarum Ecclesiarum eiusdem Ciuitatis, quæ ostendebant curam esse communem; præter argumentum quod sequebatur ex participatione fructuum, qui erant communes Archipresbytero, & Capitulo. Cœterum non solum non erat in hac Ecclesia probata talis consuetudo, sed contrarium constitutum fuerat in litteris erectionis eiusdem Ecclesiæ in Collegiatam, quia apparebat ex illis commissum fuisse officium Curæ, soli Præposito cui etiam reseruatæ fuerūt decimæ, ac cæteri fructus qui percipi solēt ratione curę Animarū, quę solet esse vna ex pręcipuis
7 coniecturis ad effectū cognoscendi † apud quem resideat onus Curæ in casu quo certum sit Ecclesiam esse Curatam, & solum sit in certa persona cui eadem cura incumbat *vt obseruauit Gulielmus de Monte laud. in clem. vnica de offic. Vicarij in 6. quæst. n. 7. quem sequuti fuerunt Card. super eadē Clem. n. 10. Abb. in capit. extirpan. §. qui vero parrochialem in 2. lect. de præbend. n. 15. Felin. in cap. postulasti de rescript. n. 1. col. 2. in princ. & tenuit Rot coram Seraph. dec. 1304. n. 1. & decis. 102. n. 3. par. 1. recent.*

Neque poterat exercitium eiusdem Curæ aut singulorum munerum Parrochialium pertinere ad Canonicos saltem in casu quo Præpositus ab esset ab Ecclesia aut detineretur aliquo impedimento sicut obseruari solet in alis actibus quorum exercitium spectet ad Rectorem, aut Præpo-
8 situm Collegij vel Ecclesiæ † quia propter illius absentiam, aut impedimentum Ius exercendi eos actus deuoluitur ad personam antiquiorem, & digniorem quæ sit præsens *vt notatur in cap. de maioritate, & obbed. vti Innoc. num. 1. Io. Andr. n. 6. 8. Card. Zabarell. in Clement. 1. §. Abbate num. 3. de statut. monach. Bart. in l. 1. nu. 4. ff. de alb. scribendo.* etenim non agebatur hoc casu de actibus qui exerceri deberent à proposito tanquam prima dignitate in Capitulo aut Ecclesia in quibus actibus seruatur ea consuetudo vt maior aut antiquior Canonicus suppleat vices alterius absentis aut
9 impediri, † Sed actus, de quibus quærebatur an possent exerceri à Canonicis in locum Præpositi, pertinebant ad ipsum Præpositum ratione Curæ illi Commissæ, qui non poterant ab alijs administrari, eo inuito sicut idem Præpositus non tenebatur cum alijs communicare curam quam ipse solus exercebat in Ecclesia. Vnde censendus
10 erat gerere vices duarum personarum † nimirum Præpositi quatenus substinebat locum primæ dignitatis in Capitulo, & quatenus successerat in officium Parrochi ad quem spectabat Cura quando Ecclesia non erat Collegiata *argum. text. in l. miles, §. pro parte, ff. de legatis 2. notat Abb. in cap. sanè n. 3. de offic. deleg. & ibi Dec. in 3. notabili Menoch. cons 52. n. 99.* vbi pluribus exemplis hoc confirmat, *& in cons. 902. n. 71.* Et ex hac ratione illi reseruati fuerunt in litteris erectionis fructus du-
11 plicis generis nimirum † ij qui erant communes cęteris Canonicis, & consistebāt in redditibus qui in eisdem litteris assignati fuerunt pro dote ipsius Ecclesię, & alij quos ipse Prępositus percipiebat ratione Curę dum Ecclesia erat Parochialis qui illi reseruati fuerunt integrè, ac sine partipatione aliorum Canonicorum quod etiam ostendere poterat diuersitatem causę à qua ijdem fructus proueniebat *arg. tex. in l. Conuentionum, ff. de pact. & in l. 3. §. possessionum genera, ff. de acquir. possession.* Et ita vtraque, &c.

REVERENDISS. P. D. CERRO SACRAE ROTAE DECANO.

Bononień Bonorum.

Lunæ 17. Iunij 1641.

ARGVMENTVM.

Hęres grauatus de reinuestiendo, & ponendo ad multiplicum fructus hæreditatis, si aliquid emit, etiam nomine proprio præsumitur de pecunijs prouentis ex fructibus hęreditarij acquisiuisse, ac proindè totum id venit in restitutione fideicommissi. Possessionem ad probandam sufficit clausula constituti, quæ suum operatur effectum, etiam quod in tempus mortis fuerit concepta. Testis vnicus quandò sufficiat in materia manutentionis; & an Clausula, *sine præiudicio iurium partium,* sit impeditiua acquisitionis possessionis.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Empta per hæredem grauatum de reinuestiendo fructus hæreditatis, de illius pecunijs empta præsumuntur, & num. seqq.*
Et proindè cadunt sub fideicommisso ac in illius restitutione veniunt num. 3. & seq.
4 *Hæres grauatus de reinuestiendo fructus, si aliquid emit etiam nomine proprio primo sibi, posteà verò alijs vocatis acquirere voluisse præsumitur.*
5 *Venditio bonorum fideicommissariorum facta de testatoris licentia, contra tamen formam ab eo traditam, est nulla.*
6 *Grauatus de inuestiendo fructus pro fideicommisso, si omittit inuestire, tenetur ex proprijs bonis fideicommissum reintegrare.*
7 *Dictio*, quomodolibet, *est adeò effrenata, vt includat quemcumque modum acquisitionis.*
8 *Amplia quia comprahendit omne ius imaginabile ex quauis causa, & iam incogitata, & impropriissima.*
9 *De facultatis alicui tributæ validitate dubitari non potest quoties non sumus in materia prohibita, vel suspecta.*
10 *Hæres non potest impugnare confessionem, seù declarationem defuncti.*
11 *Declaratio facta vigore facultatis alicui concessæ perindè est ac si ab ipso tribuente facultatē facta fuisset.*
Actus non tribuitur exequenti, sed ordinanti, & mandanti, num. 11.
12 *Subrogatio communicat subrogato in eumque transfert omnes qualitates, ac alia quæcumque quæ inerant in eo, in cuius locum subrogatur.*
13 *Verba in omnibus, & per omnia sunt adeò vniuersalia, vt omnia comprahendant, & nihil excludant.*
14 *Verbis sub vniuersalibus si aliquid non includeretur, non esset verū dicere, quod sub illis omninò veniret.*
15 *Copula, &, de sui natura dispositionem ampliare solet.*
16 *Dictio*, di più, *est inclusiua præcedentium qualitatum, arguitque totalem diuersitatem dispositionis sequentis à præcedenti.*
17 *Bonum ius etiam ad effectum manutentionis ex ipsa possessione colligitur.*
18 *Clausula constituti vtramque possessionem, ciuilem nempè, & naturalem in constitutariam transfert.*
19 *Clausula constituti suum operatur effectum tàm cōtra constituentem, quàm cōtra habentem causam ab illo.*
20 *Constitutum quamuis collatum in tempus mortis tamen operatur translationem possessionis ab initio.*
21 *Possessio iure familiaritatis ex sola superuenientia noui tituli præsumitur mutata absque alia animi declaratione.*
22 *Possidere iure proprio dicitur declarasse qui iudicis auctoritate nomen suum dumtaxat in libris negotij inscripsit.*
23 *Possidere alium qui vidit, & sciuit, nec reclamauit, sibi præiudicat, ciuilemque possessionem, si quam habebat, amisit.*
24 *Confessionē extraiudicialem ad probandam testes duo de tempore, loco, & verbis contestes requiruntur.*
25 *Testis interessatus, qui agit de se eximendo à restitutione rei, quam ipse recepit non probat.*
26 *Testis vnicus sufficit in iudicio manutentionis, intellige vt num. 28.*
27 *Manutentionis in iudicio non admittuntur exceptiones cōtra personas testium, intellige, vt n. 29. & seq.*
30 *Manutentionis in iudicio, vt depositioni vnius testis credatur, requiritur, quod nihil releuans in contrarium probetur.*
31 *Clausula, sine præiudicio iurium partium, non importat conditionem suspensiuam repugnantem acquisitioni possessionis.*
Sed solum resolutiuam inficientem actum post damnū, quod indè sequutū fuisset ibidem, & n. seq. vbi vide.
32 *Clausula, sine præiudicio iurium partium, nullam tribuit possessinem, quoties alteram partem antea possedisse docetur, cuius possessio per d. clausulam fuit præseruata.*
33 *Petens admitti ad fructuum portionem, eosque ab alio recipere non recusans fatetur non se sed alterum possidere.*

DECISIO XXXVIII.

IOannes Bauosius Mercator Bonon. in testamento, quod condidit de anno 1609. instituta hærede vsufructuaria Hyppolita vxore, mādauit eidem, vt dempto victu, & vestitu, solutisque legatis per testatorē relictis, & annuis quibusdam præstationibus, id omne, quod spatio 12. annorum incipien. à die sui obitus superesset ex fructibus bonorum, ac lucris duorum capitalium aromatariæ, & artis sericæ, deponeret penes ædem sacram Ciuitatis Bononiæ ad effectum illud cum eius fructibus inuestiendi in tot bonis stabilibus, quæ deberent esse subiecta perpetuo fideicommisso ad fauorem filiorum Thomæ fratris sui, inter quos primo loco vocàuit Vincentium si superuiueret de tempore obitus testatoris, seu minus eius filios legitimos, & naturales, & descendentes masculos in infinitum, eo verò decedente sine filijs masculis legitimis, & naturalibus vocauit, secundo loco Hieronymum Vincentij fratrem pariter si superuiueret de tempore obitus sin minus eius filios masculos legitimos, & naturales, vt supra, quod si eum mori contingeret absque filijs, vel filij decederent ante completum duodecimum annum, tunc, & eo casu vocauit; tertio loco Ioannem filium Cæsaris cum eisdem supradictis conditionibus, & substitutionibus. Hyppolita vero decedente ante dictum terminum substituit in d. vsufructu, primò Vincentium, & deinde Hieronymum sub eodem tamen onere multiplicandi, & inuestiendi fructus durāte eo tempore. Hæredes demum proprietarios nominauit, & esse voluit filios Cæsaris alterius sui fratris, eiusq; filios, ac descendentes, quibus omnibus sine filijs decedentibus, hæreditatem redire voluit ad præfatos Vincentium, & Hieronymum, Sommario Hieronymi n. 1.

Defuncto testatore anno 1613. Hippolita vsufructuaria detulit administrationem bonorum, & capitalium Vincentio, & anno 1616. nondum elapsis duodecim annis Hippolyta, & Vincentius ex vna, ac hæredes perprietarij ex altera deuenerunt ad transactionem, in qua hæredes proprietarij non vocatis omnibus substitutis, nec seruatis alijs conditionibus per testatorem iniunctis, vendiderunt eidem Vincentio prædicta capitalia pro libris 35. mil. mox defuncta Hippolita anno 1617. Vincentius suscepto vniuersali vsufructu cum prædicto onere inuestiendi, continuauit in administratione omnium bonorum hæreditariorum, ac in perceptione fructuum, nec-

necnon in administratione vtriusque capitalis integro duodennio, quo elaspo assumpsit in socium in dictis capitalibus Hieronymum fratrem, vt ex libris communi nomine inscriptis, Summario nu.3. Demum anno 1619. collocata in matrimonium Laura vnica filia cum dote librarum 30.mil. carens filijs masculis, & cupiens cõseruare agnationem in descendentibus Hieronymi donauit eidem absenti, & Notario pro eo stipulanti irreuocabiliter, & inter viuos medietatem bonorum suorum præsentium, & futurorum, & insuper præueniens purificationem fideicommissi ex nunc, prout ex tunc eueniente casu suæ mortis restituit Hieronymo substituto omnia, & singula bona, res, & iura quæcumque fideicommissi supposita tàm ante quæsita, & quomodolibet ex hæreditate testatoris ad se peruenta, & ex illa parata, & iam empta, & acquisita, quàm in posterum acquirenda, & quatenus posset dubitari de comprehensione, voluit in hoc standum esse simplici dicto, & assertioni ipsius Hieronymi absque vlla detractione cuiusuis portionis quotæ, vel melioramentorum adiecta clausula constituti, Summario nu.4.

Mortuo igitur Vincentio de anno 1637. Hieronymus habita notitia huiusmodi restitutionis factæ ad sui fauorem, ac etiam donationis declarauit omnia bona quomodolibet acquisita ex redditibus hæreditarijs prædicti fideicommittentis se velle habere, ac possidere iure fideicommissi, illisque deductis, si quid aliud superesset habere velle in vim donationis, quam propterea acceptauit in parte, & partibus fauorabilibus, & citra præiudicium suorum iurium, ideoque contra Lauram filiam defuncti aspirantem ad huiusmodi bona titulo successionis ab intestato petijt manutentionem, causaque ad Rotam deuoluta die 5. Iunij 1638. fuit resolutum coram bon. mem. Buccabella Hieronymo dandum esse mandatum de manutenendo in possessione capitalium aromatariæ, & artis sericæ, aliorumque bonorum fideicommisso subiectorum, necnon medietatis bonorum in eodem fideicommisso non comprehensorum, illique per Vincentium donatæ, reseruato vt particulariter videretur de alia medietate, quam Hieronymus prætendebat vti creditor hypothecarius, super quo cum fuisset renouata disputatio sub die 26. Nouembris anni præteriti Domini ordinarunt, vt videretur de bono iure etiam ad effectum manutentionis, quo dubio proposito hodie à me in locum bonæ mem. Buccabellæ suffecto affirmatiuè responsum fuit, siue attendatur testamentum Ioannis fideicommittentis, siue instrumentum restitutionis fideicommissi sibi à Vincentio factæ.

Ioannes enim senior instituto fideicommisso ad fauorem Vincentij, & deinde Hieronymi supposuit eidem lucra aromatariæ, & artis sericæ, ac alia omnia, & quæcumque bona, non solum tunc existentia, sed etiam in posterum duodecim annorum compendio ex fructibus vniuersæ hæreditatis acquirenda, dempto vt supra dictum est victu, & vestitu Hippolytæ vxoris, nonnullisque annuis præstationibus. Vnde cum de purificatione fideicommissi ad fauorem prædicti Hieronymi non dubitetur, & bona, de quibus agitur fuerint per Vincentium acquisita intra eosdem annos, & durante administratione, quam gerebat hæreditatis præfatæ, sicuti præsu-
1 mi debet, † quod empta fuerint ex pecunijs, & fructibus hæreditarijs ad ipsum vti administratorem peruentis, vt notat *Bart. in l. Imperator 72. §. cum autem, num. 3. Bald. num.1. in fin. vers. sed quid si non apparet, ff. de legat. 2. Ruin. cons. 199. n. 1. lib. 7. Giouagn. cons. 23. n.3. lib. 2. Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 22. num. 20. Capic decis. 194. n. 15. Surd. decis. 15. num 4. & decis. 55. num. 6. Magon. decis. Florent. 16. n. 6. vers. & ex hæreditate. Giurb. decis. 111. num. 20. ad fin.* Et in executionem præ-
2 cepti præambuli de inuestiendo, † sic ex causa necessaria. *Peregrin. de fideicomm. art. 44. sub n. 28. vers. quorum opinio, Surd. d. decis. 15. nu. 12. & 13. cum seqq. Rota in recent decis. 653. num. 2. part. 2.*
3 Ita per consequens cadunt sub fideicommisso, † & veniunt in illius restitutione, *l. Imperator. §. fin. cum duobus seqq. ff. de leg. 2. Castren. consil. 326. num. 3. par. 2. Giouagn. d. cons. 23. num. 9. lib. 2. Surd. d. decis. 15. num. 18. Giurb. d. decis. 111. numer. 21. & seqq. Rota in dicta decis. 653. num. 2. par. 3. recent. & coram Buratto decis. 229. num. 9.*

Idque non obstante, quod Vincentius in instrumento acquisitionis fuerit stipulatus pro se, & hæredibus cum clausula, *ad habendum*. Dum
4 enim ipse hæreditatem administrauit, † cuius fructus erant inuestiendi præsumitur eum voluisse primo loco acquirere sibi, postea verò vocatis, per eum ex eadem dispositione, *Peregrin. decis. Patauin. 2. num. 9. vers. sed tamen*, quem refert, & sequitur *Fusar. de substit. quæst. 627. num. 27.*

Nec releuare dictum fuit, quod à fideicommittente data fuerit licentia alienandi bona subiecta fideicommisso, & sic dicta capitalia per venditionem ab hæredibus factam Vincentio; fuerint à nexu fideicommissi liberata, & effecta liberum patrimonium emptoris, quia cum testator ordinauerit venditionem fieri non debere, nisi citatis omnibus vocatis ad fideicommissum, & sic de ipsorum licentia saltem tacita, venditio autem
5 facta fuerit ijs non vocatis, † & ob huiusmodi formam non seruatam, remansit nulla, & inefficax, vt diffusè *Becc. cons. 12 n. 30. lib. 1. Surd. cõs. 282. n. 9. cum seqq. Rota in recent. dec. 30. sub n. 3. par. 1.*

Et quamuis etiam per dictam venditionem fuissent exempta à fideicommisso Ioannis facto in fauorem filiorum Cæsaris, cum tamen exemptio præsumatur facta ex fructibus bonorum hæreditariorum, eo ipso remansisset obnoxia alteri fideicommisso ad fauorem Hieronymi comprehendenti omnia bona ex dictis fructibus empta, & acquisita, vt supra dictum est.

Comprobatur hæc omnia ex relationibus peritorum electorum pro firmando statu hæreditatis Ioannis, & Vincentij, qui calculatis omnibus ex hæreditate Ioannis Vincentio obuentis, ac pariter omnibus inuestimentis ab eo factis retulerunt omnia bona, de quibus agitur absorberi ab hæreditate Ioannis, & Vincentium remanere debitorem hæreditatis, & multiplici in notabili quantitate, vnde vel istæ emptiones factæ fuerunt ex lucris capitalium, & ex redditibus aliorum bonorum in exequutionem præcepti testatoris, & sumus in claris, vel ex bonis proprijs. & adhuc spectant ad fideicommissum, quia

quia grauatus de inueſtiendo pro fideicommiſſo
6 ſi † omittit inueſtire, tenetur ex propriis bonis
fideicommiſſum rcintegrare, & damna reſarcire,
Peregrin. de fideicomm. art. 45. nu. 14. poſt med. verſ.
& ſi quæ conſumpſit, & deciſ. Patauin. 120. num. 3.
Molin. de Hiſpan. primog. lib. 4. cap. 47. ſub numer. 16. Ciriac. controuerſ. 5. numer. 23. & alios
allegat. Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 518. & Rota coram bon. mem. Buratto deciſ. 401. num. 6. in fin. &
num. ſeq. & in recent. deciſ. 355. n. 11. cum ſeq. par. 6.

Inſpecto pariter inſtrumento teſtitutionis dixerunt Domini conſtare de bono iure Hieronymi, quia cum Vincentius declarauerit ſe eidem reſtituere omnia, & quæcumque bona, ac iura quomodolibet peruenta ex hæreditate teſtatoris, & ex illa parata etiam empta; & acquiſita, dubio procul voluit dicto fiſieicommiſſo ſubiacere, & ſub dicta reſtitutione comprehendi tam capitalia ab ipſo empta anno 1616. quam alia quæcumque empta, & acquiſita intra annos duodecim à die obitus teſtatoris, quo cœpit adminiſtrare vſumfructum hæreditatis dicti Ioannis eum onere inueſtimenti. Ponderanda enim eſt vniuerſitas, & amplitudo verborum, quibus concipitur reſtitutio ibi *ex hæreditate Ioannis ad Vincentium quomodolibet peruenta*, dictio enim il-
7 la, † *Quomodolibet*, eſt adeo effrenata, vt includant omnem, & quemcumque modum excogitabilem per quem bona directè, vel indirecte ad eum peruenire potuerint ſecundum *gloſ. in clement. 2. §. nec igitur verbo quomodolibet de ſentent. excommunicat. Pariſ. conſ. 58. num. 10. lib. 1. & conſ. 142. numer. 6. lib. 4. Cæſar. de Graſſ. deciſ. 1. num. 4. de verb. ſignif. Rota deciſ. 364. num. 1. & 505. numer. 19. par. 1. diuerſ.* Imò, & omne
8 ius imaginabile ex quauis cauſa, † etiam per impropriiſſimam ſignificationem, & quæ alias non comprehenderentur, *l. 1. ff. de leg. 1. Rimin ald. Iun. conſ. 513. num. 35. & 36. lib. 5.* & multo alios allegat *Barboſ. de dict. 330. per tot.* & fuit dictum *in Sabinen. Caſtri Montis Rotundi 8. Februarij 1627. coram bon. mem. Coccino quæ eſt deciſ. 36. num. 4. & 5. par. 5. recent.*

Et quamuis ſuper præmiſſis adeſſet aliqua dubitatio ſatis ceſſare viſa fuit ex facultate per Vincentium tributa Hieronymo, vt ſcilicet declarare poſſet quænam bona eſſent ſubiecta fideicommiſſo ſubdens, quod in hoc ſtaretur ſimplici dicto, & aſſertioni ipſius, qui inhærendo huiuſmodi facultati declarauit omnia bona controuerſa velle poſſidere iure fideicommiſſi, & tanquam prouenientia ex hæreditate Ioannis teſtatoris, eiuſque fideicommiſſo ſuppoſita. De
9 facultatis enim validitate dubitari † non poteſt cum non ſimus in materia prohibita, vel ſuſpecta, vt notat *Bart. in l. fin. §. huiuſmodi num. 30. ff. de pretor. ſtipulat. Alex. conſ. 37. num. 31. lib. 2. Soccin. ſen. conſ. 90. num. 12. & ſeq. lib. 4. Rota deciſ. 891. num. 2. par. 4. diuerſ. cum alijs relatis in deciſ. huius cauſæ ſub die 5. Iulij 1638. coram bon. mem. Buccabella* & confeſſio, ſeu declaratio Vincentij nullatenus à Laura poteſt im-
10 pugnari † cum ſit illius filia, & hæres *vulgat. l. cum à matre C. de rei vindicat. & l. 1. ab eo, C. de liber. cauſ. Rom. conſ. 18. ſub num. 4. Surd. deciſ. 161. num. 20.* quos Rota paſſim ſequitur.

Nec obſtat primò quod Vincentius in inſtrumento reſtitutionis inſeruerit notulam bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, eaque deſtinxerit à bonis conatis, quia Domini aduerterunt eundem Vincentium nō habuiſſe huiuſmodi donationem pro tuta, imò dubitans ſub fideicommiſſo Ioannis comprehendi maiorem quantitatem bonorū quam ſuperius expreſſerunt, retulit ſe ad declarationem faciendam à Hieronymo a qua propterea non erit recedendum, præſertim quia cum facta ſit vigore facultatis ſibi in inſtrumento re-
11 ſtitutionis conceſſæ, † perinde eſt ac ſi ab ipſo Vincentio emanaſſet *arg. l. vnum ex familia §. ſi de falcidia, & §. ſed ſi duos vbi gloſ. in verb. hæreditario, ff. de legat. 2. Aym. conſil. 144. num. 1. & 3. Crot. conſ. 48. num. 13. lib. 1. Surd. conſ. 29. num. 3. & 4. Menoch. conſ. 1107. num. 1.* Qui omnes firmant actum non tribui exequenti, ſed ordinanti, & mandanti.

Minus, & ſecundò ſubſiſtit, quod onus inueſtiendi fructus à fideicommittente impoſitum Hippolytæ eius vxori hæredi vſufructuariæ non cenſetur repetitum in ſubſtitutione facta ad fauorem Vincentij, quem ſolum videtur grauaſſe ad inueſtienda ſcuta mille quolibet anno, quia cum teſtator in caſum obitus Hippolytæ nondum elapſo duodennio, vocauerit Vincentium, & ſucceſſiuè alios ſubijciens hæc verba *Grauando eſſo teſtatore tutti gl'altri hæredi inſtitutti, e ſuſtituiti ſopradetti, durante il detto termine di dodici anni ſolamente, e non più oltre, à pagare li legati, cenſi, e ſoſtenere le altre grauezze in tutto, per tutto, come era grauata la detta Signora ſua conſorte, e di più à depoſitare ſopra il Monte dalla Pietà ogn'auno ſcudi mille ad effetto d'inueſtirli, &c.* liquido conſtat Vincentium fuiſſe ſubrogatum in locum Hippolytæ primo loco grauatæ in omnibus, & per omnia, & ſic etiam in onere inueſtiendi, tum virtute ſu-
12 brogationis, † quæ communicat ſubrogato, & in eum transfert omnes qualitates, ac alia quæcumque, quæ inerant in eo in cuius locum ſubrogatur, *ad not. in §. ſi igitur verſ. vnde conſequens, auth. de hæred. quæ ab inteſt. Aret. in rubr. ff. de acq. poſſeſſ. num. 5. ante fin. verſ. Ideo non eſt cum ſeqq. Nat. conſ. 246. ſub num. 5. verſ. Et quod ſubrogatus lib. 2. Surd. conſ. 42. ſub num. 11. Grat. diſcept. foren. cap. 719. num. 9. & ſeqq.* Tum ratione verborum, *in omnibus,*
13 *& per omnia*, quæ ſunt adeo vniuerſalia, † vt omnia comprehendant, & nihil excludant *l. 1. & ibi omnes ff. de leg. 1. Surd. conſ. 412. num. 29. Rota deciſ. 8. num. 5. cum ſeqq. par. 2. diuerſ. & coram bon. mem. Buratt. deciſ. 193. num. 1.* Si autem onus inue-
14 ſtimenti ſub his verbis non includeretur † non eſſet verum dicere, quod ſub illis omnino veniret, vt aduertit idem *Surd. conſ. 73. ſub num. 62. cum ſeqq. Rota in Cæſarauguſtana Camerariæ 29. Nouembris 1632. coram Reuerendiſſ. D. meo Pirouano Decano, quæ eſt deciſ. 157. num. 19. & 20. par. 2. recent.*

Tum deniqun, quia onus inueſtiendi alia ſcuta mille quolibet anno fuit ſeparatim, & de nouo appoſitum vltra alia, vt manifeſtè colligitur ex illis verbis in eodem teſtamento adiectis, ibi, *E di più*, neceſſario inferentibus ad diuerſitatem, & ampliationem oneris tam propter co-
15 pulam, *Et* † quæ de ſui natura diſpoſitionem ampliare ſolet *l. qui fundum, §. qui agrum ff. de contrahen. empt. Surd. conſ. 315. num. 17. Gonzalez ad reg.*

gul.Cancell.gloſ.3. num. 5. & ſeq. Rota coram Card.
Seraphin.deciſ.1366 num.4.& in recent.dec. 680 ſub
*num.6 par.2.*quam propter dictionem,*di più* , quæ
16 eſt incluſiua præcedentium qualitatum , † & ar-
guit totalem diuerſitatem diſpoſitionis ſequen-
tis à præcedenti . *Gemin.conſ. 62. ſub num.7. Rota*
coram Buratto deciſ.480. num.5. circa medium verſ.
*Imò tunc.*Nec mirum, quod teſtator voluerit gra-
uare Vincentium , cæteroſque ſubſtitutos ad in-
ueſtiendum alia ſcuta mille , quod onus non ap-
poſuerat Hippolytæ , quia Hippolyta iam ſenex
ipſius ſolum vita durante frui poterat commodo
hæreditatis , cæteri verò hęredes , & ſubſtituti
perpetuò erant recepturi commodum inueſti-
menti , & fideicommiſſi , quod erigebatur in fa-
uorem ipſorum , & cuiuslibet eorum in infinitũ-

Quod autem de bono iure Hieronymi conſte-
etiam ad effectum obtinendi manutentionem li-
17 quet eo ipſo , † quod docetur de eius poſſeſſio-
ne , vt in his terminis dixit *Rota coram Reueren-*
diſſ.Vrgellen.deciſ.23.num.6.& in Placentina Deci-
marum de Truſillo 17.Iunij 1730.coram R.P.D,meo
Veroſpio impreſſ apud Poſth.poſt tract.de manut.in or-
dine deciſ.281 num.1.

Poſſeſſio verò Hieronymi ſatis , & primo iu-
ſtificatur ex clauſula , *conſtituti* , appoſita in in-
ſtrumento reſtitutionis fideicommiſſi factæ per
18 Vincentium , † quæ vtramque poſſeſſionem ci-
uilem , & naturalem transfert in conſtitutarium,
l.quod meo ff de acquir.poſſeſſ.Honded.conſ.42. n.37.
lib.1.Surd.conſ.481. num 6. Rota coram Greg. deciſ.
437.num.1.& ſeqq.& alibi ſæpe .

Quæ ſuffragatur non ſolum contra conſtituen.
19 tem , ſed etiam contra quemcumque † haben-
tem cauſam ab illo , prout eſt Laura . *Ruin.conſ.*
169 num.16.lib.1.Tiraquell.de iure conſtit.par. 3. li-
mit.1.num.20.& 23.Rota in Recanaten.bonorum 20.
Aprilis huius anni coram me , verſ. quod autem atti-
net iuncta clauſula , *ex nunc , prout ex tunc* , quæ
20 ſuſtinet conſtitutum, licèt ſit † collatum in tem-
pus mortis , tamen operatur translationem poſ-
ſeſſionis ab initio licèt eius effectus differatur in
tempus mortis iuxta *conſ. Oldr. ad 139. num. 5.*
verſ.Tertium erit Alex.conſ.85. num.6.verſ. confir-
matur lib.2.Surd.conſ.171.num. 22. Guidopap. deciſ.
268.ſub num.1. Rota in recent.dec.258.n.3. in fin. &
dec.408.num.6. verſ. ſtante maximè par.4. & coram
bonæ mem.Buratt.deciſ.179.num 8.& fuit dictum
in Bonon. de Bologninis 11. Decembris 1619. coram
bon mem.Card.Veroſpio impreſſ.per Poſth. vbi ſupra
in ordine *deciſ.150 num.4.& 5.*

Secundò iuſtificatur ex diſpoſitionibus duo-
rum teſtium nuper inductorum ex parte Hiero-
nymi exactè concludentium , viuo adhuc Vin-
centio , & de illius tacito cunſenſu Hierony-
mum poſſediſſe , & adminiſtraſſe capitalia, om-
niaque alia bona priuatiuè quoad Lauram , eo-
que defuncto continuaſſe in adminiſtratione , &
poſſeſſione retinendi claues , cæteroſque actus
poſſeſſorios faciendi , adeout quamuis antea
poſſediſſet iure familiaritatis, tamen cum poſtea
declarauerit velle poſſidere iure fideicommiſſi
21 conſequenter † ceſſauit poſſeſsio iure familiari-
tatis , ex ſola ſuperuenientia noui tituli abſque
alia animi declaratione mutata præſumitur *Dec.*
conſ.400 num.5.Creſc. ent. deciſ. 5. de reſtit. ſpoliat.
Achil.dec.4.ſub num.1.& num. ſeqq. de cauſ. poſſeſſ.
& propriet.Mantic.deciſ.21.num.2.Rota in recent.de-
ciſ.108.num.2. par.5.& coram ſanctæ memoriæ Gre-
gor.XV. dec. 546. num.1. & ibi Add. num.15.& in
Ferrarien.manutentionis 28.Iunij 1641. coram Reue-
rendiſſ.Domino meo Pirouano Decano verſ. non obſtat
quod huiuſmodi poſſeſſ. in fin.

Et pro iuſtificatione huius poſſeſsionis aduer-
tebant etiam Domini , quod Hieronymus ſta-
tim ſequuto obitu Vincentij mediante auctori-
tate Iudicis mercatorum , in libris iſtorum capi-
22 talium , nomen ſuum dumtaxat inſcripſit , † ex
hoc enim clarius declaraſſe videtur iure proprio
voluiſſe poſſidere , alioſque noluiſſe habere ſo-
cios *ad not.in l.Neſſenius num.6.C. commun.vtrinſ-*
que iud.& poſt eos Mant.de tacit.lib.6.tit.10.num.4.
cum ſeqq.& Rota in recent.deciſ.700 n.8. in fine p.2.

Nec viſa fuit attendenda depoſitio vnius te-
ſtis pro Laura examinati ad probandam illius
poſſeſſionem, continens Lauram occaſione mor-
tis Vincentij patris ſe contuliſſe ad domum pa-
ternam , in qua Hieronymus inhabitabat , ab
eoque fuiſſe receptam bonis verbis , & beneuo-
lentia plenis , ne in vim publici inſtrumenti poſ-
ſeſſionem caperet , quoniam ex hac depoſitione
euidenter colligitur Lauram non ſolum poſſeſ-
ſionem non cæpiſſe , quin potius permiſiſſe,quod
Hieronymus omnia poſſideret , & ſic ciuilem
poſſeſſionem , ſi quam habebat animo retentam
amiſiſſe , dum videns , & ſciens alium poſſidere
23 non reclamauit, cum in huiuſmodi† caſu etiam
modicum tempus ſufficiat *Innocent. in cap. de ſer-*
uorum num 4.verſ & ideo non placet de ſer.non ordi-
nan.Alex.conſ.35.num.12.lib.6.Grauett.conſ.235.ſub
num.1.Rota in Romana ſtagni 6. Iunij 1612. & 21.
Iunij 1625.coram bon.mem.Coccino,altera deciſ.129.
num. 1. altera deciſ. 298. ſub num.2. inter impreſſ. à
Poſth.de manutenen.& in Bonon.profeſſionis 14 Mar-
tij 1622.coram R.P.D.meo Merlino verſ.Nec decen-
*ion. opus erat,*quæ eſt apud eundẽ *Poſth.dec.164.n.4*

Et vlterius hic Teſtis fidem non meretur, quia
præter multas exceptiones quas patitur in dictis
& perſona , cum ſit contrarius ſcripturis , ſit fa-
mulus ſalariatus Lauræ , & ipſius viri , vt ipſe
fatetur iuxta 2.ſumm.num.17.Et loquatur nimis
affectatæ cum Laura nihil aliud petat , niſi me-
dietatem bonorum Vincentij Patris . Teſtis verò
deferat illi totam , vt iuxta 7. ſumm. num. 19.
oſtendatque ſe parum informatum dum iuxta
16.inquit ſe nunquam audiuiſſe , quod in Apo-
theca Aromatariæ vllus alius præter Vincen-
tium habuerit intereſſe ſumm.num. 20. ſitque
Vnicus , & vt plurimum deponat de ſolo audi-
24 tu & de confeſſione extraiudiciali Hieronymi †
ad quàm probandam duo ſaltem Teſtes de tem-
pore loco , & verbis conteſtes requiruntur *Cæſar*
de Graſſ.deciſ. 4.§de ſent. & de re Iudic. Rot. coram
Cardinali Seraphino 1172.num.5.& in recent.deciſ.
700.num.33.& 34.par.2.& deciſ. 187. numer. 15.
*& 264.numer.43. part.5.*Habet intereſſe in cauſa,
& agit de ſe eximendo à reſtitutione plurium
25 fructuum , quos iuxta 10.deponit de facto ſe †
percipiſſe ex his bonis, vnde debet repelli *l.nul-*
lus ff.de teſtibus Alex.& alij in l.3.ff. eod. Rota coram
Card.Seraph dec.768.& corã Vrgellen.deciſ.462.n.18.

Nec releuat , quod in iudicio manutentionis

26 vnicus † Testis sufficiat *S.mem.Greg.XV.dec.160.*
ibiq. Add. num. 3. Nec admittantur exceptiones
27 contra† eorum personas *Rota coram Card.Seraph.*
decis. 92.num.2. Quia quoad vnicitatem conclu-
sio non procedit, quandò in contrarium adsunt
28 alij Testes diuersa deponentes, † Tunc enim
Testi vnico non est, credendum neque in hoc
summarijssimo possessorio, vt ex *Io.Andr. in cap.*
auditis num.3.& Innocent.ibid.num.4.de præscript.fir-
mauit Rota coram Buratto decis.591.num.4. & 5.

Quo verò ad exceptiones licet illæ non ad-
29 mittantur, quando non sunt probatæ, † nec ad-
sunt contrarietates, vt notat *Geminian. in cap. 2.*
§.fin.de Testibus in 6.vbi omnes prout hic inconti-
nenti probantur, & agitur de probatione priui-
legiata facienda per vnum Testem proculdubio
veniunt admittendæ etiam in iudicio manuten-
30 tionis requiritur enim † quod nihil releuans in
contrarium deducatur, vt optimè distinguendo
firmauit *Rota in Boian.Pensionis 27.Octob.1600. co-*
ram bon.mem. Pgnia impress. per Marchesan. de com-
mis.tom.1.tit.de Commiss.appellat.in caus.pens.par.1.
§.2. num. 5. fol. 618. quam refert, & sequitur idem
Marchesan.loco cit.fol. 90.num.88.

Nec ad probandam possessionem Lauræ vis
vlla fieri potest in diuersis decretis prouisionali-
bus Arbitrorum, qui decreuerunt, vt durante
compromisso Laura deberet recipere quandam
portionem lucrorum capitalis Aromatariæ, &
fructuum nonnullorum stabilium, Quia pro re-
sponsione fuit animaduersum Decreta emanasse
per modum prouisionis, & cum clausula præ-
31 seruatiua, *sine præiudicio iurium partium,* † quæ li-
cet secundum veriorem opinionem non impor-
tet conditionem suspensiuam repugnantem ac-
quisitioni possessionis, sed solum resolutiuam
inficientem actum post damnum, quod inde se-
quutum fuisset, vt dixit *Rota decis. 9. num. 3. de*
concess.præben.in antiquioribus, & in Ferrarien. bo-
norum de Tassonibus 26.Iunij 1613.coram Cardin.
Pamphilio decis. 513.num.3.in fin. par.1. recent. Vbi
cum hac distinctione dicitur intelligendam esse
decisione Putei 32.alias 34.lib.2.in correct. quæ ab-
solutè firmauit huiusmodi clausulam reddere
actum conditionalem, & idem repetijt *in Ferra-*
rien.Manutentionis coram Reuerendiss. D. meo Piro-
uano Decano vers.ex hac eadem, & in Romana pen-
sionis coram R.P.D. meo Verospio vers. dieque visa
fuit obstare vtraque sub die 28.Ianuarij currentis an-
ni. Cum tamen in casu nostro constare dictum
fuerit, quod de eo tempore Hieronymus possi-
deret proculdubio nulla fuit quæsita Lauræ pos-
sessio, sed per dictam clausulam † fuit præser-
uata anterior Hieronymi, & in nihilo præiudi-
catum, vt distinguendo firmant Honded.*cons. 86.*
num.51.& 52.lib 2.Peregr.de fideicomm.art.48.n.46.
vers.& indubit. inter Cæsar de Grass.decis.194.num.2.
alias 2.de verb.significat Rota in Maceraten.hæredita-
tis 4.Iunij 1590.coram bon.mem.Card.Pamphilio im-
press.per Posth.post eius tract.de manutenen.decis. 74.
num.5.& in Bonon.hæreditatis de Armis 18. Aprilis
1612.coram R.P.D. meo Merlino, quæ est decis. 47.
num.5.inter impress.post tract.Merlin.de legitima n.4.
vers. Nec vllomodo, & coram Buratto decis. 511.
num.4.& in recent.decis.513.num.3. par. 1. vbi dici-
tur in his terminis procedere dictam Putei decisionem.

Et vlterius responderur ex præfatis Arbitro-
rum Decretis, ac eorum subsequuta acceptatione
potiùs argui Hieronymi possessionem, quodque
Laura eundem in possessorem acceptabat, qui
enim petit admitti ad fructuum portionem, eos-
33 que ab alio recipere † non recusat, fatetur non
se, sed alterum possidere, vt notat *glos.in l.quis-*
quis in verb. credatur C. de donat. Rota in d.Ferrarien.
Manutentionis coram Reuerendiss. Domino meo Piro-
uano Decano vers. & huic opinioni prope finem.

Demum non obstat statutum Bononieñ sub
Rub. quod Nullus occup. poss. rei hæred. Quia
in casu nostro nulla adest vsurpatio, vel occupa-
tio, & staturum expressè excipit possessionem
quæ continuatur, vel accipitur de licentia defun-
cti, vel in vim clausulæ constituti, prout conti-
nuata, seu capta fuit in hoc casu ex supradictis.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. ROIAS.

Postea Episcopo TARRACONEN.

Maceratеñ Census.

Veneris 21. Iunij 1641.

ARGVMENTVM.

Apoca penès aliquem existens cum aliqua adnota-
tione à tergo illius, qui per antea dicit ea adno-
tatione caruisse probare debet. Simulatio scri-
pturæ matrimonialis factæ in maiori summa, &
quantitate pro matrimonij honorificentia ex
quibus deducatur.

SVMMARIVM.

1 *Obseruantia veritatem demonstrat.*
2 *Administrator censetur dotasse de bonis administratis.*
3 *Non probatur hoc esse, quod ab hoc contingit ab esse.*
4 *Scriptura penès aliquem existens cum aliqua adnota-*
tione, semper eadem adnotatione, penès illum ex-
titisse præsumitur, dum de statu præcedenti contra-
rio non constat.
5 *Probabilitas valdè vrget ad præsumptionem indu-*
cendam.
6 *Confessio simpliciter loquens, recipit declarationem*
ex verbis præcedentibus, & subsequentibus.
7 *Copulatiuæ orationis vna pars declarat alteram.*
8 *Capituli inserti in instrumento dicuntur pars illius.*
9 *Confessio facta in capitulis in instrumento iurato con-*
tentis, & ipsa iurata dicitur.
10 *Præsentia in actu stipulationis instrumenti arguitur*
ex verbis illius.
11 *Calculus erroneus non habetur in consideratione.*
12 *Verba quæ aliter verificari non possent eam admittunt*
inteligentiam, quæ illis adaptatur.

DECISIO XXXIX.

PLacuerunt hodie Dominis fundamenta deci-
sionis in hac causa factæ sub die 15. Februa-
rij præteriti in qua fuit resolutum decretum Ro-
tale esse infirmandum, & sic depositum consi-
gnandum Cæsari ex quo dos primi Matrimonij
Hie-

Hieronymæ realiter fuit scutorum 3150. licet apoca ab ea producta cantet pro scutis 4000. cum expressio in maiori summa facta fuerit ad honorificentiam, & ad pompam, præsertim stante adnotatione à tergo apocæ per illa verba *Nota, che questo scritto non si deue rendere se non ci è il consenso di Geronima, Lodouico, e Mario, & all' incontro di messer GiosePpe, e meser Cæsare Ridolfini, altrimente ci rimetteriano della conscientia, dell' honore e della robba*, ex quibus verbis apocam esse simulatam deductum fuit, maximè quia primus maritus Hieronymæ erat vir pomposus, & in loco aderat consuetudo conficiendi similes apocas ad matrimonij honorificentiam, accedit etiam, quod apoca nunquam fuit consignata Hieronymæ de cuius interesse principaliter agebatur, sed semper fuit retenta tàm à Vincentio quàm à Lu-
1 douico eius fratre † ac hærede ex qua obseruantia benè desumitur veritas ipsius adnotationis *Surd. cons. 262. num. 26. Gratian. discept. 951. num. 8.* & demum concurrunt sex illæ coniecturæ in decisione ponderatæ, quæ Dominis hodie placuerunt ex rationibus in ea deductis.

Ex eo autem quod dos constituta Hieronymæ in primis nuptijs realiter fuerit scutorum 3150. sequitur, quod dum Cæsar administrator in secundis nuptijs anno 1593. constituit eidem dotem scutorum 4800. censeatur connumerasse in dicta quantitate etiam sortem principalem census scutorum 550. dictæ Hieronymæ assignati vna cum alijs bonis ad hæredibus primi viri in concordia anni 1592. pro restitutione scutorum 4000 primæ paghæ dotis, & pro complemento scutorum 1600. occasione legatorum vsusfructus, & aliorum sibi relictorum à primo viro; Admini-
2 strator enim † censetur dotasse de bonis administratis ex *Bart. in l. vxorem 39. §. Pater naturalis num. 1 ff. de legat. 3. Corn. cons. 124. col. 2. vers. idem voluit lib. 1. & cons. 316. num. 4. in fine lib. 4. Rota in Romana de Cincijs 5. Iunij 1604. coram Cardinale Millino, & in Ariminen. dotis 13. Maij 1624. coram R. P. D. meo Merlino, & admittit prima decisio in hac causa facta coram R. P. D. meo Verospio*; ex quibus benè remansit extinctus dictus Census scutorum 550. in quo Cæsar fideiusserat ex latè deductis *in decisione* hodie confirmata *vers. nec obstat.*

Nec obstare dicebant Domini deducta ad excludendam existentiam dictæ adnotationis à tergo apocæ de tempore quo fuit confecta, ex eo quia in transumpto obtento per Hieronymam de anno 1620. dicta adnotatio non fuerit apposita.
3 Quia vltra quod per dictum transumptum non † probatur hoc esse, quod ab hoc contingit abesse *l. non hoc C. vnde legit.* cum vulgatis, transumptum apparet extraiudicialiter ad hoc, vt Hieronyma haberet copiam apocæ, eiusque intererat, quod adnotatio non transumpteretur. Quinimò cum apoca originalis nunquam exiuerit è manibus Vincentij mediatoris, semperque remanserit inter eius scripturas vsquequo Hieronyma illam habuit, & in hac causa cum dicta adnotatione produxit, vtique venit dicendum à principio penes illum extitisse cum eadem adno-
4 tatione eodem modo, ac forma, prout in præsenti legitur, † dum non constat de statu præcedenti contrario, vt post *Oldrad. & Bald. comprobant Ruin. cons. 143. num. 20. vers. in casu autem nostro, & num. 21. lib. 5. Rota decis. 203. num. 5. & 6. par. 5. recent. & in Pisana Iurispatronatus 14. Iunij 1630. coram bon. mem. Motmanno*. Eoque magis quia
5 nedum † concurrit aliqua probabilitas *Bald. in l. si quis num. 4.* & ibi *Salycet. num. 2. C. ad Iul. de adulter. Rota in Illerden. Canonicatus 24. Februarij 1620. coram Patriarcha Manzanedo*. Sed etiam veritas huius facti elucescit ex litteris à Ludouico scriptis Passarino eius agenti anno 1620. in quibus legitur, quod non poterat Hieronymæ consignare apocam sine consensu aliorum interesse habentium stante prædicta adnotatione à tergo facta per Vincentium eiuus fratrem eique iniunxit, vt sumptum confici curaret, eique traderet cum nil aliud ad eius fauorem facere permissum esset, hocque etiam remanet comprobatum ex depositione dicti Passarini in vim litterarum monitorialium, vt ex summario dato in responsione pro Cesare.

Minus obstare dixerunt adducta per Hieronymam contra quartam coniecturam primæ decisionis quod confessiones factæ à Ludouico, & D. Mario eius fratribus in instrumentis cum ipso Cesare cantent de solutione non de constitutione dotis florenorum 6300. constituentium scut. 3150. Nam confessio Ludouici clarè loquitur, quod Cesar administrator pro nùbendis sororibus præfatorum Ludouici, & Marij iuxta conditionem familiæ, & qualitatem temporum fuit coactus constituere Hieronymæ pro eius dote dictos florenos 6300 Confessio verò D. Canonici Marij
6 licet cantet de solutione, remanet † tamen declarata ex præcedentibus, & subsequentibus verbis ex quibus colligitur dotes sororum constitutas fuisse à Cesare in eadem summa persoluta. *Mantic decis. 23. num. 3. Buratt. decis. 660. num. 1.* quod etiam comprobatur ex eo, quia confessio eisdem verbis copulatiuè facta legitur de dote Hieronymæ, & Artemisiæ, vndè cum indubitatum sit dotem Artemisiæ fuisse in summa expressa constitutam, & solutam eodem modo in summa expressa constitutam, & solutam, illam Hieronymæ in-
7 telexit cum † vna pars copulatiuæ alteram declaret, *Soccin. in l. 1. num. 1. ff. de reb. dub Surd. decis. 124. num. 9.* & quamuis confessio facta fuerit in articulis, attamen quia articuli fuerunt exhibiti ad effectum inserendi (prout inserti fuerunt) in
8 Instrumento † dicuntur pars illius *Seraph. decis. 460. num. 3* & consequenter cum in fine adsit obligatio Cameralis, & iuramentum continens
9 omnia in instrumento contenta esse vera † vtique confessio facta in articulis remanet per dictum iuramentum comprobata *Alex. cons. 17. num. 2. lib. 3. Ruin. cons. 137. n. 6. lib. 1. Greg. XV. decis. 215. n. 2.*

Neq; aliquid facit responsio data contra quintam coniecturam quod Hieronyma tacuerit in petendis fructibus dicti Census ex quo non interuenerit in transactione anni 1592. & ignorauerit sibi cessum fuisse. Quia vltra ponderata in dicta decisione coram me facta, replicatum fuit quod in prima decisione in hac Causa ad eius fauorem emanata coram R. P. D. meo Verospio vers. Cætera, fuit firmatum se fuisse præsentem
10 † dictæ transactioni, & sic cessioni Census, vt pateat ex illis verbis instrumenti, ibi, *Però adesso*

essa Madonna Geronima elegge, & esso Messer Odoardo gli dà, &c. ex quibus, & alijs in dicta decisione ponderatis non potest controuerti eius præsentia, ac consequenter scientia cessionis Census.

Tandem non obstat calculus hodie datus per Hieronymam ad demonstrandum, quòd in consignatione secundæ dotis scutorum 4800. non fuerit compræhensus census scutorum 550. Quia
31 calculus detegitur erroneus, † & captiosus, supponit enim id de quo disputatur videlicet, quod sors principalis dicti census non fuerit comprehensa in dicta summa scut. 4800. secundæ dotis, quod detegitur manifestè erroneum ex quo, siue faciamus calculum in genere, & ex supra, ac in decisione hodie confirmata pōderatis patet, quod in dicta quantitate scutor. 4800. fuit comprehensa, tam prima vera dos scutor. 3150. quam legata relicta Hieronymæ à primo Viro constituentia scuta 600. & sic ipsum censum benè remansisse extinctum mediante compensatione, ac integrali restitutione scutor. 4800.

Siue faciamus calculum magis specificè, & apparet quod quatuor census nempè census scutorū 550. de quo agitur, & alij tres scutorum 1050. insimul constituentes scuta 1600. cessi fuerunt Hieronymæ in dicta transactione pro infrascriptis partitis, scilicet pro restitutione scut. 400. primæ paghæ dotis solutæ primo Viro, & pro scutis 160. deficientibus æstimationi legati vestium, & iocalium factæ tantummodo in scutis 440. nec nō pro scutis 1000. ratione legati vsusfructus ab eodem primo Viro sibi relicti, ac pro scutis 40. pro impensis funerum, quæ partitæ insimul calculatæ constituunt eandem summa scutorum 1600. & propterea dum Cæsar in secundo matrimonio pro dote scutorum 4800. assignauit tam dictos tres census scutorum 1050. quam integram primam dotem scutorum 3150 ac etiam vestes, & iocalia pro scutis 600. vtique per hanc assignationem remanfit extinctus dictus Census scutorum 550. in quo ipse fideiusserat, cum d. partitæ constituant summam scutorum 4800. in qua necessario comprehenditur pretium eiusdem Census cessi Hieronymæ in transactione pro satisfactione dictorum scut. 400. primæ dotis, & scutorum 160. pro supplemento legati vestium, & iocalium, stante præsertim, quod dicta secunda constitutio dotis (ratificata per Hieronymam, vt alia latè deductum fuit) facta fuit cum ea lege, quod Hieronyma deberet esse tacita, & contenta de omni, & toto eo quod prætendere posset à fratribus, & à Cæsare patruo, quod venit intelligendum de iure competente Hieronymę ex dicta transactione in qua fuerat sibi cessus dictus Census, ex quo præter verba generalia, dicta constitutio dotis scutorum 4800. longe excedebat primam dotem, & sic verba non poterant intelligi de iure ratione dotis,
13 & dabantur alia habita in dicta † transactione nempe dicti tres census scutorum 1050. vestes, & iocalia, vnde perindè est ac si de censu fuisset specialiter dictum cum in alio non possit verificari. *Gurb. decis. 45. num 9. Castill. de vsufruct. cap. 39. num. 29. & 30. Greg. XV. decis. 90. num. 3.*

Et ita resolutum vtraque parte informante, &c.

Decisio ista emenata in hac causa sub die 15. Februarij 1641. coram eodem Reuerendissimo Terraconen. est supra in hac parte decis. 13.

REVERENDISS. P. D. CERRO.

SACRÆ ROTÆ DECANO.

Romana Saluiani de Casalibus.

Veneris 21. Iunij 1641.

ARGVMENTVM.

Donatarius possit ne vti remedio Saluiani aduersus tertium possessorem pro obseruantia donationis, non quidem à Donatore promissa, sed illa, quam adimplere tenetur primus, aut alterior donatarius, hinc quæritur an hypotheca simpliciter in contractu donationis apposita referatur ad obseruantiam Donatoris tantum, verum etiam ipsius Donatarij. Dispositio *auth. res quæ, C. comm. de legat.* quæ equè in particulari, ac in vniuersali fideicomimsso procedit, habent ne locum cum priuilegio prælationis, & in eo casu in quo dotis creditor alienatione bonorum liberorum consensit, vel potest agere ad bona libera, aut aduersus creditores qui illa, vel illius pretium cum obligatione restituendi prioribus, & potioribus obtinuerunt. Scientia donationis factæ ad fauorem plurium personarum ex quibus dicatur inducta.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum non competit sine hypotheca.*

2 *Obligatio pro obseruantia donationis à donatore promissa respicit quidem ea omnia ad quæ donator se obligauit, non autem extenditur ad ea, quæ adimplere tenetur donatarius vigore donationis, & vide num. 12. cum seq.*

3 *Donatarius vigore donationis sibi factæ ante illius acceptationem non acquirit aliquod ius reale, vel hypothecam.*

Vt ex indè possit illius vigore agere remedio Saluiani contra tertium possessorem, quod amplia etiamsi stipulatio Notarij interuenerit ibid. & num. seq.

Hypothecaria actio requiritur, vt Saluianum intentari possit contra tertium num. 3.

4 *Stipulatio Notarij nomine absentis reddit contractum irreuocabilem ex parte promissoris.*

Stipulatio Notarij acquirit absenti actionem personalem, & hypothecariam directam contra hæredes promissoris num. 4. non tamen tribuit aliquod ius reale, aut actionem hypothecariam vtilem experibilem contra singularem successorem ibidem.

5 *Iuramentum interpositum in contractu ad fauorem absentis celebrato non importat acceptationem illius.*

6 *Acceptatio donationis facta post alienationem secutam non retrotrahitur in præiudicium tertij, cui fuit interim dominium, & ius quæsitum.*

7 *Retentio competit habenti hypothecam anteriorem, vel potiorem.*

8 *Saluianum non datur contra habentem potiora, & anteriora iura.*

9 *Emptor vtitur eodem iure defensionis, quod venditori competebat.*

Empto-

10 *Emptori competit eadem retentio, venditor tueri poterat.*

Emptor dicitur cessionarius, & singularis successor venditoris num. 10.

11 *Dotis pro restitutione vigore auth. res quæ competit hypotheca cum priuilegio prælationis in bonis fideicommissi, & alienari prohibitis.*

Vbi bona mariti, vel non extat, vel non sufficiunt.

12 *Dispositio auth. res quæ C. com.de leg. procedit in fideicommisso tàm vniuersali, quàm particulari.*

Siue illud fuerit factum in vltima voluntate, siue in contractu ordinatum ibid. & num seqq. vbi vide.

13 *Hypotheca simpliciter in contractu donationis apposita refertur ad obseruantia ne dùm ipsius donatoris, sed etiam donatarijs.*

Vbi etiam ille obseruantiam promisit ibidem, & supra num. 2. vbi vide.

14 *Clausula*, pro quibus omnibus, *refertur ad omnes dispositiones siue principaliter, siue accessoriè, aut incidenter in instrumento contentas.*

Amplia quod etiam extendatur ad enunciata ibid.

15 *Obligatio Cameralis, etiam ad enunciata extenditur.*

16 *Hypotheca constituitur ex sola voluntate contrahentium, & sufficiunt verba generalia, quinimò, & indefinita.*

17 *Hypothecam ad inducendam sufficit etiam verisimilis mens contrahentium.*

18 *Interpretatio extensiua admittitur ad hypothecam inducendam.*

19 *Obligotio Cameralis habet in ventre stipulationem pro omnibus quorum interest, & absenti interesse habente ius, & actionem tribuit.*

20 *Donationis acceptatio, & stipulatio facta à primo donatario suffragatur omnibus, & num. seq.*

23 *Scientia sola donationis sufficit, vt illa dicatur acceptata amplia, & num. seqq.*

23 *Scientia etiam probata coniecturis, & præsumptionibus in fauorabilibus, sufficit.*

24 *Scientia habetur pro acceptatione vbi agitur de titulo lucratiuo.*

25 *Acceptio præsumitur vbi actus affert vtilitatem.*

26 *Consensus præsumitur quando actus de sui natura est concupiscibilis.*

27 *Præsumptio ex præsumptione inferri non potest.*

28 *Limita vbi vna præsumptio venit in consequentiam alterius.*

29 *Scientiam esse præsumptam, & scientiam probari præsumptionibus, & coniecturis sunt termini differentes.*

Scientia probatur præsumptionibus, & coniecturis, & talis probatio dicitur vera concludentes, num. 29.

30 *Scientia donationis deducitur si donatarij fuerint prohibiti nil aliud ex hæreditate donantis petere.*

Vnde nihil petendo dicuntur acquieuisse, & donationẽ acceptasse, ibid.

31 *Acceptatio probatur tam ex facto, quam ex non facto.*

32 *Voluntas declaratur ne dum verbis, sed etiam factis.*

33 *Voluntas qualis à principio fuerit facta subsecuta demonstrant.*

34 *Donatarius non alia de causa præsumitur remisisse prætentionem, quam aduersus donatorem habebat, quia illius donationem, sibi factam cum prohibitione de nil aliud petendo acceptare volebat.*

35 *Donatio facta ad fauorem plurium consanguineorum cum magno apparatu, & pompa ad eorum animos donatori conciliandos.*

Præsumendum est, quod ad eorundem notitiam deuenerit ibidem, & num. seqq.

36 *Præsumptio, seu coniectura scientiæ donationis factæ cum magno apparatu, & pompa ad conciliandos animos donatariorum in donatorem est adeo efficax, vt transferat onus probandi contrarium in partem aduersam, ibid.*

37 *Scientia donationis factæ in summa nobilitatis quantitatis facilius præsumitur in donatario, & num. seq.*

38 *Præsentia donatarij in loco factæ donationis iuncta coniunctioni sanguinis, & summa considerabili rei dodonatæ, arguit scientiam donationis.*

39 *Verisimilitudo inspici debet ad effectum præsumendi scientiam.*

40 *Verisimilitudo dicitur amica naturæ Verisimilitudo omnem probationem concludit, & operatur probationem illorum, quæ alias non probarent num.* 40.

41 *Venditionem non fuisse factam, & effectum non fuisse sortitam paria sunt.*

42 *Voluntas ad effectum non producta nihil operetur, nec est in iure considerabilis.*

43 *Hypotheca competens vigore auth. res quæ C. com. de leg. dicitur tacita, vti introducta à lege.*

44 *Hypotheca competens vig. auth. res quæ C. com. de leg. competit solum à die mortis fideicommittentis.*

45 *Hypotheca conuentionalis, expressa, & anterior præfertur, & est potior hypotheca tacita.*

46 *Retentionis ad effectum hypotheca debet esse anterior vel potior.*

47 *Creditor ex causa onerosa præfertur donatario ex causa lucratiua.*

48 *Intellige vbi creditor ex causa lucratiua personalem tantum habet actionem, secus si habeat etiam hypothecariam, quia tunc ipse præfertur.*

49 *Bona fideicommissi, quæ speciali Sanctiss. Chirographo fuerunt exempta ad effectum satisfaciendi creditores remanserunt libera, ac proinde super illis debebat fieri dotis restitutio ibidem.*

50 *Decisiones in eadem causa emanata iuxta stylum Sac. Rotæ semper in noua disputatione causæ supponuntur.*

51 *Dotis restitutionem super bonis fideicommissi vigore auth. res quæ prætendere non potest, qui consensit alienationi, & distractioni bonorum liberorum, & num. 54. & seq.*

52 *Remedium auth. res quæ C. com. de leg. est subsidiorium in eo tantum casu, quo non adsunt bona libera.*

53 *Creditor dotis consentiendo alienationi aliquorum bonorum sibi non præiudicat, quominus in cæteris satisfieri possit.*

54 *Limita conclusionem non procedere, vbi intentatur remedium subsidiarium vig. auth. res quæ quo casu si creditor dotis, vel dissipauit bona libera, vel illorum alienationi consensit amittit subsidium d. auth. ibid.*

55 *Succurrendum non est ei, qui sua sponte se in necessitate posuit.*

56 *Pecunia soluta creditoribus cum obligatione de illam restituendo prioribus, & potioribus extare dicitur ad beneficium potiorum, & anteriorum, & habetur perinde, ac si non fuisset soluta, ibid.*

57 *Dotis creditor non potest intentare remedium auth. res quæ, in casu potest agere aduersus creditores, qui receperunt bona libera, vel pretium cum obligatione de restituendo prioribus, & potioribus, & vide supra à num.* 49.

58 *Cessionarius plus iuris habere non potest, quam haberet ipse cedens.*

59 *Creditor creditoris habet, & exercere potest omnes actio-*

actiones, quæ ipsius creditori competebant, & ille poterat exercere.

60 *Amplia conclusionem non solum in actione personali procedere, sed etiam in hypothecaria vtili, vbi vel illa fuerit creditori, creditoris obligata, vel saltem adsit obligatio omnium bonorum.*

61 *Remedium subsidiarium competens vigore auth. res quæ, C.com.de leg. non transit ad hæredes extraneos, & singulares successores, & num. seqq.*

63 *Prælationis priuilegium vigore auth.res quæ,C.comm. de legat. licet ad hæredes extraneos, & singularem successorem non transeant.*

Tamen aliud est hypotheca secundum aliquos.

64 *Retentio cessat prælatione cessante.*

65 *Saluianum non impeditur per exceptiones dubias, & altiorem requirentes indaginem.*

DECISIO XL.

DECISIONEM emanatam coram bon. me. Buccabella sub die 17. Nouemb. 1637. in qua dictum fuit DD. Casalibus immittendos esse ex remedio Saluiani in possessione domus possessæ à R. P. D. Prospero Caffarello tanquam creditores Bernardini Caffarelli in scut. 4000. hodie DD. confirmarunt. Nam creditum cum hypotheca, quod est necessarium antecedens in hoc iudicio clarè probatur ex publico Instrumento donationis factæ à Bernardino, in quo deficiente linea masculina Marij Caffarelli eius donatarij vniuersalis mandat solui dicta scuta 4000. Michaeli de Casalibus eius consanguineo, & illius filijs, ac descendentibus, pro cuius donationis, ac omniũ in eo contentorum obseruantia tam ipse Donator, quam Marius donatarius sese hæredes, & bona quæcumque in ampliori forma Cameræ Apostolicæ obligarunt. Et quod defecit linea masculina Marij, & sic euenerit casus quo donator voluit solui dicta scuta 4000. quodque isti de Casalibus, qui agunt pro illorum solutione sit de descendentibus Michaelis ad quorum fauorem Donator disposuit plenè firmatur in dicta decisione, prout etiam in ea concludenter probatur possessio tàm Bernardini donantis, quàm D. Prosperi contra quem dirigitur Saluianum, quæ sunt requisita in hoc iudicio nec ista in hac positione causæ fuerunt ab altera parte controuersa.

Solum impugnabatur qualitas, & essentia crediti, quod non suffragari ab informantibus ex tribus.

1 Primo quia deest hypotheca † sine qua non competit Saluianum, vt latè probat *Statil. de Saluian. inspect. 1. cap. 4. num.* 107. Defectus autem deducebatur ex eo, quia licet Donator, & primus Donatarius in instrumento donationis pro illius obseruatione obligauerint se, hæredes, & omnia eorum bona in forma Cameræ; Attamen dicebatur huiusmodi hypothecam fuisse appositam pro obseruantiam eorum, quæ vnusquisque ipsorum ex parte sua promiserat ad effectum, vt in casu contrauentionis eorum bona essent obligata pro
2 impedimento promissorum non † autem pro obseruantia, & executione eorum, quæ erant præstando ab vltimo masculo lineę Marij, vel ab eius hærede quorum factum neuter ipsorum promisit, ac propterea ad eos extendi non posse, sed esse restringendam ad ea, vnusquisque eorum ex parte sua promisit, ex tranditis per *Giouagn. cons. 34. num. 43. versic. non obstat. cum num seq. lib. 2. & latè Ger. Spin. cons. 54. à num. 18. vers. sed dicimus, vsque ad 52. vers. quorum.* Quod prius etiam sensisse videtur *Soccin. sen. cons. 115. n. 13. post med. vers. nec contra possessores lib. 4.*

Secundo obijciebatur, quod concesso etiam, quod in dicto instrumento donationis adesset hypotheca illa tamen non erat experibilis super domo, de qua agitur, quia cum donatio fuisset facta ad fauorem Casalium absentium, & ante illorum acceptationem domus fuisset alienata in D. Caffarellum singularem successorem, non poterat contra eum intentari Saluianum cum ante acceptationem non acquiratur ius reale, & actio hypotheca-
3 ria vtilis, † quæ requiritur ad effectum, vt Saluianum intentari possit contra tertium, inquem res debitoris titulo singulari peruenit, *iuxta cons. Honded. 25. à num. 40. vsque ad fin. præsertim à num. 57. lib. 2.* qui in fine dicit ita fuisse iudicatum absoluendo possessorem, & eum sequitur *Scapuccin. de Saluian. interdict. lib. 2. quæst. 16. num. 11. maxime sub vers. et in fortioribus.*

Nec releuare dicebatur, quod interuenerit stipulatio Notarij nomine Casalium, quia licet per hanc stipulationem contractus reddatur irreuocabilis ex parte promissoris, & acquiratur absenti
4 actio personalis, † & hypothecaria directa ad illam accessoria, quæ exercentur contra obligatum, & illius hæredes, & successores vniuersales, non tamen acquiritur ius reale, neque actio hypothecaria vtilis experibilis contra singularem successorem *Alciat. in cap. cum contingat, num. 332. in fin. et seqq. de iur. iur. Couar. in rubr. de testam. par. 3. num. 13. vers. nec item refert bene Honded. d. cons. 25. num. 44. et 45. lib. 2. Cephal. cons. 440. num. 30. et seqq. præsertim num. 49. Giouagnon. dicto cons. 34. nu. 40. Veg. cons. 51. sub num. 36. Laderch. Imolen consil. 76. num. 1. Beroli. cons. 4 num. 34. et 35. lib. 1. Siriac. controuers. 322. nu. 2. vers. mihi vero cum seqq.* & alios refert *Anton. de Amat. variar. resol. tom. 1. resolut. 30. num. 6. et Rota decis. 683. num. 4. par. 1. diuers. quæ est decis. Card. Seraph. inter eius impress. 474. num. 4. et in recent. decis. 142. num. 6. part. 4. et coram sanct. mem. Gregor. decis. 567. num. 3. et Add. ad eiusdem decis. 97. sub num. 8. et coram bon. mem. Buratto decis. 773. num. 2. et decis. 98. num 6.* & fuit dictum *in Ariminen. donationir 22. Iunij 1640. coram R. P. D. meo Panzirolo.* Prout etiam non suffragatur interpositum fuisse iuramentum, quia illud
5 non supplet defectum † acceptationis requisitæ ad effectum acquisitionis realis & dominij *Abb in cap. sicuti il 3. num. 5. de iur. iur. Alciat. in dicto cap. cum contingat, nom. 335. in fin. cum seqq. Purpurat. consil 478. num. 28. Guttier. cons. 41. per tot. Honded. cit. cons. 25. num. 46. et duob. seq. Rota decis. 683. num. 4. vers et procedit etiam, et decis. 27. num. 11. cum seqq. par. 7. recent. et fuit dictum in Romana Census 25. Iunij 1640. coram R P. D. meo Bichio.*

Nec minus acceptatio superuenta post factam
6 alienationem suffragari potuit, † quia non præiudicat, nec retrotrahitur in præiudicium tertij, cum interim ius, & dominium est quæsitum *Alexan. in l. quod meo, num. 5. ff. de acquir. possess. Dec. in l. contractus, num. 20. ff. de reg iur. Couar. d. rubr. 3. nu. 13. vers. est tamen necessaria de testam. Castr. cons. 195. num. 3. part. 2.*

part.2.Bero.cons.164.num.1. et seqq.præsertim num.6. lib.1. Purpurat. cons.396.num.58.Curt.iun. consil.74. num.9. et cons.76. num.6. Menoch. cons.858. num.2. Bellon.iun.cons.38.num.13. et cons.69. num.47.Honded. d.cons.25.num.25. et seqq. Mantic.de tacit.lib.3. tit.48.num.17. Rota decis.124. num.10.post Zacch.de oblig.Cam.et coram Card.Seraph.decis.472.num.6.

Tertia oppositio in eo consistebat, quod Marius Caffarellus iunior à quo D.Prosper emit d.domum habet hypothecam anteriorem, vel certè potiorẽ.
7 Vnde sicuti ipsi competijsset retentio † aduersus Casales *Rota decis.303. num.2. et 3. part.4.recent.et coram Buratt.decis.854.num.3.*& contra eum haben-
8 tem potiora, & anteriora † iura cessaret Saluianum *l.2.ff.qui potior.in pignor.habeant Mantic.dec.69. num.1.Buratt.decis.844.num.1.* Ita etiam cessare de-
9 beat contra D.Prosperum emptorem, † qui vtitur eodem iure defensionis *l.inuitus, §.plerumque, ff.de reg.iur.Bald.in l.emptori,in princip.C.de euict.* & po-
10 test se tueri eadem exceptione † retentionis tamquam illius cessionarius, & singularis successor *l.si potiores, C.de his qui in prior credit. loc. success. Surd. cons.4.num.8.Statil.de Saluian.inspect.2.cap.2.nu.229. Rota coram Card.Caual.decis.652.nu.1.et coram R.P. D.meo Verospio decis.318.num.26.par.6.recent.*

Potioritas autem desumebatur ex eo, quia cum Marius esset creditor dotis Faustinæ matris scut. 9000. & pro illius satisfactione elegisset hanc domum fideicommissariam Bernardini vigore *Auth. resq.C.comm.deleg.* ex quo non aderant alia bona libera euaserat potior, & erat præferendus Casalibus cum pro restitutione dotis facienda in vim
11 *d. Auth.* † competat hypotheca cum priuilegio prælationis in bonis subiectis fideicommisso, & alienari prohibitis si bona libera mariti non extant, vel non sufficiunt, vt in specie tradunt *Castr. in l.mulier 22.§. cum proponeretur, sub num.3. ff. ad Trebell.Curt.in leg.filius familias, §.Diui,num.171.ff. de leg.1.Padill.in d.auth.resq.num.47.Gozad.consil.97. num.10.Castrens.cons.15.num.2. vers.his non obstantibus, & cons.219.num.3. vers.& sic dicendum, par.1. Dec.cons.519.per tot.Roland.consil.85.à num.29.vsque ad 34.lib.1.Didac.variar.resolut. lib.3.cap.6.num.10. vers.4. non tantum. Menoch. de præsumpt. lib.5. præsumpt.190.num.1.& seqq. & de arbitr.Iudic.cas.182. num.69.Peregrin.de fideicomm.artic.42.num.13.& 81. Odd.de fideicomm.ex prohibit. alienat.quæst.44.artic.8. num.138.& seqq. Cancer. variar.resolut.par.1.cap.1. nu.175.in vltim.impress.Ioseph Ludou.decis.Lucen.28. num.91.& seqq.Thesaur.decis.151.per tot.Viu.dec.18. num.8.lib.1.Rota coram Seraphin. decis.678.num.5.& decis.37.num.4.par.1. diuers. & in Romana Dotis 30. Martij 1618. coram Eminentiss. Card. Pamphilio impress.post Fenz.ad statut.Vrb decis.95.& in Anconitana fideicommissi coram Cardinali Blanchetto post Merlin.de legitim.decis.33.sub num.6.& 7.& in recent.decis.154.num.4.coram Reuerendiss.D.meo Pirouano Decano,& decis.312.à nu.13.vsque ad 18.coram R.P.D. meo Merlino par. 6. & fuit dictum in Romana Dotis 13.Februarij 1641. coram R.P.D. meo Panzirolo cum alijs relatis per Add.ad Buratt.decis.641.n.23.& seqq.*

Cuius *Auth.* dispositio procedit, tam in fidei-
12 commisso facta in vltima voluntate † siue illud sit particulare, siue vniuersale, vt post *Bald.Castren. Ruin.& alios quos referunt, & sequuntur Peregrin.de fideicomm. artic.42. num.54. Canc. vbi supra d.cap.9. num.365.Fusar.de substit.d.quæst.571.num.58.firmant Iason.in d.auth.nu.32.vers.9.extende.Decian.cons.18. num.28.lib.2.& Rota coram R.P.D.meo Merlino.d.decis.312.num.3.5.part.6.recent.* Quam in conuentio-
13 nali facto in contractu † inter viuos, vt post *Franc. Tigrin.de Pisis, & Viredutium de Perusio firmat Baptista de S.Blasio in tractat.de priuil. dotis cent.4. priuil.341.num.41.inter tract. magn.tom.9.fol.mihi 460. Ambros. de Opilonibus inter repetentes in l.filius familias.§.Diui, nu.121.vers.& pondera vnum.ff.de leg.1. Curt.iun.in d.auth.res quæ.num.35. Lup.in rubr.de donat.§.16.num.14.vers.Pater.Ias.cons.157.nu.21.vers. huic difficultati,vsque ad fin.lib.2.Beron.cons.38.nu.35. vers.non aduersatur tertium, & num.seqq.lib.1.Fontanell.de pact. nupt. claus.5. glos.1. par.2.num.94.* vbi istam opinionem rationibus firmat, & à contrarijs vendicat, & alij relati per *Fusar.d.quæst.531.nu.81.*
14 & Rota nostra licet contrariam † opinionem communem dixerit coram *Card.Seraphin decis.374. num.3.* Tamen ibidem subdit non esse opinionem omnium tutam; & seueram, & partes esse vlterius super articulo audiendas cum æque in vno, atque in alio casu militent rationes *Auth.res quæ*, & demum in hac sententia vltimo loco resedit coram *Card.Virili decis.128.nu.2.& seqq.par.5.recent.*

Tamen hæc non obstare dixerunt Domini, & propterea steterunt in decisis.

Ad primum enim fuit responsum, quod quicquid sit de opinione, quam subtiliter disputant Giouagnon.& Gerius Spin.in præcitatis locis, An scilicet hypotheca simpliciter apposita in contractu donationis, censeatur apposita solum pro obseruantia donatoris, & non donatariorum inter se,
13 In† hoc casu visa fuit cessare hæc difficultas, cum hic non solum donator, sed etiam donatarius generaliter promiserint obseruantiam omnium contentorum in donatione, vt patet ex instrumento *Summ.Casalium num.1.* nec dubitari potest, quin hypotheca fuerit adiecta etiam pro obseruantia eorum, quæ fuerunt disposita ad fauorem Casalium, quibus donator mandauit solui dicta scuta 4000. in defectu lineæ masculinæ Marij: Tum quia in hoc consistit obseruantia donationis ex parte Donatariorum; Tum quia in Instrumento adest clausula, *Pro quibus omnibus,& obligatio Cameralis*, quæ referuntur ad omnes dispositiones in instrumento
14 principaliter, † vel accessorie, seu incidenter contentas, & trahuntur etiam ad enunciata, vt de clausula, *Pro quibus omnibus*, tradunt *Alexan.cons.17.n.2. lib.3.Ruin.cons.137.num.6.lib.1.& cons.103.num.1. lib.4.Paris.cons.97.num.91.lib.1. Rota decis.74.n.2. par.1.diuers.& decis.69.num.4.post Zacch. de obligat. Camer.* Et de obligatione Camerali continente
15 sub se hypothecam, † quod exerceatur etiam pro enunciatis in Instrumento *Rot.decis.70.nu.2.par.1. recent.& apud Statil.de Saluian.decis.308.* quæ habentur etiam apud *Zacch. vbi supra altera decis.5.n.10. & altera decis.85.num.1.& 2.*

Et in hanc sententiam facilius iuerunt Domini cum id suadeat etiam verisimilis mens, & intentio Donantis. Quia dum iste in instrumento donationis apposuit hypothecam, & deinde expresse mandauit, quod in defectum lineæ Marij primi Donatarij soluerunt Casalibus scuta 4000 adiectis tot clausulis, & obligatione Camerali, vt facilius, & efficacius dictum relictum consequi possent, verisimi-

risimiliter etiam censetur voluisse ad hoc, vt huiusmodi effectus iuxta eius votum sequeretur, quod eius bona illis essent hypothecata. Quæ verisimilis mens,& intentio sufficit ad hoc,vt hypotheca constituta dicatur etiam pro ista obligatione,& obseruantia Donatariorum ad fauorem Ca-
16 salium,cum hypotheca ex sola voluntate, † & ex verbis generalibus,immo etiam indefinitis constituatur. *Bursatt.cons.39.num.37.Cephal.cons.41.n.19 Riminald.senior.cons.299 num.10.& 12.lib.2.* sufficit
17 enim verisimilis † mens ad eam inducendam *text.in l.creditor la prima, §.post diuisionem, ff.qui potior.in pign.habeant,* & admittit *Ger.Spin.d.cons.54. nu.35.in fin.& nu.36.ante fin.vers.erit igitur verum.*

Quod procedit etiamsi aliqua extensione opus
18 esset cum interpretatio † extensiua ad hypothecam inducendam admittatur, *vt per Bald.in d l.final.C.quæ res pignor.obligat.possess.Fulgos.cons.83.n.2. vers fin.Ger.Spin.d.cons.54.num.36. d.vers. erit igitur verum.*

Et cessat omnis difficultas cum obligatio Cameralis habeat in ventre stipulationem,pro omnibus quorum interest,quæ operatur, vt cuilibet ab-
19 senti interesse habenti acquiratur Ius, † & actio, vnde dubitari non potest,quin fuerit acquisitaCasalibus, de quorum interesse, & quidem principali apparet ex præmissis, latè *Zacch.de obligat.Camer. quæst.5.num.6.& Rota post eum decis.86. num.2.97. num.1.99.num.7.& 137.num.1.& in recent.dec.285. num.9.& 10. par.6.& coram R.P.D.meo Dunozetto decis.46.num.7.part.7.& coram bon.mem.Buratto decis.788.num.3.*

Secundum verò, quod ante acceptationem ex sola stipulatione Notarij non acquiratur absenti Ius reale, & actio hypothecaria vtilis experibilis contra singularem successorem visum fuit cessare in facto ex duplici fundamento. Primò quia cum donatio fuerit facta Mario præsenti, & acceptanti
20 illius † acceptatio suffragatur etiam Casalibus condonatarijs,*vt per text.in l.quoties,C.de donat.*quę sub modo firmauit *Rota decis.683. num.8. par.1.diuers.* Ipse enim censetur acceptasse nomine omnium *Ciriac.controuers.312.num.89.*Imo cum de illo tempore quoad descendentes Michaelis impossibi-
21 le esset, quod ipsi donationem acceptarent, † ex quo nondum erant nati lex admittit eam acceptationem,quæ secundum naturam fieri potest, *vt ex Molin.de primogenit.Hispan.lib.4.cap.2.n.75.vers in secundo,firmat Ciriac.d.controuer.312.nu.89.& seq.*

Secundo quia agitur de donatione, quæ cùm sit
22 actus lucratiuus,& fauorabilis sufficit† sola scientia, vt censeatur acceptata *Bart.in l.quo enim, §.1. num.1. vers.aut geritur,ff.rem, rat.hab. Aretin.in l.qui absenti, sub num.4.ff.de acq.possess. Cranett.cons.261. num.5. Dec. cons.558.num.2.vers.imo ex eo,Menoch. cons.229.num.26. Rota decis.262. num.6.par.1.recent. & coram bo:mem.Buratto decis.47.num.2.*Etiam pro-
23 bata, † & coniecturis, & præsumptionibus *Bursatt. cons.33. num.5. Roland. cons.19.num.34.& seq. lib.1.& consil.4.num.31.lib.2.Cephal.cons.33.num.19. Borgnin Caualcan.decis.42.num.24.& 25 par.1.Thesaur.decis.70.num.12. vers.quinimmo videtur,Rota decis.142. num.7. vers.imo solis coniecturis par.4.recent.*
24 In his enim lucratiuis † scientia habetur pro acceptatione *Surd. decis.111. num.12. in fin. num.13.* vbi reddit rationem,quia est actus delectabilis & *decis.206.num.11.*vbi inquit acceptationem præsu-
25 mi † ex quo actus affert vtilitatem *Ioseph Ludou. decis.Perusin.29.num.8. Anchar.iun. quæst.famil.lib.2. quæst.23. num.23. Rimin.al.iun cons.88.num.13.* vbi
26 quod semper præsumitur consensus, † quando actus est concupiscibilis *Ciriac controuer.313.n.27.* & late *Rota d.decis.142.num.7.par.4.recent. Adden.ad Gregor.decis.97.num.8.in fin.*vbi quod ex sola scientia constare dicitur de acceptatione in his,quæ afferunt commodum.

Non subsistere dictum fuit hoc habere locum, quando scientia probatur verè,secùs autem si pro-
27 betur præsumptiuè,cum ex vna † præsumptione alia oriri non possit secundum *glos.in l.1.C.de dotis promiss. Ruin.cons.90.num.4. vers.secus autem si tutorem lib.3.* Quia vltra quod regula prædicta fallit,
28 quando vna præsumptio † venit in consequentiam alterius, vt declarat *Christoph.Castillion. in repet.l. sciendum, num.9.ad fin.de verb.obligat.Bart.in l.si is, qui pro emptore num.71. ff de vsucap.Rot.in Elboren. Iuris conferendi 4.Iulij 1640.coram R.P.D.meo Carrillo,* & in his indiuidualibus terminis respondendo huic obiectioni *Rota coram Mantica decis. 21. num. 2.* Respondetur obiectum cessare, quia licet scientia probetur coniecturis,& pręsumptionibus, vt infra dicetur,dicitur tamen scientia vera,& concludenter probata, cum aliud sit scientiam esse
29 præsumptam, † aliud eam probari præsumptionibus, & coniecturis, ex quibus scientia vera probatur *Aymon.cons.73. num 19. & 178. num.1.coram Card.Seraph decis.1459. num.4. & 5.* vbi quod per coniecturas probatur scientia vera concludenter.

Coniecturæ autem ex quibus huiusmodi scientia probatur visæ sunt concurrere, & quidem releuantes.

Prima desumpta fuit, ex eo, quod donatio fuit facta Michaeli,& eius descendentibus,cum pacto, quod ipsi nihil petere,aut prætendere possent contra bona,& hæreditatem q.Isabellæ auiæ maternę Bernardini,donatoris,vt clare legitur in donatio-
30 ne *dicto Summ.num.1.* † Vnde cum nec Michael, nec illius descendentes aliquid in posterum petierint contra dicta bona,& hac acquiescentia,& non petitione inducitur tacita acceptatio dictæ donationis,quasi agnouerint onus illi iniunctum.Acce-
31 ptatio enim tam ex facto, † quam ex non facto probatur, *Aymon.in puncto cons.91.num.10. Menoch. consil.313.num.5.Rot.decis.647.num.3.part.4.diuers.*
32 Et non solum ex verbis, † sed etiam ex factis declaratur voluntas *l. Paulus respondit, ff. rem ratam hab. Soccin. sen. cons.125. num.1.lib.1.Dec.consil.58. num.1. in fin. Crauett.cons.130.sub num.10. Alciat.de præsumpt.reg.2.præsumpt.13.in fin.*& qualis ab initio
33 fuerit † facta subsecuta ostendunt *l. quædam in princip.ff.de reb.Mantic. decis.313. Gregor.d.decis.163. num.3.* Non enim verisimile est,quod Michael remisisset hanc prætensionem ita magnificatam à
34 donatore, † nisi quia nolebat sibi præiudicare in donatione sibi facta sub ista conditione, vt argumento *l.cum de indebito,ff de prob.* probat *Tiraquell. in l.si vnquam, in verbo donationem largitus num.206. cum seqq.C.de reuocan.donat.* Et hoc argumento visa fuit in simili *Rota in Romana Census 25.Iunij 1640. §.respondetur primo,coram R.P.D.meo Bichio.*

Secundo insurgit ex eo, quod Bernardinus fecit dicta donationem ad fauorem plurium consanguineo-

guineorum cum magno apparatu, & pompa ad eorum animos sibi conciliandos, vnde maxima hinc oritur coniectura, quod deuenerit ad notitiā
35 eorumdem consanguineorum, † & sic Michaelis, & aliorum, quibus donator gratificari voluit, quā coniecturam in hac specie præsumendæ scientiæ ad effectum acceptationis magni faciunt Doctores *Bursatt.d.cons.33.sub num.5.Cephal.d.cons.33.nu.19.Roland.l.aua, dicto cons.4.nu.31.* vbi inquit, quod
36 ista coniectura est adeo efficax, † quod transfert onus probandi contrarium in partem aduersam, quod ante eum dixerat *Guidop. cons.23. num. 20. vers. & ista præsumptio. Soccin.iun. cons.67. num.11. lib.3.Menoch.cons.371.sub nu.19. Borgnin.Caluacan.dict.decis.42. num.24. par.1. Surd.decis.111.num.13. Rota d.decis.142.num.7.in fin.part.4.* Præsertim cum
37 agatur † de summa notabilis quantitatis *Roland. dicto cons.4.sub num.33.vers.& tanto magis*.

Tertio his accedit, quod Michael habitabat in Vrbe, vt colligitur ex Instrumento fideiussionis per ipsum factæ ad fauorem donantis per annum ante donationem, *Summ.nouo Casalium nu.1.* & erat Ciuis Romanus, vt apparet ex dicto Instrumento fideiussionis, vti talis enunciatur, & ex inscriptionibus notorijs in Capitolio, de qua habitatione
38 iuncta coniunctione sanguinis † & aliis supra ponderatis solet argui scientia rei notabilis, prout erat dicta donatio facta à consanguineo, vt præter Doctor supra allegatos aduertit *Rota in Romana Diuisionis 15.Iunij 1640. vers.eo magis concurrente, coram R.P.D.meo Biebio, & currentis mensis vers.præsertim quia rationabiliter, coram me*. Et quibus omnibus saltem simul iunctis visum fuit Dominis probari scientiam, quæ sufficiat ad hunc effectum concurrente etiam cum his verisimilitudi-
39 ne elicita ex supra perpensis, † quæ in illa præsumenda inspici debet, *Mandell. Alban. consil.299. num.18.lib.2.Honded.cons.80.num.10.lib.2.* Verisimilitudo enim tamquam amica naturæ omnem
40 probationem concludit, † & operatur, quod probent illæ, quæ alias non probarent *san.mem.Gregor.XV.decis.245.num.8.& 9.*

Tertium verò, quod Marius iunior elegerit dictam domum pro dote Faustinæ matris vigore *Auth. res quæ, C. comm. de leg.* eamque vendiderit D.Prospero, ac proinde quemadmodum ipsi competeret retentio ratione potioritatis hypothecæ, ita etiam competere debeat eidem D.Emptori dictum fuit cessare etiam ex facto. Quia venditio prædicta, cui D.Prosper innititur, non habuit effectum, vt est in confesso apud partes, & patet etiam ex eo; quod eadem domus post Marij obitum fuit in illius hæreditate reperta, & ad creditorum instantiam subhastata, ac ipsimet D. Prospero tamquam vltimo, & maiori oblatori deliberata, vt firmatur *in decis.quæ reuidetur, §.neque obstat*. Vnde nullum in ea potest fieri fundamentum, cum pa-
41 ria sint venditionem non esse factam, † & effectum sortitam non fuisse. *Surd. decis.51. num. 21. & 22.* saltem ad effectum inferendi præiudicium tertio. Nec inde argui potest voluntas Marij eligendi dictam domum pro dote materna, quia dum hoc ad actum non deduxit, effectuando venditionem perinde est, ac si non habuisset animum eligendi nam voluntas ad actum non producta
42 nihil † operatur, nec in iure est considerabilis *l.iubemus, §.seruus, & ibi Bald.num.1.C.de Episc.& Cleric. Rota coram Card.Caualer.decis.635.num.1.& decis.150.num.11.post Statil.de Saluian.interdict.*

Et visa fuit cessare difficultas, quia etiamsi venditio fuisset effectum sortita, non ideo tamen D. Prospero potuisset competere retentio ex persona Marij, quia cum hypotheca competens Mario, cuius ratione prætenditur retentio, sit tacita
43 vti † introducta à lege *Statil. de Saluian. inspect.3. cap.4.num.1.Rota decis.174. num.7.part.2.diuers.* Et
44 competat solum à die mortis Bernardini † fideicommittentis, vt fuit dictum *in Romana Dotis 3. Februarij 1640.coram R.P.D. meo Panzirolo*. Non potest parere exceptionem retentionis aduersus hypothecam Casalium, quæ cum sit conuentiona-
45 lis expressa, & † anterior est potior, & præferenda, *vt per glos. communiter approbatam in l. assiduis, in verb.licet anterioris, circa fin. vbi etiam Bald.num.9. Salicet. num.4. C.qui potior. in pign. habeant. Iason.in l.1. in secunda lectura num. 9. & 10. & ibidem Ripa num.27.ff.solut.matrimon. Neguf.de pignor.in 4.membr.2.par.num.98. versic. tamen mulier.Mantic. de tacit. lib.11. tit.22. num.30. Statil.ad Saluian.inspect.3. cap.4.num.6.vers.versa vice,& num.122.* Hypothe-
46 cam enim ad effectum retentionis † debet esse anterior, vel potior *Rota in recent. decis.303. num.2. & 3. part. 4. & coram Reuerendissimo Vrgellen. decis.412.num.1.*

Idque procedit etiam non obstante, quod creditum Casalium proueniat ex titulo lucratiuo dictæ donationis, quia licet creditores ex causa
47 onerosa præferantur † Donatarijs, qui tuentur ex titulo lucratiuo *Cuman. in l.priuilegia, num.10. vers. aliud est, ff.de priuileg. credit. Cephal. cons.555. num.11.Capic. decis.78. num.7.* Tamen hoc intelligitur de creditoribus ex titulo lucratiuo, qui ha-
48 bent solum personalem actionem, † secus autem quando habent etiam hypothecariam, vt in hoc casu tunc enim præferuntur posterioribus etiam ex causa onerosa *Mantic.de tacit. lib.11.tit.22.num.23. & seqq.Statil.eadem inspect.3.cap.2. num.469.& duob.seqq.*

Immo nulla videtur potuisse competere hypotheca Mario vigore *d.Auth.res quæ* super prædictis bonis fideicommissarijs Bernardini cum adessent bona libera super quibus ista dos detrahi poterat. Aderant enim bona, quæ San.mem. Paulus Quintus speciali Chirographo permisit alienari ad effectum satisfaciendi diuersis creditoribus Maximiliani illius patris ascendentia ad valorem scutorum 25.mill. Necnon 54. loca montium, quæ idem Pontifex simili Chirographo concessit posse distrahi ad effectum soluendi dictam dotem,
49 quæ † bona vti exempta à fideicommisso authoritate Apostolica remanserunt libera *Rota in recent.decis.209.nu.3.par.1. & decis.312. nu.46.par.6. & fuit dictum in Romana Casalis Aguzan. 27. Iunij 1640. vers. responderunt Domini coram R.P.D. meo Roias*. Et vlterius Mario fuerant assignata annua scuta 360. super Palatio pro eodem credito dotis maternæ, & fuit dictum in *Romana dotis 2. Martij 1635.coram R.P.D.meo Dunozetto, quæ habetur in 7. par.recent.decis.24.num.20.vers.quo vero ad secundam partem*, quæ decisio iuxta stylum huius sacri Tri-
50 bunalis † est supponenda vnde vel præsumitur, quod Marius se satisfecerit ex dictis bonis, vel non

non habuerit notitiam dictæ donationis, & de omnibus in ea contentis, vt patet ex dictis Chirographis, & ex alijs in decisione, quæ reuidetur ponderatis, & non curauerit ex pretio dictorum bonorum satisfieri, sed alijs treditoribus longè posterioribus solui consenserit, ei est imputandum, nec potest hodie in præiudicium Casalium, & aliorum fideicommissariorum habere regressum ad
51 bona fideicommissi vigore *d. Auth. res quæ*, † quia consentiendo alienationi, & distractioni prædictorum bonorum ab eius beneficio remanserit exclusis, vt præter *Curt. iun. Iason. Bursat. Menoch. & Fusar. allegatos in decis. §. Propterea firmant Padill. in d. auth. num. 121. in fin. Paris. consil. 63. num. 45. lib. 2. Cephal. cons. 344. num. 35. Federic. Scot. respons. tom. 2. respons. 4. num. 21. lib. 1. Peregr. de fideicomm. artic. 42. sub num. 16. Intrigliol. de substitut. cent. 3. quæst. 73. n. 391. Fusar. eodem tract. quæst. 533. n. 30.* remedium
52 enim *d. auth.* est subsidiariũ, & non competit† quãdo adsunt bona libera *DD. in eadem auth. & innumeros refert Fusar. quæst. 531. nu. 121. & d. quæst. 532. num. 35. & sæpius Rota firmanit, vt post Merlin. de legitim. decis. 124. in princ. & coram san. me. Gregor. XV. decis. 266. num. 10. & coram Buratto decis. 641. num. 1. & ibi Adden. num. 19. qui alias cumulat.*

Nec releuat responsio, quod in primo Chirographo alienatio fuerit concessa præcisè ad effectum soluendi pretium nonnullis creditoribus Maximiliani in supplicatione nominatis, inter quos ipse non erat descriptus, facultas verò distrahendi dicta 54. loca montium concessa in secundo Chirographo, haberet insertam conditionem, quod in primis, & ante omnia erogarentur scuta 2000. auri in auro in extinctionem census simili summæ debiti per eumdem Maximilianum q. Christophoro Rotigno, ac propterea cesset, nedum præsumptio, sed etiam possibilitas, quod Marius potuerit inde satisfieri, quia dempto pretio bonorum alienatorum soluto creditoribus nominatis, iuxta formam Chirographi, quæ ad vnguem erat seruanda, & demptis scutis 2000. auri ex pretio locorum montium erogatis in extinctionem census Rottigni, non remansit pro Mario, nisi residuum pretij locorum montium, quod erat scut. 3200. quibus etiam detractis ex credito dotis maternæ scut. 9000. Marius adhuc remanebat creditor in scutis 5800. absorbentibus valorem domus, qui non excedit scut. 5000. iuxta id, quod vendita fuit.

Quia vltra quod dicta Chirographa sunt manifestè subreptitia, vt fuit dictum *in d. decis. 24. à n. 20. vsque ad fin. par. 7. recent.* Responsum fuit, quod licet Pontifex mandasset, vt ex pretio dictorum bonorum, & locorum montium satisfieret creditoribus in supplicatione nominatis, hoc tamen non facit quominus Marius posset agere pro credito dotis maternæ, & in concursu aliorum posteriorum obtineret illius satisfactionem, quia Papa hoc ius illi non abstulit, imò expresè reseruauit, disponens, quod creditores quibus pretium dictorum bonorum destinauerat, tenerentur in actu receptionis dare idoneam cautionem de illud restituendo prioribus, & potioribus, vt apparet ex lectura Breuium *Summar.* D. Prosperi *num.* . Vnde eum posset, nec curauerit satisfieri ex pretio dictorum bonorum permittendo illud solui posterioribus sibi præiudicauit, nec potest amplius habere regressum ad bona fideicommissi, vt dictum est.

Nec refragatur, quod creditor dotis consentiendo alienationi aliquorum bonorum sibi non
53 præiudicet, † quominus possit satisfieri in cæteris *Surd. cons. 513. n. 25. Rota decis. 229. n. 9. par. 5. rec.* Quia fuit responsum conclusionem istam non procedere quando intentatur remedium subsidia-
54 rum *Auth. res quæ*. † Tunc enim si creditor dotis culpa sua, & facto proprio facit quominus satisfieri possit ex bonis liberis, illa dissipando, vel consentiendo, eorum alienationis admittit subsidiũ *d. Auth.* nec ei est succurrendum, tamquam qui
55 sua sponte † in necessitate si posuit *Castrens. in d. Auth. res quæ num. 11. & ibid. Ias. num. 34. in 14. limit. Peregr. d. art. 42. num. 72. Fusar. de substit. d. quæst. 151. num. 156. Menoch. de præsumpt. lib. 4. 190. num. 47. & duob. seqq.* Alias esset in potestate descendentium alienare bona libera in fraudẽ fideicommissariorum, & deinde sub prætextu detrahẽdi dotes euertere fideicommissum, quod non est dicendum.

Sed tollitur omnes amaritudo, quia cum prædicti creditores quibus prætenditur fuisse solutum pretium dictorum bonorum, & locorum montiũ tenerentur dare cautionem de restituendo prioribus, & potioribus iuxta legem præscriptam in dictis Chirographis perinde est, ac si solutio facta
56 non fuisset, † & pretium adhuc extare dicitur ad beneficium potiorum, & anteriorum, vt per tex. *in l. ex facto in fin. ff. de pecul. & in l. procuratoris, §. fin. ff. de trib. & act.* firmant *Castrens. cons. 286. in princip. vers. ne obstat, quod creditores lib. 1. Stracch. de decoct. par. vltim. sit qui potior in bonis decoct. habeant num. 25. Franc. decis. 75. num. 9 & decis. 200. num. 4. Giurb.* & plures referens *decis. 4. num. 40. & firmauit Rot. in rec. decis. 48. num. 5. par. 3. & dec. 133. num. 11. post Pacific. de Saluian. & fuit dictum in Romana pecuniaria de Gallis 15. Maij 1609. coram Iusto, & in Romana Census scut. 18. mill. 16. Nouembris 1620. coram bon. mem. Coccino.* Vnde quatenus creditum dictæ dotis sit anterius, & potior vt D.
57 Prosper prætendit actio diregenda † est contra d pretium nec potest intentari remedium subsidiarium *Auth. res quæ* cum illud non competat quãdo adsunt bona libera, vt supra probatur.

Et his tollitur etiam, quod D. Prosper ex cessione reportata à Creditoribus Marij, vti possit retentione cæterisque actionibus Mario cedenti competentibus, quia cum ex supra deductis talis hypotheca Mario non suffragaretur multò minus potest suffragari D. Prospero Cessionario qui plus
58 † iuris habere non potest, quam habeat cedens *l. nemo plus ff. de reg. iur.*

Et in omnem casum retentio si quæ potuisset competere Mario non tamen posset competere illius creditoribus à quibus D. Prosper reportauit cessionem. Quia licet creditor creditoris ha-
59 beat ac exercere possit omnes actiones † quas eius debitor habebat, & exercere potest *l. nomen & ibi DD. C. quæ res pign. oblig poss.* cum pluribus alijs ad propositum relatis *in Romana domus 25. February 1641. coram me*. Et non solum personales, sed etiam hypothacarias vtiles, quando istæ
60 fuerunt sibi obligatę, † vel saltem adest obligatio omnium bonorum, vt saluando *gloss.* communiter impugnatam quatenus indistinctè firmat creditori

ditori creditoris competere hypothecarias *in d. l. nomen in verb. vtilibus, & in l. Grege §. cum pignori in verb. solut. ff. de pign.* Dixtinserunt *Salic. in eadem l. nomen sub num. 1. circa med. & in d. l. Grege §. cum pignori num. 3. & 4. Castrens. in l. si conuenerit la 2. num. 2. ff. de pignorat. act. Soccin. sen. cons. 158. num. 29. & 30. lib. . . . Neguss. de pign. 3. membr. 2. part. num. 24.* Attamen hæc conclusio non procedit in huiusmodi actione subsidiaria deducta ex dispositione *auth. res quæ*, quia hæc actio
61 non transit ad hæredes extraneos † nec ad singulares successores iuxta veriorem opinionem, quã probarunt *Curt. Iun. in d. auth. num. 22.* vbi ostendit, quod in hoc casu cessant rationes omnes eiusdem *Auth.* & eum sequitur *Pallid. ibid. num. 71. Petr. de fideicom. quæst. 8. num. 447. & seqq. Peregrin. cod. tract. art. 42. num. 43. & 44.* vbi in fine dicit
62 quod extra filios † difficile esset in practica obtinere. *Menoch. de præsumpt. lib. 4. præs. 189. n. 194. Thesaur. Iun. quæst. forens. lib. 1. quæst. 5. n. 5. vers. Placuit enim Senatui,* & alios refert *Fusar. de substitut. quæst. 531. num. 46. & nu. 47. in fine* dicit quod hæc opinio sibi magis placet, & ea absolutè est vera quoad priuilegium prælationis quod indubitanter non transit ad singularem successorem nec ad
63 hæredes extraneos † quicquid sit an transeat hypotheca, vt aliquibus placuit *Ias. in §. fuerat n. 94. Instit. de act. Rip. in l. 1. num. 33. ff. solut. matrim. Alex. cons. 58. num. 4. lib. 7. Negusant. de pignor. in 4. membr. 2. par. num. 94. Bald. Nouel. de Rose par. 10. num. 26. Statil. de Saluian. inter d. inspect. 3. cap. 4. num. 67.* & admisit *Rota coram Card. Serap. dec. 678. nu. 3. & 11.*
64 Cessante autem † prælatione cessat etiam retentio ex supradictis.

Ex quibus videtur penitus excludi exceptio retentionis, aut saltem negari non potest quin remaneat valde turbida, & offuscata, quod sufficit vt Casalibus non possit impediri immissio in Sal-
65 uiano † quæ in hoc iudicio per huiusmodi exceptiones dubias, & altiorem indaginem requirentes non retardatur, vt per *Statil. vbi sup. inspect. 2. cap. 1. num. 71. & c. 2. n. 42. & 254.* vbi plures Rotæ decisiones cumulat.

Et ita resolutum vtraque, &c.

REVERENDISS. P. D. CERRO SACRÆ ROTÆ DECANO.

Romana Legati scutor. 50. mill.

Lunæ 17. Iunij 1641.

ARGVMENTVM.

Testator, si alicui reliquerit aliquod notabile legatum, persoluendum ex fructibus hæreditarijs, & postquam fuerit satisfactum omnibus suis creditoribus, si successiuè Testator emerit Officia, & Loca Montium, cum reseruatione decreti ad fauorem dicti legatarij post obitum ipsius testatoris, quæritur modo vtrum hoc casu, an mens testatoris fuerit faciendi duo legata, aut aliam particularem donationem causa mortis, vel id fecerit in accelerando solutionem primi legati, & ista vltima opinio ventilatur discutitur, & sic doctissimè resoluitur, quæ conclusio solidè triumphat.

SVMMARIVM.

1 *Legatum, quod quis voluerit duplicare non est præsumendum.*
2 *Actus in dubio præsumitur factus ex causa præambula, non autem ex noua.*
3 *Donatio numquam præsumitur quando alia interpretatio fieri potest.*
4 *Donatio numquam censenda venit, quando alia causa præsumi potest.*
5 *Donatio, vt excludatur, sufficit quæuis coniectura, vel leuis occasio.*
6 *Legatario, valde vtile est, vt quanto citiùs legatum suum ipse consequatur.*
7 *Legatum numquam censetur duplicatum.*
8 *Legatum, si erat persoluendum post longum tempus, & celeri satisfactione soluatur, hoc Legatario non parum commodum affert, & n. 9. 67. & 68.*
10 *Pro sustinendis dispositionibus, quid sufficiat.*
11 *Maritus legans vxori dotem, quod ex tali legato vxor commodum consequatur.*
12 *Solutio accelerata est pretio æstimabilis.*
13 *Solutionis dilatio non solum affert incommodum, sed etiam facit, vt longè minus datum videatur.*
14 *Legatum sumendum est de manu hæredis.*
15 *Donatio causa mortis, est pinguior legato, quia statim secuta morte donantis recipit perfectionem, non expectatis hæredis aditione.*
16 *Legata ad sui perfectionem requirunt aditionem hæredis, cuius è manibus sunt accipienda.*
Lagata non tantum confirmantur morte testatoris, verum etiam requiritur aditio hæredis, num. 16.
17 *Testatoris voluntas, quando magna apparuit conseruandi bona in agnatione, & augendi primogenituram.*
18 *Tunc non est verisimile voluisse donare extra eam bona magni, & notabilis valoris.*
19 *Testator præsumitur minus, quam potuit, voluisse grauare suum hæredem.*
20 *Prohibitio plus non petendi quando fuit factum legatum, quid denotet, & quando indicat compensationem, & num. 33.*
21 *Ex dispositionum conuenientia, & conformitate dispositionum arguitur qualis sit mens disponentis, & num. 24.*
22 *Dispositionem vnam, quando censeatur facta in consequentiam alterius.*
23 *In Simbolum habentibus facilior est transitus.*
25 *Testator ex quibus præsumatur voluisse accelerare in vita solutionem legati.*
26 *Compensatio de specie ad quantitatem non datur.*
27 *In Locis Montium duo considerantur, titulus, qui non cadit in dispositionem, & pretium cuius creditor remanet ille, cuius pecunia empta fuerunt.*
Compensatio de specie ad quantitatem tunc non fit, quando fit in iudicio altera parte in vita, & n. 27.
28 *Sed secus in illa, quæ fit ex voluntate testatoris, ista enim non regulatur secundum naturam compensationis inter viuos.*
29 *Quia tunc etiam fit compensatio de specie ad quantitatem.*
30 *Voluntatem suam, quod qui incontinenti voluerit mutare, non est præsumendum.*
31 *In Voluntate eadem, quis præmitur voluisse perseuerare, vsque ad mortem, dum eam non immutauit.*
32 *Testamentum vltimum, vti assumens vires de tempo-* re

re mortis semper reputatur vltima dispositio.

34 *Legatum acceptans, onus continens, quod legatarius possit aliud prætendere, tunc censetur renunciatum omnibus prætensionibus.*

35 *Legatum accipians, intelligitur illud acceptare cum suo onere, & cum omnibus suis qualitatibus.*

36 *Amplia id multò magis procedere quando legatarius amplam fecit quietantiam hæredi.*

37 *Potestas, quando non controuertatur, sed voluntas.*

38 *Creditores non tenentur expectare solutionem minutatim ex fructibus.*

39 *Legata, vti debita voluntaria peti non possunt nisi iuxta præceptum Testatoris.*

Testator, in legatis potest apponere eam legem, quàm vult. num. 39.

40 *Res pro alio simpliciter acquisita censetur donata.*

41 *Officia, et loca montium pro alijs empta, etiam cum decreto ad fauorem alterius præsumuntur donata. contra num. 43. declara vt num. 44.*

42 *Seraph. decis. 1303. num. 3. & Buratt. decis. 863. num. 6. & alij in quibus terminis loquantur.*

45 *Causa aliquid agendi, quando adest, in illius executionem præsumitur actus gestus.*

46 *Legatum, quando præcedit, tunc subsequens traditio, seu assignatio, licet habeat vim donationis, non tamen habet vim tituli, seu duplicationis legati.*

47 *Sed solum executionem præcedentis dispositionis, et solum censetur redditus nouus titulus præcedenti legato, vt celerius soluatur num. 48.*

49 *Dispositio tunc censetur facta in executionem præcedentis actus quando causa pro qua præcessit dispositio, nec recipit duplicationem.*

Secus verò, si recipiat multiplicationem, quia tunc vtraque, suum effectum sortiri debet num. 49.

50 *In Legati multiplicationis materia attendi debet causa. et an illa sit multiplicabilis.*

51 *Item attendi debet, an secunda dispositio possit referri ad causam necessariam.*

52 *In Legato secundo, quando non est expressa certa causa, nec potest assignari causa necessaria, tunc debet fieri imputatio in præcedens legatum.*

53 *Text. in l. quinquaginta ff. de probat. loquitur in duobus legatis, quorum vtrumq; soluẽdum erat eodẽ tempore.*

54 *Et quorum alter esset inane nisi intraret duplicatio.*

55 *Text. in l. quinquaginta, ff. de probat. non intrat vbi secunda dispositio non remanet superflua.*

56 *Text. in l. quinquaginta, ff. de probat. quando non operetur suam dispositionem, & in quo consistat d. legis num. 57.*

57 *Consanguinitas, & sola affectio non est sufficien ad præsumendam donationem, nisi inter filios.*

58 *De sanguinis coniunctione non est habenda ratio, ad effectum interpretandi dispositionem contra hæredẽ.*

59 *Testator non præsumitur voluisse grauare hæredem duplici præstatione, etiam vbi concurrit fauor sanguinis, & filiationis, & num. 60.*

61 *Coniunctio sanguinis, & affectio quantum operetur, id colligi debet ex verbis testatoris, & num. 62.*

63 *Testator, si aliquid voluisset ad expressisset, & maximè si in simul occasione fecerit talem expressionem.*

64 *Testator, quando dicatur voluisse præuenire hæredem in solutionem legati, & num. 65.*

66 *Notula simplex continens in certam annotationem non releuat.*

68 *Verisimiliora ea, quæ sunt magis veniunt attendenda.*

70 *Puri, & purificati idem est iudicium.*

71 *Compensatio non admittitur quando legatum fuit factum cum onere restituendi.*

72 *Testator, quod non mutauit, præsumitur voluisse id firmum permanere.*

73 *Testator præsumitur in eadem voluntate permansisse.*

74 *De legati duplicatione, quando agitur, ad effectum. vt ea excludatur, sufficit quælibet leuis coniectura.*

75 *Legati duplicatio, vt excludatur, sufficit causam coniecturari posse.*

DECISIO XLI.

LAta sententia Rotali, in qua declaratur, officia, & loca montium, de quibus agitur, non cedere in diminutionem legati facti per Marchionem Vincentium Iustinianum ad fauorem Camilli de Maximis, & causa per appellationem ad me deuoluta dedi dubium, an sententia sit confirmanda, vel infirmanda, eoque per duas vices proposito, cum multa pro parte Marchionis hæredis de nouo deducerentur, non fuit capta resolutio, sed tandem hodie omnibus maturè discussis, Domini resoluerunt sententiam esse infirmandam.

Quia cum Marchio Vincentius reliquit iure legati Camillo de Maximis scuta 50. mill. monetæ soluenda ab eius hærede ex fructibus hæreditarijs, postquam ex eisdem fructibus alijsque pecunijs ad hunc effectum destinatis fuisset satisfactum omnibus eius creditoribus, & successiuè emerit officia, & loca montium cum reseruatione decreti ad fauorem eiusdem Camilli legatarij post obitum ipsius testatoris, non videtur testator fecisse duo legata, vel vnum legatum, & aliam particularem donationem causa mortis, vt fuit præsuppositum in decisionibus emanatis coram R. P. D. Dunozetto, sed vnicum legatum scutor. 50. mill. quod cupiens testator solui promptè, & cum omni facilitate, ibi, *E questo pagamento delli scudi 50. mila, il mio herede vniuersale, ò quelli che li succederanno in vigore di questo mio vltimo testamento. lo debbiano fare prontamente, e con ogni facilità*, adhuc viuens curauit colligere pecunias ex fructibus suorum bonorum, ex eisque emere officia, & loca montium cum reseruatione decreti ad sui fauorem quo aduixerit sequuto verò eius obitu ad fauorem legatarij. Ac proinde præsumendum visum fuit, emptionem istam fuisse
1 factam in præparationem † satisfactionis pro celeri solutione præcedentis legati potius quam animo nouam donationem faciendi, vel legatum duplicandi, vt declarant *Vasq. de success. creat. lib. 2. §. 17. requisit. 28. num. 112. Couar. in rubr. de testam. par. 2. num. 21. in fine, vers. & ideo irreuocabile, Rimin. sen. cons. 230. numer. 3. in fin. lib. 2. Laderch. Imol. cons. 127. num. 12. Surd. cons. 4. n. 10.*
2 *vers. non etiam*, non solum quia actus in dubio † præsumitur factus ex causa præambula non autẽ ex noua *l. 4. §. vnde quæri potest, ff. de manumiss. l. ad solutionem C. de re iudic. Surd. cons. 119. nu. 15.*
3 sed etiam † quia donatio nunquam præsumitur quando alia interpretatio fieri potest, *l. cum de indebito, ff. de probat. Menoch. lib. 3. præsumpt. 12. num. 10. Honded. cons. 50. n. 24. lib. 2. Dec. cons. 176.*
4 *num. 1. Rota decis. 21. num. 3. par. 4. recent.* vel vbi † alia causa potest præsumi *Honded d. cons. 39. numer. 35. & 40. lib. 2. Becc. consil. 52. n. 70. Tiraq.* multos,

multos cumulans in l. si vnquam in verbo donatione largitus num. 206. & seq. C. de reuoc. donat. Rot. decis. 262. num. 8. par. 1. diu. & decis. 151. num. 4. post Pacific. de saluian. & fuit dictum in Romana seu Bononien. pretij Clericatus Cameræ coram R. P. D. meo Merlino, quæ est decis. 54. par. 5. recent. & in eadem 1. Decemb. 1625. coram bon. me. Coccino, & 2. Decebr. 1626. coram bon. mem. Card. Virili. Et sufficit
5 quæuis † coniectura, vel leuis occasio ad exclusionem donationis, Bald. in l. 1. num. 3. vers. item vbi C. ad Senat. Consult. Trebell. Natt. cons. 73. n. 9. Casanatt. cons. 45. num. 98. cum alijs latè adductis per Tiraquell. vbi sup. num. 207. vers. etiam si leuis

Et in hac sententiam facilius fuerunt Domini aduertentes emptionem istam officiorum, & lo-
6 corum montium † fuisse valde vtilem legatario, vbi autem secunda dispositio non remanet vana, & inutilis, sed cedere potest in solutionem, vel
7 executionem præcedentis, † legatum nunquam præsumitur duplicatum, & cessat dispositio l. quinquaginta alias quingenta 12. ff. de probat. vt expresse firmat Fabius de Anna cons. 91. num. 45. circa fin. Laderch. Imol. cons. 127. num. 12. Camill. Medices cons. 125. num. 8. Francb. decis. 422. num. 5. & 8.

Vtilitas autem, & quidem magna resultat, pri-
8 mo, & principaliter † quia ex dispositione clara testatoris legatum erat soluendum paulatim ex fructibus hæreditarijs, sequuta prius satisfactione omnium, & singulorum creditorum, ac de integra solutione debitorum, quæ cum ascenderent ad summam scut. 100. mill. & vltra legatarius vix
9 sua vita durante legatum consequi potuisset, † vt agnouit etiam ipse testator, ibi, Al che con progresso di qualche poco tempo si potrà arriuare. Ex reseruatione verò decreti in emptione officiorum, & locorum montium fauore legatarij satisfactio sequuta erat statim post testatoris obitum. Vnde acquisitio seu inuestimentum pecuniarum in tot officijs, & locis montium cum tali reseruatione decreti tanquam præueniens, & accelerans
10 solutionem cessit † euidenter in vtilitatem, & commodum legatarij, quod sufficit pro substinenda dispositione per textum apertum in §. ex contrario, & §. sed si vxori instit. de legat. vbi glos. in verbo plenius, & Aretin. num. 1. vbi quod maritus legans vxori dotem quæ tanquam consistens in
11 pecunia † non erat restituenda nisi in fine anni, commodum repræsentationis, seu accelerationis legare videtur l. 1. §. si quis creditori suo, ff. ad l. Falcid. l. debitor decem 84. ibi, medij temporis commodum, ff. de legat. 2. Castr. in l. verbis legati nu. 1. & 2. vers. sed si plus tempore, ff. ad l. Falcid. Florian. de S. Petro in l. vnum ex familia in princ. n. 12. ff. de legat. 2. Emanuel. Cost. in cap. si pater par. 1. verb. legauerit num. 22. & seqq. de testam. in 6. vbi
12 num. 25. latè probat repræsentationem, † seu acceleratam solutionem esse pretio æstimabilem, Crass. de success. §. legatum qu. 42. n. 1. & 2. Salzedo de repræsent. lib. 1. cap. 2. n. 1. & 2. Castil. quotid. controu. par. 3. cap. 19. nu. 4. Laderch. Imol. d. cons. 127. num. 12. Bellon. cons. 23. num. 1. Surd. cons. 113. nu. 25. Rot. coram Card. Seraph. decis. 487. num. 13. Dilatio
13 enim non solum affert incommodum, † sed etiam facit, vt longè minus videatur legatum § plus autem instit. de action. Dec. cons. 46. num. 1. vers. ex qualitate enim, san. mem. Gregor. XV. decis. 73. num. 1.

Secundo quia legatum erat accipiendum de manu hæredis, officia verò, & loca montium
14 propria authoritate † sine vllo iuris aut hominis ministerio propter decretum appositum ad fauorem Camilli, & hoc etiam si illa censerentur donata causa mortis in locum legati, quia licet huiusmodi donatio quoad effectum, & efficaciam æquiparetur legato, est tamen illo pinguior, & vtilior, quia statim secuta morte donantis dona-
15 tio quæ in tempus † mortis est collata suam recipit perfectionem, & sola morte confirmatur non expectata hæredis aditione, quod secus est in legatis, quæ ad sui perfectionem requirunt adi-
16 tionem hæredis, † cuius è manibus sunt accipienda, & aditione non autem sola morte confirmantur Rip. qui communem dicit in l. sciendum num. 18. ff. de legat. 1. Couar. in rubr. de testam. par. 3. num. 22. Gomez. var. resolut. cap. 4. num. 16. Clar. in §. donatio quæst. 5. num. 2. Molin. de primogen. Hispan. lib. 1. cap. 12. num. 14. & seq.

Et hanc interpretationem Domini censuerunt remanere admodum comprobata, & firmiter
17 amplectendam. Primo † propter enixam voluntatem testatoris conseruandi bona in agnatione, & augendi primogenituram, inuerisimile enim admodum videbatur quod Marchio Vincentius, qui tantum studuit conseruationi, & am-
18 pliationi suæ primogenituræ † voluerit vltra legatum tam notabilis quantitatis, illam adeò extenuare donando etiam officia, & loca montium valoris scut. 36. mill. Menoch. lib. 4. præsumpt. 110. n. 43. versic. vel esset valde exausta, Aym. cons. 686. num. 7. versic. postremò, Afflict. decis. 44. num. 21. & seq. Rota in Auenionen. fideicõmissi 10. Maij 1637. coram R. P. D. meo Panzirolo impress. in 7. par. recent. decis. 312. num. 6. & admisit etiam in Mutinen. dotis 16. Ianuarij 1641. versic. nec releuat coram eod. Maximè in præiudicium hæredis quem negari non potest, quin testator summopere dilexerit, cum eum titulo institutionis vniuer-
19 salis honorauerit, † vnde verisimile etiam est, quod illum minus, quam fieri potuit grauare voluerit, l. vnum ex familia, §. si rem, ff. de legat. 2. Honded. cons. 57. num. 37. & seqq. lib. 1. Rota coram bon. mem. Buratto decis. 580. num. 10.

Secundo quia Marchio Vincentius postquam in eius testamento magnifecerat eius consanguinitatem cum Camillo, & affectionem, qua eum prosequebatur, legauit eidem scut. 50. mila, cum expressa prohibitione, quod ex suis bonis aliud
20 prætendere non posset. † Ex hoc enim manifestè colligitur testatoris voluntas, vt idem Camillus in totum non haberet nisi dicta scut. 50. mill. computato omni, & toto eo, quod idem aliter prætendere posset, & sic quod cum officijs & locis montium induceretur compensatio legati, vt argunt Abb. cons. 81. num. 2. versic. reliquit. enim par. 1. Castr. cons. 193. num. 2. versic. super secundo vero dubio lib. 2. Ruin. cons. 166. n. 17. in fine, & 18. lib. 3. Aym. cons. 131. num. 17. & cons. 149. n. 3. Gratian. discept. forens. cap. 274. n. 4. & 5. Marth. de success. legali par. 4. qu. 18. art. 6. n. 58.

Tercio, quia idem Marchio Vincentius easdem conditiones, quas apposuerat in legato, repetijt etiam in acquisitione locorum montium, & officiorum, nempè, quod si Camillus de eis non dispone-

sponeret, remanere deberent hæredi ipsius testa-
toris, reseruando sibi in vita facultatem disponen-
di de eisdem officijs, & locis montium, vt posset
eodem modo reuocare hanc dispositionem fa-
ctam pro Camillo, sicut poterat reuocare lega-
tum scut. 50. mill. Ex huiusmodi enim conuenien-
21 tia, † & conformitate dispositionum comproba-
tur voluntas, quod officia, & loca montium
cederent in diminutionem legati, quodquè vnam
dispositionem fecerit in executionem alterius,
22 vt de duabus dispositionibus † eiusdem qualita-
tis notat glos. in l. fideicommissa, §. si rem, in verb.
pro deposito, ff. de legat. 3. Doctor. in l. filia legato-
rum, C. de legat. Bart. in l. 2. num. 3. ff. de condit. &
demonst. Gabr. cons. 103. num. 10. in fin. vers. 3. non
obstat, & num. 11. lib. 1. Surd. cons. 119. n. 14. & facit
23 regula † quod in habentibus simbolum facilior
est transitus, l. sed cum patrone, ff. de bonorum possess.
Castr. cons. 414. n. 3. versic. nam in habentibus lib. 2.
Quarto demum ex eo, quia ab vna parte testa-
tor mandauerat, solui legatum ex fructibus hæ-
reditatis, & postquam alia debita soluta fuissent
ab alia verò cupiebat, vt Camillus consequere-
24 tur † dicta scut. 50. mill. promptè, & cum omni
facilitate. Vnde videns postmodum quod si fuis-
set expectanda satisfactio creditorum, Camillus
senex vix in vita legato fuit potuissent, vt euen-
tus postea docuit, præueniendo tempus, & hæ-
redem in solutione cœpit emere officia, & loca
montium, quæ statim sequuto obitu testatoris
25 remansura † erant ad liberam dispositionem le-
gatarij, quasi idem testator per repræsentatio-
nem, seu acceleratam solutionem loca montium
& officia loco pecuniæ legatæ subrogare volue-
rit vt probat text. in l. pater inter filios 23. ff. de adi-
men. legat. & in l. fideicommissa, §. si rem suam, ff.
de legat. 3. Gabr. d. cons. 103. num. 11. lib. 1.
Nec ex eo, quòd testator legauerit quantita-
tem, & postea emerit speciem excluditur com-
26 pensatio, † quæ de speciem ad quantitatem non
datur, vt ponderatum fuit in decisione D. mei
Dunozetti 16. Ianuarij 1640. Nam vltra quod
dici potest non versari in duabus quantitatibus.
cum fuerit reseruata dispositio officiorum, & lo-
corum montium, quæ non verificatur in specie,
sed in quantitate in officijs enim, & locis mon-
27 tium duo considerantur titulus, qui non cadit
in dispositionem, & pretium cuius creditor re-
manet ille, cuius pecuniæ emptio facta fuit, l.
& si de tua l. si filij, & ibi glos. in verb. si filij, &
in verb. pecuniæ, C. de donat. inter virum. & vxo-
rem, Rot. apud Cin. de cens. decis. 166. num. 7. &
in supradicta Romana, seu Bononien. pretij Clerica-
28 tus Cameræ. Dictum fuit conclusionem † procede-
re in compensatione, quæ fit in iudicio altera
parte inuita, & inter viuos, secus in illa, quæ
fit ex voluntate, & dispositione testatoris in vlti-
ma voluntate: hæc enim non regulatur in omni-
29 bus secundum naturam compensationis † inter
viuos sed fit etiam de specie ad quantitatem, vt
probat text. in l. si compensandi, C. de hæred. insti-
tuen. & in l. qui non militabat. ff. eodem Imol. in l. si
cum dotem, §. si Pater ad fin. vers. item aduerte, ff. so-
lut. matrim. Rom. in authen. præterea num. 16. & ibid.
Alex. num. 13. Dec. num. 10. C. vnde vir. & vxor. Si-
mon. de Pret. de interpret. vltim. volunt. lib. 4. dub. 6.
num. 3. & 4. Maluas. cons. 72. num. 25.
Minus ex eo, quod testamentum fuerit anteà
factum, minuitur vis huius præsumptionis, &
prohibitionis factæ per testatorem, quia cum
statim ipse cęperit emere officia, & loca mon-
30 tium, † non est dicendum, quod incontinenti
voluerit mutare voluntatem, immò cum posteà
superuiuens per plures annos testamentum non
31 mutauerit, præsumitur in eadem † voluntate
perseuerasse de tempore emptionis, ac postea
vsque ad mortem, l. sancimus, C. de testam. l. fidei-
comm. § si rem certam, ff. de legat. 3. Mantic. de con-
iect. vlt. volunt. lib. 5. tit. 5. num. 6. Menoch. lib. 6. præ-
sumpt. 34. num. 23. & vltimum testamentum, vti
32 assumens † vires de tempore mortis tempore
mortis semper reputatur vltima dispositio, etiam
quod alia post testamentum in vita testatoris
fuerit subsecuta. Cels. Hugo cons. 130. num. 17.
& 43. Menoch. cons. 926. num. 3. & 20. & fuit di-
ctum in Placent. pensionis, 17. Iunij 1632. coram
bon. mem. Corduba, & in Fauentin. legatorum, 29.
Februarij 1636. coram R.P.D. meo Panzirolo, quæ
est in 7. par. recent. decis. 104 num. 7. & 8.
Neque supradicta prohibitio visa fuit posse in-
teligi de alijs prætensionibus, quas Camillus
habere potuisset ex persona matris in bonis, &
hæreditate testatoris, vt ponderatum fuit in pri-
ma decisione coram eodem D. meo Dunozetto
Quia Camillus, nec istam, neç aliam similem
prætensionem habere poterat, de qua d. prohi-
33 bitio posset † intelligi, cum ipse omnibus præ-
dictis prætensionibus anteà renunciasset acce-
ptando legatum scut. 5000. quod Ioseph Iusti-
nianus auus illis fecerat cum hoc, quod pro
omni, & quocunque suo iure ex eius hæreditate
nil aliud prætendere posset, vt patet ex quietan-
tia summ. num. 3. exhibita de nouo in hac se-
cunda instantia, non solum, quia acceptatio le-
gati huiusmodi honus continentis de per se ope-
34 ratur, vt censeatur † renunciasse omnibus hisce
prætensionibus per text. clarum in cap. officij de te-
stam. nam acceptans legatum intelligitur illud
acceptare cum onere suo, & cum omnibus suis
35 qualitatibus, l. Imperator, §. si centum, & l. Titia
cum testam. §. qui in vita, & ibi glos. in verb. peti-
tione, ff. de legat. 2. Dec. cons. 299. num. 13. Rum.
cons. 79. n. 2. lib. 2. Soccin. Iun. cons. 173. n. 3. lib. 2.
Natta cons. 186. num. 1. Surd. cons. 7. sub. num. 5.
sed etiã quia Camillus expresse renunciauit om-
nibus d. prætensionibus, & fecit hæredi quie-
36 tantiam finalem, † quæ operatur plus quam sim-
plex agnitio legati, vt aduertit Castr. cons. 73.
num. 2. versic. sed agnoscens, & cons. 265. num. 2.
versic. posito autem lib. 1.
Nec satisfacit, quod eadem prohibitio non
impediuerit testatorem quo minus potuerit do-
nare etiam officia, & loca montium, siue eorum
pretium, prout habetur in dicta secunda decisio-
37 ne D. mei Dunozetti. Quia † in præsenti casu
non controuertitur potestas, sed dicitur nullibi
apparere, quod vltrà legatum scut. 5000. volue-
rit donare officia, & loca montium, quinimò
ex prohibitione, alijsque supradeductis, & infra
deducendis contrarium conuinci.
Nec subsistit in facto, hæredem potuisse statim
sequuto obitu testatoris soluere legatum median-
te

re venditione locorum montium. In testamento enim expressè legitur testatorem præcepisse hæredi, vt inter alia poneret in sacro Monte Pietatis fructus maturatos, & maturandos locorum montium censuum, & aliorum bonorum hæreditariorum ad effectum, vt ex eis soluerentur debita testatoris, & posteà legatum Camillo, subdens, posteà quod si debita solui non potuissent ex dictis fructibus posset hæres pro eorum solutione imponere census, vel tot loca mon-
38 tium alienare. Vnde clarè patet facultatem † alienandi fuisse restrictam, ad solutionem creditorum, qui non tenetur expectare solutionem minutatim ex fructibus, *l.1. & tot. tit. C. de dedit. vendit. pign. impediri non posse. Natt. cons. 145. num. 22. cum alijs relatis per Fusar. de substitut. quæst. 541. num. 9.* nec posse extendi ad solutionem legati
39 quod vti debitum voluntarium † prætendi non poterat nisi ex fructibus iuxta præceptum testatoris, qui potuit in eo quamcumque legem apponere, vt declarat *Bart. in l. nemo potest, ff. de legat. 1. Vasquez de success. creat. lib. 1. §. 9. n. 8. Surd. dec. 28. n. 9. & fuit dictum in Meliten. hæreditatis 6. Februarij 1640. coram R. P. D. meo Verospio in fin.*
40 Minus obstat, quod res simpliciter † pro alio acquisita censeatur donata, *l. donari, ff. de reg. iur.* quod procedere etiam in officijs, & locis mon-
41 tium emptis cum decreto ad fauorem † alterius firmauit *Thesaur. Iun. quæst. forens. lib. 1. quæst. 52. num. 4. & seqq. & Rota coram Card. Seraph. dec. 1303 num. 3. & coram bon. mem. Buratto, dec. 863. num. 6. cum alijs adductis in 2. dec.* Quoniam vltra quod in
42 dictis decisionibus agebatur tantumodo† de interpretanda emptione officij cum reseruatione decreti ad fauorem tertii, non autem de duplicatione legati, aut alterius dispositionis, nec
43 præcedebat legatum, † & contrarium fuit resolutum respectu pretij, & æstimationis *in d. Romana, seu Bobon. pretii clericatus Cameræ coram R. P. D. meo Merlino & in eadam 1. Decembr. 1627. coram bon. mem. Coccino.* Respondetur prædicta proce-
44 dere, quando nulla alia præcedit causa,† & oppositio decreti ad fauorem alterius remaneret inutilis, vt ponderatum fuit *in Romana scriptoria 5. Iunii 1609. coram Cardin. Marcomontio impress. apud Gratian. discept. forens. cap. 221. num. 14.* secus autem quando præcesit causa legati, tunc enim acquisitio, & decreti reseruatio præsumuntur
45 potius factæ in satisfactionem præcedentis † legati, quam animo illud duplicandi, vt in his terminis *ad l. donari* specialiter respondet *Vasq, de success. creat. lib. 2. §. 17. requisit. 28. num. 112. in fine. Surd. cons. 14. num. 10. vers. non etiam Camil. Medices cons. 99. num. 17. vers. præterea, & duob. seqq.* Quan-
46 do† enim præcedit, legatum traditio subsequens vel assignatio, licet de sui natura habeat vim donationis, non tamen habet vim noui tituli,
47 seu duplicationis † legati, sed solum executionem præcedentis dispositionis, vt aduertunt *Gomez. var. resolut. lib. 1. cap. 12. num. 4. vers. si vero testator. Couar. in 2. par. rubr. de testam. in fin: vers. his omnibus Surd. cons. 320. num. 6. Marescott. var. resolut. lib. 1. cap. 58. num. 24. vers. postremo,* & censetur solum additus nouus titulus præcedenti legato,
48 vt legatarius † celerius, & efficacius illud consequatur. *Aym. in rubr. ff. de legat. 1. n. 167. & 169.* *circa fin. vers. vt celerius Surd. cons. 14. num. 5. Grat. discept. forens. cap. 910. n. 8. afflict. decis. 275. n. 3. & 4.*

Nec releuat, quod sequens dispositio tunc censeatur facta in executionem præcedentis,
49 quando causa pro † qua præcessit legatum non recipit duplicationem, secus autem, quando causa duplicationem recipit, & est multiplicabilis, quia tunc vtraque suum debet sortiri effectum, vt respondendo ad *l. libertis 18. ff. de alim. & cibar. legat.* tradunt *Salic. Castr.* & alij allegati in *d. 1. decis.* Fuit enim responsum in hac ma-
50 teria duplicationis † legati attendi quidem causam, & an illa sit multiplicabilis, quando est expressa iuxta terminos *d. l. libertis* vel quando secunda dispositio potest referri ad causam necessariam, vt in *decis. san. mem. Gregor. XV. 236.*
51 *num. 2.* Secus verò quando in legato † non est expressa aliqua causa, neque potest assignari causa necessaria in 2. dispositione, vt in hoc casu. Nam tunc fieri debet imputatio in præcedens
52 legatum, dum † non probatur voluntas duplicandi, vt supra firmatum alias darentur duæ causæ lucratiuæ, quæ non sunt admittendæ, vt in *ead. decis. Gregor. 236. num. 7.* expresse firmatur.

Et ex his patet, non applicari textum *in d. l. quinquaginta, ff. de probat.* in quo principaliter fundantur *decisiones in hac causa facta.* Primo quia
53 † illa procedit in duobus legatis quorum vtrumque soluenda erat eodem tempore, & quorum alterum esset inane, nisi operaretur duplicationem, vt patet ex eodem textu, vbi deciditur du-
54 plicatum censeri, † quia vna dispositio remaneret vana, & inutilis, ac proinde non applicatur præsenti casui, in quo emptio officiorum, & locorum montium cum reseruatione decreti ad fauorem Legatarij sequuto obitu testatoris nota-
55 biliter accelerat solutionem legati: † vbi enim secunda dispositio non remanet superflua, non intrat. *d. l. quinquaginta,* sed præsumitur facta in executionem, & satisfactionem præcedentis
56 legati, vt declarant *Imol. in l. huiusmodi, §. cum Pater sub num. 2. vers. si vero legat. quantitatem, & ibidem Alex. num. 4. vers. tertius est articulus, Ias. num. 17. vers. sed ego clarius ff. de legat. 1. Fulgos. in l. filia legatorum num 1. versic. & est ratio, C. de legat. Alex. in l. triticum num. 7. ff. de verbor. oblig.* & hoc idem admisit *Rota in Placent. pecuniaria 14. Maij 1632. coram R. P. D. meo Verospio, quæ est decis. 132. num. 22. cum seqq. par. 6. recent.*

Secundo quia loquitur in duobus legatis factis, in duabus dispositionibus destinctis, & separatis, ideoq; non debet procedere in casu iusto, in quo vt supra ostensum, est vnicum tantum legatum reperitur expresè factum & decretum appositum censetur in emptione officiorum, & locorum montium pro acceleranda, legati
57 satisfactione, ratio enim *d. l.* † non sistit in eo, quod adsint duæ scripturæ, sed in eo quod adsint duæ certæ dispositiones inter se distinctæ, & separatæ eodem tamen tempore executioni demandandæ vt declarat *Fulgos. in d. l. quinquaginta num. 1. ibi non ergo scripturarum, sed dispositionum pluralitas, & Florian. de S. Petro num. 2. vers. item nota quod ibi duæ scripturæ.*

Nequæ releuare visæ sunt aliæ coniecturæ in contrarium deductæ ad præsumendam duplicationem

tionem legati. Nam illa deducta ex cogniuntio-
ne sanguinis, & affectione, qua testator prose-
quebatur Camillum legatarium, nullius est pro-
58 boris, sola † enim affectio, & coniunctio san-
guinis non sufficit ad præsumendam donatio-
nem nisi inter filios *Rota decis.262. num.6. par.1.*
diuers.& coram Card.Caualar.decis.635.num.2. nec
59 de coniunctione sanguinis est † habenda ratio
ad effectum interpretandi dispositionem contra
hæredem, vt in fortioribus terminis de filia no-
tant *Doctores in d.l.filia legatorum, vbi Alberic.num.*
2.C.de legat. præsertim quando agitur de grauan-
60 do hæredi duplici præstatione, hoc enim † te-
stator non præsumitur voluisse, etiam vbi con-
currit fauor sanguinis, & filiationis, *l.Titia cum*
testamento §. qui in vita ante finem, & l. huiusmodi
§.cum pater, & ibi Ias.num.2. ff. de legat.1. l. 1. in
princ. & §.vlt.& in l.penult.ff.de dote prælegat. Cum
cons.134.sub.num.1.Crauett.cons.167.num.14. cum
alijs quos refert, & sequitur *Mant.de coniect. vlt.*
volunt.lib. 6. tit. 11.num.28. & hic manifeste con-
uincitur, quod coniunctio sanguinis, & affectio
non impulit testatorem ad relinquendum Camil-
61 lo vltra dicta scut. 50. mill. cum ipse testator †
post exageratam suã sanguinis coniuntione, &
affectionem legatum ad dictam summam re-
strinxerit expresse prohibens, quod Camillus
vltrà eam non posset quidquam aliud præten-
dere, neque consequi ex eius hæreditate ex qui-
62 bus patet quantum † in eo operata fuerit coniu-
nctio sanguinis, & affectio.

Alia deducta ex prægnantia verborum quibus
testator præcepit vt legatum solueretur absque
aliqua deminutione, & ex eo quod in alio legato
facto Mauritio Iustiniano expresse declarauerit
63 ademptum † intelligi certo eueniente casu, quod
verisimiliter, etiam expressisset in legato de quo
agitur, si de illius ademptione, aut diminutione
in aliquo casu cogitasset, tollitur vnica respon-
sione. Quia Marchio hæres non negat soluere
64 legatum neque contendit † probare, quod te-
stator emendo loca montium reuocauerit, vel
minuerit legatum, ad quod præsumendum opus
esset vel declaratione testatoris, vel coniecturis
id efficaciter importantibus, sed solum dicit, quod
per emptionem officiorum, & locorum montium
65 præuenit hæredem † in solutione legati, quod
non est adimere seu minuere, sed legatum vtiliter
& pinguius implere, vt supra fuit ostensum.

Prout etiam alia elicita ex diuersitate onerum,
& conditionum vtriusque dispositionis non sub-
sistit in facto: quod enim testator reseruauerit
officia, & loca montium ad fauorem Camilli sta-
tim sequuto obitu ipsius testatoris cum onere
soluendi pluribus personis earum vita durante
annua scut. 700. nullibi iustificatur, nec præten-
66 sa declaratio Camilli suffragatur, † quia fundatur
in simplici notula continente incertam adnota-
tionem, quæ non probat, *l. instrumenta domesti-*
ca, C. de probat. Et quatenus etiam d. onus pro-
baretur, non est perpetuum, sed temporaneum
finiendũ cum vita eorum, quibus debent solui d.
annua scut.700. & debet solui ex fructibus, vnde
legatum per illud non potest dici diminutum. Et
demum cum testator mediante emptione officio-
rum, & locorum montium accelerauerit præsta-
tionem legati, quod minuatim, & post plures an-
67 nos erat † soluendum cum magno incommodo
legatarij, & insuper præparauerit pecunias fructi-
feras, videtur hoc onus apposuisse quasi voluerit
cum eo compensari commodum huius acceleratæ
solutionis, & fructuum ex pecunijs præparatis per-
cipiendorum, ad tradita *per Alex.cons.12.num.15.*
vers.non obstat vltimum, vsque ad annum 16.lib.2. Et
in omnem casum neque ex prædicta declaratione,
68 neque aliunde probatur d. onus fuisse † potius
appositum correspectiuè ad emptionem officio-
rum, & locorum montium, quam ad integrum
legatum tàm notabilis quantitatis, prout est ma-
gis verisimile.

Altera desumpta ex incerto euentu, cui dicta of-
ficia, & loca montium subijciebantur vti empta
per testatorem sub periculo vitæ plurium persona-
rum, & acquisita legatario sub conditione quate-
nus ipse Marchio Vincentius non disposuisset,
nullius videtur efficaciæ. Nam vltra quod etiam
legatum erat reuocabile. In omnem euentum lega-
tarius semper, & omni casu vbi officiorum, & lo-
corum montium vacatio contigisset, fuisset conse-
quutus integram summam scut.50 mil. sibi lega-
tam, & vacatio cessisset damno ipsius testatoris
69 tantùm. † Quo vero ad acquisitionem conditio-
nalem placuit responsio, quod in isto casu con-
ditio non est suspensiua, sed resolutiua in casu
dispositionis, vt fuit dictum *in Romana Scriptoris*
coram Card. Marcomontio impress. apud Grat. discept.
forens. d. cap. 221. num. 16. & 17. cum seqq. Ideo-
que cum testator de eis non disposuerit, & sic
conditio euanuerit; acquisitio perinde habetur,
70 ac si fuisse pura, ex vulgari regula, quod † pu-
ri, & purificati idem est iudicium, *l. final. §. 1.*
ff. de vulgar. l. si pupilius in fin. ff. de condit. institut.
Dec. cons. 551. num. 17. Soccin. iun. cons. 69. nu. 4.
lib.3. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 2. num. 27.
Rota coram bon. mem. Buratto decis. 842. num. 5.
71 & de legato † sub conditione iam purificata ad
effectum compensationis; tradit *Honded. cons. 50.*
num. 35. lib. 2. Grat. discept. forens. cap 274. nu. 17.

Quod demum Testator toto tempore, quo li-
peruixit post conditum testamentum, & subse-
quutam emptionem officiorum, & locorum
72 montium nunquam declarauerit se ademisse,
vel minuisse legatum præcedens, ex quo infert
vtraque decisio, præsumi quod continuauerit
in eadem voluntate vsque ad obitum, vltimum
fuit nihil releuare, imo potius retorqueri. Quia
cum testator expresse dixerit Legatarium nihil
aliud consequi debere ex sua hæreditate, nisi
scuta 50000. & emendo prædicta officia non de-
73 clarauerit, † velle augere, aut duplicare legatum
quod tamẽ facilè declarare potuisset, præsumitur
in eadem voluntate continuasse, sicque officia, &
loca montium emisse eo animo, vt pro cõcurrenti
quantitate cederent in solutionem legati, aliàs le-
gatarius vltrà 50090. consequeretur alia scuta
36000. contra expressam voluntatem testatoris.

Et ex his rationes, & fundamenta pro impu-
tatione officiorum, & locorum montium in sa-
tisfactionem legati, seu pro exclusione duplica-
tionis, visa fuerunt Dominis adeo certa, & com-
probata, & coniecturæ, & alia in contrarium
adducta non sint alicuius ponderis, & mom...
qui...

quinimo benè tollantur tàm ex supradictis, quàm ex alijs pro D. Marchione Andrea allegatis, &
74 facit, quod † vbi agitur de duplicatione legati ad effectum euitandi pluralitatem dispositionum sufficit, quælibet leuis coniectura. *Fulgos. in d. l. quinquaginta circa finem, versic. arbitrio Iudicis, ff. de probation. Bald. cons. 163. numer. 4. versic. quod habita ista coniectura lib. 5. Gratian.*
75 *disceptat. forens. cap. 327. num. 4.* imò † sufficit causam coniecturari posse *Surd. cons. 119. num. 16. vers. sufficit namque secundum eos.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

R. P. D. HIERONYMO VEROSPIO

Postea S. R. E. CARDINALI.

Catanien. Beneficij.

Mercurij 26. Iunij 1641.

ARGVMENTVM.

Beneficij reintegrationem petens nedum illius possessionem, sed & titulum saltem coloratum iustificare debet, qualis resultat ex Ordinarij collatione. Litteræ Apostolicæ in forma subrogationis gratiosæ in iuribus defuncti obtentæ qualiter egeant iustificatione, & vbi nullæ fuerunt per Iudicem declaratæ non potest super illis amplius executiuè procedi.

SVMMARIVM.

1 *Reintegrationis in iudicio probari debet antiqua actoris, & moderna rei conuenti possessio.*
2 *Titulus coloratus necessarius est in beneficijs ad recuperandam illorum possessionem.*
3 *Instrumentum captæ possessionis illam probat, vbi possessio est vacua.*
4 *Instrumentum facit rem manifestam, & claram.*
5 *Possessio rei conuenti in iudicio reintegrationis leuiores admittit probationes, quinimo sola litis contestatio cum adminiculis sufficit.*
6 *Literæ collationis beneficij ab Ordinario obtentæ præbent ne dum titulum coloratum, sed verum.*
Ordinarius habet auctoritatem conferendi omnia beneficia suæ Diœcesis num. 6.
7 *Literæ Apostolicæ executioni demandatæ antiquum priuant possessorem sua possessione.*
8 *Literæ Apostolicæ expeditæ in forma subrogationis gratiosæ in iuribus defuncti, non alia egent iustificatione, quam probatione Clericatus obitus defuncti in possessione, & adfuisse litem in litteris narratam ibidem.*
9 *Possessor beneficij citari debet quamuis agatur de executione literarum Apostolicarum.*
Executor literarum Apostolicarum licet merus alio in possessione existente efficitur mixtus, & assumere debet partes Iudicis, num. 9.
10 *Possessor beneficij non citatus ius suum relinquere non debet propter solam declarationem executoris.*
11 *Iudicio executiuo locus esse non potest declarata nullitate literarum Apostolicarum.*
12 *Causa literarum Apostolicarum alicui specialiter commissa, qui super eam sententiam tulit non potest alius Iudex in illa sine noua commissione se intromittere.*
13 *Lis in subrogatione gratiosa, narrata si apparet extincta, non potest subrogatio aliquem apparere effectum.*
14 *Sententia nulla, & iniusta spolium dicitur continere.*
Possessor anterior sua possessione priuari non potest per sententiam nulliter, & iniustè prolatam, num. 14.

DECISIO XLII.

CVm propter mortem Ioannis consequutus fuisset Ioseph possessionem quartæ partis vnius beneficij, quod situm erat in Ecclesia Parrochiali Ciuitatis Ennensis, eique collatum fuerat præuio concursu ab Ordinario Catanæ, in cuius Diœcesis ast Ciuitas Ennæ. Eandem portionem impetrauit Laurentius à Sede Apostolica tanquam reseruatam ratione litis, quàm ipse habuerat cum Ioanne defuncto, & obtinuit etiam subrogari ad illius ius, & possessionem, sed Iosephus habitu recursu ad Sedem Apostolicam obtinuit committi Ordinario Catanæ, cognitionem super subreptione literarum, & validitatis concessæ Laurentio, quo vocato, & causa instructa emanauit sententia, in qua declarata fuit nullitas dictæ gratiæ: Verum Laurentius tacita hac sententia exhibuit literas suæ prouisionis coram Archipresbytero Caltanixete in Diœcesi Agrigenti, qui declarauit esse exequendas literas subrogationis gratiosæ concessæ Laurentio, sicut ipse curauit eas exequi capiendo possessionem eiusdem beneficij; Vnde Iosephus hodie petijt concedi sibi reintegrationem ad pristinam possessionem, & disputato coram me dubio, Domini pro illo responderunt. Etenim probata erat tàm antecedens eius possessio quàm posterior Lauren-
1 tij, † quæ duo existimant esse necessaria in hoc iudicio possessorio, vt notatur *in l. rem quæ nobis, ff. de acqu. possess. vbi Soccin. sen. num. 14. & in cap. quoad sedem de restitutione spoliatorum, vbi Abb. numer. 17. Innoc. num. 7. Bald. in l. si de proprietate, num. 15. Cod. si à non competenti Iudice.* Neque de erat Iosepho titulus coloratus, qui etiam ne-
2 cessarius est in † beneficijs pro recuperanda illorum possessione, *vt not. idem Abb. in cap. in literis eod. tit. de restitutione spoliatorum, num. 25. Innoc. n. 8. Anton. de Butr. nu. 25. Dec. in l. vnica, C. de edict. diu. Adr. tollen. num. 19. Rot. decis. 20. eod. tit. in antiquis, Menoch. de recuperan possess. remed. 15. n. 458.*

Et primo visa fuit probari anterior possessio Iosephi ex Instrumento acquisitionis eiusdem
3 possessionis, † quod rectè illam probare solet in casu quo sit vacua, *vt notat. in l. prædia, ff. de acquir. possess. vbi Bart. num. 1. Bald. in l. non idcirco in princip. C. de fid. instrum. Put. dec. 350. nu. 1. lib. 1.* Et quod illa esset talis probatum fuit ex confessione ipsius Laurentij, quia in sua gratia narrauit beneficium vacare propter obitum Ioannis, quæ confessio superabat omne aliud genus probationis.

Secundo visa fuit probari possessio Laurentij ex simili instrumento, quo ipse adeptus fuit ean-
4 dem possessionem, cum idem † instrumentum diceretur facere rem manifestam, vt tradit *Bal. in l. quoties in fin. C. de iudicijs, & in l. interest, num. 2. C. de solutionibus, Bart. in l. 1. num. 8. ff. de non oper. nunciat.* Neque obstare poterat, quod eius possessio ostenderetur mere instrumentalis,

quæ suffragari non solet in præiudicium alterius
possessoris anterioris. Quia præter probationem,
quæ sequebatur ex eo instrumento data fuit in-
hibitio Archipresbyteri Caltanixetę cuius autho-
ritate capta fuit possessio, in qua præcipiebatur
Iosepho, ne Laurentium turbaret in sua possessio-
ne, eamdemque Laurentij possessionem confessus
fuit ipsemet Iosephus in libello, quem dedit co-
ram Vicario Catanæ, ex quibus visum fuit con-
stare de probatione huius secundi extremi, pro
5 quo satis esse solent leuiores probationes, † & so-
la litis substentatio cum adminiculis, vt tenuit
*Rota coram Verall. decis. 369. num. 1. & apud Cæsar
de Graff. decis. 4. de restit. spoliat. num. 2.* & tradit
Pontan. in tract. de spolio lib. 2. cap. 17. num. 185.

Tertio probatus erat titulus Iosephi ex lite-
ris Ordinarij, in quibus hoc beneficium illi col-
latum fuit, postquam approbatus fuerat in con-
cursu indicto occasione vacationis eiusdem bene-
ficij iuxta formam Decreti Sac. Conc. quæ literæ
potuerunt illi tribuere non solum titulum colora-
6 tum, sed etiam verum † propter authoritatem
quam habet idem Ordinarius conferendi om-
nia beneficia suæ Diœcesis *Argum. text. in cap.
nullus 16. quæst. 7. & in cap. conquerente de offic.
Ordin* & voluit *Innoc. in cap. ex parte num. 6. de
restit. spoliat. Io. Andr. super eodem cap. num 11. &
in addit. ad Specul in tit. de restit. spol. col. 1. Ge-
min. cons. 147. num. 2.* & tenuit *Rota coram Put.
decis. 148. lib. 1. & decis. 216. num. 1. lib. 3.*

Neque obstare visum fuit, quod Iosephus iu-
stè deijci potuisset à sua possessione propter au-
7 thoritatem literarum Apostolicarum, † quarum
vigore Archipresbyter Caltanixetæ quem Lau-
rentius adiuit pro exequutione earumdem lite-
rarum, declarauit illas esse exequendas, *ex not.
à Doctor. in l. clam possidere, §. qui ad nundinas, ff.
de acq. poss. vbi Angel. num. 2. Iason. num. 20. Bart.
in l. instè possidet, ff. eod. tit. num. 2. & decisum fuit
in Augustana Hospitalis 21. Februarij 1611. coram
bon. mem. Vbaldo in 1. part. recent. decis. 293. n. 5.
& in Vercellen. Cappellaniæ 14. Martij 1622. coram
eodem*, præsertim cum eædem literæ expeditæ
erant in forma subrogationis gratiosæ cuius oc-
casione non opus habuit Laurentius probare nisi
8 ea, † quæ necessaria erant ad validitatem huius
gratiæ nimirum suum Clericatum, obitum
Ioannis in possessione, & litem narratam in eis-
dem literis, vt decisum fuit *in Miranden. Paro-
chialis 17. Maij 1600. coram Penia, & in Burgen.
de Pancoruo 24. Octobris, & 28. Nouembris 1588.
coram Gypsio, & in Senen. Canonicatus 13. Martij
eiusdem anni coram Bubalo.* Etenim plura visa fue-
runt obstare contra sententiam Archipresbyteri,
vt Laurentius non potuisset eius vigore capere
possessionem huius beneficij, eaque priuare Iose-
phum. Et primo omissa fuit in eo iudicio cita-
tio contra Iosephum, qui cum esset possessor ne-
cessario vocandus erat, quamuis ageretur de
9 exequutione literarum Apostolicarum † cum pro-
pter concursum alterius possessoris Archipresby-
ter è mero exequutore effectus fuisset mistus.
Vnde assumere debuit partes Iudicis, ac seruare
omnia solemnia iudicij, vt notatur *in cap. licet
Episcopus de præben. & in cap. vlt. de præsumption.
vbi Abb. num. 13. in 3. col. Butr. num. 7. in 3. col.
Felin. num. 24. & num. 33. & tenuit Rota apud Mo-
hed. decis. 7. num. 3. de restit. spoliat. & in dec. 204.
num. 1. part. 1. diuers.* in qua Rota considerauit
10 rationem, quia non tenetur possessor † relin-
quere ius suum propter solam declarationem
exequutoris, *& coram Cardinali Seraphino dec. 807.
num. 1. & coram Gregor. decis. 500. num. 6.* Se-
cundò fuit nulla sententia Archipresbyteri, quia
Iosephus obtinuerat antea committi Vicario Ca-
tanæ causa nullitatis ac subreptionis literarum
quæ concessæ fuerunt Laurentio, & idem Vica-
rius declarauit per sententiam citato eodem Lau-
rentio illas esse nullas, & non exequendas, vn-
de non poterat Archipresbyter contrarium po-
stea declare, non citato Iosepho, & in iudicio
exequutiuo, quia non solum non erat locus huic
11 iudicio † post declaratam nullitatem earumdem
literarum *argum text. in l. apud Anfidium, ff. de
Optione legata, & in l. proinde §. notandum, ff. ad
l. Aquiliam, & notat, ibi gloss. in verb. sed æstiman-
dæ in fin. & in Clementina sæpe de verb. signific. in
verb. partibus, vbi etiam Ancharan. num. 56.* Sed
neque potuisset Archipresbyter procedere sine
noua commissione, quæ illi concederet iurisdi-
12 ctionem aduersus sententiam latam à Vicario, †
postquam illi commissa fuit specialiter causa su-
per subreptione earpmdem literarum, *vt notat
Bald. in leg. si vt proponis, num. 12. Cod. quomodo,
& quando Iudex, quem sequutus fuit Felin. num. 12.
in fin. de offic. & potestate Iudicis delegati, Dec.
consil. 699. num. 13. Feder. de Sen. consil. 248.
num. 1. Vantius de nullitatibus in tit. de nullit. ex
defectu iurisdict. Ordinarij num. 70.*

Tertiò fuit etiã iniusta sententia Archipresby-
teri; cum non fuisse à Laurentio probata affectio
tatione litis, aut quod in ea lite processum fuis-
set ad conclusionem causæ, sicut ab eo narratum
fuerat in literis subrogationis. Et contrarium
ostendebatur ex actis eiusdem causæ, ex quibus
apparebat, quod lata fuerat sententia pro Ioan-
ne, quodque illa transierat in iudicatum, ac
propterea quod in ea decretæ fuerunt literæ exe-
quutoriales, ac promulgata sententia declara-
toria contra ipsum Laurentium, ac processum
vsque ad inuocationem Brachij sæcularis, quæ
omnia ostendebant, quod nihil supererat agen-
dum in causa, & quod lis inter Laurentium
ac Ioannem, quæ fuit narrata tanquam fundamé-
13 tum subrogationis gratiosæ erat extincta, † cuius
non poterat aliquis esse effectus *argum. text. in l. si
cum te, ff. de pactis, & in l. egi tecum, ff. de except. rei
iudic. & probat text. in cap. 2. vt lite pendente lib. 6.
& in l. 1. ff. de litig. Cassad. dec. 7. n. 1. de rer. permut.
Rot. dec. 2. eod. tit. in antiq. impress. per Bisignettum.* Et
ita cum Archipresbyter processisset nulliter, & in-
iustè illius sententia dicebatur continere spolium,
14 neque † eius occsione priuari potuit Iosephus
sua possessione anteriori, *vt notat. in l. iuxtè possi-
det. ff de acquir. poss. & in cap. conquerente de resti-
tut. spoliat. & ibi Abb. numer. 8. Bald. consil. 357.
lib. 2. Verall. decis. 186. num. 1. par. 3.*

Et ita &c.

R. P. D. PEVTINGERO.

Tiburtina Legati.

Mercurij 26. Iunij 1641.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Tempus motæ litis, quando demendum veniat, & quando minimè, si agatur de instrumenti recognitione, & subsistentia circa quam materiam multa deducuntur, & afferuntur plura adminicula ad effectum depulsandi nebulam omnem suspicionis falsitatis in instrumentis antiquis.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentorum solemnia, quæ sint.*
2 *Instrumentum sine recognitione probat, donec pars specificè opposuerit de recognitione.*
3 *De antiquitate instrumenti, quando constat ex ipsius facie, tunc intrat distinctio Rotæ, circa demendum tempus litis, & num.4.*
5 *De Instrumenti recognitione dum agitur, à quo pendet principale fundamentum causæ, tunc detrahendum est tempus litis.*
6 Put. decis. 330. & 435. lib. 2. in correctis, *in quibus terminis loquantur, & num. 7.*
8 *In recognitione Instrumenti, quando non sit demendum litis tempus.*
9 *Tempus litis tunc non subdicitur in recognitione Instrumenti, quando illud incedenter deducitur.*
10 Decis. 184. num.17. par. 6. recentior. *declaratur.*
11 *Testes, & instrumenta in quo æquiparentur, & n.38.*
12 *Auctor sibi imputet, si tempore motæ litis non curauit, vt recognosceretur instrumentum.*
Fraudibus non est aperienda via. num. 11. & n. 13.
14 *Actor debet venire paratus ad iudicium.*
15 *Actor satis dicitur venire paratus ad iudicium, dum intentionem fundatam habet in publico instrumento. Quod procedit etiamsi instrumentum non sit recognitum, donec reus de recognitione excipiat. num. 15. amplia num. 16.*
17 *Litis diuersitas fraudem omnem, & negligentiam excludit circa recognitionem scripturarum.*
18 *Actor dicitur, qui prætendit se spoliatum.*
19 *Sententia lata in vna causa, non parit exceptionem in altera.*
20 *Causæ diuersitas, ex quo arguatur.*
21 *Tempus 70. annorum, reputatur antiquum ad effectum recognitionis instrumenti.*
22 *Nobilitas personæ producentis instrumentum, tollit omnem præsumptionem sinistram, & suspicionem.*
23 *Instrumentum, si fuerit stipulatum à duobus Notarijs, eo magis cessat in eo omnis suspicio fraudis.*
24 *Indultum Pontificis, concessum alicui Notario omnia, & singula instrumenta extrahendi ex hoc, magnum sumitur adminiculum de ipsius Notariatu, eiusq; fide.*
25 *Instrumentum, si fuerit extractum ex Archiuio publicum, idest validum adminiculum instruendam fidem instrumento.*
26 *Ex Instrumento ratificationis vehemens præsumptio Notariatus oritur Notarij eius, qui principale instrumentum stipulatus fuit.*
27 *Instrumenta plura, dum continent idem factum, ex his non parum adminiculatur veritas.*
28 *Instrumentum, si non deducatur principaliter, sed ad adminiculandum aliud instrumentum si habeat faciē publici, & antiqui instrumenti, tunc tempus litis non est deducendum.*
29 *Pro falsitate vnica fabricanda præsumendum non est, quod tot aliæ fiant falsitates.*
30 *Obseruantiæ multum tribuitur ad dandam fidem instrumento, quod prætenditur informe.*
31 *Præsumptio pro litis contestationem interrumpitur.*
32 *Litis contestatio sicut interrumpit præscriptionem, ita interrumpere debet præsumptionem, quæ oritur ex antiquitate temporis. declara vt hic, & num 33.*
33 *Probationis difficultas est potissima causa, quare in instrumentis antiquis, non requiratur formalis recognitio, & num. 44.*
35 *In probatione immemorabilis non admittuntur nisi actus gesti ante motam litem.*
36 *Ad probandum aliquid fuisse factum per tempus antiquum, oportet illud esse perfectum ante motam litem.*
37 *Fama non probatur nisi sit antiqua, & completa ante motam litem.*
39 *Probatio substantiæ instrumenti aliud est si agatur, & aliud si tractetur de eiusdem recognitione.*
40 *Temporis lapsus, vt iuuet ad aliquid præsumendum, requiritur etiam obseruantia, & n. 41.*
42 *Scriptura informis in substantialibus, vt suppleatur. requiritur vltra tempus antiquum etiam ipsa obseruantia.*
43 *Instrumentum antequam producatur, contradictio cadere non potest super eo.*
45 *Instrumentum, quando incidenter dicatur productum ad colorandum possessorium.*
46 *In possessorio impertinens est productio tituli.*

DECISIO XLIII.

MOTO contra DD. Franciscum, & Hieronymū de Vrsinis anno 1538. iudicio per D. Margaritam ab Austria super Castro Sancti Angeli, secutaque pro ipsa in possessorio fauorabili sententia, postquam in illud immissa Castrum tenuisset. anno 1580. commissa causa bon. mem. Cardinali Blanchetto ad instantiam Pauli Iordani filij Hieronymi super spolio dicti Castri, atque anno 1583. producto Instrumento, tunc reperto assignationis factæ Alphonsinæ Vrsinæ eiusdem Castri de anno 1504. contigit dubitari anno 1597. An idem Instrumentum esset in forma probanti; sed alia non capta resolutione solùm fuit dictum, vt videretur, An ad effectum recognitionis huiusmodi Instrumenti esset detrahendum tempus litis motæ de anno 1538. quo dubio 12. Ianuarij 1598. à bon. mem. Card. Lancellotto * in lucrum Blanchetti suffecto proposito. Rota pro maiori DD. parte responderat, tempus litis esse demendum, reseruato tamen particulariter videre, An dicta lis diuersa esset ab alia mota de anno 1580. & an dictum Instrumentum esset de nouo repertum, vel alia causa adfuerit, quæ à dilatione productionis, & recognitionis eiusdem DD. Vrsinos posset excusare, quam tamen resolutionem ipsi cum impugnassent, causa per quatuor vices proposita, semper responsum fuit, Non liquere, Eamdem hodie disputationem, quia placuit prosequi, dubium proposui, An à decisis sit recedendum, cui DD. affirmatiuè responderunt.

Et fundamentum resolutionis fuit, quod cum agatur de recognitione illa non est propriè de substantia Instrumenti, nec directè primo, & principaliter † desideratur, quemadmodum sunt dies, mensis, annus, Pontificatus, locus & alia solemnia, de quibus per *glos. in l. generali, C. de Tabular.* 1

*lib.*10. quæ omnia habuisse constat Instrumentum
productum anno 1583. sed tantummodo de pro-
2 batione, ac fide, quamobrem † Instrumentum
sine recognitione probare antequam pars specifi-
cè opponat, sæpè dixit *Rota, vt per Verall. dec.*117.
*num.*4. *par.* 3. *Buratt. decis.*347. *num.*7. & 8. *Duran.*
decis. 18. *num.* 23. & *in Beneuentana Iurispatronatus*
6. *Iunij* 1631. *coram Motmanno, & in Elboren. Pensio-*
nis 20. *Iunij* 1633. *coram R.P.D. meo Verospio*, quare
3 cum ex eiusdem Instrumenti † facie demonstrari
possit antiquitas locum sibi vindicat distinctio
data alias *à Rot. coram Puteo decis.* 349. *lib.* 2. *incor-*
4 *rectis*; nempe si † agatur de solemnitate instrumē-
ti, seu de eius substantia inspicitur tempus litis,
sed si agatur de recognitione non est demendum
tempus litis; & hanc eamdem distinctionem
approbarunt *Ant. August. in epit. tit. de fid. instrum.*
cap. 6. *num.* 16. *Card. Seraph. decis.* 928. *num.* 1. *in*
fin. & seq.

Nec subsistere visa fuit conclusio firmata in
5 decisione, quæ reuidetur, quod si agatur † de
recognitione Instrumenti, à quo pendet principa-
le fundamentum causę tunc detrahendum sit tem-
pus litis.

Nam auctoritates ad hoc allegatæ visæ fue-
runt loqui in diuersis terminis, & præcipuè *deci-*
siones in causa Britinoriensi coram Puteo 430. & 435.
6 *lib.* 2. *in correctis*, loquuntur in casu, in quo etiam
non deducto tempore litis non aderat antiquitas,
vt patet *dicta decis.*435. *vers. & etiam*, nec admini-
cula concurrebant, quæ in præsenti casu concur-
runt, nec agebatur ibi de recognitione, sed de
7 rogitu Notarijs, & alijs solemnitatibus † substan-
tialibus, vt dicitur in principio *dictæ dec.*430. *De-*
cisio vero eiusdem Putei in Parmen. Vallium, quæ est
dicta decis. 349. *lib.*2. de qua etiam extat adnota-
tio *Ant. August. decis.*1303. *lib.*3. *par.* 3. *diuers.* benè
distinguit, vt supra, & expresse subiungit, quod
8 si ageretur de recognitione † non esset demendum
tempus litis, *decisio in Romana fideicommissi de Ca-*
taneis 7. *Februarij* 1620. *coram bon. mem. Card. Veros-*
pio, supponit in adesse adminicula sufficientia,
& decisio in Calaguritana Iurisdictionis 22. *Maij* 1627
coram Reuerendiss. D. meo Pirouano, nihil aliud fir-
mat nisi, quod quando Instrumentum productum
9 fuit † incidenter, non subducatur tempus litis,
sed in casu, quando fuit productum principaliter,
nihil in ea decisione firmatur, quo etiam modo
10 † procedit *decis.* 184. *num.*17. *par.*6. *recent.* Et om-
nes aliæ decisiones, quæ pro Serenissimo Duce
Parmæ allegantur, loquuntur de probatione, seu
præsumptione circa ipsam substantiam, & solem-
nitatem intrinsecam Instrumenti, de qua loqui-
11 tur *Seraphin decis.* 76. † æquiparans Testes, & In-
strumenta, Testes enim diriguntur ad probatio-
nem substantiæ, atque eodem modo intelligenda
est *decis.* 185. *par.* 2. *diuersor. & Buratt. decis.* 178.
num. 8.

Neque vero duplex illa ratio ponderata in
decisione, quæ reuidetur, prima nimirum, quod
imputandum sit actori, qui tempore motæ litis
12 non † curauit Instrumentum recognosci, altera
quod alias aperiretur via fraudibus, cum quis
posset consulto differre productionem Instrumen-
ti, vt beneficio temporis ab illius recognitione
excusaretur, subsistere in præsenti casu DD. visa
13 est; posset enim prima ratio † procedere, si agere-
tur de substantia; & de solemnitate Instrumenti,
adeoque de probatione intentionis actoris circa
14 quam debuit † paratus in iudicium venire *iuxta*
text. in l. qui in alterius 42. *ff. de reg. iur. & notat*
Dec. in l. 1. *num.*8. *vers. quia actor. C. de eden.* sed ad
recognitionem id non applicatur, circa quam
paratus venire non tenebatur, dum satis suam
15 habebat intentionem fundatam in publico † In-
strumento etiam non recognito, donec reus de
recognitio exciperet, *Dec. in auth. si quis in aliquo*
*num.*27. *C. de eden. Caputaq. decis.*117. *nu.*4. *par.*3.
*Put. decis.*405. *lib.* 1. *Rota decis.*1. *num.*27. *par.*5. *rec.*
Adeo quod etsi ante partis oppositionem facta
16 talis recognitio † fuisset, volente deinde parte
formiter eam cum suis Interrogatorijs fieri, vtiq;
prior illa facta nihil deseruisset. Altera verò ratio
fraudis, & malitiæ excluditur in hoc casu eo ipso,
quo Instrumentum à DD. Vrsinus in principio
litis motæ anno 1580. productum nequaquam in
anteriori illa lite anni 1538. quæ vertebatur in
solo possessorio, vt apparet ex sententia Pauli
Papæ Tertij produci conuenisset, in quo iudicio
idem Instrumentum potius fauebat intentioni
Madamæ Margaritæ, dum pignus, cuius titulo
Castri possessio in eius auctricem Alphonsinam
per DD. de Medices translata de anno 1504. fue-
17 rat nondum expirauerat, a imò ipsa diuersitas
litis fraudem quoque, & negligentiam omnem
excludit *Cassad. decis.*6. *num.* 2 *de rescript. Lancellot.*
de attentat. par. 2. *cap.*4. *limitat.* 2 *num.* 9 & hanc
qualitatem considerauit *Rota coram Puteo dec.*348.
*lib.*2. ad effectum vt obstare nequeat tempus mo-
tæ litis: diuersitas verò apparet ex quo in secunda
anni 1580. in qua Instrumentum fuit productum
18 DD. Vrsini † erant actores prætendentes se spo-
lium passos esse finita causa pignoris, sub quo ti-
tulo possessionem Castri iam tradiderant, *vt per*
Greger. decis. 254. *cum a ijs per Add. num.* 6. & *in*
Romana spolij 9. *Ienij* 1627. *coram D. meo Merlino*:
cum in prima fuissent rei conuenti propter spo-
lium ab ipsis commissum contra successores Al-
phonsinæ, vt in sententia Pauli Tertij fuit decla-
19 ratum. Vnde sententia lata in vna non † pote-
rat propter diuersitatem actionis, & personarum
parere exceptionem rei iudicata in altera, ex quo
20 dignosci † solet causæ diuersitas *l. cum quæritur,*
cum duabus seqq. ff. de except. rei iudic. Honded. cons.
30. *num.*50. *lib.* 1. *Caual. decis.*6 4. *n.*2. *per notat. in*
l. fundum, & in l. fundi, ff. de except. cum deductis
per Menoch. cons. 123. *num.* 20. & *seqq.*

Præterea etsi tempus litis esset detrahendum
id solum esset calculandum ab anno 1580. vsque
ad quod tempus, quia effluxerunt anni 76. à tem-
pore conditi Instrumenti; nihil hæc detractio re-
leuaret pro exceptione rei stante tempore anno-
21 rum vltra 70. † quod in materia recognitionum
Instrumentorum reputatur antiquum ad effectum,
vt à dicto tempore confecta recognitione non in-
digeant, vt tradit *Couar. pract. quæst. cap.*21. *nu.* 7.
vers. secundus casus. Gonzal. ad reg. 8. *glos.*64. *n.*20.
Rota coram Verall. dec. 5. *num.* 1. *par.* 3. *coram Card.*
Caualer dec. 518. *num.* 1. & 4. *Seraph. decis.* 1481. *n.*2.
& *decis.* 928. *num.* 1. & *in recent. decis.*234. *num.*2.
& 693. *num.*7. *par.*2.

Quæ sanè certiora reddi concludebant DD.
ex

ex sequentibus in proposito concurrentibus adminiculis. Primò stante probitate, & nota no-
22 bilitare † personæ producentis Instrumentum, vt in puncto de probitate *Put. decis.* 349. *num.* 1. *lib.* 2. & aduertit *Crauett. de antiq. d. par.* 3. *cap. vidimus, num.* 9. *Mars. in l. si quis ne quæstio, ff. de quæst. & de nobilitate glos. in cap. illud* 4. *distinct. & probat, text. in l. fin. ff. de fid. instr. Bald. in l. testium num.* 36. *C. de testib. Petrasanct. sing.* 30. *num.* 1. *Crauett. cons.* 6. *num.* 28. *Buratt. decis.* 775. *num.* 3. *Ludouis. decis.* 351. *num.* 14. *Grammat. decis.* 60. *num.* 13. *Tiraq. de nobilitat. cap.* 20 *num.* 20. affirmantes huiusmodi qualitates omnem sinistram præsumptionem, & suspicionem excludere.

Secundo, quia fuit stipulatum à duobus Notarijs, nempe Francisco Roccho de Bracciano, & Francisco Riccio de Piscia Florentinæ Dictionis,
23 † quod etiam ponderauit *Rota in d. decis.* 184. *n.* 14. *par.* 6. & de quinque erat casus *Put. dicta dec.* 349. vt aduertit *Ant. Aug. decis.* 1303. & 1397. *par.* 3. *lib.* 3. *diuers.*

Tertiò ex indulto Pij IV. quo conceditur facultas Antonio Roccho filio Francisci omnia, & singula Instrumenta etiam ex notis, & abbreuiaturis eius extrahendi, & perficiendi, ex quo magnum su-
24 mi potest † adminiculum de Notariatu, & fide dicti Antonij & Francisci, vt in simili considerauit *Seraph. decis.* 928. *vers. secundo, & decis.* 1431. *num.* 2. *& Put. decis.* 349. *loquens de fide Collegij Reghinensis vers. secundo.*

Quartò per Instrum. ratificationis factæ per Alphonsinam de huiusmodi assignationis Instru-
25 mento compulsatum ex Archiuio † Florentino, quod est validum adminiculum ad fidem adstruendam instrumento, de quo agitur, vt in simili considerauit idem *Put. dicta decis.* 349. *vers. quintum. Ant. Aug. decis.* 1397. *lib.* 3. *par.* 3. *diuers. Rota dicta dec.* 184. *num.* 8. *par.* 6. Imo ex dicto instrumento ratificatio-
26 nis resultat vehemens † præsumptio Notariatus Francisci Rocchi ex enunciatiua facta per Alphonsinam auctricem Serenissimi Ducis Parmæ etiam in ipsius præiudicium, vt in puncto dixit *Rota dicta decis.* 184. *post numer.* 9. *ex Ruin. cons.* 141. *num.* 8. *in fin. lib.* 5. *Rota decis.* 776. *num.* 1. *par.* 1. *diuers. & in Farfensi Territorij coram Penia, & in Ferrariensi bonorum* 3. *Iulij* 1601. *coram Cardinali Millino*, vbi quod huiusmodi adminiculum in instrumentis
27 concernentibus idem factum sufficit † ad effectum iudicandi scripturam in forma probanti, & cum idem Instrumentum non producatur principaliter ad fundandam intentionem, sed ad adminiculandum fidem alterius instrumenti, & habeat faciem
28 publici, † & antiqui Instrumenti, de eo non est tempus litis deducendum, vt omnes admittunt, vt dixit *Rota in dicta decis.* 184. *num.* 17. *par.* 6. *recent.*

Quintò ex pluralitate Instrumentorum, quę dantur, nam datur Instrumentum exemplatum per Antonium Rocchum, originale Francisci Rocchi, originale Francisci Ricci, & d. Instrumentum ratificationis cum indulto Pij Quarti, in quo fit mentio de Notariatu Antonij, & Francisci. Vnde non
29 est promendum † quod pro vna falsitate fabricanda tot aliæ fierent, vt ponderat in simili *Seraph. decis.* 928. *vers. adeo quod.*

Sextò ex obseruantia, quia alia bona, quæ pariter in dicto instrumento fuerant assignata, per DD. Vrsinos fuerunt postea recuperata, & hodie ad ip-
30 sis possidentur, † quæ obseruantia dubium non est, quin multum in hac materia operetur *Seraph. d. decis.* 928. *num.* 1. *cum alijs per Rota d. decis.* 184. *nu* 31. *par.* 6. *& decis.* 693. *num.* 8. *par.* 2. *recent.*

Non obstat paritas rationis, quæ præscribentes pro Serenissimo Duce Parmæ afferebatur de præscriptione, quæ per litis contestationem interrum-
31 pitur. † Vnde arguebatur, quod eadem ratione contestatio interrumpere debeat præsumptionem, quæ ex antiquitate temporis oritur pro Instrumento actoris, vt per *Seraph. decis.* 76. *num.* 2. quia paritas tantùm procedit in ea præsumptione, quæ fundatur, & oritur ex sola temporis antiquitate,
32 prout inquit *Seraphinus*, quando nempe agitur † de præsumenda re super qua lis principaliter versatur, vel quæ in lite est deducta ad speciem, secus autem ad effectum recognitionis, quæ non oritur ex sola antiquitate temporis, sed etiam ex alijs adminiculis, quibus fides adhibenda videtur ob difficultatem probationis orientem ex antiquitate.
33 Meritò igitur non debet huiusmodi † effectus tolli ex interruptione litis, quæ licet auferat obseruantiam in rebus in controuersiam deductis, non tamen tollit difficultatem probationis circa qualitates extrinsecas Instrumentorum quæ probatio-
34 nis † difficultas est potissima ratio propter quam in antiquis non requiritur formalis recognitio secundum *Bald. in auth. quas actiones num.* 18. *vers. item ratione difficilis C. de sacrosan. Eccles. Alex. cons.* 101. *num.* 11. *lib.* 7. *Dec. cons.* 42. *sub nu.* 2. & 3. *Conar. pract. quæst. cap.* 21. *num.* 7. *in princ. & vers. secundus casus in fine Boer. decis.* 36. *num.* 11. *vers. Et hoc propter difficultatem Rota decis.* 693. *num.* 7. *in fin. par.* 2. *recent.*

Nec faciunt alia duo similia allata de probatione immemorabilis, & famæ, vbi in primo non
35 admittuntur, † nisi actus gesti ante motam litem, & ad probandum aliquid fuisse factum per tem-
36 pus antiquum oportet † illud esse perfectum ante cæptam litem *Innoc. in cap. veniens num.* 1. *vers. & dicunt de verb. signific.* & in secundo famæ nimirum
37 illa † non probatur antiqua, nisi sit completa ante motam litem iuxta *cap. licet ex quadam, & ibi glos. in verb. motam de Testib.* in qua re æquiparan-
38 tur † testes, & scripturæ *Seraph. decis.* 76. *num.* 2. *Garz. par.* 12. *cap.* 2. *num.* 267. quia hæc pariter respiciunt probationem substantiæ, vnde videntur applicari quando agitur de recognitione ex præal-
39 legatis, † & vt benè declarat *Rot. decis.* 1389. *ad me d. lib.* 3. *par.* 3. *diuers.* in Testibus, & fama detrahitur tempus litis, quia alias præsumuntur ex lite mota audiuisse.

40 Vltimò non obstat † quod ad eliciendam præsumptionem requiratur vltra temporis lapsum obseruantia *Rota decis.* 224. *num.* 22. *par.* 6. *recent.* & pro-
41 pterea † talis præsumptio elidatur per contradictionem *Seraph. decis.* 381. *num.* 11. quia vltra quod in d. decisione agebatur de scriptura informi in substantialibus, pro qua supplenda merito requi-
42 ritur † obseruantia, placuit etiam responsio, quod nimirum ante productum instrumentum contra-
43 dictio non poterat cadere super illo, † vt requiritur *Put. decis.* 348. *vers. Et quod isto lib.* 2. *in correct.* & satis dici potest obseruatum instrumentum ex deductis supra in sexto adminiculo, Immò vt supra dictum est vera ratio ob quam non requiritur recogni-

44 recognitio † non est obseruantia, sed difficultas probationis secundum *Bald.in d.auth.quas actiones nu.18.& alios proximè allegatos*, quæ procedit etiam non deducto tempore litis vt patet ad sensum.

Neque aliquid in casu proposito faciunt defectus, qui prædicto instrumento opponuntur, quia non sunt præsentis inspectionis.

Demum etiam si admitteretur distinctio decisionis quæ reuidetur, visum fuit DD. nos esse in secundo casu distinctionis in ea firmatæ, quia nimirum iudicium spolij cæptum de anno 1580. fundabatur principaliter in articulis tunc datis, & Testibus desuper examinandis. Vndè instrumentum
45 benè † dici potest productum incidenter ad colorandum possessorium, neque enim illud produci etiam debuit de anno 1538. cum ibi pariter iudicium agitabatur in possessorio, in quo impertinens
46 est † productio tituli *Put.decis.399.num.1.lib.3.* immò tunc Instrumentum potius contra producentem, dum pignus durabat, potuisset retorqueri.

Ex quibus vtraque parte informante dictum fuit à decisis esse recedendum.

Decisio ista in hac causa emanata coram bo: mem. Cardin. Lancellott. senior sub die 12. Ianuarij 1598. à qua Rota in præsenti decisione recessit, impressa habetur in part.4.diuers.decis.822. plures aliæ decisiones deinde in hac causa emanarunt quæ erunt infra suo loco.

REVERENDISS. P. D. CERRO

SACRÆ ROTÆ DECANO.

Romana separationis Dotis.

Veneris 20. Iunij 1641.

ARGVMENTVM.

Materia iuramenti in litem, & restitutionis acconcij in dotem dati bellissimè in hac decisione declaratur: nempè quod illud locum habere non possit nisi vna simul concurrant, & rem super qua petitur esse omnino debitam itaut iuramentum petens nulla possit exceptione remoueri, & quod dolus verus non autem præsumptus ex parte rei conuenti concurrat, ex quo difficultas probandi qualitatem rei petitæ fuerit causata: Hoc autem ita demum debeat restitui si fuerit in illius traditione æstimatione liquidatum, secus verò si absque vlla taxatione valoris, & inæstimatum marito fuerit consignatum.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum in litem, vt locum habere possit necessarium est probare rem, super quam petitur iuramentum, esse de iure debitam.*

2 *Dictio*, oltre, *indicat separationem, & exclusionem vnius rei ab alia, etiam sub eadem dispositione contentæ.*

3 *Legato facto de centum vltrà dotem, huiusmodi verba indicant illa centum non esse computanda in dotem.*

4 *Acconcium datum inæstimatum, & absque vlla taxatione valoris, non restituitur vxori soluto matrimonio, nisi quatenus extet, & eo modo quo reperitur, & num.13.*

5 *Inuentarium ab hærede confectum probat bona in eo non descripta non fuisse in hæreditate repertas, vbi agitur contra ipsum hæredem.*

6 *Appannamenta in acconcium data præsumuntur consumpta si matrimonium per spatium annorum 20. durauit.*

Amplia quia sufficit solus lapsus decennij.

8 *Gemmæ, & aliæ huiusmodi res longo tempore durante præsumuntur.*

9 *Gemmæ, & alia huiusmadi generis solent gestari per vxorem ornatus gratia.*

10 *Gemmæ, & res similes solent penes vxorem asseruari, & custodiri.*

Et propterea penès ipsam mortuo viro remansisse præsumuntur. ibid.

Quinimò maritus de illis rationem reddere non tenetur ibidem.

11 *Maritus, si se obligauit dotem restituere omniaque in instrumento dotali comprahensa eique consignata, etiam de acconcio intellexisse præsumitur.*

12 *Intellige conclusionem procedere vbi agitur de acconcio æstimato, & in dotem comprahenso, secùs si illud fuerit datum absque vlla expressione valoris, & n.13.*

13 *Acconcium datum æstimatum assumit naturam dotis, & cum illa venit restituendum siue extet, siue non secus si inæstimatum, & supra num.12.*

14 *Prouisio hominis facta per pactum, vel stipulationem nunquam censetur facta animo nouandi dispositionem legis.*

15 *Obligatio restituendi totam dotem intelligitur prout de iure, in casu scilicet quod tota debeat restitui.*

16 *Iuramento in litem, vt locus esse possit duo copulatiuè requiruntur, nempè dolus illius contra quem defertur, & difficultas probationis ex dicto dolo causata.*

17 *Dolus regulariter non præsumitur.*

18 *Dolus probari debet ab allegante clarissimis probationibus.*

19 *Dolus vbi requiritur, probari debet dolus verus, non præsumptus.*

20 *Iuramentum in litem duo non potest continere specialia; nempè quod actori credatur in propria causa, & quod dolus rei conuenti præsumatur, ae proindè dolus verus non præsumptus probari debet. ibidem.*

21 *Maritus omittens æstimare acconcium sibi traditum, an in dolo fuisse dicatur.*

Iuramentum in litem requirit dolum in committendo, nec sufficit illud in omittendo fuisse commissum, n.21.

22 *Difficultas probationis necessaria ad hoc, vt locus esse possit iuramento in litem debet esse causata ex dolo rei contra quem petitur iuramentum.*

23 *Iuramento in litem, vt locus esse non possit qualibet causa sufficit etiam minima.*

24 *Iuramentum in litem datur contra dolosum arbitrio Iudicis.*

25 *Iuramentum in litem non competit contra hæredes post obitum dolosi.*

26 *Intellige vbi lis non fuit cum de functo contestata aliàs secus.*

DECISIO XLIV.

VIctoria de Fabijs vltra dotem costitutam Catherinæ filiæ nuptui traditæ Ioanni Francisco Formicino, eidem consignauit Acconcium consistens

stens partim in lineis, & partim in sericis appannamentis, nec non in torque aureo, ac flore Margharitis contexto, & in alijs mobilibus descriptis in notula in instrumento dotali inserta, quam dotem, & alia in d. instrumento expressa, & consignata in euentum restitutionis Ioannes Franciscus sub obligatione Camerali restituere promisit.

Defuncto Io. Francisco de anno 1623. Catherina illius vxor, & hæres præter dotem, & quartum dotale ab ea superlucratum ob prædecessum coniugis, nec non medietatem alterius quarti dotalis, quam Victoria Catherinæ Mater super lucrata fuerat per obitum Iacobi de Fabijs sui Viri, dictoque Ioanne Francisco pro augumento dotis Catherinæ filiæ post ipsius mortem consignari mandauerat, quorum separationis iudicium introduxerat aduersus societatem SS. Annuntjatæ de Vrbe hæredem substitutam, vt apparet ex decisionibus in hac causa factis die 23. Ianuarij 1638. coram bon. mem. Buccabella, * & coram me sub die 4. Iulij 1640. Pretendebat vlterius esse sibi restituendum Acconcium, & loco illius cum ampliùs non extet, æstimationem, ad quam probandam duo Periti de ordine Rotæ fuerunt electi, qui per comparationem ostensis prius Catherinæ pluribus, ac diuersis gemmarum, & appanamentorum speciebus, eique delato iuramento, quod res per ipsos æstimandæ essent similes, & omnino coequales à se traditis, retulerunt valorem Torquis ascendere ad scut. 70. floris ad scut. 27. Appanamentorum, & aliorum mobilium ad scut. 172. vt in summ. Catherinæ num. 1. & 2. super quibus cum Catherina instaret sibi deferri iuramentum in litem contra hæreditatem dicti eius Viri, dubitaui an esset locus delationi huius iuramenti, & DD. negatiuè responderunt ex triplici capite.

Primo, quia in necessarium antecedens huius iudicij semper præsupponitur, quod res pro qua petitur deferri iuramentum in litem, sit debita,
1 & de hoc debet legitimè constare, † absque eo, quod petens iuramentum exceptione remoueri possit, vt optimè probat *Text. in l. A possidentibus C. de res vendic.* & ibi, *nota gloss. in verb. Impleueritis, & in verb. intentionem & Odofred. in princ. & Doct. commun. & in l. qui restituere ff. eod.* Hic autem non solum deficit probatio, quod huiusmodi Acconcium sit debitum Catherinæ, sed immò verius est non deberi, quia cum illud fuerit datum distinctum, & separatum à dote, vt apparet ex notula, & instrumento, ibi *Oltre alla detta dote*,
2 ponderando dictionem, *Oltre* † quæ de sui natura indicat separationem, & exclusionem vnius ab alio, etiam sub eadem dispositione contento, *l. si ita legatum 68. ff. de legat. 1. Dec. in l. actione nu. 9. vers. & illa verba C. de transact.* vbi in proposito ait
3 quod in legato centum vltrà dotem, † huiusmodi verba dicuntur apposita ad ostendendum, quod illa centum non debent computari in dotem *Cæsar Manent. decis. 4. num. 17.* & fuit dictum in *Mutinen. dotis 16. Ian. 1641. vers. præterea valde Domini coram R.P.D. meo Panzirolo*, & inæstimatum; vt patet ex notula, vbi corpora mobilium exprimuntur absque vlla taxatione valoris vtique non potest dici debitum, & restituendum Catherinæ cum amplius non extet, & vsu consumptum
4 sit, quia Acconcium hoc modo consignatum † non est debitum, nec restituitur vxori soluto matrimonio, nisi quatenus extet, & eo modo quo reperitur, & si vsu consumptum sit, illius consumptio cedit periculo vxoris *Text. est ad litteram in l. plerumque in princ. ff. de iur. dot. & tradunt Bald. in l. de his 17. C. de don. inter vir. & vxor. Alex. in l. æstimatæ, ff. solut. matrim. Socc. sen. cons. 122. num. 5. lib. 3. Fran. Cremen. singul. 142. num. 1. Chassan. in consuet. Burgund. rub. 4. §. 24 num. 8. & 9. col. mihi 801. Ferrer. in Addit. ad Guid. Pap. dec. 468. in fin. Fontan. de pact. nupt. tom. 2. clauf. 6. gloss. 2. par. 7. n. 13. & seqq.*

Quod autem dictum Acconcium hodie non extet, nec fuerit repertum in hæreditate Ioannis Francisci probatur non solum ex inuentario bonorum hæreditariorum ipsius confecto ab eadem Catherina, in quo descriptum non legitur, quod
5 plenè probat † inexistentiam contra ipsa *l. fin. §. licentia dand. C. de iur. deliber.* cum alijs relatis *per Reuerendiss. Vrgellen. decis. 212. num. 2.* Sed enim præsumptione Iuris, quia cum Acconcium consisteret partim in vestibus, & appannamentis, partim in auro, & gemmis, vt dictum est, & matrimonium durauerit supra 20. annos, Vestes, &
6 appannamenta præsumuntur intra dictum tempus vsu consumpta iuxta *Theor. Bart. in l. quoad præsens num. 3. C. de Murileg.* Imò ad hunc effectum
7 † sufficeret lapsus decennij, vt latè *firmauit Rota in his terminis in Anconitana Dotis 4. Iulij. 1640. vers. secunda verò, & 19. Apr. 1641. vers. sed vtrumque obiectum coram me.* Gemmæ verò, & alia solidio-
8 ris materia, licet longiori tempore † præsumantur durare, vt aduertunt *Cyriac. controu. foren. cap. 16. num. 2. & 3. & alij allegati in d. Ancon. Dotis 19. Apr. vers. vndec. fundamentum*; Tamen, cum sint
9 res, quæ venustatis, & ornatus gratia † solent gestari per vxorem iuxta *Text. in l. quamuis*, ibi, *quibus vti Mulieres venustatis, & ornatus causa ceperunt ff. de aur. & arg. leg.* Præsumuntur remansisse
10 apud vxorem penes quam solent asseruari, † quæ propterea, & non Maritus de illis tenetur reddeder rationem *glos. in l. si ego, §. Dotis autem in verb. commissa, ff. de iur. dot.* & ita fuisse decisum à Senatu Cataloniæ testatur *Font. de pact. nupt. tom. 2. clauf. 6. glos. 2. par. 7. num. 16.* cuius decisionem approbauit etiam *Rot. nostra coram bon. mem. Motmanno decis. 225. num. 15. & 16. part. 6. recent.*

Non obstat, quod Ioannes Franciscus se obligauerit ad restitutionem Dotis cum omnibus in instrumento expressis, & consignatis, vt summ.
11 Catherinæ num. 3. † Ac proinde non obstante dicta præsumptione consumptionis, ipsa nihilominus vigore dictæ obligationis Ioannis Franc. possit agere pro liquidando valore acconcij, quod fuit in instrumento expressum, & consignatum, & recipere sui crediti æstimationem, vt videtur sensisse *Rot. in Rom. Tutelæ 11. Maij 1612. coram Eminentiss. Card. Pamphil.* confirmata *27. Maij 1639. coram R.P.D. meo Dunozetto*, quia responsum fuit dd. decis. firmantes vxori esse hypothecata omnia bona Mariti pro restitutione Acconcij esse intelligendas prout ille loquuntur de Acconcio æstimato compræhenso in dote, & simul cum ea constituente vnicam summam, quo casu cum
12 naturam dotis † assumat, cum ipsa restituendum est, siue extet, siue non extet iuxta declarationem

nem *Rot.coram Card.Ser.dec.132.num.1.& 2.*repetitam *per Add.ad S.mem.Greg.XV.decis.80. num. 12.* Secus autem est, quando Acconcium fuit data separatum à Dote; & inæstimatum, vt in hoc casu, tunc enim, nec naturam Dotis assumit, nec à Marito restituendum est, nisi quatenus ex-
13 tet, † & eo modo, quo reperitur de tempore restitutionis, vt fuit supra probatum, & benè vtrumque casum distinguunt *Paris.cons.95. nu.15. lib.2.& Soccin.sen.cons.289.num.1.per tot.lib.2.*

Et in omnem euentum dixerunt DD.huiusmodi promissionem esse intelligendam iuxta dispositionem Iuris, & singula singuli congruè referendo, vt scilicet quoad dotem, promissio intelligatur facta simpliciter, quo verò ad acconcium prout de Iure, nempè si de tempore restitutionis extaret, & eo modo, quo reperiretur, quia pro-
14 uisio hominis per pactum, † vel stipulationem nunquam censetur facta animo nouandi dispositionem legis descendentem à Iure communi, *l. 4. §.ex conuentione ff.de re iud.Surd.cons.34.num.34. & cons.339.num.24.vers.quod autem dicebatur cum numer.seq.*& in proximis terminis, quod obligatio de tota dote restituenda intelligi debeat in casu
15 in quo de Iure † tota debet restitui, & non aliàs optimè firmant *Florian.de S.Petro in l. Neratius numer.2.& 3.ff.de religios.& sumpt.fun.& Afflict.decis. 339.num.13.*

Secundò, quia ad hoc, vt si locus iuramento in litem duo copulatiuè requiruntur, nempè do-
16 lus ex parte eius contra quem defertur, † & difficultas probationis ex parte illius cui defertur ex dicto dolo causata *Bart.in l.in actionib.num.2.ff. de in litem iur.Ias.cons.111.num.12.lib.1.Paul.de Monte Pico cons.67.num.7.Purp.cons.369 num.44.& seq. par.1.Menoch.de arbitr.lib.2.cas.208.num. 1. Rot. in Rom.redditionis computorum 14.Maii 1593. coram Litta, & in Rom.de Thesauris 18. Martij 1611. coram Eminentiss.Card.Pamph.& in Anconit.pecun. seu Coriorum 21.Iun.1638. coram bon.mem. Coccino, & in ead.10.Ian.1639.coram R.P.meo Roias.*

Neutrum autem in casu isto concurrere dicebant DD.Non primum, quia nihil deducitur ex quo dici possit constare de dolo, & tamen cum
17 regulariter dolus † non præsumatur *l.merito ff. pro Soc.l.quoties §.qui dolo ff.de probat.*esset probandus
18 ab allegante perspicuis inditijs *l. dolum C. de dolo Corn.cons.181.num.4.ante fin.lib.4.* Et quidem ve-
19 rus † non autem præsumptus *Cotta in mem.in verb. iuramentum in litem*, vbi assignat rationem ne duo specialia concurrant eodem loco, quod acto-
20 ri credatur in propria causa, † & quod dolus præsumatur *Phanut de iuram.in litem par. 2. cap. 2. num.5.*& fuit dictum *in dicta Romana de Thesauris, & in dicta Anconitana pecuniaria, seu Coriorum coram bon.mem.Coccino.*

Neque dici potest probari dolum in Ioanne Franc.ex omissione æstimationis in receptione dictorum bonorum, quia de iure non tenebatur facere huiusmodi æstimationem, & cum ex Iuribus supra deductis teneretur tantummodo restituere eadem bona quatenus extarent, & in eo statu, quæ reperirentur de tempore restitutionis,
21 omisso nullo modo potest dici culpabilis, † & in
22 omnem casum, fuisset simplex culpa † omissionis propter quam non datur Iuramentum in litem cum ad hunc effectum requiratur dolus in committendo *Seraph.de priuil.Iuram.priuil.31. numer.55. vers. cæterum, & num. 56. vers. cum primo Aymon.cons.947.num.3.Menoch.de arbitr.d.cas.105. num. 14.*

Minus videbatur concurrere secundum, quia licet Acconcium amplius non extet, nec ad oculum demonstrari possit, in quo dicitur consistere difficultas probationis, attamen non docetur, quod huiusmodi difficultas fuerit causata ex dolo Ioann.Franc.prout requiritur, ad hoc, vt sit locus Iuramento in litem *Purpur.d.cons.369. num.45.& fuit dictum in d.Romana redditionis computorum, & Romana de Thesauris, & alijs.*

Immò omnis penitus excluditur dolus, quia cum Acconcium, quoad mobilia præsumatur vsu consumptum, quo verò ad gemmas, & alia solidioris materiæ, præsumatur remansisse penès vxorem, vt fuit dictum, & sic appareat de causis propter quas acconcium desijt extare, diluitur omnis suspicio doli, ne sit locus Iuramento
23 in litem ad quem † affectum sufficit quælibet causa etiam minima *Afflict. decis.36. num. 6. & fuit dictum in Rom.Tutelæ de Masso 27.Ianuar.1588. coram Gypsio, & in d.Rom.de Thesauris.*

Demùm, & tertio dictum fuit non esse locum
24 d.Iuramento, quia licet illud detur † contra dolosum iuxta qualitatem casus arbitrio Iudicis *Rota in d.Rom. Tutelæ de Masso Osasch. dec. Pedem. 96.num.5.* Non tamen competit post obitum do-
25 losi † contra hæredem illius qualis est Societas SS.Annuntiatæ *l.alio Iure C.de in lit.iurand. Angel. cons.308.post med.vers.& mala fides Fulgos.cons.35. num.5.in fin.vers.Nec rursus Castrens.cons.212.nu.3. lib.1.Rimin Sen.cons.442.num.22.lib.3.*Nisi lis fuerit contestata cum † defuncto *Ias. in l. actionibus num.38.ff.de in litem iurand.Plott.eod.tit. n. 77.*

Et ex his respondetur ad *Seraph.de priuil. Iurament.priu. 31. num. 103. in contrarium allegatum* dicentem valorem rerum illatarum per vxorem in Domo viri probari per Iuramentum, quando Maritus de eis rationem reddere recusat, quia loquitur, quando agitur cum viro recusante restituere vxori res, quas habuit, & propterea applicari non potest, quando agitur cum hærede vt in casu nostro, qui non recusat illas restituere, sed allegat ex cursu tanti temporis fuisse consumptas, nec de iure ad illarum restitutionem teneri.

Et ita vtraque &c.

REVERENDISS. P. D. CERRO

SACRAE ROTAE DECANO.

Arimineñ Fideicommissi.

Veneris 28. Iunij 1641.

ARGVMENTVM.

Manutentio conceditur semper antiquo possessori, quamuis nulliter, & iniustè per iudicis sententiam sua possessione priuato: Iudicio per contradictas agitato sine præcedenti citatione personali tempus ad appellandum incipit currere à die

die habitæ notitiæ, Ægidiana Constitutio, quæ Clericos ligandi potestatem non habuit, efficit vt ius canonicum etiam in iudicijs possessorijs seruetur, secumdum quod appellatio ad vtrumque effectum conceditur.

S V M M A R I V M.

1 *Immisio ab actore petita arguit possessionem rei conuenti.*

2 *Sententia lata contra aliquem, quem illa mandat eici, & expelli eius probat possessionem.*

3 *Possessor anterior in concursu posterioris manuteneri debet.*

4 *Reo, & possessore licet per sententiam nulliter, & attentate à sua possessione eiecto competit remedium retinendæ ratione ciuilis possessionis, & n. 5. & 14.*

Possessio ciuilis animo retenta attrahit ad se naturalem numer. 4.

Manutentio conceditur reo possessori etiam aduersus factum Iudicijs, qui nulliter, & iniustè procedens illud sua possessione priuauit numer. 4. & 5. & infra numer. 14.

6 *Citatio personalis requiritur vt per contradictas valeat iudicium agitari.*

7 *Acta vbi sunt releuantia, & ab illis pendet iustitia, vel iniustitia, sententia trasportari debent, & n. seq.*

Sententia lata non visis omnibus actis dicitur nulla numer. 7. & 8.

9 *Immissio in vim legis finalis concedi non potest cessante possessione testatoris, & num. 10.*

11 *Possessio capta pendente termino ad appellandum est attentata.*

Terminus ad appellandum in iudicio per contradictas agitato non incipit currere nisi à die habitæ notitiæ, numer. 11.

12 *Possessoris in iudicijs non datur appellatio siuè iure ciuile inspecto, siue Aegidiana Constitutione attenta.*

Possessio potest capi etiam pendente termino ad appellandum vbi non conceditur appellatio suspensiua numer. 12.

13 *Sententia vbi est nulla, & iniusta quamuis agatur remedio possessorio recipit appellationem.*

14 *Manutentio competit in iudicio possessorio vbi quis per sententiam nullam, & iniustam infra tempus ad appellandum fuit sua possessione priuatus, & sup. num. 4 cum seqq.*

15 *Aegidiana non habet locum quoties in causa adest clericus.*

Appellatio ad vtrumque effectum conceditur de iure Canonico etiam in iudicijs possessorijs. num. 15.

16 *Amplia conclusionem etiam quod agatur remedio l. fin. C. de edict. diui Adr. tollen.*

17 *Possessio capta in vim rei iudicatæ recuocari non potest per viam manutentionis sub prætextu iniustiæ, nisi illa sit patens, & notoria, quæ nullo velamine offuscari possit.*

18 *Intellige conclusionem procedere vbi petitur manutentio primario, & principaliter ex capite iniustitiæ secus verò si ex capite nullitatis, & attentatorum.*

19 *Clausula*, sine præiudicio rei iudicatæ, *licet præseruet facultatem Iudicis à quo suam exequendi sententiam citrà vitium attentatorum.*

Non tamen impedit quin Iudex ad quem comperta deinde nullitate, & iniustitia executionis possit concedere manutentionem ibid.

DECISIO XLV.

PRætor Arimini de anno 1606. tulit sententiam absolutoriam ad fauorem Battaglinorum possessorum vnius petij terræ, super quo Georgini, & litis consortes petebant immissionem ex *Remed. l. fin. C. de ædict. diu. Adr. tollen.* sub prætextu quod esset suppositum fideicommisso Caroli Mercati ad fauorem purificato, sed causa ad Rotam deuoluta R. P. D. meus Dunozettus dictam sententiam reuocauit, & tulit sententiam pro immissionem ad fauorem Georginorum, quæ ob non interpositam appellationem fecit transitum in rem iudicatam, & fuit executioni demandata, & eius vigore capta possessio.

Demum de anno 1634. commissa causa appellationis, & restitutionis in integrum bon. mem. Buccabellæ, dubioque desuper proposito, Domini sub die 24. Iunij 1638. dixerunt constare de causis restitutionis in integrum, dictamque resolutionem confirmarunt sub die 14. Matij 1640 coram me in locum Buccabellæ suffecto ex rationibus deductis in decisionibus desuper extensis.

In hoc causæ statu Battaglini petierunt mandatum de manutenendo in possessione dicti petij terræ vnde proposui dubium, An esset illis concedendum, & Domini affirmatiuè responderunt.

Constat siquidem de eorum anteriori possessione, non solum ex iudicio immissionis intentato

1 per Georginos, † ex quo resultat Confessio ex parte actoris quod Reus possideat *Rot. in recen. decis. 561. num. 2. par. 1. & coram bon. mem. Buratto decis. 161. num 4. vbi addens num. 17. refert concordantes, & fuit dictum in Bonon. fideicommissi de Bologninis 17. Martij 1641. coram R. P. D. meo Merlino*, sed etiam ex sententia per eosdem Georginos obtenta, & executioni demandata cum clau-

2 sula *eiectis, & expulsis Battaglinis* † quæ pariter probat eorum possessionem *Rot. coram Buratt. decis. 908. num. 3, & decis. 104. sub. num. 4. post Pacif. de Saluian. interd. & decis. 182. num. 5. post. modern. de manut.* Et consequenter danda est eis manutentio,

3 cum anterior possessor † in concursu posterioris sit manutenendus *cap. licet causam, cum ibi not. de probat. Rot. coram sanct. mem. Gregor. XV. decis. 6. n. 3 & decis. 9. num. 5. multas cumulat Posth. de manuten. obseruat. 71. num. 20.*

Nec obstat quod Georgini fuerint immissi in vim sententiæ, & mandati Rotalis, quia cum sententia fuerit nulla, & iniusta, & possessio attentata non priuauit Battaglinos sua possessione, & ipsis sic de facto eiectis, qui nunquam habue-

4 runt se pro spoliatis, † competit remedium retinendæ ratione ciuilis possessionis animo retentæ, quæ attrahit ad se naturalem, vt notant *DD. in l. clam. possidere, §. qui ad nundinas præsertim Ias. n. 62. Angel. num. 4. ff. de acquir. possess. & Rot. coram Gregor. decis. 203. num. 2. & 3. & decis. 323. num. 2. & in recent. decis. 211. num. 1. par. 3. & decis. 226. num. 4. pens modern de manuten. & fuit dictum in legionen. confirmationis electionis 1. Iunij 1609. coram Lancell. impressa apud Marches. de Comiss. par. 1. fol. 987.* & inter easdem personas in *Arminen. Molendini 29. Nouemb. 1638. coram R. P. D. meo Verospio in §. neque visum fuit obstare, & in easdem 1. Iunij 1640. coram R. P D. meo Bichio, §. Nec Ricciardellos* Et Ro-

ta passim aduersus huiusmodi factum, Iudicis
5 nulliter, & iniuste procedentis concedit mandatum de manutenendo *Reuerendiss. Vrgellen. decis. 114. num. 3. & 4. Buratt. decis. 393. num. 3. & fuit dictum in Auximana prætensi fideicomm.* 5. *Iunij* 1640. *coram me vers. nec obstare dixerunt Domini.*

Nullam autem fuisse sententiam apparet, tum ex eo quia fuit processum per contradictas, nec vlla præcessit citatio personalis contra Hieronymum, & Scipionem de Battaglinis, prout præce-
6 dere debebat, † vt per contradictas posset procedi *Vestr. in prax. lib.* 1. *sub. num.* 4. *Rot. corom Cardin. Seraphin. decis.* 1100. *num.* 5 *coram Card. Caual. dec.* 410. *num.* 1. *& in recent. decis.* 104. *num.* 24. *& seqq. par.* 6. *in d. Arimin. Molendini coram R. P. D. meo Bichio versic. est inquam nulla.* Tum denique quia Georgini in secunda instantia non transportarunt instrumenta, & catastra, nec testes proBattaglinis examinatos, & productos in prima instantia. Quæ iura cum iustificent iustitiam sententiæ de partibus denegantis immissionem Georginis in d. pretio Terræ, veluti quæ conuincunt illud nunquam fuisse in bonis Caroli fideicommittentis, vt firmatum fuit *in decis. Buccabellæ, & in illius confirmatoria coram me emanata.* Erant omninò transportanda, non obstante quod simus in causa prophana, quia etiam in prophanis acta
7 debent transportari, † quando sunt releuantia, & conferunt ad iustitiam, vel iniustitiam detegenda, alias sententia dicitur nulla tanquam lata non visis omnibus actis *Felin. in capit. Ecclesia S. Mariæ num.* 16. *in fin de constit. san. mem. Greg. XV. decis.* 320. *num.* 1. *&* 485. *num.* 11. *Rota in recent. dec.* 18. *num.* 1. *&* 2. *& decis.* 192. *num.* 3. *par.* 5. *& dec.* 356. *num.* 4. *post secundum vol. cons. Farin. & admisit in Narnien successionis* 18. *Martij* 1630. *coram R. P. D. meo Merlin. quæ est decis.* 274. *num.* 2. *post. modern. de manuten.* & materia plenè discussa *in Leodien. Dominij de Steuordia* 3. *Iulij* 1623. *coram bon. mem. Coccino, habetur post Fenson. ad statut. Vrb. in ordine decis.* 165. & in his terminis ad effe-
8 ctum obtinendi † manutentionem in causa restitutionis in integrum fuit dictum *in Vrbeuetana legati* 21. *Aprilis* 1603. *confirmata* 5. *Decembris eiusdem anni coram Litta.*

Iniustam pariter fuisse conuincitur, quia concedit immissionem Georginis agentibus ex *Remed. l. fin. C. de edict. diu. Adr. toll.* in possessione d. petij terræ tanquam subiecti fideicommisso Caroli Mercati nec tamen fuit probatum, quod fuerit in eius bonis, ab eo possessum de tempore obitus Imò ex deductis per Battaglinos, excluditur quod potuerit ab eo possidere de d. tempore, cum fuerit concludentissime probatum, quod tunc possidebatur à Daniele Caroli Caroli Patruele, vt fuit plenè firmatum *in dec. emanatis coram Buccabella, & coram me,* & consequenter cessante possessione Testatoris non poterat dari immissio ex *remed. in l. fin.* Cum hoc sit
9 necessarium antecedens in hoc † iudicio sine quo non competit immissio *Castr. cons.* 455. *numer.* 1. *Bursat. cons.* 372. *num.* 1. *lib.* 1. & fuit dictum *in d. Arimin. Molendini, §. de iniustitia sententiæ coram R. P. D. meo Verospio, & in alijs allegatis in decisionibus.*

Demũ possessio fuit attentata cum fuerit capta
11 pendente termino ad appellandum, † qui stante processu facto per contradictas non incæpit currere, nisi à die habitæ notitiæ *Tiraquel. de retract. lign. §. 9. glos. 2. num. 42. Lanc. de attent. appell. pend. par. 2. cap. 12. lim. 50. nam. 146. Rota decis. 46. de appell. in antiq. & decis. 22. in fin. eod. tit. in nou. & inter diuers. decis. 55. num. 2. par. 1. & in Romana Vineæ de Capocephalis coram R. P. D. Dunozetto quæ est decis. 326. num. 10. par. 6. recent. & fuit dictum in d. Arimin. Molendini coram R. P. D. meo Verospio vers. nec visum fuit obstare, & coram R. P. D. meo Bichio versic. Nec Ricciardellos.*

Nec suffragatur, quod cum fuerit actum ex *Remed. l. fin.* In quo non datur appellatio suspensiua, tam de iure ciuili, quam ex dispositione Ægidianæ prohibentis appellationem in posesso-
12 rio, † potuerit absque vitio attentatorum exequi sententia, & capi possessio etiam pendente termino ad appellandum, *Lanc. vbi supra par. 2. cap. 11. de attent. pend. termino ad appell. num. 47. Rota coram Card. Caual. decis. 42. num. 4. & in recent. decis. 137. sub num. 3. par. 1. & decis. 84. num. 2. par. 7.* Quia in hoc casu dabatur appellatio,
13 tum quia sententia erat nulla, & iniusta, † quo stante etiam in possessorio admittitur appellatio *Corn. cons. 10. num. 2. versic. nisi fortà diceretur lib. 4. Contard. de moment. poss. limit. 9. num. 1. & seq. & per tot. Rot. in recent. decis. 391. num. 6. par. 2. & decis. 102. num. 4. par. 4. & coram bon. mem. Coccino decis. 417. num. 1. & seq.* vbi pariter quod
14 competit † manutentio, & alias referunt *Statil. de Saluian. interd. inspect. 4. cap. 2. num. 68. & Possh. de manuten. obseruat. 8. num. 79.* Tum, & potissimum, quia cum in causa adesset Hieronymus clericus, cessabat Ægidiana, quæ non habet lo-
15 cum contra personas Ecclesiasticas, † & seruandum erat ius Canonicum, secundum quod in possessorio datur appellatio ad vtrumque effectum *cap. cum sedem vbi glos. in verb. interdictum in fin. de restit. spoliat. Honded. cons. 20. num. 3. lib. 1. & fuit dictum in Recanaten. bonorum 21. Aprilis 1640. & in Auximana prætensi fideicommissi 5. Iunij*
16 *eiusdem anni coram me* etiam quod agatur † in remedio *d. l. fin. iuxt.* veriorem oppinionem de qua *Contard. de moment. poss. limit. 3. num. 6. & seq.* atquam Rota passim sequuta fuit *in Rauennaten attentatorum 20. Maij 1611. coram bon. mem. Coccino impress. pænes Marches. de commiss. par. 2. fol. 31.* vbi aliæ referuntur, & *coram Reuerendiss. Vrgellen. dec. 240. n. 2. & in recent. decis. 4. n. 4. & in fin. par. 3.*

Non obstat, quod possessio capta in vim sententiæ, & rei iudicatæ, non possit reuocari per
17 viam manutentionis sub prætextu iniustitiæ, † nisi talis iniustitia sit patens, & notoria per rem iudicatam, vel per confessionem partis, adeo vt nullo velamine offuscari possit, vt fuit late firmatum *in Romana de Bombellis 31. Maij 1613. coram Card. Sacrato, & in Romana vineæ 7. Febr. 1620. coram R. P. D. meo Dunozetto quæ sunt apud Possh. de manuten. altera decis. 9. à num. 19. vsque ad 31. altera decis. 27. num. 5. & 6.* fuit enim responsum dd. decisiones procedere quando petitur manutentio primario, & principaliter ex capite iniu-
18 stitię, † secus verò vbi iniustitia deducitur secundario, & incidenter, vt in casu nostro, vbi manutentio petitur primario, & principaliter ex capite nullitatis, & attentatorum obsecutam sententiam

tiam, & captam possessionem pendente termino ad appellandum, & iniustitia deducitur solum incidenter ad corroborationem aliorum, tunc enim eiectus nulliter, & attentatè potest petere mandatum de manutenendo in prima, secunda, & vlteriori instantia, & pendente etiam causa restitutionis in integrum, vt in specie distinxit *Rot. in allegat. Vrbeuetana legati 5. Decembris 1603. coram Litta, §. fin.*

Demum non aduersatur quod causa appellationis à sententia Immissionis, fuerit commissa cum clausula *sine praeiuditio rei iudicatæ*, quia stante nullitate, & iniustitia sententiæ supra firmatis, non aderat res iudicata, & d. clausula licet præseruet Iudici à quo facultatem exequendi citrà
19 vitium attentatorum;† Non tamen impedit quin Iudex ad quem, comperta deinde nullitate, & iniustitia executionis, possit concedere manutentionem eiecto, qui non habuit se pro spoliato *sanct. mem. Greg. XV. dec. 91. nu. 11. vbi latè add. & Buratt. decis. 185. nu 6. & fuit dictum in Mutinen. legati pij 16. Nouemb. 1637. coram bo. me. Coccino vbi alia allegantur & decis. 137. num. 8. par. 7. rec.*

Quæ dicuntur super identitate prædij fuerunt plenè discussa, & reiecta coram me, vt dictum est, nec pertinent ad hoc iudicium.

Quare vtraque, & ita resolutum, &c.

REVERENDISS. PIROVANO SACRÆ ROTÆ DECANO.

Pientina Iurispatronatus.

Veneris 28. Iunij 1641.

ARGVMENTVM.

Iurispatronatus existentia, ex quibus satis superq; ac plenè dicatur probata, Item etiam quando iustificata appareat eiusdem pertinentia ad aliquos Iuspatronatus annexum alicui loco, si ille vendatur, tunc iuspatronatus transit in emptorem cum vniuersitate bonorum.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus melius probari nequit, quam ex ipsa originali fundatione, & dotatione, ac effectuatione.*
2 *Iurispatronatus pertinentia ex quibus satis remaneat iustificata, & nu. 3. 4. & 5*
6 *Iurispatronatus pertinentia ex quibus excludatur.*
7 *Iurispatronatus acquisitio per præsentationes, vt sit valida quidnam concurrere debeat.*
8 *Iuspatronatus, quando est annexum, & incorporatum alicui loco, si ille vendatur, seu in totum alienetur, iuspatronatus transit cum vniuersitate bonorum in emptorem.*
9 *Iuspatronatus, quod sit annexum alicui Villa ex quibus satis dicatur iustificatum, & nu. 10.*
11 *Ad Iuspatronatus vocatis, non potest aliquod præiudicium inferre.*
12 *Iuspatronatus, quando est mixtum pro hæredibus, & successoribus ex sanguine, tunc si illi extent eis debetur.*
13 *Iuspatronatus, quod sit mixtum ex quibus verbis colligatur.*
14 *Iurispatronatus non sunt capaces extranei, quando, adsunt vocati à testatore.*
15 *Iuspatronatus, quando dicatur reale, & transitorium ad extraneos.*
16 *Iurispatronatus fundator, si in dotatione expresserit se velle acquirere iuspatronatus pro se, & successoribus suis, quid ex hoc inferatur.*
17 *Verbum successoribus, conuenit etiam successoribus singularibus.*

DECISIO XLVI.

Patrono tantum informante resolutum fuit iuspatronatus de quo agitur ad eum spectare, & præsentatum ab eo esse instituendum.

De existentia namque eiusdem patronatus non fuit dubitatum cum vsque de anno 1475. Petrus Verdellus cæperit ædificare Ecclesiam in Tenuta, & seu Villa noncupata Celamontis, & exinde Sixtum IV. supplicauit donec completa esset, vt ibi Cappellanus ad nutum amouibilis celebrare posset Missam, ac Diuina Officia, ipsique fundatori, ac eius familiæ, & laboratoribus suarum possessionem Sacramenta Ecclesię ministrare, postquam autem illam dotasset haberet, iuspatronatus, & ius præsentandi ad eam pro se, suisq; hæredibus, & successoribus in perpetuum, quæ litteræ, cum fuerint expeditæ, & dentur, & dotatio pariter in quadam possessione, & bonis in tenuta, & seu Villa Celamontis situatis secuta fuerit, & producta, ac postmodum præsentationes iuxta tenorem litterarum factæ, & effectuatæ fuerint, inde visum fuit plenè, & concludenter pro-
1 bari istius Patronatus existentiam, † cum non detur maior, quàm quæ oritur ex ipsa originali fundatione, & dotatione, & earundem effectuatione, *cap. piæ mentis 16. quæst. 7. Lambert. de iurepat. lib. 1. part. 1. quæst. 2. num. 5. Rota decis. 615. nu 2. par. 1. diuers.*

2 Pertinentia † similiter concludenter probatur ab ipso Petro Verdello primo huius Cappellæ fundatore, eo namque defuncto Ioannes filius, & successiuè Minus nepos eamdem Villam possiderunt; Inter filios autem eiusdem Mini, nempe Ioannem, Christophorum, & Scipionem, bonorum paternorum, sequuta diuisione Villa supra-
3 dicta contigit in † partem Ioanni, cuius descendentes apparent ex libris decimalibus ab anno 1553. eamdem Villam semper possedisse, & exinde Marius pronepos dicti Ioannis, vti Liuij patris Procurator in vacatione anni 1601. solus præsentauit Vgurgerium, eademque Villam de Celamonti creditores ipsius vendiderunt Æneę Piccolomineo, qui titulo venditionis transtulit in Horatium Ballatum vsque de anno 1619. & in vacatione anni 1639. Franciscus eius filius, & seu Io.
4 Stephanus illius negotiorum † gestor præsentauit pro institutione nouo instantem; Vnde cum existentia Patronatus, & pertinentia probentur, & de vacatione non dubitetur per obitum vltimi possessoris, concurratque habilitas in præsentato,
6 visum fuit Beneficij † adiudicationem, & institutionem eidem non esse denegandum *cap. Monasterium 16. quæst. 7. cap. cum Bertoldus, vbi Abb. n. 12.* de

de re iud. Rota decis. 337. n. 1. par. 2. & decis. 152. num. 1. part. 5. recent. vbi aliæ referuntur.

Non obstat defectus pertinentiæ huius Patronatus in Francisco praesentante ex quo nec ipse, aut Horatius eius pater fuerint primi acquirentes,
6 sed Petrus de Verdellis † ex priuilegio Sixti Quarti, & dotatione ab eodem facta; nec minùs sint eiusdem Petri hæredes vniuersales, aut successores particulares, aut alio titulo nitantur ex Ordinarij consensu approbato, nec demum proprietatem huius patronatus acquisierint ex præsentationibus cum tempore immemorabili, vel supra
7 centum annos, † aut ex quadragenaria cum fama tituli Patronatus, dum ab anno 1475. quo emanauit priuilegium Sixti Quarti, non detur alia præsentatio, quàm de anno 1601. facta per hæredes, & successores Petri de Verdellis, & vltima de anno 1639. per Franciscum, quæ hodie controuertitur, an à verò Patrono fuerit facta.

Quia probato huiusmodi Patronatum esse annexum, & incorporatum Villæ de Celamonti inde per venditionem, & seu alienationem vniuer-
8 sorum bonorum in Æneam † Piccolomineum, & ab eo in Horatium Ballatum, potuit Iuspatrona-
A tus controuersum in emptores transire A *cap. ex litteris, cap. sæculum de iurepatr. Lambert. eod. tract. lib. 1. part. 2. quæst. 5. art. 15. Paulus de Cittadinis 9. part. quæst. 3. num. 11. simil. tract. Couar. var. lib. 1. cap. 13. num. 3. Gonzal. de benef. part. 5. cap. 9. num. 16. Lotter. de re benef. lib. 2. quæst. 9. nu. 47.*

Esse autem annexum, & incorporatum Villæ supradictæ ex pluribus circumstantijs adductis
9 probatur, † nempè destinatione fundatoris ad commodum tam ipsius, quàm Villicorum in ea parte habitantium, situatione in medio Agrorum, structura Ecclesiæ, ad quem patet accessus,
10 & ingressus per fundos eiusdem fundatoris, † ac demum ex obseruantia, & communi reputatione, quæ omnia ad effectum pertinentiæ iurium istius Villæ ponderantur in *decis. 399. part. 2. & 314. nu. 3. par. 4. recent.*

Nec obstare videtur, quod extent adhuc de genere eiusdem Petri Verdelli, & qui præsentarunt in occurrenti vacatione anni 1639. quibus ex
11 quocumque actu alienationis † præiudicari non potuerit, dum videtur nos versari in Iurepatronatus mixto pro hæredibus, & successoribus ex sanguine, vt videntur præsupponere verba priuilegij Sixti Quarti supra allegati, ibi, *Haberet ius-*
12 *patronatus, & ius præsentandi † ad eam Cappellam pro se suisque hæredibus, & successoribus in perpetuum. Paris. cons. 48. nu 9. lib. 4. Seraphin. decis. 546.*
13 *num. 5.* quæ similia verba fuerunt † ponderata ad inducendum mixturam *in decisionibus Florentina Parochialis de Sala coram DD. meis Queippo, & Panzirolo 21. Aprilis 1632. & 10. Iunij 1634. & Aquilana Cappellaniæ 263. num. 3. par. 6. recent.* vt
14 propterea existentibus de agnatione † Petri Verdelli extranei non sint capaces Patronatus controuersi *Anchar. in vnico num. 3. & Franc. num. 4. de iurepatron. in 6. Molin. de primog. lib. 1. cap. 24. numer. 31. cum allegatis in decis. 166. num. 8. par. 6. recent.*

Quoniam, nisi præcedant signa, & præsumptiones qualitatis gentilitiæ, prout in præsenti non probantur, semper concessio Sixti Quarti pro hæredibus, & successoribus attentis prædictis cir-
15 cumstantijs, † intelligenda erit de Iurepatronatus reali, transitorio ad eos ipsos, ad quos Villa transiret *Dec. cons. 149. num. 1. col. 2. circa med. vers. nec dici potest.* Præsertim cum fundator in dotatione expresserit se velle acquirere Iuspatro-
16 natus † pro se, & successoribus suis, nulla facta commemoratione hæredum vniuersalium, ver-
17 bum † enim, successoribus, congruit etiam singularibus ratione rei, *Alex. consil. 193. numer. 1. vers. contrarium lib. 2. Soccin. sen. cons. 257. nu. 5. vers. cum ergo. Menoch. cons. 191. nu. 96. Rota coram Caual. decis. 437. nu. 3.*

Et ita &c.

R. P. D. ROIAS.

Postea Episcopo TARRACONEN.

Comeñ Beneficij.

Lunæ 1. Iulij 1641.

ARGVMENTVM.

Ad beneficium Iurispatronatus præsentari debet consanguineus habens qualitatem à fundatore requisita, alias præsentatio est ipso iure nulla, quoties tamen consanguineus se in tempore opposuit, & suam qualitatem probauit. Donationis in contractu disposita, non possunt per codicillos postea factos reuocari, sed codicilli ab ipsa donatione interpretationem recipiunt.

SVMMARIVM.

1 *Validitas sententiæ apparet ex reuolutione actorum.*
2 *Præsentatio ad beneficium, ac successiua subsecuta institutio personæ, non habentis qualitatem parentelæ, & requisitæ, qui fundatorem est ipso iure nulla, & num. 20.*
3 *Verba vbi sunt clara non admittitur voluntatis quæstio.*
4 *Consanguinei fundatoris beneficij si se in tempore opposuerunt Ordinario extraneum instituere volenti, dicitur illis fuisse ius quæsitum.*
5 *Relato, non referenti stare debet.*
6 *Dispositio facta per contractum donationis inter viuos à principio perfecta, non potest deinde per actus factos in vltima voluntate mutari.*
7 *Exemplis declaratur voluntas.*
8 *Verbum alijs denotat similitudinem inter vocatos.*
9 *Familiæ nomine qui veniant.*
10 *Codicillorum verba declarationem requirunt ab his, quæ in antecedenti donatione fuerunt disposita.*
11 *Donatarijs dicitur ius quæsitum per stipulationem Notarij, ac iuramento in donatione apposito.*
12 *Vocatio cognatorum facta in contractu donationis, in codicillis omissa præsumitur per errorem Notarij omissa.*
13 *Agnati nomen pro cognato quandoque per fictionem accipitur, & num. 14.*
14 *Cognati largo modo veniunt nomine agnatorum.*
15 *Cognatio, seu parentela per enunciatiuas instrumentorum antiquorum probatur.*
16 *Amplia quia ex depositionibus testium remanet etiam concludenter probata.*

17 Pro-

17 *Probationem, quæ faciunt de per se multo magis simul iuncta sufficiunt.*
18 *Beneficium adiudicari debet illi, qui habet cognationem à fundatore requisitam, non autem extraneo nullum cognationis gradum habenti.*
19 *Consanguineis si se opponit in vacatione beneficij, & probat consanguinitatis gradum, ipse debet habere illius adiudicationem, quamuis à patronis non fuerit præsentatus.*
20 *Præsentatio beneficij facta contra formam à fundatore præscriptam est ipso nulla vult, & sup. num. 2.*
21 *Consanguineus petens beneficij præsentationem si nullus alius consanguineus se opponit sufficit quod probet se esse consanguineum, quamuis gradum non iustificet.*

DECISIO XLVII.

GABRIEL de Curte fundauit sex Mansionarios, seu Mazzacronicos in Ecclesia Cathedrali Comen. ad quos voluit eligi proximiores consanguineos si qui aderunt tàm respectu agnationis, quàm cognationis post certas substitutiones, hocque vigore Instrumenti donationis inter viuos, & codicillando etiam declarauit, quod si Notarius non se benè extendisset, volebat per fabricerios d. Ecclesiæ, & familiam Odescalcam eligi, & præferri suos proximiores agnatos signanter, (*come Ciceri, Luraghi, Odescalchi, & altri suoi più prossimi agnati.*)

De anno 1637. Fabricerij præfati præsentarunt ad vnum ex dd. sex beneficijs Iacobum Lucinum, subsecuta institutione Ordinarij, cui præsentationi intra debitum tempus se opposuit familia de Peregrinis vti de proximioribus consanguineis fundatoris, quæ ab institutione Ordinarij appellauit ad Sedem Apostolicam commissa causa R.P.D. Celso d. institutionem Ordinarij confirmauit à qua sententia iterum Peregrini appellarunt, & causa commissa R.P.D. Cincio dd. sententias reuocauit, à qua sententia appellatum fuit commissa causa R.P.D. Androsillę, & petitum votum Rotæ, ac datum dubium. An sententia R.P.D. Cincij esset confirmanda, quo discusso post quartam causæ propositionem Domini resoluerunt esse confirmandam tamquam validam, & iustam.

Validitas non controuertebatur, & in omnem casum de ea apparebat ex reuolutione actorum
1 ex † quibus luculenter constitit in ea interuenisse omnia requisita, de quibus per *Verall. decis. 260. par. 2. & in recent. decis. 589. num. 1. par. 1. & 178. num. 2. par. 2.*

Iustitia verò desumpta fuit ex eo quia in ea mandatur Patronis eligi in Mansionarium vnum ex familia de Peregrinis vti consanguineum, ac proximiorem fundatoris, prout in Instrumento donationis, siue fundationis, ac in codicillis expressè extat dispositum, quapropter præsentatio, ac institutio secuta in personam d. Lucini non ha-
2 bentis † qualitatem parentelæ requisitæ per Fundatorem fuit absque difficultate inualida *Cardin. cons. 48. Ioan. Guttier. cons. 2. num. 3. Crauet. cons. 30. num. 5. Garz. de benef. par. 7. cap. 15. num. 6. Lotter. de re benefic. lib. 2. quæst. 51. num. 38.* ex quo in præsenti
3 verba Fundatoris sunt clara, † nec inde admittitur quæstio voluntatis *l. iam hoc iure, vers. hoc itaque, vbi Bart. ff. de vulgar. & pupill. Mantic. de coniect. vltim. lib. 3. tit. 4. num. 4.* Præsertim, quia Peregrini se
4 in tempore opposuerunt † ob quod dicitur eis ius quæsitum *Mandos. cons. 51. num. 9. Gonzal. ad reg. 8. glos. 9. §. 1. num. 80. vers. addo, & num. 91. Buratt. decis. 755. num. 2.* prout quotidie videmus in Rota in beneficijs Ecclesiæ Calaguritanæ Diœcesis.

Nec obstat, quod in codicillis vocentur ad istas Mansionarias tantummodo agnati, qua propter Peregrini vti cognati veniant ab eis arcendi.

Quia fuit per Dominos responsum Fundatorem in donatione vocasse simpliciter consanguineos tàm agnationis, quàm cognationis, & licet in codicillis se restrinxerit ad agnatos, attamen ibi se voluit semper referre in omnibus, & per omnia ad donationem, & in tantum codicillos scripsit in quantum dubitauit quin Notarius in ea sufficienter explicauerit quapropter donatio venit atten-
5 denda cum veniat standum † relato, & non referenti, *l. si ita scripsero, ff. de condit. & demonstr. Auth. si quis in aliquo, C. eod. Paris. cons. 94. num. 22. lib. 1. Soccin. iun. cons. 181. num. 64. lib. 1. Honded. cons. 112. num. 20. lib. 1. Peregrin. de fideicomm. artic. 16. nu. 111. vers tertius casus. Gregor. XV. decis. 439. num. 2.* Eoque magis quia dispositio facta in donatione in-
6 ter viuos fuit à principio perfecta, † itaut non potuerit postea reuocari per secundam dispositionem factam in codicillis *l. perfecta, C. de donat. l. quoties duobus, C. de rei vendic. §. aliæ autem, instit. de donat. Ruin. cons. 172. à num. 18. vsque ad fin. vol. 1. Buratt. decis. 640. num. 13. Seraph. decis. 427. num. 2. & decis. 801. num. 2. & 4. & fuit coram me resolutum in Romana Donationis 15. Martij præteriti*; Vltra quod in codicillis fundator exemplificando de agnatis quos vocauerat expressit exemplum in cognatis, ibi, *come Luraghi, Odescalchi, Ciceri*; qui cum non sint de familia Testatoris, vtique dicuntur cognati
7 exempla autem † voluntatem declarare cunctis patet, *l. Prætor. §. quoties*, ibi, *quod dico exemplo manifestius fiat, ff. de collat. bon. Oldrad. cons. 244. sub nu. 14.* iunctis subsequentibus verbis, ibi, *& altri suoi prossimi prossimi agnati*, quæ verba demonstrant fundatorem intellexisse de similibus tribus familijs nominatis statim antea vocatis existentibus de co-
8 gnatione ex eo quia verbum alijs † denotat similitudinem inter vocatos, *Felin. in cap. sedes num. 6. vers. dictio de scriptis. Dec. cons. 182. num. 18. vers. tertio respondeo, Buratt. decis. 272. num. 10.*

Minus obstat, quod sub vnico nomine familiæ
9 possint comprehendi aliæ familiæ † agnatæ quamuis diuersis nomibibus denominatæ iuxta exempla tradita de familia Bartoli à qua orti fuerunt Seueri, & Alphani de familia Corbicea, & Altouita, & de familia Fontana, testatur *Curt. sen. cons. 40. num. 13. vers. & in primis prout de nobilissima familia Frangipana, testatur Montan. in tract. de regal. tit. de argent. num. 4. fol. 261.* Quia fuit responsum hoc esse de raro contingenti & præsumptionem stare in contrarium, & ad ea quæ frequentius accidunt constituentes, & illi applicari solent, vltra quod semper erit verum dicere donationem esse attendendam vti primo loco emanatam in qua vocantur tàm agnati, quàm cognati.

Et cessat omnis scrupulus ex quo non versamur in concursu cum agnatis, nec cognati fuerunt odio habiti à fundatore quinimmo fuerunt expressæ vocati in donatione; à qua declaranda veniunt

verba

10 verba codicillorum, † prout ipse Gabriel in eis ordinauit. *Menoch. consil.333.num.5.cum seqq.Becc. cons.vlt.num.6.Fusar.cons.113. num.30. & de substit. quæst.579.num.3.* cum fuerit ibi locutus conditionaliter,& per modum declarationis quatenus Notarius non benè se extendisset, aut explicasset, nec ibi voluerit mutare,aut alterare donationem, in qua vocabantur tam agenti, quàm cognati, & cum declaratio fuerit circa rem claram per quam non fuit sublatum ius quæsitum cognatis stante
11 præsertim stipulatione Notarij, † ac iuramento apposito in donatione. *Castrens. cons.338.ad fin.lib. 1.Dec.cons.3. num.44. & 114. num.5.Surd.cons.192. num.31.Fusar.de substit.quæst.19.num.6. Gregor.XV. decis 375.num.10.* cum possit præsumi,quod ex er-
12 rore in † codicillis fuerit ommissa vocatio cognatorum, vt dixit *Rota in illa Tudertina educationis 1635.coram R.P.D.meo Merlino*,& quemadmodum *Bald.* dicit,quod Imperator per fictionem ac-
13 cepit † agnatum pro cognato *in l.duodecim Tabularum in fin.C de legit.hæredit.*ita in casu præsenti ne detur contrarietas inter codicillos,& donationem dicendum venit per fictionem codicillantem ac-
14 cepisse agnatos per cognatis, † qui largo modo agnatorum nomine comprehenduntur,*vt in l.1.§. fin. cum seqq.ff.de suis, & legit.hæredit.§.1.institut.de legit.agnat.success.Coccin.decis.137.num.20.cum seq.*

Quod autem Peregrini sint cognati fundatoris Domini dixerunt sufficienter constare, tam ex multiplicatis antiquis enunciatiuis Instrumentorum excedentibus metam centum annorum, quæ
15 ideo † probant *Aretin. cons.37. num.3.Cephal.consil.177.nu.45.lib.1.Marescot.var.resol.lib.2.quæst.70. Rota in vna Valentina Beneficij de Mercato 6. Martij 1598.coram recol.mem Hieronymo Cardin.Pamphilio relata per Garz.de benefic.quæst.7.cap.15.num.30.* quam etiam ex depositionibus Testium quorum
16 duo deponunt de propria cognitione, † alter verò de auditu à maioribus ex quibus benè remanet probata cognatio. *Mascard. conclus.419. num.9. de probat.Peregrin.de fideicom. artic.43. num.81. Cabedo decis.73.par.2.Perez de Cara de anniuers. & Cappell. lib.2.cap.4 nu.11.& 12.Garz.de benefic.par.7.cap.15. n.35.Gregor.XV.decis.349.n.5.Buratt.decis.709.n.5.* Vlterius parentela fuit benè probata per gradus distinctos per Instrumenta, testes, confessiones iu-
17 diciales,quæ † omnia si de per se probant, multo magis simul iuncta *glos. in l.2. ff. de excusat. tut.cap. cum causam,de probat.Gabr.de probat.concl.1.lib.1.per tot.Seraph.decis.1163.num.8.*

Quibus stantibus dicebant Domini beneficium esse adiudicandum Peregrino probanti cognatio-
18 nem non autem Lucino, † qui nullum probauit cognationis gradum. *Garz.de benefic.par.7.cap.15. num.4.& 5.Lotter.de re benefic.lib.2.quæst.51. nu.38. Mohed.decis.268.Seraphin.decis.774.num.1.*& stante iure quæsito ad fauorem consanguineorum ex dispositione fundatoris adueniente vacatione si cõsanguineus se opponat prout in præsenti factum
19 fuit, † & probet consanguinitatem, vtique beneficium venit ei adiudican.quamuis à patronis non fuerit præsentatus iuxta *text .in l.si vnum ex familia §.1 vbi DD.de legat.2.Sarn.ad regul.de iur.quæsit.non tollen.quæst 1. circa med. Mandos. cons.51.num.9.Gonzal.ad reg.8.glos 9.§.1.num.38.& 91. Garz.de benef. pars.7. cap.15. num.5. & 6. & 30. Buratt. decis.737. num.5.Seraphin.decis.1043.num.3.*propterea præsentatio aliter secuta ad fauorem dicti Lucini non
20 habentis qualitatem parentelæ fuit inualida,† vti facta contra formam à fundatore præscriptam. *Put.decis.252. in correct. Cassador.decis.18.de præben. num.5.Buratt.decis.55.num.4.*

Demum non obstat,quod Lucino vti reo,& possessori sufficiat vincere per non ius actoris; Quia motiuum vrgeret si constaret Lucinum esse consanguineum, & sic lis esset in concursu cum alio cognato,& discuteretur quis esset proximior, quo casu actor deberet probare magis distinctè, quo gradu quisque distaret.Sed cum Lucinus non probet se esse consanguineum,nec Peregrinus vnquam eum admiserit in cognatum sed potius semper extraneum appellauerit, & nemo compareat, aut concurrat de agnatione sufficit propterea præsum-
21 ptio,quod Peregrinus sit proximior ad hoc, † vt ei beneficium veniat adiudicandum. *Corn. consil. 197.num.1.volum.4 Tiraquell.de retract.lignag.§.11. glos.1.num.5. & 6. cum alijs per Rot.part.6.recent.decis.284.num.29.*

Et ita resolutum vtraque parte informante.

Infra sub die 27.Ianuarij 1642. habetur confirmatio huius decisionis,& est decis.

DECISIO XLVIII.

R. P. D. BICHIO

Romana Census.

Lunæ 1. Iulij 1641.

Est Impressa inter Bichio Tom.1. Decis.66.

R. P. D. CARILLO

Postea Præside VALLISOLETANO.

Romana Laudi.

Veneris 15. Nouembris 1641.

ARGVMENTVM.

Reciproca substituio, regulariter non inducitur deficientibus requisitis, à DD. assignatis institutione nempè plurium personarum, & quod illa in tota hæreditate, & vltimo morienti fuerit facta. Pluralitas quando etiam in substitutionibus resoluatur in singularitates.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio reciproca inducta non dicitur quoties deficiunt illa tria requisita à DD.assignata.*
2 *Substitutio facta post mortem plurium personarum copulatiuè vocatarum locum habere non potest, nisi omnibus defunctis.*
3 *Substitutio facta pluribus simpliciter resoluitur in singularitates, quod quando sit verum vide ibidem, & num. seq.*

4 Plu-

4 *Pluralitas in singularitatis resoluitur, & quando.*
5 *Oratio particularis etiam in vna tantum persona verificari potest.*
6 *Oratio particularis comprehendit distributiuè singulas res & personas, quæ sub vniuersitate comprehenduntur.*
7 *Alternatiuorum sufficit alteram partem esse veram.*
8 *Determinatio vna plura respiciens determinabilia æqualiter determinari debet.*
9 *Substitutio reciproca de sui natura dicitur materia odiosa, ac proindè omnis interpretatio ad illius exclusionem sumenda est.*

DECISIO XLIX.

HOdie Domini vtraque parte audita confirmarunt decisionem emanatam altera tantum parte informante sub die 1. Iulij anni currentis; qua firmatum fuerat sententiam Rotalem declarãtem Domum de qua agitur stare pro fundo dotali, & non adesse reciprocam inter Felicem, & Mariam legatarias in scutis 1000. pro qualibet esse confirmandam ex fundamentis, & rationibus in eadem decisione deductis.

Nec obstare dixerunt, ea quæ longa serie repetebantur per informantes pro Maria ad docendũ inter ipsas legatarias fuisse inductam saltem tacitam reciprocam substitutionem, quia deficiunt
2 illa tria requisita † necessaria de quibus per *Mantic. de coniect. lib. 7. tit. 5. num. 5. & per Simon. de Præt. de interpret. vltim. volun. lib. 3. solut. 1. nu. 24. fol. 200.* nempè primum, quod plures sint honorati, secundum quod substitutio sit facta in toto, & tertium, quod sit facta vltimo morienti, vt bene ponderatum fuit in decis. causæ emanata coram R. P. D. meo Dunozetto sub die 30. Ianuarij 1640. in qua fuerunt etiam datæ, adaptatæ responsiones coniecturis in contrarium adductis.

Prout nec releuare existimarunt aliud præcipuum obiectum super quo magis insistebant ijdẽ informantes, scilicet, quod Testator in legato, de quo agitur considerauit plures, ac diuersos casus, in quibus diuersimode substituit. Primò quando legatariæ decederent inuptæ, seu non monacatæ, ibi: *e morendo dette Felice, e Maria senza esser monacate, ò maritate*. Secundo, quando aliqua ipsarum obijsset nupta, seu monacata, ibi: *ò vero alcuna di esse monacata, ò maritata*, & tertiò quando sine filijs, vt ibi, *ò senza figliuoli legitimi, et naturali*. Vnde cum obierit Felix innupta, nec monacata, & sic versemur in primo casu, quo dictæ legatariẹ sunt copulatiuè coniunctæ ante sub-
3 stitutionem † dicebatur ad hoc, vt esset locus substitutioni debuisse expectari mortem ambarũ *ad l. cum quidam C. de de impub. & alij subst. Alex. cons. 175. à num. 8. vsque ad fin. lib. 5. Menoch. cons. 1028. n. 21. cum alijs relatis per Fusar. de substit. q. 473. n. 118. Rot. decis. 141. n. 1. par. 1. diuers.*

Quod eo facilius admitti debere subiungebatur ex quo diuersa ratio potuit inducere testatorem ad excludendum substitutum in casu quo vna ex legatarijs decederet inupta, & non monacata, nempè vt legataria superstes succedens in portione legati sororis prædefunctæ pinguiorem haberet dotem, & consequenter meliorem conditionem nubendo reperire posset, quæ quidem ratio cessare videbatur in alijs casibus à testatore considerati, & proptereà hac rationis diuersitate stante non sit locus regulæ, quod substitutio facta
3 pluribus simpliciter † resoluatur in singularitates, ad quod probandum allegabantur *Zanch. in l. hæredes mei, §. cum ita par. 8. num. 64. ff. ad Trebal. Simon. de Præt. de interpr. vlt. volunt. lib. 3. solut. 6. n. 32. fol. 82. & Fusar. in quæst. 460. n. 17.*

Quia responderunt, quod quidquid sit, an testator considerauerit plures casus tamen in euentum cuiuslibet eorumdem casuum voluit, vt substituti admitterentur, vt clarè colligitur ex integro contextu verborum eiusdem substitutionis, ibi, *e morendo in qualsiuoglia tempo dette Felice, e Maria senza esser monacate, ò maritate, ò vero alcuna di esse monacata, ò maritata, ò senza figliuoli legitimi, e naturali in detti scudi 2000. voglio che succedino Francesco, Paolo, Pietro miei pronepoti, quali tutti sustituisco in d. Legato ne' casi predetti per egual portione.* Cum igitur Franciscus, & fratres fuerint vocati tam in casu obitus vtriusque legatariæ, quam etiam alicuius ex eis sine filijs perinde est, ac si cuiq; dictarum sororum facta esset substitutio, & consequenter sufficit conditionem, sub qua fuerunt vocati supradicti fratres in vnius tantum persona fuisse purificatam cum pluralitas in hoc casu re-
4 soluatur † in singularitates, *Menoch. præsumpt. 186. num. 6. lib. 4. Peregr. de fideicomm. art. 13. n. 29. & seqq. Fusar. d. quæst. 473. num. 11. & seqq. & cons. 24. num. 8. & cons. 60. num. 18. Rota decis. 145. n. 2. par. 1. recent.*

Doctrinæ verò supra in obiecto allegata forsan procederent in casu, quo testator substitutionem fecisset per orationem collectiuam, & ille, qui successurus est primo decedenti sit persona, quæ ex præsumpta mente testatoris debeat excludere substitutum, & ideò non applicantur in præsenti, vbi versamur inter extraneos, & testator magis specificè se declarauit vocando substitutum etiã in casu obitus vnius ex legatarijs per dictionem particularem, & alternatiuam, *ò vero alcuna di esse,*
4 siquidem particularis oratio † verificari potest in quolibet, *l. si necessarias, §. si annus, ff. de pignor. act. l. qui filiabus, §. 1. ff. de legat. 1.* & pro sui na-
6 tura comprehendit distributiuè singula res, † & singulas personas, quæ sub vniuersitate comprehenduntur. *Io. Andr. in cap. quosuis de elect. Gemin.*
7 *cons. 29.* & alternatiuis sufficit † alteram partem esse veram *l. si is, qui 200. §. vtrum, ff. de reb. dub. l. si quis ita stipulatus fuerit, ff. de verb. oblig. cap. in alternat. de reg. iur. lib. 6. cum alijs ad hunc propositum congestis per Peregrin. de fideicom. d. artic. 13. num. 30. & 34.*

Nec subsistit, quod testator considerauerit diuersam rationem in primo casu, quam in alijs scilicet ad hoc, vt soror superstes cum portione legati sororis prædefunctæ melius nuberet, quia hoc in testamento non legitur, sed benè quod eiusdem sororibus testator reliquebat scuta mille pro qualibet cum prohibitione, quod de sua hæreditate nil aliud prætendere possent, & posteà sub vnica verborum structura subiuxit, *e morendo in qualsiuoglia tempo dette Felice, e Maria senza esser monacate, ò maritate, ò vero alcuna di esse monacata, ò maritata, ò senza figliuoli, &c. voglio che in*

detti scudi due mila succedino, &c. adeo quod ex
verbis prædictis ad sensum patet, quod quocun-
que tempore decesserint dictæ legatariæ, seù ali-
qua ipsarum sit locus substitutioni; Nam sicuti
omnes casus substitutionum regulantur ab illo
verbo, *e morendo*, ità debent omnes pariformites
iudicari iuxta regulam, quod vna determinatio
8 respicens plura determinabilia † equaliter omnia
determinar, *l. iam hoc iure, ff. de vul. & pupill. su-
stit. l. si legatarius in fin. de legat. Simon de Prat. de
interpret. vltim. volunt. lib. 3. solut. 9. n. 19. fol. 113.*

Quæ sententia eo magis venit amplectenda,
quia agitur de inducenda reciproca, quæ est ma-
9 teria odiosa, † & propterea in dubio semper pro
eius exclusione est iudicandum, & fuit dictum in
*Florentina de Barbadoris 28. Iunij anni currentis co-
ram me.*

Cætera fuerunt sublata in præcedentibus decisionibus, & ideo in decisis Domini perstiterunt vtraque, &c.

REVERENDISS. P. D. CERRO.

SACRÆ ROTÆ DECANO.

Faneñ Dotis.

Mercurij 20. Nouembris 1641.

ARGVMENTVM.

Vxori repetenti dotem, & haberi pro se mandatum relaxatum subministrari debent alimenta, & sumptus litis, quia paupertas, quod est alterum requisitum in hoc iudicio, vltrà quod in quolibet præsumitur natutaliter in esse, fortius cadit in muliere, quæ iuris præsumptione nihil aliud possident præter dotem.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta, & sumptus litis subministrari debent quoties, & paupertas etiam bonum ius concurrunt.*

2 *Vxori pauperi repetenti dotem subministrari debent alimenta etiam sumptus litis.*

3 *Paupertas de iure præsumitur, cum quilibet nudus, & pauper nascatur.*

4 *Mulier præter dotem nihil aliud habere præsumitur.*

5 *Mulier aliud habere præter dotem, qui dicit probare debet.*

6 *Sententia, cuius effectus fuit appellationem suspensus, an habeat pre se præsumptionem.*

7 *Alimenta, & sumptus litis subministrari debent pauperi litiganti habenti ad sui fauorem sententiam, quamuis ab ea fuerit appellatum.*

8 *Fructus bonorum stabilium calculari debent ad rationem quinque pro centenario.*

9 *Alimenta, & sumptus litis debentur actori pauperi, de cuius bono iure constat, ne litem cogatur deserere.*

10 *Alimenta, etiam sumptus litis, vbi sunt debiti subministrantur, siuè ad vniuersitatem bonorum, siuè ad maiorem partem, aut etiam ad res particulares agatur.*

11 *Vxori pauperi dotem repetenti subministrari debet alimenta, et sumptu litis, quamuis ille secundo viro diuiti fuerit nupta.*

12 *Maritus, cui doi soluta non fuit vxorem alere non tenetur, dummodo illam non acceperit indotatam.*

13 *Maritus tenetur tantum vxorem alere pro parte sibi solutæ, dotis.*

14 *Maritus noa tenetur ad expensas litium, quas vxor habet.*

15 *Vxor sperare non potest ex diuitijs mariti suæ calamitati subsidium.*

16 *Alimenta etiam sumptus litis, vt pauperi debeant subministrari, si agitur in prima instantia leuis, & summaria prolatio sufficit, et num. seqq.*

Si verò in secunda sat dicitur probatio, quæ oritur ex sententia, nec plenè, et concludenter ius suum tenetur actor iustificari ibid. et num. seq.

17 *Vxori repetenti dotem, vbi alimenta taxari debent, illa ad rationem quinque taxantur.*

Quandoque verò Rota taxauit ad rationem quatuor, ibidem.

DECISIO L.

FVit resolutum intrare arbitrium ad effectum
subministrandi alimenta, & sumptus litis Vi-
ctoriæ Castracanæ Agenti post transitum ad se-
cunda vota ad repetitionem suę dotis scut. 3000.
Monetæ Vrbini, contra bona hereditaria Ray-
nerij Nulphi eius primi viri. Concurrunt enim
1 pro ea paupertas, & præsumptio bonis iuris, † quæ
sunt duo requisita. *l. fin. §. quod si oi, C. de ordin.
cognit. Aretin. in cap. si qui testium num. 14. et 15.
ibique Felin. num. 9. versic. secundus casus de testi-
bus, Surd. de altm. tit. 1. quæst. 120. num. 9. Guido
pap. decis. 561. num. 1. Boer. decis. 304. num. 4.* Et
2 in terminis vxoris † repetentis dotem, *Afflict. de
decis. 10. num. 1. & 2. Crescent. decis. 8. num. 1. de
iud.* & passim *Rota* seruat, vt apud *sanct. mem. Gre-
gor. XV. decis. 189. n. 1. & coram bon. mem. Buratto
decis. 15. n. 1. et 707. nu. 1. et apud vtrumque plenè
notant addent.*

Paupertas visa est sufficienter probari, non so-
lum, quia de iure præsumitur cum sit connatura-
lis, & intrinseca, qualitas verò diuitiarum ad-
3 uentia, † & repugnans naturæ, cum quilibet
nudus, & pauper nascatur iuxta moralem, & ele-
gantem, *itxt. in cap. sicut ij 47. distinct. versic. quan-
do in hanc ingressus es luem. Aret. cons. 66. num. 8. Al-
ciat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 27. in princ. et per
tot. Benincas. tractat. de pauper. quæst. 3. num. 5. et
seqq. Ioseph Ludouic. dec. Perusin. 33. num. 20. versic.
Imo cum simus in dubio.* Sed etiam quia sumus in
4 muliere repetente suam dotem, † quæ vltra eam
nihil aliud habere præsumitur *Angel. cons. 81. n. 2.
versic. primo, quia Soccinus sen. cons. 126. nu. 2. lib. 1.
Rota coram Gregor. decis. 398. sub num. 5. et coram
Buratto decis. 906. num. 3. et in Ianuen. separationis
throni 4. Iulij 1633. coram bon. mem. Coccino,* quæ
5 præsumptio sufficit, † nisi ex aduerso doceatur de
contrario *Thesaur decis. 43. num. 51* & in his termi-
nis fuit dictum in *Romana alimentorum 1. Aprilis
1639. coram bon. mem. Pirouano.*

Præsumptio boni iuris oritur ex mandato pro
restitutione dotis Victoriæ ab A. Cameræ relaxa-
to, quæ non eneruatur ex eo, quod fuerit à dicto
mandato prouocatum, quia licet disputent Do-
6 ctores, an præsumatur pro sententia, † cuius
effectus fuit per appellationem suspensus, vt per
Abb.

*Abb. in cap. quoniam contra num.*19. *& ſeqq. de pro-*
bat. & ibi Felin. num. 21. *& ſeqq.* & latè *Bero ,*
num. 228. *cum pluribus ſeqq.* Omnes tamen com-
muniter in hoc conueniunt , quod inde oriatur
quædam præſumptio iuſtitiæ, & rectitudinis , quæ
7 operatur , † vt pauperi collitiganti ſint præſtan-
da alimenta , & ſumptus litis , vt per celebrem
tex. in l. ſi Inſtituta , §. de inofficioſo , ff. de inoffic. te-
ſtam. firmant *Dec. in d. cap.quoniam contra num.*134.
verſ. quarto facit , Alciat. de præſumpt. regul. 3. *præ-*
ſumpt. 9. *numer.* 5. *Menoch. eodem tract. lib.* 2. *præ-*
ſumpt. 67. *numer.* 41. *Couarr. pract. quæſt. cap.* 6.
num. 6. *verſic. Secundum quod Doctores ,* & ſic *Ro-*
ta ſemper tenuit , *vt coram Card. Caual. deciſ.* 554.
num. 2. *& coram Buratto d. deciſ.* 906. *num.* 7. *cum*
aliis per Adden ad Gregor. d. deciſ. 189. *numer.* 7.
verſ. Præſumptio boni iuris .

Non obſtat, quod Victoria exegerit ſc. 1200.
ad computum ſuæ dotis , ex quibus cum poſſit
ali, & ſumptus litis ſoluere , ceſſet neceſſitas co-
gendi illos de Nulphis ad eorum præſtationem
cum alimenta , & ſumptus litis ſubminiſtrentur
Actori ſolum in ſubſidium quando non habet
aliunde : Quia fuit reſponſum , quod ſcut. 1200.
monetæ Vrbini ſoluta Victoriæ in tot bonis , re-
ſpondent ſolum ſc.800. monetæ Romanæ, & fru-
ctus qui percipi poſſunt facto calculo ad ratio-
8 nem quinque pro centenario , † prout fieri de-
bet , cum in ſtabilibus conſiſtant *iuxt. gloſ. in*
auth. perpetuo , C. de Sacroſanct. Eccleſ. quam
Rota ſæpius Canonizauit , non excedunt ſcut.
40. quæ cum nullo ſufficere poſſint pro alimen-
da nobili muliere , & ſuſtinenda lite Rotali , co-
geretur Victoria de cuius boni iuris præſump-
tione iam conſtat , propter impotentiam litem
deſerere , ad quod inconueniens euitandum ,
9 ſemper † à collitigante debentur alimenta , &
ſumptus litis , vt per *Rebuff. ad conſtit. reg. tit. de*
ſentent. prouiſional art. 1. *aliàs* 51. *gloſ.* 2. *num.* 5.
quod procedit ſiuè agatur ad vniuerſitatem bo-
10 norum , vel ad maiorem partem , † vt in hoc
caſu , ſiuè etiam agatur ad res particulares ,
prout reprobata *Surdi* diſtinctione tenuit *Rota*
deciſ. 749. *num.* 5. *part.* 2. *recent.* quam ſequutus
eſt *Fontanell. de pact. nupt. clauſula* 6. *gloſ.*2. *par.*4.
in fin. vbi teſtatur , quod Senatus Cathaloniæ ita
obſeruat *Add. ad Gregor. d. deciſ.*189 *num.* 7. *&*
Add. ad Buratt. d. deciſ. 707. *ſub num.*6.

Minus reſiſtit , quod Victoria dicatur nupta
Equiti de Pazzis , ſecundo viro diuiti , qui poteſt
ſubminiſtrare alimenta , & ſumptus litis ; quia
vltra quod diuitiæ dicti Equitis non probantur
reſpondetur , quod etiamſi de illis conſtaret , hoc
tamen non ſuffragaretur Nulphis , quia diuitiæ
11 Mariti non faciunt quominus † conuentus ab
vxore pauperi teneatur ei præſtare alimenta , &
ſumptus litis , *Crauett. conſ.* 164. *num.* 2. *verſ. non*
obſtat ſecundum vſque ad fin. Non enim inde tolli-
tur paupertas vxoris , quia maritus , cui dos ſo-
12 luta non fuit , † eam alere non tenetur, ſi indo-
tatam non accepit, *l.fin. C.ad Senat. conſ. Velleian.*
Alex. in l. ſi cum dotem , §. ſin autem, num. 8. *ff. ſo-*
lut. matrim. & conſil. 56. *numer.* 10. *lib.* 4. *Roman.*
*conſ.*517. *num.* 2. *verſ. Aut eſt indotata , & ibi ple-*
*na additio ſub litera D. Neuizan. in Sylua nupt.lib.*1.
num. 45. *Guidopap. deciſ.* 439. *ſub num.*1. *Boer. de-*
ciſ. 22. *num.*1. *& Rota deciſ.* 907. *num.* 3. *par.*4. *di-*
13 *uerſ.*& ſi partem tantum promiſſæ dotis recepit, †
non tenetur ad integra alita , ſed ſolum pro rata
ſolutæ dotis , vt latè *Surd. de aliment. tit.* 7. *quæſt.*17.
num. 5. *& ſeqq. & Gomes in l.* 50. *Tauri num.* 31.
14 Et multo minus tenetur ad expenſas litis , † quæ
difficilius debentur cum in his ceſſet fauor ali-
mentorum , *Innocent. in cap. per veſtras in fin. de*
donat. inter vir & vxor. Cephal. conſ. 127. *num.* 10.
verſic. non obſtat , Creſcent. deciſ. 8. *num.* 1. *in fin.*
*& n.*2. *de iud. Surd. vbi ſupra tit.*1. *quæſt.*120. *n.*10.
Vndè fruſtra, & perperam allegantur diuitiæ ma-
15 riti, † cum vxor non poſſit inde ſperare ſuæ cala-
mitati ſubſidium, *l. ad probationem* 21. *in fin. C. de*
probat.

Demum non obſtant multa quæ obijciuntur
contra validitatem , & iuſtitiam dicti mandati ,
quia hæc non ſunt diſcutienda in hoc articulo ,
ſed in cognitione negotij principalis repetitionis
dotis , vbi omnia plenè examinabuntur . Nunc
enim pro decernendis alimentis , & ſumptibus
litis ſufficit ſola præſumptio boni iuris , quæ hic
non deficit , vt ſupra oſtenſum . Aliàs ſi Actor
cogeretur ius ſuum plenè iuſtificare nunquam ,
eſſet locus alimentis , & ſumptibus prædictis ni-
ſi lite finita , & poſt totalem cauſæ expeditio-
16 nem , & pauper † propter impotentiam ſemper
cogeretur cauſam deſerere ad quod abſurdum
euitandum Tribunalia totius Orbis admiſerunt ,
quod ſufficiat ſola præſumptio , quæ oritur ex
ſententia , vel leuis , & ſummaria probatio ſi aga-
tur in prima inſtantia , & nulla fuerit lata ſenten-
tia . Hæc enim fuit ſententia *Rotæ antiquæ deciſ.* 2.
de Iudic. in antiquior. & Afflict. deciſ. 10. *&* 11.
Qui teſtatur ità bis diffinitum fuiſſe in concilio
17 Neapolitano . † Idemque probat aſſeuerans ità
obſeruari in Regno Franciæ , *Rebuff. ad Conſtit.*
Regias de ſentent. prouiſionalibus d. art. 1. *aliàs* 51.
gloſ. 2. *num.* 5. *Couarr. pract. quæſt. cap.* 6. *n.* 6. *ſub*
verſ.ſecundũ quod Doctores, Molin.de primog.Hiſpan.
*lib.*2 *cap.*16.*num.*39. *Gratian. diſcept.forenſ.cap.*236.
*n.*50. *& cap.*567.*num.*25. & latè *Fontanell. de pact.*
*nupt. clauſ.*6. *gloſſ.* 2. *par.* 4. *num.* 51. *& tribus ſeqq.*

Quò verò ad quantitatem cum reſiduum do-
tis non ſolutæ ſit ſcutorum 1800. monetæ Vrbi-
ni . Pro nunc arbitrati ſunt Domini , quod vltra
fructus , qui ex bonis iam receptis per Victoriam
percipi poſſunt , debeantur ſcuta ſex eiuſdem
monetæ quolibet menſe , itaut facta reductione
monetæ Vrbini ad Romanam habitura ſit Vi-
ctoria pro hoc reſiduo dotis inexactæ ſcuta qua-
tuor menſtrua monetæ Romanæ ad rationem
ſaltem quatuor pro centenario , cui taxationi vi-
ſum fuit Nulphos acquieſcere poſſe, cum alias
quoties pendente lite vxori repetenti dotem ſunt
18 taxanda alimenta , † ea taxari ſoleant ad ratio-
nem quinque pro centenario quantitatis petitæ
quando illa eſt certa , vt in hoc caſu , *vt per tex.*
in §. quia verò Leonis , Auth. de non alinandis , fir-
mat *Afflict. deciſ.* 284. *in fin.* quem ſequutus
fuit *Fontanell. vbi ſupra clauſ.* 4. *gloſſ.* 18. *part* 1.
num. 52. *&* 53. Reſeruarunt tamen Domini ſibi
facultatem in procuſſu cauſæ , & arbitrium hu-
iuſmodi alimenta augendi , vel diminuendi .

Et ita vtraque &c.

REVERENDISS. P. D. CERRO.
SACRAE ROTAE DECANO.

Leodien. Modiorum Speltæ.

Veneris 29. Nouembris 1641.

ARGVMENTVM.

Agitur in hac decisione an pactum de retrouendendo, quod hodie in emptione annui redditus semper apponitur, intelligatur inesse in redditu constituto cum clausulis in perpetuum, & temporis infinitatem denotantibus maxime in antiquis, quo tẽpore huiusmodi redditus ita creari solebant.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata sine citatione est nulla.*
2 *Citationis defectus patet ex reuolutione, & inspectione actorum.*
3 *Instrumenta vt probent produci debent authentica, nec copiæ, aut exempla sufficiunt.*
4 *Instrumenta exemplata per Notarios non rogatos, quamuis plures non probant.*
5 *Redditus annuus constitutus cum clausulis in perpetuum, & denotantibus infinitatem intelligitur perpetuus, & irredimibilis.*
6 *Redditus annuus olim, scilicet antiquissimis temporibus constitui solebant irredimibiles.*
Redditus annuus præsumitur constitutus iuxta frequentiorẽ vsum illius tẽporis, quo venditus fuit n. 6.
7 *Pactum de retrouendendo nõ præsumitur nisi probetur.*
8 *Pactum de retrouendendo non est de substantialibus, seu naturalibus emptionis census, sed de accidentalibus.*
Accidentalia contractus non præsumitur illi inesse, cũ possint ab eo separari, num. 8.
9 *Contractus censetur initus secundum suam naturam.*
10 *Annuus redditus censetur emptus absque pacto redimendi.*
Emptionis natura ea est, vt rei emptæ dominium acquiratur emptori perpetuo, & irreuocabiliter.
11 *Perpetuum, & temporale vbi aliquid esse potest semper præsumitur perpetuum.*
12 *Redditus annuus emphiteoticus, aut debitus pro locatione perpetua de sui natura est irredimibilis.*

DECISIO LI.

IVdex primæ instantiæ tulit sententiam ad fauorem Ioannis Haling Scabini Leodien. qua declarauit, quod annua responsio modiorum 14. speltę ante 200. annos solui solita ex diuersis bonis Capitulo, & Canonicis Ecclesiæ Collegiatæ S. Dionysij esset redimibilis, dictoque Ioanni competere ius illam reluendi pro eadem sorte principali, qua empta fuit dictaq; sententia fuit confirmata à Iudice secundæ instantiæ coram quo post obitum Ioannis causa reassumpta fuit à Francisco Haling Scabino, & Petro Bex Exconsule Leodiensibus.

Interposita ab ijs sententijs appellatione, & causa mihi in Rota commissa, proposui dubium An illæ essent confirmandæ, vel infirmandæ, & Domini pro infirmatione responderunt, stante earum nullitate, & iniustitia.

Nullitas prouenit ex defectu citationis ad sen-
1 tentiam, † quæ nominatim præcedere debet, alias
sententias non subsistit *Clem. sæpè de verb. signific. Rota decis. 17. nu. 2. de re iud. in nouis. & coram Card. Mantica decis. 291. nu. 1. & coram Reuerendiss. D. meo Decano decis. 165. nn 18. par. 6. recent.* Qui defectus
2 patet ex inspectione, & reuolutione actorum, †
ex quibus huiusmodi negatiua probatur *Dec. cons. 483. n. 6. Becc. cons. 40. nu. 2. in fin. Herculan. de proban. negat. num. 176. Rota decis. 64. num. 2. par. 1. diuers. & coram sanct. mem. Gregor. XV. decis. 416. num. 5. cum alys relatis ibi per Add. num. 8.*

Iniustitia verò probatur ex eo, quia dictæ sententiæ pronunciant dictum annuum redditum esse redimibilem, & Ioanni competere ius illum reluendi mediante restitutione sortis principalis, de qua fit mentio in quodam documento sub data anni 1422. in quo tamen nulla vis fieri poterat, nec inde aliqua probatio desumi, cum sit simplex copia extracta per Notarium non rogatum, quæ originali non exhibito fidem non meretur: In-
3 strumenta enim vt probent † debent produci au-
thentica, nec sufficiunt copiæ, & exempla *l. sancimus, & ibidem glos. in verb. non exempla, C. de diuers. rescript. l. 2. ff. de fid. instrum. cap. 1. extra eod. cit. latè Pnrpurat. in authen. si quis in aliquo à num. 2. vsque ad 12. C. de edendo cum alijs adductis in Romana Cambiorum 15. Aprilis præteriti coram me.* Quod
4 procedit † quamuis plures Notarij illud exem-
plassent *Purpur. in d. auth. si quis in aliquo num. 14. & ibidem Castren. num. 2. in fin. Soccin. sen. cons. 120. n. 1. in fin. vers. & hæc opinio cõfirmatur lib. 1. Curt. iun. cons. 166. num. 3. lib. 1.* vbi testatur de communi, & alios cumulat *Grat. discept. forens. cap. 859. n. 1. & 32.*

Et circumscripta etiam fide dicti documenti, adhuc tamen redditus præfatus non poterat declarari redimibilis, quia cum ibi legatur, quod
5 eius venditio fuit facta in perpetuum, † aliæque
adsint clausulæ denotantes infinitatem, apertè conuincitur fuisse constitutum sine aliqua præfinitione temporis, eumque perpetuo duraturum, & irredimibilem *l. purè, §. fin. ff. de dol. except. Bald. consil. 372. sub num. 2. lib. 4. Grat. disceptat. forens cap. 985. num. 11. & Rota in Romana Census 9. Decembris 1621. coram bon. memor. Card. Verospio, quæ est decis 394. num. 1. post Cenc. de censib. secundum modernam impressionem Taurinen.* & in terminis fuit dictum *in alia Leodien. modiorum Speltæ 1. Martij 1641. coram me.*

Quod eo magis roboratur. Tum quia agitur de redditu vendito in perpetuum supra duo sæcula, quibus antiquis temporibus frequentissimus erat vsus similium censuum irredimibilium,
6 vnde † præsumendum est talem fuisse constitu-
tum iuxta frequentiorem illorum temporum consuetudinem *Couarr. var. resolut. lib. 3. cap. 10. n. 5. vers. tertio si minime, Cald. de iur. emphit. lib. 3. cap. 11. num. 11. Gratian. vbi supra d. cap. 985. numer. 12. Rota dicta decis. 394. num. 2. post Cenc. de censib. cum alijs adductis in dicta Leodien. coram me.*

Tum quia huius redditus constitutio fuit facta per viam emptionis, & venditionis, neque apparet per scripturam, aut per testes, nec alio modo ptobatur fuisse conuentum, quod redimi posset, vnde in dubio præsumi debet perpetuus, & irredimibilis, non solum, quia pactum de re-
7 trouendendo in venditione non † præsumitur
nisi probetur, *vt per text. in l. 2. cum ibi notatis, C. de*

C. de pact. inter emptor. & vendit. arguunt in his terminis *Couarr. d. cap. 10. num. 5. vers. quarto, quoties Boccac. de censib. par. 1. num. 36. Duard. eodem tract. tom. 1. in prohem. quæst. 19. numer. 13. & 14. Frideric. Martini de iure censuum cap. 7. num. 132. cum seqq.* Illud enim non est de substan-
8 tialibus, seu naturalibus emptionis census sed † de accidentalibus, quæ non præsumuntur inesse contractui, cum possint ab eo separari, *Menoc. cons. 35. nu. 19. & 20. & in puncto Duard vbi supra d. quæst. 19. num. 7. & 8. & Frideric. Martini d. cap. 7. n. 133. & seqq.* sed etiam quia contractus censetur
9 initus † secundum naturam suam *l. quæro, §. inter locatorem, ff. locati, Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 38. num. 1. & seqq.* Et consequenter di-ctus redditus debet censeri emptus absque pacto
10 redimendi secundum naturam emptionis, † quæ est vt rei emptæ dominium acquiratur emptori perpetuo, & irreuocabiliter *Frideric. Martin. dicto cap. 7. num. 136. & 137.*

Et demum, quia vbi aliquid potest esse tem-
11 porale, † & perpetuum in dubio perpetuum censeri debet *Ias. in l. sufficit numer. 2. ff. de cond. indeb. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 16. num. 16.* & multos congerit *Tiraq. de retract. conuentional. §. 2. glos. 1. num. 39.*

Et visa fuit cessare omnis dubitatio, quia cum ex iuribus datis in Summario huius partis *num. 4.* apparet quod Ioannes Kelman successor venditoris dicti redditus de anno 1519. Decano, & Capitulo emptoribus fecit reliuium contentum in ipso Instrumento venditionis de diuersis bonis, cum promissione, quod illa conseruaret absque eorum damno, eisque annuatim præstaret dictos modios 14. speltæ, etiam si posset dici, quod dictus redditus per prius, & ab initio esset redimibilis, ex tunc tamen, & in posterum fuit indubitanter effectus irredimibilis, quia per dictum reliuium transijt in redditum emphiteuticum Decano, & Capitulo debitum pro dictis rebus, tamquam eorum proprijs per ipsum promittentem vigore dicti reliuij recognitis, & proinde nullo modo poterat iudicari redimibilis,
12 cum redditus emphiteuticus, † vel debitus pro locatione perpetua de sui natura sit irredimibilis, vt firmauit *Rota in d. Leodien.*

Et ita vna tantum.

Supra in hac eadem causa habetur altera decisio coram eodem Reuerendiss. Decano sub die 1. Martij 1641. est decisio 8.

R. P. D. HIERONYMO VEROSPIO.

Postea S. R. E. CARDINALI.

Bononien. fideicommissi de Nascentorijs.

Mercurij 4. Decembris 1641.

ARGVMENTVM.

Substitutio facta de filijs, & descendentibus, licet regulariter solummodo iudicetur vulgaris, & sic per aditionem personæ in primo gradu vocatæ, suum operetur effectum, vt non amplius locum habere possit in sequenti gradu à Testatore ordinato, hoc tamen non procedit, quoties illa per verba relatiua *huiusmodi, in infinitum*, vel aliter perpetuitatem temporis denotantia appareat concepta, quia tunc necessario ad fideicommissariam trahitur.

SVMMARIVM.

1 *Descendentes vbi fuerunt vocati sine aliqua determinatione temporis admitti debent, quandocumque contigerit casus à Testatore præuisus.*

2 *Substitutio concepta per copulam, &, intelligi debet cum omnibus qualitatibus, quæ in præcedenti fuerũt adiectæ, & num. seqq. vbi vide.*

3 *Coniecturæ admittuntur ad interpretationem voluntatis Testatoris respectu temporis, quo conditiones per eum adiectæ impleri voluerit.*

4 *Vocatio filiorum, & descendentium sub nomine collectiuo facta continet vulgarem, quæ facit per aditionem primo loco vocati caducari substitutionem personæ, in sequenti gradu constitutæ.*
Intellige vt num. seqq.

5 *Dictio relatiua,* huiusmodi, *posita in sequenti substitutione arguit in ea fuisse repetitas omnes qualitates substitutionis præcedentis.*
Amplia hoc idem procedere vbi adest dictio, in infinitum, *ibidem & num. 7.*

6 *Vocatio filiorum, & descendentium vbi verba testatoris habent tractum successiuum, aut perpetuitatem temporis respiciunt eo casu non continet solam vulgarem, sed necessario trahitur ad fideicommissariam, ibidem.*

8 *Cognatus testatoris dicitur, qui eidem per fœminam est coniunctus.*

9 *Agnatum, aut cognatum, alicuius qui se probat admitti debet ad successionem, ad quam cognati, vel agnati fuerunt vocati, dum non comparet alius ipsum in gradu præcedens.*

10 *Cognati ad fideicommissum vocati intelliguntur illi, qui sunt de familia testatoris, vbi post vocationem illorum fuerunt addita verba,* ipsius testatoris.

11 *Vocatio agnatorum, & cognatorum ipsius testatoris, si testator nullos agnatos habebat, intelligitur de cognatis, non autem agnatis.*

12 *Verba posita in fine orationis vbi in vna tantum parte verificari possunt de illa, non autem de alia veniunt intelligenda.*

13 *Soror patruelis testatoris venit appellatione filiorum descendentium ex agnatis.*

14 *Substitutio generalis comprehendere non potest eas personas, quibus particulariter fuit in alia substitutione prouisum.*

15 *Limita vbi plures casus fuerunt à testatore considerati, quia tunc vna substitutio non derogat alteri, sed vtraque suum effectuum operare debet.*

DECISIO LII.

CONfirmarunt Domini decisionem factam sub die 3. Decembris * anni proximè præteriti, quæ confirmando sententiam Rotalem iterum declarauit, quod Angelo erat concedenda immissio in bonis, & hæreditate Ioannis Raynerij testatoris, etenim existentia fideicommissi, quæ necessaria erat ante omnia in hoc iudicio, & negabatur à Monialibus Sanctæ Mariæ Nouæ in Ciui-

in Ciuitate Bononiæ, & alijs possessoribus bono-
rum dictæ hæreditatis probatur ex testamento
eiusdem Ioannis Raynerij, quia in illo constitu-
ti fuerunt plures gradus hæredum, & in casu,
quo nemo ex illis existeret tempore obitus ipsius
Testatoris apparebat ab eo institutus hæres Ale-
xander filius Aemilij, seu nepotis ex Constantia
sorore, si etiam ille superesset tempore, quo ipse
Testator moreretur, non existente vero Alexan-
dro institutus fuit filius secũdo genitus ex eodem
Aemilio, & non extantibus descendentibus ma-
sculis eiusdem Aemilij instituti fuerunt filij fœ-
minarum, quibus etiam deficientibus institutus
fuit hæres filius primogenitus, qui natus esset ex
agnatis, aut cognatis ipsius Testatoris, quæ con-
ditio non existentiæ lineę Aemilij satis erat, quod
quandocumque contigisset, (vt hodie) deberet
esse locus successioni descendentium ex cognatis
1 Testatoris, † dum illorum vocatio legebatur
concepta sine aliqua determinatione temporis,
vt notauit *Imol. in l. sed si ad tempus in fin. ff. ad
Trebellian. Soccin. sen. in l. solemus, num. 6. ff. de
condit. & demonstr.* vbi dicit ita consoluisse cum
Alexandro Præceptore suo, qui hoc tenuit *in
cons. 53. num. 8. lib. 6. & cons. 101. num. 12. lib. 7.
& Soccin. sequuti fuerunt, Dec. cons. 480. nom. 8.
Ruin. cons. 9. num. 8. & cons. 126. num. 52. lib. 1.
Paris. cons. 18. num. 43. vol. 2. Rota in Romana
fideicommissi de Galus 16. Nouembris 1595. coram
Card. Pamphilio in 4. par. diuers. decis.* 490. licet
ex alia causa in ea decisum fuert pro deficien-
tia fideicommissi, *& in Viterbien. Castrorum 23.
Maij 1635. coram bon. mem. Coccino.*

Neque visum fuit hunc defectum lineæ Aemi-
lij positum fuisse à Testatore pro conditione, quæ
succedere deberet tempore sui obitus, sicut dice-
batur colligi ex præcedente institutione facta de
Alexandro, & alijs filijs Aemilij, quorum exi-
stentia expresse ab eo considerata fuit de tempo-
re, quo ipse moreretur; Vnde sequens substitutio
in qua vocati fuerunt descendentes ab agnatis,
aut cognatis intelligi deberet sub eadem condi-
tione temporis, dum hæc vltima substitutio con-
2 iuncta erat cum antecedenti copula, & † quæ ef-
ficiebat vt censeri deberent in sequenti substitu-
tione repetitæ omnes qualitates præcedentes sicut
hæc fuit ratio decisionis *in dicta Romana fideicom-
missi de Gallis coram Card.* Pamphilio, & tradit *Pe-
regrin. de fideicommiss. art. 29. num. 15.* Etenim
contrarium visæ fuerunt ostendere plures conie-
cturæ, quæ suadebant, vt in hac posteriori substi-
tutione non fuisset requisita ea qualitas temporis
3 † & communiter admitti solent in hac materia
super interpretatione voluntatis Testatoris respe-
ctu temporis, quo, hæc, vel aliæ similes condi-
tiones impleri debent, vt voluit idem *Soccin. in
consil. 51. num. 21. vol. 4. Ruin. cons. 22. num. 12. vol.
2. Socc. iun. cons. 172. num. 28. lib. 2.* & latè firma-
tum fuit *in Auenionen. fideicommissi* §. *Decembris*
1635. *& 10. Maij, ac 6. Iunij 1636. coram R. P. D.
meo Panzirolo.* Sed non visum fuit opus eisdem
coniecturis pro declaranda hac voluntate, dum
ipse Testator illam explicauit in posteriori parte
testamenti, quia postquam in eo constituit, quod
seruari deberet in vnoquoque gradu hæredum
ex pluribus, quos nominauit iterum explicauit
ordinem, aut modum, quem retineri volebat,
ac seruari in sua successione, quod declarauit ijs
verbis, quæ legebantur in testamento, *quod si in
aliquo gradu, & ordine successiuo institutionum præ-
dictarum instituti, vel institutus, hac hæres postea
quandocumque decesserit cum filijs masculis legitimis,
& naturalibus vno, vel pluribus ipsos filios, vnum
vel plures in capita, & illorum descendentes masculos
legitimos, & naturales in stirpes, vt supra instituit, &
substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommis-
sum respectiuè*; quibus verbis duos casus comple-
xus fuit, vnum si Alexander filius Aemilij, qui
erat vnus ex substitutis moreretur cum filijs, &
descendentibus, & in hac successione certum est
quod ille constituere voluit fideicommissum per-
petuum inter omnes descendentes Aemilij; Al-
terum, qui erat primo contrarius si contigisset
mori Alexandrũ sine filijs, aut descendentibus, &
in hoc casu succedere voluit institutos in sequen-
ti gradu, qui erant filij primogeniti, ex agnatis
aut cognatis.

Neque de hoc vltimo casu dici poterat, vt
substitutio agnatorum concepta sub ea conditio-
ne si sine filijs expirauerit statim, ac Alexander
primo loco institutus suscepisset filios eo quia
huiusmodi vocatio filiorum, & descendentium
4 † ita facta sub nomine collectiuo solum censere-
tur continere vulgarem, vnde descendentes præ-
sumi deberent vocati ordine, successiuo, & per
aditionem primo loco vocati facta fuerit irrita,
& caduca substitutio personæ constitutæ in se-
quenti gradu, iuxta doctrinam *Cuman. in l. cum
ita, §. in fideicommiss., ff. de leg. 2. sub. num 4 & in
l. Gallus, §. quidam recte, ff. de liber. & posthum. n.*
7. cuius sententiam sequutus fuit *Surd. decis. 346.
num.* 18. reprobata contraria opinione *Castr. in d.
§. quidam recte num. 9.* & tenuit *Rota in Bonon. fidei-
commissi de Pannolinis 10. Decembris 1610. coram
Card. Marquemontio, & in Romana fideicommissi de
Vrsinis 1. Maij 1611. coram bon. mem. Pireuano, quæ
sunt in 1. par. recent. decis. 266. num. 12. & decis.
320. num. 35.* si enim filij, & descendentes Ale-
xandri non fuerunt positi in conditione simplici-
ter, sed cum adiectione eius dictionis relatiu-
ue *huiusmodi*, quæ legebatur posita in 2. parte
substitutioni, & suadebat, vt censeri deberent in
ea repetitæ omnes qualitates substitutionis præ-
5 cedentis, † atque ita etiam dictio illa, *in infini-
tum*, cum qua nominati fuerunt descendentes sub-
stituti in prima *ex not. à glos. in cap. si Abbatem de
elect. lib. 6. in verbo huiusmodi*, & tradit *Rebuff. in
l. 1. ff. de verb. signific. in verbo huiusmodi stipulationi*.
Et hanc coniecturam satis esse putauit *Cuman. in
d. §. in fideicommiss. ff. de legat. 2. eodem. num 4.* pro
declaratione mentis Testatoris, vt prospicere vo-
luerit non solum primis, sed etiam alijs descen-
dentibus, posterioribus quorum obitus contigis-
set longè post mortem suam, idemque voluit in
l. Gallus, §. quidam recte num. 7. vbi declarat opi-
nionem contrariã non habere locum quoriescum
que verba testamenti cum quibus fuerunt substi-
tuti descendentes haberent tractum successiuum,
6 † aut alia ratione respicerent perpetuitatem tem-
poris, sed substitutionem ita factam necessario
trahi ad fideicommissariam cum non sit verisimi-
le Testatorem sensisse de his personis tantum
quæ

quæ fuissent superstites tempore mortis suæ, &
idem notarunt *Soccin. in §. quidam rectè num. 8. Ia-
son. num. 54. Alex. cons. 24. num. 4. lib. 3. Ruin. consil.
127. num. 19. vol. 2. Menoch. cons. 82. num. 54. Co-
uar in cap. Raynutius, §. de testam. Peregr. de fidei-
comm. art. 18. num. 22. Molin. de primog. lib. 1. cap.
6. num. 15.* & eandem sententiam sequuta fuit
Rota coram Card. Seraph. decis. 409. num. 10. in qua
7 decisione ponderatæ fuerunt similes dictiones †
in infinitum, & in dicta *Bonon. de Pannolinis 9. De-
cembris 1610. coram Cardin. Marquemontio, & in
Romana fideicommissi de Vrsinis 9. Maij 1611. coram
bon. mem. Pirouano.*

Probari visa fuit Dominis altera qualitas, quę
erat necessaria in hoc iudicio, vt conditio fidei-
commissi impleta fuisset in persona Angeli, nam
casus huius vocationis continebatur in secunda
parte eius substitutionis, quæ non existente linea
Æmilij continebat vocationem filij primogeniti
proximioris agnati, aut cognati ipsius Testatoris
quam qualitatem probauit Angelus concurrere
in propria persona, quia cum esset nepos Hiero-
nymæ, quæ fuit soror patruelis Ioannis Raynerii
8 docebatur illi cognatus † tanquam coniunctus
per fœminam, vt notatur *in l. non facilè, §. cogna-
tionis, ff. de Grad. & affin. & in § atqui instit. de Grad.
Cognat.* satis verò erat Angelo hæc qualitas, vt
admitti deberet ad istam successionem Ioannis
9 Raynerij, dum non aderat alius, † qui diceret,
aut probaret se esse filium primogenitum alterius
agnati, aut cognati, qui eum præcederet in gra-
du, *vt not. in l 2. C. de success. edict. & in l. is potest, ff.
de acquir. hæred. vbi Alex. num. 15. Cuman. num. 1. Ias.
num. 83. Rip. in l. in illa num. 26. ff. de verb. oblig. &
decisum fuit in Aretina Cappellaniæ 4. Iunij 1603. co-
ram Cardinali Pamphilio, & in Tiburtina Cappella-
niæ 16. Nouembris 1605. coram bon. mem. Coccino.*

Neque visum fuit talem esse Comitem Ioan-
nem Thadæum, qui etiam in hoc iudicio petebat
immissionem super eadem hæreditate Ioannis
Raynerij, ac præcipuè negabat vocationem An-
geli eo quia ille esset agnatus Pyrrhi, qui fuit vl-
timus ex descendentibus Aemilij, quibus Testa-
tor substituit filium primogenitum proximioris
agnati, aut cognati, ea enim qualitas pro-
ximioris non poterat referri ad personam
Pyrrhi, siue alterius descendentis Aemilij quibus
facta fuit hæc vltima substitutio, sed necessariò
intelligenda erat de persona Testatoris, quia
cum in fine eius substitutionis addita fuisset hæc
verba *ipsius Testatoris*, quæ legebantur immedia-
10 te post nomen *proximioris cognati*, † illa restrin-
gebant necessario antecedentem appellationem
proximiorum ad proximiores, ac familiam Te-
statoris, vt consideratum fuit in decisionibus fa-
ctis in hac causa, ac præcipuè in decisione *sub
die 19. Decemb. 1638. coram R. P. D. meo Ghisilerio, &
notat. in l. peto, §. fratre, ff. de legat. 2. vbi Bart. nu. 1.
Alciat. num. 5. Ripa in l. fil. famil. §. Diu. num. 21. ff. de
legat. 1. Bald. consil. 488. num. 3. Crass. in §. fideicommis-
sum quæst. 18. num. 3. Card. Mantic. de coniectur. vltim.
volunt. lib. 8. tit. 12. num. 31.*

Neque excludi poterat ius illius dictionis, *ip-
sius*, sub qua Testator exprimendo proprium no-
men visus est designare voluisse suam familiam
eo quia illa non haberet aliquem ex agnatione
sua, vt dicebatur idem sæpius declarasse coram
testibus, vnde ne talis substitutio redderetur inu-
11 tilis, & sine effectu verba illa, † *ipsius Testatoris*
dicebantur referenda esse ad solam substitutio-
nem cognatorum, cui proximè coniuncta erant,
*vt not. Angel. in authen. de hæred. & falcid. §. hinc no-
bis num. 37. in fin. quem sequutus fuit Dec. in l. testa-
mento, num. 8. C. de testam. & in consil. 546. num. 12.*
qui fundantur in diuersitate rationis, quæ consi-
derari potest respectu vtriusque substitutionis,
itaut talis dictio, aut aliæ similes quamuis posi-
12 tæ in fine totius orationis † tamen necessario re-
stringi debeant ad vltimam, in qua solum pote-
rant operari vim ad effectum suum idemque ob-
seruauit *Zanch. in l. hæredes mei, §. cum ita ff. ad
Trebell. num. 1227.* qui alios refert *Simon. de Prat.
de interpret. vltim. volunt. lib. 3. dub. 3. solut. 9. num. 21.
fol. 265.* & fuit dictum *in Leodien. fideicommiss. 19.
Decembris 1610. coram Card. Sacrato.* Huic enim
obiectioni responsum fuit, quod vocatio agna-
torum comprobari poterat, & effectum sortiri in
persona Galeatij, qui fuit pater Angeli, quia
cum ille esset filius Hieronymæ, quæ vt dictum
13 est erat soror patruelis Ioannis Raynerij † pote-
rat venire appellatione filiorum descendentium
ex agnatis cum coniunctio, quæ intercedebat in-
ter Heronymam eius matrem, & Ioannem Ray-
nerium procederet à virili sexu; *ex not. in l. pro-
nuntiatio ff. de verb. signif. & in l. voluntas, C. de fidei-
comm. & in l. sunt autem, ff. de legit. agnat. success.*

Neque obstare visum fuit, quod iterum obij-
ciebatur vt Galeatius, aut alij filij Hieronymæ
venire non possent sub nomine descendentium ex
agnatis eo quia filij fœminarum, quæ essent agna-
tæ Testatori haberent in eodem testamento parti-
cularem vocationem. Quæ ratio pluribus con-
firmata fuit in decisione præterita, cum ex ea
effici videretur, vt in generali substitutione com-
14 prehendi non potuissent eæ personæ † quarum fa-
cta fuisset mentio, sine alia ratione particulariter
ter de ijs dispositum fuisset in altera substitutione
speciali, vt probat *text. in l cohæredi, §. qui patrem,
ff. de vulg. & pupill. & not. ibi Bart. & Alex. num. 1.*
Verùm huic obiectioni responsum fuit, quod ni-
hil repugnabat, vt in descendentibus Hierony-
mæ considerari deberent casus vtriusque substitu-
tionis cum eamdem considerationem appareat
habuisse etiam Testatorem ille enim duos casus
existimauit euenire posse in successione suorum
agnatorum, quibus omnibus consulere voluit,
& prospicere in suo testamento primum si ab
agnatis nascerentur filij masculi, & hunc casum
expressit in prima substitutione, cui locus fieri
debebat post deficientiam lineæ Æmilij, & talis
dicendus erat Galeatius, dum Hieronyma eius
mater erat agnata Testatori; Alterum casum
considerauit, si ab eisdem agnatis nasceretur fi-
lia fœmina, quam exclusit à sua hæreditate, vo-
cando filios primogenitos ex ea oriundos, & ta-
les dici debebant nepotes Hieronymæ, qui nati
fuissent ex illius filiabus; & ita hæ vocationes
respiciebant diuersitatem gradus, ac personarum
quæ descenderent ab agnatis, quod probat ca-
sum huius vltimæ substitutionis esse diuersum
ab antecedenti. Vnde ex vna non censebatur al-
teri derogatum, sed † vtraque operari debebat

effe-

effectum suum prout alter ex eisdem casibus contigisset, vt tradit *Alex.in d.l.cohæredi, §. qui patrem num.7.ff.de vulg. pupill. substitutione. Bart. in l.quæsitum, §.si quis fundum, ff.de fund.instruct.n.11. & num.15.in fin.& in l. Sempronio 34. num. 1. ff. de vsufruct.leg. Dyn.in cap. Generi 34. num. 13. de reg. iur.lib.6. Ruin.cons.168.num.31.lib.3.*

Et ita, &c.

☞ *Plures quæ in hac causa emanarunt decisiones adduxi supra in præcedenti par.8.ad decis.98.*

R. P. D. ROIAS

Episcopo TARRACONEN.

Romana Domorum.

Lunæ 9.Decembris 1641.

ARGVMENTVM.

Dominium directum ad effectum caducitatis ad probandum, instrumenta locationum, solutionum, aliæque confessiones, & adminicula nullius sunt roboris, & momenti: Emptor rei emphyteoticæ, qui se obligauit assensum Domini impetrare, quem postea neglexit, si exinde caducitatem incursit non potest euictionem prætendere.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum conceditur stante iniustitia sententiæ, qualiscumque illa sit etiam non notoria.*

2 *Tribunalia suprema reuocant sententias vbi in actis de illarum constat iniustitia.*

3 *Deuolutioni locus esse non potest, nec identitate rei deuolutæ, nec directo probato dominio.*

4 *Deuolutionis in casu ad probandum dominium directum, ac identitatem rei deuolutæ non sufficiunt locationis solutiones, aliæque confessiones, & adminicula.*

5 *Caducitas non intrat in locatione.*

6 *Consensus Domini directi reseruatus cum clausula*, quatenus requireretur, & non alias, *non præiudicat naturæ locationis.*

Sed imo tuetur ab omni præiudicio, ibidem.

7 *Euictio, vt alicui præiudicet, debent illi intimari molestiæ.*

8 *Molestiæ intimatæ procuratori non legitimo, non habentur in aliqua consideratione.*

9 *Emptor, qui assensum domini directi impetrare tenebatur, si illum non impetrauit, ac proinde res ipsi fuerit euicta, non potest agere de euictione, & infra num. 12.*

10 *Caducitati locus esse solet ex alienationibus irrequisito Domino factis, & sine solutione laudemij.*

11 *Alienatio rei emphiteuticæ facta ex causa necessaria, qualis est assignatio dotis, non requirit consensum domini directi, nec illi soluitur laudemium.*

12 *Euictionem prætendere non potest, qui fuit causa euictionis, & sup.num.9.*

13 *Venditione facta rei emphiteuticæ cum clausula*, saluo assensu, & non alias, &c. *non dicitur incursa caducitas, quamuis ad traditionem fuerit deuentum, & num. 14.*

DECISIO LIII.

☞ STETERVNT hodie Domini in decisis coram me sub die 22.Iunij 1640.* in qua dictum fuit constare de causis restitutionis in integrum ad fauorem Alphonsi Ferri, illis potissimum fundamentis, desumptis ex iniustitia sen-
1 tentiæ Vicarij Vrbis contra Alphonsum latè, † quæ sufficit ad hunc effectum qualiscumque sit, etiam non notoria *Cæs.de Graff.decis. 10. num. 12. de sent.ac re iud.Seraph.decis.25. Caputaq. decis. 94. part.3. Rota in recent.decis.492.num.1.par.1.& 307. num. . par. 2.* & fuit dictum *in Ariminen. fideicommissi 14.Martij 1640.coram R.P.D.meo Cerro*, præsertim in supremis Tribunalibus, in quibus sen-
2 tentiæ † reuocantur, vbi in actis de iniustitia constat, vt per *Guidpap.decis.215. num. 7. & 305. Cæs.de Graff.& Seraphin.vbi proximè.*

In præsenti illa desumpta fuit ex pluribus; Primo, quia non fuit probatum vineam permutatam ab Alphonso cum domibus Horatij Colutij
3 extare sub directo dominio Monialium, nec† identitatem eiusdem, quibus deficientibus deuolutioni locus esse non poterat *Sarmien. de redd. Eccles.par.3.cap.2.num.23.& 24.Caputaq decis.180. par.1.num.1.&5.*vbi quod tali casu non sufficiunt
4 instrumenta locationum, solutiones, † aliaque confessiones, & adminicula. *Seraphin.dec.1453. num. 1. & in Portuen. Stagni 29. Iunij 1637. coram R.P.D.meo Panzirolo, & in Perusina Emphiteusis 13.Februarij 1640. coram R. P. D. meo Dunozet.*& quamuis de nouo fuerit adducta quænam reuelatio facta per Bartholomæum Perinum vsque de anno 1571. in qua fatetur se retinere in locationem à Monialibus Sancti Cosmati petias sexdecim terreni, &c.attamen dicta reuelatio non probat bona controuersa esse emphitotica, immò ea potius remanet exclusa, dum reuelatio loqui-
5 tur de locatione, † in qua non intrat caducitas *Seraph.decis.286,n.5.vsque ad 16.& 288.per totam.*

Nec obstat reseruatio consensus Monialium in venditione secuta de anno 1590. quia fuit animaduersum non legi simpliciter reseruatum, sed cum clausula *quatenus requireretur, & non alias, &c.* non inde præiudicat propriæ naturæ locatio-
6 ni, † sed immò tuetur ab omni præiudicio *Surd. cons.186.num.10.Seraphin. decis. 107.num. 7.Grat. discept. 926. num. 4. & par. 6. recent. decis. 110. num. 13. & 14.*

Secundo, quia euictio vineæ secuta non potuit nocere dicto Alphonso, dum ei non fuerunt inti-
7 matæ molestiæ † prout erat necesse *Rip.in cap.cum M.Ferrarien.num.162 de constit. Rota decis.388 nu.2. par.3.recent.*cum alijs in decisione hodie confirmata; & quamuis habentes causam à Colutio contenderent intimationem fuisse secutam, attamen sufficienter consistit illam fuisse factam
8 Ioanni Dominico Belgio, † qui non erat legitimus Procurator Alphonsi, nec inde fuit habita in consideratione vti non legitimè executa.

Tertio dicebant Domini in concussum remanere fundamentum, quod euictio fuerit secuta culpa Colutij, nam si vinea fortasse esset sub proprietate Monasterij, ad Colutium tamen spectabat impetrare consensum Monialium ex peculiari conuentione. Vnde si Colutius neglexit consen-

sensum impetrare, prout tenebatur proprijs sum-
9 ptis, non inde valebat † agere ad euictionem cui ipse dederat causam, non curando assensum illius *Azo in S. comen. C. de euiction. Surd. cons. 15. numer. 24. Rot. in Romana Societatis officij 4. Ianuarij 1594. coram Corduba, & par. 5. recent. decis. 337. n. 16.*

Minus obstare dicebant Domini, quod deuolutio intentata per Moniales fuerit prætensa ob alias alienationes prius secutas, & primò ob alienationem factam à Portia Domina vtili in Ioannem Baptistam Guidum eius primum virum; secundò in Alphonsum, dum cum eo transiuit ad secunda vota, & tertiò in Colutium semper absque solutione laudemij, ac consensu Monialium, ex quibus alienationibus sic secu-
10 tis † factum fuisse locum caducitati, *iuxta tex. in l. fin. C. de iur. emph. c. potuit de locat.* Inde ex istis esse præsumendum fuisse intimatam caducitatem, fuit tamen replicatum præfatas primas alienationes per Portiam factas fuisse ex causa assigna-
11 tionis dotis, & sic ex causa necessaria, † quo casu non requiritur consensus Domini directi; nec soluitur Laudemium, *in §. emphiteusim in auth. de non alienan. Alex. cons. 173. lib. 1. Ias. in l. fin. C. de iur. emphit. num. 107. Cephal. cons. 59. num. 33. lib. 1. cum alijs per Cald. de iur. emphit. lib. 4. cap. 16. n. 21. & 22.* Nec venit dicendum deuolutionem fuisse intentatam ex d. causa, quod fuerit vinea data in dotem, dum ex ea non fuit incursa caducitas, sed benè ex alienatione facta in Colutium, cui ille deerat causam non impetrando assensum Monialium, vt dictum est sibi imputandum ve-
12 nit, † Nec valet agere ad euictionem, *l. si mancipium in princip. ff de euict. Corn. cons. 326. vol. 1. Surd. decis. 22. num. 1. & par. 5. recent. decis. 377. n. 16.*

Demum non obstat, quod vltima permutatio fuerit facta ab Alphonso in Colutium cum reseruatione consensus Monialium, qui non legitur impetratus, fuit tamen responsum in permutatione legi etiam clausulas, *& non alias, aliter, nec alio modo, &c.* quæ operantur, vt venditio non censeatur facta non adhibito consensu, nec ideò fuisse incursam caducitatem, quamuis fuerit deuentum ad traditionem rei ante impetratum consensum *Rimin. iun. cons. 285. num. 59. Corb. in tit. de caus. priuat. ob alienat. lim. 37. Grammat. decis. 163. Clar. in § emphiteosim quæst. 13. num. 5. Rota in Romana Vinearum 10. Iunij 1639. coram R. P. D. meo Carvillo*, postea confirmata sub die 27. Nouembris
13 præteriti ex quo dicta verba, *& non aliàs, &c.* † faciunt deficere partium consensum, itaut nihil egisse videatur, nisi Domini consensus accesseri, *Curt. sen. consil. 8. num. 4. Gorad. consil. 3. num. 23. Ias. consil. 86. num. 16. lib. 3. Cephal. consil. 118. nu. 13. cum alijs per Marescot. Var. lib. 1. cap. 78. num. 3.* Inde restitutio in integrum venit concedenda.

Et ita resolutum vtraq; parte informante, &c.

Decisio ista, quæ confirmatur, & emanata sub die 22. Iunij 1640. coram eodem Reuerendiss. Tarraconen. est in præcedenti par. 8. recent. decisio 241.

R. P. D. CARRILLO.
Postea Præside VALLISOLETANO.

Eugubina erroris calculi.

Lunæ 9. Decembris 1641.

ARGVMENTVM.

Computa diuersa, & distincta vbi inter easdem partes adsunt, an eo casu confessio, seù liberatio vnius partis loquens, *per resto, e Saldo* dicatur generalis, vel soluen. ad vnum tantum computum sit referenda.

SVMMARIVM.

1 *Acceptatio relationis Periti, qui aliquam partitam in calculo omisit acceptanti non præiudicat.*
2 *Verba generaliter, & indistinctè prolata non admittunt restrinctionem, sed generaliter sunt intelligenda.*
3 *Fructus non debentur, sorte principali soluta.*
4 *Confessio, seú liberatio generaliter facta comprehendit omnia debita singularia, quamuis illa specialiter non fuerint expressa.*
5 *Computa diuersa, & distincta inter easdem partes adesse possunt, & esse quibus dignoscatur.*
6 *Liberatio debitoris facta per creditorem, si inter ipsos plura aderant computa, quamuis loquatur,* per resto, & saldo, *an dicatur generalis.*
7 *Verba interpretari debent contra illum, qui se fundat in eis.*
8 *Confessio, vt noceat debet esse certa, & indubitata.*

DECISIO LIV.

NON acquiescente Michaele Angelo Zeccadoro decisioni factæ Conuentinis tantùm informantibus sub die 10. Iunij* Anni currentis, qua firmatum fuerat, sententiam Rotalem confirmatoriam alterius A. C, esse confirmandam, reproposui denuò causam super eisdem, & vnanimi DD. consensu responsum fuit standum esse in decisis.

Quandoquidem inconcussa remanent dictæ decisionis fundamenta, quibus probatur iustitia sententiæ condemnatis dictum Michaelem Angelum vti hæredem Francisci fratris ad restituendum dd. de Conuentinis duas partitas, de quibus agitur, vnam scilicet ducatorum 216. auri de Camera, & altera scutorum 700. monetæ, non obstante acceptatione Calculi facti per Peritum de consensu partium electum, quia cum Peritus in eius calculo omiserit per errorem discreptionem dictarum duarum partium ad creditum eo-
1 rumdem de Conuentinis, † talis acceptatio ipsis non præiudicat *Soccin. consil. 190. vers. ex quibus patet lib. 2. Paris. cons. 89. num. 34. lib. 1. Munoz. de ratiocin. administr. capit. 41. num. 5. & 12. Gratian. discept. forens. cap. 761. num. 3. cum seqq.*

Nec placuit responsio data, quoad primam partitam, nempè, quod ea non per errorem fuerit omissa, sed ex voluntate partium, supponendo, quod calculatio facta fuerit solum super partitis, & computis eidem perito exhibitis, non autem super illis, in quibus nulla aderat controuersia, prout erat dicta partita ducatorum 216. quæ propterea compensata dicebatur cum honorario prætenso à dicto Michaele Angelo ob patrocinia præstita à dicto Francisco in defendendis litibus eorumdem de Conuentinis.

Nam nullibi probatur talis partium voluntas imò potius contrarium conuincitur ex pacto adiecto

adiecto in Instrumento transactionis initæ inter dictos Michaelem Angelum, & Conuentinos, ibi, *vt veritas circa præmissa habeatur, conuenire dictæ partes per pactum expressum, quod computa inter eas iam facta, vt asseruere de datis, & recoptis iterum fiant, & reuideri possint, & debeant*, hæc enim verba tanquam generaliter, & distinctè prolata non admittunt prætensam restrinctionem computo-
2 rum ad certas † partitas sed generaliter sunt intelligenda, *l. 1. §. & generaliter. ff. de legat. præstan. l. regula. ff. de iur. & fact. ignorant. Surd. decis. 217. n. 9. Rota dec. 282. num. 11. par. 5. recent.* & multo minus potest indè desumi compensatio cum prætenso honorario, dum eædem partes hoc non dixerunt, & è contrà voluetunt pro habenda veritate, quod computa iam facta denuò fierent, cum igitur in reuisione computorum apparuerit, dictam partitam ducatorum 216. non fuisse comprehensam, meritò Zeccadorus condemnatur ad illius restitutionem.

Prout nec releuare visum fuit id, quod repetebatur circa secundam partitam scutorum 700. scilicet illam reuera fuisse comprehensam in solutione scutorum 1130. facta in Banco illorum de Donis sub die 22. Septembris 1601. iuxta assertionem dicti Periti de consensu partium electi, ibi, *annullando la Poliza de scudi 700. per esser compresa in vn pagamento di scudi 1130. per il Banco de Doni sotto li 22. Settembre 1601.* & proindè benefecerit idem peritus si eam in calculo non descripsit ad creditum Conuentinorum.

Quia huiusmodi Periti assertio erronea detegitur ex pluribus fundamentis ponderatis tàm in tribus decisioeibus emanatis coram bon. mem. Pirouano, quam in vltima coram me, & signanter ex eo, quod dictus Franciscus de anno 1602. & sic post dictam solutionem scutorum 1130. transmisit computum Mutio Conuentino, in quo se constituit debitorem in scutis 42. pro fructibus eiusdem partitæ scutorum 700. iuxtà pactum inter eos conuentum in eadem Apoca per Peritum an-
3 nullata, qui quidem fructus non debebantur, † si creditum sortis iam erat extinctum, *Caputaq. dec. 103. par. 1. Caualer. dec. 651. num. 5.*

Nec de legalitate dicti computi potèst dubitari, cum fuerint in actis productum, ac formiter recognitum parte citata.

Quibus sic stantibus non aduersantur plures confessiones ipsius Mutij Conuentini emanatæ iam in eius libro rationum, quam in epistolis datis in summario dicti Zeccadori, ex quibus apparet dictum Mutium post dictum computum sibi transmissum de anno 1602. pluries se enunciasse creditorem dicti Zeccadori in minori summa dictorum scutorum 700. per verba, *per resto, e saldo* ac similia, quinimò, aliquandò fassum fuisse nihil de suis pecunijs pœnes ipsum Zeccadorum remansisse, vnde dicebatur, eumdem Zeccadorum penitus liberatum remansisse, cum confessio
4 vel liberatio generaliter facta concernat † omnia debita singularia, licet specialiter non fuerint expressa, vt probatur in *l. pluribus ff. de accept. & notat plenè Bart. in l. Aurelio, §. Caius ff. de liberat. ligat.*

Quoniam fuit consideratum duo computa, & rationes distinctas solitas fuisse teneri à Zeccadoro cum Conuentinis, quarum altera dicebatur *il conto corrente*, continens exactiones redditum existentium in Vrbe, quæ fiebant ab ipso Zeccadoro, vti Procuratore dicti Mutij, & altera nuncupabatur *il conto à parte* respiciens creditum Chirographarum dictorũ scutorum 700. quæ retinebatur d. Zeccadoro ad effectum satisfaciendi creditoribus Angeletti cum promissione interim de soluendo Conuentinis vsuras ad rationem sex pro qnolibet centenario, vt colligitur tam ex verbis calculi facti per Stheucum *summ. Conuentinorum num. 8. ibi Heredi del Signor Mutio deuono dare scudi 893. per spese delle liti fatte dal Signor Francesco Zeccadoro, per detto Signor Mutio, quali ascendono à scudi 1121. delle quali sene cauano scudi 227. per esser segnati al libro* al conto corrente *reuisto d'accordo tra dette parti*, & ex epistolis Michaelis Angeli *dicto summ. num.* 5. ibi *Io mi sono risoluto mandarle il conto come stà senza quello, che mi doueua dar lui* (idest Franciscus) *chio non ne hò conto, che è delli 700. scudi*, quam ex parcella computi dicti Francisci transmissi de anno 1602. in quo quia erant descripti fructus dictorum scutorum 700. dictus Mutius delineando partitam adnotauit in margine per hæc verba, *non si mettono, mà si lasciano al conto à parte*. ex his enim satis apertè demonstra-
5 tur duo inter partes adfuisse † computa distincta, vt ad propositum aduertit *Rota Ianuen. in decis. 191. num. 6. circa med.*

Et propterea supradictæ cõfessiones emisse per Mutium in suis libro, & epistolis sunt referendæ *al conto corrente* super quo solidationes fiebant annuatim, vt ex eisdem libro, & epistolis elicitur, non autem ad computum separatum, & distinctum, in quo creditum dd. scutorum 700. dumtaxat adnotabatur vna cum eius fructibus quo fit, vt liberatio desumpta ex verbis *per resto e saldo*, non dicatur generalis, sed restricta al
6 *conto corrente*, & consequenter † non operatur liberationem quoad aliuû creditum contentum in computo separato, vt benè ad propositum ratiocinatur *Abb. in cons. 114. num. 3. vers. sed his non obstantibus cum seqq.* & sufficit, quod dictæ confessiones specificè non loquantur de dicta partita scutorum 700. ad hoc vt interpretatio fieri debeat
7 contra Zeccadorum, † qui in eis se fundat, *l. veteribus, ff. de pactis, Rota Ianuen. decis. 7. num. 6. Rota decis. 561. num. 6. par. 1. recent. & fuit dictum in Tudertina Societatis sub dir 21. Iunij 1638. coram Reuerendissimo D. meo Panzirolo Patriarcha Constantinopolitano*, confessio autem, vt noceat de-
8 bet † esse certa, & indubitata *Honded. cons. 69. n. 73. lib 2. Rota decis. 443. num. 8. par. 1. recent.*

Et ita vtraque, &c.

☞ *Decisio ista erit infra in Appendice.*

R. P. D. ROIAS.
postæa Episcopo TARRACONEN.

Romana Casalis Aguzzani.

Lunæ 16. Decembris 1641.

ARGVMENTVM.

Dispositio *tex. in auth. res quæ, C. com. de legat.* latè inhac decisione declaratur, an mulier, quæ vigore

gore d. auth. bona fideicommissi potest sibi in dotem constituere, hoc facere possit in eo casu, quo ad ipsius manus peruenerunt pecuniæ, vel fructus sunt adeò pingues, vt de illis congrua potuisset fieri dotatio, si tempore contracti matrimonij, nec pecuniæ, nec fructus penes ipsam reperti fuerunt, vt quia illos consumpsit larga manu expendendo.

SVMMARIVM.

1 *Mulieres sunt auarissime.*
2 *Mulieres vltrà dotem regulariter aliud non habeant patrimonium.*
3 *Verba*, dare, & consegnare, *operantur translationem dominij, præcedente causa habili ad illius concessionem.*
4 *Verba*, per dote, & nome di dote, *imporant distractionem, seù alienationem bonorum.*
5 *Bona fideicommisso supposita possunt distrahi, vel dari in dotem vbi non adsunt bona libera.*
6 *Amplia conclusionem procedere etiam existente prohibitione fideicommittentis, quod bona nec etiam ex causa dotis distrai possint.*
7 *Bonà fideicommisso supposita in dotem data remanent libera è vinculo fideicommissi, perinde, ac si illi nunquam fuissent subiecta, & num. 25. & seqq.*
8 *Onus probandi adfuissè bona libera, & propterea non potuisse dari in dotem bona fideicommisso subiecta, cui incumbat, & numer. seq.*
Litis initium attenditur ad effectum dignoscendi quis sit actor, vel reus numer. 8.
10 *Beneficium auth. res quæ C. com. de legat. ad excludendum non sufficit probare ad manus mulieris pecunias perueniſſe, quæ forsan tempore dotationis erant consumptæ, & nu. seq. ac num. 18.*
11 *Mulier fideicommisso grauata potest sibi bona fideicommissi in dotem dare, quamuis fructus larga manu consumpserit, modo tamen cesset dolus, & fraus.*
12 *Fructus bonorum fideicommissis, qui sufficere prætendit, ad effectum excludendi dotationem in bonis illius probari debet eorum existentiam tempore contracti matrimonij.*
13 *Fructus bonorum fideicommissi præsumuntur consumpti in alimenta necessaria,*
14 *Prætentiones litigiosæ apponi non debent in calculo bonorum liberorum in materia auth. res quæ, C. com. de legat.*
Mulier non tenetur accipere in dotem bona libera litigiosa, sed potest se de bonis fideicommisso subiectis dotare, num. 14.
15 *Mariti nolunt in dotem accipere lites, sed bona libera.*
16 *Acquisitio facta ab hærede de bonis ad Cameram deuolutis mediante compositione, non dicitur facta ad fauorem hæreditatis, sed sibi mediante gratia Principis.*
17 *Probatio æquiuoca non releuat.*
19 *Vsusfructus bonorum fideicommissi, & spes probabilis successionis in eo, potest in dotem constitui, intellige vt ibi, & num. 21. & 24.*
20 *Dotatio congrua difficilius rescinditur quàm dispositio non dum effectum sortita.*
21 *Dos vbi ex bonis fideicommissi fuit constituta in casu a lege permisso, non intrat motiuum, quod poterat in dotem dari vsusfructus illius.*
22 *Dos constitui non debet ex fructibus, post matrimonium percipiendis ex bonis fideicommissi, vbi non adest fideicommittentis prohibitio.*
Fructus, qui post matrimonium percipiuntur, inseruire debent pro oneribus illius, num. 22.
23 *Maritus fructus quos percipit, matrimonio contracto, facit suos, nec illos restituere tenetur.*
24 *Dos constitui non debet in vsufructu, sed in proprietate libera ab omni onere fideicommissi, & vide sup. num. 19. & 21.*
27 Hæredibus quibuscumque *verbis veniunt etiam extranei.*
28 *Præseruatiua facta in Instrumento intelligitur præter ius in illo reseruatum.*
29 *Contrarietas in vno eodemque Instrumento vitari debet.*
30 *Enunciatiuæ, & partium confessiones non attenduntur ad dffectum inducendi fideicommissum vbi non adest.*
31 *Bona per mulierem in dotem data transeunt cum onere suo.*
32 *Intellige de onere intrinseco, & necessario, quod facto mulieris auferri non potest secus de onere fideicommissi, quod ab illis reicitur vbi non adsunt bona libera.*
33 *Fideicommissum pendens, nec purificatum non dicitur æs alienum, cum non adhuc debeantur.*
34 *Tex in l. mulier bona 37. ff. de iure dotium declaratur, & sup. num. 31. cum seqq.*
35 *Maritus accipiens in dotem bona fideicommissi certiorari debet, ne alioquin remaneat deceptus.*

DECISIO LV.

POst plures causæ propositiones articulo, sæpius discusso, partibus semper acriter informantibus Domini hodie steterunt in decisis sub die 27. Iunij * 1640. coram me, in qua firmatum fuit, Casale Aguzani, de quo agitur, esse detrahen. ex bonis fideicommissi vti datum in dotem Victoriæ Rebibæ nepti, ac descendentique Francisci de Salomonijs fideicommittentis in vim *auth. res quæ, com. de legat.* Indeque sententiam Rotalem concedentem immissionem super hoc Casale DD. Marchioni, & fratribus de Maximis vti vocatis ad fideicommissum, non facta prius detractione dotis Victoriæ esse infirmandam ex eisdem rationibus, & fundamentis in decisione deductis.

In primis enim dictum fuit Casale, de quo agitur, remansisse exeptum, & liberatum à vinculo fideicommissi eo ipso, quod d. Victoria illud voluit, & potuit tanquam liberum sibi in dotem dare, dum nupsit Ascanio Rebibæ. Quod autem voluerit, est indubitatum, ex quo Casale ad eam
1 spectabat pro sua portione, & cum mulieres† sint auarissimæ, *l. sed & si ego, vbi gloss. ff. ad Velleian. Surd. decis.* 194 *num.* 27. & quæ multum curant
2 augere proprias dotes, vltra quas † regulariter aliud non habent patrimonium, *l. Pomponius Philadelphus ff. de famil. hercisc.* Propterea dum Victoria potuit habere Casale liberum, non venit credendum voluisse, quod remaneret fideicommisso suppositum, præsertim stantibus illis verbis in constitutione dotis, *promette dare, e consegnare,*
3 quæ operantur dominij translationem, † dum præcessit causa habilis constitutionis dotis, *l. illam C. de donat. gloss. in l. vlt. in vers. portionibus, ff. eod. Ruin. cons.* 187. *num,* 7. *in fin. lib.* 2. *Caual. dec.* 647. *num.* 7.

numer 7. & part. 6. recent. decis. 157. num. 28. &
fuit dictum *in Tiburtina assignationis dotis 9. De-
cembris 1626. & 10. Maij 1627. coram bon.mem.Pi-
rouano*, iunctis alijs verbis *per dot*., *e nome di dote*
4 quæ distractionem † seu alienationem inducunt
*per text. in l. sicut, §. si proponeretur, ff. quibus med.
pign. vel hypoth. sol. l. 1. §. in alienationem in.fin. ff.
quand. de pecul. act. annal. sit l. si vsusfructus §. 1.
ff. de lib. caus. Menoch. præsupt. 189. nu. 194. lib.4*,
Quod autem Victoria potuerit dare in dotem Ca-
sale Auguzani fideicommisso suppositum dedu-
5 ctum fuit ex dispositione textus † *in d. auth. res
quæ, & l.mulier 22.§. cum proponeratur ff.ad Trebell.*
in quibus expresse dispositum est quod bona,
quamuis fideicommisso supposita possint distrahi
ex causa dotis, vel dari in dotem dum non ad-
sunt bona libera, quamuis ad esset prohibitio fi-
6 deicommittentium, † quod bona non distrahe-
retur etiam ex causa dotis, vt per *Ias. in d. auth.
res que num. 32.* cum alijs relatis per *Gratian. di-
scept. 832. num. 36. Rot. post Fenson. ad statut, Vrb.
dec. 93. per tot. & par. 6. recent. decis. 312. nu.6.*
Nec fuit in dnbium reuocatum, quin bona
data in dotem libera remanserint à vinculo fi-
7 deicommissi, † perinde ab si nunquam fideicom-
misso fuissent subiecta, ex quo data fuerunt in
dotem in vim *auth. res quæ num. 5. vers. nam in eo,
Castrens. nu. 5. vers. & sic nota. Socc. sen. cons. 23.
nu. 6. lib. 3. Ruin. cons. 200. nu. 6. lib. 1. Rot. decis.
209. num. 2. & 3. par. 1. & 313. nu. 46. par. 6. re-
cent. & quamuis remed. d. auth. sit subsidiarium*, at-
tamen quia habentes causam à Victoria extabant
in possessione, propterea onus probandi tunc ad-
8 fuisse alia bona incumbit DD.de Maximis,† cum
attendatur litis initium ad effectum agnoscendi,
quis sit actor, vel reus *Felin. in c. significauerunt
num. 15. de except. Rot. par. 6. rec. decis. 154. nu.2.*
9 & requiritur plena, & concludens probatio † per-
cutiens tempus constitutæ dotis, vt per *Rot. in
rec. dec. 210. nu.6. & 312. in fin. par. 6.*
Nec obstant septem partitæ adductæ per DD.
de Maximis, de quibus in calculo, ad effectum
probandi Victoriam tempore dotationis possedis-
se bona libera, ex quibus valeret sibi dotem con-
stituere non destruendo fideicommissum. Ad pri-
mam partitam scutorum mille debit. Victoriæ
per Isijfilem ex causa dotis maternæ, fuit respon-
sum non constare de existentia istarum pecunia-
rum, nec adesse aliquam memorationem percu-
tientem tempus matrimonij, & in d. causam Vic-
toriam accepisse scut. 377. b. 50. & scut. 572. &
b. 67. de quibus extabat debitrix Isiphilis ex cau-
sa fructuum perceptorum ex bonis communibus,
10 quorum tamen, quia consumpti fuerant, † non
erat habenda ratio, ad effectum excludendi *auth.
res quæ, iuxta theoricam Bart. in l. mulier 22. §. cum
proponeretur nu. 4.* vbi quod hoc procedit, quam-
11 uis mulier grauata fructus † larga manu expen-
dendo, absq; tamen dolo consumpserit, *ff. ad
Trebell. Peregrin. de fideicomm. art. 42. nu. 71. vers.
intellige.*
Ad secundam partitam scut. 377. fuit replica-
tum, nec de hac esse habent rationem, ex quo
vel illa proueniebant ex portione fructuum spec-
tantium ad Victoriam, & hos iam fuisse con-
sumptos, *vt in dicta decis. 27. Iunij* deductum fuit,
vel spectabant ad Isijphilem pro rata fructuum
exactor à Victoria, & sic fuisse potius debitum
Victoriæ, quam creditum, & cessat difficultas,
12 dum non probatur existentia fructuum † tempore
contracti matrimonij *Rot. in Recent. decis. 195.
nu. 4. par. 2. & 210. nu. 8. par. 6.* quæ probatio est
magis necessaria, dum fructus præsumuntur con-
13 sumpti † in alimenta necessaria, *l. fin. C. de ali-
men. pupill. præstit. Surd. cons. 290. num. 29. in fin.*
Quo verò ad tertiam partitam scut. 572. fuit
responsum hanc partitam esse debitum Victoriæ,
non autem creditum, cum dicta scuta teneretur
restituere Virginiæ, prout in Summario DD. de
Maximis *num.* 5. Vnde huic adaptantur omnes
responsiones datæ in superiori partita.
Ad quartam verò scut. 2566. pro pretio domus
ad Arcum Camiliani fuit replicatum hanc parti-
tam remanere sublatam in dicta prima decisione,
dum illa iam fuit calculata in computo dotis Vi-
ctoriæ scut. 10. mil. vltra, quod dicta domus
erat pariter fideicommisso supposita, nec venit
propterea enumeranda inter bona libera.
Deueniendo ad quintam partitam scut. 1700.
prouenientium ex pretio bonorum della Petrcila,
& plani, Mileti vendit per Victoriam fuit res-
ponsum, malè hanc partitam fuisse relatam in
computo dotis, dum hæc bona non deuenerunt
ad Victoriam ex fideicommisso, sed ex transac-
tione inita cum Camera Apostolica, quæ illorum
possessionem tanquam ad eam deuolutorum ap-
prehenderat, & quamuis contra Cameram rema-
nerent prætensiones siuè lites fideicommissario-
rum super dictis bonis, parum tamen refert in
præsenti, quia in calculo bonorum liberorum,
non veniunt apponendæ prætensiones litigiosæ,
14 cum † eas mulier non cogatur in dotem accipere
*Duran. decis. 145. num. 4. & 241. num. 7. & 8. &
fuit dictum in Spoletana fideicommissi 15. Iunij 1635.
coram Reuerendissimo D. meo Merlino.* Mariti enim
15 nolunt lites in dotem, † sed bona libera *Rota de-
cis. 233. nu. 6. par. 2. recen. Caual. decis. 245. nu. 1.
vers. quo verò ad fratres*, & quamuis postea ea-
dem Victoria mediante compositione facta cum
Camera, præuia solutione scutorum 1400. recu-
perauerit dicta bona, attamen quia hoc euenit
titulo oneroso, & titulo donationis à Papa re-
16 portatæ, † proinde hæc bona non fuerunt acqui-
sita hæreditati, sed ex casu fortuito ex gratia
Principis iuxta *text in l. sed & si lis, ff. ad l. falcid.
Gratian. discept. 733. nu. 17.* vltra quod quanti illa
bona valerent, nec postea fuit liquidatum, & re-
mansit ambiguum, an bona remanserint ad Vic-
toriam titulo fideicommissi, vel ob cessionem
iurium Cameræ, probatio enim æquiuoca non
17 † releuat vt in nostris terminis dixit *Rot. decis. 12.
& 210. num. 10. par. 6. recent.*
Ad sextam verò scut. 316. fuit replicatum ideò
non esse haben. rationem, quia illa non fuerunt
liberè persoluta Victoriæ, sed tantummodo ad
effectum soluendi tot legata Testatoris fideicom-
mittentis, nec non pro adæquanda portione Vic-
toriæ Collis S. Spiritus.
Ad vltimam partitam mobilium pro summa
scut. 2000. fuit dictum hac partitam fuisse retor-
matam pro scut. 400. dumtaxat, prout partes de-
clararunt, in secunda concordia *Summ. Patrum
S. Siluest.*

S. Silueſtri, & DD. de Garauinis num. 3. ſub §. item conuengono in fine, & dum non probatur exiſtentia illorum plenè, & concludenter, prout requi-
18 ritur de tempore matrimonij † Victoriæ, nulla habita conſideratione temporis antecedentis, nec venit habenda in conſideratione.

Minus obſtat, quod in dictam dotem poſset
19 conſtitui vſusfructus bonorum † fideicommiſſi, & ſpes probabilis ſucceſſionis in eo iuxta *deciſ. in cauſa Bononien. fideicommiſſi de Ronco, coram Comitulo impreſſ. poſt conſ. 92. Gionagn. lib. 1.* fuit enim reſponſum, caſum dictæ deciſionis eſse omnino diuerſum, ex quo ibi mulier erat actrix dabatq; de incongruitate dotis ſibi à primogenitore conſtitutæ, ad hoc, vt ſupplementum conſequi valeret, ad quod excluden. deciſio conſiderat etiam vſumfructum, & ſpem ſuccesſionis difficilius
20 enim reſcinditur congrua dotatio, † quam diſpoſitio nondum effectuata *Lader. conſ. 35. num. 3.* vltra quod deciſio prædicta *Bonon. de Ronco nu. 37.* expreſsè dicit contraria procedere, quando dos
21 fuit conſtitura in caſu permiſso † à lege, iuxta terminos *auth. res quæ. C. com. de leg.* In quibus verſamur, & dum non adſit diſpoſitio fideicom-
22 mittentis, dos non † eſt conſtituenda in fructibus percipiendis poſt matrimonium, quia debent inſeruire pro oneribus illius, per *text. in l. pro oneribus ff. de iur. dot. l. ſi filiæ §. 1. l. ſi fundus. ff. famil.*
23 *herciſc.* dum maritus facit illos ſuos, nec † tenetur eos reſtituere ſoluto matrimonio *cap. ſalubriter de vſur. l. diuortio. ff. ſolut. matrim. Buratt. deciſ. 160. num. 13.* Dotem autem non eſse in vſufructu
24 conſtituendam, † ſed in rei proprietate liberam ab omni onere fideicommiſsi, immo ipſo iure reijci firmant *Cyn. in leg. ſancimus col. 2. C. de nupt. Alex. conſ. 33. num. 2. lib. 4. Dec. conſ. 10. num. 3. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 15. num. 11. Fuſar. de ſubſt. quæſt. 131. nu. 90.*

Nec pariter obſtat, quod bona tranſiuerint in dotem, cum onere fideicommiſsi, quia fuit reſponſum bona legi in dotem aſsignata ſimpliciter abſque aliqua mentione fideicommiſsi propterea tanquam ſemel data liberè nunquam reuerti ad
25 fideicommiſsum cum data in † dotem penitus eximantur à fideicommiſso, & ſemper libera remaneant *Soccin. conſ. 23. num. 58. lib. 3. Fuſar. d. quæſt. 531. num. 90. Molin. de primog. lib. 2. cap. 15. num. 10. & 11. Rota in recent. deciſ. 209. numer. 1. & 3. part. 1. & 312. num. 46. part. 6. Gregor. XV. deciſ. 219. num. 6. in fin.* & fuit dictum *in Romana Cenſus prima Iuly proximi præteriti coram R. P. D. meo Bichio*, præſertim ſtantibus illis verbis in Inſtrumento primæ concordiæ factæ in limine matrimonij, ibi ad liberam ſuam diſpoſitionem, quæ repugnant fideicommiſso, ſiue reſtitutioni,
26 † cum per ea fideicommiſsum cenſeatur remiſſum, vt in ſpecie, *Soccin. conſ. 43. num. 13. lib. 4. Franc. Becc. conſ. 38. num. 3.* vbi de communi *Giouagnon. conſ. 100. num. 5. lib. 1. qui plures cumulat*, necnon ex illis verbis pro *quibuſcumque hæredibus*,
27 quorum appellatione veniunt etiam extranei *Soccin. conſ. 1. num. 105. Intrigliol. de feud. cent. 1. quæſt. 50. Giurb. de ſucceſſ. feud. prælud. 4. num. 5. Fuſar. quæſt. 593. num. 41. cum ſeqq. Peregr. de fideic. art. 52. numer. 44. in princ. & ante fin.*

Nec etiam obſtat præſeruatiua fideicommiſsi facta in ſecunda concordia quia vel debet intel-
28 ligi † præter ius reſeruatum ibidem ad fauorem dictæ Victoriæ, *iuxta conſ. Oldrad. 330. in fin.* ne in vno, eodemque Inſtrumento detur incontinen-
29 ti † contrarietas *l. vbi repugnantia, ff. de reg. iur. Menoch. conſ. 545. num. 5. 6. & 16. Surd. deciſ. 275. num. 1. Rota deciſ. 387. num. 5. par. 6. recent.* vel debet intelligi de partibus Iſiphilis, & Virginiæ, ad hoc, vt reſpectu illarum fideicommiſsum præſeruetur vltra, quod in ea legitur clauſula præſeruatiua antecedentis concordiæ, & iurium in ea contentorum, nec attenduntur huiuſmodi enunciatiuę, & partium confeſsiones ex poſt facto ſequutæ ad effectum inducendi fideicommiſ-
30 ſum, † vbi effectiuè non adeſt, ex quo an extet fideicommiſsum, nec ne, eſt articulus iuris cuius diſpoſitio alterari non poteſt ex verbis confitentium *Rota in recent. deciſ. 200. num. 12. par. 1. & 233. num 6. par 2. & 242. num. 8. verſ. demum par. 3. & 320. num. 7. part. 5. & in Florentina fideicommiſſi de Barbadoris 24. Iunij 1640. coram bon. mem. Coccino.*

Quo verò ad obſeruantiam, & exceſſiuitatem dotis deductam ex bulla Pij Quinti, & Sixti Quinti placuerunt reſponſiones datæ in deciſione hodie confirmata, nec ideo veniunt repeten.

Vltimo dictum fuit non applicari in præſenti diſpoſitionem textus in *l. mulier bona 37. ff. de dot.*
31 vbi † quod bona omnia mulieris in dotem data tranſeunt cum onere ſuo fuit enim reſponſum dictum textum loqui de ære alieno intrinſeco, & neceſſario, quod non poteſt facto mulieris auferri, non autem de fideicommiſſo, quod ſemper reijci-
32 tur, † ſi non adſunt alia bona libera pro dotatione fœminarum ex diſpoſitione *auth. res quæ, & d. l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Trebell.* in quibus deciſum extat tali caſu fideicommiſſum reijci nec aliud eſſe reſtituendum niſi quod ſupereſt ex prædictis fideicommiſſum autem quod pendet, & nōdum eſt purificatum non dicitur æs alienum, cum
33 non † adhuc debeatur per *text. in l. legata 41. ff. de condit. & demon. l. ſubſtitut. ff. de acq. rer. dom.* Præterea textum *in d. l. mulier bonæ 37.* locum ſibi fortaſſe vendicare fuit dictum quando diſponitur per viā Vniuerſitatis, & dantur in dotem generaliter om-
34 nia bona, † non autem quando deuenitur ad numerationem ſpecierum, prout in præſenti actum fuit circa hoc Caſale Aguzani, prout in capitulis matrimonialibus, ibi, *ſimilmente tutta la ſua parte del Caſale Aguzano. Corn. conſ. 260. col. 3. lib. 1. Dec. conſ. 237. num. 7. verſ. non obſtat,* præſertim dum maritus tempore contracti matrimonij non fuit cer-
35 tioratus de fideicommiſſo, † de quo tamen certiorati debuiſſet ne alioquin remaneret deceptus, *ad textum in l. qui libertatis, § ſed & ſi quis, ff de euict. Alex. conſ. 14. num. 8. & 9. lib. 5. Ciriac. controuer. 62. num. 15.* & in terminis dixit *Rota in Romana fideicommiſſi de Anguillaria 28. Ianuarij 1641. coram R. P. D. meo Bichio.*

Et ita reſolutum vtraque parte informante, &c.

☞ *Adeſt ſupra in præcedenti parte deciſ. 245.*

R. P. D. ROIAS.

postea EPISCOPO TERRACINEN.

Romana Donationis.

Lunæ 17. Decembris 1641.

ARGVMENTVM.

Donatio contemplatione ingressus facta etiam cum clausula quod suum non sortiatur effectum nisi professione secuta, dicitur vsque à principio pura, itaut nullam pœnitentiam, vel reuocationem admittat, nisi eam quæ fit ex causa non secuti ingressus, vel non emissæ professionis. Donatio omnium bonorum facta ex eadem causa Religionis intrandæ substinetur etiam, quod aliquid sibi donans non reseruauerit.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta sub conditione potestatiua reuocari potest ante conditionis aduentum, & num. 9. sed contra num. 10. ac per totum.*
2 *Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum non valet si donator nihil sibi reseruauit ad effectum testandi, & num. 10.*
3 *Successio Monaci spectat ad Monasterium salua parentum legitima.*
4 *Donatio facta per volentem ingredi Religionem etiam cum protestatione, quod non sortiatur effectum nisi secuta professione, reuocari non potest.*
à Contractu conditionali recedere non licet ex capite pœnitentiæ, num. 4.
5 *Donatio inter viuos à donatario accepta reuocari non potest si donans illam non reuocare iurauit, & n. seq.*
6 *Iuramentum facit contractum valere eo modo quo potest, & seruari debet, dummodo non sit contra bonos mores, & sine dispendio salutis æternæ seruari non possit.*
7 *Donatio si sibi cum iuramento legem imposuit ab eo recedere non valet.*
8 *Donans inter viuos omnia bona sua Religionis intuitu non potest donationem reuocare nisi in casu egressus Religionis, vel ob non secutum ingressum.*
9 *Donatio facta Religionis intuitu cum conditione, quod non aliter valet, nisi sequatur professio, potest tamquam sub conditione potestatiua ante professionem reuocari.*
Contrarium verius num. 11. & seqq. ac per totam.
11 *Donatio facta à volente ingredi Religionem etiam cum conditione, quod solum sortiatur effectum professione secuta.*
Dicitur pura à principio, vt per consequens reuocari non potest, ibidem & num. 13.
12 *Donatio facta à volente ingredi Religionem, vt reuocari possit requiritur, quod donans realiter exeat.*
14 *Donatio cum solemnitatibus facta ob causam Religionis ingressus, & cum clausula ad habendum dicitur irreuocabilis.*
15 *Nouitius pendente tempore sui nouitiatus potest à Religione eieci iuxta Conciliarem constitutionem.*
16 *Donatio omnium bonorum valet etiam si donans aliquid annuum sibi reseruauerit.*
17 *Donatio omnium bonorum facta ex causa Religionis ingressus dicitur valida etiam quod donans aliquid sibi non reseruauit ad effectum testandi.*
18 *Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum stante iuramento semper sustinetur saltem quoad præsentia.*
19 *Iuramentum appositum in donatione omnium bonorum præsentium, & futurorum facit duplicem censeri donationem.*
Donatio omnium bonorum quoties vti duplex habetur, præsentium altera, & altera futurorum, tunc si corruat vna, altera substinetur, num. 19.
20 *Donans ob ingressum Religionis si sibi aliquid annuum reseruauit, potest in illis fructibus medio tempore percipiendis sibi hæredem instituere.*
Fructus reseruati ad vitam in donatione non veniunt, num. 20. & vide vsque ad finem.

DECISIO LVI.

CVM Camillus Latinus intenderet ingredi Religionem donauit omnia sua bona præsentia, & futura Virginiæ Petitæ matri, cum solemnitatibus statutarijs, sibi reseruatis scut. 25. vita sua durante; successiuè supradictus Camillus ingressus fuit Religionem Cœlestinorum, & ante emissam professionem donationem factam ad fauorem matris reuocauit, aliamque fecit ad fauorem Monasterij: ventilata causa coram A.C. super validitate prædictarum donationum, fuit pronunciatum pro prima donatione ad fauorem matris, causa in gradu appellationis ad Rotam deuoluta, & proposito plures dubio, an sententia A.C. esset confirmanda, vel infirmanda. Tandem sub die prima Februarij præteriti fuit coram me resolutum sententiam A.C. esse infirmandam.

In extentione decisionis fuerunt examinatæ quinque inspectiones. Prima an donatio facta matri esset irrita ex quo non fuit seruata forma Concilij Tridentini sess. 25. cap. 16. de regula, & non esse irritam firmatum fuit quamuis in dicta do-
1 natione facta fuerit mentio † ingressus iuxta modernas declarationes Eminentiss. Interpretum Sac. Concil. & pro hac sententia ad sunt vltra duo quadraginta DD. & tres *Rot. decis. prout latius in d. decis. deductum fuit.*

Altera, & secunda fuit inspectio, an dicta donatio facta matri potuerit reuocari, & potuisse reuocari fuit conclusum, primo quia erat donatio sub
2 conditione merè potestatiua, † à qua potuit Camillus recedere ante emissam professionem, iuxta *Burat. cons. Menoch. 388. à num. 34. vsque ad num. 40. decis. 581. num. 13.* Secundo quia dicta prima do-
3 natio non erat valida, † vti donatio omnium bonorum iurium, & actionum præsentium, & fu-
A turorum, † cum Nihil sibi reseruauerit ad testandum *ex Iul. Clar. in §. donatio quæst. 20. num. 1. cum alijs in d. decis.*

Tertia inspectio fuit, ad dicta donatio facta matri fuerit validè reuocata, & validè fuisse reuocatam determinarunt Domini, cum præcesserit absolutio à iuramento.

Quarta verò an donatio facta Monasterio per dictum Camillum substineretur, quam non substineri resolutum fuit, cum facta fuerit per 13. dies ante duos menses emissæ professionis, & consequenter, extra tempus determinatum à Concilio. Quinta,

Quinta, & vltima inspectio continebat, an nihilominus bona de quibus agitur spectent de iure ad Monasterium, vti successorem bonorum Mona-
4 chorum,& fuit decisum affirmatiuè,salua † legitima,parentum,*iuxta text.in auth.ingressi,C.de sacrosanct.Eccles.ex Nauar.Sanch.& alijs in d.decis.cumulatis.*

Reproposita hodie causa super eisdem, informante etiam Francisca Petita Latina filia, & hærede Virginiæ,materia plenè discussa articulo bis examinato Domini hodie resoluerunt donationem factam matri non potuisse reuocari,& in hac parte, scilicet quoad secundam inspectionem recedendum à decisis.

Ex eo quia Camillus,cum iuramento non tantum propter ingressum Religionis, sed ob amo-
5 rem † erga matrem,ac ob beneficia ab ea recepta in donatione recensita, & cum clausula, *ad habendum*, ac constituti iuncta promissione de eam non reuocando illa præsente,ac acceptante dictæ Virginiæ matri omnia bona sua irreuocabiliter inter viuos donauit,ista donatione valida, stante,non fuit locus reuocationi,quamuis adfuerit protesta-
6 tio,† quod donatio non valeret, nec suum sortiretur effectum nisi sequuta professione, ex quo à contractu conditionali non licet recedere ex capite pœnitentiæ. *Bald.& Salicet.l.2.C.quando liceat ab empt.discedere, Couarr.lib.1. var.cap.14.num.6. circa med. vers. & si respondens. Sanch.de matrimon. lib.8. disput.6. num.8. Cald.var.quæst.lib.1.quæst.20. num.77.Surd.cons.268.num.50.Seraphin.decis.157. num.4.& vltim.* late firmauit *Rota decis.174.à n.7. vsque ad num.23.par.6.recent.*

Hæc in præsenti casu fuit locus reuocationi donationis cum res non esset amplius integra, ex quo agebatur de præiudicio matri donatariæ quæ
7 donationem iam acceptauerat † cum promissione iurata de non reuocando *text in l.spem C.de donat.Saruen.in reg.de non toll.iure quæsito,quæst.4.col.3. vero sed istis non obstan.Rota d.decis.174 n.14.& 15. par.6.recent.* propterea non potuit reuocari stante peculiari iuramento de non reuocando, quod facit contractum valere omni meliori modo, quo
8 potest, dummodo non sit † contra bonos mores, aut leges, & possit seruari sine dispendio salutis æternæ. *cap.contingat de iure iuran.iuncto cap.quamuis pactum de pact.in 6. Cardin.Mant.de tacit.& ambig lib.13. tit.27. num.2. Trentacinq. variar.resolut. lib.3.tit.de donat.sub num.9.vers.2.est opinio,Fontan. de pact.nupt.clauf.4.glos.21.num.68.par.1* & d.peculiare iuramentum operatur irreuocabilitatem. *Surd.cons.450.num.25 Matthiens ad ll.Castell.tit.10. lib.7.glos.1.num.22.Rot.in Anconitana Prædij 24.Ianuarij 1635.coram R.P.D.meo Merlino*, nam dona-
9 tor legem sibi imponendo † cum iuramento à dicta donatione recedere non valuit,præsertim quia donatio facta fuit præsenti. *ita Thesaur. iun. quæst. for.lib.2.quæst.53.num.3.& per tot.Gabr.cons.96.num. 20.& 23.vers.ex quibus.Put.l.1.Rimin.iun.cons.529. num.33.Rol.cons.8.num.37.lib.1.Guttier.de iuramento par.1.cap.12.sub num.5.post med.*

Vlterius donatio facta per Camillum ad fauorem matris ante ingressum Religionis,sub conditione quatenus professionem ipse emitteret erat irreuocabilis,cum per talem donationem Camil-
10 lus † remanserit ita irretitus, vt ab ea non valuerit recedere, nisi in casu egressus Religionis ante professionem, vel ob non sequutum ingressum. *Bero.in cap.in præsentia num.154. de probat.Sanch.in præcept.Decalog.lib.7.cap.1.num.18.& cap.5.num.57. Amat. decis. March.46. num.37. in fine. Grat. decis. March.42.num.7.8.& 9.discept.975.num.19.Castropal.oper.moral.par.3.tract.16 punct.15.num.12.*

Nec obstant duo obiecta in contrarium deducta, & firmata in decisione hodie reuisa in d. secunda inspectione:Primum quod donatio facta matri cum mero titulo lucratiuo, & cum clausu-
11 la, † quatenus donans professionem emittat apparet sub conditione mere protestatiua,à qua benè potuisse recedere Camillum ante emissam professionem videbatur,*ex Menoch.consil.388.num.34. 35.& 40.Buratt. decis.581.à num.13.vsque ad finem.*
12 Alterum vero,quod donatio † facta matri esset inualida vti omnium bonorum,nihil sibi reseruato ad textandum *ex Clar.in §.donatio. quæst 20.cum alijs in decis.deductis*, quæ sunt omnia fundamenta Monachorum.

Quia quoad primum placuerint Dominis responsiones datæ nimirum hanc donationem factam matri, non fuisse sub conditione mere potestatiuam, sed puram, & inter viuos irreuocabilem,
13 vti † à principio perfectam. Ideoque non potuisse reuocari per Camillum,nisi in casu non emissæ professionis *ex Sanch.super præcept. Decalog. lib.7. cap.1. num.18. & cap.5. num.57. & 58. Amat.decis. March.46. num.37. Gratian. d.decis.42. num.9.* vbi, quod adhoc, vt sit locus reuocationi factæ ob ingressum Monasterij, requiritur, quod donans
14 realiter † exeat, & in puris nostris terminis contra *Menoch.d.cons.388.* quod donatio facta à no-
15 uitio † sub conditione ingressus sit irreuocabilis conditione pendente dixerunt *Molin de contract. disput.885. num.8. Caldas.var. quæst.lib.1.quæst.20. num.77.Rimin.iun.cons.529.Rota d.decis.174.à nu.7. vsque ad num.23. & claris verbis Menoch.reprobat. Sanch in præcept.Decalog d.lib.7.cap.1.nu.18.& cap. 5.num.57.et 58.*quam *Sanch.*opinionem vti magis æquam,& minus à iure communi oberrantem salua pace tanti viri Domini amplecti voluerunt.

Ponderatum etiam fuit,quod stante interuentu duorum testium, concurrentibus solemnitatibus statutarijs solitis adhiberi in conficiendis donationibus inter viuos cum clausula, *constituti*, & clausula *ad habendum*, quæ omnia faciunt censeri
16 donationem validam inter † viuos nec inde erat reuocabilis, cum alioque prædicta tamquam nihil operantia remansissent inepta. *Rolan.cons.61. num.45. et 48. lib. 2. Surd. cons.450. num.29.Ciriac. controuer.forens.cap.314.num.15.*& benè pluribus, ac optimis rationibus comprobat *Rot.coram R.P. D.meo Merlino in d. Anconitana Prædij 24. Ianuarij*
17 1635. dictasque clausulas † operari irreuocabilitatem donationis, etiam ex causa ingressus dixit *Amat.decis.March 46.num 40.*

Nec conditio professionis emittendæ visa fuit mere potestatiua, cum non penderet à sua mera potestatem professionem emittere poterat enim Camillus non admitti à superiore ad pro-
18 fessionem faciendam, † sed immo eijci à Monasterio intra annum approbationis, vt quotidie exprimimur; & extat scriptum in Conc. Trid. sess. 25 de reformat.cap. 16.*Azor.instit. moral.lib.12. cap.3.*

cap. 3. num. 8. quæst. Lessius d. inst. & iur. lib. 2. c. 141. disput. 14. n. 106. & dixit *Rota in Bonon. transactionis 27. Febr. præteriti coram R.P. D. meo Verospio.*

Quod verò ad alterum, quod fuerit inualida
donatio facta matri, ex quo nihil sibi reseruaue-
rit ad testandum, fuit responsum vltra quod vi-
debatur aliquibus ex Dominis, quod donatio
19 valida remaneret, ob solam † reseruationem sibi
factam certæ summæ annuæ scilicet scut. 25. ex
congestis per *Guttier de iuramen. par. 1. cap. 11. n. 15.*
cessat omnis scrupulus, ex quo versamur in casu
donationis factæ contemplatiuæ ingressus Reli-
20 gionis, quo † casu benè valere donationem om-
nium bonorum præsentium, & futurum in specie
tradit *Ladecens. in cons. 473. lib. 1.* quem refert, &
sequitur *Sanch. super Decalog. lib. 3. cap. 1. num. 19.*
21 vbi rationem assignat ideo valere, † quia habet
tacitam conditionem si professio emittatur per
quam tollitur Religioso testandi facultas.

22 In omnem casum † stante dicto peculiari iura-
mento renunciatio semper sustinetur saltem
quoad præsentia *Salic. in l. fin. in fin. C. de pact. Aret. cons. 54. in fin. Ruin. cons. 51. num. 24. Tob. Non. cons. 55. num. 6. Seraph. de priuil. iuram. priu. 98. num. 24.* cum tale iuramentum appositum in donatio-
ne simul facta de bonis præsentibus, & futuris
operetur duplicem censeri factam donationem,
23 † alteram scilicet de præsentibus, alteram de fu-
turis, quarum vna si corruat, alteram bene vale-
re tenuerunt *Bauer. de virtute iuram. col. 2. num. 7. Surd. cons. 450. n. 60. vbi de communi Tob. cons. 55. num. 6. Natt. cons. 453. n. 16. Seraph. de priuil. iuram. vbi proximè Fontanell. de pact. nupt. clausul. 4. glos. 21. num. 68. par. 1.*

Vltimo ponderatum fuit hanc donationem fa-
ctam matri suum non potuisse habere effectum,
nisi post emissam possessionem, vt sunt verba do-
nationis propterea benè poterat testari Camillus
de fructibus medio tempore percipiendis, & in
24 illis hæredem inuenire, † ex quo in dispositione
prædictæ donationis, non veniunt fructus futuri
ex Ruin. cons. 51. n. 24. lib. 1. Surd. d. cons. 450. n. 53 cum seqq. Molfes. ad consuet. Neapol. par. 10. tit. de instrum. confect. quæst. 5. n. 5.

Cætera autem fundamenta decisiones hodie
reuisæ placuerunt præsertim illud, quod in dona-
tione facta per volẽtem ingredi Religionem cum
25 expressa mentione ingressus † non veniant adhi-
bendæ solemnitates Concilij Tridentini *sess. 25. cap 16. de reg.* iuxta modernas declarationes Emi-
nentissimorum Interpretum Concilij, ac Docto-
res, Rotæque decisiones prout ibi.

Et ita resolutum vtraque parte informante, &c.

R. P. D. PANZIROLO

Postea S. R. E. CARDINALI.

Portuen. Stagni.

Lunæ 17. Decembris 1641.

ARGVMENTVM.

Text. in l. si quis conductionis. C. locat. cum loquatur in terminis locationis, & conductionis, an intret in contractu emphyteutico, vel feudali & in quocumque alio contractu ipsi contractui locationis, & conductionis non dissimili, & asseritur, quæ sit verior opinio. Ex pensionis quantitate arguitur, quid veniat in locatione. Instrumentum vltimum si magis specificè disponat, illud magis est attendendum ius accrescendi, quando intret inter plures inuestitos, nec ne.

SVMMARIVM.

1 Text. in l. si quis conductionis, C. locat. *an habeat etiam locum in contractu emphyteutico, feudali, & num. 2.*

3 Text. in l si quis conductioni, C. locat. *an habeat etiam locum in quocumque contractu ipsi locationi non dissimili.*

4 *Pensionis solutio arguit, quid veniat in locatione.*

5 *Instrumentum magis specificè loquens plus est attendendum.*

6 *Instrumentum non potest allegari ad eum finem, de quo instrumentum non loquitur.*

7 *Nomen Domini, & Patroni, potest conueniri etiam Domini vtili.*

8 *Canon dicitur annuus redditus emphyteuticus.*

9 *Verba*, pro omni, & toto eo, *quid apta sint includere.*

10 *Ius accrescendi, vel ius non decrescendi, quando non intret in materia emphytheusis, & num. 11.*

12 *Verbum*, rata, *qualiter sit accipiendum.*

13 *Dictio*, æquè, *est distributiua, & diuisiua, & n. 14.*

15 Laderch. cons. 40. num. 7. & Rota decis. 186. n. 7. par. 5. recent. *in quibus terminis loquantur.*

16 *Aduerbium*, insolidum, *quid importet.*

17 *Ius piscandi est indiuiduum.*

18 *Contractus ex conuentione partium accipiunt legem.*

19 *Vsusfructus, & ipsa commoditas valde interse differunt.*

20 *Argumentum deductum ab ethimologia vocabuli, in iure valet.*

21 *Stipulationes intelligendæ sunt sano modo, iuxta subiectam materiam, & num. 23. & num. 24.*

22 *Canon aliud est, quod soluatur in recompensationem fructuum, & aliud si modicum soluatur in recognitionem directi dominij.*

26 *Inuestitura vltima est attendenda, & num. 27.*

28 *Emphyteusim recipiens de nouo sub nouis pactis videtur primæ concessioni renunciare in manibus inuestientis, & voluisse de nouo illa modo inuestiri.*

29 Text. in l. si quis conductionis, C. locat. *quod habeat locum in contractu etiam emphiteut. eo feudali, & similibus, est opinio verior.*

30 *Et contraria opinio exploditur.*

31 *Remedium* l. si quis conductionis. C. locat. *magnum commodum præbet illis quibus tale remedium compet.*

DECISIO LVII.

CVM per binas decisiones resolutum fuisset ad fauorem Eminentiss. D. Card. Burghesij Abbatis Commendatarij S. Gregorij de Vrbe intrare dispositionem *l. si quis conductionis, C. locat.* Participantes in hoc stagno insteterunt audiri etiam pro tertia vice quorum petitioni libenter Domini inclinarunt.

Ho-

Hodie igitur proposita causa non impugnarunt participantes omnia fundamenta decisionis, cum enim alias in præcedentibus disputationibus sub die 27. Aprilis 1640. allegassent dispositionē *d. l. si conductionis*, tantummodo habere locum in contractu locationis, non autem in emphiteutico,
1 † feudali, aut alio ab eo dissimili, iuxta latè deducta per *Rimin. sen. cons 94. num. 19. & pluribus seqq. lib. 1.* Attamen ex postea allegatis constitit contrariam opinionem esse communiorem, & veriorem. Quod enim dicta lex procedat in contractu emphiteutico est opinio. *Bart. in l. legata inutilia num. 2. vers. nam si quidem, ff. de adim. leg. Paris. in addit. ad Bart in d. leg. si quis conductionis litera A. post med. Bald. consil. 177. num. 4. vers. si emphiteota lib. 3. Burat. cons. 330. num. 3. & 4 lib. 3. Florian. cons. 1. num. 213. vers. addo, Carroc. de locat. par. 6. remed. 14. num. 4. & 5. Corbul. de iure emphit. in princ. num. 6. Specul. de locat. §. nunc aliqua num. 82. Pract. Papien. in forma libelli*, quo agitur ad ficti præstationem *verb. super solutione sub num. 5. vers. immo compellendus. Mant. de tacit. lib. 22. tit. 31. num. 6. cum alijs adduct. sub dicta die 10. Iunij præsentis anni.*

2 Quod autem dicta lex militet etiam † in materia feudali tenent *Iacob. de Beluisio in cap. 1. vers. prædictis modis, quæ fuit prima causa benefic. amitt. Præpos. eod. tit. § item qui Domino col. 2. circa med. vers. vel conditione, l. si quis conductionis Bald. in cap. 1. num. 2. vers. item quia prætendit causam ab eo tit. de controu. inter Domin. & emptor. feudi Scrader.* qui alios cumulat *par. 9. 2. par. princ. sect. 9. n. 25.*

Et demum quod eadem lex si quis conductionis habeat pariter locum in quolibet contractu
3 ipsi † locationi etiam dissimili dummodo habeat causam ab agente docet *Angel. in explanatione d. l. in fine, vers. quod dicitur Felin. in cap. inter dilectos num. 2. vers. & hoc habet de fid. instrum. Purpur in l. 2. num. 22. vers. locum habente, ff. si cert. petat. Dec. in cons. 28. num. 3. vers. nam illa Neuizan. cons. 7. num. 2. Marant. in specul. par. 4. distinct. 7. num. 49. vers. sed vtilis*, cuius opinionis veritas ex alijs solidissimis rationibus comprobatur in allegata decisione emanata 19. Iunij coram me.

Tota igitur vis pro parte Participantium fiebat in duobus, & primò quod concessio in emphiteusim facta de hoc stagno à præcl. mem. Cardinali Baronio de anno 1602. tanquam de re ad Ecclesiam spectante fuerit penitus erronea cum ex instrumento concordiæ inito de anno 1573. inter Abbatem Commendatarium Regularem, & Participantes appareat stagnum non ad Abbatem, sed ad eosdem Participantes pleno iure spectare, cum in eo instrumento vocentur Domini, & possessores ipsius stagni, itaut perperam acceperint in emphiteusim, quod erat ipsorum proprium.

Verùm visum est, quod hic obiecto satis abundè responsum fuerit in tribus alijs decisionibus, scilicet sub die Iunij 1637. 17. Aprilis 1640. & 10. Iunij proximè præteriti; siquidem dicebant Domini, quod instrumentum anni 1573. non apparet celebratum ad ostendendum absolutum dominium Participantium in hoc stagno, vt ipsi prætendunt, sed solum ex eo elicitur, quod cum Participantes in hoc stagno de eo tempore summoperè studerent denegare directum dominium Ecclesiæ, & ab illo se subtrahere allegarunt, quod solutio ducatorum 20. de carolenis erat correspectiua pascuis, & lignis, ac fascinis, quæ pro animalibus, & pro claudendo stagno respectiuè percipiebantur in Casali Malagrottæ, per cuius adēptionem ipsi Monasterio factam cessaret quoque ista correspectiua responsio; sed dum non obstante hac prætensione Abbas regularis, qui prædicta acriter impugnabat, non solum decursa consecutus est, sed Participantes decurrenda etiam sol-
4 uere se obligarunt, † signum est, quod solutio prædicta non erat fundata in pascuis, lignis, & fascinis, quæ amplius ab Abbate præstari non poterant, sed in alio, & sic pro recognitione directi dominij huius stagni, vt prætendebat Abbas *iux. tex. in l. censualis C. de donat. Velasch. de iur. emphit. quæst. 9. num. 18. cum alijs allegatis in præteritu*, licet hoc in ius in Ecclesiæ in dicto instrumēto non ita clarè fuerit expressum. Attamen sublata postea fuit omnis ambiguitas, dum de anno 1602. d. Cardinalis Baronius acceptando caducitatem huius stagni, ex quo ab emphiteotis cessatum fuerit per nouennium in dicta solutione annui canonis, postea benignus agendo, idem stagnum sub annuo canone scutorum quindecim iure emphiteotico eisdem iterum concessit, & Io. Baptista Catalanus vnus ex inuestitis tàm proprio, quàm aliorum Participantium nomine directum dominium agnoscendo expresè confessus fuit, hoc idem stagnum sibi ipsi, & suorum authorum filijs legitimis, & naturalibus, ac descendentibus masculis tantum, & de legitimo matrimonio procreatis durante linea masculina in perpetuum iure emphiteotico fuisse concessum; promittens vlterius omnes inuestitos ab inde citra illud ad instar rei emphiteuticæ retenturus, ac durantibus lineis prædictis non solum futuros canones, verùm etiam decursos soluturos præuia cessione nominia debitoris pro summa scutorum 135. in hanc causam tunc decursorum sub expressa lege, quod si aliquis ex dictis Participantibus hoc instrumentum ratificare recusasset, aut impugnasset, tunc remissio prædicta sic recusanti, aut impugnanti non prodesset, sed istius rata ad eumdem Cardinalem directum dominium deuolueretur, qui eam in gratiam non contrauenientium concedere posset. Et hæc eadem recognitio vti nomine omnium Participantium facta, postea ab omnibus æqualiter fuit ratificata; vnde stante hac serie facti dicebant Domini, quod instrumen-
5 tum anni 1573. potius † videbatur fauere ipsi Ecclesiæ, dum ius ipsius quatenus non ita clarè expressum fuisset postea per secundum fuit elucidatum, & magis ad speciem deductum iuxta terminos *decis. 776 sub num. 1. & 4. par. 1. diuersor.*

Præterea ponderabant Domini, quod cum Participantes in instrumento Cardinalis Baronij narrauerint, quod antea fuerit facta inuestitura sibimet ipsis, & eorum auctorum filijs, non po-
6 tuerint intelligere de hoc instrumēto † anni 1573. in quo legitur concessum in emphiteusim, & ideo non potest allegari ad eum finem, de quo instrumentum nullo modo loquitur.

Nec ex eo, quod in dicto instrumento anni 1573. Participantes appellentur Domini, & patroni

troni ipsius stagni visum est inferri posse, quod non minus dominium vtile, quàm directum ad illos spectaret, quia vti in præterita dicebatur verba prædicta non visa sunt repugnare qualitati
7 emphiteuticæ postea † recognitæ, & iuratæ de anno 1602. cum nomen Domini, & patroni cõueniat etiam domino vtili, qui habet ius inferius, vt bene explicat *Rebuff. in l. alienatum 67. vers. duplex est de verb. signif.* & multo minus post fieri fundamentum, quod in dicto instrumento anni 1573. solutio scut. 20. de caroleus non appelletur canon, sed annuus redditus pro omni, & toto eo, quod Abbatia prætendere posset in & super dicto stagno. Quia canon etiam dicitur annuus redditus emphiteuticus *Roder. de ann. redd. lib. 2. quæst.*
8 *11. n. 3.* ex quo eius solutio certa die singulis † annis redeat, prout tradit *Rebuff. in l. mulieris, §. detinere, vers. inde, & in l. frugem 77. vers. insuper, ff. de verb. signif.* sicuti nec visum est, quod verba illa *Pro omni, & toto eo* sint apta excludere pro-
9 prietatem † ac directum dominium, sed potius illud includere, vt subsequens instrumentum postea declarauit *iux. tex. in l. legatorum petitio 34. §. qui plures vbi Bald. num. 1. in fin. de leg.*

Secundò principaliter adducebatur à Participantibus, quod partes ipsius stagni sic caducatæ per mortem inuestitorum sine filijs masculis ad ipsos spectare dicantur per ius accrescendi, seu per ius non decrescendi; quia iam hoc obiectum bis fuit sublatum in alijs, cum hæc regula locum non habebat de linea vnius ex simultaneè inuesti-
10 tis ad lineã alterius, quando est quæstio, † prout in præsenti de re in emphiteusim concessa per Ecclesiam inferiorẽ titulo lucratiuo sub sola modici canonis recognitione, nisi ex verbis inuestituræ aliud eliciatur, vt loquitur *text. in cap. 2. de fratr. de nou. benef. inuest. de feud. vbi Bald. num. 1. & 2. & in l. si mihi, & Titio sub num. 2. et 3. vbi Alex. n. 14. versic. sed intellige, Ias. num. 10. vers. aut ego, & reliq. scribentes, ff. de verb. obligat. Alexand. consil. 17. num. 9. lib. 5. Hond. cons. 54. num. 16. et seqq. lib. 1. Gabr. cons. 87. num. 2. & per tot. lib. 1. Seraphin. decis. 604. num. 10. cum alijs relatis per Bellon. de iur. accrescen. lib. 1. cap. 6. quæst. 38. cas. 5. num. 161.*

Et in casu præsenti visum est nos versari in claris, etenim dum in instrumento Card. Baronij dicitur, quod si aliquis ex Participantibus in dicto stagno nollet illud ratificare, vel alias impugnaret rata illius sic recusantis deuolueretur ad Cardinalem directum dominum, qui eam in gratiam non contrauenientium concedere posset &c. non potest dici quod inter Participantes
11 habebit † locum ius accrescendi, quia alias malè fuisset conuentum, quod portio non ratificantis, aut impugnantis rediret ad directum dominium, qui eam per nouam inuestituram alteri posset concedere, vt ad propositum *Alciat. cons. 16. num. 3. lib. 1. Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 24. n. 24. prope fin. Gratian. discept. 272. num. 23.* Nomen
12 enim illud, *rata*, accipi debet pro ea parte, † quæ se opponit toto, ac solido, iuxta *glos. in l. 1. verb. pro rata*, idest virili non insolidum, *C. vnd. lib. Costa de ration. rat. præmiss. 1. nu. 1. vers. porro.*

Nec ex eo, quod in d. instrumento 1573. Participantes appellentur æquipars potest dici, quod omnes insolidum fuerint inuestiti, quia distributiua, æquè, iuncta verbo paribus, potius visa est demonstrare singulos eorum auctores fuisse inue-
13 stitos † in sensu diuiso pro sua rata portione, non autem insolidum, & sic cum iure saltem habitu, quoad totum, vt per *text. in leg. interdum in princip. ff. de hæred. instit. ibi notat Bald. sub num. 1.* quod dictio, *æquè*, est distributiua, & diuisa æqualium non obstante coniunctione, & *Castr. n. 1. & 2* dicit quod operatur, vt coniuncti non habeantur pro vno, sed pro pluribus, & quilibet censeatur per se nominatos, & idem repetit *in l. fin. num. 2. C. de impub. & alijs substit.* & idem firmat *Dec. in cons. 97. num. 14 lib. 2.* & quamuis dum vni ex Participantibus minor pars, alijs vero maior competat, posset dici, quod non sint pares, animaduersum fuit satis esse, quod æquiparentur quoad ius respectu ratæ partis vnicuique tangentis, non au-
14 tem † respectu totius, itaut sicut dictio *æquè*, significat paritatem iuris distributiui in sua parte dumtaxat, & sic realem disiunctionem importat, ita quoque debet excludere applicationem iuris accrescendi, seu non decrescẽdi, cum exigat idem ius in toto quoad habitum licet actu sit diuisum in plures.

Nec in contrarium faciunt allegati Doctores
15 pro Participantibus; etenim *Laderch. in cons. 40. num. 7. & Rota decis. 186. num. 7. par. 5. recent.* cum alijs loquuntur de concessionibus factis pluribus insolidum, veluti pro se, & quolibet eorum, qui casus visus est longè differre à præsenti, vt nihil tale legitur in concessione, sed solum habetur, quod Participantes medio iuramento, & quilibet eorum insolidum asseruit, quod aliàs sibi ipsis, & eorum authorum filijs legitimis, & naturali-
16 bus † hoc stagnum emphiteutico iure fuerat concessum, itaut aduerbium *insolidum*, non cadat super concessione, sed solum super confessione, vt fuit etiam ponderatum in præterita.

Nec refragatur, quod versemur in iure piscan-
17 di, quod est indiuiduum, itaut ex natura rei concessio dicatur facta insolidum, & intrare ius non decrescendi *Ias. post alios in d. si mihi, & Titio numer. 5. vers. pro ista ff. de verb. oblig. Aym. cons. 965. num. 3. Bellon. de iure accrescen. cap. 6. qu. 37. num. 71. vers. 3. & 72. & quæst. 38. num. 61.* quoniam vltra quod Doctores prædicti loquuntur de iure piscandi in feudum concesso, quo casu ex natura feudi infertur, quod intrat ius accrescendi, in quibus tamen terminis nos non loquimur. Re-
18 sponsum † fuit etiam in iure piscandi in feudum concesso cessare ius accrescendi, si tale ius piscandi, prout in casu nostro consistat in fructu, quia hoc pacto iura huiusmodi partes recipiunt. *Aliciat. in leg. si mihi, & Titio numer. 2. ff. de verbor. obligat. & ibi Iason. num. 9.* & in his terminis benè distinguit. *Bellon. in dict. tract. de iure accrescend. cap. 6. quæst. 37. num. 49. uers. quamobrem.* Et pro
19 hoc facit † regula, quod valde differunt inter se vsusfructus, & ipsa commoditas, quæ ex fructu percipitur, iuxta tradita per *Bald. in l. 1. num. 7. C. qui bon. ced. poss. & in cap. quæ in Ecclesiarum de constit Couarr. var. lib. 1. cap. 8. num. 7. Pacific. de saluian. inspect. 3. cap. 2. num. 296. Sanchez super Decalog. lib. 2. cap. 18. num. 16. Molin. de primogenit. lib. 1. cap. 19. num. 33.* Et proinde cum totum ius piscandi consistat in fructu, vt est notorium, & cla-

& clarè denotat ipsum verbum, Participantes,
20 † dicendum sit nos versari in re diuidua, vt ipsum vocabulum denotat argumento ducto ab ethymologia vocabuli, de quo latè Euarar. in loco ab ethymologia, *num. 1. & seqq.*

Nec obstat, quod singuli ex participantibus voluerint posse conueniri pro solutione integri canonis, quia non idcirco concessio dicitur facta insolidum, nam omisso, quod huiusmodi clausula clarè denotat contrariam intentionem, ita vt stipulatio sit intelligenda sano modo, videlicet quod quisque durantibus singulis lineis nempe
21 vtili dominio, apud singulas † lineas canonem solueret insolidum, ne dominus directus à singulis statam parte cogeretur exigere, non autem quod concessio insolidum facta censeatur, vt post *Alciat. in cons. 7. num. 11. lib. 1.* ponderat *Mant. de conuent. lib. 22. tit. 34. num. 6. & 26. ante fin. vers. porrò*, & in alijs decisionibus fuit firmatum.

Nec visum est alicuius momenti, quod si per deficientiam alicuius ex lineis inuestitis, reliquæ superstites tenentur soluere totum canonem ex hoc resultet, quod portiò deficientium accrescat soluentibus, cum non alia ratione ad solutionem integri canonis cogi possent, nisi quia sint insoli-
22 dum inuestiti, † Quia cum non agatur de canone soluendo in recompensam fructuum, sed de canone debito in modica quantitate pro sola recognitione directi dominij huius stagni, cuius singulæ partes reddunt quotannis pingue emolumentum, non est inconueniens, quod etiam non dato iure accrescendi inter inuestitos teneantur
23 singuli † ad solutionem integri canonis, etiam quod aliquæ partes ad Ecclesiam concedentem redierint. Et ita debent intelligi Doctores pro Participantibus allegati.

Neque vlla fieri potest in illis verbis inuestituræ, ibi, *Durantibus lineis masculinis prædictis in per-*
24 *petuum*, quasi fuerit † conuentum, ne stagnum ad Ecclesiam rediret priusquam singulæ linæ defecerent, iuxta opinionem, *Specul. tit. de emphit. §. nunc aliqua num. 89.* Etenim Speculator, & omnes, qui ab eo hanc doctrinam mutuati sunt, loquuntur, quando in emphiteusi pluribus concessa dictum fuit, quod post eorum mortem redire debeat ad Ecclesiam, quasi sensus sit, quod donec aliquis ipsorum sit supestes emphitheusis non redeat. Qui tamen sensus non potest aliquo pacto
25 adaptari verbis † præsentis concessionis, quæ solum sunt apta exprimere progressum concessionis, in filios descendentes durante linea masculina, cum in singulis lineis hoc benè verificari possit absque iure accresceudi de vna linea ad alteram, vt rectè declarat *Gabr. cons. 87. numer. 1. vers. deinde & numer. 3. vers. sed Hieronymus lib. 1. Cald. de iur. emphit. lib. 3. capit. 13. numer. 42. vers. cuius tamen*, quod etiam declaratur ex illa voce, singulis, quæ in totum aduersatur clausulæ insolidum.

Nec visum est releuare, quod de tempore confectionis instrumenti anni 1573. inter Participantes adesset etiam familia de Iubileis, cum tamen istorum linea defecta de anno 1590. eorum portiones non fuerunt deuolutæ ad Ecclesiam, sed remanserunt penes suuestites, quoniam quicquid fit de illo instrumento anni 1573. quod iam supra probatum fuit potius comprobare ius Ecclesiæ, adhuc inspecta noua conecssione anni 1602.
26 † quæ sola visa est attendenda, si non constat de præcedenti inuestitura, ad quam se refert in ea partes agnouerunt non Iubileis, sed sibi ipsis, ac eorũ filijs legitimis, & naturalibus, & descendentibus masculis tantum, & de eorum thoro legitimè procreatis, & procreandis durante linea masculina in perpetuum concessum fuisse, & ideò cum hæc inuestitura Cardinalis Baronij legatur facta in viriles partes non est attendendum quid fuerit enunciatum in instrumentò anni 1573. quod non sonat in concessionem, & nullum continet gra-
27 dum comprehensorum, † sed potius attendi debet quid in hac vltima inuestitura contineatur, & quibus illa concessa fuerit *Afflict. decis. 112. nu. 5.* vbi quod recipiens de nouo sub nouis pactis videtur primæ concessioni renunciare in manibus in-
28 uestientis, & voluisse de nouo hoc † modo inuestiri, *Natt. cons. 505. num. 16. Bursat. cons. 3. nu. 11. Ciriac. controu. 112. numer. 7.* prout Catalani, & cæteri Participantes non ex antiqua, sed ex hac noua concessione per publicum instrumentum declarauerunt, cuius vigore ius accrescendi ex supradictis penitus excluditur.

Reliqua, quæ denuo ad impugnandas resolutiones Rotales allegata fuerunt, visa sunt adeò fuisse in alijs prioribus decisionibus sublata, vt non sit opus hac tertia vice illius respondere.

Et ita vtraque parte informante Domini permanserunt in toties decisis.

Decisio ista emanata in hac eadem causa sub die 27. Aprilis 1640. coram eodem bon. memor. Cardinal. Panzirolo, est supra in præcedenti part. 8. recentior. decision. 222.

Secunda ista decisio emanata sub die 19. Iunij 1641. coram eodem bon. mem. Card. Pazirolo, est pariter
29 *in præcedenti part. 8. recentior, decisio 297. Et quod † remedium d. l. si quis conductionis. C. locat. quod locum habeat in contractu emphyteutico, feudali, & similibus contractibus est opinio verior, & communior, fuit benè discussum in prædicta decisione 222. part. 8. re-*
30 *cent. vbi † à num. 9. reiicitur contraria opinio, & respondetur fundamentis contrariæ opinionis. Commodum magnum enim, quis consequitur ex dispositione d. l. si quis conductionis, & tetigi in Annotat. ad decisionem 131. à num. 73. par. 8. recent.*

R. P. D. ROIAS

postea Episcopo TARRACONEN.

Romana Legati.

Veneris 24. Ianuarij 1642.

ARGVMENTVM.

Sub Legato, facto de rebus in aliqua Ciuitate, nempè Tyburis existentibus Census super bonis eiusdem Ciuitatis venire indubitatum est, quamuis bona censita non intra mœnia illius, sed in Comitatu reperiantur.

SVMMARIVM.

1 *Census dicitur existere in eo loco, in quo fundus existit, siue super quo fuit impositus.*
Census enumeratur inter bona illius loci vbi adest fundus, super quo reperitur impositus. num. 1.
2 *Census existens in aliquo loco venit sub legato facto de rebus existentibus in illo loco.*
3 *Census post Constitutionem Pij V. inhæret fundo certo, & consideratur tamquam accidens in subiecto.*
4 *Legato facto de rebus existentibus in aliqua Ciuitate, non veniunt bona existentibus sub Cumitatu illius.*
5 *Intellige si fuit expressus locus, puta Bononiæ, Perusiæ &c. absque vlla denominatione Ciuitatis, secus si fuit dictum in Ciuitate Bononiæ &c.*
6 *Legatum factum personæ coniunctæ dilectæ, & ab infantia penès testatorem educatæ latam recipit interpretationem.*
7 *Ciuitatum, & Oppidorum appellatione, vbi domus in Ciuitatibus, & Oppidis paruis venit etiam Comitatus. & vide num. 11.*
Loquendi communis vsus multum operatur, & multoties præfertur p opriæ significationi vocabuli. nu. 7.
Legatorum materiam ad interpretandam multum valet communis vsus loquendi. num. 7.
8 *Legatum factum de pluribus rebus debet saltim verificari in duobus.*
Legatum factum de pluribus rebus comprehendit etiam illas res, quas alias non comprehenderet, si remota d. comprehensione in vna tantummodo re verificari deberet. num. 8.
9 *Pia causa hæres instituta non valet impedire quin legatum factum personæ coniunctæ, & dilectæ latè debeat interpretari, maximè vbi hæreditas est opulenta, & legatum est potius tenuè, quam pingue. ibidem.*
10 *Locutio discretiua per Testatorem in vno legato facta, an aliquid operari possit in alio.*
11 *Ciuitatis, puta Florentiæ appellatione non veniunt nisi ea, quæ sunt intra mœnia illius. & vide sup. num. 7.*

DECISIO LVII.

IN Testamento quo decessit bon. mem. Ioannes Beninus Archiepiscopus Adrianopolitanus, & Cameræ Apostolicæ Clericus suum hæredem ex Asse instituit Venerab. Societatem Sancti Ioannis Decollati Nationis Florentinæ de Vrbe, & D. Ioanni Francisco Albericio eius ex fratre vterino nepoti ab infantia penès ipsum æducato, & cum eo cohabitanti legauit omnia bona, quæ ipse Testator habebat in Tibure, tam stabilia, quam mobilia per hæc formalia verba: *lascio al Sig. Gio. Francesco Alberici tutto quello, che hò in Tiuoli tanto stabili, quanto mobili*, confecto postmodum inuentario per hæredem inter quę fuerunt descripta quoad bona Tiburis stabulum, mobilia, ac census scut. 1500. in sorte impositus per Communitatem Tiburis ad fauorem Testatoris super quadam eius tenuta existente in Comitatu Tiburtino secuta deinde consignatione dicti stabuli, ac mobilium ibi existentium absque præiudicio dicti census scutorum 1500. ventilata causa coram A. C. super consignatione eiusdem census, & relaxato mandato pro illius assignatione, seu pro adimplemento legati, causaque in gradu appellationis mihi commissa, dubitaui hodie, An sententia A. C. esset confirmanda, & Domini absque nulla penitus difficultate responderunt censum, de quo agitur comprehendi in legato.

Eo quia census dicitur existere in loco vbi fun-
1 dus existit siue super quo fuit impositus, & sic venit enumerandus inter bona Tiburis dum ibi reperetur impositus iuxta veram, & receptam sententiam, quam comprobat *Tiraquell. de iur. primog. quæst. 49. num. 9. Gabr. cons. 141. numer. 15. lib. 2. Boccac. de cens. part. 2 num. 49. Guttier. de Gabell. quæst. 55. num. 1. Roderic. de ann. redd lib. 2. quæst. 9. nu. 8. in fin. vers. an autem census. Parlad. rer. quot. lib. 1. cap. 3. §. 8. num. 13. cum seqq. fol. 1. Duard. de cens. §. 1. quæst. 31. nu. 31. Sanch. cons. moral. lib. 2. cap. 4. dub. 42. numer. 6. & per tot. Thes. quæst. 5. in fin. lib. 2. Peregrin. consil. 90. ante fin. vers. in pensionibus autem lib. 5. cum aliis per Rot. in Viterbien. hæreditatis 29. Februarij 1638. coram bon. mem. Buccabella* & postea in eadem causa coram me sub die 10. Iunij 1639. inde sequitur censum venire in legato facto de rebus exi-
2 stentibus Tiburi dum † fundi illius extant in Territorio, seu Comitatu Tiburtino, vt per *Garb. cons. 141. num. 15. lib 2. Surd. dec. 204. numer. 7. Barz, dec. 109. num. 10. Gratian. discep. 585 nu. 6. cum seqq.* & ratio est in promptu, quia Census post Constitutionem Pij Quinti inhæret fundo
3 certo, & consideratur † tanquam accidens in subiecto, & dicitur inesse rei siue prædio censuato, *Feliciani de censib. lib. 1. cap. 4. num. 3. Rota decis. 143. numer. 1. & seqq. part. 5. recent. & in d. Viterbien. hæreditatis 29. Ianuarij 1638. coram Buccabella, & coram me 10. Iunij 1639.*

Nec obstat, quod appellatione Ciuitatis non comprehendatur comitatus, ac propterea sub le-
4 gato stabilium existentium Tiburi non veniat Census vt impositus super bonis existentibus sub Comitatu Tiburtino, & sic extra Ciuitatem, per *tex. in l. nam quod liquidæ 4. §. si ita legetur ff. de pen. legat. vbi Bart. Odofred. l. Pupillus §. territorium ff. de verb. signif.*

Quia fuit per DD. responsum, quod obiectum fortasse procederet, si Testator dixisset: *lascio tutto quello, che hò nella Città di Tiuoli.* Secus verò in præsenti dum dixit, *lascio tutto quello che hò in Tiuoli*, non exprimendo Ciuitatem quo casu appellatio-
5 ne Tiburis, Bononiæ, Perusię, ac similium † absque nomine Ciuitatis Comitatus comprehenditur *Bart. in l. 1. §. cum Vrbem, numer. ff. de offic. Præf. Vrb. idem Bart. in l. 2. num. 2. ante fin. & num. 3. ff. de verb. significat. Adden. ad Roman. singul. 552. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 126. num. 13. Simon. de Præt. de interpret. vlt. in vol. lib. 4. interpret. 1. dub. 8. nu. 32. fol 395. Mart. de success. part. 4. quæst. 18. num. 107. &* firmauit *Rota in Firmana fideicommissi 20. Nouembris 1620. coram bo: mem. Vbaldo.* Stantibus præsertim his tribus coniecturis, quæ hodie placuerunt.

Prima desumpta fuit ex eo, quia versamur in legato facto coniunctæ personæ dilectæ Testatori
6 & ab infantia penes eum educato † inde latè debet interpretari *Crauett. cons. 297. num. 1. Natt. consil. 226. per tot. Corn. cons. 19. nu. 2. Menoch. cons. 140. num. 12. & præsumpt. 126. num. 7. lib. 4. & de arbitr. Iudic. lib. 1. quæst. 99. num. 15. Gratian. decis. March. 96 num. 1.*

num.1.cum seq. & dixit *Rota in dicta Firmana fideicommissi coram bo:mem.Vbaldo.*

Secunda quia iuxta communem vsum loquendi in paruis Ciuitatibus, & Oppidis appellatione
7 harum Ciuitatum venit etiam Comitatus, † qui vsus loquendi multum operatur immò multoties præfertur propriè significationi vocabuli,& in interpretandis legatis attenditur *l.librorum, §.quod tamen Cassius de leg.3. Bart. cons.159. num.1.par.1. Cephal.cons.599.num.15. Gratian.d.decis.96.nu.16. cum seq.* præsertim cum versemur in testamento vernacula lingua confecto.

Tertia coniectura deprompta fuit ex eo,quia legatum fuit factum per verba generalia,& in numero plurali,ibi, *tanto stabili,quanto mobili.* Vnde debet saltem legatum verificari in duobus stabi-
8 libus,& † si in legato non comprehenderetur censsus adesset vnum tantummodò corpus bonorum stabilium,& quidem exigui valoris,nempe stabulum,quapropter debet intelligi legatum de bonis existen. in Comitatu ad hoc vt numerus pluralis verificetur.*Crauet.cons.297. num.4.Surd.decis.204. num.14. & 210. num.9. Caputaquen. decis.154. numer.6.par.3.*

Minus obstat, quod sit hæres pia causa, quia cum eadem pia causa tot milliaria scutorum fuerit consequuta in hac opulenta hæreditate, non
9 illa † est apta extinguere amorem erga nepotem in tam tenui legato. *Montesperell.cons.105.num.7. Rander.resol.1.num.39. Vincen.de Franch.decis.597.*

Vltimo non releuat,quod Testator Iurisconsultus perspicacissimus in alio legato facto Eq. Alexandro dixerit: *lascio tutti li miei beni, che hò,e mi*
10 *spettano nella Città,e Territorio di Fiorenza,* † vndè si voluisset legare D.Alberico Censum vtique expressisset,prout in dicto legato expressit,cui obiecto benè respondetur à *Crauett. d. cons.297.num.6. & 7.à vers.non obstat secundum vsque ad finem*, vbi octo adducuntur responsiones; quæ benè applicantur in præsenti, replicatum etiam fuit huiusmodi expressionem factam fuisse in hoc secundo legato ad tollendam dubietatem,quæ poterat oriri dum Testator vsus fuerat etiam verbo Ciuitatis Florentiæ cuius appellatione dum exprimitur
11 nomen † Ciuitatis non solent venire nisi ea, quæ sunt intra mœnia illius vnde necessarium erat addere Territorium Ciuitatis Florentiæ ad hoc vt illud comprehenderetur *Bart.in l.2.num.3.de verb. signific.Hieron.de Mont.de finib. regund.cap.6.nu.62. Carpan.ad Stat.Mediolan. cap.130. num.10.lib.7.cum alijs per Simon.de Præt.de interpret.vltim.vol.lib.4.interpret.1.dub.8.num.23.Menoch.cons.140.num.26.*

Et ita resolurum vtraque parte informante,&c.

R. P. D. CARILLO

Postea Præside VALLISOLETANO.

Rossanen Decimarum.

Veneris 24. Ianuarij 1642.

ARGVMENTVM.

Bona Ecclesiæ vbi ex priuilegio probantur exempta à solutione decimarum, talis exemptio suffragatur etiam colonis,& affictuarijs eorundem bonorum. Præscriptio aduersus Ecclesiam huiusmodi in exactione decimarum quanti temporis esse debeat.

SVMMARIVM.

1 *Exemptionis priuilegium à solutione decimarum vbi est reale eximit nedum bona, verum etiam colonos, & conductores.*

2 *Priuilegium præsumitur vsu receptum eo ipso, quo fuit publicatum.*

3 *Immemorabilis excluditur eo ipso, quod constat de initio.*

4 *Solutio decimarum facta per colonos, & affictuarios non præiudicat habenti exemptionem ab illis.*

5 *Decimas ne soluant locatores, & affictuarij bonorum exemptorum,interest illorum domino.*

6 *Præscriptio quadragenaria requiritur aduersus priuilegium concessum.*

Præscriptio aduersus Ecclesiam prætendentem exemptionem à solutione decimarum quanti temporis esse debeat, num.6.& 7.

8 *Tempus motæ litis subduci debet in testibus super quadragenaria deponentibus.*

9 *Remissoria denegatur vbi testes qui examinari prætenduntur deberent esse antiquissimæ ætatis, puta octuaginta octo,vel plurium annorum.*

10 *Desertio litis à taciturnitate causata imputari non debet ei,qui litem non mouit.*

11 *Desertionis ad effectum non sola taciturnitas requiritur,verum etiam,quod constet de non iure partis.*

DECISIO LIX.

Postquam resolutum fuit constare de exemptione ad fauorem D.Abbatis S. Mariæ de Patiro vigore priuilegij Papæ Innocentij III. idemque priuilegium esse reale, & continere etiam exemptionem à solutione Decimarum, Reuerendissimus D.Archiepiscopus Rossanen.institit pro Remissoria, qua probare intendebat se esse in quasi possessione exigendi decimam casei,& recottæ,ac vigesimam agnorum,& hædorum nascentium ex ouibus, & capris spectantibus tam ad Diœcesanos, quàm non Diœcesanos pascentibus intra limites suæ Diœcesis, nec non decimam, & vigesimam omnium ouium,& caprarum pascentium, intra fines dictæ Diœcesis, etiam in bonis Abbatiæ dictæ S.Mariæ de Patiro,prout in eadem quasi possessione decimandi, & vigesimandi articulabatur fuisse ab immemorabili tempore Archiepiscopos Antecessores, quare super hoc dato particulari dubio,hodie Domini Remissoriam non esse dandam responderunt ex duplici fundamento.

Primo quia posito,quod dictum priuilegium sit reale,vt iam fuit decisum in præcedentibus decisionibus, quæ de more supponuntur in hac disputatione, sequitur dicendum, quod ipsa bona sint exempta, adeout sicut Abbas de eis non te-
1 netur soluere decimas, † ita neque Coloni,neque Arrendatarij, siue alij Conductores herbarum pro animalibus ibi pascentibus soluere decimas D.Archiepiscopo teneantur *iuxt.glos.in Clemen.1. verb.ex colendas,vers.sed nunquid, & ibi Imol.num.14.Vital.*

14. *Vital.num.31.de decim. Abb. in cap ex parte nu.4. eod. tit. Ciriac. controuer.141. num.24. Menoch.consil.286. num.8. Rota decis.4. de priuil.in antiq.& decis.23.num.6.par.2.diuers.* Et consequenter articulata immemorabilis exigendi decimas casei, & recottæ ab animalibus exterorum depascentibus in Territorio Abbatiali posito intra Diœcesim Rossaneñ detegitur irreleuans, cum ex ipso priuilegio contraria obseruantia probetur de tempo-
2 re eiusdem priuilegij concessionis, † quippe quod præsumitur vsu receptum eo ipso, quod fuit publicatum *Rota decis.197.num.3.par.1.recent.* & fuisse obseruatum apparet ex deductis in tribus præcedentibus decisionibus, & sic dum allegata consuetudo decimandi non potuit introduci nisi post dictum priuilegium, hinc resultat initium, quod
3 † immemorabilem excludit *Couarr. in reg. possess. par.2.§.3.ante num.8.Molin.de primogen.lib.2.cap.6. num.64.Osasch.decis.101. num.31.* & fuit dictum *in Maioricen. Indultorum 11. Aprilis 1639.coram Reuerendissimo D.meo Merlino Decano.*

Præterea in præiudicium d. Abbatis non releuaret consuetudo, quod Arrendatarij, vel Affictuarij siue alij exteri animalia conducentes ad pasculandum in Territorio Abbatiæ soluerint deci-
4 mam D. Archiepiscopo, † quia non potuerunt præiudicare eidem Abbatiæ, de cuius interesse agitur *ad l.fin.C.de acquir.possess. Gratian.discept.forens.cap.519.num.74.Gigas de pens.quæst.148.num.4. Rota decis.382.sub num.3.vers.non obstat quod,par.4. diuers.* Ipsius enim Abbatialis Ecclesiæ interest hanc decimam Archiepiscopo non solui, quia
5 eo facilius, & vtilius † poterunt territoria, & pascua locari, ex adnotatis per *Maeer. var. resolut. lib.1.resol.3.num.32. & 33. & per Ciar.contr.forens. cap.22.num.8.*

Secundo quia materia articulata redditur improbabilis. Nam esto quod aliqua præscriptio aduersus dictum priuilegium potuisset induci, ea ta-
6 men deberet esse quadragenaria, † cum versemur in priuilegio concesso Ecclesiæ, *iuxta text.in cap. accedentibus,& ibi gloss.& Doct.de priuil.gloss.in cap. accessissent, verb.* melius videtur cum ibi notatis per scribentes de constitut. *Gail.lib.2.obseru.cap.60 num.12.vers.secundo casu.Gabr.cons.162.num.8.Rot. decis.704.num.8. & 11. coram Buratto inter eius im-*
7 *press.* quidquid sit circumscripto priuilegio, † in quibus terminis loquuntur allegati per *Monet. de decim.cap.5.quæst.4.num.102.* in contrarium adducti. Cum autem ad probandam quadragenariam requirerentur testes 128. annorum, subducendo
8 tempus motæ † litis de anno 1569. vltra annos pubertatis testium, vt fieri debet *cap.licet de testib. Seraphin.decis.76. num.2. & decis.1460. pariter sub num.2.Buratt.decis.178.num.8. & ibi Add. num.19.* Inuerisimile, ac impossibile est, quod secundum naturam testes huiusce modi ætatis temporibus istis reperiri possint, vt fuit dictum *in Hispalen. Decimarum de Ayamonte 27.Iunij 1639. coram bon.*
9 *mem.Pirouano,* † ob quam inuerisimilitudinem, seu impossibilitatem Rota alias denegauit remissoriam etiam in casu, quo testes debebant esse ætatis annorum 88. *vt in decis.266.num. 17.par. 6.recent.& de testibus 100.annor.extat decis.235.numer.12. in fine cum seqq. par.5. recent.* Adeo quod etiam si sufficeret consuetudo decennalis, adhuc testes deberent esse ætatis annorum 93. & consequenter inuerisimilis, ac impossibilis redderetur eius probatio ex mox allegatis.

Nec obstat quod lis per taciturnitatem fuerit deserta, quia vltra quod pro parte Abbatis talis taciturnitas negatur, nec illa ei debet imputari,
10 sed † potius Archiepiscopo, qui litem mouit, vt in commissione per eum præsentata 14. Maij 1569. coram bon. mem. Verallo *Summ.num.3.* & postea eam non prosequutus fuit *Achil.decis.7.num.3.vers. sic.item quia ipse litem non mouerat,vt lit.pend.* cessat omnis hæsitatio ex eo, quod ex decisionibus præcedentibus in causa factis constat de bono iure d. Abbatis, & sic deficit alterum requisitum,
11 quod † vna cum longa taciturnitate concurrere debet ad effectum desertionis, vt benè explicat *Acchill in d.decis.7.num.7.cum seqq.vt lit.pend.* & facit *Crescen.decis.19.de prob.* & fuit dictum in *Tullen.Parochialis 26.Ianuarij 1615.coram bo:mem.Cardin.Fabritio Verospio.*

Et ita decisum vtraque parte audita, &c.

R. P. D. CARILLO

Postea Præside VALLISOLETANO

Calaguritana Beneficij de Cornago.

Veneris 24. Ianuarij 1642.

ARGVMENTVM.

Attentata cum dicantur quæcumque gesta fuerunt, vel post appellationem interpositam, vel pendente tempore ad appellandum, ea omnia reuocari debent saltim per viam nullitatis in his quæ appellationis tempore fuerunt commissa, & hoc procedit etiam, quod agatur de collatione beneficij, modo tamen iudicialiter fuit actum, in nihilo releuante Constitutione Synodali contrarium forsan disponente.

SVMMARIVM.

1 *Possessio capta pendente termino ad appellandum, omniaque acta postea subsequuta reuocari debent saltim per viam nullitatis.*
2 *Amplia si post appellationem interpositam, quo casu à vitio attentatorum excusari non possunt.*
3 *Appellatio suspensiua non datur à reprobatione Examinatorum.*
4 *Intellige quoties agitur de beneficijs parrochialibus, secus vbi de simplicibus tantum.*
5 *Constitutio Synodalis prohibens in beneficialibus appellationem, requirit, vel confirmationem Pontificis, vel obseruantiam longi temporis, & vide num. 8.*
6 *Constitutio Synodalis prohibens appellationem in beneficialibus quibus in casibus sibi locum vendicet; & num. 8.*
7 *Beneficiorum in collatione vbi iudicialiter proceditur semper conceditur appellatio, non attenta Constitutione Synodali contrarium disponente.*
Attentata dicuntur gesta intra tempus ad appellandum, vel post appellationem interpositam vbi in beneficiorum collatione iudicialiter fuit actum, num.7.

9 *Inst.*

9 *In initio decreti à Iudice ordinata habet vim citationis.*
10 *Beneficiorum in collatione, quando dicatur fuisse iudicialiter processum, & sup. num. 9.*
11 *Appellatio conceditur à collatione, seu institutione facta in contradictorio iudicio.*
12 *Examinatus, & approbatus in Vrbe ad curam animarum, si in partibus fuit reiectus, eo ipso dicitur constare de grauamine ipsi examinato in partibus illato, & num. 13.*
14 *Appellatio si fuit admissa cum clausula, sine praeiudicio, & appellans denuo non appellauit sibi praeiudicat.*
15 *Causa per signaturam simpliciter commissa omnia gesta tàm antea, quàm post appellationem dicuntur attentata.*

DECISIO LX.

CVm vacasset integrum simplex beneficium de quo agitur, in Ecclesia Sancti Petri de Cornago, Ordinarius iuxta formam Motus proprij fel. record. Clementis VIII. apposuit edicta in quorum termino plures filij patrimoniales concurrerunt, inter quos præuio processu fabricato super probatione patrimonialitatis fuerunt declarati pro legitimis oppositoribus Franciscus Lopez, Antonius Vicente, & Franciscus Ximenes, sed quia Examinatores Synodales approbarunt sufficientes ad curam animarum dictos Antonium Vicente, & Franciscum Ximenez dumtaxat, cuius approbationis vigore idem Ordinarius eos declarauit habiles ad curam animarum, decernendo insuper ad illorum fauorem mandatum de præsentando directum Capitulo dictæ Ecclesiæ, ad quod spectat præsentatio, dictus Lopez appellauit à mala relatione dictorum Examinatorum, & decreto Ordinarij, causamque appellationis in Rota committi obtinuit, qua tamen appellatione non obstante prædicti Antonius, & Franciscus Ximenez obtinuerunt à Capitulo præsentationem, & ab Ordinario diuisionem huius beneficij in duas partes, ac institutionem respectiuè, possessione quoque subsecuta, quare dubitaui, an constet de attentatis, quæ veniat reuocanda, & affirmatiuè fuit responsum.

Siquidem apparet mandatum Ordinarij de præsentando fuisse expeditum sub die 15. Maij 1640. præsentationem à Capitulo factam sub die 18. ac institutionem sub die 20. eiusdem mensis cum adeptione possessionis postea subsecuta, &
1 sic omnia emanasse non solum pendente termino ad appellandum, quod sufficeret ad hoc, vt venirent reuocanda, saltem per viam nullitatis ex notatis per *Franch. in cap. ad audientiam in fin. de appellac. Lap. allegat. 1. num. 11. vers. dubitatur tertio, Cas. de Grass. decis. 2. num. 5. de appellat.* sed etiam post appellationem interpositam *per d. Lopez* sub
2 die 16. eiusdem mensis, quo † casu à vitio attentatorum excusari non possunt, & ideo meritò debent in primis reuocari, *iuxta gloss. in cap. non solum de appellat. lib. 6. Lancellott. de attent. appell. penden. cap. 12. limit. 49. per tot. Rota decis. 488. num. 3. par. 3. & decis. 613. par. 4. recent.*

Non obstat, quod à reprobatione Examinato-
3 rum non detur appellatio suspensiua, † vt disponitur *à Sac. Conc. Trident. in cap. 18. sess. 24. de reformat.* & in Diœcesi Calaguritana adsit Constitutio Synodalis, qua cauetur, quod Clerico à maiori parte præsentantium præsentato statim fiat collatio, ac tradatur possessio, vnde inferebatur posse ad executioné procedi non obstante appellatione, ad quod comprobandū allegabatur *decisio facta coram me in Calaguritana Beneficij 5. Martij 1638.*

Quia dispositio *Sac. Concilij in d. cap. 18.* habet
4 locum in Parochialibus, † non autem in simplicibus, vt loquendo de his beneficijs patrimonialibus Calaguritanis, declarauit *Rota in decis. 10. per tot. par. 2. diu.* & sequitur *Gonz. super reg. 8. in ad notat. contra nullitat. num. 135. & 209. Garz. de benefic. par. 9. cap. 2. num. 244. Castropal. de benefic. eccles. par. 2. tract. 13. disput. 3. punct. 2. num. 7. Add. ad Gregor. XV. in decis. 515. num. 4.* Consti-
5 tutio verò Synodalis, quatenus † adsit cum omnibus requisitis, de quibus *Gonzal. vbi supra numer. 214.* idest quod fuerit canfirmata à Papa, aut
6 longo tempore obseruata haberet locum † quando in prouisionibus huiusmodi beneficiorum proceditur extraiudicialiter, *vt in Calaguritana S. Ioannis de Molinar 3. Iulij 1634. coram bon. mem. Coccino,* secus autem quando prout hic iudicialiter fuit processum, tunc enim semper debet admitti ap-
7 pellatio, † alias gesta tam intra tempus ad appellandum, quàm post appellationem attentata dicuntur, vt tenuit *Rota specialiter in istis causis Calaguritanis coram Gregorio XV. in d. decis. 515. num. 1. & 2. & in decis. 527. pariter sub num. 1. & per tot. Gonzal. vbi supra num. 28. & 186. & 216.* & fuit dictum *Calaguritana beneficij de Domosquia 27. Ianuarij 1627. coram R. P. D. meo Dunozetto, & in alia Calaguritana beneficij de Cornago 19. Decembris 1638. & 14. Ianuarij 1639. coram R. P. D. meo Chisilerio,* & nuperrimè in *Calaguritana beneficij de la Braza 27. Maij 1641. coram D. meo Peutingero.*

Nec contrarium firmatur *in d. Calagurit. coram me sub die 5. Martij 1638.* sed solum quia in eadē causa per prius resolutum fuerat prout hic constare de attentatis disputabatur an prouiso ab Ordinario fuisset ius quæsitum ad effectum, vt illud intelligeretur reseruatum in posteriori prouisione Apostolica alteri facta cum solita clausula, *dummodo non sit alteri ius quæsitum,* & ex quo anterior prouisus, cuius collatio cum inde secutis erat declarata attentata, pro non obstantia attentatorum inter alia allegabat dictam Constitutionem Synodalem, & consuetudinem Ecclesiæ, Rota dixit, quod quicquid esset an ex dicta Constitutione, seu consuetudine tolleretur
8 appellatio suspensiua, † de qua re *Gonzal. in locis supracitatis,* & præcipuè *sub num. 214. & 215.* certum erat, quod ius eiusdem anterioris prouisi legitimè acquisitum mediante approbatione Examinatorum, & declaratione Ordinarij pro idoneo non fuerat amissum ob attentata postea subsecuta ex ibidem allegatis, & ideo bene dicta decisio fuit allegata ad probandam canonizationem dictæ consuetudinis pro exclusione appellationis in istis terminis, sed potius retorquetur dum in eadem causa appellatio fuit admissa, & omnia gesta intra tempus ad appellandum, & post appellationem fuerunt declarata attentata,

vt in

vt in decisione antecedenter emanata sub die
28. Aprilis 1636. pariter coram me.

Quod autem in præsenti fuerit actum iudicialiter probatur ex datis in Summario dicti Lopez *sub num.* 8. vbi apparet post edicta affixa datos fuisse articulos ab vnoquoque oppositore coram Ordinario, & factis necessarijs citationibus, & decretis fuisse examinatos testes etiam vigore litterarum remissorialium ad effectum probandi requisita patrimonialitatis, productisque hinc inde iuribus, & per Ordinarium admissis in processu causæ varia emanassent decreta pro-
9 uisionalia cum eorum intimationibus quæ † vim
citationis habent *Seraph. decis.* 583. *num.* 3. *&*
decis. 1057. *num.* 4. vnde prædictis omnibus pon-
10 deratis non potest negari, † quin iudicialiter
fuerit actum, vt in simili dixit *Rota in decis.* 351.
par. 1. *recent. & coram Gregorio XV. in dicta decis.* 515. *numer.* 1. & in terminis huius Ecclesiæ de Cornago sub dd. diebus 19. *Decembris* 1638. *&* 14. *Ianuarij* 1639. *coram R. P. D. meo Ghisilerio,* vbi aliæ concordantes referuntur.
11 Et regulare est quod à collatione, † seu insti-
tutione facta in contradictorio iudicio detur appellatio cum habeat vim diffinitiuæ, *Franch. in cap. auaritiæ num.* 5. *de elect. in* 6. *Gemin. ibidem nu.* 7. *glos. in cap. fin. vers. inanes eod. tit. pariter in* 6. *Garz. de benefic. par.* 4. *num.* 16. *& seqq. & præsertim num.* 26. *cum alijs cumulatis in Mediolanen. Beneficij* 17. *Decembris* 1640. *coram D. meo Bichio.*

Idque eo magis venit dicendum attento notorio grauamine dicto Lopez ab Examinatoribus illato dum ille non fuit ab eis declaratus habilis sicut alij ad curam animarum prout requiritur ad effectum obtinendi similia beneficia iuxta dictum Motum proprium Clementis VIII. & tamen ex examine in Curia facto de ordine Rotæ coram Examinatoribus Eminentissimi D. Vicarij constat fuisse approbatum, etiam ad curam anima-
12 rum, † inde enim benè iustificatur grauamen
Examinatorum de partibus, *Rota decis.* 8. *de probat. in nou. & decis.* 18. *num.* 4. *de concess. præbend. pariter in nou.* & excluditur quod fuerit processum per viam gratificationis, quæ haberet forsan locum si ipse quoque Lopez fuisset ab Examinatoribus approbatus cum alijs ad curam animarum, sed cum fuerit reprobatus ritè egit dum appellauit à mala relatione Examinatorum, pro quorum
13 grauamine iustificando † meritò fuit deuentum
ad nouum examen, vt in indiuiduo fuit seruatum in *decis.* 538. *coram Gregorio XV.* & in dictis alijs decisionibus Calaguritanis supra relatis.

Demum non aduersatur quod appellatio dicti Lopez fuerit admissa ab Ordinario sine præiudicio ordinatorum, & executioni demandatorum,
14 & † ab hac admissione si conditionali idem Lo-
pex non appellauerit, vt debuit iuxta doctrinam *Innocent. in cap. pastoralis numer.* 5. *in fin. de offic. delegat. ibique Card. in §. præterea col.* 6. *in princ.* & sequitur *Capic. dec.* 34. *n.* 5. *&* 6. *adden ad Vestr. in prax. lib.* 7. *cap. vlt. n.* 23. vnde dicebatur fuisse renunciatum appellationi quoad effectũ suspẽsiuum & consequenter non posse dari de attentatis.

Quoniam vltra, quod in dicta admissione sic conditionaliter facta fuerunt præseruata solum ordinata, & executioni demandata, ideoque non possunt excusari à vitio attentatorum ea, quæ successiuè gesta fuerunt, sufficit, quod postmodum Signatura Sanctissimi commiserit causam appellationis simpliciter, ad hoc vt omnia
15 gesta tàm antea, quàm post appellationem at-
tentata dicantur *glos. in l. appellatione in verb. de liberatione*, & ibi, *Bald. C. de appellat. Card. in Clement.* 1. *quæst.* 8. *propr. fin. de re iudic. Lancellott. de attent. par.* 2. *cap.* 12. *limit.* 6. *num.* 27. *cum seqq.* quod possim Rota seruat, *vt in decis.* 96. *num.* 4. *& decis.* 240. *n.* 3. *corã Durano inter eius impress.* & alibi sæpè.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. ROIAS.

Postea Episcopo TARRACONEN.

Comeñ Beneficij.

Lunæ 27. *Ianuarij* 1642.

ARGVMENTVM.

Donatio à principio perfecta, cum non possit deinde per codicillos mutari, attendi debet, quamuis verba codicilli se aliter habere videantur, cum isto casu debeant illa si non possunt intelligi in proprio significatu, interpretari eo modo quo possunt, vt donationi congruam habeant relationem.

SVMMARIVM.

1 *Relatum est in referente cum omnibus suis qualitatibus.*
2 *Donatio à principio perfecta non potest deinde per Codicillos mutari.*
3 *Præsentatio facta contra formam à fundatore præscriptam est nulla.*
4 *Verba, quæ in proprio significatu verificari non possunt, large interpretari debent.*
5 *Vocatio facta de cognatis per verbum, agnati, intelligitur de agnatis vti prouenientibus ex latere mulierum, & ex diuersa familia.*
6 *Voluntar testatoris exemplis declaratur.*
7 *Extensio fieri debet ad familias testatoris, quæ sint eiusdem speciei quas ipse specificauit.*
8 *Verba vniuersalia* tutto quello, *nihil prorsus excludunt.*

DECISIO LXI.

STeterunt hodie Domini in decisis sub die 1. Iulij præteriti coram me, * in qua resolutum fuit sententiam R. P. D. Cincij latam pro adiudicatione Beneficij controuersi ad fauorem DD. de Peregrinis esse vti validam, & iustam confirmandam, moti ex eisdem fundamentis in decisione deductis, in qua respondetur omnibus motiuis in contrarium allegatis, quæ inconcussa visa fuerunt remanere.

Nec obstant Codicilli per fundatorem ordinati post donationem ex quibus Fabricerij elicere intendunt donationem fuisse restrictam ad solam vocationem agnator., & ideò Peregrinus tanquam cognatos fundatoris non esse vocatos, fuit enim responsum ex verbis Codicillorum sufficienter

cienter apparere Gabrielem de Curte fundatorem noluisse mutare donationem antea factam, in qua extant vocari tam agnati, quàm cognati immo potius illam voluisse confirmare, dum ad eam se retulit in omnibus, & per omnia; relatum enim dicitur esse in referente † cum omnibus suis qualitatibus, *l. asse toto, ff. de hæred. instit. Greg. XV. decis. 522. num. 9. & 10. Caual. decis. 94. num. 7. & par. 1. recent. decis. 187. num. 7.* præsertim
1
2 cum dicta donatio esset à principio perfecta † nec potuit postea per Codicillos mutari iuxta textum *in l. perfecta, C. de reuoc. donat. Buratt. decis. 640. num. 13.* Cum immo solum Gabriel in Codicillis voluerit declarare quatenus Notarius non bene se explicasset in donatione, indeque bene procedere deducta in decisione hodie confirmata *in §. nec obstat.*

Et quamuis non esset attendenda donatio, sed tantummodo Codicilli semper, adhuc dicebant Domini constare de bono Iure illorum de Peregrinis, ex quo etiam in ipsis Codicillis vocantur Cognati, & Peregini probarunt se esse Cognatos fundatoris in tertio gradu, Lucinus autem non probauit se in aliquo gradu coniunctum cum fundatore, propterea nullam fuisse præsentationem in illius personam † secutam, vti contra formam ab eo præscriptam vt præter in dicta decisione deductos tradunt *Card. cons. 48. Lotter. de re benef. lib. 2. quæst. 51. num. 39. cum alijs per Viuian. de Iurepatr. par. 1. lib. 2. cap. 8. num. 4. Buratt. decis. 55. & 709.* Licet enim in Codicillis dicatur, quod admitterentur Agnati, attamen verbum istud Agnati in præsenti casu non esse intelligendum in summo rigore, cum verba, quæ non possunt verificari in proprio significatu, † veniant largè interpretanda, & improprianda, ad hoc, vt mens, & dispositio fundatoris seruetur *Card. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 3. tit. 5. num. 5. Fusar. de substit. quæst. 320. num. 37.* comprehendebat Cognatos dum Gabriel testator tamquam Agnatos vocauit Ciceros, Luragos, Odescalcos, & alios,
5 omnes indubitanter Cognatos, † vti prouenientes ex latere mulierum, & ex diuersa familia iuxta text. *in l. sunt autem, ff de legit. tut. §. sunt autem instit. de legit. Agnat. success.* ex quibus exemplis vo-
6 luntatem fundatoris remanere † declaratam tradunt adducta per *Oldrad. cons. 244. sub num. 14.* cum veniat facienda extentio ad familias existentes
7 in gradu Cognationis, † & sic eiusdem speciei explicatæ *cap. fin. in princip. de pact. in 6. vbi glos. Grat. de dictionib. dict. 10.*

In omnem casum dum in Codicillis expresse mandatur exequi id totum, quod in donatione actum fuit, donatio ex hoc remanet confirmata, in qua verbis rotundis mandabatur præsentari, Cognatos per illa verba *Tutto quello, che fù fatto*
8 *nella donatione* † quæ nihil excludunt, *l. Iulianus, ff. de legat. 3. l. à Procuratore, C. mandat. Dec. cons. 30. col. 3. Honded. cons. 76. num. 33.*

Cætera autem deducta contra decisionem visa fuerunt Dominis non egere alteriori discussione. Et ita resolutum vtraque parte informante.

Supra in hac eadem parte adest alia in hac causa facta decisio sub die 1. Iulij 1641. coram eodem Reuerendiss. Tarraconen. et est decisio.

REVERENDISS. P. D. CERRO.

SACRÆ ROTÆ DECANO.

Romana Fideicommissi.

Lunæ 27. Ianuarij 1641.

ARGVMENTVM.

Sententia à fideicommissarijs obtenta ex remedio l. fin. C. de edicto diui Adriani tollendo debet executioni demandari quoties fuit in iudicatum transacta etiam contra tertios possessores, & successores extraneos, contra quos tale remedium competere explorata res est.

SVMMARIVM.

1 *Causa dicitur deserta si post appellationem per biennium, vt vltra prosecuta non fuit.*
2 *Sententia in iudicatum transacta debet exequtioni demandari.*
3 *Confessio nocet, et confitenti, illius hæredi, et habenti causam ab illo.*
4 *Sine filijs vnumquemque decedere præsumitur dummodo illum filios aliquando habuisse non constet.*
5 *Inuentarium hæredis probat qualia fuerint testatoris bona.*
6 *Inuentarium afficit etiam hæredes conficientes, et habentes causam ab illo.*
7 *Fideicommissarijs competit immissio ex remedio, l. fin. dùm de eorum vocationem constet ex publico instrumento non abolito, aut cancellato.*
8 *Immissio vigore, l. fin. qua datur fideicommissarijs in bonis testatoris competit etiam contra tertios possessores, et successores extraneos.*
9 *Trebellianica non detrahitur ex fideicommisso facto fauore piæ causæ.*

DECISIO LXII.

DEcessit Cæsar Iuuenalis instituto hærede Mario Iuuenali eius ex Alexandro fratre. Nepote, cui sine filiis masculis quandocumque obeunti substituit Alexandrum Patrem, & casu quo dictus Alexander sine filiis masculis pariter moriatur, vocauit ad suam hereditatem Archiconfraternitatem Sanctorum Apostolorum Sanctissimæ Trinitatis, Sanctæ Mariæ Consolationis, Monasterium Pauperum Puellarum dispersarum, & S. Catherinæ de Funariis.

Sequuto obitu Marii, & Alexandri sine filiis masculis cum peruenisset hæreditas Cæsaris ad Isabellam Menichellam hæredem Sulpitiæ filiæ dicti Alexandri, loca Pia prætendendo fuisse apertum fideicommissum ad sui fauorem Iudicium contra dictam Isabellam instituerunt, & cum vsque ab anno 1621. sententiam fauorabilem obtinuerint, Proposui dubium, An constet de re iudicata, quę veniat exequenda, & Domini locis Piis tantum informantibus affirmatiuè responderunt.

Etenim licet à sententia lata de anno 1621. pro parte D. Menichellæ fuerit appellatum tamen quia post interpositam appellationem nihil fuit
1 actum in causa, non solum per biennium, † sed nec per 20. annos, causa spatio tanti temporis reman-

remansit deserta, & transitum fecit in iudicatum
iuxta *text. in Aut. et qui, C. de tempor. et repar. appell.*
cap. cum sit Romana de appellat. Clem sicut eod. tit. Et
2 propterea † venit exequenda, *l 1 C. de execut. rei iu-*
dic. Rota decis. 176. num. 3. par. 5. recent. Tantò magis
cum de illius validitate non dubitetur, vt ex re-
uolutione processus, & de Iustitia clarè appareat,
cum constet de obitu Marij, & Alexandri sine fi-
lijs masculis, de bonis à Cæsare fideicommittente
relictis, & de vocatione purificata ad fauorem
dictorum locorum.

Obitus enim Marij, & Alexandri sine filijs ma-
sculis non solum deducitur ex confessione Ale-
xandri, qui cœpit hæreditatem Marij filij, & Sul-
pitiæ, quæ adiuit hæreditatem Alexandri Patris,
& Isabellæ, quæ habuit hæreditatem Sulpitiæ, pro-
ut in *Summar. num. 3. 4. et 5.* quæ confessiones no-
3 cent tam confitentibus, † quàm hæredibus, & suc-
cessoribus causam ab illis habentibus, *l. si supera-*
tus in princ. ff. de pignor. Rota in recent. decis. 119 nu-
mer, 1 in fine par. 2. et coram bo: mem. Buratto dec. 7. 33.
4 *num 5.* Sed etiam ex naturali præsumptione † dum
non constat filios aliquando extitisse *Alex. consil,*
20. num. 12. et cons. 39. nu. 2. lib. 1. Aldobrand. cons. 80.
num. 5. lib. 1. Capic. decis. 159. num. 11. Put. decis. 43.
lib. 1. in correct. Rota in recent. decis. 436. num. 3. par. 1,
et decis. 580. nu. 2. par. 4. & fuit dictum *in Viterbien.*
fideicommissi 4. Decembris 1619. coram Card. Sacrato,
et in Florentina fideicommissi de Cambijs 9. Iunij 1627
coram R. P. D. meo Dunozetto, quæ est in 5. par. recent.
decis. 84. num. 7

Bona verò à Cæsare fideicommittente relicta
5 benè probantur ex Inuentario † à Mario hærede
grauato confecto *Sanct. mem. Gregor. XV. decis. 575.*
num. 3. et bon. mem. Card. Caual. decis. 357. nu. 2. Quod
6 afficit ipsius hæredes, † & ab eis causam haben-
tes *Capic. decis. 107. num. 1. Peregr. de fideicomm. ar-*
tic. 44. num. 2. et 6. Fusar. de substitut. quæst 618. nu. 1.
Iuncta num. 50: et sæpius tenuit Rota vt patet ex rela-
tis per Adden. ad Burat. decis. 637. num. 15.

De vocatione demum dd. locorum nulla est
dubitatio, cum constet ex publico Instrumento
non abolito, nec cancellatis in actis producto,
7 † & propterea merito locis Pijs fuit concessa im-
missio competens fideicommissarijs ex remedio
l. fin. C. de Edict, Diu. Adrian. tellend. Rot. decis. 176.
num. 2. in fine par. 2. recent. cum alijs multis adductis
in Recanaten. Bonorum 29. Aprilis 1641. coram me.
8 Etiam aduersus tertios possessores, & † successo-
res extraneos *Ruin. cons. 28. num. 1. lib. 5. Gabriel.*
cons. 44. n. 16. & 30. lib. 2. Riminald. iun. cons. 190.
num. 35. lib. 2. & alios referunt March. de success. leg.
par. 4. quæst. 16. art. 1. num. 88. D. Argelus de acquir.
possess. q. 8. n. 805. num. sep. & tenuit *Rota decis. 237.*
n. 1. par. 1. recent.

Nec dicti hæredes possunt prætendere aliquam
detractionem ex hæreditate Cæsaris, non legiti-
mæ, quia versamur in transuersalibus, non Tre-
9 bellianicæ, † quia sumus in fideicommisso fauo-
re piæ causæ *Doctores in l. Marcellus ff. ad Sen. Cons.*
Trebell. Et in casu in quo est purificata conditio,
& restitutio est facienda mediatè, vel immediatè
piæ causæ. *Alex. cons. 20. num. 14. lib. 3. Soccin.*
sen. cons. 144. num. 7. lib. 1. Bellon. iun. cons. 84. n. 23.
& 15. seqq. num. Honded. cons. 64. num. 66. & seqq.
lib. 1. Mangil. de imput. q. 119. num. 16. & 19. cum
alijs in Cesenaten. bonorum 11. Ianuarij 1627. coram
Reuerendiss. Decano, quæ est decis. 27. num. 11. par. 5.
recent.

Et ita, &c.

REVERENDISS. P. D. CERRRO SACRÆ ROTÆ DECANO.

Bononieñ Prædij.

Lunæ 27. Ianuarij 1641.

ARGVMENTVM.

Pactum fracandi certo, & determinato tempore conuentum nullius potest esse momenti, vbi extra determinatum tempus fuit francatio petita, eoque magis si depositum pro francatione obtinenda fuit merè verbale, & de sola sorte, non autem cum vsuris, vt fieri debet. Statutum Bononiæ de renouatione locationis qualiter, & quando procedat. Restitutio in integrum competat ne minori aduersus lapsum temporis ad redimendum vbi & agitur de tempote conuentionali, & contractus fuit cum defuncto celebratus.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio verbalis non sufficit.*
Depositum esse debet reale, & actuale, nec verbale sufficit num. 1.
2 *Depositum fieri debet vna cum fructibus aliàs non valet.*
3 *Decretum iudicis factum cum intimatione, si intimatio non fuit secuta non afficit.*
4 *Francandi pactum vsque ad certum tempos promissum, si eo elapso fuit francatio petita, nihil operatur.*
5 *Locatio expirat per disdictam.*
6 *Relocatio tacita in prædijs rusticis durat tantum de anno in annum licet tempus longius fuisset in locatione oonuentum.*
7 *Statutum loquens de locatione habet tantùm locum in locatione simplici, secus in mista cum pacto francandi, & vide num. 8. cum seqq vbi latè.*
9 *Relocatio tacita non inducitur quando conductor deficit in impiemento contractus.*
12 *Pactum francandi in locatione appositum cum locatione expirat.*
15 *Locatio non censetur renouata si conductor cessauit in solutione pensionum.*
16 *Pactum quod conductor expelli non possit locatione durante, intelligitur quatenus non defecerit in soluendo pensiones.*
17 *Locatio pluralis duobus tantùm numeris contenta est.*
18 *Restitutio in integrum competit minori.*
Restitutio in integrum ad tradendum, & redimendum minori competit, & quando num. 18. & seqq.
19 *Restitutionem in integrum ad petendam speciale requiritur mandatum.*
20 *Pactum redimendi cum defuncto conuentum, non tribuit restitutionem in integrum minoribus illius hæredibus.*
21 *Restitutio in integrum non competit minori aduersus lapsum temporis ad redimendum vbi agitur de tempore conuentionali, & num. seq. vbi vide.*

23 *Restitutio in integrum non datur minori sine læsione.*

24 *Minor non dicitur læsus ex solo lapsu temporis ad redimendum,& num.25.*

26 *Minor non restituitur aduersus lapsum temporis ad redimendum si non docet de læsione, et supra nu.23. cum seqq.*

27 *Restitutio in integrum non conceditur minori ex capite ignorantiæ,vbi constat de scientia tutoris.*

DECISIO LXIII.

Robertus Ratta anno 1626. vendidit Augustino de Nigris quoddam prædium situm in communi Bononien. vocabulo Azzola, pretio librarum 6000. & in eodem instrumento Augustinus locauit illud ad septemnium dicto Ruberto venditori,pacto adiecto,quod durante dicta locatione, aut qualibet illius tacita,vel expressa renouatione,& interim quandocunque liceret Ruberto, eiusque hæredibus,& successoribus francare,& redimere prædium pro eodemmet pretio librarum 6000. vt habetur in instrumento dato ex vtraque parte,*Summ.num.1.*

Anno 1634.fuit idem Prędium ex causa diuisionis ita mandante D.Legato Bononien.ab Augustino assignatum Iosepho fratri.

Anno 1635.heredes Roberti pretendentes francationem prædij, interpellarunt Iosephum, quod francare volebant, eoque recusante prædium retrouendere Locumtenens generalis D.Legati Bononien.supponens pretium fuisse depositatum super Monte Pietatis, declarauit affictus amplius non currere,dictosque hæredes ad eorum solutionem amplius non teneri, & id totum Augustino, & Iosepho intimari mandauit, *Summar.eorumdem num.3.*

Verum quia depositum factum non fuerat, vel saltem non integrè nec minus decretum Iosepho intimatum,idem Ioseph anno 1637. conuenit iudicialiter hæredes Roberti, eosque obtinuit condemnari ad sibi soluen.libr 900 pro affictibus decursis,& non solutis à die 12,Octobris 1634 citra, ac pro decurrendis aduenientibus terminis, & temporibus,*Summar.num.4.* & subindè sub die 6. Iulij 1638.citauit Curatorem hæredum ad constituendum in Vrbe Procuratorem ad effectum disdicendi locationem,quo constituto fuit eidem sub die 20 eiusdem intimatum,qualiter Ioseph non intendebat amplius continuare locationem bonorum locatorum,*dicto Summar.num.5.6.7.&* 8.& demum sub die 19. Nouembris obtinuit à Iudice Bonon. mandatum de associando, cuius vigore adeptus fuit actualem possessionem prædij controuersi,*d.Summar.num.*19.

Et licet expressa locatio cæpta 19. Septembris anni 1626.expirasset de anno 1633. adhuc tamen supponentes hæredes Roberti, quod tacita fuisset renouata,& adhuc duraret, & sibi per consequens competeret ius francandi iuxta pactum, & formam instrumenti,facto de anno 1640.actuali deposito insteterunt pro francatione,& iudex Bononiæ protulit ad eorum fauorem sententiam, quæ postea in secunda instantia fuit ab A.C.confirmata, sed causa per appellationem ad hoc sacrum Tribunal deuoluta, & proposito à me dubio sub die 16.Decembris, an & cui esset dandum mandatum de manutenendo fuit ordinatum, vt videretur de bono iure,& hodie in hac dubij repropositione DD. responderunt constare de bono iure Iosephi.

Aut enim pro parte hæredum sit fundamentum in oblatione facta de anno 1635.ab eodem Tutore, & suffragari non potest. Tum quia fuit merè
1 verbalis,† & nunquam factum fuit actuale,& reale depositum, nec cum pecunia comparitum vti fieri debebat, *Alex.conf.*130.*num.*11.*lib.*4.*Rot.in recent.decis.*431 *num.*2.*in fin.part.*3.Tùm quia conti-
2 nebat solam sortem principalem, † & tamen singuli etiam fructus deponi debuissent, nedum ex pacto conuento in instrumento *Summar.num.*1.ibi, *Francare,& retroemere pro eodemmet pretio libr.*6000 *vnà cum affictibus decursis, & non solutis*, sed de dispositione iuris communis iuxta *text.in l.acceptam, C.de vsur.*ibi, *Sortem cum vsuris offeras.Signorol.consil.*254.*num.*4.*Canter.var.resolut.cap.*8.*num.*5.*par.*3. & multos refert *Giurb. cons.*93. *num:*16.*vers & nedum in sorte.*

Parum obstante, quod Iudex Bononiæ in executionem huius oblationis mundauerit affictus amplius non currere, quia cum depositum verè factum non fuerit decretum remanet notoriè iniustum,& vlterius Iudex præcepit illud intimari Io-
3 sepho, † & tamen intimatio facta non fuit vnde ex illius defectu non afficit *Put. decis.*168. *lib.*1.*in correct.Rot.diuers.decis.*3. *num* 3. *par.*4.*et coram san. mem. Gregor.XV. decis.*31.*num.*8. *et coram bon mem. Buratto decis.*124. *num.*22. *et coram Cardin. Caualer. decis.*436.*num.*1.

Aut verò fundamentum sit in deposito facto de anno 1640. & nec minus hæredes illo iuuari possunt, quia cum ex pacto in instrumento conuento francatio fuisset tantùm promissa durante locatione, locatio verò tam expressa,quàm tacita de eo tempore expirasset,vtique prędictum depo-
4 situm, & instantia francandi † vti facta post tempus præfixum attendi non debent, *Gozzadin.consil.*94.*num* 51 *Tiraquel plures referens de retract.conuent.*8.§.1.*glos.*2. *num.*43. *et seqq.Rota in recent decis.*369 *num.*2.*et decis.*431.*num.*1.*par.*3.

Quod autem vtraque locatio expirasset, visum fuit DD.satis clarum, quia expressa cæpta de anno 1626 duratura ad septemnium expirauerat de anno 1633. tacita verò biennio antea fuerat ter-
5 minata per disdictam factam à Iosepho de anno 1638 †vt consuluit in his terminis, *Bero.cons.*113. *num.*48.*vers.sed in casu nostro lib.*1.

Nec releuare dictum fuit locationem ab initio factam fuisse ad septemnium,ideoque tacitam reconductionem censeri inductam pariter ad aliud septemnium nedum ex iuris dispositione,sed clarius ex statuto Bononien.mandante, vt tacita locationis reconductio inducta censeatur pro eodem tempore expressæ locationis.

Pro responsione enim aduerterunt DD. agi de prædijs rusticis,in quibus quod attinet ad dispositionem iuris communis terminata expressa lo-
6 catione tacita de anno in annum dumtaxat † renouata censetur,licet tempus longius in locatione fuisset conuentum,*l.Item quæritur,§.qui impleto, ff.locat.Alex.cons.*76.*nu.*8.*ante fin.lib.*5.*Ruin.cons.*1. *num* 10 *lib.*1.*Hond cons* 85.*num.*7.*lib.*1

Statutum verò Bononiæ *lib.*1.*rubr.de pœnis ven-*

dit. rem alienam §. præterea, disponens tam in vrbanis, quàm in rusticis tacitam locationem intelligi renouatam eisdem pactis, pensionibus, & conuentionibus, & pro eodem tempore quo, & quibus prima locatio facta fuerat veteri *Summario hæredum num. 2.* dictum fuit loqui in simplici locatio-
7 ne, † & sic non comprehendere locationem mixtam, prout in hoc casu cum pacto francandi, vt distinguendo consuluerunt. *Alex. cons. 76. num. 5. et 10. lib. 5. Bero. cons. 153. num. 18. et seqq. lib. 1. Ruin. cons. 114. num. 4. et seqq. pariter lib. 1. Trentacinq var. resol. lib 3. tit. de locat. resol. 2. num. 14. Mant. de tacit. lib. 5. tit. 15. num. 32. Rota Bononien. diuers. decis. 119. num. 9. vbi Addent. in § 1. vers. circa statutum. Idem Addent. ad decis. 20. vers. deficit quoque pactum, et ad decis 80. vers. circa tertium, vbi veri rem, et magis receptam opinionem affirmat.*

Nec aduersantur *Cagnol. in l. 2. sub num. 118. C. de pact. inter empt. Alex. cons. 28. per tot. lib. 4. Ruin cons. 78. num. 4. et 6. lib. 1.* qui firmare videntur, quod sta-
8 tutum præfatum de renouatione † locum etiam habeat in locatione cum pacto francandi, quod etiam videtur tenuisse *Rota in Bononien. bonorum 20 Maij 1622. coram bo: mem. Vbaldo.*

Quia *Cagnol. in citato num. 188.* potius firmat non intrare statutum, *et propè fin. ait*, nec minus
9 ex dispositione iuris relocationem tacitam † induci, quando prout hic conductor deficit in implemento contractus, idemque aduertit *Ruin. in allegat. cons. 78. n. 3. lib. 1.* imò idem *Ruin. in. cons. 114. num. 4. & seqq. d. lib. 1.* contrarium consuluit, & reiectis prioribus fundamentis ex alijs melioribus rationibus iuit in contrariam sententiam
10 firmans † prædictum statutum non comprehendere relocationem factam cum pacto francandi, *Alex.* verò pariter recessit ab illa sententia, & contrarium posteà defendit, & sequutus est in *cons. 76. num. 5. & 11. & seqq. lib. 5.* & vbi etiam adhærerent illi opinioni non forent attendendi,
11 cum in contrarium † sit verior, & magis recepta opinio, vt testatur *Bero. dicto cons. 153. sub nu. 18. & 19. lib. 1. Addent. ad Rotam Bononien. decis. 20. versic. deficit quoque præfatum statutum*, decisio autem Bononien. bonorum coram Vbaldo, loquitur incidenter, & allegat solum Monterentium ad dictum statutum, qui potius fauet huic parti, cum in *glos. in verb. locatione*, firmet præfatum
12 statutum † non comprehendere locationem factam cum pacto francandi, & Pro hac opinione citatur *à Rota Bononien. d. decis. 119. sub num. 9. vers. attamen statutum prædictum*, imò etiam in ipsamet Bononien. firmatur ad fauorem Iosephi finita locatione expirasse etiam pactum francãdi.

Distinctio verò, vt tunc demum statutum non intret quatenus vnicus adest contractus locationis, cum pacto francandi secus quando præcedit
13 alius contractus trãslatiuus dominij, † cum tunc præiudicium ponderatum ratione translationis dominij non proueniat ex contractu locationis, sed ex alio præcedenti, neque pactum francandi facit mixturam, aut qualificat locationem, sed alium contractum translatiuum dominij, vt benè in his terminis distinxit *Mandell. consil. 178. sub num. 4. vers. nisi scilicet*, non applicatur nostro casui, quia licet in instrumento, de quo agitur. præcedat venditio, & deindè subsequatur locatio, pactum tamen francandi adhæret locationi, & in corpore ipsius fuit appositum, ibi, *& vlterius dictus emptor dedit, concessit, & locauit, &c. cum pacto, quod durante dicta locatione, aut qualibet illius tacita, vel expressa renouatione licitum sit dicto D. Roberto venditori, vel eius hæredibus, & successoribus dicta bona, vt supra vendita francare, & retroemere,*
14 & in his proprijs terminis non intrare † statutum dixit *Rota Bononien. d. decis. 119. num. 9.*

Idque sine difficultate debet admitti in proposito cum hæreees Roberti per plures annos ante disdictam defecerint in solutione affictuum, & sic pro eorum parte promissa in contractu non impleuerint, licet enim aliàs effluxo septennio prætendi posset renouata locatio ad aliud septen-
15 nium † obstaret illis defectus solutionis, & implementi, ob quem cecidissent ab hoc commodo, vt in his terminis aduerterunt *Alex. d. cons. 76. num. 6. in fin. & num. 7. lib. 5. Ruin. d. cons. 114. sub num. 5. lib. 1. Bero. d. cons. 153. num. 39. lib. 1. Aym. cons. 87. num. 3.* vbi enim expresè fuit conuentum, quod intra certum tempus conductor expelli non
16 possit † intelligitur, nisi cessauerit in solutione pensionis, *l. quæro, § inter locatorem, & ibi glos. in verb. paruerit, ff. locat. Ruin. d. cons. 114. sub nu. 5. post med. lib 1.* & in his terminis statuti *Alex. dicto cons. 76. sub num. 7. vers. & idem debemus dicere.*

Neque ex citatione facta à Iosepho de anno 1637. contra hæredes Roberti ad soluendum affictus decursos, & in futurum decurrendos inferri potest ad renouationem locationis pro alio septemnio; Intelligi enim potest pro decurrendis, donec fuerit disdicta, imo cum citatio facta fuerit de mense Octobris, affictus verò destinati in duos semestres soluendos, alterũ in Natiuitate S. D. N. alterum in mense Augusti, qui nondum aduenerat intelligitur facta pro decurrendis in illis duobus semestribus illius anni absq; eo, quod inferatur ad vlteriorem reconductionem, præfata
17 enim pluralis loquutio † duorum terminorum numerò contenta est, *l. vbi numerus ff. de testib. cap. si testes §. vbi numerus 4. qu. 3. Ioseph Ramon. cons. 23. num. 24. lib. 1. Bero. decis. 131. n. 23. Barz. dec. 32. n. 29.*

Ad prætensam autem restitutionem in integrum dictum fuit recurri non posse, quia licet
18 hæc regulariter competat minori † aduersus lapsum temporis, vt de tempore ad retrahendum *cap. constitutus 8. de integr. restit. Francisc. Anton. Cost. cons. 94. num. 26. cum pluribus seqq. Boer. decis. 63. num. 3. Guidopap. decis. 257. num. 3.* & de lapsu
18 temporis † ad redimendum *text. in l. si creditor, in princ. & § illud ff. de distract. pign. Guidop. dec. 31. in princ. & n. 4. Boer dicta dec. 63. n. 3. in fin.* tamen vsque nunc
19 non fuit in actis petita, nec hodie † docetur de speciali mandato petentis, prout requiritur *l. illud 265. §. si talis ff. de minor. 25. annis cap. coram §. verum prope fin. & ibi glos. in verbo mandatum de in integr. restit. Turrett. cons. 54. nom. 18. lib. 3. Rota in recent. decis. 33. num. 3. in fin. par. 3.*

Et vlterius placuit responsio, quod cum huiusmodi venditio cum pacto retrouendendi intra certum tempus celebrata non fuerit cum hæredi-
20 bus, sed cum Roberto eorum authore, † vtique ipsis hæredibus quantumuis minoribus non competit restitutio aduersus lapsum temporis ad redimendum, vt distinguendo tradit *glos. in l. si cum verbo*

verbo distraxerunt C. de restit. milit. Curt. sen. cons. 58. n. 2. in fin. vers. sed præmissis, & n. 3. Castr. cons. 306. num. 5. propè fin. vers. super materia lib. 2. Bertrand. cons. 184. in fin. lib. 1. par. 1. Natt. cons. 492. à num. 2. vsque ad vltimum, & latè probat *Tiraqu. de retract. conuent. §. 1. glos. 2. n. 16. cum seqq.* præsertim quãdo
21 prout hic non agitur de temporis lapsu legali, † sed conuentionali, vt pariter distinxit *glos. in d. l. si cum verbo distraxerunt*, quam mirabilem affirmant ibidem *Bart. in princ. Castr. num. 1. sequitur Tiraq. vbi supra dicta glos. 2. num. 52. cum seqq.*

Hinc non applicatur *text.* in contrarium allegatus in *l. si creditor §. illud ff. de distract. pign.* quia ibi minor non restituitur aduersus lapsum temporis conuentionalis, & ab emptore constituti, & con-
22 tractus fuerat celebratus cum ipso minore, † qui casus valdè differt à nostro, vbi tempus fuit inter partes conuentum; & contractus non cum ipsis minoribus, sed cum eorum authore fuit initus, prout in puncto vtramque distinctionem ponderat ad propositum *Tiraq. d. glos. 2. num. 59.*

Et in hanc sententiam facilius fuerunt Domi-
23 ni, quia hæredes non docent de læsione, † sine qua minori restitutio non conceditur, *l. verum §. sciendum, l. in causæ, §. causæ cognita, ff. de minorib. cap. ex litteris de restit. in integr.* ex solo enim
24 lapsu temporis ad redimendum † minor læsus dici non potest, vt de veriori, & magis recepta opinione testatur *Facchin. consil. 64. num. 15. & seqq. lib 1.* & egregiè *Io. Baptista Larrea decis. Granaten. 70. num. 12. vsque ad fin. qui num. 16. testatur ita per Senatum fuisse solutum lib. 2.* potest enim contingere, quod de tempore, quo minor petit in integrum restitutionem non habeat in promptu pecuniam, quodque per consequens longè grauius sit ipsi minori eam sub vsuris accipere, quam non redimere, siue quod minor ære alieno reperiatur oppressus, vel indigeat pecunia ad alios vsus magis necessarios, vel quod emptores propter vecinitatem cum alijs eorum terris, vel ex causa affectionis habito etiam respectu dicti pacti plus soluerint bona, quam in effectu va-
25 lerent, † ideoque ex solo lapsu temporis læsio pernecesse non inducitur, vt ex his, & alijs rationibus resoluit *Facchin. dicto cons. 64. n. 15. & Larrea d. decis. 70. sub nu. 17. à vers. quid quæro de restitution.*

Vndè non obstat, sed expresse retorquetur alter textus in contrarium adductus in *cap. consti-*
26 *tutus de in integr. restit.* † quia ibidem Pontifex pro concedenda restitutione aduersus lapsum temporis ad redimen. læsionis probationem expressè requirit, *vt in §. quo circa*, ibi, *& eos læsos esse constiterit, ibique glos. in verb. constiterit*, ibi, *probabunt ergo isti se minores, & læsos alias non audientur*, prout explicando dictum textum ponderant *Facchin. & Larrea locis supra citatis.*

Ex capite autem ignorantiæ restitutio concedi non debet, quia constat eorum Tutorem habuisse notitiam, nedum instrumenti locationis sed etiam pacti francandi ibidem appositi ex interpellatione ab eo facta de anno 1635. pro ob-
27 tinenda francatione. † Vndè ex hoc capite restitui non debent *l. 3. §. final. ff. de tribut. l. si Tutores, C. de admin. Tut. Natt. cons. 492. num. 6.* vbi quod eo casu debet minor agere contra Tutorem. Et ita vtraque &c.

R. P. D. CARRILLO.

Postea Præside VALLISOLETANO.

Hispalen. Decimarum de Almonte.

Lunæ 27. Ianuarij 1642.

ARGVMENTVM.

Super Iure percipiendi decimas quæ in tota exiguntur Diœcesi cum habeat Archiepiscopus intentionem fundatam, vbi Dominus temporalis contrarium prætendit, hoc clarè, & concludenter probare debet, quamuis illæ tanquam tributum ratione dominij temporalis ab eo percipi prætendantur, & plura in materia decimarum adducuntur.

SVMMARIVM.

1 *Validitas sententiarum resultat ex reuolutione actorum.*
2 *Super decimis, quæ in tota Diœcesi percipiuntur dicitur Archiepiscopum habere intentonem fundatam.*
3 *Sententia non lata super toto quod fuit petitum non valet.*
4 *Iudex, cui plura fuerunt petita stante distinctioae articulorum, potest pronunciare tantùm super iure liquido.*
5 *Testes dicuntur nulliter examinati, si fuerunt examinati in loco, qui fuerat allegatus suspectus.*
6 *Immemorabilis non requiritur in materia decimarum, nisi decimæ sint spirituales.*
7 *Decimæ in dubio spirituales præsumuntur.*
8 *Tributo exacto ante exactionem decimarum, restitui debet à Domino temporali id quod ratione decimæ spiritualis debetur Ecclesiæ.*
9 *Decima debetur de omni fructu opificio, & negotiatione.*
10 *Decimæ debentur de nucibus, amigdalis, alijsque fructibus arborum, & rebus minutis.*
11 *Decimæ quandoque ex consuetudine non soluuntur de rebus minutis.*
12 *Consuetudinem non inducunt actus, qui dederunt causam liti.*
13 *Consuetudo non soluendi decimas probari debet vniformis, & præscripta.*
14 *Sententia lata contra plures personas intelligitur condemnare vnamquemque ad id quod per singulos deberi fuit in actis probatum.*
Sententia recipit interpretationem ab actis, num. 14.

DECISIO LXIV.

Validæ, & iustæ visæ fuerunt sententiæ Rotales, * quibus pronunciatum extit decimas olei ficuum aridarum Laterum, & aliarum rerum, quæ in Oppidis de Almonte, Lucena, & litis Consortibus, eorumque Territorijs colliguntur; Spectare ad Capitulum Hispalen. priuatiue quoad D. Ducem Medinæ Sidoniæ Dominum temporalem eorumdem locorum, & ideo pro earum Confirmatione fuit responsum.

Validitas enim resultat ex reuolutione pro-
1 cessus, † vbi apparet interuenisse omnia requisita relata in vulgata *decis. Caputaq. 260. part. 2.* &

Iuftitiæ redditur patens ex decifionibus in caufa
factis, in quibus firmatur, loca de quibus agitur
effe fituata infra fines Diœcefis Hifpalen. eo-
rumque Parochias non effe diuifas, fed omni-
modam earum curam refidere penes Archiepi-
fcopum Parochum Vniuerfalem, & propterea
dictum Capitulum, vti generalem Adminiftra-
torem bonorum Archiepifcopatus habere inten-
2 tionem fundatam fuper iure percipiendi omnes †
decimas, quæ percipiuntur in tota Diœcefi iux-
ta difpofitionem *cap. cum contingat, vbi glof.
verb. de iure communi, & cap. cum in tuto de decim.
& in cap. fin. ibique gloff. verb. prædiorum de par-
roch. Rebuff. de decim. quæft. 6. num. 1. & 10. cum
feqq. Rota decif. 371, num. 4. par. 1. recent.*

Quibus non aduerfantur ea, quæ tàm pro par-
te D. Ducis, quàm pro parte Vniuerfitatum
hodie deducebantur.

Nam quod attinet ad D. Ducem. Primo non
obftat, quod in fententijs non fuerit quoque pro-
nunciatum fuper Iure percipiendi Tributum, feu
decimas Temporales ab eo prætenfas in dd. lo-
cis, ratione Dominij Temporalis, ficut pro fua
parte fuit in actis proteftatum, quafi quod eædem
3 fententiæ tanquam non latæ fuper toto † eo quod
fuit petitum non valeant *l. in hoc iudicio ff. famil.
ercif. l. etiam ff. de minor. Felin. in cap. cum inter n. 6.
de fent. & re iud. Rot. dec. 76. num. 20. par. 7. recent.*
Quia idem Dux vfque ab initio in hac parte de-
clinauit Iudicem Ecclefiafticum allegando illum
incompetentem fuper iure merè laicali, & nun-
quam liquidauit decimas, de quibus agitur ad fe
fpectare iure Dominij Temporalis, ideoque benè
4 potuit † Iudex ftante omnimoda diftinctione ar-
ticulorum pronunciare tantum fuper iure liqui-
do Capituli *Abbas in cap. 1. num. 9. de mut. petit.
& in d. cap. cum inter num. 23. in fin. ibique Felin. vb.
fupra verf. fallit primo de fent. & re iud. Rot. dec. 427.
num. 2. par. 2. recent. & dec. 646. numer. 3. coram Ca-
ualer.*

Secundo nec etiam obftat, quod prædictæ fen-
tentiæ fint iniuftæ, dum condemnant eumdem
Ducem ad reftitutionem decimarum percepta-
rum, quas ipfe fupponit percepiffe tanquam Tri-
butum temporale, idque probatum prætendit ex
Teftibus deponen. femper illas à Duce, eiufque
Anteceflforibus, ac Miniftris, & Arrendatoribus
exactas, vt redditus Ducatus, & Maioratus.
Quoniam vltra quod non fubfiftit, quod exactio
harum decimarum fuerit facta pro Tributo tem-
porali, cum Teftes de hoc deponentes non fint
habendi in confideratione, vti nulliter examina-
5 ti, tàm ob defectum citationis, † quàm ex quo lo-
cus examinis fuerat allegatus fufpectus à Capi-
tulo, *vt fuit ponderatum in decifione caufæ emanata
fub die 2. Martij 1635. coram Eminentiffimo D. Car-
dinali Verofpio Iuniore*, & vlterius reddatur etiam
inuerifimilis eorumdem Teftium depofitio, dum
6 Dux allegauit immemorabilem, qua non egebat †
nifi decimæ effent Spirituales iuxta *dec. Caputaq.
7 241. & 242. par. 1.* & tales in dubio † præfumun-
tur *Bald. conf. 419. lib. 1. Bertaz. conf. ciuil. 17. n. 15.
& 16. Alciat. conf. 32. tom. 1. lib. 1. num. 3. Addent. ad
Greg. XV. in decif. 404. littera B.* In omnem euen-
tum fufficit, quod prætenfum Tributum fuerit
8 exactum in decimarum ad hoc, † vt idem Dux
teneatur reftituere id quod ratione decimæ Spi-
ritualis debetur Ecclefiæ, vt ad litteram difpo-
nit *text. in cap. cum non fit in homine 33. de decimis
ibique gloff. & Doctores communiter*, & inter Theo-
logos *Diuus Thomas 22. qu. 87. art. 2. a 4. Sot. lib. 9.
de iuft. & iur. quæft. 4. art. 2 ad 4*, quos, & alios re-
fert, & fequitur *Monet. de decim. cap. 6. quæft. 4.
num. 37.*

Quod verò fpectet ad Vniuerfitatem non vr-
get, quod per ipfas dicatur, has Decimas minu-
tas non deberi, quia Capitulum ratione genera-
lis adminiftrationis bonorum Archiepifcopatus
habet intentionem fundatam in Iure, Secundum
9 quod decima debetur de omni fructu, † opificio,
& negotiatione, vt *in cap. non eft, & cap. Nuntios,
& cap. ex parte il 2. de decim. cap. Decimæ 16. qu. 1.*
ibi de negocio, & artificio folue decimas *Suarez
de Relig. tom. 1. cap. 34. num. 1. & 4. Fagundez in
quinque Ecclefiæ præcepta præcep. 5. lib. 1. cap. 2.
num. 2.* ac in fpecie de nucibus, amigdalis, cafta-
10 neis, oliuis, † & alijs fructibus arborum de oleo
& lampadibus, alijfque rebus minutis notat *Re-
buff. de decimis quæft. 8. per tot. & Monet. eodem tract.
cap. 4. quæft. 1.* & Nouiffimè Caftro Palao *2. parte
tract. 10. de decimis, difput. vnic. punct. 7. per tot.*

Ex licet aliquando ex confuetudine decima ex
11 minutis † non foluatur, vt per *Rebuff. de decim.
quæft. 13. num. 51.* Attamen talis confuetudo in
præfenti nullibi probatur, fed potius excluditur
ex folutionibus factis ab eifdem Vniuerfitatibus
ante motam litem, nec ex eo, quod Capitulum
ab initio litis conqueftum fuerit de non folutio-
ne probatur contraria confuetudo. Si quidem ob
iftam recufationem in non foluendo mota fuit lis
12 Actus autem qui dedit caufam liti † non indu-
cit confuetudinem cum non habeatur in confide-
ratione, vt Rota fæpe dixit, & fignanter *coram
Greg. XV. in dec. 4. num. 2. & dec. 569. numer. 4.*
ficuti nec probatur ex folutionibus factis D. Du-
ci, quia imo illæ magis probant confuetudinem
paffiuam foluendi, quoad ipfas Vniuerfitates, &
lis vertens inter Capitulum, & Ducem non tan-
git articulum huius confuetudins, fed folum in
ea difcutitur ad quem fpectet earumdem Deci-
marum exactio, & ideo nihil obeft, cum ad hunc
13 effectum oportet docere de confuetudine † vni-
formi, & legitimè præfcripta iuxta *cap. fin. de
confuetud. & cap. cum Ecclefia Sutrina de cauf. poffeff.
& propriet. Couar. lib. 1. var. cap. 17. num. 8. 9. 10.
Rebuff. de decimis dicta quæft. 13. num. 53.*

Prout non releuat, quod in eifdem fententijs
dictæ Vniuerfitates fimpliciter, ac indiftinctè con-
demnatæ fuerint ad folutionem harum decima-
rum cum tamen non ab omnibus Capitulum
prætendat decimam laterum, & ficuum aridarum
quia vnaquæque Vniuerfitas cenfetur condem-
nata, ad id quod deberi fuit probatum in actis,
14 à quibus † fententia declaratur fingula fingulis
congruè referendo, vt per *Bald. in conf. 510. nu. 3.
lib. 5. Rot. dec. 319. num. 20 part. 1. rec. & decif.
60. num. 44. coram Durano inter eius impreff.*

Et ita &c.

☞ *In præcedenti parte adeft alia in hac caufa facta de-
cifio, quæ eft in ordine dec. 149.*

R. P. D.

R. P. D. ROIAS

posteà Episcopo TARRACONEN.

Interamnen. prædij de Tomassonis.

Veneris 31. Ianuarij 1642.

ARGVMENTVM.

De fideicommisso, quando clarè, & apertè constat, & probata fuit identitas bonorum fideicommisso subiectorum, & quod venerit casus vocationis, non potest fideicommissario denegari manutentio, constito de possessione antecessoris. Quod procedit etiam si adsit aliquis ex vocatis ad fideicommissum, sed tali iuri constat ipse renunciasse, & alia de quibus in summarijs.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ritè, & rectè procedendo, priuat quem sua possessione.*
2 *Ita vt contra immissum auctoritate Iudicis, manu tentio veniat deneganda.*
3 *Quod etiam competit fideicommissarijs,*
4 *Iudex quando dicatur ritè, & rectè, processisse,*
5 *De Fideicommisso non est dubitandum, quando illud est clarum, & verbis rotundis conceptum.*
6 *Fideicommissum, quod fuerit purificatum, ex quibus satis doceatur.*
7 *Bonorum fideicommissorum identitas probatur ex instrumento diuisionum, in quibus denunciatur bona esse fideicommissaria.*
8 *Hæres non potest impugnare confessionem defuncti.*
9 *Religio Dominicana, est capax bonorum in communi.*
10 *Religiosus professus in religione capaci bonorum, excludit substitutum.*
11 *Fideicommisso renuncians, perinde est, ac si non extaret, vnde non est valens impedire immissionem alijs vocatis.*
12 *Renuncians iuribus suis, perinde est, ac si non adesse in rerum natura.*
13 *Ad Ius renunciatum non datur amplius regressum.*
14 *Exceptio de Iure tertij, non competit alicui.*
15 *Hæres, cum repræsentet personam defuncti omnia iura in eum transeunt, eaque experiri poterit.*
16 *Iura sat est, quod quandocumque producantur quando productio fuit facta ad tollendam exceptionem & non ad fundandam intentionem.*
17 *Lite pendente si quis moriatur, instantia transit in hæredes, ac eius substitutos.*
18 *Manutetionis iudicium, si sit inceptum, siuæ aliud cum defuncto, prosecutio eiusdem iudicij, & manutentio competit hæredi.*
19 *Bona subrogata in locum bonorum fideicommissorum, perinde habentur, ac si essent fideicommissaria, & à fideicommissario possessa.*
20 *Hæres non potest impugnare factum defuncti.*
21 *Decretum, quando, non est definitiuum, nec habet vim definitiui, sufficit, quod pars habuerit d. decreti scientiam absque vlteriori intimatione.*
22 *Sententia, si non sit, conformis libello, aut petitioni, non valet.*
23 *Clausula,* deducens omne ius suum, omneque actionem *quid importet.*
24 *A Sententia liquidatoria non datur appellatio, quando sumus in sententia in simplici possessorio lata. Intellige, quando liquidatio fuit facta solum ad effectum possessorij num. 24.*
25 *Conditione resolutiuæ non obstante, exequitur sententia, quod sub illa facta est.*
26 *Manutentio, vt obtineatur contra factum Iudicis quid requiratur.*
27 *Excessus in sententia cum non præsumatur indè plenè, & concludenter est probandus ab allegante.*
28 *Possessio capta intra tempus datum ad appellandum, est nulla.*
29 *Limita, si non sit locus appellationi, veluti rationi Aegidiana, dum agitur iudicio possessorio. Possessio statim potest capi, dum non est locus appellationi. num. 29.*

DECISIO LXV.

Capitaneus Alexander Tomassonus testamentum solemniter ordinauit de Anno 1553. in quo hæredes ex Asse instituit eius filios masculos nascituros, & in eorum defectum Columnellum Lucam Antonium fratrem germanum, ac illius descendentes masculos, quo fratre deficiente eiusque descendetibus masculis, voluit quod bona sua transirent ad descendentes masculos eiusdem Testatoris filiarum; pacto adiecto quod assumerent nomen, & arma familiæ de Tomassonis; adita postmodum dicta hæreditate per Lucam Antonium, ex quo testator obijt absque filijs masculis successiuè Luca Antonio vita functo cui successerunt quinque filij masculi, videlicet Alexander Iunior, Octauius, Ioannes Franciscus, Marius Rainutius, qui diuiserunt bona fideicommissaria, absque tamen præiudicio fideicommissi, quibus omnibus mortuis absque filijs masculis præter Octauium, qui post se Carolum Philippum reliquit, Religionemque Dominicanam fuit ingressus, ante tamen ingressum omnia bona Catharinæ Genitrici donauit, quo ingressu Religionis sequuto, Ioseph Camporealis vti filius Panthiæ filiæ dicti Capitanei Alexandri fideicommittentis, mouit Iudicium coram A. C. super immissione in possessionem cuiusdam prædij nuncupati val Verde existentis in Territorio Interamnen., contra, Felicitam Plautillam Tomassonam filiam dicti Rainutij vti detentricem dicti prædij, præcedente probatione, quod Panthia fuisset filia Capitanei Alexandri, & quod ex ea fuisset ortus Ioseph, nec non constito de obitu omnium antea vocatorum exhibito claro Testamento non abolito, neque Cancellato, reportata cessione iurium Catharinæ Matris Caroli Philippi, qui Religionem fuerat ingressus, & qui prius ad fauorem dictę Catherinæ renunciauerat, quo tamen iudicio pendente decessit dictus Iosephi, cui successerunt Ioannes Maria, Franciscus, & Vincentius de Tomassonis eiusdem Iosephi Nepotes, isti tandem de Anno 1633. à Reuerendiss. Meltio, nunc Archiepiscopo Capuano, tunc A. C. Locumtenente; sententiam fauorabilem super immisione reportarunt, causa postmodum post septem Annos mihi commissa dubitaui hodie, An Felicitæ Plautillæ esset dandum man-

mandatum de manutenendo, & Domini negatiue resoluerunt.

Moti ex eo, quia licet de anterieri possessione Felicitæ Plautillæ dicti prædij nuncupati val Verde constet de tempore motæ litis, prout ex monitorio contra ipsam exequuto coram A. C. attamen per immissionem concessam ab eodem R. P. D. Meltio Ioanni Mariæ, & fratribus de Tomassonis vigore *l. fin. C. de edict. diu. Adr. toll.* reman-
1 sit Felicita † Plautilla eadem possessione priuata dum ritè, & rectè fuit processum, *l. qui vniuersas, §. item cum præter vbi Angel. in fin. & DD. ff. de acquirend. possess. l. iuste possidet eodem tit. cum alijs congestis per Posthium de manut. obseruat. 52. num. 25. Gregor. XV. decis. 9. num. 8. & 9. & p. 6. recent.*
2 *decis. 305. num. 1.* cum vulgatis, ita & taliter, vt contra immissum auctoritate Iudicis manutentio veniat deneganda, *Rot. decis. 381. in princip. & num. 1. part. 4. diuers. Gregor. XV. dec. 582. num. 1. & 5. & in recent. decis. 362. numer. 1. part. 4. &*
3 *part. 6. decis. 305. num. 1.* quodque † remedium competere etiam fideicommissarijs firmauit, *Rot. in recent decis. 51. num. 5. part. 5. & 38. numer. 1. part. 6. & decis. 88. num. 2. & 131. num. 1. part. 5.*

Nec in presenti fuit in dubium reuocatum quin Iudex ritè, & rectè processerit, quandoquidem, ex reuolutione Actorum, constat de mo-
4 nitorio † exequuto contra Felicitam Plautillam, necnon de mandatis procuræ comparentium, & de seruatione terminorum substantialium citatione ad sententiam iuxta terminos decisionis, *Caputaquen. 262. part. 2. Buratt. dec. 812. num. 1. & in recent. decis. 204. & 178. par. 2.*

Iustitia verò est euidentissima cum, de fidei-
5 commisso Capitanei Alexandri non † possit dubitari, cum sit clarum, & verbis rotundis conceptum, esse vero in præsenti purificatum; sufficienter remansit probatum, dum constitit de obitu filiorum Lucæ Antonij hæredis grauati qui
6 omnes præter † Octauium sine filijs obiere, prout de iure etiam præsumitur, *Rot. in recent. dec. 436. num. 3. par. 1. & 641. num. 9. part. 3. & decis. 84. num. 7. & 408. num. 3. part. 5.* necnon de posses-
7 sione Testatoris fideicommittentis, de † identitate bonorum ex instrumento diuisionum, in quibus denominantur bona fideicommissaria dicti Capitanei Alexandri, ex qua resultat confessio, *Afflict. dec. 23. num. 5. Coccin. dec. 120. numer. 2. & par. 5. recent. dec. 84. num. 4. & 313. numer. 4. Seraph. decis. 553. num. 1. Buratt. decis. 229. nu. 1.*
8 cuius † confitentis est hæres Felicita Plautilla, quam propterea confessionem, non potest illa impugnare, *l. cum à matre, C. de rei vendic. Surd. dec. 161. num. 20. Peregr. de fideicommiss. artic. 53. num. 36. Buratt. decis. 243. num. 7.*

Et quamuis ex Octauio superstiterit Philippus Carolus vnicus filius, qui ingressus fuit Religio-
9 nem Domenicanam † capacem bonorum in communi quamdiu vixerit frater Thomas, ibique il-
10 lum emisisse professionem, † inde eum excludere substitutum, vt in puncto fuit resolutum *in bononien. fideicommissi de Blanchettis 26. Ianuarij 1632. coram Eminentissimo Cardinali Verospio Iuniore*, quia fuit responsum quod ante emissam professionem Carolus donationem fecit Catharinæ matri, quæ cessit sua iura Iosepho Camporeali, ideo eius
11 existentia non † est apta impedire restitutionem fideicommissi ad fauorem Iosephi, & ab eo causam habentium, vt firmauit. *Rota in Bononien. fideicommissi de Glauerinis coram R. P. D. meo Ghislerio part. 7. recent. decis. 88. num. 5. cum seqq. & 126. num. 26. & 164. num. 1.* ante medium, quæ postea in eadem causa fuerunt sæpius coram me confirmatæ, cum non veniat expectanda mors naturalis professi, dum prout in præsent alteri
12 † Carolus renunciauit, nempe matri, cuius Iuris remansit priuatus iuxta effectum renunciationis, quæ illum omni suo iure excludit *Rota decis. 323. numer. 7. part. 6. recent.* nec ad ius renuncia-
13 tum datur † regressus *l. quæritur, §. si venditor. ff. de Edil. edic. l. Herennius 63. in princip. de euictione l. nihil. 123. §. omnibus ff. de leg. 1. l. si quis ius iurandum 11. C. de reb. cred. cum alijs in dicta decis. 323.*
14 *num. 8. par. 5. recent.* vltra quod † esset exceptio de iure tertij quæ Felicitæ Plautillæ non competeret, *Ruin. cons. 355. numer. 31. lib. 1. Surd. cons. 349. num. 15. 16. & 17. Mart. Andreas decis. 87. num. 14. & part. 7. recent. decis. 88. num. 6. & decis. 93. num. 17. &c.*

Et dum omnia Iura præfati fratris Thomæ mediante eius genitricis cessione fuerunt translata in Iosephum Camporealem, & successiue in Ioannem Mariam, & fratres de Tomassonis illius hæ-
15 redes, † qui tanquam repræsentantes personam dicti fratris Thomæ bene poterunt obtinere dictam immissionem, *Bald. cons. 186. col. 3. vers. & quidem volum. 1. Menoch. de Adipiscen. remed. 4. num. 249. Rota in recent. dec. 349. num. 34. par. 6*

Nec dictum fuit requiri nouum monitorium post productam dictam cessionem Iurium coram A. C. quia cum actum fuerit nomine proprio non
16 procuratorio nominis cedentis, † hoc casu sat cessionem fuisse producta quandocumque ad hoc vt Iudicium cæptum posset continuari ex quo productio sequuta fuit ad tollendam exceptioné, non ad fundandam actionem *Surd. cons. 22. nu. 19. Marant. in l. actor. ff. de Iudic. Cartar. decis. Ianuen. 63. num. 10. cum seqq.* & quamuis Ioseph, qui litem inchoauit decesserit ea adhuc pendente, attamen
17 instantia † transiuit in eius ex Hunuphrio filio prædefuncto Nepotes, ac hæredes, nempe Ioannem Mariam, ac fratres de Tomassonis, qui sunt etiam substituti *l. si petitur 31. ff. de Iudic. l. si eum hominem, vbi Bartol. in princ. de fideiussor in puncto Rota in Romana fideicommissi de Vipera 25. Iunij 1629. coram Card. Virili* hinc si cæptum sit iudicium
18 manutentionis † siue aliud cum defuncto prosecutio eiusdem Iudicij, & manutentio competit hæredi *Menoch. de retinen. remed. 3. num. 62. & fuit dictum in Bononien. de Carnalibus impress. per Marches. de commiss. tom. 2. fol. 545. & in Beneuentana census impress. per Cinc de cens. decis. 211. num. 2. & in dicta Romana fideicommissi de Vipera.*

Nec releuat, quod Pars dicti prædij non fuerit
19 possessa ab Alexandro fideicommittente, † sed acquisita ab hæredibus ipsius, quia cum fuerit subrogata in locũ bonorum fideicommisso subiectorum prius distractorum, perinde habentur ac si essent bona ipsius fideicommittentis, & ab illo fuissent possessa *l. Imperator, §. cum autem vbi Bart. ff. de legat. 2. Cephal. cons. 188. num. 37. vol. 2. vers. verum est Surd. decis. 13. num. 17. & 208. num. 13.*

Mantic.

Mantic. de coniect. lib. 7. tit. 8. num. 21. Peregr. de fideicommissi art. 39. num. 12. & art. 40. num 44. Fusar. de substit. q. 545. n. 44. Rot. post cons. Giouag. 23. lib. 2. num. 19. & 24. Buratt. decis. 229. num. 9. & par. 5. recent. decis. 320. num. 2.

Minus valet impugnare dictam subrogationē
20 Felicita Plautilla, quia facta fuit † à Rainutio illius progenitore, cuius est hæres *l. si ab eo, C. de liber. caus. Rom. consil. 16. num. 4. Surd. decis. 161. n. 20. cum seq.*

Nec obstat prætensa nullitas processus desumpta ex defectu intimationis decreti admissionis articulorum pro examine testium super legitimatione personarum, quia obiectum cessat ex facto, dum ex originalis inspectione constitit sequutam fuisse dictam intimationem decreti vltra
21 † quod cum illud non sit definitiuum, nec habeat vim diffinitiuæ sufficit, quod altera pars habuerit eiusdem decreti scientiam absque vlteriori intimatione *Verall. decis. 225. n. 4. par. 2. & recent. decis. 165. n. 2. par. 4. & 277. n. 11. par. 6.*

22 Nihil releuat, quod sententia † A. C. non sit conformis libello, seu petitioni, quia hoc detegitur erroneum prout ex lectura libelli, & in omnem casum in eo adsunt clausulæ, *deducens omne*
23 *ius suum omnemque actionem*, quæ † operatur, quo libello non attento possit ferri sententiam non conformis libello, & super omnibus in discursu causæ probatis. *Mart. de clausul. claus. 192. num. 6. lib. 1. Rota par. 1. diuersor. decis. 256. num. 1. cum seq. Reuerendiss. Duran. decis. 90. num. 1. & 258. nu. 31. 451. num. 2. & alijs sæpius.*

Nec pariter obstat liquidatio facta in dicta sententia A. C. dum fuit concessa immissio pro starijs 75. terrarum, necnon pro concurrenti quantitate scutorum 2350. pro bonis distractis fideicommissarijs à qua liquidatione regulariter
24 datur † appellatio fuit etiam per DD. responsum nos versari in sententia in simplici possessorio lata quo casu à sententia liquidatoria non datur appellatio ex quo liquidatio fuit secuta solum ad effectum possessorij *Dec. cons. 28. Marescott. variar. resol. lib. 2. cap. 75. num. 13. Seraph. decis. 452. num. 4. & 5.* cum dicta verba sententiæ, ibi, *pro starijs 75. necnon pro concurrenti quantitate scutorum*
25 *&c.* non valeant † impedire executionem illius, quia important modum, seu conditionem resolutiuam non suspensiuam *Cæs. Manent. decis. 66. per tot. Cancer. var. resol. par. 3. cap. 17. n. 503. Giurb. decis. 60. n. 32. Cabal. cons. 93. n. 11. lib. 2.*

Ponderatum etiam fuit, quod ad effectum obtinendi manutentionem contra factum Iudicis,
26 requiritur manifesta † probatio iniustitiæ, & ad eo notoriè, vt nullo velamine possit offuscari, *inxt. decis. in Romana de Bombellis coram Card. Sacrato post posthum. decis. 9.* præsertim cum excessus
27 † numquam præsumatur inde plenè, & concludenter venit probandus ab allegante. *Rota decis. 45. n. 1. de appellat. in nou. & par. 1. recent. dec. 34. n. 4. & par. 7. decis. 306. num. 26. & 27.*

28 Vltimo nihil facit, quod † possessio huius prædij fuerit capta intra terminum datum ad appellandum, quia cum non esset locus appellationi
29 ratione † Aegidianæ dum agebatur in iudicio possessorio bene potuit in continenti possessio apprehendi *Rota par. 1. diuersor. decis. 120. num. 2. & 659. n. 3. & par. 6. recent. decis. 326. n. 5. et dec. 296. post posth. de manut. & in Roman. de Cæsareis 20. Maij 1659. coram R. P. D. meo Ghisil.*

Et ita resolutum vtraque parte informante, &c.

R. P. D. ROIAS.

Postea EPISCOPO TARRACONEN.

Vrbeuetana restitutionis Dotis.

Veneris 31. Ianuarij 1642.

ARGVMENTVM.

L. hac ædictali. C. de secund. nupt. disponens, quod mulier, quæ transiuit ad secundas nuptias, non possit plus relinquere secundo viro, quam quod reliquit filio primi matrimonij, ea lex intelligenda venit, quod siue mulier filium primi matrimonij instituerit hæredem, siue non, semper prius est detrahenda legitima filij primi matrimonij, alias, &c.

SVMMARIVM.

1 Text. in l. hac ædictali. C. de secund. nupt. *mens qualis sit.*

2 *Bursatt. & Bertrand. distinctio refutatur.*

3 *Matri non est dandi ansa fraudandi dispositionem* l. hæc ædictali, C. de secund. nupt.

4 *Legitima debetur filijs, velint, nolint parentes.*

5 *Filius non tenetur miscere cum legitima, quod capit ex diuersis principijs.*

6 *Filius, quod capit ex substantia matris, tenetur imputare in legitimam.*

7 *Statutum Vrbisueter. lib. 2. rubr. 18. iubet matri, vt omnia sua bona relinquat filijs.*

8 *Filius, tunc debet imputare in legitimum quidquid habet ex substantia parentum.*

9 *Quando filius id habuit extra iudicium parentum. alias secus num. 10.*

11 *Bona debita filio, ex substantia matris per dispositionem statuti prohibentis mulieri alijs, quam filijs relinquere bona sua.*

12 *Id habet filius ex præcepto statuti, quamuis mater ea bona filio reliquerit in testamento.*

13 *Statutum si prohibeat matri, ne alijs, quam filijs relinquant bona sua.*

Tunc filij tamquam successores vniuersales per conditionem ex statuto, possunt prætendere hæreditatem recusando dispositionem matris.

14 *Legitima acta per statutum an veniat etiam detrahenda ex alia portione, remanente sub libera dispositione parentum.*

15 Hodiern. in l. hac ædictali. C. ne secund. nupt. quæst. 12. & seq. *quo casu loquatur, & declaratur num. 22.*

16 *Statutum aliud est, quod promittat matri, liberam dispositionem, & aliud, si omnino inhibeat ei, vt possit tantum inter liberos disponere de rebus suis.*

17 *Statuentes ex defectu iurisdictionis vltra territorium non possunt disponere.*

18 *Patrimonia censentur diuersa respectu diuersorum Territoriorum.*

In

19 *In Patrimonijs sitis in diuersis Territorijs, in vnoquoque patrimonio, seruandum est statutum loci, in quo degit, & num. 20.*

21 *Mulier transiens cum viro ad eius patriam, remanet soluta legibus loci patris sibi odiosis, & n. 22.*

23 *Mulier alibi nupta, in his, quæ ipsam non seiungunt à seruitijs, & obsequijs maritalibus semper reputatur de origine paterna.*

24 *Statutum porrigit vires extra Territorium, quando inhabilitat personam subditi, non secundum quid, sed simpliciter.*

25 *Statutum Vrbisueter. lib. 2. rubric. 58. non cunctatur in sola prohibitione faciendi testamentum à muliere, sed in faciendi illud cum consensu viri, &c.*

26 *Mulier alibi nupta, quo casu obligentur legibus patriæ, & quocumque vadat, semper remaneat subdita illis.*

27 *Statutum prohibens, ne mater non possit alijs, quam filijs relinquere bona sua, cedit in publicam vtilitatem.*

28 *Statuentium obligatio est, conseruandi bonum publicum suæ patriæ.*

29 *Ius, quando alicui fuit quæsito non potest ei amplius præiudicari, & num. 30.*

31 *Liberari, quis non potest, se à nexu proprij statuti, nec etiam per pactum.*

32 *Statutum non auferens in totum mulieribus facultatem testandi, sed nisi fauore filiorum dicendum est fauorabile.*

33 *Statutum dum est valde odiosum eget confirmatione Principis.*

34 *Statutum Vrbisueteris lib. 1. rubr. 58. prohibens mulieri, disponere de rebus suis nisi æqualiter inter filios, quare reputandum sit fauorabile. num 35.*

36 *Statuta illa reputanda sunt fauorabilia, si emanarunt ne mulieres decipiatur fragilitate sexus, vel aliorum blanditijs.*

DECISIO LXVI.

DOMINI dixerunt esse confirmandam sententiam Rotalem mandantem ex scutis duobus millibus legatis de sua dote à Lucretia Testasicca Comiti Alberto Ponfreno secundo viro restituendam, & soluendam fore fratribus de Testasiccis hæredibus Iosephi Auiamontij filij dictæ Lucretiæ ex primo matrimonio nati, tertiam partem pro legitimæ dicti Iosephi, ac de residuo medietatē ex dispositione *l. hac ædictali, C. de secund. nupt.*

Eius enim validitas non controuertebatur, iustitia vero resultat ex loculēter de more deductis *à Reuerendiss. D. meo Decano, in decisionibus 6. Februarij, & 14. Decembris 1640.* ex quibus opti-
1 me apparet veriorem, ac æquiorem esse † sententiam eorum Doctorum, qui indistinctè tenent mentem *d. l. ædictali*, eam esse, quod siue mater filium primi matrimonij instituerit, siue non semper esse prius deducendam legitimam filij ex primo matrimonio procreati, & residuum deinde posse diuidi inter ipsum, & Vitricum, & hanc opinionem in prædictis decisionibus plurium Doctorum auctoritate firmatam, & solidis argumentis munitam denuo amplexi fuerunt Domini, rie&aque distinctione *Bursatt. & Bertrandi*,
2 eam omnino sequendam, vt melioribus nixam rationibus, vnanimi consensu commendarunt; ne aliàs daretur ansa matri fraudandi filium prioris matrimonij æqualiter eos instituendo, neque
3 declinandi † præfatam dispositionem *d. l. hac ædictali*, cuius verba benè ponderata *à Rimin. iun. cons. 311. n. 19. & 20. cum seq. & cons. 333. n. 3. cum seq. relato in secunda dd. decisionum sub §. nec est recipienda*, in omni casu semper præseruant legitimam, quæ
4 sicut debetur filio, velit † aut nolit mater *§. fin. in tit. de hæred. quæ ab intest. defer. cum concordantibus.* Ita nunquam venit in vnum miscenda cum lucro *d. l. ædictali* debito filio ex diuersis principijs,
5 nempe propter transitum matris † ad secundas nuptias, vt animaduertunt *Hodierna ad l. hac ædictali quæst. 7. num. 19. & 24. & alij in dd. decisionibus relati.*

Nec erat amplius ambigendum circa alterum principale fundamentum, quod multum inculcabant informationes pro Ponfrenis, nimirum, quod alia scuta 2000. Vrbeueteri existentia, à
6 dicta Lucretia in eodem testamento relicto Iosepho filio, essent ei imputanda in dictam legitimam, vel tamquam percepta ex substantia matris, vel tamquam censenda eadem met legitima,
7 virtualiter aucta per statutum Vrbisueteris lib. 3. rubr. 58. mandans matri relinquere filijs bona sua, vt alias in simili statuto admisit *Rota decis. 588. num. 3. par. 4. recent. & in hac eadem causa, in prima dd. decisionum S. verum nec applicatur vers. & dicitur virtualiter.*

Nam quoad primam partem dicti fundamenti,
8 placuit responsio, quod & si filius † debeat imputare legitimam quicquid habuit ex substantia parentum, *iuxta text. in l. quoniam nouella. C. de inoff. testam*, & docent *Bart. in l. in quartam num. 10. in princip. vers. aut capitur, vbi Ripa num. 148. ff. ad l. falcid. cum similibus*, hoc tamen non esse admit-
9 tendum † dicebant Domini, quando filius id habuit extra iudicium parentum, ex congestis in terminis *d. l. hac ædictali in prima dd. decisionum sub §. penultimo.* Ex quo, cum Iosephus dd. scuta 2. mill. perceperit ex sola dispositione statuti Vrbisueteris, extra iudicium matris) licet ab ea sibi relicta) sequitur pernecesse, quod non ve-
10 niunt imputanda † in legitimam ad se spectantem in alijs eius bonis, non sibi debitis vigore dicti statuti.

Et quod bona debita filio ex substantia matris per dispositionem statuti prohibentis mulieri
11 † relinquere sua bona alijs, quam filijs non censeantur ei obuenta ex testamento matris, quæ in eo eadem bona filio reliquerat, sed tantum ex
12 præcepto statuti, † magistraliter tradidit *Castren. in cons. 141. par. 1.* vbi per totum materiam plenè examinat, *& num. 5. vers. vocatur* reddit rationem,
13 quia scilicet dd. filij vocantur † ad dd. bona, non tamquam hæredes ex testamento, vel ab intestato, sed tamquam successores vniuersales per conditionem ex statuto. Ideoque *dict. num. 5. vers. ex quibus*, vlterius prosequitur posse à dd. filijs succedere matri vti successoribus vniue. sa ibus, recusando eius hæreditatem. Quod idem etiam tenuerunt relati per *Ruin. cons. 132. num. 8. & 11. lib. 2. Phanuc. de lucr. dot. glos. 2. nu. 11. & seq. Surd. cons. 81. num. 9. & 11. Molphes. ad consuet. Neapol. par. 4. de success. ab intest. quæst. 61. à num. 6. per plures*

res seqq. Caroli Tapia decis. Neapol. 56.num. 3. Modern. Forolu. de legitim.lib.3. tit.1.quæst.24.num 15. & alios congestos à Reuerendiss. D. meo Decano in dd. decisionum sub §. verum.

Quo verò ad secundam partem Domini dixerunt, quod etiam pro veriori admissa opinione Molphes. ad consuetud. Neapol. d.par.4. de successi.ab
14 intest, quæst. 60.num. 11. nimirum † quod aucta legitima per statutum, seu consuetudinem non veniat etiam vlterius detrahenda ex alia portione remanenti sub libera dispositione matris, adeout ex hac ratione inferat Hodiern. ad d.l.ædictali quæst. 22.n. 10. & seq. quod dictum augmen-
15 tum † sit imputandum filio, ne de residuo libero, ad quod concurrit Vitricus, possit prætendere aliam detractionem vigore l. d. hac ædictali: Non tamen prædicta sententia sit applicabilis casui nostro.

Non enim versamur in terminis consuetudinis, seu statuti permittentis matri liberam dispositionem de aliqua portione, sed in statuto pro-
16 hibente † omnimoda dispositionem de tota, & integra substantia, vnde casus, quo filius vltra substantiam sibi delata à statuto prętendat etiam detrahere legitimam ex alijs bonis matris, non
17 potest euenire, nisi quando dd. alia bona sint extra Territorium Vrbisueteris, † ad quæ ex defectu potestatis statuentium non possit trahi præfata dispositio statuti, vt euenit in præsenti; ideoque sequitur, quod cum respectu diuersorum Ter-
18 ritoriorum, diuersa † etiam censeantur patrimonia, ex latè cumulatis in Narnien. successionis coram Reuerendissimo D. meo Decano decis. 177.nu.35. par. 5. recent. & nuper coram R. P. D. meo Cerro, in Romana supplimenti legitimæ 18. Maij 1640. sic respectu bonorum sitorum Vrbeueteri veniat seruā-
19 da forma statuti, & respectu bonorum † existen. Perusiæ sit seruandum ius commune nulla habita consideratione d. statuti, sicque legitima debita de iure communi veniat detrahenda, ex dd. bonis
20 extantibus Perusiæ, remansis sub † libera dispositione matris vigore d. iuris communis, & non ex permissione statuti, prout ita dictam suam opinionem declarat Hodiern. d. quæst. 22. num. 11. in fine, vers. exceptis bonis.

Neque obstat, quod cum Lucretia transeundo
21 cum secundo viro ad Ciuitatem Perusinam remansisset soluta legibus patriæ sibi odiosis, poterat testari secundum statuta Ciuitatis viri sibi permittentia liberam facultatem testandi, & non
22 secundum statuta originis, in odium † sui prohibentia dispositionem suorum bonorum.

Nam vltra duas responsiones datas in dd. decisionibus, prima nempè, quod mulier alibi nupta, in illis, quæ illam non seiungunt à seruitijs,
23 & † obsequijs coniugalibus, semper reputetur de origine paterna, iuxt. doctr. Bart. in l. fin. §. item rescripserunt num.6.ff.ad municip. communiter receptam à DD. cumulatis in prima decisione sub §. non obstat quod Lucretia. Et altera quod dictum statu-
24 tum porrigat vires suas extra Territorium, † cum inhabilitet personam mulieris, non secundum quid, sed simpliciter secundum theoricam Bart. in l. cunctos populos num.3.C. de sacrosanct. Eccles. quam pluribus relatis sequuta fuit Rota decis.238. nu.2. & 3. cum pluribus seqq. par. 6. recent & in specie si-

milis statuti in Mediolanen. hæreditatis 11. Martij 1599. coram Cerd. Millino decis.7. post Fenzon. ad stat. Vrb. fuit hodie omnino sublatum obiectum alia noua responsione.

Et est, quod statutum prædictum non cuncta-
25 tur † in sola prohibitione faciendi testamentum à muliere, nisi cum consensu viri, vel nisi cum alijs solemnitatibus, vt statuta, de quibus loquuntur Bald. cons.418. lib.4. & consil.139. lib.5. alijque adducti ab informantibus pro Pontrenis, sed vlterius prosequitur tacite conferendo filijs substantiam matris, quo casu mulier alibi nupta obligatur legibus patriæ, & quocumque vadat
26 semper remanet mancipata nexu iurisdictionis suæ Ciuitatis, vt in puncto perbellè distinxit Bald. cons.226. num.1 vers. solutio vol.5.

Ac merito, quia cum statutum tunc videatur
27 cedere in publicam vtilitatem municipij, † vt scilicet municipales viri libentius contrahant matrimonia, tuti. quod non alijs, quàm filijs relinquant dotes suas mulieres, per hoc statutum liberæ à captiosis circumuentionum deceptionibus vt ex Bald. in cap. 1. §. si quis per triginta num.9. si de feud. fuerit, contr. inter Domin. & agnat. Vassal. arguit Reuerendiss. Vrgellen. decis. 18. num. 4. non est dubitandum, quin etiam extra Territo-
28 rium extendat † effectum suæ dispositionis, qui est obligatio subditorum, conseruandi bonum publicum suæ patrię ad plenè tradita per Ferdinan. à Castropal. oper. moral. tractat.3. disput. 1. punct. 24. §.5. num.16. & 22.

Et hinc cessat omnis scrupulus in præsenti, in quo Lucretia non primas, sed secundas nuptias contraxit extra Vrbemueterem superstite Iose-
29 pho filio † ex primo viro Vrbeuetano, cui ex d. iure municipali in eius fauorem ob bonum publicum emanato fuerat acquisitum tale ius succedendi in bonis matris iuxta formam ibi præscriptam, vt quemadmodum ipsa vigore eiusdem statuti nequisset in præiudicium d. filii aliquid disponere de suis bonis in eius vita, quod
30 potuisset valere, post mortem, vt per Castr. dict. cons.441. num.3. ante med. vers. hinc est ipsa, qui sub num.2. vers. & sic magis ideo illam comparuerat vsufructuarię eumque ibi sequitur Rota d. decis. 588. num.2. vers. ibi dicit, part.4. recent. Ita etiam est dicendum, quod non potuit in præiudicium d. iuris filio acquisiti liberare se à nexibus Patrii statuti per transitum ad secundas nuptias extra
31 Territorium Vrbisueteris, prout non † posse per pactum cum secundo viro, tradunt Camill. Med. cons.161. num.12. vers. & quod tale ius, & Carol. Tap. d. decis. Neapol.59. num.3. vers. quæ illi præiudicare.

Et qua eadem ratione, cum etiam pateat, quod dictum statutum sit dicendum principaliter
32 fauorabile, tanquam non auferens in totum facultatem testandi, sed nisi fauore filiorum in specie Anchar. cons.25. num.3. vers. istud autem statutum. Mart. de success. par.2. quæst.3. artic. 12. in princ. Camill. Medic. dicto cons.161. num.11. Thesaur. decis.270 num.13. cum alijs relatis in prima dd. decisionum coram Reuerendissimo D. meo Decano sub §. non obstat quod statutum hinc tollitur, & alterum obiectum quod dictum statutum Vrbisueteris tanquam
33 odiosum, † vt valeret egisset speciali confirmatione Sedis Apostolicæ.

Vltra, quod *Rota coram Puteo decis. 383. lib. 1. in correct.* censuit validum esse hoc idem statutum, Vrbisueteris, prohibens mulieri disponere de
14 bonis suis, nisi æqualiter inter filios, & dictam decisionem sequuta fuit in puncto huiusmodi statuti *in d. Mediolanen. hæreditatis 11. Martij 1596. coram Card. Millino decis. 7. post Fenzon.* Idemq; etiam censuit in terminis alterius similis statuti Beneuentani *dicta decis. 588. num. 13. vers. respondetur par. 4 recent.* vbi Rota admisit pro indubitato, † hæc statuta esse fauorabilia, & attendenda tanquam emanata, ne mulieres imbecillitate sexus, & aliorum blanditiis deceptæ aliis suas dotes relinquant, quam propriis filiis.

Et ita resolutum vtraq; parte informante, &c.

R. P. D. CARILLO

Postea Præside VALLISOLETANO.

Eugubina Dotis.

Veneris 14. Februarij 1642.

ARGVMENTVM.

Instrumentum, vt dicatur habere viam executiuam, quid requiratur, & diluuntur plures exceptiones datæ contra validitatem decreti emanati, de quo hic, & aliqua habes circa naturam clausule, si quid exequendum.

ARGVMENTVM.

1 *Via executiua non competit, quando in instrumento non adest obligatio Cameralis, vel quarantigia, & num. 12.*
2 *Quod procedit etiam non obstante iuramento, & maximè dum non est præstitum, prout præstari debet.*
3 *Quamuis tale iuramentum non sit amplius vsu receptum, non sit litis decisiuum.*
4 *Via executiua cessat, in concursu duorum testamentorum, & num. 24.*
5 *Via ordinaria agens, non potest deinde conuolare ad viam executiuam.*
6 *Via executiua, præscribitur spatio 30. annorum, dum tanto tempore nihil actum fuit in causa incepta.*
7 *Clausula,* si quid exequendum, *debet ex eisdem & non ex nouiter deductis iustificari, & num. 28. & 30.*
8 *Excessus nullitas, vitiat actum etiamsi in minime fuerit excessum.*
9 *Bona status Ecclesiastici non possunt alienari à subdito, in non subditum, ex varijs Constitutionibus Summorum Pontificum.*
10 *Quæ Constitutiones dicuntur etiam procedere in terminis subhastationis.*
11 *Sententia quando non possit controuerti, quod sic valida.*
12 *Instrumenta publica non solum.*
re executionem paratam vigore conuentionis.
14 *Verum etiam vigore statuti.*
15 *Instrumenta possunt habere executionem paratam in vim constitutionis Principis, quæ comprehendit etiam instrumenta antea facta.*
16 *Et quando possit dubitari an Princeps voluerit dare instrumentis talem executionem, & num. 17.*
18 *Statuta quando sunt odiosa, & stricti iuris, strictè & amarè prout sonant, sunt intelligenda.*
19 *Princeps, quado dicatur voluisse dare viam executiuam instrumentis.*
10 *Superfluitas est vitanda.*
Verba, quod stet exemplificatiuè, vel demonstratiuè in dubio est iudicandum.
21 *Verbum,* doue, *est exemplificatiuum, & exponitur, pro,* quando.
22 *Statutum vnum, ab alio declaratur.*
23 *Instantia incepta ab hærede, in actione personali, non transit in fideicommissarium.*
25 *Ad Hæreditatis petitionem præscribendum, requiriur, quod intercesserit tempus 30. annorum.*
26 *Præscriptio non currit durante instantia iudicij vniversalis.*
27 *Iudicio vniuersali pendente non potest moueri iudicium particulare.*
29 *Personarum legitimatio, quando non fuit petita in prima instantia, benè fieri potest in secunda.*
30 *Probationes nouas factas, ad elidendas nouas exceptiones partis non obstant executioni decreti iustificati, ex tunc deductis, & oppositis.*
Quod procedit etiam, si causa fuerit commissa, cum clausula, si quid exequendum.
31 *Valor auri in moneta argentea, quando non sit necesse liquidare.*
32 *Valor scuti aurei attendi debet de tempore solutionis, quando non probatur mutata bonitas intrinseca, sed solum extrinseca.*
33 *Iudex circa valorem monetæ currentis potest se extraiudicialiter informare.*
34 Text. in l. 2. ff. si pars hæredit. *in quibus terminis loquatur.*
35 *Vocati ad fideicommissum quando sunt coniuncti in re vel re, & verbis, tunc potest vnus ex pluribus vocatis totum fideicommissum petere.*
36 *Verum tamen communicaturus postea debet cæteris partem suam, si, & postquam comparuerint in iudicio.*
37 *Subditus illius Principis esse quis dicitur, vbi possidet bona, & onera soluit.*
38 *Persona vna, & eadem plura potest sortiri domicilia in diuersis locis.*

DECISIO LXVII.

PRætendens Comes Franciscus à Porta mandatum de exequendo contra ipsum relaxatum à Locumtenente Eugubino ad instantiam Comitis Hieronymi Bentiuoli esse nullum, & iniustum causam appellationis in Rota fuit proposita obtinuit, ac institit pro disputatione dubij, An eis esset dandum mandatum de manutenendo, in cuius propositione facta sub die 16. Decembris anni præteriti, quia plures excitatæ fuerunt difficultates, quæ sub vnica dispositione terminari non poterant, Domini dilata resolutione mandarunt materiam restringi ad particulares inspectiones, videlicet, quod primo videretur, an obligatio Constantiæ substineretur. Secundò an sustineretur testamentum Elisabethæ; Tertio an Comes Cæsar esset vocatus ad fideicommissum, & viciæ Elisabethe. Quarto an creditum, exe-

executiua fuerint præscripta, & Quinto an obstarent detractiones Trebellianicæ, & lucri dotalis ex persona Comitis Octauiani, & quatenus pars voluisset disputare prius de nullitatibus disputaretur dubium. An mandatum de exequendo sit nullum cum omnibus inde executis, cumque dictus Comes à Porta voluerit primo videre de nullitatibus proposui dubium per Dominos præscriptum pro cuius affirmatiuæ resolutione informantes pro dicto Comite à Porta, dicebant.

Primo mandatum præfatum esse nullum, tum quia Comes Cæsar vti vocatus ad fideicommissum Elisabethæ, egit vigore publici instrumenti
1 dotalis pro quo iuxta † veriorem opinionem deficiente obligatione Camerali, seu quarantigia, non competit via executiua, *l.1.cum ibi not. per Bald. C.de execut.rei iud.l.ait Prætor, §.1.vbi Angel.ff. eod. Alex.conf.192.num.1.lib.2.Rot.coram Durano in decis.37.num.6.inter eius impress.* & in terminis Instrumenti dotalis, *fuit dictum in Lucana dotis 19. Ianuarij 1629.coram bon.mem.Virile*, non obstante
2 iuramento, quod præterquam in præsenti non fuit præstitum iuxta formam traditam *à Bart.in l. 2.num.8.ff.de iure iuran.*nec minus haaeret executionem paratam, cum tale iuramentum non sit
3 † amplius vsu receptum, nisi sit litis decisiuum *Thesaur.decis.26.num.7.vers.sed vt breuiter Zacch. de oblig.Cam.quæst.1.num.18.& 19.cum seqq.Rot.inter impress.apud eumdem decis.75.num.3. & 4.* Tum quia tum Comes Bentiuolus, quàm Comes à Porta venit ex testamento Elisabethæ, quæ bis
4 testata fuit, in concursu autem † duorum testamentorum, cessat via executiua, *iuxta not. per Bart.& alios in l.fin.C.de edict.Diu. Adr. tollen. Rota coram Seraph.decis.279.num.1.* Tum, & etiam, quia prius Comes Octauianus, egit via ordinaria,
5 † & sic non potuit Cæsar eius filius postea ad executiuam conuolare, *glos.vlt.in l perinde la 2. ff. ad l.Aquil.Bald.in l.diffamari 2.col.C.de ingen. & manumiss.Rom.conf. 133. ad vers.secus autem Rota decis. 507.num.4.par.4.recent. & inter impress per Zacch. de oblig.Cam decis.68.per tot.*

6 Secundo subiungebant, quod quatenus etiam competijsset via executiua, † ius hoc fuisset præscriptum, ob lapsum 30.annorum, & vltra, quo temporis spatio nihil actum fuit in causa, *Innoc. & Bald.in cap.vlt.in fin.de except.idem Bald. in rub. num.22.vers. & dico, quod contra de præsumpt. Acchill.decis.5.in princ.eod.tit. Martin. Andrea decis.32. num. 7.*

Tertiò allegabant causam fuisse commissam Locumtenenti Eugubino cum clausula, *si quid exequendum*, vnde cum in primo iudicio non fuerint legitimatæ personæ, sed etiam fuerint postea iustificata coram eodem Locumtenente,
7 dicebant, debuisse suspendi executionem, † quia dicta clausula debet ex eisdem, non ex nouiter deductis iustificari, *vt dixit Rota in Romana Census 4.Decembris 1585. coram Eminentissimo Pamphilio seniore impress.per Marches.de commiss.par.1.fol.257. num.5.& coram Caualer.decis. 165. num. 4. & inter recent.decis.287.num.6.part.2.*

Quarto addebant mandatum prædictum esse excessiuum ex eo, quod fuerit relaxatum, & respectiuè executum pro scutis 4500. monetę Romanæ, quæ transcendunt debitum scut.3000.auri habita ratione valoris de tempore promissio-
8 nis, † hincque desumebatur nullitas excessus quæ vitiat actum, etiamsi in minimo fuerit excessum *Bart.in l.si non sortem, §.si centum, & ibi Ias.num.2.ff de condit.in debit.Afflict. decis. 218. numer. 3. & 4. Rot.coram Durano d.decis.37.num.15.*

Quinto, & vltimo afferebant subhastationem, & deliberationem fuisse factas ad fauorem Marchionis Montis S. Marię Forensis contra dispo-
9 sitionem † Bullæ Sixti Quinti 3. *in ordin.§. 3.* ab alijs Pontificibus successoribus confirmatæ, & signanter à Sanctissimo Domino Nostro, in eius Constit. 65. & in alia promulgata de anno 1637.
10 quas † procedere etiam in subhastatione declarauit *Rota in decis.319. n.5. & 6. coram sanct. mem. Greg. XV.*

Verum præfatis non obstantibus contrarium resolutum fuit, nempe mandatum esse validum, quia ad eius validitatem concurrunt omnia
11 requisita † necessaria, de quibus in *vulgat. decis. Caputaq. 260. par. 2.*

Non obstat prima nullitas deducta ex eo,
12 quod non potuerit agi via executiua, † pro instrumento non quarantigiato, seu obligatione Camerali vallato, quia licet hoc verum sit de iure communi, *ex allegat. in princ.* secus tamen dicendum est in præsenti, vbi ad sunt statutum Eugubinum, & decretum Ducale, quibus dis-
13 ponitur, quod instrumenta † publica cuiusuis generis habeant executionem paratam, nam certum est: quod via executiua competere potest, nedum vigore conuentionis, vt notatur *in l. creditores, C.de pignor.Zacch.de obligat.Camer.d.quæst.*
14 *2.num.16.*sed etiam vigore † statuti *Asin.de exec. §.1.cap.16.per tot.Rot.coram fa.mem.Greg.XV in decis.362.num.2.& in decis.234.num.14. par.5 recent.*
15 siue in vim Constitutionis † Principis, quæ compræhendit etiam instrumenta antea confecta, vt in terminis *Capra in suo tract. Regularum, reg. 6. num.52.Asin.de execut.§ 2.cap.12.& cap.29.*

Nec placuit intellectus datus dd. Statuto, & Decreto per informantes pro Comite à Porta, quod scilicet in illis non dicatur clarè, quod pu-
16 blicis † instrumentis detur via executiua, sed tantum cum supposito, quod competat via executiua præscribatur forma executiuè procedendi ponderando verba illa Statuti, ibi *Cum igitur via executiua ex publico instrumento, &c.* & verba Decreti, ibi, *Che nelle cause essecutiue, doue dall'Attore si produrranno instrumenti publici*, quasi quod loquantur de instrumentis, quæ alioquin, puta
17 ratione † Quarantigiæ, vel obligationis Cameralis haberent paratam executionem, non autem de alijs, & ideo non debeat fieri extensio,
18 cum versemur † in statutis odiosis, & stricti iuris, quæ sunt strictè, & prout sonant intelligenda. *Alex.conf.96.col.2.post med.vers. vnde succedit communis doctrina, lib.2.latè Asin.de execut. in princ. tractat. cap.1 per tot.& cap 2.num.8.*

Quoniam animaduerterunt Domini, quod si in dd.Statuto, & Decreto, debebat solum præscribi forma procedendi in iudicijs executiuis, satis fuis-
19 set dicere, † quod in causis executiuis procedatur sic, & sic, sed in eis vlterius processum fuit, enumerando omnes scripturas, & dispositiones, quarum vigore executiuè proceditur, vt in Statuto. ibi,

ibi, *Cum igitur via executiua ex publico instrumento, sententia, laudo, in iudicatum, transactis, testamento, donatione, causa mortis, codicillis, siue vltimis voluntatibus, siue Apoca, vel Chirographo legitimè recognito, &c.* & in Decreto, ibi, *Che nelle cause essecutiue doue dall'Attore se produrranno instrumenti publici, sentenze, laudi passati in giudicato testamento, &c.* quæ quidem enumeratio, quia alias esset superflua, dicendum
20 est, quod † fuerit facta ad indicandum, quænam scripturæ executionis paratæ priuilegium haberent, & sic quod stet exemplificatiuè, & demonstratiuè ad causas executiuas, prout in dubio verba accipi debent, *l. fin. §. Titia, ff. de liberat. legat. Bart. in l. cum Pater, §. mense, vers. quæro quid sit testator. ff. de legat. 2. & in l. Centurio. num. 39. ff. de vulg. Paul. de Castr. cons. 219. col. 2. post med. lib. 2. Rota decis. 62. num. 3. part. 1. diuers. & decis. 114. nu. 5. par. 1.*
21 *recent.* ponderando præsertim † verbum illud, *doue*, ibi, *doue si produrranno, &c.* quod est exemplificatiuum, & exponitur pro quando *Menoch. consil. 473. num. 6. ex text. in l. postliminium. ff. de capt. & postlimin. reuers. l. 2. §. confestim, ff. ad municip. l. si ita sit scriptum, §. fin. de legat. 2.* Idque eo magis, cum in alio statuto, in quo specialiter disponitur, quod Apocæ habeant executionem paratam, dicatur,
22 quod † Apocæ vim habeant publici instrumenti, vnum enim Statutum ab alio declaratur. *Bald. in l. omnes populi. nu. 71. ff. de iust. & iur. Caputaq. dec. 201. in fin. par. 3. Rota decis. 467. num. 3. par. 1. recent.*

Cum igitur ex his pateat Comitem Cæsarem potuisse executiuè agere, non est curandum de alio iudicio anteriori ordinarie cœpto per Comitem Octauianum patrem, vti hæredem dictæ Elisabethæ, quia idem Cæsar potuit ex persona pro-
23 pria, † tanquam fideicommissarius eiusdem Elisabethæ nouum iudicium executiuum instituere, cum instantia cœpta ab hærede in actione personali, non transeat in fideicommissarium. *Bartol. in l. si cum hominem num. 3. de fideiuss. Alex in l. cum hæreditas, num. 2. ff. ad Trebell. Peregrin. de fideicomm. artic. 53. num. 19. Fusar. de substitut. quæst. 620. nu. 6. cum alijs allegat. à Modern. Veneto in tractat. de trausmiss. cas. 55. num. 3.*

Ad id quod dicebatur de duorum testamento-
24 rum concursu, quo stante non † potuerit agi executiuè, responsum fuit hoc pendere ab alio articulo, reseruato in particulari inspectione, nempe an testamentum secundum Elisabethæ sustineatur.

Secunda nullitas desumpta ex præscriptione facillime tollitur, quia à die purificati fideicommissi, quo solo tempore orta fuit actio Comiti Cæsa-
25 ri, non intercesserunt 30. anni, † prout requiritur ad præscribendam petitionem hæreditatis, *iuxta l. hæreditatis, C. de petit. hæredit. & l. licet, cum glos. C. de iur. deliber,* vltra quod huiusmodi præscriptio cur-
26 rere nequiuit, † tempore quod durauit instantia iudicij vniuersalis, moti de anno 1577. per Comitem Horatium Carpineum, & Lauram eius matrem contra Octauianum, super prætensa nullitate testamenti dictæ Elisabethæ, pendente enim iudi-
27 cio vniuersali, non potuit moueri † iudicium particulare, quod à resolutione illius vniuersalis pendebat, vt probat *text. in l. si quis libertatem, ibique notant omnes, ff. de petit. hæredit. l. non distinguemus §. si is faciat, & ibi glos. Bart. & alij ff. de arbitr. Caputaq. decis. 117. par. 2. Rot. coram Buratt. decis. 57. num. 2.*

Tertia fundata in defectu iustificationis clau-
28 sulæ, † *si quid exequendum*, pariter eliditur, quia Decretum Prætoris Eugubini iustificatur ex eisdem, præterquam quoad personarum legitimationem, quæ cum non fuerit opposita in prima instan-
29 tia, benè potuit fieri in secunda, † citra vitium nullitatis processus, iuxta notata per *Bald. in l. non ignorat, num. 2. C. de his qui accus. non possess. glos. in l. 1. in verb. filium, C. quorum bonorum, Rot. decis. 307. numer. 7. part. 1. recent. & coram san. mem. Gregor. XV. in decis. 88. num. 1. Adden. ad eumdem in decis. 264. nu. 6. & coram Burat. in decis. 749. num. 21.* probationes
30 autem factæ ad eligendas † nouas exceptiones partis, non obstant executioni decreti iustificati ex tunc deductis, & oppositis, etiamsi causa fuerit commissa, cum clausula si quid exequendum. *Cæs. de Grass. decis. 20 num. 11. de probat. Gregor. XV. in decis. 272. num. 6. ibique. Adden. num. 9. Duran. decis. 172. num. 7. & fuit dictum in Tiburtina Pratorum 5. Iulij 1638. coram bon. mem. Bucabella.*

Quarta posita in excessu, & ipsa quoque diluitur, quia obligatio est in scutis 3000. auri, & eodem modo conceptum est mandatum vna cum
31 executione, & deliberatione, nec † opus fuit liquidare valorem auri in moneta argentea, quoniam etiam pro moneta aurea, quæ extat in rerum natura, quidquid sit in imaginaria, potuit relaxari mandatum executiuum, & quamuis ex pretio exbursato à licitatore Comes Hieronymus credi-
32 tor receperit scuta 3900. non tamen excessit, † quia attento valore scuti aurei de tempore solutionis, prout attendi debet, cum non probetur mutata
A bonitas intrinseca, A sed solum extrinseca, *cap. olim, & cap. cum Canonicis, & ibi not. de censib. glos. in cap. quis ignorat. in vers. tempore nostro 32. quæst. 4. Corn. cons. 279. ante med. vers. tamen conclusi contrarium lib. 1. Rota decis. 149. num. 11. part. 2. recent. Adden. ad Greg. XV. in decis. 42. num. 7. & 8.* dicta sum-
33 ma scutor. 3900. monetæ † non est excessiua, vt est notorium, de quo propterea Iudex potuit se extraiudicialiter informare. *Bald. in l. vnic. C. vt quæ desunt Aduoc. Cyn. in l. 2. col. 12. vers. secundo quæritur. C. quæ sit longa consuetudo, cum alijs quos refert, & sequitur Asin. de execut. §. 3. cap. 34. num. 13. & 14.*

Nec excessus potest considerari ex alio capite nempè ex eo, quod solus Cæsar, vti fideicommissarius egerit pro tota summa, & tamen adessent alij fratres vocati ab eadem Elisabetha fideicom-
34 mittente: nam quidquid sit † quando plures sint coniuncti verbis tantum in quibus terminis loquitur *text. in l. 2. ff. si pars hæredit. pet.* certum est, quod quando sunt coniuncti in re, vel re, & verbis,
35 prout hic, tunc potest vnus ex pluribus † vocatis totum fideicommissum petere, per *text. in l. planè, §. coniunctim, cum ibi not. ff. de legat. 1. Soccin. in l. quæ conditio, col. penult. ff. de condit. & demonstrat. Alciat. cons. 47. num. 5. & 6. lib. 9.* & benè distinguit *Peregr. de fideicommiss. artic. 9. num. 12. vers. si vero,* & fuit dictum *in Bononien. fideicommissi de Liuio 17. Ianuarij 1621. coram Cardin Verospio seniori,* communica-
36 turus tamen postea cæteris eorum ratam, † si & postquam comparuerint in iudicio *ad glos. in l. vnum ex familia, §. rogo. in verb. sed omnes, ff. de legat. 2. Rota decis. 262. num. 13. par. 7. recent.*

Quinta tandem, & vltima nullitas deprompta ex forensitate Marchionis Petri Francisci Licitatoris

torijs corruit ex facto, quia, etsi ipse ratione originis haberet domicilium in Oppido S. Mariæ ratione tamen habitationis † in Ciuitate Typherni, vbi bona possidet, & onera soluit, quæ alij Ciues Typernates sufferunt, dicitur subditus dition. Sedis Apostolicæ *l. domicilium, ff. ad municip l. si in patria, C. de incolat. Dec. cons. 661. num. 6. Rot. dec. 211. num. 4. par. 5. recent.* cum non repugnet eandem
37

38 personam † plura habere domicilia in locis diuersis, per *text. in l. assumptio, §. viris prudentibus, vbi notant omnes, ff. de mancip. Menoch. cons. 329. num. 36. in fin, Rot. decis. 137. num. 13. & 564. num. 6. par. 5. recent.* & fuit dictum *in Romana, seu Ianuen. quarti dotalis 14 Nouembris 1639. coram Reuerendiss. P. D. meo Panzirolo Patriarcha Constantinopolitano.*

Ex quibus vtraque parte informante responsum fuit pro validitate mandati, reseruato tamen, quod particulariter videatur de alijs reseruatis, &c.

R. P. D. ROIAS

Postea Episcopo TARRAÇONEN.

Romana Hæreditatis de Gratianis.

Veneris 7. Februarij 1642.

ARGVMENTVM.

Adducuntur plures coniecturæ, præsumptiones, & iudicia, ex quibus facili negotio deueniri potest in cognitionem, an quis sit filius alicuius, nec ne. Quoniam cum in hac materia non possint haberi plenæ, & concludentes probationes, cum sit materia quasi improbabilis, ideoque admittuntur illæ probationes, quæ haberi possunt.

SVMMARIVM.

1 *Nepoti non potest denegari immissio in bonis patrui, & quidem in stirpes dum concurrunt alij patrui.*
2 *Filiationis probatio respectu genitoris, & concludens, vel est impossibilis, vel saltem difficillima.*
3 *Filiatio paterna, cum non possit plenè probari, ideoque ad eam iustificandam admittuntur solæ præsumptiones, & coniecturæ.*
4 *Filius præsumitur ius, à quo, sacro Baptismate ablutus fuit, vti progenitore, & in libro Baptizatorum descriptus fuit, vti eius pater.*
Et insuper ab eodem fuit educatus, & publice denominatus vti filius.
5 *Filius alicuius, quando quis publicè denominatur, ex hoc remanet adminiculata filiatio, & filius constituitur in quasi possessione filiationis.*
6 *Filiatio probatur ex publica voce & fama inconcussa apud vicinos, quod talis erat filius, & num. 7.*
8 *Similitudo effigiei, & aspectus patris, licet non probet filiationem, ista tamen probatio iuncta cum alijs coniecturijs non videtur contemnenda.*
9 *Filius potest cognosci esse illius, cuius faciem, formamque refert.*
10 *Patrui, quando recognouerunt aliquem, vti nepotem, & maximè si actus fuerunt iudiciales tunc non possunt controuertere amplius an sit talis, & num. 11.*
12 *Filius constituitur in quasi possessione filiationis, respectu eorum, qui illum, vti talem agnouerunt, & conuenerunt.*
13 *Filiationis nominatio iuncta actui proportionabili, probat filiationem, etiam cum extraneis.*
14 *Quod multò magis procedit contra confitentem & nominantem.*
15 *Filiationis confessio, non simpliciter facta, sed explicita emanata in actu iudiciali, qui non nisi, vti filius, ac hæres conueniri poterat, probat filiationem.*
16 *Filiatio ex testibus, qualiter probetur, & num. 17.*
18 *Natus, quis præsumitur ex eo qui aliquam pro concubina retinebat, & num. 19.*
20 *Filius legitimatus per subsequens matrimonium, quo ad omnem effectum, reputatur filius legitimus, & naturalis.*
21 *Confessio alicuius earum rerum, quæ non sunt in potestate confitentis, non releuat, declara vt num. 22.*
23 *Confessio, licet non sit apta ad transferendum dominium, attamen apta est ad illud probandum.*
24 *In Hæredem transeunt omnia iura, actiua, & passiua testatoris.*
25 *Hæreditas patris, non conuenit nisi filio legitimo.*
26 *Confessio emanata, quoad vnum effectum, releuat etiam quoad alium, qui venit in consequentiam illius.*
Et præsertim dum remanet adminiculata, ac in merum præiudicium confitentis, num. 26.
27 *Exceptiones, quæ dantur contra testes, vt releuent, debent esse iustificatæ.*
28 *Testes omni exceptione maiores, quando habere non possunt, admittuntur illi, qui haberi possunt.*
29 *Testes, qui non percutiunt tempus actus, de quo controuertitur, non attenduntur, & num. 32.*
30 *Testes non informati, vel verisimilia non deponentes, non releuant, maximè in concursu informatorum, & verisimilia deponentium.*
32 *Testis deponens per verbum*, in circa, *quid certum non probat.*
33 *Testis, quando non veniat habendus in consideratione.*
34 *Testis, si non appareat informatus de re super qua deponit, non releuat.*
35 *Testis dictum restringitur, & declaratur à ratione scientiæ per ipsum deducta.*
36 *Testis deponens extra tempus articulatum in nihilo releuat, & num. 37.*
38 *Testis, qui remanet vnicus, non iuuat.*
39 *Testis qui conuincitur de mendacio, per alios plures testes est reijciendus.*
40 *Decisio in causa Romana filiationis 1. Iulij 1639. coram R. P. D. Carrillo, declaratur.*
41 *Ad Filiationem probandam tunc reijciuntur coniecturæ adductæ, quando sunt imperfectæ in suo genere.*
42 *Coniecturæ leuissimæ, & æquiuocæ non releuant.*
43 *Actus, quando sunt iudiciales, tunc eo magis probant, & nocent facientibus.*
44 *Probationes imperfectæ, quando iungantur ad faciendam plenam probationem.*

DECISIO LXVIII.

VITA functo ab intestato Octauio Gratiano, super cuius hæreditate orta controuersia inter Lælium fratrem germanum, & Franciscum vti filium Horatij fratris præfatornm Octauij, & Lælij, causa commissa Reuerendiss. Vrgellen. fuit datum dubium. *An Francisco esset danda immissio in possessionem bonorum hæreditariorum q. Octauij, & pro qua rata.* Quod fuit plures discussum, sed propter discre-

discrepantiam Dominorum nunquam fuit capta
resolutio, hodie tandem ab omnibus Dominis
maturè discussa causa, fuit coram me in locum
Reuerendiss. Vrgellen. suffecto resolutum, Franci-
sco dandam esse immissionem.

Tota difficultas materiæ reducebatur ad vni-
cam ferè inspectionem, videlicet. An Franciscus
probauerit esse filium Horatij, quia quatenus sic
immissio pro medietate hæreditatis Octauij pa-
1 trui in concursu cum Lælio patruo non † poterat
ei denegari succedendo in stirpes in vim repræ-
sentationis Horatij patris, *iuxta tex. in §. si igitur
defunctus in auth. de hæredit. ab intestat. vbi Bart. in
sum. in fine princ. Angel. num. 5. & 6. & in §. reliquum,
& in auth. vt pater filij. Rot. decis. 27. num. 4. par. 1. re-
cent. Buratt. decis. 309. nu. 2. & in Tusculana fideicom-
missi 16. Aprilis 1619. coram Coccino.*

Sed quia non fuit apud Dominos in dubium
2 reuocatum, quin probatio filiationis † respectu
progenitoris certa, & concludens, vel sit impossi-
bilis, vel difficillima, vt est bonus *text. in l. Lucius,
ff. de condit. & demonstr. Cyn. in l. filium, C. de his, qui
sunt sui, vel alien. iur. Bald. in l. 1. num. 2. C. quor. bon. &
cons. 437. nu. 1. lib. 7. Menoch. de arbitrar. Iudic. cas. 89.
num. 11. lib. 2. Bertrandus cons. 26. num. 1. lib. 2.* Vbi di-
3 cit, quod paterna filiatio non potest † benè pro-
bari, inde ad illam iustificandam solas præsum-
ptiones, & coniecturas esse admittendas, docet
*glos. in d. l. Lucius, idem glos. in l. 1. ff. de probat. Anchar.
cons. 225. num. 6. Surd. cons. 1. num. 39. & 40. Menoch.
de arbitr. d. cas. 89. nu. 11. lib. 2. cum alijs per Rot. par. 5
recent. decis. 409. nu. 2.* Ad easque esse recurrendum
adductæ autem in præsenti pro Francisco, & quæ
DD. placuerunt fuerunt infrascriptæ.

Prima desumpta fuit ex eo, quod statim atque
Franciscus in lucem prodijt de anno 1613. ex O-
limpia de Mercadantibus, fuit sacro Baptismatis
4 lauacro † ablutus ab Horatio vti progenitore, &
in libro Baptizatorum descriptus tanquam filius
Horatij, & educatus, ac publicè denominatus il-
lius filius, quæ nominatio quamuis non videatur
prodesse Francisco in præiudicium Lælij, vbi agi-
tur de hæreditate alterius, quàm patris illum fi-
lium denominantis, plurimum tamen ex tali de-
5 nominatione remanet † adminiculata filiatio
etiam in aliorum præiudicium, ita, & taliter, vt
Franciscus constituatur in quasi possessione filia-
tionis. *l. quidam, & ibid. glos. 1. ff. de probat. Angel. in l.
liberor. num. 2. ff. de his, qui notant infam. Menoch. de ar-
bitr. Iud. cas. 109. num. 72. & præsumpt. 53. nu. 23. cum
seqq. lib. 6. Paris. cons. 10. num. 62. lib. 2. Surd. consil. 1.
num. 62. Gratian. discept. 653 num. 71. Paleot. de not. &
spur. cap. 22. num. 9.*

Secunda ex publica voce & fama inconcussa
6 apud vicinos cum Franciscus † ab omnibus repu-
taretur filius Horatij, vt testes comprobant, quæ
benè illi suffragatur ad effectum constituendi il-
7 lum in quasi possessione † filiationis. *Menoch. de
arbitrar. cas. 89. num 88. cum seqq. lib. 2. Paleot. de not.
& spur. cap. 23. vers. vlt. Bursat. cons. 88 num. 5. Alex.
cons. 88. num. 9. lib. 7. Paris. cons. 10. num. 57. lib. 2. Rota
decis. 372. num. 8. par. 1. recent.* & facit bonus *text. in
l. si mater. C. de statu defunct.*

Tertia ex simili effigie, ac aspectu patris, quæ li-
8 cet non sit probatio necessario † concludens filia-
tionem, est tamen præsumptio, quæ iunctis alijs
præsumptionibus non venit contemnenda de qua
benè deponunt testes, ex cuius similitudinis typo
9 posse dignosci filius esse illius, cuius faciem, † for-
mamue refert, dixerunt *Bald. consil. 390. lib. 2. De-
cian. cons. 1. num. 117. lib 3. Tiraquell. ad l. 7. connub.
num. 52 cum alijs per Rot. par. 6. recent. decis. 314.
num. 10.*

Quarta, & quæ omnes alias superat, & de per se
solum sufficeret, desumpta fuit ex eo, quia Lælius
ipse, & Octauius patrui dictum Franciscum vti fi-
lium Horatij, ac respectiuè proprium nepotem
10 agnouerunt, dum post mortem † Horatij com-
munis fratris eius tutelam affectarunt de qua af-
fectatione deponunt quatuor testes *Summar. Fran-
cisci num. 11.* Vlterius, & quod facit cessare omnem
11 scrupulum, sunt plures actus iudiciales, † in qui-
bus fuit pluries conuentus per præfatos Lælium,
ac Octauium vti filius, ac hæres Horatij *Summar.
num. 12.* & contra Franciscum dictus Lælius man-
datum executiuum obtinuit, & executionem con-
summauit pro debito hęreditario Horatij, ex qui-
12 bus actibus indubitanter remansit † Franciscus
constitutus in quasi possessione filiationis in præ-
iudicium confitentium, siue denominantium.
*Alex. cons. 25. num. 12. lib. 4. Menoch. præsumpt. 53. nu.
23 cum seq. lib. 6. & de arbitr. cas. 89. num. 72. Paleot.
de not. & spur. cap. 22. in fin. Gratian. discept. 653 num.
71. & seqq. & discept. 754. nu. 32. & 33. Rota dec. 199
num. 2. par. 3. recent.* Præsertim quia dicta concessio
13 Lælij † secuta fuit in actu iudicialis exactionis
debiti hæreditarij, quæ non nisi contra filium, &
hæredem fieri potuisset. Inde ipsa nominatio vti
adiuncta actui proportionabili filiationem pro-
14 bat etiam cum † extraneis, & multò magis con-
tra Lælium confitentem, ac nominantem. *Gozad.
cons. 13. num. 52. cum seqq. Bursat cons. 88. num. 5. Ro-
ta decis. 472. num. 8. par. 1. recent.* & fuit resolutum in
*Bononien fideicommissi 22 Iunij 1639 coram R. P. D.
meo Bichio.* Vnde non versamur in simplici enun-
ciatiua, sed in confessione explicita Lælij emissa
15 in actu, sub † quo Franciscus, non nisi vti filius le-
gitimus, ac hæres Horatij posset conueniri, quo-
niam si spurius esset Horatij hæreditatem prætten-
dere non valuisset. *Auth. ex complexu, C. de natur. li-
ber. Peregr. de iur. fisc. lib. 3. tit. 18. num. 26. Merlin. de
legit. lib 1. tit. 2. quæst. 5. num. 55. Rota par. 3. recent. de-
cis. 154 in fin.*

Quinta elicita fuit ex eo, quia benè conuincitur
per plures testes pro Francisco examinatos tem-
pore conceptionis, & natiuitatis illius secutæ de
16 anno 1613. ad † Olimpiam eius matrem, nemine
habuisse accessum præter Horatium Gratianum,
qui eam domi ab eodem conductæ, & sitæ è con-
spectu propriæ habitationis ad meliorem illius
custodiam amore maritali retinebat, ibique ali-
menta, & necessaria dietim subministrabat sub
spe illam in vxorem ducendi, prout tandem in ar-
17 ticulo mortis eam † duxit, & exitus hoc benè
comprobauit. Qui actus indicant maximum amo-
rem, ac beneuolentiam inter ipsos, demonstrant-
que Olimpiam in posterum non habuisse ab alte-
18 ro dependentiam, quàm à dilecto Horatio, † quo
casu intrat iuris præsumptio, quod quis præsuma-
tur natus ex eo, qui illam per concubina retinuit,
vt est *glos. magistra in cap. Michael de filijs presbyt.
Alex. cons. 157. nu. 2. vers. nisi illa fuisset, lib. 5. Anchar.
cons. 221.*

cons.221. Alciat. de præsum. regul. 3. præsum. 37. num. 3. & 4. Paris. cons. 10. num. 33. lib. 2. Surd. cons. 1. num. 44. Rota decis. 332. num. 3. post 2. volum. consil. Farinac. prout benè testes comprobant verbis rotundis
19 deponentes, Olimpiam † matrem Francisci è statu meretricio transitum fecisse ad concubinatum cum solo Horatio.

Quo verò Franciscus sit legitimus, itaut veniat admittendus ad successionem Octauij vna cum Lælio patruo, satis remanet probatum ex subsecuto matrimonio inter Horatium, & Olimpiam
20 per † quod Franciscus filius legitimus effectus fuit ad omnem effectum, talemque legitimationem valere dixerunt. *Ias. cons. 234. per tot. lib. 2. Castr. cons. 429. col. 2. lib. 2. Abb. in cap. innotuit de elect. Soccin. in l. si quæsitum de liber. & posthum. Rip. in l. si vnquam, C. de reuocan. donat. num. 55. Gabr. cons. 21. à num. 5. vsque ad 12. lib. 1. Cassad. decis. vnica, num. 6. & 7. de sponsal. & matrimon. Gabr. da legitim. concl. 1. num. 52. Mantic. de coniect. vltim. volun. lib. 11. tit. 12. num. 9. Gail. pract. obseruat. lib. 2. cap. 141. num 4. Boer. decis. 240. num. 16. in fine.* Qui omnes pluribus auctoritatibus, ac rationibus probant, hanc opinionem esse veriorem.

Nec obstat, quon confessio Lælij non suffra-
21 getur † in his, quæ non pendent à potestate confitentis, prout est filiatio. Fuit enim responsum
22 obiectum benè † procedere ad effectum veritatis realis ex parte rei, videlicet, quod filius verè efficiatur, qui talis non est, se non ad effectum probationis, prout dicimus, quod confessio, li-
23 cet non sit apta ad transferendum † dominium, est tamen apta ad illud probandum, *Grauet. cons. 157. num. 6. cum seqq. Ruin. consil. 128. num. 5. & 18. lib. 2. Paris. cons. 77. num. 39. lib. 3. Rip. in l. si aliquam rem num. 44. ff. de acquirrend. possess.* & fuit dictum in *Neapolitana domus 16. Decembris 1605. coram Ortembergo.*

Minus obstat, quod altera confessio Lælij circa filiationem Francisci emanauerit ad alium effectum, ac respectu alterius hæreditatis, nempè
24 Horatij † quia cum effectus exationis debiti, & sic iuris passiui hæreditarij in personam vnius non possit separari à iure actiuo, cum ad hæredem transeant omnia iura; tam actiua, quam passiua. *l. cum hæredes, ff. de acquirend. possess. l. 1. ff. de bon. possess. l. hæredes la 2. ff. de acquir. hæred. Caualer. decis. 536. num. 3.* Ideo constito quod Franciscus sit filius, & hæres Horatij, quod nisi filio legitimo congruit ex prædictis, & in alio iudicio idem Lælius fassus fuit, venit in necessariam consequentiam, quod idem Franciscus tanquam
25 † nepos succedat Octauio patruo in concursu cum Lælio confitente. Confessio autem emissa ad vnum effectum releuat etiam quo ad alium, qui venit in consequentiam illius, præsertim dum
26 remanet † adminiculata, ac in merum præiudicium confitentis, *Pacian. de probat. lib. 2. cap. 6. num. 27. Felin. in cap. per tuas de probat. numer. 12. vers. & licet contrarium.*

Nec obstant exceptiones adductæ contra personas testium pro filiatione examinatorum, nem-
27 pè † quod sint personæ viles, pauperes fœminæ ac similes, quia fuit per DD. responsum hæc omnia non iustificari in facto, & in omnem casum in hac materia, in qua non est ita facile reperire
28 † alios testes, admittuntur ad eam comprobandam etiam testes, qui alias essent inhabiles, cum veritas aliter haberi non possit. *cap. veniens, il 2. in fin. de testib. Lupus allegat. 94. col. 1. vers. & ideo insurgit Gabr. de testibus concl. 7. per totam,* & censuit, *Rota in Romana filiationis coram bon. mem. Ptrouano, post 2. vol. cons. Farinacc. decis. 332. numer. 12. in fin. & in Romana Dotis coram Reuerend. D. meo Decano part. 6. recent. decis. 314. num. 27.*

Minus obstat, quod probatio filiationis desumpta ex testibus destruatur ex depositionibus quatuor testium examinatorum pro Lælio, dum illi conantur deponere dictam Olimpiam Francisci matrem extitisse publicam meritricem & in lupanarijs innolutam, quia fuit responsum, vel
29 † præfatos testes non percutere tempus conceptionis Francisci, secutæ de anno 1613. vel detegi non informatos, ac deponere inuerisimilia, præsertim in concursu cum alijs testibus deponentibus verisimilia, quibus magis esse credendum censuerunt. *Abb. in cap. in nostra de testibus, & ibi Imol. & Felin. col. 1. in fin. & col. 3. Ruin. consil. 67. consil. 1. vol. 1. Alexan. consil. 90. col. fin. vol. 4. & cons. 171. vol. 5. Afflict. decis. 363. num. 6.*

Etenim primus deponens ab anno 1599. vsque
31 ad annum 1612. 15. & 18. per dictionem † *in circa*, & cum alia ibi, *se ben mi ricordo dette Olimpia tenne sempre l'istessa vita*. Quæ depositio potest verificari, etiam ante annum 1613. cum illa sit concepta per verba præfata, *se ben mi ricordo*, &
32 cantent † in genere de toto tempore, non inde concludit pernecessè, præsertim in concursu cum alijs testibus Francisci bene concludentibus tempore conceptionis illius, Olimpiam in lupanarijs
33 non extitisse inuolutam, † immo potius in concubinatu cum Horatio, non inde prædictus testis venit habendus in consideratione, *Caputaq. decis. 247. num. 12. part. 3. Gregor. XV. decis. 344. num 6. cum seqq. & 290. num. 3. & part. 2. recent. decis. 774. num. 6.* quæ alias cumulat.

Secundus verò testis quamuis eodem modo deponere conetur de inhonestate Olimpiæ ab anno 1599. vsque ad annum 1613. attamen quia subdit, id totum scire ex quo vidit cum ea homines
34 ratiocinari, necnon † habere commercium tempore quo moram gerebar super hospitio Gambari, quod fuit longè ante tempus conceptionis Francisci, cum per biennium, & vltra probetur, Horatium asportasse Olimpiam ad alteram domum è conspectu propriæ Horatij, ad maiorem custodiam. Inde depositio præfati testis debet restringi ad tempus habitationis Olimpiæ super dicto Hospitio, & consequenter de tempore diuerso à tempore conceptionis Francisci, cum benè
35 verum sit dicere, quod dictus testis restringatur, † & declaretur à ratione scientiæ deducta, ita *Bald. in l. solum n. 2. vers. vltimo sciens. C. de testib. Farinac. qui alios congerit, de testib. qu. 70. cap. 1. num. 12.*

Præsertim quia idem testis deponit, quod de anno 1612. 13. & 14. numquam accessit ad domum Olimpiæ, prout etiam videtur restringenda depositio tertij testis, dum eius scientiam circa
36 vitam lupanariam Olimpiæ, † ac accessum ad eius domum terminet ad annum 1610. subdens hæc

hæc verba, *& dall' Anno 1610. in poi non sono stato più in casa sua*, non inde percutit tempus concep-
37 tionis Francisci, sed tempus præcedens cum † deponat post dictum annum 1610. amplius cum Olimpia non fuisse allocutum, nec eam vidisse.

Nec pariter obstat quartus testis, quamuis de-
38 ponat omni peiori modo, † tùm quia remanet vnicus. *cap. nihilominus, & ibi glos. 3. qu. 9. capit. tam litteris de testibus.* vbi *glos. in verb. sol. Paris. cons. 57. col. 2. vol. 1.* tùm etiam quia conuincitur de mendacio per contrariam depositionem de-
39 cem testium † Francisci, necnon secundi, ac tertij testis eiusdem Lelij. *Clar. in §. falsum, vers. conuincitur etiam testis de falso in princ. Farinacc. qui alios cumulat. cons. 178. num. 16. lib. 2. Greg. XV. decis. 100. num. 3.* Inde benè remanere firmam probationem factam per testes pro filiatione Francisci.

40 Vltimo non obstat decisio † *in Romana Filiationis 1. Iulij 1639. coram R. P. D. meo Carillo*, in qua reijciuntur plures coniecturæ ad effectum probandi filiationem, cum in casu illius decisionis ideò coniecturæ fuerint reiectæ pro filiatione
41 adductæ † tanquam imperferfectæ in suo genere ex defectu validæ probationis singularum, ob nullitatem examinis testium, vel ob eorum sin-
42 gularitatem, † ac etiam quia in ea coniecturæ erant leuissimæ, ac equiuocæ, secus verò in casu nostro, in quo sunt plures, & adsunt perfectissimæ & efficaces præsumptiones desumptæ tàm ab actibus, & factis, nedum Horatij Patris, Fide Baptismi, sed etiam à propria iudiciali, ac
43 extraiudiciali † denominatione Octauij, ac Lælij, de cuius præiudicio agitur, cui ideò tantò magis nocent probationes ex illis resultantes. *Giouagn. consil. 21. num. 12. lib. 1.* Iunctis etiam depositionibus tot testium filiationem benè probantium. Vnde prædicta omnia quatenus singula paterentur aliquam difficultatem, negari
44 non potest, † quin simul iuncta perfectam, & concludentem constituant probationem, cum in hac materia probationes imperfectæ iungantur ad conficiendam plenam, & perfectam probationem. *Anchar. consil. 225. num. 6. Rim. iun. cons. 611. num. 41. Surd. consil. 1. numer. 53. & part. 6. recent. decis. 314. num. 15.*

Et ita resolutum vtraque parte pluries informante, &c.

DECISIO LXIX.

R. P. D. BICHIO
Romana Cambij.

Lunæ 17. Februarij. 1642.

Est Impressa inter Bichio Tom. 1. Decis. 74.

REVERENDISS. P. D. CERRO

SACRÆ ROTÆ DECANO.
Bononien. Bonorum.

Veneris 21. Februarij 1642.

ARGVMENTVM.

Hæres, licet emat bona de pecunijs hæreditatis, pro se, suisque hæredibus, & cum clausula ad habendum, in dubio dicatur voluisse acquirere pro se, cum hæres non teneatur esse negotiorum gestor pro fideicommisso. Attamen id dicitur cessare, stante præcepto testatoris facto eidem, de inuestiendis pecunijs in bonis stabilibus &c.

SVMMARIVM.

1 *Emens nomine proprio pro se, & hæredibus iuncta clausula, ad habendum, quamuis ex pecunia aliena, sibi acquirit.*
2 *Sub obligatione tamen restituendi pretium.*
3 *Emens bona, cum clausula, ad habendum, ostendit acquisitionem fuisse factam, eo animo, vt emens liberè emat, & de re empta absolutè possit disponere.*
4 *Menoch. cons. 213. n. 3. Peregr. cons. 31. num. 11. lib. 4. & alij in quo casu loquantur.*
5 *Hæres non obligatur esse procurator, seu negotiorum gestor pro fideicommissario.*
6 *Hæres in dubio præsumitur voluisse acquirere ad sui, & hæredum commodum.*
Hæres, quando ex præcepto testatoris, tenetur ex pecunijs hæreditarijs emere bona pro fideicommisso, tunc quamuis emat nomine proprio, tamen censetur voluisse emere pro fideicommisso.
7 *Hæreditati, & commodo fideicommissariorum, quando hæres censeatur voluisse emere bona, quamuis nomine proprio emat.*
8 *Hæres præsumitur voluisse implere obligationem sibi iniunctam à testatore.*
9 *Hæres emens nomine proprio bona ex pecunijs hæreditarijs, intelligitur emere nomine proprio, quo ad tempus, quo ipse possidere debet.*
Intellige tamen stante præcepto testatoris de emendis bonis. num. 9.
10 *Confessio propria tollit omnem dubitationem.*
11 *Subrogato censentur communicatę omnes qualitates, & translata omnia iura, & onera imposita illi, in cuius locum subrogatur.*
12 *Verba quado de sui natura amplient, & includunt omnia onera præcedentia.*
13 *Incommoda, quæ proueniunt ex hæreditate dicuntur grauamina.*

DECISIO LXX.

SVb die 17. Iunij præteriti fuit resolutum coram me constare de bono iure Hieronymi etiam ad effectum obtinendi manutentionem super bonis, de quibus agitur, & hodie causa reproposita Domini steterunt in decisis non obstantibus in contrarium adductis.

Quod enim dicebatur Capitalia Aromatariæ, & Artis Sericæ empta fuisse infra annum à die obitus Testatoris, Ideoque præsumi non posse, quod emptio fecta fuerit ex fructibus bonorum hæreditariorum, cum de eo tempore vsusfructus resideret penès Hippolytam nec tot fructus extarent, qui deducta impensa necessaria pro condecenti substentatione Hippolytæ cum familia numerosa sufficere possent pro dicta emptione Capitalium, ex facto cessare dictum fuit; quia licet ex dispositione

tione Testatoris vsusfructus hæreditatis spectare deberet ad Hippolytam quoad ipsa viueret tamen statim defuncto Testatore noscens Hippolyta, quod cum ipsa personaliter interesse non posset negocijs Aromatariæ, & serici, ea pati potuissent graue damnum, & detrimentum, detulit vniuersalem bonorum hæreditariorum administrationem Vincentio de prædictis omnibus informato cum omnimoda auctoritate, & facultate dicta Capitalia negotiationes omniaque alia ab illis quomodolibet dependentia administrandi summario Hieronymi *num. 2.* Testator autem obijt de mense Martij 1613. & acquisitiones factæ fuerunt anno 1616. & sic triennio post ipsius obitum, cuius intermedij temporis fructus, & vtilia deductis omnibus oneribus, & impensis ascendebant ad libras 135248. vt ex relatione peritorum data in nouo summario Hieronymi *n. 1.* Ideoque nedum non deficiebant, sed valde excedebant summam librarum 35. mill. erogatam in emptione Capitalium.

Nec visum fuit inconueniens quod fructus, & vtilia prouenientia ex Capitalibus bonorũ hæreditariorum ex præcepto Testatoris inuestienda in bonis stabilibus fuerint implicata in emptionem eorumdem Capitalium, seu quod fuerint alienata bona hæreditaria pretiumque solutum ex pecunijs hæreditarijs bona vero ab hæredibus alienata eisdem hæredibus vigore dictæ venditionis fuerunt acquisita.

Quia cum duplex adesset fideicommissum alterum consistens in proprietate bonorum relictorum à testatore, alterum in inuestimentis faciendis ex fructibus eorumdem, nec idem esset, hæres institutus in proprietate, & vsufructu nullum videtur absurdum, quod hæredes proprietarij vendiderint Capitalia hæredi vsufructuario, seu quod hæres vsufructuarius ex vtilibus, & fructibus bonorum ad se spectantibus emerit bona ad hæredes proprietarios spectantia, cum quilibet hæres haberet res suas distinctas, & separatas.

Minus referre visum est acquisitiones fuisse factas à Vincentio nomine proprio pro se, & hæredibus iuncta etiam clausula *ad habendum &c.*
1 quia licet communis sit opinio quod res † taliter empta acquiratur emptori sub obligatione solum restituendi pretium, vt tradunt *Menoch. cons. 213. num. 23. Peregr. cons. 31. num. 11. vers. secundus casus lib. 4. & in tract. de fideicomm. art. 44. num. 28. Rot. decis. 421. num. 4. vers. quæ duo, & nu. 14. & 15. post Ciuc. de cens. secundum modernam impress. & coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 63. numer. 2.*
2 Præserrim † quando fuit addita clausula *ad habendum &c.* quæ ostendit acquisitionem fuisse factam eo animo, vt emens liberè posset de re empta disponere *Pereg. d. cons. 31. num. 16. in fin. & Rot. d. decis. 421. num. 4. eod. vers. quæ duo &c.*

Pro responsione tamen aduertebant Domini
3 omnes Doctores supra citatos † loqui in simplici hærede absque vllo præcepto testatoris de inuestiendo, cum enim hæres non cogatur esse pro-
4 curator, † seu negociorum gestor pro fideicommissario, *l. postulante, §. sed & in huiusmodi, ff. ad Trebell. Pereg. d. cons. 31. num. 11. vers. 2. quia hæres, & fideicomm. d. art. 44. num. 28. vers. nam non cogitur*, hæres in dubio præsumitur voluisse
5 acquirere † ad sui, & hæredum commodum, vbi autem prout hic pecuniæ ex præcepto testatoris destinatæ sunt ad emptionem, & inuestiendæ pro
6 fideicommisso † in quibus terminis loquitur decisio *versic. idque non obstante &c.* verissima est conclusio, quod non obstante stipulatione pro se, & hæredibus cum clausula *etiam ad habendum*
7 *&c.* adhuc acquisitio † censeatur facta hæreditati, & ad commodum fideicommissariorum, vt præter adductos in *decis. tuentur Molin. de Hisp. primog. lib. 4. cap. 4. n. 34. vers. cum. enim cum alijs adductis per Rot. decis. 653. num. 2. par. 3. recent. & in Romana successionis 23. Martij 1640. coram R.P.D. meo Carillo, vers. ex dicto enim pacto*, Præsumitur
8 enim quod Vincentius † voluerit implere obligationem sibi iniunctam à testatore, & in eius executionem pecunias inuestire, *Peregr. de fideicomm. d. art. 44. num. 28. ante fin. vers. quorum, Surd. decis. 15. num. 12. & seq. Molin. vbi supra lib. 4. cap. 4. num. 34. vers. cum enim pretium, Rot. d. decis. 653. num. 2. par. 2. recent.* Stipulatio verò
9 nomine proprio † intelligitur facta pro tempore tantum quo ipse possidere debebat, vt ex *Bart. & Cuman. in l. Imperator, §. cum autem, ff. delegat. 2. aduertit Giouagn. cons. 23. numer. 12. in fin. lib. 2. vltra decis. Peregr. & Fusar. allegat. in alia decis.*

Omnemque dubietatem tolli visum fuit ex instrumento restitutionis, vbi Vincentius præueniendo casum fideicommissi de anno 1629. restituit Hieronymo omnia, & quæcumque bona, ac iura quomodolibet ex hæreditate testatoris prouenietia, & per eum ex illa parte empta, & acquisita, ac etiam alia infuturum acquirendas dans insu-
10 per facultatem Hieronymo † declarandi quæ bona essent fideicommisso supposita quatenus super hoc aliqua caderet dubitatio sub obligatione standi ipsius declarationi prout in eius executionem Hieronymus declarauit omnia bona controuersa prouenire ex hæreditate Ioannis testatoris, eaque iure fideicommissi possidere velle vnde non videtur amplius dubitandum de comprehensione horum bonorum sub vinculo fideicommissi.

Quod autem Vincentio fuerit iniunctum onus inuestiendi tantum annua scuta mille non iustificatur, & contrarium apparet ex verbis quibus onus iniungitur, ibi, *Grauando esso testatore tutti gl' altri heredi instituti, e sostituti sopradetti durante il detto termine di dodici anni solamente, e non più oltre à pagare li legati, censi, e sostenere le altre grauezze in tutto, e per tutto come era grauata la detta Signora sua Consorte, e di più à depositare sopra il Monte della Pietà ogn' anno scudi mille ad effetto d' inuestirli &c.* ex his enim elicitur Vincentium fuisse subrogatum in locum Hippolytæ in omnibus, &
11 per omnia, quod sufficit, † vt subrogato censeantur communicatæ omnes qualitates, & translata omnia onera imposita illi in locum subrogatur *ad not. in §. si igitur, vers. vnde consequens, auth. de hæred. quæ ab intest. defer.* Additis præsertim verbis generalissimis *in omnibus, & per omnia*, quæ nullum onus, & grauamen excludunt *l. 1. & ibi omnes, ff. delegat. 1. Surd. cons. 412. num. 29.* cum alijs ad propositum adductis *in decis. vers. minus, & 2. substitit &c.*

Nec refragatur testatorem declarasse, quæ nam essent onera quibus subesse voluit institutos, & sub-

substitutos inter ea non apposuisse onus inuestiendi omnes fructus, quia ibidem testator se non restrinxit ad ea onera, quæ expressit, sed retulit se ad superius dicta, ibi, *Dichiara che oltre le sopradette sono l' infrascritte*, & ibi, *& di più à depositare sopra il Monte della Pietà ogn' anno scudi mille*,
12 quæ de sui natura † ampliant, & includunt omnia onera præcedentia ad tradita *in l. qui fundum 40. §. qui agrum, ff. de contr. empt. & dixit Rot. coram Card. Seraph. decis. 1396. num. 4.* Præsertim cum sub appellatione grauaminis comprehendatur etiam onus inuestimenti, ex quo omnia incommoda quæ proueniunt ex hæreditate dicuntur grauamina, & onera *l. 3. de transact. ibi, aut sibi cauet. pro omnibus hæreditarijs, l. pro hærede, §. si quid, ff. de acquir. hæred. Rebuff. in l. rei appellatio col. mihi 6. vers. onera hæreditaria, ff. de verb. signif.*

Reliqua, vel tolluntur ex decisione, vel non egent alia responsione, præsertim quatenus spectant articulum manutentionis, cum visa sint sufficienter sublata tàm in precedenti decisione, quã ex deductis per informantes pro Hieronymo.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit &c.

R. P. D. CARILLO

Postea Præside VALLISOLETANO.

Bononień Attentatorum.

Veneris 21. Februarij 1642.

ARGVMENTVM.

Attentatorum purgatio, vt legitimè dicatur facta, ad hoc vt in causa possit procedi, quando dicatur legitimè facta, cum attentatorum purgatio bene dicatur facta, sufficit restitutio rei in pristinum statum.

SVMMARIVM.

1 *Testes persona, quando per inductionem fuit approbata, non potest ab eadem parte opponi aliqua exceptio personalis contra tales testes.*
2 *Interpretatio facienda est, vt testes reducantur ad concordiam.*
3 *De attentatorum sufficienti purgatione, quando dicatur constare.*
4 *Attentatorum purgatio, nihil aliud est, quàm restitutio rei, in pristinum statum.*
5 *Lucri deperditi non habetur ratio quando consistit in arbitrio tertij.*
6 *Ad Molendinum vnum, vel ad aliud ire, id stat in arbitrio eius, qui vult molere, & num. 6.*
7 *Quantitas damnorum, si non fuerit probata, pro vt probari debet, vt vlterius procedatur in causa attentatorum, quid sufficiat.*
8 *Et quid in hoc sit de stylo Rotæ, & num. 9.*
10 *Probationes, quæ non concludunt, tamquam irrelevantes non attenduntur.*
11 *Testes, quando deponunt non per rationes, sed ex proprio iudicio, non releuant.*
12 *Valor vt probetur per testes, requiritur, vt ipsi reddant concludentem rationem, etiam non Interrogati.*
13 *Sententijs latis post inhibitionem, vt satis dicantur purgata attentata sat est de earum legitima renunciatione constare.*
14 *Expensæ, factæ in iudicio attentato, sunt reficiendæ.*
15 *Quæ tamen expensæ sont probandæ, aliàs non debentur.*
16 *Expensæ factæ, postquam fuerunt commissa attentata sunt reficiendæ, sed quidem à die attentatorum, sed non à die motæ litis.*

DECISIO LXXI.

Coram Reuerendiss. P. D. meo Merlino Decano sub die 26. Iunij 1637. resolutum fuit in hac causa constare de attentatis commissis ex parte Hieronymi Bauosij ex triplici capite. Primo circa clausuram viæ per quam Nappio, & alijs patebat accessus ad proprium prædium, ac Molendinum. Secundo circa incisionem arborum in margine canalis Molendini existentium. Tertio, & vltimo circa sententias latas in partibus ad fauorem eiusdem Bauosij post inhibitionem A. C. vt in decisione tunc extensa, cuius vigore prolata quoque fuit sententia attentatorum reuocatoria, à qua interposita appellatione, causaque mihi commissa, dum Bauosius intendebat ad vlteriora procedere supponendo omnia attentata fuisse purgata, superuenit ad instantiam Nappij rescriptum signaturæ mandans procedi quidem ad vlteriora, sed purgatis omnibus attentatis contra inhibitionem A. C. commissis, Quamobrem dubitaui an constet de sufficienti purgatione attentatorum, & in hac tertia causæ positione fuit affirmatiuè responsum ex subsequentibus rationibus.

Nam quantum attinet ad clausuram viæ, probant duo testes, nempe secundus, & tertius ad instantiam einsdem Nappij examinati, quod hodie via ipsa est aperta, adeo vt per eam transire possint homines currus, & omnia, vt in summ. Bauosij num. 2. & quamuis alter ex dd. testibus
1 sit interessatus in causa, † attamen cum fuerit ex aduerso inductus ex hoc approbata dicitur eius persona, & propterea nulla ab eadem parte aduersa contra eum allegari potest exceptio personalis *l. si quis testibus, C. de testib. Surd. consil. 390. num. 18. Mantic. decis. 274. num. 1. Rot. decis. 201. num. 10. par. 5. recent.* Prout non aduersantur ex-
2 teri testes deponentes de via clausula, quia † ad euitandam contrarietatem hi intelligendi sunt de tempore antecedenti, antequam scilicet d. via aperiretur, alij verò testes de tempore successiuo. *Felin. in cap. translata num. 8. circa med. de constitut. Ruin. cons. 130. num. 6 lib. 4. Rota decis. 351. num. 31. coram sanct. mem. Greg. XV.* reposita ita-
3 que via † in pristinum negari non potest quin circa hoc constet de sufficienti attentatorum pur-
4 gatione, quæ nil aliud est, quam † restitutio rei in pristinum statum *cap. non solum de appellat. lib. 6. Deci. cons. 103. num. 1. Lancell. de attentat. par. 3. cap. 29. num 78. Buratt. decis. 356. num. 4.*

Nec obstat, quod reiicienda sint etiam damna passa occasione impedimendi d. viæ ob quod homines accesserunt ad alia Molendina como-
5 diora, & viciniora; quia vltra quod lucri † sic deperditi non habetur ratio; quando illud pendet,

det, pro vt hic, ex alterius arbitrio, cum homi-
6 nes etiam si † via fuisset aperta potuissent quod maluissent Molendinum adire vt benè aduertit, *Bald. in cons.71. num.4.lib.1. & in puncto Lancellott. de attentat. par.3. cap.31. num.*177. & 178. in om-
7 nem euentum cessat pœnitus † difficultas ex eo, quod quantitas horum damnorum non fuit exaduerso liquidata prout debuit stãte deposito vnius Iulij vna cum præfixione termini ad liquidandum facta vigore specialis commissionis iuxta sti-
8 lum † Rotæ de quo *Seraph. decis.* 655. *num.* 4. & *inter recen. decis.*431. *num.* 6. *par.* 1. & *coram sanct. mem. Gregor.XV. in decis.*503. *num.*1. *ibique adden. num.*6. & *coram Buratt. decis.* 646. *num.* 3. *vers. vel*
9 *obtineat*, quidquid sit quando † dicta commissio specialis non fuit obtenta, in quibus terminis procedunt decisiones exaduerso allegatæ.

Quò verò ad incisionem arborum (omisso
10 pro nunc an sit sufficienter probata, † cum probationes super ea allatæ non videantur concludere) saltem certum est non fuisse liquidatum assertum damnum hoc est arborum valorem, & quantitatem annui fructus, solus enim primus testis super sexto deponit de annuo redditu scut. 25. & quartus super eodem dicit de redditu duarum corbarum glandæ pro qualibet arbore, sed
11 vterque deponit de proprio iudicio ibi *à mio giudicio.* ideoque valorem non probat *Rota decis.*742. *num.*4. *in fin. par.*2.*recent.* & *decis.*272.*nu.*20.*par.*5. adhuc enim effectum requiritur, vt testes reddant
12 rationem concludentem † sui dicti etiam non interrogati *Rimin. sen. cons.* 138. *num.*31. *Cassad. decis.* 19. *num.* 3. *super regul. Gratian. discept. forens. cap.* 461. *numer.* 25. *Rota coram sanct. mem. Gregor. XV. in decis.* 379. *numer.* 3. & *decis.* 573. *numer.* 12.

Quoad denique sententia latas post inhibitio-
13 nem satis dicitur purgatum † attentatum per earum legitimam renunciationem *Lancellott. de attentat. par.* 3. *de attent. purgat. cap.* 29. *num.* 25. & *seqq. Acchill. decis.* 23. *num.* 1. *de appellat. Caual. decis.* 138. *num.* 1. *Gregor. XV. decis.* 486. *n.* 1.
14 *Buratt. decis.* 126. *num.* 3. & quamuis † reficiendæ sint etiam expensæ factæ in eo iudicio, *Gail. pract. oseruat. lib.* 1. *obseruat.* 146. *numer.* 11. *Caputaq. decis.* 56. *par.* 1. *Buratt. decis.* 356. *num.* 5. Attamen in præsenti nulla datur liquidatio ex-
15 pensarum factarum post † commissa attentata, seu eorum occasione, & eæ quæ continentur in lista exaduerso data non sunt tales, & ideo non sunt habendæ in consideratione quia in his casi-
16 bus solum reficiendæ sunt expensæ factæ post attentata, & eorum occasione, non autem à die motæ litis vt declarauit *Rota coram bon. me. Coccino in decis.* 371. *num.* 4. *inter eius impress.*

Et sic decisum vtraque, &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Postea EPISCOPO TERRACINEN.

Bononień Census.

Veneris 21. *Februarij* 1642.

ARGVMENTVM.

Associatio vigore pacti precarii quando intret aduersus fideiussorem Census. Census, quando fuit appositus super fundo non libero, ad quid agere poterit censuarius.

SVMMARIVM.

1 *Associatio vigore pacti precarij, intrat super fundo fideiussoris possesso post obligationem.*
2 *Associatio competit etiam contra singulares possessores.*
3 *Possessio transfertur ex constituto, nulla habita ratione, quod ex post facto, ille cuius nomine constituitur desierit ex toto possidere, & num.* 3.
4 *Associatio non potest concedi vltra debitum.*
5 *Perpetuitas debet intelligi secundum subiectum materiam.*
6 *Census, quando fuit impositus, super fundo non libero, sed fideicommisso subiecto, tunc censuario competit actio tam ad fructus census, loco damnorum, & interesse.*
7 *Quam ad repetendum pretium, & sortem principalem, & iam ante euictionem, ante vllas molestias, vt res libere tradatur.*
8 *Obligatio fideiussoris in materia census; secundum formam prouisionum Bononien. importat, quod res liberè tradatur.*
9 *Citatio simplex nullum gradum probationis facit.*
10 *Sententia sine actis probat factum secutum.*
11 *Sententia aliud est, quod deducatur ad illam exequendam, & aliud ad aliquid probandum.*
12 *In facto ea, quæ non subsistunt, non releuant.*
13 *Verisimile, quod non est attendi non debet.*

DECISIO LXXII.

HIPPOLYTVS Elephantuccius 3. Iulij 1606. super eius prædio terræ tornaturarum 225. posito in villa Medesani imposuit annuum perpetuum censum librarum 180. quam vendidit Balthassari de Luparis pro pretio librarum 4000. bononerum, asserendum dictum prædium ad se ipsum liberè, & pleno iure spectare, nec esse alicui fideicommisso purificato, aut purificando subiectum, nec alicui restitutioni, aut caducitati obnoxium, promittendo soluere fructus debitis téporibus, dictumque censum, & prædium censuatum perpetuo defendere, & manutenere, ac possessionem vacuam tradere. Aliàs teneri voluit ad omnia damna, & interesse, & de euictione in forma. Ad hæc omnia se obligauit in forma Cameræ Apostolicæ pro dicto Hippolyto Cæsar de Caitis vti principalis principaliter, & insolidũ, obligando omnia sua bona præsentia, & futura cum pactis pignorum, & præcarij secundum formam prouisionum Bononiæ. Cessante Elephantuccio in solutione fructuum dicti census, ad instantiam hæredum prædicti Balthassaris de Luparis coram Auditore generali Bononiæ, fuit intentatum iudicium immissionis in Saluiano in possessione fundi censuati, sed quia non potuerunt obtinere, ex quo se opposuit Octauianus Ioseph de Elephantuccijs, probandum dictum prædium Medesani esse subiectum fideicommisso q.

Annibalis, & q. M. Antonij senioris de Elephan-
tuccijs, eique tamquam fideicommissario assi-
gnatum fuisse, in vim supradictorum fideicom-
missorum, & sententiæ separationis bonorum,
introduxerunt iudicium associationis bonorum
coram eodem Auditore generali Bononiæ contra
Carolum Elephantuccium possessorem prędij exi-
stentis in communi S. Ioannis in Triario, spe-
stan. de tempore obligationis ad dictum Cæsa-
rem Caitum fideiussorem, à quo obtinuerunt
sententiam fauorabilem, deinde confirmatam
in Rota Bononiæ, quæ cum fuerit in tertia in-
stantia moderata per Auditorem Eminentissimi
Cardinalis Legati, habito recursu ad Signaturã,
& causa mihi commissa fuit dubitatum in Rota,
An competat petita associatio ad supradictum
prædium S. Ioannis hodie possessum per Carolum
Elephantuccium, & olim per dictum Caitum
fideiussorem, Et affirmatiuè fuit resolutum, quia
constat de extremis requisitis in hoc iudicio, tam
ex instrumentum impositionis census, quàm ex
assignatione facta à Caito 4. Iulij 1608. omnium
bonorum in fauorem creditorum rationis ban-
cariæ, inter quæ legitur descriptum prædium
S. Ioannis, de quo agitur, & ex venditione dicti
prædij facta Carolo de Elephantuccijs per Ca-
rolum de Barzellinis vti procuratorem Comitum
Odoardi, Ouidij, Gregorij, & Floriani de Bar-
zellinis, ad quos spectabat vigore emptionis per
Iulium Cæsarem de Barzellinis factæ à diuersis
creditoribus olim Cæsaris Caiti, quibus per as-
sumptos, & capita creditorum dicti Caiti, in so-
lutum, & pro eorum respectiuè creditis assigna-
tum fuerat. Et quamuis in supradicta assigna-
tione facta creditoribus, nulli exprimantur con-
fines, attamen ex assertione facta à Carolo de
Elephantuccijs, quando emit prædium, quod
venditoribus fuerat assignatum per assumptos
creditorum Caiti, resultat propria confessio,
quod prædium fuerit assignatum per Cæsarem
creditoribus, & sic identitatis, qua non datur
maior probatio. Vnde cum ex sententia lata ad
fauorem Octauiani Iosephi super seperatione di-
cti prædij, & aliorum bonorum subiectorum fi-
deicommisso, appareat prædium censuatum non
esse liberum, sed subiectum fideicommisso, & hæ-
redes Lupari fuisse impeditos in exactione fru-
ctuum census, factus est locus obligationi Caiti
fideiussoris, & intrat associatio si vigore pacti
1 precarij super prædio S. Ioannis possesso † à dicto
Caito post obligationem, iuxta tradita per *Bart.*
in l. 3. num. 19. vers. & prædicta vera, & num. 25. sed
pone C. de pignor. contra Carolum de Elephantuc-
cijs ab eo ex supradictis causam habentem cum
2 competat etiam † contra singulares possesso-
res, vt concludit *Bart. vbi supra*, quem omnes
ibi sequuntur. Et hoc, ratione possessionis tran-
slatæ ex constituto *Ruin. cons. 127. num. 1. lib. 5.* nul-
la habita ratione, quod ex post facto ille, cuius
3 † nomine constituitur; desierit ex toto posside-
re, *Socc. sen. cons. 82. num. 8. vol. 3. Alex. cons. 85.*
sub num. 5. lib. 6. Afflict. decis. 326. Rota coram Reue-
rendiss. Vrgellen. decis. 49. num. 1. 6. & 7. & in recent.
decis. 587. num. 4. par. 3. & ita passim.

Nec facit, quod Cæsar Caitus non fideiusserit
simpliciter, sed limitate pro solutionibus deben-
dis in annis nouem proximè futuris inchoantur
à die 13. Iulij 1606. qua fuit impositus census, &
4 vt sequitur finien. & non vltra, † & propterea non
possit dari associatio, nisi pro fructibus decursis
& non solutis intra tempus dicti nouennij, iuxta
dispositionem *text. in l. si fideiussor. §. vltim. ff. mand.*
vbi glos. & Doct. & in l. penult. §. ex duob. C. de fi-
deiussor. non obstantibus verbis subsequentibus
perpetuitatem denotantibus pro manutentione
eiusdem census, cum quoad ipsum Caitũ fideius-
5 sorem, ista † perpetuitas debeat intelligi iuxta
subiectam materiam, & sic durante dicto nouen-
& non vltra, *glos. in l. & in perpetuum, ff. de pro-*
cur. cum allegatis per Rotam decis. 15. num. 18. par. 7.
recent. Quia Caitus in instrumento impositionis
census duas fecit distinctas obligationes. Alteram
pro solutione fructuum census, quam limitauit
ad nouennium, & in hac procedunt supra dedu-
cta, Alteram, censum fore, & esse bonum, & pro
tali perpetuo manutenere, & ad generalem, &
perpetuam defensionem census, & bonorum cen-
suatorum, cum pactis vacuæ possessionis traden-
dæ, & manutendæ, & susceptionis litis, & quem-
admodum Hippolytus impositor census distin-
ctè, & amplatiuè per verba. Promisit insuper di-
ctus D. Hippolytus dictum censum fore, & esse
bonum. Ita pariter Cæsar fideiussor repetendo
verba ad generalem, ac perpetuam defensionem
bonorum censuatorum, & cum dicto pleno pa-
cto susceptionis litis &c. vti principalis, & insoli-
dum accessit, & consequenter ista promissio ha-
bens in ventre verba repugnantia temporalitati,
non potens ad tempus nouennij coarctari, & si-
cut est perpetua in impositione census, ita & in
fideiussore obligato repetitis eisdem verbis per-
petuitatis; Et hunc intellectum suadet aliud pa-
ctum appositum in instrumento impositionis cen-
sus, quod posset agi pro fructibus census contra
omnes, & singulos bona censuata possidentes,
& quod infra nouem annos, aut in fine, tenea-
tur idem Hippolytus, prout promisit, renouare
cedulam bancariam, vel præstare aliam idoneam
cautionem, firma tamen semper remanente
eiusdem Cæsaris obligatione ad defensionem ge-
neralem census, & bonorum censuatorum; Et
propterea cum tot dicantur obligationes, quot
sunt pacta, non potest dici, quod dicta obliga-
tio facta in perpetuum restringatur ad tempus no-
uennij, ad quod est limitata promissio fructuum.

Cum igitur pateat ex prædictis prædium super
quo fuit impositus census, non esse liberum, sed
fideicommisso subiectum, supradictis hæredibus
6 Balthasaris competit actio, † tam ad fructus cen-
sus loco damnorum, & interesse promissorum
Seraph. decis. 383. num 6. & decis. 787. num. 4. 5. &
per tot. & in Romana Census 19. Februarij 1618. co-
ram bon. mem. Vbaldo. penè, Cenc. de censibus post
addition. decis. 66. num. 12. quam ad repetendum
7 pretium, & sortem † principalem, & iam ante
euictionem, & ante vllas molestias, vt res liberè
tradatur *Surd. cons. 13. nu. 16. cons. 36. num. 23. lib. 1.*
Giouagn. cons. 98. num. 15. lib. 1. cum alijs pluribus
allegatis per *Rotam in Bononien. Census 20. Martij*
1600. coram Penia, penès Cenc de censibus decis. 46.
8 *num. 1. & seqq.* vbi in fine, quod † obligatio fideius-
soris secundum formam prouisionum Bononien.
im-

importat, quod bona tradantur libera.

Minùs releuat, quod non constet de fideicommisso ex inhibitione, & ex dicta sententia, cuius vigore prædium censuatum, fuit assignatum Octauiano Iosepho, cum respectu inhibitionis,
9 † illa resoluatur in simplicem citationem, quę nullum facit gradum probationis, & respectu sententiæ illa fuerit inter alios lata, neque probet sine actis, præsertim vti lati de recenti. Quia dicta
10 sententia † sine actis probat factum sequutum, & sic quod fundus censuatus fuit separatus ab hæreditate Hippolyti, & applicatus dicto Octauiano Iosepho fideicommissario, & cum sit lata ab exequutore super statu hæreditatis contra omnes creditores Hippolyti Elephantuccij, inter quos extat Octauianus Iosephus, sitque exequutioni
11 demandata 15. ab hinc annis † probat contra omnes quemadmodum fuit resolutum *coram me in Romana Census 1. Martij 1641. & alias sæpius*, & præsertim cum dicta sententia non deducatur ad effectum illam exequendi, sed ad probandum, vt tenuit *Rota coram Mantic. decis. 350. num. 9. & in Florentina pecuniaria 21. Iunij 1621. coram bon. mem. Vbaldo, & decis. 296. num. 4. par. 5. recent.*
12 Demum non subsistit in facto, quod Carolus Elephantuccius soluerit pretium anterioribus creditoribus Cæsaris Caiti fideiussoris, nec minus iustificatur, quod acquisiuerit iura anteriorum creditorum: Nam si hoc esset non permisis-
13 set † contra ipsum super huiusmodi associatione ferri supradictas tres sententias de partibus.

Et ita vtraque parte informante Domini censuerunt associationem competere.

R. P. D. PANZIROLO

Postea S. R. E. CARDINALI.

Elboreñ Iurisconferendi.

Veneris 8. Martij 1642.

ARGVMENTVM.

Concordiæ inter partes initæ, & maximè si constet de aliqua obseruantia, dignum, & iustum est, vt seruentur. Præsentatio facta lite pendente, an dicatur attentata, & quid si fuerit declaratum ad præsentantem non competere tale ius, an veri patroni possint remoueri iam præsentatum, & alia &c.

SVMMARIVM.

1 *Concordiæ initæ inter partes sunt seruandæ.*
2 *Et hoc maximè, si constet de earum obseruantia.*
3 *Testes deponentes de certa scientia, & per visum sensus satis probat.*
4 *Patronus potest defendere iuspatronatus suæ Ecclesiæ absque alio mandato.*
5 *Magnus Magister consideratur vti caput Religionis Hierosolymitani, & alij officiales, sunt tamquam membra.*
6 *Præsentationes sunt fructus iurispatronatus.*
7 *Fructus percepti post motam litem, tanquam percepti à malæ fidei possessores sunt restituendi.*
8 *Fructus beneficij percipi non possunt, nisi per remotionem beneficiati.*
9 *Præsentatio facta ab existenti in quasi possessione præsentandi, an irritetur, si fuerit facta post motam litem.*
10 *Et quid si fuerit lata prima, & secunda sententia contra eum.*
11 *Attentans condemnatur ad restitutionem fructuum perceptorum.*
12 *Et quid an condemnari possit ad fructus consumptos.*
13 *In actibus gestis post litem motam, cessat bona fides, & hoc est indubitatum, & num. 14.*
15 *Fructus consumpti non veniunt restituendi.*
16 *Actus gesti contra formam concordiæ sunt reuocandi, et maximè, vt hic, & num. 17.*
18 *Sententia non debet carere suo debito effectu.*
19 *In sententijs quando non possit aliqua difformitas considerari, itaut executioni veniant demandandæ.*
20 *Nullitates, quando sunt sanatæ non obstant, & num. 21.*
22 *Commissioni à parte obtenta dicitur renunciatum, dum ipsa non citauit ad dicendum contra commissionem.*
23 *Commissio obtenta à parte, non per hoc efficitur communis cum altera parte, si fuerit citata ad terminos substantiales.*
24 *Per citationem ad terminos substantiales, non suppletur defectus alicuius citationis, si fuerit omissa, nisi quando nihil fuit de nouo productum.*
25 *Commissio, quando est dependens à prima, non requiritur citatio ad dicendum contra.*
26 *Decisio Card. Seraph. 1327. quo casu loquatur.*
27 *Commissio sanatoria nullitatem, parti est omnino superflua dum non adsunt nullitates.*
28 *Gratia emanata motu proprio, alicui non debet nocere.*
29 *Sententia lata nemini instante, an sit nulla.*

DECISIO LXXIII.

CVM Scribentes pro Reuerendissimo D. Archiepiscopo Elborensi non acquiescerent decisioni coram me emanatæ die 5. Decembris superioris anni, * in qua firmatum fuit, constare de tribus conformibus latis ad fauorem Religionis de Auis, easque vti valida, ac iustas esse executioni demandans. Hodie proposui causam, an esset standum, vel recedendum à decisis; Et in resolutis esse persistendum Domini responderunt ex fundamentis in alia latè deductis, quæ firmiter subsistere visa fuerunt. Siquidem ex concordijs celebratis de annis 1293. & 1317. inter Episcopos, & Religionem de Auis, ac debitę exequutioni demandatis, clarè apparere visum est de Iure præsentandi ipsius Religionis ad beneficia istius Eccle-
1 się de Coruche; quæ † concordiæ omnino sunt attendendæ, iuxta disposita in *cap. contingit de transact. vbi DD. Aym. cons. 42. num. 4. Rota dec. 503. num. 2. par. 1. diuers.* Quod autem constet de illa-
2 rum obseruantia visum † est patere tam ex duodecim actibus positiuis in præterita pro parte Religionis adductis in vers. quod autem sententiæ, quàm ex testibus deponentibus de certa scientia per sensum visus de præsentationibus antiquitus factis ad hæc beneficia à priore, & Benefi-
3 ciatis: qui actus, ac testium depositiones † fuerunt etiam ponderati in hac causa coram R. P. D. meo

meo Carillo, vt in eius decisione emanata sub
die 1. Iunij 1640. vers. præterea dixerunt Domini.

Nec releuat, quod sententia R.P.D. mei Caril-
li dicatur iniusta, ex quo concordia inita inter
Archiepiscopos, & Religionem concedat Ius
præsentandi Priori, ac Beneficiatis, non autem
Magno Magistro, ac Religioni, ae proindè
idem Magnus Magister, & Religio non potue-
rint per eam reintegrari, Quia cum Religio sit
Patrona Ecclesiæ, & Beneficiatorum, in ea exi-
stentium, & concordia fuerit inita per Religio-
nem absque interuentu Beneficiatorum, sicut po-
tuit ipsa Religio defendere Ius suum, & Benefi-
4 ciatorum etiam absque ipsorum mandato, † ex
quo Patronus potest defendere Ius patronatus
suæ Ecclesiæ *cap. significauerunt de except.* vbi loqui-
tur de electoribus, qui possunt appellare pro ele-
cto *cap. 2. vbi glos. verb. interrat, vt lit. pend. in 6.
Abb. in cap. dudum il 2. in 4. notab. de elect. Paris. cons.
47. num. 44. lib. 4. Roch. de Iurepatron. in verbo Ius
num. 6. vers. an autem Patronus*, & fuit resolutum
in Pampilonen. Abbatia de Sarguella 5. *Iunij* 1570.
coram Clemente VIII. Ita visa est debuisse per sen-
tentiam reintegrari vna cum ipsis Beneficiatis,
ex quo Ius ipsius Religionis, & Magni Magistri,
qui est Patronus, dicitur indiuiduum, & senten-
tia lata ad fauorem vnius ex ipsius virtualiter in-
cludit fauorem, ac ponit in tuto Ius alterius, cum
5 tàm ipsa † Religio, quam Magnus Magister con-
siderentur vti caput Ordinis de Auis, Prior verò,
& Beneficiati tanquam membra istius corporis,
vt latè *tradit Rodriquez qu. regul. tit. 4. cap. 7. num. 1.
tom. 4. & fuit comprobatum in alia*.

Minus facit, quod cum dicta sententia man-
det eijci D. Archiepiscopum, & ab eo causam
habentes, inter istos comprehendi dicantur etiam
Beneficiati, & propterea nullo pacto possidit di-
ci alijs sententijs conformis; fuit enim respon-
sum, quod quatenus sub his verbis comprehen-
dantur Beneficiati, adhuc omnes tres sententiæ
dicunrur conformes, tum quia etiam in prima
sententia Beneficiati fuerunt amoti, dum præci-
pit Beneficiatos à Religione præsentandos debe-
re restitui ad Ius, & antiquissimam possessionem
in qua semper steterunt, per quæ verba decerni-
tur amotio illorum Beneficiatorum; qui ab Ar-
chiepiscopis post dictam primam sententiam vti
6 de liberis fuerunt prouisi. Tum quia † cum præ-
sentationes sint fructus Iuris patronatus *cap. con-
sultionibus de Iurepatron. glos. vltim. in cap. cum Ber-
toldus de re iudic. Rot. decis. 7. de Iurepatron. in nou.
Cassad. decis. 7. num. 15. de caus. poss. & propr. Seraph.
7 decis. 456. num. 3.* Et fructus percepti † post litem
motam tanquam percepti à malæ fidei possessore
sint restituendi *Io. Faber, super instit. de interd. §. re-
tinendæ num. 14 vers. idem fructus Put. decis. 61. in fin.
lib. 3. & in rec. par. 1. decis. 317. num. 2.* cum alijs in
præterita allegatis, Beneficiati ab Archiepisco-
po prouisi post dictam sententiam latam veniunt
amouendi, cum alias Religio non possit huius-
8 modi fructus consequi; † quam per remotionem
Beneficiatorum, vt in puncto tradit *Abb. in d. cap.
consultationibus num. 4. de Iure patron.* Collationes
enim, quæ reperiuntur factæ ab Ordinarijs ante
litem motam, licet non irritentur, ex quo factæ
fuerunt ab existente in quasi possessione præsen-
9 tandi, attamen hæc regula procedit quatenus †
collationes factæ sint ante motam litem, non au-
tem post litem motam, & postquam prodijt pri-
ma, ac secunda sententia canonizatoriæ Iuris
patronatus, hoc enim casu licet sic vt supra pro-
10 uisi maneant in possessione vsque † ad termina-
tionem litis, attamen post illius finem debent re-
moueri ad hoc, vt fructus Iuris patronatus Pa-
trono restituantur, vt docet *Abb. in d. cap. consulta-
tionibus num. 3. & 4. de Iure patron. Rip. in tit de caus.
poss. & propr. resp. 1. num. 4. & 5. Rot decis. 435. nu. 2.
par. 2. recent.*

Et quamuis pro parte D. Archiepiscopi fuerit
replicatum, quod licet in profanis percipientes
fructus lite pendente condemnari possint post
11 rem iudicatam ad † illorum restitutionem, non
tamen condemnari possunt ad fructus consum-
ptos, vt sunt prouisiones, vt per *Garz. de benef.
12 par. 5. cap. 5. num. 54.* Sed † solum ad eorum æsti-
mationem, quæ non cadit in dictis prouisioni-
bus, vt per eumdem *Garz. num. 11. & idem tenit
Maresc. var. resolut. lib. 1. cap. 55. num. 66. & 67.* Atta-
men Domini replicabant, hoc debere intelligi
non indistinctè de quibuscumque collationibus
factis ab existente in quasi possessione præsentan-
13 di † sed quatenus isti de tempore collationis re-
periantur in bona fide, quæ tamen bona fides
penitus deficit iu collationibus, de quibus agi-
tur, cum factæ fuerint lite pendente, & post rem
iudicatam duarum conformium in partibus la-
tarum contra Archiepiscopos, vt supra dictum
est. Et contra hanc limitationem, neque in pri-
14 ma, neque in hac secunda causæ propositione
aliqua ratio, vel authoritas adducta fuit.

Nec Dominis visum est subsistere, quod pro-
15 uisiones factæ ab Archiepiscopis dicantur † fru-
ctus consumpti, itaut non veniant amplius resti-
tuendi, quia dum Religio est restituta ad Ius
16 præsentandi, potest præsentando, fructus † Iu-
rispatronatus percipere, & sic quo ad ipsam fru-
ctus Iurispatronatus non dicuntur consumpti, sed
adhuc extare tanquam pendentes.

Vltra quod animaduersum fuit quod hic non
agitur solum de amouendis Beneficiatis intrusis
contra formam concordiæ, & coutra tenorem
17 sententiarum de † partibus, sed etiam de intro-
ducendis, Beneficiatis legitimè prouisis ad Ius,
& possessionem præsentandi tanquam veris Pa-
tronis, prout disponitur, & ordinatur in omni-
bus tribus sententijs, quod aliter fieri non po-
test, vt supradictum est, quam amouendo Bene-
ficiatos intrusos, vt illi, qui de nouo fuerint
prouisi ad præsentationem Prioris Ecclesiæ, in
quo conseruatur totum Iuspræsentandi tanquam
indiuiduum, restituantur tam ipsi, quam Reli-
18 gio † ad suum Ius, & possessionem. Aliter enim
esset verum dicere, quod sententia carerent effe-
ctu, & concordia, ad cuius obseruantiam Ar-
chiepiscopus per eas obligatur, non diceretur
obseruari ex parte illius, prout ex parte Religio-
nis absque interruptione fuit semper vsque adhuc
obseruata.

Et in omnem casum, vt in alia dicebatur, illa
prætensa difformitas in his sententijs posset tan-
tummodo considerari respectu Beneficiatorum,
an scilicet eorum prouisiones factæ post duas
sen-

ſententias ſint irritandæ, ſed reſpectu D. Archie-
piſcopi articulus viſus eſt penitus carere omni
difficultate cum omnes tres ſententiæ ſint cano-
nizatoriæ Iuris conferendi ad fauorem Religio-
19 nis contra † D. Archiepiſcopum, itaut contra
ipſum ſint omnino conformes, & propterea de-
bitæ executioni demandandæ, *Couar. pract. quæſt. cap.25.num.6. Coccin.deciſ.108. num.1. & 2. Buratt. deciſ.567.num.10.*

Minus visum eſt releuare, quod R.P.D. meus
Carillus debebat pronunciare, prout in prima,
ſtante Commiſſione directa bon. mem. Manzane-
do cum reſcripto, quod procederet tanquam in
prima; Quia ſicut in alia latè reſponſum fuit,
20 ex † quo D. Archiepiſcopus opponebat contra
ſententias de partibus aliquas nullitates, pro
parte Religionis parrecta fuit commiſſio, vt Ro-
ta procederet reiectis prætenſis nullitatibus: ve-
rum cum poſtea Rota per plures deciſiones fir-
maſſet aſſertas nullitates non adeſſe, licet ante-
21 cedenter emanaſſet Commiſſio cum reſcripto,
quod procederetur, prout in prima, attamen
Religio d. Commiſſione noluit amplius vti, cum
ſublatis per Rotam nullitatibus, Commiſſio eſ-
ſet ſuperuacanea, & ideò per non citationem
22 partis ad dicendum contra † manifeſtè dictæ
Commiſſioni renunciaſſe dicitur *Hoſt. in cap. ex conquæſtione num.6. de reſtit. ſpoliat.* quem omnes
ſcribentes ſequuntur *Rota in Salamantina penſionis coram Bubalo impreſſa poſt Marcheſ. de commiſſ. lib.1. pag.172. Caual. deciſ.590. num.5.* Neque ex eo quod
23 D. Archiepiſcopus fuerit citatus ad terminos †
ſubſtantiales, dicta Commiſſio fuit effecta com-
munis, quia per dictam citationem ſanantur
quidem termini ſubſtantiales per illorum reitera-
tionem, vt per *Caputaq. deciſ. 149. num. 7. par. 3.*
Non tamen ſuppletur defectus alicuius citatio-
24 nis; † ſi illa fuerit omiſſa, niſi qnando nihil
fuerit de nouo productum, vt tenuit *Rota in Taurinen. Decimarum impreſſa apud Marcheſ. par. 2. fol. 533. num.6.*

Neq; viſa eſt attendenda replicatio, quod cum
25 iſta Commiſſio eſſet dependens † à prima non
requirebatur citatio ad dicendum contra per ea,
quæ dixit *Rot apud Seraph. deciſ.1327.* Quia vt in
alia iam animaduerſum fuit, vltra quod in caſu
26 Seraphini ille, † qui commiſſionem impetraue-
rat ea vſus fuerat, vt patet legenti *ſub num.4.* Reſ-
ponſum fuit, quod Commiſſio Sanatoria nullita-
tum, quoad merita cauſæ habetur penitus pro
noua, itaut impetrans quatenus velit poſſit ea
27 † non vti, prout noluit vti in hac cauſa in qua
ſtantibus reſolutionibus Rota, quod nullæ adeſ-
ſent nullitates, Comiſſio erat impetranti omni-
no ſuperflua, & potius quodammodo præiudi-
cialis; adeo vt ad fuerit cauſa, cur pars ea vti
noluerit.

Præterea ponderatum fuit, quod huiuſmodi
reſcriptum non fuit petitum per Religionem, ſed
additum à Papa motu proprio, quo caſu inuita
28 Religione † non potuit fieri commune, nec illi
nocere ità *Purpur. in addit. ad Iaſ. in l. ſi quis iniquum litera A. ff. quod quiſque Iur. prout etiam idem text. ſummatur à Bart. in princ. Angel. in princ. verſ. niſi literis, Odofred. verſ ſed ſi Imperator vltra concedit Alex. pariter in princ. verſ. ſed proprio motu Superioris Alberic. num.1. verſ. vel proprio, Caſtr. num.1.*

Nec releuant duæ nullitates iterum in hac diſ-
putatione allegatæ; Prima ſcilicet ex defectu
mandati Religionis in perſona Ferdinandi Bor-
ralho, qui dicitur obtinuiſſe coram Secundo Iu-
29 dice concludi in cauſa, Altera verò, † quod pri-
ma ſententia fuerit lata nemine inſtante. Quia
his duabus prætenſis nullitatibus fuit in indiui-
duo reſponſum per duas deciſiones, tam *coram Corduba 3. Februarij 1599. in verſ. tertia ex defectu, & verſ. quarta ex defectu, quam coram Manzan. ſub die 7. Februarij 1618. verſ. quarta vero cum duob. ſeqq.*

Reliqua vero, quæ in hac vltima propoſitione fuerunt deducta, Domini putarunt penitus ſublata remanſiſſe in alia, ita vt non egerent alia reſponſione.

Et ita parte vtraque. &c.

☞ *Deciſio iſta emanata ſub 5. Martij 1640. coram eodem bon. mem. Card. Panzirolo eſt ſupra in præcedenti part. deciſ. 264.*

☞ *Deciſiones tres in hac eadem cauſa emanatæ ſub diebus 1. Martij 1638. & 1. Iunij & 4. Iulij 1640. coram R. P. D. Carillo ſunt eadem parte deciſ. 15.*

DECISIO LXXIV.

R. P. D. BICHIO.

Firmana Pecuniaria.

Veneris 14. Martij 1642.

Eſt Impreſſa inter Bichio in Tom.1. Deciſ.77.

R. P. D. PEVTINGERIO.

Bononien̄ Fideicommiſſi de Rubeis.

Lunæ 24. Martij 1642.

ARGVMENTVM.

Gratia Pontificis derogantis fideicommiſſo, vt dicatur iuſta, & ſuum effectum operare poſſit, requiritur, quod non ſit ſubreptitia, quod non adſint bona libera, & quod creditores vrgeant, alias etiam, quod fuerit executioni demandata officere non poteſt fideicommiſſario ad impediendam immiſsionem.

SVMMARIVM.

1 *Derogatio fideicommiſſi facta à Pontifice ſine expreſſione, quod aderant bona libera non ſuffragatur, cum gratia præſumuntur ſubreptitia.*

2 *Bona libera dici non poſſunt niſi illa quæ deducto ære alieno ſuperſunt.*

3 *Subreptionem ad euitandam ſufficit, quod per Papa in genere cogitare potuerit de eo, quod in gratia non fuit expreſſum.*

4 *Cenſu impoſito ſuper bonis fideicommiſſi ignorante cre-*

creditore, datur actio pro interusurijs saltem loco damnorum, & interesse.

5 *Dos non repetitur constante matrimonio.*

6 *Data semper attenditur in gratijs Pontifici.*

7 *Pontificis mens præsumitur consentanea dispositioni iuris.*

Bona fideicommissi, vt mediante gratia Principis alienari possint requiritur, vt creditores vrgeant num. 7.

8 *Ratificationis ad effectum requiritur scientia ratificantium.*

9 *Prohibitione alienationis existente vocatorum consensus alienationem sanare non valet.*

Alienas etiam ipse potest impugnare alienationem attenta expressa prohibitione alienationis num. 9.

10 *Hæres potest impugnare factum defuncti nullum.*

11 *Sententiæ demandantes executioni Breue Pontificis remanent iniustè, eo ipso, quod Breue corruit, vel per subreptionem, aut ex aliquo alio capite.*

12 *Derogatio fideicommissi à Pontifice facta non validat alienationem ante derogationem secutam.*

DECISIO LXXV.

Qvamuis Domini sub die 4. Martij anni
præteriti coram Reuerendiss. D. meo Pa-
triarcha Constantinopolitano tenuisset fideicom-
missum de quo agitur, suffragari Iacobo de Ru-
beis, non tamen bona à Tiberio in Dominos de
Pepulis, & Vrsis præuia à Sanctissimo obtenta
derogatione fideicommissi alienata vindicare
posse, sed ipsi actionem dumtaxat pro multipli-
co consequendo ex pretio bonorum alienatorum
proficiscente competere. Tamen hodie à deci-
sis in hac parte recesserunt; Quia nimirum gra-
tia derogationis obtenta detecta fuit subreptitia,
ex quo in narratiua Pontifici facta Tiberius ta-
1 cuit, † se habere bona libera, quæ tamen expri-
menda erant, cum aliàs Princeps censeatur no-
luisse concedere derogationem fideicommissi,
vt per *Molin. de primog. lib. 4. cap. 7. num. 1. & seq. Ro-
ta in Romana dotis de Crescentijs 20. Maij 1635. coram
R.P.D. meo Dunozetto, & decis. 24. num. 20. & seq.
& decis. 26. num. 6 par. 7. recent.*

Neque responsiones allatæ satisfaciunt, nam
quod dicebatur Tiberium eodem tempore, quo
tam bona libera, quàm fideicommissaria vendi-
derit non teneri illa exprimere tanquam mox
non amplius extitura ex eadem causa, quam
Papæ narrauit, dum dixit vltra debita expressa
premi alijs necessitatibus, quibus esset succur-
ren. & tam maius debitum librarum 54. mill. ha-
bere, neque libera appellari bona illa poterant,
2 † nisi quæ deducto ære alieno superfuissent, *l. mu-
lier bona, ff. de iur. d. tal. l. subsignatum, §. bona, l. bo-
norum, ff. de verbor. signif.* adeo quod cum pro sub-
ueniendo necessitatibus, pro quibus derogatio
petebatur, seruire non possent ad effectum, de
quo agebatur omninò pro non existentibus cen-
sebantur. Et quod Papa saltem in genere potue-
rit ex narratis in Breui derogationis per debita
sub vsuris contracta cogitare Oratoris necessita-
tem, dum excedebat bona libera opus habere
summa concessa in derogatione fideicommissi,
3 † quæ cogitatio concedentis in genere ad eui-
tandam subreptionem sufficiat per *Ruin. cons. 68.
num. 4 Rota decis. 628. num. 9. par. 4. cum alijs in deci-
sione*, quæ reuidetur allegatis. Nam quod Tibe-
rius prædicta narrauerit, non legitur in Breui, nec
ex debitis sub vsuris necessario infertur existen-
tia bonorum liberorum, quia possibile erat vsu-
ras contrahere non extantibus bonis liberis, ve-
luti si pecunias ad cambium Tiberius accepisset,
in quo fundus non requiritur. vel censum con-
sensiente Domino super fundo alieno imposuis-
set, vel etiam ignorante Creditore super bonis
4 fideicommissi, † quo casu contra impositorem
actio pro interusuris saltem loco damnorum, &
interesse daretur, vt dixit *Rota apud Cencium de
censibus decis. 13. num. 1. & 2. & decis. 59. num. 11. &
12. & in Romana, seu Ciuitatis Castelli census 27.
Maij 1630. coram bon. mem Pirouano.*

Et cessat difficultas ex facto, dum apparet æs
alienum Tiberij valorem bonorum liberorum li-
brarum 25250. non absorbuisse maximè si de-
mantur ex summa æris alieni, prout demendæ
sunt libræ 16000. inuestienda pro reintegrando
fideicommisso, cum hoc non sit debitum, & li-
bræ 16500. pro affrancatione bonorum aliàs cum
pacto francandi à Tiberio venditorum, quæ fran-
care non cogebatur. Item libræ 14. mil. pro dote
vxoris, tunc viuentis Tiberij, adeoque eo tem-
pore gratiæ impetratæ non debebantur constan-
te nimirum matrimonio, † quo dos repeti non
5 potest, *l. prima, C. si dos constante matrimonio, §. Do-
6 tis Auth. de nuptijs*, sed derogatio intelligitur de
debitis soluendis tempore gratiæ, † cuius data
semper attenditur, *Alex. cons. 42. num. 8. lib. 4.* atq;
mens Papæ iuris dispositioni conformis præsu-
7 mitur † quod ad effectum, vt bona fideicommis-
si alienari possint requirit, vt Creditores vrgeant
debitorem *Gabr. cons. 118. num. 5. lib. 1. Peregrin. de
fideicommiss. art. 40. num. 25. cum alijs allegatis in Ro-
mana fideicommissi de Zuccaris 14. Nouembris 1639
coram R.P.D. meo Dunozetto.* Quare cum debiti
summa ex bonis fideicommissi soluen. nec esset li-
brarum 45. mil. prout Papæ fuit narratum, verisi-
mile non est si adfuisse bona libera sciuisset Papa,
quod pretium bonorum fideicommissi in tanta
summa erogari permisisset, adeoque subreptio-
nem in præiudicium fideicummisi inficiare non
posse dixerunt Domini.

Nec obstat ratificatio fideicommissariorum, &
consensus multiplico prestitus in instrumento an-
ni 1622. quia in promptu est responsio, quod hæc
gesta fuerint ex falso præsupposito de validitate
gratiæ, & non subreptitia, de qua non apparet fi-
deicommissarios tunc aliquam habuisse scientiam,
8 vt † requiritur ad ratificationem inducendam, vt
per *Nattam cons. 162. num. 33. Decian. cons. 5. num 26.
lib. 5. Gregor. decis. 311. num. 16 & 21.* Et in omnem
casum nec consensus vocatorum, stante expressa
alienationis prohibitione alienationem nullam
9 validare poterat, talis † enim prohibitio opera-
tur, vt ipsi etiam alienantes alienationem possint
impugnare, vt per *Fusar. cons. 149. Surd. cons. 284.
num. 12. Ciriac. controuer. 312. num. 113. Seraph. decis.
334. num. 6. Mantic. decis. 91. num. 5 Rota decis. 110. nu.
11. par. 2. diuers.*

Et Iacobus, qui solus ad fideicommissum agit
non interuenit aliquibus ex prædictis actibus, sed
tantum Ioannes Galeatius illius pater, cuius fa-
ctum

ctum, vti nullum ex mox dictis impugnare potest
10 Iacobus, † etiam si illius hæres fuisset, *Rota d.decis.110.per totam, Seraphin.decis.477.num.2.*

Minus obstat, quod Breue derogationis fuerit exequutioni demandatum per sententias Exequutorum, quia ex supradictis sentenliæ remanent in-
11 iustæ, & breui collapso sententiæ † eidem accessoriæ pariter corruunt tanquam robur suum ex iustificatione narratorum in Breui desumentes, vt tradit *Abbas cons.4. lib.1. Rot.decis.621.num.5.par.3 recent.* licet obiectum quoad venditionem factam Vrso non applicetur, quia venditio Vrso fuit fa-
12 cta antequam præsentaretur Breue Executori, † & pro illius executione promulgaretur sententia, ex deductis per *Caputaquen.decis.258 lib.3.*

Ex quibus ex subreptionis capite Domini à decisis recesserunt vtraque parte informante.

Decisio erit infra in Appendice iuxta seriem temporis, plures aliæ decisiones in hac causa emanarunt, quas infra ponam.

R. P. D. CARRILLO.

Postea Præside VALLISOLETANO.

Bononien. Fideicommissi de Bologninis.

Lunæ 17. Martij 1642.

ARGVMENTVM.

Iudicis sententia, quando est notorie iniusta, attendi non debet, & quidquid in eius executionem actum est, reuocandum venit pretium per viam manutentionis. Sententiæ vt dicantur conformes, quid potissimum respiciendum veniat, & quando dicantur difformes.

SVMMARIVM.

1 *Iudex, quando notorie iniustè procedit, quidquid in eius executionem facit reuocandum venit, etiam per viam manutentionis.*
2 *Et hoc maximè, quando ab eo fuit appellatum, & sententia continet nouum grauamen.*
3 *Statutum Bononiens. disponit, quod semel tantum appelletur in iudicio possessorio, & num 30.*
4 *Sententiæ, quando dicantur euidenter difformes.*
5 *Sententiæ difformitas, quando respicit ipsam substantiam sententiæ non possunt dici conformes.*
6 *In Scripturarum conformitatis materia, quid maximè veniat attendendum.*
7 *Sententia, quando dicatur continere nouum grauamen.*
8 *In Sententia secunda quoties adijcitur aliquod grauamen primæ non potest dici conformis primæ.*
9 *Sententiæ, quando possunt dici conformes, & num. 11.*
10 *Difformitas circa substantiam est necessaria, vt sententiæ non dicantur conformes.*
12 *Dictio, vltra, regulariter est inclusiua.*
13 *Sententiæ illæ, non possunt dici conformes, si prima aliquid supponat, & alia, quod id sit faciendum.*
14 *Sententia, quando negari non possit, quod sit conditionalis.*
15 *Sententia, quando mandat fieri calculum tunc non potest dici, quod sit certa.*
16 *Sententiæ verba intelligendæ sunt secundum mentem Iudicis proferentis.*
17 *Sententia declarationem recipit à decisione.*
Sententia secunda, si dicat primam esse reformandam, non potest dici conformis primæ, num. 17.
18 *Illatio non fit ad diuersa.*
19 *Hæres, quod non confecerit inuentarium, quid id respiciat.*
20 *Clausula, deductis deducendis est suspensiua.*
21 *Sententia, si contineat nouum grauamen, potest ab ea appellari.*
22 *Sententia executorialis an faciat numerum quo ad conformitatem sententiarum.*
23 *Incertitudo excludit conformitatem sententiarum.*
24 *Sententiæ, quando negari non possit, quod sint difformes.*
25 *Clausula deductis deducendis, quid operetur.*
26 *Fusar. de substitut. quæst. 672. num. 18. & seq. in quibus terminis loquatur.*
27 *Sententia, si sit erronea, & iniusta, non potest facere numerum.*
28 *Sententia lata post interpositam appellationem, est attentata.*
29 *In Possessorio adipiscendæ non datur appellatio.*

DECISIO LXXVI.

QVIA Bolognini non acquieuerunt resolutioni factæ sub die 27. Nouembris superioris anni; qua firmatum fuit Palmerijs dandam esse manutentionem super bonis, de quibus agitur, reproposui causam super eisdem sub die 17. Februarij præteriti, & ob varias Dominorum sententias non fuit capta resolutio; reassumpta verò hodie disputatione, & ab omnibus Dominis negotio discusso pro eorum maiori parte responsum fuit standum esse in decisis.

Dixit enim maior pars Dominorum, quorum opinio præualuit in ista resolutione, quod constat de anteriori possessione illorum de Palmerijs, ob quam propterea debet eis concedi manutentio ex allegatis in decisione, non obstante posteriori possessione capta per Bologninos auctoritate Iudicis, quia sententia d. Iudicis stante eius notoria
1 iniustitia † attendi non debet, sed quidquid fuit gestum in eius executione venit reuocandum, etiam per viam manutentionis, iuxta distinctionem relatam in illa celebri *decis. Romana de Bombellis impress. apud Modern. de manutent. in ordine 9. sub num. 19. & 20.* pro eisdem Bologninis allegata; maximè cum à d. sententia fuerit appellatum,
2 prout † licebat tàm ratione d. iniustitiæ. *Lancellot. de attentat. appellat. penden. limit. 25. num 15.* quam noui grauaminis, vt in terminis decreti de exequendo tradunt. *Bald. in addit. ad speculat. tit. de appellat. in princip. verb. pronunciatione, Ruin. cons. 78. num. 1. vers. subdit lib. 5. Roland. cons. 43. num. 7. lib. 1. Rota decis. 340. num. 3. par. 1. recent.*

Notoria autem iniustitia d. sententiæ desumpta fuit præcipuè ex eo quod ipsa mandat exequi alias duas præcedentes conformes in vim Statuti Bo-
3 nonien † quo cauetur semel tantum licere appellere in possessorio, & tamen dd præcedentes sententiæ non sunt conformes, sed euidenter diffor-

mes apparent, dum earum prima concedit immis-
4 sionem † purè, & simpliciter, secunda verò sub
conditione, ibi, *deductis deducendis, & compensatis
compensandis, Rota decis. 232. num. 5. par. 4. recent.* quę
quidem difformitas respicit ipsam substantiam,
& efficit, vt non sit locus statuto, vt in terminis
5 statuti, de duabus conformibus † aduertit *Ron-
chegall. in tract. de duobus reis in l. 7. eod. tit. num. 4.* vbi
quod hoc est notabile in materia conformitatis
6 sententiarum, vt † sciamus quando appellandum
sit. *Barbat. cons. 10. col. 3 lib. 1.* quos, & alios refert, &
sequitur *Asin. in prax. §. 31. cap. 61. num. 1. & 2.*

Nouum verò grauamen deductum fuit ex eo,
quod dicta sententia dat executionem dictis dua-
bus præcedentibus cum clausula (*data cautione de
restituendo si quid erit deducendum*) quod est contra
7 propriam formam, & † substantiam dictarum sen-
tentiarum, in quarum prima supponitur detra-
ctiones esse consumptas, & in secunda adest con-
ditio suspensiua executionis antequam fierent de-
tractiones, vt supra fuit ostensum; quoties nam-
que in subsequenti sententia adijcitur, vel detra-
8 hitur aliquid † substantiale quod est diuersum, &
non venit in consequentiam alterius præcedentis,
tunc dicitur inductum nouum grauamen, vt simi-
li dixit *Aym. cons. 103 num. 4. Rota decis. 100. num. 1.
par. 1. diuers.*

Quibus sic stantibus non visa fuerunt aduersari
ea, quæ mouebant minorem partem Dominorum
ad tenendum contrarium.

Nam primo, non aduersari dictum fuit, quod
9 tam prima, quàm secunda sententia † concedat pa-
riformiter immissionem Bologninis reseruatis iu-
ribus ad fauorem illorum de Palmerijs super de-
tractionibus faciendis, & sic nulla inter vtramque
considerari possit difformitas circa substantiam,
10 quod † sufficit ad hoc, vt sententiæ dicantur inter
se conformes, *glos. in clem. 1. verb. alicuius de sentent.
& re iudic. Duran. decis. 251. num. 1.*

Quia in prima sententia non reseruantur iura
Palmerijs super detractionibus faciendis, sed po-
tius reseruantur iura Bologninis super alijs bo-
11 nis † fideicommissarijs non comprehensis in ea-
dem sententia cum supposito, quod detractiones
Palmerijs competentes fuerint consumptæ per
alienationes factas, vt clarè deprehenditur ex il-
lis verbis, ibi: *Reseruamus iura talia qualia eisdem
Bartholomeo, & Thaddeo Fratribus competunt super
alijs bonis, tam non alienatis in præsenti sententia non
comprehensis, quàm alienatis vltra detractiones de iure
debitas;* dum igitur iudex reseruauit fideicommis-
12 sarijs ius super bonis alienatis † vltra detractio-
nes cogitauit aliquid esse alienatum vltra detra-
ctiones, & sic detractiones fuisse factas ponderan-
do dictionem illam (*vltra*) quæ regulariter est in-
clusiua, *l si vltra, C. de fideicommiss. Menoch de præ-
sumpt. lib. 4 præsumpt. 145. num. 4. Surd. decis. 289.
13 num. 9.* & per consequens † nullo modo dici po-
test, quod talis sententia sit conformis secundæ, in
qua non supponitur detractiones fuisse consum-
ptas, sed esse faciendas, vndè clara resultat diffor-
mitas, vt fuit dictum in *Bononien. Saluiani interdicti
15. Nouembris 1599. impress. post Pacif. de Saluian. in-
terdict. quæ est la 80. in ordine.*

Secundò, nec obstare, quod clausula illa (*dedu-
ctis deducendis*) posita in secunda sententia intelli-
gatur quatenus de iure sint faciendæ detractio-
nes; quia ex hoc non excluditur, quin eadem sen-
14 tentia sit conditionalis, † & requirat post se liqui-
dationem an sit locus detractionibus, & pro qua
summa antequam executioni demandetur, vt be-
nè ratiocinatur *Peregrin. de fideicommiss. artic. 50.
num. 83. Surd. cons. 186. num. 33. & seqq. cum alijs alle-
gatis per Fusar. de substitut. quæst. 672. num. 16. vers.
istam distinctionem.*

Quod corroboratur ex eo, quod Rota Bononien.
quæ protulit dictam secundam sententiam in ea
mandauit fieri calculum, & probationem & qua-
tenus constiterit non sufficere bona fideicommis-
15 si † vniuersalis detractiones fierent ex bonis fi-
deicommissi particularis, & proindè in decisione
desuper extensa declarauit voluisse pronunciare
difformiter à primo iudice nimirum reforman-
do eius sententiam puram inconditionalem, vt
patet ex lectura decisionis datæ in præterito *Sum-
mar. num. 7.* ibi, *reformando tamen dictam sententiam
in ea parte in qua supponit deductiones fuisse consum-
ptas, verè enim non verificabatur consumptio detra-
ctionum licèt aliquæ alienationes probarentur ideo fuit
addita per nos clausula, deductis tamen deducendis,*
adeò quod non intellexit, quod detractiones fie-
rent prout de iure, sed quia agnouit de iure esse
faciendas adiecit conditionem suspensiuam per
16 ablatiuum absolutum, verba † etenim sententiæ
intelligenda sunt secundum mentem iudicis pro-
ferentis *Bart. in l Iulianus 60. num. 15. ff. de condict.
indebit. Dec. cons. 43. num 4. Rota decis. 392. num. 34.
par. 5. & decis. 65. num. 9. par. 7. recent.* & quod sen-
17 tentia declarationem recipiat † à decisione dixit
Rota in decis. 327. num. 1. coram Buratto, vltra quod
in eademmet sententia dicitur, quod prima sen-
tentia reformatur.

Tertiò, nec etiam obstare, quod idem secundus
iudex licet voluerit, quod fierent detractiones de-
clarauerit tamen nolle per earum liquidationem
faciendam suspendi executionem suæ sententiæ;
Quoniam ista declaratio visa fuit respicere tan-
tummodo executionem circa bona fideicommis-
si particularia, & ideò non operari quo ad bo-
18 na † fideicommissi vniuersalis, de quibus etiam
nunc agitur vti diuersa ad vulgat. *l. Papinianus
exuli, ff. de minor.*

Quartò nec releuare, quod detractiones præsu-
19 mantur consumptæ, eo quod † hæres non confe-
cerit inuentarium, & plures fecerit alienationes;
quia vt aliàs fuit responsum in præcedentibus
decisionibus hoc respicit iustitiam primæ senten-
tiæ, in qua supponitur detractiones esse consum-
20 ptas, † sed non tollit difformitatem secundæ
continentis clausulam suspensiuam (*deductis de-
ducendis*) poterunt benè fideicommissarij appella-
re ab hac secunda sententia ob huiusmodi nouum
grauamen *Couar. pract. quæst. cap. 26. num. 6. Rot. de-
cis. 93. num. 1. par. 1. recent.* at appellatione non in-
terposita, & omissa liquidatione eius, quod detra-
21 hi debebat non poterant ad † executionem de-
uenire, *Rota dicta decis. 232 num. 5. par. 5. recent.*

Quintò nec aliquid facere aliud præcipuum
obiectum, nempè quod data difformitate inter
duas primęuas sententias, non possit tamen nega-
ri, quin aliqua ipsarum sit conformis cum tertia,
22 quæ licèt sit † executorialis dicitur nihilominus
facere

facere numerum ad effectum rei iudicatæ ex conformitate sententiarum resultantis, vt fuit decisum *in Romana cambiorum 26. Martij 1640. coram R.P.D. meo Cerro,* & sic adhuc adsint duæ conformes requisitæ ex dispositione Statuti.

Quoniam hęc tertia sententia executorialis detegitur incerta, dum mandat exequi duas priores cum non magis referri possit ad vnam quàm ad
23 alteram, † incertitudo autem excludit conformitatem, vt dixit *Rota in decis. 1. num. 1. coram Seraphino*, quinimò vtrique est difformis; quia dat executionem dictis sententijs (*data cautione de restituen-*
24 *do si quid erit deducendum*) & tamen † in præcedentibus sententijs in vna supponitur detractiones fuisse iam consumptas, & in alia adest clausula suspensiua (*deductis deducendis*) quæ quidem
25 clausula † operatur, vt non sit locus prædictæ cautioni, vt in puncto ex *Castrens. cons. 270. num. 4. Put. decis. 471. num. 3.* & ex alijs firmauit *Rota in decis. 92. num. 7. impress. per Modern. de manutent.* quidquid sit vbi talis conditio non adest, & liquidatio
26 requirit longum temporis spatium, † in quibus terminis loquitur *Fusar in dicta quæst. 672. num. 18. cum alijs ibi allegatis,* & vlterius eadem sententia apparet erronea, ac iniusta, dum dat executionem duabus conformibus, quæ re vera non adsunt, vt
27 supra fuit ostensum, & propterea † non potest facere numerum ad *text. in l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudic. Vitalin. in Clem. 1. num. 109. eod. tit.* & in terminis statuti Bononiæ fuit dictum in *Bonon. prædij 5. Decembris 1636. coram R.P.D. Ghisilerio, quæ est decis. 179. num. 1. par. 7. recent.*

Vltima sententia, seu mandatum de exequendo Eminentissimi D. Legati vti lata post appellationem interpositam à dicta tertia sententia dici-
28 tur † attentata *tot. tit. ff. & C. nil. innouan. appellat. pendent cap non solùm de appellat. in 6. Burat. dec. 134 num. 1.* & ideò non fuit habita in consideratione.

Denique nec obesse visum fuit, quod in posses-
29 sorio adipiscendæ non detur † appellatio, & sic vigore primæ sententiæ potuerit fieri executio non reuocanda per viam attentatorum, & manutentionis, sed via ordinaria, quia contrarium pluries resolutum fuit in hoc tribunali stante statuto
30 Bononień, † quo cauetur in quolibet possessorio licere semel tantum appellare, vt fuit dictum in *decis. 220. coram Buratto,* & plenè fuit deductum in *Romana bonorum 18. Februarij 1639. coram R.P.D. meo Dunozetto, & in alia Bononien. bonorum 4. Maij eiusdem anni coram R.P.D. meo Ghisilerio,* vbi respondetur contrarijs, & allegantur concordantes.

Ex quibus vtraque parte informante responsum fuit standum esse in decisis pro maiori parte Dominorum, &c.

DECISIO LXXVII.

R. P. D. BICHIO

Britinorien. Fideicommiss.

Lunæ 24. Martij 1642.

Est Impressa inter Bichio in Tom. 1. Decis. 79.

R. P. D. CARRILLO.

Postea Præside VALLISOLETANO

Narnień Canonicatus.

Veneris 28. Martij 1642.

ARGVMENTVM.

Canonicatus possessio, quantumuis capienda veniat capitulariter, non tamen ad hoc requiritur actus Capitularis, quare sufficit, quod sit tradita à Canonicis nomine Capituli, & sat est etiam, quod sit vnicus Canonicus, imo si omnes recusarent eam tradere, potest quoquo modo capi. Canonici, quando non dicantur habere iustam causam denegandi talem possessionem, & quando è contra.

SVMMARIVM.

1 *Canonicatus possessio capi debet capitulariter.*
Quod est verum etiam si procedatur de mandato executoris.
2 *Ad Canonicatus possessionem capiendam non requiritur actus capitularis, idest quod Capitulum fuerit legitimè conuocatum.*
3 *Canonicatus possessio, vt legitimè dicatur capta, sufficit, quod sit tradita à Canonicis nomine Capituli, & Capitulum repræsentantibus.*
Decisio in causa Meten. Canonicatus 4. Iulij 1618. coram Pirouano declaratur, num. 3.
4 *In Canonico etiam vnico quando Capitulum possit repræsentari.*
5 *Canonicatus possessionem, quando Canonici recusant sine iusta causa tradere, tunc quoquo modo potest tradi.*
6 *De Iure tertij quis dare non valet.*
7 *Capitulum, dum quis petit possessionem Canonicatus, non potest eidem opponere, quod literæ Apostolicæ non fuerint iustificatæ.*
Capitulum, quid possit opponere Canonico, dum petit traditionem possessionis Canonicatus, num. 7.
8 *Canonicatus non potest dici effectus litigiosus, si lis non sit super Canonicatu, sed super priuatione.*
9 *Litis mentio, quando non sit necessaria, in prouisione beneficij.*
10 *Statutum, quod Canonici non possint admitti, nisi sint Sacerdotes, non tenet si non sit confirmatum à Papa.*
11 *Canonicorum ætas in Ecclesijs Collegiatis, sat est, quod sint 14. annorum.*
12 *Quidquid sit in Ecclesijs Cathedralibus, de quibus loquitur Concil. Tridentinum.*
13 *Illatio non fit ad diuersa.*

DECISIO LXXVIII.

IN decisione in hac causa emanata sub die 11. Decembris 1641. resolutum fuerat Ioanni Riccio denegandam esse manutentionem ex duplici fundamento. Primò quia possessio non fuit capitulariter capta, altero & secundo quia Capitulum habuit iustam causam denegandi traditionom possessionis; Sed concessa desuper noua audientia, hodie dixerunt Domini recedendum esse à decisis; quia neutrum ex prædictis duobus fundamentis subsistere visum fuit.

Non primum quia licèt vera sit conclusio
1 quod possessio Canonicatus in Collegiata † debeat capitulariter capi ex doctrina *Innocent. & aliorum in cap. ex litteris de restitut. spoliat.* Etiamsi procedatur de mandato executoris Apostolici, vt fuit dictum in *Meten. Canonicatus 4. Iulij 1618. coram bo: mem. Pirouano:* Attamen ad hunc effectum
2 non requiritur actus capitularis idest quod † Capitulum fuerit legitimè conuocatum, vt in terminis ita distinguendo firmant *Anchar. num. 1. Lap. num. 2. & Gemin. num. 8. in c. cum in Ecclesijs de praben. in 6.* Sed sufficit quod possessio tradita sit à
3 Canonicis nomine Capituli, † & Capitulum repræsentantibus, vt dixit in puncto *Burat. decis. 522. num. 11.* vbi sic declaratur d. decisio Meteñ coram Pirouano.

Vnde cum ex tribus Canonicis, qui interuenire poterant duo reperti in foribus Ecclesiæ licèt requisiti possessionem tradere recusauerint, vt probatur ex publico instrumento, benè potuit alter possessionem tradere prout effectualiter tradi-
4 dit, † quia etiam in vno Canonico potest Capitulum repræsentari in his casibus ex allegatis per *Rotam in decis. 283. per tot. coram Puteo lib. 3. in correct. facit text. in l. sicut 7. §. in decurionibus, ff. quod cuiusque vniuersit. glos. & DD. in c. gratum de postulat. prælat. Seraph. decis. 1050. num. 5. & fuit dictum in Colonien. Canonicatus S. Vrsulæ 27. Ianuarij 1627. coram Eminentiss. D. Card. Vbaldo.* Imò si
5 omnes recusassent adhuc possessio † poterat quomodo capi, & erat manutenibilis *Anchar. in cap. vbi capitulum de concess. præben. lib. 6. n. 2. Rota decis. 97. n. 23. par. 5. recent.*

Nec minus subsistit secundum, quia Capitulum nullam habuit iustam causam denegandi traditionem possessionis licet illam desumeretur ex triplici capite in decisione præcedenti.

Nam primò pro iusta causa allegari nequit quod resignatio facta ad fauorem d. Ioannis sit nulla vti facta per Laurentium prouisum Apostolicum infra triennium contra formam decreti in eius prouisione appositi; Quia hoc respicit potius interesse Datariæ, & prouisionum ipsam quã interesse Capituli, & propterea suffragari non
6 potest ad effectum impediendi † traditionem possessionis petitam in executionem litterarum Apostolicarum; quidquid sit quando agitur in petitorio, vel causa allegata respicit interesse particulare ipsius Capituli, vt benè distinguit *Rota in decis. 55. num. 4. & 5. & coram Durano inter eius impress. & in decis. 221. num. 3. & 4. coram Papa Greg. XV. vbi adden. litt. B.* & in specie, quod Capitulũ non possit se opponere sub prætextu, quod litteræ Apostolicæ non fuerit iustificatæ, sed tan-
7 tum † quando daret de statuto requirente aliquam qualitatem in persona promouenda ad Canonicatum decisum fuit *in Meluitana Coadiutoriæ 29. Nouembris 1624. coram Reuerendiss. D. meo Merlino Decano*, vbi ad id allegatur alia decisio *Pacen. puritatis sanguinis 11. Decembris 1609. coram Manzanedo*, & dicitur reuocata contraria decisio, quæ allegari poterat coram Blanchetto.

Secundo. Nec iusta causa desumi potest ex eo, quod in litteris d. resignationis non fuerit facta mentio litis, quæ pendebat inter Capitulum, & Laurentium resignantem; quia cum Capitulum ageret ad priuationem Canonicatus contra Laurentium eo quod infra annum non curauerat promoueri ad Sacerdotium Canonicatus non fuerat
8 effectus litigiosus, † nam lis non erat super Canonicatu, sed super priuatione, vt ex adnot. per *glos. in cap. si hi contra quos, vt lit. penden. in 6.* dixit *Rota in decis. 67. & decis. 485. num. 1. coram Puteo lib. 2. in correct. Paris. de resignat. lib. 2. quæst. 3. num. 56. & latè fuit firmatum in Romana Cappellaniæ 15. Ianuarij 1620. coram bon. mem. Coccino*, & per
9 consequens † mentio litis non fuit necessaria, *c. 2. vbi glos. verb. finita, vt lit. penden. lib. 6. Clem. 1. de sequestr. possess.*

Tertiò. Et denique iusta causa nec deduci potest ex eo, quod in supplicatione resignationis fuerit falsò narratum huiusmodi Canonicatum nullum habere ordinem sacrum annexum cum tamen contrarium constet ex statuto Ecclesiæ quo cauetur, vt Canonicus non admittatur nisi sit Sacerdos, vel eius ætatis, vt infra annum pos-
10 sit ad Sacerdotium promoueri; † quia tale statutum, quatenus esset in forma probanti non est attendendum, vti non confirmatum à Sede Apostolica prout requiritur dum repugnat iuri communi, *Oldrad. cons. 259. num. 6. Federic. de Sen. cons. 17. per tot. Alex. cons. 106. num. 2. lib. 2.* de iure enim
11 communi † sufficit in Ecclesijs Collegiatis ætas 14. annorum *Azor. instit. moral. cap. 5. quæst. 6. nu. 6. Garz. de benefic. par. 7. cap. 4. num. 39.* quidquid
12 sit Cathedralibus † de quibus loquitur Concil. Tridentinum *Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glos. 5. n. 29.* & declarauit Sacra Congregatio Eminentissimorum Concilij Interpretum, vt refert *Barbos. de potest. Episc. allegat. 60. num. 71.*

Aliud verò statutum allegatum in die decisionis visum fuit Dominis non esse habendum in consideratione: quia est alterius Ecclesiæ, &
13 propterea † comprehendere nequit casum nostrum.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Postea Episcopo TERRACINEN.

Ferrarieñ Legati.

Veneris 4. Aprilis 1642.

ARGVMENTVM.

Legatum, quando Testator alicui clarè reliquit, omnino soluendum venit, quod procedit, etiam si hæres institutus vti proximior adiuerit hæreditatem non ex testamento, sed ab intestato, quia voluntas testatoris ex quocumque capite adeatur seruanda est omnino voluntas defuncti.

SVMMARIVM.

1 *Legatum, quando claris verbis alicui est relictum omnino soluendum venit.*
2 *Hæres adeundo hæreditatem, dicitur quasi contrahere cum creditoribus, & legatarijs.*
3 *Iura tàm actiua, quàm passiua dicuntur translata in hæredem, cum hæreditatem adijt.*

Hæ-

4 Hæres institutus, si vti proximior adiuerit hæreditatem ab intestato, non ideo excusatur à solutione legatorum.
5 Hæres defuncti, siue adeat hæreditatem ex testamento, seu ab intestato, semper tenetur seruare mentem defuncti.
6 Nec non potest ab eius placitis recedere.
7 Viduæ, quod fuerint redditæ gemmæ, vestes, iocalia, cæteraque ex quibus probetur. & num. 8.
9 Compensationis exceptio, quando non possit intrare.
10 Compensationis exceptio cessat, quando constat de contraria mente testatoris.
12 Præsumptionibus, & coniecturis, non est locus, quando sumus in claris.
Veritas; quando in contrarium apparent, tunc cessant præsumptiones, & coniecturæ. num. 11.

DECISIO LXXIX.

PRout alias fuit dictum coram bon. mem. Buratto, bo. mem. Gibertus Pius vxorem duxit bon. mem. Margaritam Columnam, cui in vltimo testamento per eum condito in Terra Zagaroli 4. Martij 1619. iure legati reliquit scuta 12. mill. monetæ vltra omnem, & quamcumque summā in capitulis matrimonialibus promissam, & ex eis quouis modo debitam; Et cum ei petenti iudicialiter ab hæredibus defuncti viri supradictum legatum scut. 12. mill. fuerit oppositum de satisfactione ex eo, quod ab eius manus peruenerint iocalia, vestes, & alia ornamenta ingentis valoris, partim pro vsu proprio ipsius D. Giberti, partim ad muliebrem ornatum, quæ D. Gibertus dedit D. Margaritæ sponsæ, Defuncta d. D. Margarita, & reassumpta causa per Excellentiss. Ducem Martinæ eius secundum virum, & hæredem, de duobus contigit dubitari in Rota. Primo an supradictum legatum scutor. 12. mill. debeatur: Secundò, an constet ad manus D. Margaritæ peruenisse iocalia, & alia bona, & pro qua summa.

Et quoad primam partem dubij legatum deberi satispatet, quia de eo satis constat ex claris verbis Testamenti, in quibus legitur † legatum sc. 12. 1 mill. ad fauorem Margeritæ Columnæ ipsius Testatoris dilectissimæ vxoris, illudque debetur ab Illustrissimo D. Ascanio Pio vniuersali successore claræ mem. Cardinalis Pij cohæredis D. Giberti Testatoris, † quia hæredes adeundo hære- 2 ditates dicuntur quasi contrahere cum creditoribus, & legatarijs hæreditatum, *l. apud Iulianum, §. fin. ff. quib. ex causa in possess. eat. §. hæres quoque, Instit. de obligat. quæ ex quasi contract.* Et ratio est, 3 quia omnia iura tam actiua, quàm passiua in hæredes dicuntur translata, vt tenuit *Rota decis. 232. in fin. par. 6. & decis. 306. nu. 33. par. 7. recent. & alias sæpè.*

Nec supradictus vniuersalis successor potest excusari ex eo, quod vna cum defuncto Cardinali adiuerit hæreditatem fratris ab intestato, non 4 autem ex testamento, † omissa causa testati, quia non ideo excusatur à solutione legatorum *l. 1. in princ. & tot. tit. ff. si quis omiss. caus. testam. & tot. tit. C. si omiss. sit caus. testam.* & signanter decidit *text.* 5 *in l. fin.* semper enim tenentur † hæredes defuncti, siue adeant ex testamento, siue ab intestato, seruare facta defunctum *l. cum à matre C. de rei vend.* 6 nec à placitis defunctorum recedere, † *Rota decis. 48. n. 5. & 165. num. 38. par. 7. recent.*

Quò verò ad secundam partem dubij etiam si ex testibus deponentibus de visu cùm interfuerint consignationi factæ ab eodem Giberto Margari- 7 tæ vxori, † quorum depositiones, coadiuuantur ex attestatione iurata bon. mem. Petri Francisci Columnæ Ducis Zagaroli, quod D. Margaritæ eius germanæ sorori fuerunt consignata iocalia, gemmæ, & vestes, & quod illa, ac supellectilia, & vestimenta D. Giberti remanserunt penès eam ex depositione Pauli Boschi defuncto anno 1622. examinati ad perpetuam rei memoriam, necnon ex Instrumento dotali sub die 19. Maij 1627. facto cum Duce Martinæ secundo viro, vbi nedum assignantur plures gemmæ valoris scut. 1926. Sed vlterius creditum scut. 3000 aliarum venditarum d. Petro Francisco Columnæ fratri, probaretur 8 ad manus eiusdem Margaritæ † peruenisse iocalia, & alia bona prætensa, attamen ex alio legato facto eidem Margaritæ ab eodem Giberto viro, in quo iure legati reliquit vxori gemmas controuersas per hæc verba. Item legauit, & similiter iure legati reliquit eidem Illustriss. D. Margaritæ eius vxori; *Vn centorino di diamanti da cappello, vna bottoniera di diamanti di vn vestito di esso Testatore, e tutte le altre gioie, che sono in casa & in suo potere, tanto quelle che seruiuano per esso Testatore quanto ancora tutte quelle, che seruiuano ad vso, & ornamento di essa Signora Legataria;* cessante omnia 9 deducta † super prætensa à satisfactione, nec intrat exceptio compensationis ex latè traditis per *Barbos. in l. diuortio §. ob donationes nam. 3. ff. solut. matrim.* Quia non potest obijci D. Margaritæ cōpensatio de rebus proprijs, & dum constat de explicita voluntate Giberti, quod vel donauerit, 10 † vel legauerit gemmas, iocalia, & alia bona non est amplius locus contrarijs præsumptionibus, seu coniecturis, quæ corruunt in claris, & cessant, 11 † dum veritas in contrarium apparet *l. in rebus C. de iur. dot. t. penult. §. mulier, ff. de probat. Menoch. de præsumpt. lib. 1. præsumpt. 31. num. 4. Rota decis. 64. num. 3. par. 1. diuers. & decis. 203 num. 12 par. 5. recent.*

Vnde Domini respondendo ad vtrumque Dubium propositum, censuerunt vtrumque legatum deberi. Primum scut. 12. mill. & secundum continens gemmas, & iocalia quæcunque.

Et ita vtraque parte audita resolutum.

R. P. D. PANZIROLO

posteà S. R. E. CARDINALI.

Sancti Angeli Lombardorum.

Veneris 26. Aprilis 1642.

ARGVMENTVM.

Rota perpetua constantia solet denegare remissoriam, quando verisimiliter præsumi potest, quod sit calumniosè petita, & quod in petitione adsit calumnia, ex quibus satis, superque deducatur. Testificata quando dicantur satis didicita, ad hoc remissoriæ petitio reijcitur.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Probationes, quando sunt plenè, & concludenter factæ, tunc non est amplius locus illarum.*
2 *Remissoria solet denegari, quando argui potest, quod si calumniosè petita.*
3 *Articuli, quando continet materiam magis specificatam, quo casu Rota soleat concedere remissoriam, & num. 4.*
5 *Materia noua, si articuletur, quando non per hos conceditur remissoria.*
6 *Testium depositiones, quod fuerint didicitæ, vt denegetur remissoria super eisdem, quid sufficiat, & n. 7.*
8 *Testificata posiquam sunt didicitæ, non datur remissoria etiam in diuersa instantia, & quare.*
9 *Probatio, quę fit per euidentiam rei, superat omnes alias probationes.*
Iudex non debet plus credere dictis testium, quam ipse possit suo visu, & iudicio rationis comprehendere. num. 9.
10 *Visum alterius quærere, vbi habemus proprium dementia est.*
11 *Articuli, sint superflui sunt reijciendi.*
12 *Probatio maior dari non potest, quam illa, quæ datur per euidentiam rei.*
13 *Enunciatiuæ emanatæ ad alium effectum, & non propter causam, quæ controuertitur non iuuant.*
14 *Per Scripturam, quando aliquid probari potest, tunc denegatur remissoria.*
15 *Testes non releuant, tunc in contrario adest probatio per scripturam.*
16 *Probatio per scripturam semper præualet probationi, quæ fit per testes.*

DECISIO LXXX.

CVM D. Episcopus Sancti Angeli Lombardorum post reportatas contra se duas sententias Rotales, per quas iudicatum fuit, quod Abbatia S. Gulielmi est Nullius, & habet Territorium separatum à Diœcesi S. Angeli, in hac tertia instantia coram me exhibitis de nouo articulis ad probandum situationem, & comprehensionem prædictæ Abbatiæ intrà fines suæ Diœcesis, & actus iurisdictionales, ibi ab Episcopis pro tempore exercitis, institit pro remissoria. Quo circa dubio in Rota proposito, Domini responderunt, remissoriam non esse dandam ex pluribus fundamentis, & primò, quia cum noui articuli contineant idem quod antiqui, super quibus in duabus præcedentibus instantijs fuerunt plures testes tàm in Partibus, quàm in Curia examinati, intrat præsumptio pro parte Episcopi, fuisse iam
1 examinatos testes magis † informatos, factamque omnem meliorem probationem, & consequenter, quod Remissoria calumniosè petatur *Gregor. decis. 414. num. 1. Buratt. decis. 180. num. 4. Rota in recen. decis. 146. num. 3. & decis. 235. num. 1.*
2 *& seq. par. 5.* quo casu regulariter † solet denegari; *Rota diuers. decis. 620. n. 3. par. 4. in recent. decis. 2 5. num. 3. par. 5.*

Nec obstat, quod Rota eam solita sit concedere etiam quando articuli noui continent eandem
3 materiam magis specificatam, † quia conclusio non procedit, quando, prout in casu isto, hæc maior specificatio, & distinctio consistit in solo cor-
4 tice † verborum, & articuli noui idem continent, quod in antiquis de necessitate tam facti, quam probationis *Gregor. decis. 497. num. 3. Buratt. decis. 180. num. 3. Rota decis. 235. num. 15. par. 5. rec.*

Nec pariter obstat, quod de nouo articuletur fama, quæ tamen antea articulata non fuerat,
5 quia † stantibus in contrarium tot actibus exercitis à Monacis nempè Synodo, confessionibus dimissorijs, & alijs latè recensitis in decisionibus Reuerendiss. D. mei Decani, ac R. P. D. mei Peutingeri, illa remanet omninò improbabilis *Rolan. cons. 3. num. 48. vol. 1. Greg. decis. 455. num. 6. & decis. 498. num. 14.*

Secundò denegata fuit Remissoria, ex quo tam in prima, quàm in secunda instantia fuerunt discussæ testium depositiones, ac mediante transportatione actorum facta coram R. P. D. meo Peu-
6 tingero, & ab eo coram me data † fuit commoditas parti easdem perscrutandi, quod sufficit, vt dicantur didicita testificata *Gregor. decis. 583. n. 2.*
7 *vers. non enim,* vbi quod ad istum effectum † non est necessaria solemnis publicatio, quod etiam firmat. *Rot. in recent. decis. 266. num. 11. par. 6. & in Albanen. confinium 22. Aprilis 1622. coram Reuerendiss. D. meo Decano, in Nepesina Tutelæ, 7. Iunij 1627. coram R. P. D. meo Merlino, & in Cremonen. pensionis 14. Ianuarij 1630. & 4. Maij 1635. coram bon. mem. Coccino.* Postquam vero fuerunt didicita testificata non datur Remissoria etiam in diuersa instantia ad examinandos testes super no-
8 uis † articulis continentibus idem quod antiqui propter timorem subordinationis *Auth. at qui semel, C. de probat. Ceph. cons. 7. num. 2. vol. 1. Surd. cons. 8. num. 10. Buratt. decis. 18. num. 2. Gregor. decis. 497. num. 1. Rot. in recent. decis. 146. num. 11. par. 5. & in dicta Cremonen. pensionis 4. Maij 1635. coram bon. mem. Coccino, & in Camerinen. pensionis 4. Maij 1640. coram R. P. D. meo Bichio.*

Tertiò ex Planta facta post examen testium ad instantiam D. Episcopi per Iudicem à Rota delegatum in qua delucidè, & distinctè cernitur, Diœcesim S. Angeli ex duabus tantum partibus includere Monasterium S. Guilielmi, non autem illud circuire, seu intra suos fines comprehende-
9 re, quæ probatio † vti facta per euidentiam rei Iudex non habet plus credere dictis testium, quam ipse possit suo visu, & iudicio rationis comprehendere *Castr. consil. 141. in fin. lib. 2.* vbi dicit (quod quærere visum alterius vbi possumus ha-
10 re † proprium dementia est) *Gratian. discept. 277. num. 7. Gregor. decis. 575. num. 6.* & fuit firmatum in decisione facta in hac causa sub die 10. *Februarij 1640. coram R. P. D. meo Peutingero vers. præbuit etiam.* Vnde intrat dilemma solitum ponderari à Rota in hac materia, vt in *Cæsaraugustana distributionum 10. Februarij 1640. coram me,* quod aut testes, qui à D. Episcopo petuntur examinari erunt concordes cum testibus exami-
11 natis, & Planta, & hoc casu † articuli vti superflui sunt reijciendi *Rom. cons. 226. num. 3. Reuerendiss. Vrgellen. decis. 228. num. 3.* At verò erunt discordes, & Remissoria est deneganda ex capite irreuelantiæ, ex quo in concursu præualebunt semper probationes Monasterij factæ in faciem loci,
12 & resultantes ex rei euidentia, qua non † adest maior probatio *Hieronym. de Monte de finib. cap. 30. num. 2.*

numer. 2. & seq. Tiraquell. de retract. lignag. §. 4. glos. 1. num. 36. concurrentibus præsertim tot aliis latè ponderatis in decis. factis *coram Reuerendiss. D. meo Decano, & R. P. D. meo Peutingero.*

Nec obstant enunciatiuæ, quæ dantur pro par-
13 te Domini Episcopi, quia visæ sunt prolatæ † ad alium effectum, & hac de causa fuerunt etiam reprobatæ in decisionibus iam factis, & dum po-
14 test probare confinia per scripturas non debet D. Episcopus confugere ad Remissoriam.

Nec minùs visa fuit deneganda Remissoria ad probandum lapides, qui circumspiciuntur circa Monasterium S. Guilielmi ante motam litem non fuisse habitos pro limitibus Territorij Iurisdictionalis, quoniam etiamsi hoc probaretur per
15 testes non releuaret, † cum contrarium appareat ex inuentario rerum, & bonorum Abbatiæ S. Guilielmi conseruato in Archiuio Sanctiss. Annuntiatæ Neapolis, in quo sunt descripti omnes termini lapidei cum litteris Gothicis includentes Territorium S. Guilielmi distinctum à Diœcesi
16 S. Angeli, & Nusci, probatio † autem per scripturas semper præualet probationi, quæ fit per testes *Roman. cons. 319. n. 1. Rot. decis. 64. n. 17. par. 5. recent.* præsertim cum hoc idem comprobetur ex depositionibus testium Monasterij, Planta, & alijs adductis in decis. in hac causa factis.

Nec demum respectu actorum deperditorum potest concedi Remissoria cum dato etiam articulo pro probato, non apparet quid releuet, aut concludat ad fauorem D. Episcopi.

Et ita parte vtraque, &c.

R. P. D. GHISILERIO

Postea EPISCOPO TERRACINEN.

Romana fideicommissi de Incoronatis.

Veneris 10. Maij 1642.

ARGVMENTVM.

Disputatur articulus an donatio præcedens etiam cum hypotheca præiudicare possit creditori posteriori habenti causam onerosam, & negatiuè concluditur, quoties vel ille reperitur in possessione, vel donatio fraudolenta, & simulata conuincitur.

SVMMARIVM.

1 *Pater non potest grauare filium in legitima, & si fuisset grauatus, reicitur onus.*
2 *Dispositio generaliter facta non porrigitur ad casum in quo quis non habet potestatem.*
3 *Bona super quibus filius elegit legitimam non continentur sub fideicommisso.*
4 *Donatio, & si anterior, & cum hypotheca, non præiudicat ementi posteà rem donatam, si ille sit in possessione, & num. seqq. Amplia vt sub num. 10,*
5 *Donans potest ante traditionem liberè disponere de re donata.*
6 *Clausulæ, constituti, & similium effectus cessant per actualem traditionem posteà subsecutam.*
7 *Clausulæ quæ veniunt antecessoriè ad contractum si contractus est simulatus, & ipsæ simulatæ indicantur.*
8 *Simulatio probatur ex confessione partium, & contrahentium.*
9 *Fraus non ita de facili præsumitur, vt simulatio. Simulatio est honestior fraude num. 9.*
10 *Donationis fraus, & simulatio præsumitur ex immensitate donationis, ac coniunctione sanguinis. Donatio simulata, & fraudolenta non præiudicat creditoribus posterioribus, ex causa onerosa, num. 10.*
11 *Exceptio detractionis legitimæ, quæ fideicommissario competebat, competit etiam emptori bonorum illius. Amplia conclusionem procedere quamuis ipse fideicommissarius per præcedentem donationem omnia bona fideicommisso subiecisset ibid.*

DECISIO LXXXI.

Fvit per DD. resolutum tam ex fideicommisso Marcelli Incoronati de anno 1563. quem ex donatione Francisci filij de anno 1618. facta inter viuos Cæsari filio præsenti, & acceptanti, eiusque filijs, & descendentibus masculis, illisque deficientibus, Marcello alteri filio, ac descendentibus ex eo, in eorumque defectum, proximiori sibi in gradu: non esse D. Angelo Incoronato dandam immissionem, siue agat ex *l. fin. C. de edict. diu. Adr. toll.* siue ex remedio vtilis Saluiani in possessionem Casalis Aquæ Trauersæ venditi anno 1625. Excellentissimo D. Principi Burghesio pretio scutorum 14. mill. ab eodem Francisco de Incoronatis, sub expressa narratiua approbata per eosdemmet Cæsarem, & Marcellum donatarios; quod sibi deberetur legitima in bonis Marcelli patris, & quod ad illius computum eligisset dictum Casale, illudque ad se spectare pleno iure dominij, & pertinere, & esse penitus liberum, & immune ab omni, & quocunque censu, canone, & responsione, recognitione, grauamine, aut seruitute, non esse subiectum caducitati deuolutioni, restitutioni, vel alicui vinculo, in toto, vel in parte, minusque fuisse venditum, datum, donatum, cessum; atque concessum, aut alio quouis modo alienatum alienationis vocabulo latissimè sumpto, nec de eo in totum, vel in partem contractum, distractum, aut aliud quicquam factum fuisse; promittendo insuper huic venditioni facere consentire omnem personam Ius aliquod habentem, seu quomodolibet habere prætendentem, ad solam, simplicem, & extraiudicialem, requisitionem prædicti Excellentissimi D. Principis emptoris.

Non ex fideicommisso Marcelli senioris; quia cum Franciscus alius auctor D. Principis elegerit pro sua legitima, Casale, in cuius possessionem Angelus petit immitti, & pater non possit fi-
1 lium grauare in legitima, † & si grauatus fuisset fuisset onus reiciatur; vt est in casus in *l. quoniam in prioribus, C. de inoffic. testam.* nec dispositio ge-
2 neraliter facta porrigatur ad casum, † in quo quis non habet potestatem, *cap. nobis in 2. de sent. excom. notat. Bart. in l. si quis sub conditione, ff. de condit. instit. Bald. in l. fin. §. in computatione, C. de Iur. delib. cum simil.* Casale de quo agitur
3 non continetur sub † dicto fideicommisso, vt decidit *gloss. in l. precibus, C. de impub. & alijs sub-*

subſtit. & communiter omnes *in l. ex tribus, C. de inoffic. teſt. & in l. 1. ff. de vulg. & pup. per. tex. in l. cohæredi, §. filiæ, ff. ad Trebell.*

Nec ex donatione dicti Franciſci, quia cum Franciſcus poſt donationem factam ad fauorem filiorum, & deſcendentium, vendiderit Caſale D. Principi, cum realij translatione dominij, & poſſeſſionis; aſſerta donatio, etiam ſi anterior,
4 & cum hypotheca, † non præiudicat D. Principi habenti cauſam oneroſam, vt eſt *tex. in l. fin. §. Lucius, ff. de donat.* vbi Lucius Titius donauerat Meuio fundum, & ante traditionem eundem fundum poſt paucos dies, Sæio pignori obligauerat, deinde dictum fundum tradidit Meuio, cui prius illum donauerat; & cum dubitaretur, an donatio fundi eſſet perfecta: itaut poſtea pignori ſubiici potuerit, reſpondit Sceula Iuriſconſultus, perfectam quidem eſſe donationem per traditionem, ſed creditorem licet poſteriorem firmam habere pignoris obligationem inductam ante traditionem, atque ita donans poteſt an-
5 te traditionem † libere diſponere de re donata vt tradit *Caroc. deciſ. 125. num. 7.* & eſt ponderand. expotio *Bartol. ad illum text. in §. Lucius Titius in princ.* vbi verbum dicti textus, *donauit*, exponit, ideſt in cauſa donationis, obligauit, vel promiſit, & ſic *Bartol.* intelligit illum text. & præſupponit quod fundus ibi fuit expreſsè obligatus pro donatione ipſi Donatario, vt bene aduertit, *Gattier. de actib. iudic. iurat. cap. 15. ſub num. 22. pro hac eadem opinione*, accedit expoſitio Bartoli.

Nec dici poteſt in hac donatione interueniſſe traditionem, ex clauſulis reſeruationis vſufructus, & conſtituti, quia vis, & effectus, iſtarum, clau-
6 ſularum, † vbi donatio fuiſſe vera, ceſſaſſet per venditionem à donatore poſtea factam D. Principi, & actualem traditionem ſubſecutam, vt bene *Grat. conſ. 36. numer. 38. & 39. lib. 1. Gabr. de empt. & vend. concluſ. 2. num. 28. Carocc. deciſ. 125. num. 8.* ſed cum donatio DD. viſa fuerit ſimulata, non eſt de his clauſulis curan. cum veniant acceſ-
7 ſoriè ad contractum, † in quo ſicut ſimulatio fuit adhibita, ita etiam cenſeri debet adhibita, circa acceſſoria *Aretin. in l. 1. §. ſi vir. vxori. col. 3. ante med. verſ. ſed hoc eſſet conceden. de plano, ff. de acquir. poſſeſſ.* quem ſequitur *Alciat. ibid. col. 2. in princ. num. 4.* vbi etiam *Bologn. num. 65. in princ.*

Simulatio autem huius donationis eſt euidens ex aſſertione venditionis, cui aſſenſerunt etiam Cæſar, & Marcellos Donatarij, quod de Caſale vendito nulla præceſſerat donatio. Vndè cum veritas huius aſſertionis non poſſit ſtare cum veritate præcedentis donationis, neceſſe eſt intelligere dictam donationem ſimulatam perinde, ac ſi partes dixiſſent nullam de Caſale præceſſiſſe donationem veram, & validam: cum non
8 ſit dubium ex confeſſione partium, † & contrahentium probari ſimulationem, *Berou. conſ. 170. num. 11. lib. 1. Decian. conſ. 62. numer. 51. & 52. & poſt num. 65. verſ. 9. conuincitur iſta ſimulatio lib. 3. Angel. conſ. 47. num. 2. verſic. 5. ſi poſt donationem*, vbi ponderat confeſſionem Donatarij, ad probationem fraudis, quæ cum non ita faci-
9 lè ſit præſumenda, vt ſimulatio, † ex quo hæc eſt honeſtior quàm illa *Cuman. conſil. 155. num. 4.* vtique ſi ex confeſſione donatarij probatur fraus, à fortiori, probabitur ſimulatio, maximè concurrente immenſitate huius donationis, quæ continet omnia bona præſentia, & futura, & coniunctione ſanguinis, ex quibus præſumi frau-
10 dem, & ſimulationem donationis, † vt propterea non præiudicetur creditoribus poſterioribus ex cauſa oneroſa reſoluit; & probat *Carocc. deciſ. 1. per totam*, quam approbat *Anton. de Amat. var. reſolut. reſolut. 26. num. 7.*

Vlterius cum ex ſupradictis pateat D. Principem emptorem habere fundatam intentionem in Inſtrumento emptionis non obſtante præcedenti donatione, eò magis cenſuerunt Domini dicendum eſſe, ipſum habere intentionem fundatam in detractione legitimæ debitæ eidem do-
11 natori, † qui in ſpecie in ipſa venditione dixit eam conſequi in Caſali de quo agitur, ex allegatis per *Rotam coram Seraph. deciſ. 416. à num. 8. vſque ad finem*. Hæc autem exceptio detractionis legitimæ debitæ eidem donatori, & venditori reſpectiue in bonis relictis ab eius aſcendentibus ſuffragatur D. Principi, non obſtante quod idem donator omnia bona in dicta donatione præcedenti ſubieciſſe fideicommiſſo cum prohibitione cuiuſuis detractionis.

Et ex his duabus exceptionibus, vtraque parte audita reſoluerunt Domini immiſſionem eſſe denegandam.

R. P. D. PAZIROLO

Poſteà S. R. E. CARDINALI.

Romana, ſeu Florentina reſtitutionis in integrum.

Veneris 10. Maij 1641.

ARGVMENTVM.

Maioribus 25. annis, quantumuis ex capite iuſtæ Ignorantiæ non ſoleat concedi reſtitutio in integrum aduerſus aditionem hæreditatis ſine inuentario factam, tamen ſemoto in tali hærede omni dolo, datur talis reſtitutio in integrum, quando magnum æs alienum patens, contra communem omnium expectationem, in hæreditate, emerſit.

SVMMARIVM.

1 *Filius continuas habitare in domo paterna, & bona defuncti patris poſſidere dicitur ſimpliciter adire hæreditatem paternam, & num. 18.*
2 *Statutum Florentinum ſub Rubr. 29. de hæred. &c. quid diſponat.*
3 *Reſtitutionis in integrum remedium regulariter conceditur minoribus, & non maioribus.*
4 *Maior etiam reſtituitur in integrum concurrente iuſto errore, vel ignorantia facti, vel ex noua, & magna cauſa.*
5 *Maiori ſuccurritur per reſtitutionem in integrum, ſi adſit rationabilis cauſa.*
6 *Maior iuſto errore ductus, vel ignorantia facti lapſus, adeundo hæreditatem primo aſpectu lucroſam ſi eam deinde reperiat debitis onuſtam tunc auditur petendo reſtitutionem in integrum.*
7 *Vel malit talem hæreditatem creditoribus relaxare.*

8 Re-

8 *Restitutio in integrum, ex qua causa concedatur maioribus, qui hæreditatem adiuerunt sine inuentario.*
9 *Maior non restituitur aduersus aditionem hæreditatis sine inuentario, nisi magna adsit causa.*
10 *Maiori competit restitutio in integrum, ex clausula si qua mihi iusta causa, ex edicto minorum aduersus hæreditatem, inconsulto aditam.*
11 *Ignorantia regulariter præsumitur in hærede, & maximè in rebus occultis, & num. 12. & 13.*
14 *Factum, quando sit occultum, itaut fallere possit hominem etiam magnæ prudentiæ, & sagacem, & n. 15.*
15 *Restitutio in integrum ex iusta causa ignorantiæ conceditur maiori ad lucrum quærendum per aditionem hæreditatis, quam prius repudiauerat.*
17 *Multo fortius concedenda venit maiori si agat tantum de damno vitando.*
19 *Maior aduersus aditionem hæreditatis sine inuentario, aditam, restituitur ex iusta causa, etiamsi post aditionem facerit aliquem contractum, dummodo nihil perceperit, vel paratus sit reddere.*
20 *Maioribus 25. annis, etiam in contractibus enormiter læsis, beneficium restitutionis in integrum ex iustis causis conceditur.*
21 *Actus principalis, si corruat, omnes alij actus ex eo dependentes pariter corruunt.*
22 *Minor, an restituatur in integrum, si paternæ hæreditati se immiscuit, & maior factus pecunias hæreditarias exegit.*
23 *Maiores aduersum aditionem hæreditatis ex capite iustę ignorantiæ non sunt restituendi.*
24 *Contraria tamen opinio est verior suadente tamen aliqua insigni causa.*
25 *Statutum Florentinum, iubet, quod inuentario non obstante hęres creditoribus hęreditarijs satisfaciat.*
26 *Hæredes, dum non possunt iuuari beneficio inuentarij equum non est, vt etiam restitutio in integrum denegetur.*
27 *Quod sane durum admodum videretur, quod simul, & semel denegaretur inuentarium, & restitutio in integrum, dum sunt sine dolo enormiter sunt læsi.*

DECISIO LXXXII.

CVm post mortem bon. mem. Marchionis Bernardini Capponij sequutam, in Ciuitate Florentiæ, D. Vincentius eius filius, quamplurima bona, tàm in statu Ecclesiastico, quàm in ditione Florentina in paterna hæreditate inuenisse, ac inter alia vigore Florentiæ Rationem bancariam magni nominis, ac etiam Romæ accomanditam, credens propterea, tàm ex his, quam ex inferius deducendis, hæreditatem esse maximè lucrosam, licet super illius aditione nullum
1 fecerit actum expressum, † Nihilominus continuando in paterna domo habitare, & bona vt prius possidere dictus est adiuisse hæreditatem simpliciter, stante Statuto Florentino sub *Rubr.* 29.
2 *de hæredib. & hæredibus debitorum conueniendis*, in † quo disponitur, quod hæres masculus maior annor. 18. possidens, seù detinens bona hæreditaria post 15. dies à die obitus Testatoris, hæreditatem simpliciter adiuisse intelligatur.

Verum cum illinc ad quatuor menses super prædicta hæreditate maximum detectum fuisset æs alienum, quod de tempore supradictæ tacitæ aditionis omninò latebat, absorbens nedum totam substantiam, sed superans illius vires in scutis fere ducentum millibus. Ideo d. D. Vincentius qui huiusmodi debita prorsus ignorabat omnibus præfatis bonis, vna cum illorum possessione prius liberè dimissis, obtinuit à Signatura Iustitiæ committi causam restitutionis in integrum prout de iure aduersus Creditores Bernardini Patris cum rescripto A. C. vt de voto Rotæ procederet cum clausula, si qua mihi iusta causa. Quapropter sæpissimè monitis prædictis Creditoribus, vt ex fasciculo citationum exhibitarum, & informare negligentibus, tandem hodie proposita causa, resolutum fuit constare de causis restitutionis in integrum.

3 Licet enim regulariter hoc † remedium sit pro Minoribus læsis, attamen concurrente iusto errore, vel ignorantia facti, vel ex noua, & magna causa competere etiam Maioribus 25. annis tradunt *Oinotim. in §. extraneis num. 5. vers. vel etiam si maiores Iustit. de hæred. qual. & differ.* Qui di-
4 cit, Prætorem deceptis † succurrere per restitutionem in integrum, etiam si maiores sint, quoties grande æs alienum latens ab adita hæreditate præter opinionem emerserit, siue sint milites, siue Pagani. *Maurit. de restit. in integr. cap. 130. num. 6. vers. sed qui opiner tract. tom. 5. fol. 145.*
5 vbi dicit posse Maiori succurri † per restitutionem in integrum, si adsit rationabilis causa vt puta, quia hæreditatis substantiam ab initio scire non potuit, & postea comperijt esse debitis onustam, nec longum tempus effluere permisit ab ea traditione, cui opinioni ad stipulantur, etiam *Rebuff. in constit. Regias tom. 2. tit. de restit. art. 1. glos. 1. num. 33.* vbi dicit Maioribus se vidisse succurrere *Odd. de restit. in integr. part. 2. quæst. 62. art. 14. num. 133.* vbi dicit, quod si Maior iusto errore,
6 vel ignorantia † facti lapsus est adeundo hæreditatem primo aspectu lucrosam, & quam quilibet oculatissimus paterfamilias talem iudicasset, & audiuisset, sed postea reperitur plena ære alieno, litibus, & periculis, audiendus est, si desiderat, aduersus dictam aditionem restitui, & malit hu-
7 iusmodi † hæreditatem Creditoribus relaxare, *& quæst. 89. art. 7. num. 52. vers. primo, vt procedat, & sub num. 53.* subdit ad hunc effectum magnam causam reputari. si maior post aditam hæreditatem casu reperiet ad esse magnum æs alie-
8 num, † quod prius ignorabatur, tunc enim, inquit ex capite iustæ ignorantiæ succurritur etiam maiori per *Text. singul. in §. extraneis versic. sciendum tamen Instit. de hæred. qualit. & differ. Cappell. Tolos. decis. 55. numer. 7. Gratian. discept. 797. nu. 19. & seqq.* vbi de veriori *Marches. de commiss. rest. in integr. par. 2. §. 3. num. 154. fol 185.* vbi dicit quod maior aduersus non confectum Inuentarium, vel eius confectionem non restituitur in
9 integrum, nisi magna subsistente † causa, nempè si adita hæreditate reperiatur magno ære alieno conflata, quod aditionis tempore ignorabatur.

Et quod generaliter ex clausula, si qua mihi iusta causa, quæ datur ex edicto minorum, competat restitutio in integrum etiam maiori aduer-
10 sus hæreditatem † inconsultò aditam *Castr. consil. 398. nu. 3. vers. tertiò lib. 2. Corn. cons. 184. sub num. 9. vers. tamen. licet lib. 3. Menoch. cons. 932. num. 11 Phanuc. de Inuent. part. 1. numer. 20. & par. 2.*

par.2.n.22.& 23. Franciscus March.decis. 291. n. 3. part.1.Mart.claus.366. num. 2.

Quod autem in D.Vincentio filio ad fuerit iu-
sta ignorantia, non solum ex eo parere visum est
11 quod regulariter† in hærede illa præsumitur *l.qui in alienis vbi Doctor ff. de reg.iur.* & in terminis re-
stitutionis in integrum firmauit *Rota decis.43.nu. 2.post moder. Perus. de cens. in addit. Caual. decis.* 141. *n.*1. sed specialiter dum vidit, quod Marchio
Bernardinus Pater, qui pro viro summæ pruden-
tiæ, & aliàs oculato patrefamilias communiter
ab omnibus reputabatur, vt deponunt Testes for-
12 miter examinati, non solum reliquit, † quamplu-
rima bona stabilia maximi valoris, tam in statu
Ecclesiastico, quam in Ditione Florentina, cum
ratione bancaria, & accommandita, prout supra
dictum fuit, sed quod magis est, in eius testamé-
to, & Codicillis perpetuum fideicommissum ad
fauorem descendentium masculorum ordinauit,
& de opulentissima hæreditate, se disponere sup-
posuit. Vnde nil mirum, si D. Vincentius filius
lucrosam pariter paternam hæreditatem cre-
13 didit. † Præsertim cum ipse longo tempore à
Patria absfuerit,& dum in ea permansit, nunquam
in rebus domesticis, & multò minus in rationis
bancariæ administratione se ingessit, quod pro
causa restitutionis in integrum aduersus aditioné
etiam Maiori 25. annis sufficere tradit *Odd. vbi sup.q.62.n.*133.

Accedit, quod idem D. Vincentius mortuo
Patre suas adhibuit diligétias cum Ministris per
Patrem viuentem retentis, pro habenda notitia
14 virium hæreditatis, † & isti (qui alias communi-
ter pro Viris probis, & fide dignis habebantur)
firmiter asserebant hæreditatem esse maximè lu-
crosam, vt etiam super his benè deponunt testes,
adeò vt cum post quatuor menses à die obitus
Benardini Patris in ipsius hæreditate maximum
15 æs alienum, † quod antea latebat, emerserit su-
perans illius vires in scut. 200. mil. negari non
potest, quin appareat de iusta causa, per quam
debeant in integrum restitui *iuxta mentem Doctor supra allegat.*

Quæ quidem facilius amplectenda sunt, ex quo
D.Vincentius nititur maxima æquitate, ne scili-
cet ex sola dispositione statuti, vltra vires hære-
16 ditarias, † soluat scut. 200. mil. ex proprio. Si
enim restitutio ex iusta causa ignorantiæ conce-
ditur Maiori ad lucrum quærendum per aditioné
hæreditatis, quàm priùs repudiauerat *l.Pantonius ff. de acquir.hæred.vbi Bart.Alex.cons.* 169. *num.*15.
*in princip. lib.*2. *Surd. cons.* 232. *nu.*43. multò for-
17 tius videtur concedenda † D. Vincentio Maiori
agenti de damno tantum euitando, inter quos
maxima viget differentia teste *Alex. d. cons.* 169.
*n.*14.*in princip.*

Nec releuare visum est, quod post mortem Ber-
nardini Ministri rationis Bancariæ nonnulla cam-
18 bia † continuauerint, quia aut hæc fecerunt pro
ratione bancaria, quæ adhuc cantabat sub nomi-
ne Defuncti, aut quando etiam id de ordine
D.Vincentij filij fecissent, quemadmodum ei suc-
currendum est aduersus hæreditatem aditam, ita
pariformiter si post aditionem fecerit aliquem
19 contractum † ex eadem causam aditionis, dum-
modo ex eo nihil perceperit, vel paratus sit refun-
dere, si quid perceperit, ex adduct. per *Odd. dict. quæst. 62. art. 14. num.* 133. Et facit regula, quod
Maioribus 25. annis etiam in contractibus enor-
20 miter † læsis beneficio restitutionis ijsdem ex su-
pradictis causis succurritur *iuxta l. in contractib.C. quib.ex caus. maior.* cum alijs adductis per *Odd. d. q.51.art.1.nu.4.& seqq.* Et quidem si corruit adi-
21 tio, omnes etiam actus † ex ea dependentes cor-
ruere debent *l.cum principalis, ff.de reg.iur.& in his terminis est Text.in l.3.§.Scio ff. de minor.* vbi de mi-
nore, qui paternæ hæreditati se immiscuerat, &
22 maior factus pecunias hæreditarias exegerat, †
quod nihilominus restituitur, de quo per *Angel.in l.damni §.Sabini nu.2.ff. de damn.infect.*

Nec aduersari visa fuit opinio quamplurimo-
23 rum Doctorum, quod scilicet Maiores † aduersus
aditionem ex capite iustæ ignorantiæ non sint re-
stituendi, ex quo habent beneficium Inuentarij
prout *iuxt.text.in §. pupillis, & in §. quia verò auth. de hæred. & falcid.* tradunt *Bart. cons.* 154. *num.* 2.
*& 4. lib.1. Felin.in cap. quoniam nu. 5. de Simon Al- ciat.cons.*139.*num.7.lib.9.Rol.de Inuent.qu.*81.*col.*2.
fol.59.Petr.Pecch.de testam. coniug. cap. 23. *num.* 2.
*Phanuc.de Inuent.par.1.num.24.Marc.Anton.var lib. 2. resol.*11. *nu.* 19. *in fin.* Quia nihilominus alia
opinio in præsenti casu magis placuit Dominis.
Tum quia æs alienum, quod fuit derectum, est
24 maximum, † & propterea suadente insigni ali-
qua causa etiam Maioribus saltem ex æquitate
Iudicis officio succurrendum esse vltra Doctores
allegatos, tenet idem *Petr.Pecch.d.cap.*23.*sub. nu. 6.vers.ego existimo,* Tum etiam quia D.Vincentius
beneficio Inuentarij, quatenus etiam voluisset,
vti non poterat propter statutum Florentiæ, quod
25 hæres Inuentario † non obstãte Creditoribus hæ-
reditarijs satisfacere cogatur, de quo tradit *Pha- nuc. de Inuent.par.6.n.*138. quo casu sicut non po-
26 tuit vti beneficio inuentarij, † ita nece etiam pri-
uari debuit beneficio restitutionis in integrum,
vt post *Castr.cons.*322. *quod incipit viso puncto nu.* 3.
lib. 1. cum alijs allegatis in terminis d.Statuti Flo-
rentini tradit *Phanuch. vbi supra n.* 138. Et certè
27 durum † admodum videretur, quod simul, & se-
mel denegaretur Inuentarium, & restitutio in in-
tegrum, etiam quando, prout hic, semoto in hæ-
rede omni dolo, magnum æs alienum latens, con-
tra communem omnium Ciuium expectationem,
& credulitatem in hæreditate emergeret.

Et ita D. Vincentio solum informante resolu-
tum fuit &c,

R.P. D. GHISILERIO.

Postea EPISCOPO TERRACINEN.

Romana Retentionis Domorum.
Veneris 23. Maij 1642.

ARGVMENTVM.

Immissus in possessionem in vim vtilis Saluiani, do-
nec, & quousque fuerit satisfactus de suo credi-
dito si fuerit satisfactus, vt possit eidem denegari
in eisdem bonis altera immissio, & sic retentio
pro alio credito, quid sufficiat. Exceptio fideicó-
missi incontinenti probata impedit immissio-
nem, & retentionem.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Ex Prohibitione alienationis, & obligationis ex quocumque capite, vt bona conſeruentur in familia, reſultat fideicommiſſum.*
2 *Exceptio fideicommiſſi, & prohibitionis alienationis, incontinenti probata impedit immiſſionem, & retentionem.*
3 *Hypotheca, nec tacita, nec expreſſa, quando ſuper bonis non poſſit conſtitui.*
4 *Prohibitio alienationis bonorum ſi ſtet de per ſe, & non conſecutiuè à præcedenti ſubſtitutione, tunc dicitur ſtare de per ſe, principaliter.*
5 *Fideicommiſſum, quando dicatur inductum ne dum in caſu contrauentionis, ſed etiam in caſu mortis.*
Bona in familia non conſeruerentur, ſi in caſu mortis non eſſet inductum fideicommiſſum. num. 5.
6 *Teſtator quando non dicatur ſtetiſſe in finibus vniuerſalis ſubſtitutionis.*
7 *Verba vniuerſalia, omnem modum comprehendentia, omnem caſum ſuo ſe capiunt.*
8 *Verba ampliſſima non debet ſtare otioſa.*
9 *Bonorum conſeruatio in familia, cauſa hæc expreſſa à Teſtatore, fieri nequit citra onus fideicommiſſi gradualiter deſcenſiui.*
10 *Familia, quando indefinitè vocatur, perpetuo dicitur vocata quouſque durat.*
Et hoc præſertim in fideicommiſſo tranſuerſali.
11 *Prohibitionis alienationis poſt fideicommiſſum vniuerſale poſita, licet cantet de cæteris rebus particularibus, non tamen facit fideicommiſſum particulare diuerſum.*
12 *Gabr. in conſ. 138. n. 45. lib. 2. & deciſ. 210. n. 10. part. 6. recent. quo caſu loquatur.*
13 *Maſculi, quando non dicantur contemplati.*
14 *Oldrad. in conſil. 21. quando intret.*
Fideicommiſſum, quod ſit particulare, & diuerſum à generali fideicommiſſo, quando non poſſit dubitari, & n. 16.
15 *Fideicommiſſum particulare, quando non recipiat robur ab vniuerſali.*
17 *Voluntas teſtatoris, quando adeſt in contrarium, tunc ceſſat omnis extenſio.*
18 *Voluntas teſtatoris maximè in vltimis volũtatis, quomodocumque colligatur, principare debet.*
19 *Ex Prohibitione ſtrictiſſima alienationis bonorum, vt bona conſeruentur in familia, quid colligatur.*
20 *Bona non poſſunt conſeruari in familia, ſi de eis eſſent ſoluenda legata.*
21 *Immiſſio in vim vtilis Saluiani auocat ſolos fructus, & illæſam reliquit Domino proprietatem.*
22 *Proprietas nuda ſine fructibus etiam recipit æſtimationem.*
23 *Fideicommiſſum ad fauorem alicuius factum, non debet ei deſeruire de vento.*
24 *Fideicommiſſum ſpeciale non poteſt diminui per legatum quantitatis.*
25 *Hæreditas, quando non eſt ſoluendo, tunc fideicommiſſum particulare diminuitur per Legatum quantitatis. & n. 27. & 31.*
26 *Legatarius ſpecialis, & fideicommiſſarius ſpecialis, quando adſunt bona hæreditaria, bona ſpecialiter relicta integrè conſequi debent.*
28 *Fideicommiſſum conſtitutum, pro conſeruandis bonis in familia dicendum eſt, quod ſit fauorabile.*
29 *Quod multò magis procedit, ſtantibus verbis prægnantibus geminatis, vniuerſalibus, & negatiuis.*
30 *Verba, quando ſint præciſa, & excludant omnem caſum.*
32 *Bona, quod non adſint pro ſolutione legatorum, qui hoc aſſerit probare tenetur.*
33 *Hæreditas in dubio præſumitur ſoluendo.*
34 *Retentio, vt excludatur ſufficit, quod adſit aliqua turbiditas.*
35 *Ad Reintegrationem impediendam eiecto à Saluiano poſt ſatisfactionem crediti, pro alio credito quid ſufficiat. & n. 36.*

DECISIO LXXXIII.

Commiſſa mihi cauſa appellationis interpoſitæ à ſententia lata ab A. C. ad fauorem Nerei Scarlatti creditoris Laurentij, & Ioſephi de Carpianis, vti creditorum Iacobi Carpiani, in qua pronunciauit, Scarlatto poſſeſſori competere retentionem domorum de quibus agitur pro alijs creditis aſcenden. ad ſummam ſcut. 8550. pro totidem per dd. Laurentium, & Ioſephum, pro dicto Iacobo Carpiano ſolutis occaſione legatorũ ab eo relictorum in teſtamento, ſub quo deceſſit de anno 1612. emanauit dubium, ad d. Scarlatto competeret retentio, & pro qua ſumma, & quia retentio fuit conceſſa ſuper bonis particulari fideicommiſſo ſubiectis, quæ non ſubiacent debito legatorum Teſtatoris, Domini cenſuerunt non competere retentionem.

Quod autem domus de quibus agitur fuerint ſubiectæ particulari fideicommiſſo facto à Iacobo Teſtatore colligitur ex prohibitione cuiuſcũ-
1 que † alienationis, & obligationis vineæ, & eius domorum Vrbis, vt conſeruarentur pro hæredibus inſtitutis, & in familia Carpiana, ibi, *e prohibiſce, che le ſue caſe di Roma, & vigna non ſi poſſino alienare vendere, ne obligare, ò altrimente diſporre, ma ſi conſeruino per detti heredi inſtituti, e ſoſtituti come di ſopra, & in modo neſſuno non ſi poſſino vendere, ne in altro modo alienare, ma ſi debbano conſeruare nella famiglia Carpiana*, & prout latius in te-
2 ſtamento quo caſu exceptio † fideicommiſſi, & prohibitionis hypothecationis incontinenti probata impedit immiſſionem, & retentionem, *vt Doct. notant in l. filius familias, §. diui* vbi precipuè *Iaſ. & Ripa num. 11. de leg. 1. Caſtr. in l. fin. §. de leg. 2. Caſtr. fin. §. de leg. 2. Seraphin deciſ. 757. n. 1. & 2.* cum per Laurentium, & Ioſephum grauatos non
3 potuerit ſuper dictis † domibus conſtitui, nec tacita, nec expreſſa hypotheca ex allegatis per *Seraph. vbi ſup. n. 3.* Certum eſt enim ex d. prohibitione reali, & particulari ſuper dd. domibus inductum fuiſſe fideicommiſſum particulare, quia quando, prout hic præcedit ſubſtitutio vniuerſalis in tota hæreditate, ibi, *E morendo detto M. Lorenzo*, & ſequitur prohibitio alienationis certorum corporum ad fauorem plurium perſonarum, quæ non continebantur in ſubſtitutione vniuerſali, vt in hoc caſu, in quo continetur familia de Carpianis non contenta in generali ſubſtitutione cum cauſa, vt d. pars remaneat in familias, Tunc cum iſta diſpoſitione de parte dicatur differens à
4 præcedenti † ſubſtitutione dicitur ſtare de per ſe principaliter, & non conſecutiuè, illamque in-

ducere particulare, & absolutum fideicommissum
nedum in casum contrauentionis per alienatio-
5 nem, sed etiam † in casu mortis, Alioquin non
conseruarentur bona in familia, *Fusar. de subst.*
quæst.683.num.28.Rota in Perusina fideicommissi de
Bigarzinis 14. Nouembris 1603. coram Litta, & in
Bononien. fideicommissi de Pancaldis 16. Ianuarij
1640. coram Reuerendiss.Domino meo Patriarcha Pã-
zirolo, & propterea cum Iacobus Testator in pro-
hibitione non stetit in finibus vniuersalis substi-
tutionis, dum post factam prohibitionem ad fa-
6 uorem hæredum institutorum † & substitutorum
subiunxit. *Et in modo nessuno non si possino vendere*
ne in altro modo alienare, ma si debbano conseruare
nella famiglia Carpiana. Ex dicta vltima disposi-
tione resultat fideicommissum absolutum ad fa-
uorem familiæ, cum d. verba non possint deser-
7 uire ad ampliandum modum alienationis, † cum
omnis alienatio comprehendatur in priori parte,
in qua prohibuit per verba vniuersalia omnem
modum comprehendentia, & sic ista posterior
pars non stat consequutiuè, sed principaliter ad
8 fauorem omnium de familia. † Alias ista verba
starent otiosa *Rota in Reatina fideicommissi 14. Maij*
1622. coram bon.me. Vbaldo, & dum conseruatio
bonorum in familia expressa per Testatorem fieri
9 nequit citra onus † fideicommissi gradualiter de-
scensiui *Surd. consil. 116. num. 16.* sequitur, quod
ex illa sit inductum grauamen etiam positis in
conditione ex regula, qui vult consequens, vult
etiam necessarium antecedens. Quando autem
10 familia indefinitè vocatur perpetuo dicitur † vo-
cata, quousque durat præsertim in fideicommis-
so transuersali, prout hic *Rot. in rec.par. 6. decis.*
284. numer.28. & ita fuit firmatum *in Bononien.bo-*
norum de Glauarinis 5. Maij 1633.coram me.

Non obstat, quod prohibitio alienationis post
11 fideicommissum vniuersale † posita licet cantet
de certis rebus particularibus non faciat fideicõ-
missum particulare diuersum, *Gabr. conf. 138. nu.*
25. & seqq.lib.2.Rota in Spoletana fideicommissi 30.
Maij 1633. vers.pariter non obstat coram me, quæ est
decisio 210. num 10.part.6.recent. cum alijs allegatis,
quia *Gabr.Rota*, & alij procedunt, in prohibitio-
12 ne accessoriè, † & consequutiua ad fideicommis-
sum vniuersale, quæ non egreditur personas in
illo vocatas. Ideo non applicantur huic casui,
in quo fideicommissum vniuersale legitur factum
morientibus Paulo, & Iosepho, sine filijs legiti-
13 mis & naturalibus ad fauorem † proximorum
domus Carpaniæ, quod in primis extinguebatur,
cum non dicat de masculis, nec masculi ponan-
14 tur in conditione, † & cessabat stãtibus filijs iux-
ta *cons. Oldr. 21.* etiam fœminis. At particulare
resultans ex prohibitione alienationis limitatum
ad domos, & vineam est magis amplum, & rea-
le. Amplum pro conseruatione in familia Car-
piana, itaut capiat omnes de familia non com-
prehensos in vniuersali, reale quia verba sunt di-
recta in rem, & sic dubitari non potest, quin sit
particulare, & diuersum fideicommissum, *Me-*
noch. Cons. 348. num. 43. Rota decis. 133. num. 6.
part. 4. diuers. & in Viterbien. Castrorum 9. Decemb.
1619. & 24. Maij 1631. coram bon. mem. Coccino,
nec quod prohibitio stet accessoriè, & consecuti-
15 uè † cum satis pateat illam inducere particulare
fideicommissum ad fauorem familiæ, ideo con-
sequenter non potest dici, quod prohibitio alie-
nationis respectu domorum, & vineæ recipiat ro-
bur à fideicommisso præcedenti vniuersali, vt be-
ne declarat *Rota in recent.decis. 300. nu. 15. & 16.*
par.1. nam prohibitio in vltima parte, ibi, *& in*
16 *modo nessuno*, est pura, & simplex absque vlla † con-
ditione, quæ exhistebat in fideicõmisso vniuersali
facto ad fauorem Pauli, & Iosephi Carpiani, nem-
pe si Laurentius decederet sine filijs, ex qua di-
scretiua, & contradistincta vocatione clarissimè
paret dicta fideicommissa esse distincta.

His positis satis patet contributionem ex par-
17 te fideicommissariorum non intrare † super bo-
nis specialiter alienari prohibitis, quia cessat
contributio, quando in contrarium adest volun-
tas Testatoris, vt benè per *Franch. decis. 236.num.*
11. vers. idcirco, non discussa veritate principalis
articuli considerata voluntate, quę in istis casi-
18 bus venit † attenderet quomodocumque colli-
gatur *Surd.de aliment.tit.8.priuil.30.num. 6. Munoz*
post tract. de ratiocin. comp.10.num. 11. Contraria
autem voluntas Testatoris in præsenti desumitur
ex arctissima prohibitione alienationis bonorum
19 in specie ad hoc, vt conseruarentur † in familia
Carpiana, ibi, *& in modo nessuno si possino vendere,*
ne in altro modo alienare, ma si debbano conseruare
nella famiglia de' Carpiani. Non enim dicta bona
20 possent in familia conseruari, † si de eis essent sol-
uenda legata, vt patet ad sensum facit *Matt.cons.*
321. num. 9. Simon de Præt. de interpret.vlt. volunt.
lib.3.dub.5.solut 6.n.33.Bellon.iun.cons.99.n.29.

Non obstat quod agatur de immissione in vim
21 vtilis Saluiani, quæ dum solus † fructus auocat
proprietatem domorum, de quibus agitur, illæ-
sam relinquit fideicommissario, particulari quæ
22 proprietas nuda † sine fructibus æstimationem
recipit *l.cum in fundo, §. vxor, ibi nudæ proprieta-*
tis æstimatio, ff. de iure dot. Quia familia Carpiana
debet gaudere vsufructu harum domorum, dum
23 eas tenetur conseruare pro † eadem familia, quo
quidem vsufructu priuaretur, si Scarlatto daretur
retentio pro suo credito, & sic de vento seruiret
constitutio fideicommissi ad eius fauorem facta.
Quod confirmatur ex eo, quod Scarlattus agit,
vti creditor, hæredis grauati creditoris hæredi-
tatis ob soluta legata in quantitate, & fideicom-
24 missarij agunt de recuperatione istarum domo-
rum super quibus adest fideicommissum speciale,
quod non diminuitur per legatum quantitatis,
Bald. in l. si vero, §. 1. ff. de testam.milit.Paul.de Ca-
str. in l. si quis testamento §.1.ff.de leg. 1. Surd. cons.
209.num.1.cum alijs pluribus relatis per Franc. dicta
decis. 236.num.5.

Et quamuis hæc conclusio limitetur, quando
25 hæreditas non est soluendo; attamen † quando
prout hic adest in contrarium coniecturata mens
Testatoris, indistinctè respondendum est legata-
rium specialem, sicuti etiam fideicommissarium
26 specialem, bona specialiter † relicta integrè, &
absque vlla diminutione consequi debere, *Mu-*
noz post tract. de ratiocin.comput.10.num. 11. & 12.
vers. in hac tamen difficultate. Franch. d. decis. 236.
num.11.circa medium, vbi non apparente in con-
trarium. Pro coniectura autem vltra supra pon-
deratam conseruationem domorum, & vineæ in
spe-

specie pro familia Carpiana, multum facit, quod Testator dedit dilationem quatuor, vel quinque annorum hæredi pro soluendis legatis. Vnde ar-
27 guitur, quod noluit, † vt bona sic specialiter relicta sub tam arctissima prohibitione alienationis ad effectum, vt conseruentur in familia deberent diminui pro solutione legatorum. Et hęc
28 opinio eo magis est amplectenda, † quia versamur in fideicommisso constituto in his bonis specialiter pro conseruanda agnatione, & sic causa fauorabili, *l.1.§.penult.ff.de ventr.inspiciendo, Bursat.cons.262.num.17.Grauett.cons.964.num. 2. lib.5. Menoch.de præsumpt.lib.4.præsumpt.67.num.27.*

Eoque magis, quia Testator in superiori parte testamenti fecerat dd.legata in quantitate. Vnde dum mox post generalem prohibitionem alie-
29 nationis † iterum prohibuit verbis prægnantibus geminatis vniuersalibus, & negatiuis. *Et in modo nessuno non si possino vendere, ne in altro modo alienare, ma si debbano conseruare nella famiglia Carpiana*, censetur etiam ex causa solutionis dd legatorum sibi notorum alienationem † prohibuisse,
30 cum dicta verba sint præcisa, & excludant omnem casum *Menoch.cons.383.num.14. Cenea. singul. 70.num.1.& 3.*

Præterea tunc demum posset prætendi contri-
31 butio rerum prohibitarum, † quando pro soluendis legatis non adsunt alia bona hæreditaria, *l.præter filium in princ.vers.idem quæsiuit, ff.de leg.3. vbi Bart.Alberic.& alii Cuman.in l.peto.§ prædium, num.3.ff.de legat.2.Ias. in l.commodis num.4. ff. de re*
32 *indic.* Onus autem probandi non adfuisse † alia bona incumbit alleganti, *eum qui, ff.de probat.* & in his terminis *glos. & Doct.in l.si verò. §. qui pro rec.ff.qui satisdat cog.*& per consequens ia presenti incumbit Scarlatto, qui venit ex persona hære-
33 dum † grauatorum Maximè cum regulariter hæreditas præsumatur soluendo *glos. in l. 2. C. de pignor. Alexan.Ias.& alii in l.vltima, ff.si cert.pet. cum aliis adductis per Addent ad bon.mem. Burat. decisiou. 589.num.23.*

Talis negatiua defectus aliorum bonorum non probatur ex inuentario facto ab hærede grauato, quinimo ex ipso probatur Iacobum Testatorem habuisse alia bona, dum in eo inter bona hæreditaria describuntur libri Drogherie spectantis ad fideicommittentem super quibus Peritus electus, retulit illum remanere creditorem rationis Drogheriæ in scut.13518.3.& 10.quod creditum solum est sufficiens pro salutione legatorum factorum in quantitate. Nec facit quod hæc relatio Periti controuertatur, quia remanet saltem
34 turbida † exceptio non existentiæ aliorum bonorum, quæ turbiditas sufficit ad excludendam retentionem, vt tenuit *Rota decis.433. num. 4. & 5. par.2.recent.* Ideo non reddita prius ratione bonorum in Inuentario descriptorum, & non iustificato, quod hæreditas non sit aliunde soluendo legata non potest dici competere retentionem Scarlatto, etiam si non repugnaret mens eiusdem fideicommittentis, cum ad impediendam rein-
35 tegrationem eiecti † in Saluiano post satisfactionem crediti, pro quo fuit data immissio ratione alterius crediti, illud debeat esse clarum, liquidum, & adeo certum, vi nullo modo controuerti possit, *Rot.decis.432.num.3. par.2. recent. coram Reuerendiss.Vrgellen.decis.197.num. 1. in Romana de Marescottis 24.Maii 1624.coram Remboldo, in Romana, seu Ianuen.locorum montium 31.Maii 1638 coram bon.mem. Pirouano, & 1. Martii 1641. coram R.P.D. meo Roias* Immo ad hunc effectum requi-
36 ritur † creditum esse clarum, & liquidum etiam in quantitate; *Rota d.decis.433.num.3.& 4.Rot.decis.411.num.26.in fin.& 27.par.5. recent. & fuit dictum in Signina Saluiani 16. Aprilis, & 18.Iunij 1638.coram R. P. D. meo Carillo*, quæ liquiditas hic ex prædictis remanet omnino exclusa.

Et ita resolutum vtraque parte informante.

R. P. D. GHISILERIO.

postea Episcopo TERRACINEN.

Romana Fideicommissi.

Lunæ 27. Maij 1642.

ARGVMENTVM.

In Fideicommissis cum non admittatur extensio, nec ex identitate rationis, nec ex coniectura mente testatoris, ideoque in eis appellatione filiorum nequaquam veniunt nepotes, cum filiorum appellatione non veniunt nepotes, nisi extensionem, & per quamdam interpretationem.

SVMMARIVM.

1 *Filiorum appellatione non veniunt nepotes regulariter in fideicommissis.*
2 *Hæres grauatus ad fauorem filij non potest dici grauatus ad fauorem nepotis.*
3 *Filiorum appellatione quandoque veniunt etiam nepotes per extensionem, & impropriè.*
4 *In Fideicommissis non admittitur extensio, nec ex identitate rationis, nec ex verisimili mente Testatoris.*
5 *Testator, si in testamento dedit tutores filijs suis, non dicitur dedisse tutorem, filio ignorabat se habere.*
6 *Et tamen ex præsumpta charitate, & mente Patris, si pater de tali filio fuisset interrogatus verisimiliter sic respondisset.*
7 *Positus in conditione censetur vocatus secundum Statutum Vrbis lib.1.cap.142.*
8 *Filius in conditione positus censetur vocatus, non tamen ex hoc censetur vocatus nepos.*
9 *Filiorum appellatione in fideicommissis non veniunt nepotes, & hæc procedit, tam in substitutione passiua, quam in actiua, & substitutio, quando dicatur actiua, & quando passiua, num.9.*
10 *Nepos non venit appellatione filiorum, etiamsi agatur de eius fauore,*
11 *De Fideicommisso reciproco quando agitur, factum inter filias institutas, & substitutas ad inuicem. vna cum illarum filijs, tunc appellatione filiorum veniunt nepotes.*
12 *Substitutio reciproca, quando adest tantum inter filios, sed non inter illarum filias, tunc appellationum non veniunt nepotes.*
13 *In substitutione reciproca filiorum, quod nomine filiorum veniant nepotes, est opinio, quæ non caret contradictore.*

14 *Dispositio Testatoris, quando iam habuit effectum, tunc non est amplius extendenda.*

15 *Ex substitutione facta de filijs fratris, ex hac ordinatione, an censeatur ordinata reciproca inter omnes descendentes.*

16 *Substitutio, quando euanuit, ex quo conditio fuit verificata, tunc omnes aliæ substitutiones euanescunt.*

17 *Substitutione deficiente, corruunt omnes coniecturæ ad inducendum fideicommissum.*

18 *Vocatio ad fideicommissum, si dependeat ab illa conditione si omnes instituti siue filijs decisserint, illa non purificata non potest fideicommissum transmitti.*

19 *Fideicommissum factum in casu non natiuitatis filiorum expirat illis natis, etiam si substitutio sit facta ad fauorem descendentium.*

DECISIO LXXXIV.

Fausta Viperesca in eius sub quo decessit testamento in omnibus, & singulis suis rebus, & bonis mobilibus, & immobilibus præsentibus, & futuris vbilibet existentibus, & ad ipsam quomodolibet spectantibus hæredes suos vniuersales fecit, instituit, & ore proprio nominauit Ersiliam, Victoriam, & Prudentiam eius filias legitimas, & naturales, & quamlibet earum pro rata; Et decedente aliqua ex ipsis sine filijs legitimis, & naturalibus, illi seu illis sic decedentibus substituit, & succedere voluit alias eius filias, & hæredes supradictas superstites, & earum filios legitimos, & naturales in stirpes, & non in capita. Et morientibus omnibus dd. eius filiabus, & hæredibus absque filijs legitimis, & naturalibus substituit, & succedere voluit filios, & hæredes Vipereschi de Vipereschis eius fratris, & ipsorum filiorum, & hæredum descendentes, &c. Obijt primo loco Prudentia relicto Timotheo filio, secundo loco Ersilia sine filijs, vltimo loco decessit Victoria relictis Nepotibus ex Beatrice filia prædefuncta, necnoc alijs Nepotibus ex Alexandro filio prædefuncto; Orta controuersia inter Nepotes ex filio vti hæredes ex testamento Victoriæ, & Nepotes ex filia prætendentes pro certa rata per fideicommissum dictæ Faustæ ad eorum fauorem purificatum esse vocatos; A. C. per diffinitiuam sententiam immissionem respectu medietatis denegauit, respectu verò alterius medietatis reseruauit iura agendi. Vndè causa per viam appellationis coram me introducta, dubitaui; An constet de fideicommisso Faustæ, & pro qua parte, ad fauorem dd. filiorum q. Beatricis, & DD. causa benè discussa responderunt de illo non constare.

Quia ponderatis supradictis verbis Testatricis apparet ipsam duas fecisse substitutiones. Primam in casu quo aliqua ex eius filiabus hæredibus institutis decederet absque filijs legitimis, & naturalibus, quo casu substituit alias filias, & hæredes superstites, & earum filios legitimos, & naturales in stirpes. Alteram verò in casu, quo decederent omnes dictæ eius filiæ, & hæredes absque filijs, & in isto casu substituit, & succedere voluit filios, & hæredes Vipereschi fratris; Ex his duobus casibus primus solum successit, cum mortua sit Prudentia relicto Timotheo filio, de cuius portione hodie non agitur, & Ersilia
sine filijs, cuius portio vigore reciprocæ deuenit
ad Victoriam, quæ sola superstes erat tempore
mortis Ersiliæ ex filiabus Testatricis; Quæ cum
fuerit grauata restituere filijs, & sic Beatrici filiæ, vtiquæ prædefuncta Beatrice non censetur
grauata restituere Nepotibus ex dicta Beatrice
1 filia cum † regulariter in fideicommissis appella-
tione filiorum non veniant Nepotes, *l. quid si ne-*
potes, ff. de testam. Tutor §. fin. instit. qui testam. tut.
dar. poss. Bart. in l. liberorum, num. 10, ff. de verb. signi-
fic. latè *Mantic. de coniect. lib. 6. tit. 8. num. 2. cum alijs*
cumulatis à Rota decis. 507. num. 2. par. 2. recentior. &
decis. 667. num. 1. eadem par. 2. vbi aliæ concordan-
tes decisiones referuntur, & firmatur, quod re-
2 ceptior DD. opinio † sit hæredem grauatum ad
fauorem filij non posse dici grauatum ad fauo-
rem Nepotis, & quod hanc communem esse opi-
nionem testentur. *Honded. cons. 6 . num. 61 & 71.*
lib. 1. Suarez, Alciat. Dec. Marcabr. Ceph. & alij in d.
decis. relati. Et quamuis filiorum cum appellatio-
3 ne † quandoque veniant Nepotes per extensio-
nem, & impropriè, nihilominus hæc extensio
de persona ad personam, non ità passim in fidei-
4 commissis admittitur neque ex identitate † ra-
tionis neque ex verisimili, & præsumpta mente
Testatoris *Ias. cons. 220. num. 10. lib. 2. per text. in l.*
5 *si quis ita, §. penult. ff. de testam. tutel.* Vbi quod † si
Testator in testamento dederit tutores filijs suis,
non dicitur dedisse Tutorem illi filio, quem
ignorabat se habere, & tamen ex præsumpta
6 charitate, & mente Patris si Pater de tali filio †
fuisse interrogatus verisimiliter, & procul dubio
idem statuisset *Rota d. decis. 507. num. 3 par. 2. recent.*
Non obstat, quod Beatrix mater fuerit posita
7 in conditione tanquam filia Victoriæ, & † ideò
censeatur vocata ex statuto Vrbis lib. 1. cap. 142.
quia esto, quod esset vocata Beatrix tanquam
posita in conditione sub nomine filiorum Victo-
riæ, non tamen sequeretur esse vocatos Nepotes
8 eiusdem Victoriæ, ex dicta Beatrice filia, cum
vt dictum fuit absolutum sit in fideicommissis
appellatione filiorum non venire nepotes, non
solum in substitutione passiua ad hoc scilicet, vt
9 grauamen † iniunctum filijs extendatur etiam ad
Nepotes, sed etiam in substitutione actiua, vt
scilicet vocatis filijs per fideicommissum dican-
tur vocati etiam nepotes *Rota d. dec. 507, num. 4.*
par. 2. recent. subdens, quod regulariter vbicumque
10 agitur de grauamine alterius, etiamsi † ad sit
fauor ipsius nepotis, quod ille non veniat appel-
latione filiorum per *text. supra allegat. in l. quod si*
nepotes in fin. ff. de testam. tutel. d. §. fin. instit. qui te-
stam. tut. dar. poss. Soccin. sen. cons. 14. in princ. lib. 1. cum
alijs fusè congestis per Cyriac. controu. 8. num. 69.
Neque verum est, quod dicitur hic agi de sub-
stitutione, & fideicommisso reciproco inter fi-
11 lias institutas, & substitutas ad inuicem, vna †
cum illarum filijs; quo casu cum dispositio dica-
tur fauorabilis filiorum nomine veniunt [illegible]
vt tenuit *Curt. iun. cons. 2 [illegible] num. 12. Gabr. [illegible]*
num. 25. lib. 2. Aym. cons. 316. col. [illegible] Menoch. cons. 453
num. 50. & cons. 636. num. 30. Sim. de Pret. de [illegible]
vlt. volunt. fol. 276. solut. 3. num 21. Fusar. de [illegible] Quia
quæst. 90. num. 8. & quæst. 320. num. 55. & 56. non
reciproca solum adest inter filias hæredes [illegible] au-

12 autem † inter illarum filios quorum vocatio de-
ducitur ex sola conditione si sine filijs sub qua
dicuntur vocati, & sic hæc opinio, vt in reci-
proca substitutione filiorum nomine comprehen-
13 dantur nepotes, quæ non † caret contradictore,
vt patet ex deductis per *Dec.cons.465.num.10.ver-
sic.& substitutio ita firmat, Paul.de Castr. cons.131.
num.2.vers.non debet lib.2.per text.cum glos.in Auth.
de restit.fideicomm.§.nos autem collat.9.Abb. cons.29.
num.12.lib.1.Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt.
67.num.27.adductis per Fusar.d.quæst.290.num.9.&
quæst.320.num.57.* in hoc casu locum habere non
14 potest; quia dispositio sortita fuit † effectum
suum in dicta Victoria filia primi gradus. Vnde
non est amplius extendenda ad nepotes eiusdem
Victoriæ ex dicta Beatrice filia præfuncta *Pere-
grin.de fideicomm.art.19.num.6. & art. 22. num. 58.
Card.Mantic.de coniect.vltim.volunt.lib.8.tit 8.nu.6.
cum aliis congestis per Fusar.de substit.quæst.321.nu-
mer.31.& cons.124.num.16.*

Minus facit coniectura, quæ adducitur ex sub-
stitutione facta de filiis Vipereschi fratris ex quo-
rum vocatione prætenditur ordinatam fuisse re-
15 ciprocam † inter omnes descendentes à dd. fi-
liabus primis hæredibus; quia substitutio facta
fauore descendentium Vipereschi legitur facta in
casu quo omnes filiæ, & hæredes Faustæ Testa-
tricis decederent sine filiis, quæ conditio eua-
nuit, ex quo Prudentia decessit cum filio mascu-
lo, qui fecit deficere substitutionem respectu om-
16 nium, † quia non est verificata conditio, quod
omnes filiæ institutæ hæredes decesserint sine fi-
liis *Crass.in §.substitutio qu.79.num. 14. Cyriac. con-
trouers.521.num.18.* Deficiente autem substitutio-
17 ne corrunnt † etiam coniecturæ tractus successiui
& digressus ad plures gradus substitutionum ad
fauorem eorundem de Vipereschis cum aliis ad-
ductis resultantibus ex dicta substitutione, quæ
procederent si casus consideratus à testatrice eue-
18 nisset. Cum † autem tota ista vocatio pendeat
ab illa conditione si omnes institutæ sine filijs de-
cesserint illa non purificata non potuit fideicom-
missum transmitti ex cumulatis per *Noal.de trans-
miss.cas.2.num.32.& seqq.* & propter euentum con-
trariæ conditionis obitus filiarum cum filijs ex-
19 pirauit etiam substitutio † fauore descendentiæ
Vipereschi fratris.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit
non constare de fideicommisso.

R. P. D. CARILLO
Postea Præside VALLISOLETANO.

Romana Saluiani, seu Attentatorum.

Mercurij 29. Maij 1642.

ARGVMENTVM.

Sententia, seu decretum, quando est appellabile, tunc vt validè exequatur debet expectari, vt in totum sint elapsi decem dies dari ad appellandum aliàs perperam fit. Constitutio Ægydiana non intrat in rebus Ecclesiæ, Dominium incidenter deductum qualiter benè probetur. Et alia circa hæredem conficientem inuentarium, si aliquid in eo fuit omissum.

SVMMARIVM.

1 *Sententia non potest exequi, intra decem dies, qui dantur ad appellandum.*

2 *Sententia, vt possit exequi, debet expirare totum tempus datum ad appellandum.*

3 *Quod procedit, etiamsi à sententia non fuit appellatum infra decem dies.*

4 *Ad Sententiam personaliter, quando quis non fuit citatus, tunc sufficit appellare infra decem dies à die habitæ notitiæ.*

5 *Constitutio Ægydiana est exclusiua appellationis in possessorijs.*

Ægydiana non intrat, quando tractatur de rebus Ecclesijs, num.5.

6 *Appellare licitum est de Iure Canonico in possessorijs.*

7 *Instrumentum publicum probat dominium, donec de contrario docetur.*

8 *Dominium, quando deducitur incidenter tunc leuius probatur, & num.9.*

10 *Laudemij solutio indicat dominium.*

11 *Dominium arguitur ex reseruatione consensus proprietarij.*

12 *Instrumentum inuestituræ, quando est adminiculatum probat dominium ad quemcumque effectum.*

13 *Iudici, si non constet, quod bona, de quibus agitur, sint Ecclesiæ an intret Ægydiana.*

14 *Ad Appellationis effectum, id non debet iustificari ex nouiter deductis, sed ex eisdem actis, iam factis.*

15 *Canonum reseruatio est signum dominij.*

16 *Promissio soluendi canones, dominij probationem coadiuuat.*

17 *Inuestitura secunda regulanda est à prima.*

18 *De Causa appellationis sufficit, quod Iudici constet præsumptiuè.*

19 *Iura producta in secunda instantia, quando perinde est, ac si in prima essent producta.*

20 *Emens bona ab hærede beneficiato, & pretium soluens creditoribus, tutus est aduersus omnes creditores, etiam anteriores.*

21 *Hypotheca anterior dotalis præfertur omnibus alijs creditoribus.*

22 *Bona mobilia qualiter debeant describi in inuentario bonorum hæreditariorum.*

23 *Inuentarium, licet hæres teneatur incipere conficere infra mensem tamen tempus illud perficiendi non est restrictum ad vnum mensem.*

24 *Procuratoris negligentia, & dolus in conficiendo inuentario non debet nocere hæredi.*

Mandatum non censetur datum ad fraudem committendam.

25 *Procurator, vt præiudicet suo principali, requiritur speciale, & indiuiduum mandatum.*

26 *Hæres omittens aliquid describere in inuentario, non priuatur beneficio illius, sed tantum condemnatur ad duplum.*

Text.in l.vltim.§.licentia, ff.de iur.deliberand.variè à DD.interpretatur, & qualiter per Rotam.num.26.

27 *Emens ab hærede beneficiato, & soluens pretium, tutus est, quo ad alios creditores, & quid si creditores probauerint in hoc adesse dolum, num.28.*

29 *Exceptio nullitatis inuentarij non debet in iudicio attendi, sed in petitorio est discutienda.*

DECI-

DECISIO LXXXV.

A Sententia lata ex vtili Saluiano à R.P.D.Facchinetto ab A.C.Iudice Deputato ad fauorem Io: Antonij Pagnini super immissione cuiusdam Vineæ emphyteoticæ Ecclesiæ contra Octauium Primolum, & litis consortes fuit appellatum post possessionem captam durante termino decem dierum dato ad appellandum,& causa appellationis R.P.D.Bilio fuit commissa, cum facultate reuocandi attenta, & manutenendi, quem de iure,sed quia postea aliud superuenit Signaturæ rescriptum,vt quo ad reuocationem attentatorum idem Iudex procederet de voto Rotæ de partium consensu dubitaui An constet de attentatis, & affirmatiuè fuit responsum.

Siquidem cum à d.Sententia daretur appellatio non poterat illa exequi intra decem dies datos
1 ad † appellandum *cap.non solum vbi glos.in verb.innouata de appellation. in 6. Rota coram san.mem.Gregor.XV. in decis.91.num.4. & coram Buratt.in decis. 59.pariter sub num.4.*constat namque quod citatio ad Sententiam cadebat pro die 16. Octobris, & mandatum de immittenda fuit concessum sub die 26.eiusdem mensis,& illius vigore capta possessio
2 Vineæ hora 15. & sic intra terminum † datum ad appellandum cum decem dies deberent integrè expirare nulla habita ratione momenti, vel horæ prolatæ Sententiæ,vt ex Bulla Innocentiana seruatur in Curia *Vestr.in prax.lib.7.cap.3.num.26. Menoch.de præsumpt. lib.2. præsumpt.95.num.6.vers. Cæterum traditio hæc*, quod procedit etiam si à d.
3 Sententia,seu mandato non fuerit † appellatum infra dies decem, quia quando prout hic citatio non fuit personaliter executa sufficit appellare
4 infra decem dies † à die habitæ notitiæ,vt declarauit *Rota in decis.2.num.1.de dol. & contum.in nou.* & fuit dictum in *decis.248.num.5.impress.apud Modern.post tract.de manutent.*

Quod autem Sententia præfata sit appellabilis non obstante quod fuerit prolata in mero possessorio probatur ex duplici capite.

Primò, quia cum Vinea super qua immissio
5 fuit concessa sit de proprietate Ecclesiæ † Ægydiana constitutio exclusiua appellationis in possessorijs,non intrat,vt pluries fuit in Rota resolutum, & signanter in *decis.238. impress.per Pacific. post tract. de Saluian.interd. & coram Caual. in decis. 49.nu.1.& 2.* & in terminis Saluiani fuit dictum in *decis.49.num.1.& 6 part.5. recent. & coram Buratt.in decis.151.num.1.& vlt.inter eius impress.* De iure enim canonico in huiusmodi possessorijs ad-
6 mittitur appellatio, † vt notat *Salicet. in l.vnica in 6.opposit.*& sequitur ibidem *Contrad.limit.3.num.5. & seqq.C.si de moment.possess. Bald.cons.141. num.1. lib.1.* & fuit dictum in *Romana bonorum 22.Aprilis anni currentis coram me.*

Vineam verò esse de proprietate Ecclesiæ colligitur ex Instrumento recognitionis in veram Dominam,& proprietariam Ven.Archiconfraternitatem Beatæ Mariæ Consolationis factæ à P. Paulo Mantica authore Tullij, à cuius Vxore ratione sui crediti dotalis fuit eadem Vinea vendita Montano, & Primolo subsecuta solutione laudemij, & obligatione de soluendo successiuè ca-
7 nones, † quod quidem Instrumentum sufficienter probat dominium donec de contrario doceatur *Bart.in l.cum falsa num.7.vers.prodest tamen,C.de iur. & fact.ignor.*& ibidem sequitur *Bald.Castr.Iason.*& alij communiter *Ruin. cons.31. num.1. lib.4. Aym. cons.20.num.11.Menoch. cons.226.num.186.in fin.& num.187.lib.3.Velasch.quæst.13.num.11.Rota coram Seraph.decis.1387.num.4. & 5.decis.1424.numer.3.*
8 tam contra † Mantic. & Tullium, quam contra Pagninum ab eodem Tullio causam habentem *Ruin. cons.50. num.13.lib.1. & cons.128.numer.16. lib.2. Rot.decis.200. num.2.par.1. & decis.193.pariter num.2.par.2.& decis.261.num.1.par.5.recent.*maximè cum non agatur principaliter de dominio
9 ad effectum vindicationis, † sed incidenter quo casu leuiores probationes admittuntur ex notatis per *Bart.in l.quidam in suo num.4. vers secundo casu ff.de condit.institution. Soccin. cons.112.num.23.lib.4. Rota decis.249.num.2.par.1.& decis.331.nu.2 par.2. rec.* & fuit dictum in *Portuen.Stagni 19.Iunij 1631. coram R.P.D.Panzirolo.*

Accedentibus præsertim adminiculis resultan-
10 tibus † tum à solutione laudemij,quę dominium indicat *Bart.in l.fin.num.2.C.de præd.decurion. Rota decis.420.num.4.par.3.recent.*& fuit dictum in *Romana Domus 10.Maij 1638.coram me,*tum à venditione facta Primolo per Appollinariam Vxorem d. Tullij cum reseruatione consensus Archiconfraternitatis vti proprietariæ, & cum promissio-
11 ne † de ei soluendo Laudemium, & Canones, tum, & denique ab ipsa concessione facta per Mantic. Tullio authori d.Pagnini, in qua pariter idem Tullius promittit soluere Archiconfraternitati annuos cados 8.musti,vt in *Summar.Primoli num.1.* quando autem instrumentum inuestitu-
12 ræ, seu recognitionis † in Dominium est adminiculatum probat dominium ad quemcumque effectum per doctrinam *Bart.in l. ad probationem num.23.C.locat.Bald.in l.cum aliquis num.4.C.de iur. deliber. Rip. in l.si rem aliquam num.39. ff. de acquir. possess.Paris.cons.104.num.82. & seqq. volum.1. Rota d.decis.290.num.1.par.1.& decis.193.nu.1.par.3. recentior.*

Non obstat,quod prædictum instrumentum recognitionis non fuerit productum coram Iudice
13 à † quo, & sic non constito eidem Iudici, quod hæc Vinea esset de proprietate Ecclesiæ adhuc Ægydiana constitutio haberet locum, cum ad huiusmodi effectum appellatio non ex nouiter de-
14 ductis, † sed ex eisdem dumtaxat iustificari debeat *Corn. cons.10. num.2. propè fin. vers.non autem posset iustificari,vol.4.Seraph.decis.872.num.2.Buratt. decis.630.num.2.*

Quia sufficit quod in actis adessent alia supra relata nempè instrumentum venditionis factæ à d.Appollinara cum reseruatione consensus Archiconfraternitatis cum promissione ei soluendi ca-
15 nones,† quæ reseruatio signum est dominij,alias enim necessaria non fuisset *Dec. consil.164. num.2. Mantic.de tacit.lib.22. tit.3. num.16 Rot.d.decis.261. num.2.par.5.& decis.128.num.8.par.6.recent.* sicuti & promissio soluendi canones dominij probatio-
16 nem † coadiuuat *Rota decis.117.num.5.& 10.par.5.recent.*Aderat quoque Instrumentum concessionis factæ per Mantic.Tullio,in quo similiter promittitur eidem Archiconfraternitati canonis solutio,quæ licet ibi non exprimatur ex qua causa debere-

17 deberetur, † satis tamen declaratur ex d. reco-
gnitione Manticæ concedentis interpretando, &
regulando secundam inuestituram à prima, vt fie-
ri debet *Moret.cons.26.num.7. Dec.cons.193.num.3.*
Corbul.de caus.priuat. ob lin. finit. num.7. & fuit di-
ctum in *Sarsinaten. feudi 11.Iulij 1639. coram bon.*
mem.Coccino.

Et quamuis hæc sine d. primo instrumeuto ple-
nam dominij ptobationem non importarent suf-
18 ficiunt tamen in præsenti, † quia agitur de do-
minio incidenter ad effectum, vt Iudex à quo su-
persedere debeat in executione suæ sententiæ,
tunc enim sufficit, quod de causa appellationis ei
constet præsumptiuè. *Franc.in cap.interposita num.*
2.limit.3. Dec.num.2.vers.secundo ista prima regula de
appellat. Contrad. in l.vnic. quæst.1. num.41. C. si de
moment.possess. Modern. de appellat.quæst.11.num.66.
Vltra quod cum superueniens instrumentum re-
19 cognitionis † in secunda Instantia productum
coadiuuet probationem primæ Instantiæ perinde
habetur, ac si in eadem prima Instantia produ-
ctum feret, & reputatur de actis primæ Instantiæ,
etiam ad effectum iustificandi ibi deducta *Cæsar*
de Grass.decis.26.num 11.de probat.Gregor.XV.in de-
cis.272.num.6.ibique adden.num 9.Duran.decis.172.
num.7. & benè *Contard.vbi sup.in d.quæst.1.num.33.*

Secundò, & principaliter d.Sententia erat ap-
pellabilis ex capite iniustitiæ, quia cum Primolus
emerit d.Vineam ab Appollinara hærede benefi-
ciata Tullij debitoris, & pretium soluerit Credi-
toribus tutus erat aduersus alios quoscumque
20 creditores † eiusdem Tullij etiam anteriores ex
dispositione *textus in l.fin.§.etsi præfatam vers.si ve-*
rò hæredes C. de iur. deliberan. & notatur ibi, *Bart.*
num.1.Bald.num.6.in & seqq. Iason.nu 1. vers.quin-
to vtilitas. Valasch.consult.56. num.4. Caruer.variar.
resolut. cap.2. de inuent. num.145. lib.3. Vincent. de
21 *Franch.decis.272.num.1.* Maximè cum † constet de
anteriori hypotheca dotali d.venditricis, quæ cæ-
teris creditoribus præfertur *l.2.§ si fundum, l.diuer-*
sis, l.assiduis, §.& imò, vers.exceptis, C.qui pot.in pign.
habeant Mantic.decis.326.num.1.& seqq.& sic iniu-
stè contra eum fuit concessa immissio.

Nec obstat, quòd in Inuentario mobilia descri-
pta non fuerint cum expressione ponderis, & men-
22 furæ, † & fuerit omissa descriptio trium capsa-
rum, & vnius sacculi pleni lineis mobilibus, &
quod plus est probetur d. Appollinariam ægro-
tante Viro fecisse asportare dictas tres capsas, &
sacculum de nocte ad domum Parochi, quoniam
idem Parochus deponit iuxta 6. id factum fuisse
de mandato ipsius Viri, & vlterius ex lectura eius-
dem inuentarij, ac ex confessione eiusdem Pagni-
ni constat dd. tres capsas cum sacculo fuisse ibi-
dem descriptas post mensem, quod sufficit, quia
23 tempus † perficiendi Inuentarium non restringi-
tur ad mensem, licèt intra mensem debeat inchoa-
ri, quatenus verò non fuerint omnia singulariter
descripta hoc tribuendum est negligentiæ procu-
ratoris, qui d.Inuentarium confecit, cuius quidem
24 negligentia, seù dolus † non debet præiudicare
hæredi, cum non præsumatur datum mandatum
ad fraudem committendam, *l. si procurator, vbi*
Bartol.& alij, ff.de condict.indebit. ad hoc namque,
25 vt † procurator præiudicet requiritur speciale, ac
indiuiduum mandatum, vt notat *Felin. in cap.1.*

num.8.vt lit.non contest. Paris.cons.100.num.7.vol.3.
quos refert, & sequitur *Rolan.in cons.71. num.42.*
volum.1. & tenuit in puncto *Rota in decis.331. nu-*
mer.26. & 27. par.5. & in decis.191.num.16. par.6.
recent.

Præterea quamuis etiam adesset dolus hæredis
26 in omittendo aliquid describere † in Inuentario
adhuc ipsa non priuaretur eiusdem Inuentarij be-
neficio, sed tantum condemnaretur ad duplum
iuxta *text.in l.vlt. §.licentia, C.de iur.deliberan.* cuius
intellectus licet variè per DD. explicetur attamen
Rota hunc sensum amplexa fuit vti veriorem, vt
egregiè firmatur in *d. decis.181. num.4. & 9. cum*
seqq. par.6.recent. & per consequens emptor, qui
27 emit † ab hærede beneficiata, & pretium soluit
tutus est aduersus alios creditores, qui licèt pro-
28 bato dolo in hærede poterunt contra † eam age-
re ad duplum, vt in *d.decis.181.num.4.par.6.recent.*
non tamen poterunt conuenire emptorem, cui
sufficit, vt venditrix esset hæres beneficiata de
tempore venditionis, & in omnem euentum hæc
29 exceptio nullitatis Inuentarij non debet † in iu-
dicio possessorio attendi, sed in petitorio, & nego-
cio principali est discutienda. *Achill.decis.15.num.*
2.de restit.spoliat. Gabriel. cons.44. num.12.lib.1. Coc-
cin.decis.151.num.2.& 3.inter eius impress.

Et ita decisum vtraque parte pluries audi-
ta, &c.

R. P. D. PANZIROLO

Postea S. R. E. CARDINALI.

Romana Saluiani.

Veneris 14. Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

Extremis necessarijs probatis, non potest denegari immissio, & quæ sint ista extrema. Vxori, si marito vergente ad inopiam, fuerit assignatus aliquis fundus pro assecuratione suæ dotis, tunc non potest validè consentire illius venditioni, cum ex fructibus prædicti prædij debent alimentari ipsa, maritus, & filij.

SVMMARIVM.

1 *Saluiani extrema necessaria probata, non denegatur immissio.*

2 *Saluiani extrema necessaria sunt creditum cum hypotheca, possessio debitoris, de tempore hypothecæ, & possessio rei conuenti.*

Ægydiana, vt intret, quid sufficiat, num.2.

3 *Hypotheca probatur ex publico instrumento, quod facit rem claram, & manifestam.*

Bona hypothecata, quod fuerint sub dominio hypothecantis, ex quo probetur, num.3.

4 *Marito vergente ad inopiam si vxori fuerit assignatus aliquis fundus pro securitate suæ dotis, non potest deinde ipsa illius venditioni consentire, & quare.*

5 *Mater non potest præiudicare filijs, quoad alimenta, etiam cum iuramento.*

6 *Dos debet collocari in tuto, cum debeat deseruire pro oneribus matrimonij.*

7 *Effectum ea, quæ non habuerunt non habentur in consideratione.*

8 *Actum nullum confirmans, si non fuit certificatus de nullitate non dicitur valida confirmatio.*

9 *Actum nullum confirmans, si sciret illum actum esse nullum verisimiliter, non ratificasset.*

10 *Ratificans contractum, sine præiudicio iurium suorum, quid operetur talis protestatio.*

11 *Iura sua, quando non sunt salua, censetur approbare contractum dum consensit illi, sine præiudicio iurium suorum.*

12 *Census, quando non potest dici bene cautus.*

13 *Saluianum competit contra rem hypothecatam.*

DECISIO LXXXVI.

DOmini recedendo à decisis sub die 20. Aprilis
anni proximi præteriti responderunt esse locũ
Aegydianæ, stante validitate, ac iustitiæ senten-
tiæ latæ ab A. C. ad fauorem DD. Cæciliæ, &
Victoriæ de Amodeis pro restitutione dotis ma-
ternæ in remedio Saluiani. Cum bene remaneant
probata extrema necessaria ad effectum obtinen-
1 di in huiusmodi interdicto, † nimirum creditum
cum hypotheca, vt per *DD. in l. 1. ff. de Saluiano
interd. & in l. 1. C. de præcar. Rolan. conf. 14. num. 1.
lib. 1. Gabr. conf. 46. num. 1. lib. 1. Rota diuer. decis.
44. num 4. par. 1.* Possessio debitoris tempore hy-
pothecæ *Aretin. in §. item seruiana in fin. sub n. 30.
inst. de actionib. Rol. d. consil. 14. num. 13. lib. 1. Pa-
cif. de Saluian. inspect. 1. cap. 5. num. 3.* & demum
2 † bona possideri per reum conuentum *Neguſ. de
pignorib in 3. membro 8. par. num. 15. Put. dec. 207.
num. 2. lib. 1. Afflict. decis. 383. num. 6. Rot. diu. de-
cis. 674. num 4. lib. 3. par. 3. cum alijs adductis in dec.
Greg. 401. num. 6.* cum tamen vt intret Aegydia-
na satis sit, quod sententia notorium grauamen
non contineat, vt per *Buratt. decis. 441. num. 1. &
decis. 457. num. 10.*

Siquidem omisso secundo extremo, quod hinc
inde admittitur, creditum DD. Cæciliæ, & Vi-
ctoriæ cum hypotheca probatur ex publico in-
3 strumento † dotis Angelæ matris, quod facit rem
claram, & manifestam *Bart. in l. 1. num 8. Iaſ. n. 10.
ff. de nou. oper. nunciat. Bald. in l. inter esse C. de so-
lut. Dec. conf. 36. num. 2 Seraph. decis. 1134. num 2.
Rot. decis. 513. num. 1. & 2. par. 4. recent.* necnon
ex instrumento venditionis domus super qua fuit
intentatum Saluianum, clarè patet quod fuit in
bonis debitoris.

Nec visum fuit obstare, quod Angela de anno
1605. consenserit venditioni prædictæ domus fa-
ctæ per P. Paulum virum Marchioni Tarquinio
Santacrucio, & renunciauerit cuicumque hypo-
thecæ sibi super eadem domo competenti. Quia
cum Angela vsque ab anno 1602. ob vergentiam
viri ad inopiam fuerit immissa per sententiam
A. C. in possessionem domus, de qua agitur, pro
4 securitate suæ dotis, † non potuit illius venditio-
ni consentire, cum teneretur eam seruare, vt ex
fructibus, seu pensionibus possint alimẽtari ipsa,
maritus, & filij iuxta *text. in l. vbi adhuc, & ibi
comm. DD. C. de iure dotium Bart. in l. si constante
num. 91. vers. Item vxor, & ibi Iaſ. in 2. lect. num.
235. ff de solut. matrim. Salicet. in l. vnica num. 3. C.
de priuileg. dot. Fontanel. de pactis nupt. clauſ. 7. gloſ.
2. par. 3. num. 44.* adeout in isto casu, nec iura-
5 mentum † quicquam operetur, stante filiorum
præiudicio circa alimenta, *Iaſ. in d. l. si constante
num. 234. vers. idem tenet, ff. solut. matrim. Curt.
sen. conf. 57. num. 1. vers. contrariam sententiam, &
num. 3. vsque ad finem. Surd. conf. 269. num. 12. post
med & de alimentis quæst. 1. num. 19. & quæst. 32.
num. 10.*

Non obstat, quod ipsa Angela poterat esse cau-
ta pro consecutione suæ dotis in multiplico fa-
ciendo ex parte pretij domus, quia cum illud re-
quiret longum temporis spatium. Interim tam
6 ipsa, † quam filij remansissent alimentis priuati,
contra dispositionem *d. l. vbi adhuc*, quæ vult non
solum quod dos collocetur in tuto, sed etiam
quod deseruiat pro oneribus matrimonij, vt per
*Fontanell. de pact. nuptial. d. clausul. 7. gloſ. 2. par. 3.
num. 66. Rot. dec. 472. num. 1. par. 1. diuerſ. & dec. 292.
n. 2. par. 2. recent.*

Neque refragatur, quod eadem mulier donec
compleretur multiplicum pro sua indemnitate
fuerit assecurata in annuis scutis 70. super fructi-
bus, & emolumentis officij Commissariatus aquæ
Salonis. Quia d. assecuratio non habuit effectum,
7 quod satis † iustificatur ex instrumento celebrato
de anno 1626. in quo P. Paulus maritus, & Fu-
uius filius expressis verbis confitentur Angelam
nihil habuisse ex dicta assignatione, proindeque
voluerunt illam satisfieri non solum de rata dotis
scut. 1500. sed etiam de illius fructibus.

Minus obstat, quod de eodem anno 1626. An-
gelæ fuerint assignati pro satisfactionem suorum
iurium dotalium fructus census creati cum Mar-
chione Francisco Tarquinij filio de pecunijs mul-
tiplicatis ex parte pretij domus, ac dictum instru-
mentum cum expressa renunciatione omnium
aliarum assignationum ad ipsius fauorem antea
factarum, postea de anno 1634. cum solemnita-
tibus Statutarijs eadem Angela approbauerit,
& renunciationem ratificauerit. Tum quia non
8 constat ipsam † fuisse certificatam de nullitate
præcedentis renunciationis, cum obseruatas so-
lemnitates Statuti potuerit credere eam esse vali-
dam, & ideo subsequuta ratificatio, & approba-
tio fuit etiam nulla vti emanata ex falsa causa,
9 nam Angela si sciuisset † renunciationem fuisse
nullam, eam non ratificasset, nec censum appro-
basset *Reuerendiſs. Vrgellen. decis. 64. num. 9. vers.
non obstat si dicatur, & decis. 373. num. 3. & seq.*
Tum etiam quia cum dicta mulier in dispositiua
instrumenta declarauerit præmissa facere citra
præiudicium suorum Iurium dotalium, ista protesta-
10 tio operatur, † quod ipsa in tantum censeatur ra-
tificasse renunciationem, & approbasse censum
creatum ex multiplico, in quantum iura dotalia
remanebant salua; dum verò non docetur *de cen-
su exigibili*, clarè patet, quod illa non sunt salua,
11 & per consequens † ratificatio, & approbatio
habetur pro non facta *Put. dec. 34. lib. 2. in nou. Rota
post Pacif. de Saluian. decis. 146. numer. 2. & seqq.
Gratian. discept. 980. n. 7. & 8.*

Præterquam quod, cum Tarquinius emptor
acceptauerit mandatum irreuocabile de faciendo
Inuestimento tuto pecuniarum supradicti multiplici,
vt ex illo satis satisfieret Angelæ, & illud non
fuerit exequutus, dum census fuit à Francisco il-
lius

lius hærede impositus super domo subiecta anteriori hypothecæ pro tanta summa, quæ excedit
12 illius valorē. Itaut † census non possit dici bene cautis, idcircò remansit obligatus ad damna, & interesse *per textum in l. si tibi mandauero 22. § sicut ff. mandati, l. ad comparandas C. eod. tit. Paris. cons. 91. num. 10. lib. 1. Surd. decis. 304. nu. 4. Rota Ianuen. decis. 9. num. 5.* pro quibus stante hypotheca inducta ex illius obligatione competit Saluianum contra eandem domum tanquam de bonis hære-
13 ditarijs † ipsius emptoris, saltem pro adimplemento in instrumento venditionis conuento circa inuestimentum tutum.

Et ita vtraque parte, &c,

R. P. D. GHISILERIO.

Postea EPISCOPO TERRACINEN.

Auenioneñ Vsusfructus:

Veneris 13. Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

Testator, si alicui reliquerit vsumfructum, vt dicatur hæres constitutus in mora illum tradendi, opus est, quod legatarius eum petierit, quia negatiua non intrat, nisi data petitione, nam dum petio non datur, non potest dari negatio, & explóditur modus, quo hic prætendebatur, quod fuerit facta petitio,

SVMMARIVM.

1 *Vsufructuarius possidente proprietario, non facit fructus suos.*
2 *Vsufructuario, quando debeatur vsusfructus, quamuis non sit oblata cautio de bene vtendo, & num. 3.*
4 *Clausulæ restrictæ ad vnum actum, ad alium non debent extendi.*
5 *Reseruatio aliud est, & aliud petitio.*
6 *Reseruatio impossibile est, quod possit interpretari pro petitione.*
7 *Verborum generalitas apta ad comprehendenda omnia, non porrigatur ad exceptuata per præseruationem.*
8 *Ex reseruatione, ius aliquod acquiri non potest.*
9 *Ex petitione hæreditatis an resultet petitio vsus fructus.*
10 *Totum, qui petit, petit etiam partem.*
Vsusfructus est pars dominij. num. 10.
11 *Dominium est quodam totum continens, continens sub se proprietatem nudam, & vsumfructum.*
12 *Petitio hæreditatis vniuersaliter differt à petitione legati vsusfructus formalis.*
13 *Petens aliquid vniuersaliter, & certum quia excipiens non videtur illud petere.*
14 *Petitio si non præcesserit, non potest dici, quod fuerit secuta negatio.*
Non entis, nullæ sunt qualitates. num. 14.
15 *Petitio vbi nulla est, ibi nulla est mora.*
16 *Mora cum sonet in culpam concludenter, & non præsumptiuè est probanda.*
17 *Mora, quando sit supponenda.*
18 *Bald. in l. 2. num. 11. C. commun. de legat. quando intret.*
19 *Luctus ponendi facultas in Ciuitate Aueniońeñ conceditur solum hæredibus, & non Lagatarius.*
20 *Procurator, si non habeant speciale mandatum non valet declarare mentem principalis.*
21 *Ratificatio non extenditur ad ea, quę ex abundanti fuerunt dicta.*
22 *Verba ad vnum finem prolata, ad aliud non debent extendi.*
23 *Dies secunda Pentecostes, non est dies iuridica.*
24 *Ius non redditur in diebus feriatis in honorem DEI, nisi periculum sit in mora.*
25 *Verba, quod* tamen concedere noluit, *non inducunt absolutam negationem.*
26 *Verba nolo adire sunt præsentis temporis, & indicatiui modi.*
27 *Verba, nolo adire declarant tantum non esse voluntatem de present adire, sed non excludunt in futurum.*
28 *Et ista est opinio recepta, & sequenda in Iudicys.*
29 *Hæres proprietarius, vt teneantur tradere vsumfructum, quid sit ei offerendum.*

DECISIO LXXXVII.

ROTA in hac causa coram me Iudice deputato per Eminentiss. Cardinalem Legatum sub die 11. Decembris 1637. * censuit resolutiones, & sententias latas ad fauorem Donatariorum, & hæredum Gabriellię filiæ Nicolai de Tertullijs esse infirmandas ea ratione, quæ Vsofructuarius possidente proprietario non facit fructus suos, nisi interpellauerit, & cautionem obtulerit, cum
1 aliàs non potuerit † hęres constitui in mala fide iuxta doctrinam *Pinelli in l. 1. C. de bon. mater. par. 2. sub num. 77. vers. nec obstat cum alys allegatis*; Deinde sub die 29. Aprilis superioris anni non recedendo à dicta conclusione Iuris, quam pro vera canonizauit, firmauit hæredes proprietarios Nicolai fuisse morosos in solutione Legati vsusfructus facti ad fauorem Gabriellię, & ideo censuit eiusdem Gabriellię donatarijs; & hæredibus
2 deberi † vsumfructum etiamsi in actu petitionis non fuerit oblata cautio de vtendo, & fruendo arbitrio boni *per doctr. Bald. in l. 2. num. 11. C com. de leg. quam secuta fuit Rotæ coram Mantic. decis. 43. num. 4.* reuocando ex hoc solo fundamento præcedentem decisionem; De more proposito dubio, An esset recedendum ab vltima decisione, & confirmanda prima emanata sub die 11. Decembris 1637. Domini existimantes non subsistere in facto, quod Gabriellia petierit Legatum vsusfru-
3 ctus, sed potiùs † quod semper insteterit immitti in possessionem bonorum dicti Nicolai tanquam hæres proprietaria vigore substitutionis exemplaris, vt probatur ex actis; vnanimiter, censuerunt recedendum ab vltima decisione cum ex facto corruant illius fundamenta.

Et ratio est, quia etiamsi in instantia facta per Gabrielliam pro adeunda hæreditate Nicolai adsint clausulæ, vel etiam alio quocumque titulo, &c. nec non omni meliori modo, &c. Et in aditione hæreditatis fuerit præseruatum Legatum vsusfructus per illa verba, ibi, *Idque citra præiudicium vsusfructus eidem exponenti competentis in & super bonis in dicta exemplari substitutione forsan non comprehensis*. Inde inferri nō potest ad petitionem
4 vsusfructus, † quia clausulæ prædictæ leguntur re-

restrictę ad aditionē hęreditatis *l. emptor, §. Lucius*
Titius ff. de pact. l. si ita quis § fin. ff de verb. oblig. Paris.
in l. 1. n. 8. ff. de leg. 1. Rota dec. 55. n. 12 p. 2. diuers. Imò
subsequens præseruatio Legati vsusfructus in adi-
5 tione hæreditatis † demonstrat Legatum non
fuisse pretium, sed tantum reseruatum ius peren-
di, & cum aliud sit reseruatio, & aliud petitio,
& seruatio sit quædam exceptio, quæ modicat
actum *Marcobrun. cons. 17. num.* 17. Impossibile est,
6 quod reseruatio interpretari posit † pro petitio-
ne *Becc. qui alios citat. cons.* 74. *num.* 34. *Surd. cons.*
152. *num.* 29. *& decis.* 163. *num.* 17. vbi quod ius
reseruatum dicitur exclusum à renunciatione, &
sic in præsenti debet dici exclusum ius petendi
Legatum vsusfructus ab actu aditionis hæredita-
7 tis, † cum generalitas verborum apta comprehē-
dere omne ius, non porrigatur ad exceptuata
per præseruationem, ex qua ius aliquod acquiri
8 non potest cum solummodo † importet conserua-
tionem iuriū, *l. si quis legauerit, vbi Angel. de legat.* 1.
cum allegatis, per Decian. in cons. 56. *num.* 16. *&* 25.
lib. 1.

Non obstat, quod ex petitione hæreditatis Ni-
9 colai patris facta per Procuratores † Gabrielliæ
resultet petitio vsusfructus *per text. ibique Doct. in*
l. si quis cum totum, ff. de except. rei iudicatę cum
alijs per *Euerard in sua Centuria in loco à toto ad par-*
10 *tem num.* 9. ex regula, quod † qui petit totum,
petit etiam partem, vsumfructum autem esse par-
tem dominij dicit *text. in l. vsusfructus, ff. de vsu-*
fruct. & quemadmodum quis vtatur vbi glos. conclu-
11 *dit*, quod est pars dominij, † idest species, &
quod dominium sit quoddam totum continens
sub se proprietatem nudam, & vsumfructum. Quia
12 differt pretio hæreditatis vniuersaliter, † & pe-
titio Legatis vsusfructus formalis, *glos. ind. l. si*
quis cum totum in verb. in iure ad medium, vers. item
potest poni. Et cum in petitione prædictæ vniuer-
sali legatur præseruatio petendi vsumfructum li-
13 bellans ex se ipso à toto exclusit relictum † for-
malis vsusfructus, debebat igitur, vel petere vsum-
fructum, vel proprietatem *iuxt. cons. Bald.* 117.
lib. 4. ad quam petitionem faciendam requireba-
tur mandatum specialem.

Hinc patet non subsistere, quod hæredes pro-
prietarij negauerint præstare Legatum vsusfru-
14 ctus, quia si non præcessit petitio † non potest
dici, quod sequuta fuerit petitionis negatio, cum
non entis nullæ sint qualitates, *l. eius, qui in pro-*
uinciam in fine, ff. si cert. pet. l. si seruum, §. si mo-
dus, ff. de act. empt. Mantic. decis. 240. *num.* 3. vbi
15 autem † nulla est petitio, ibi nulla mora intelli-
gi potest, *l. nulla, ff. de regul. iur. l. si pupillus vers.*
nulla enim intelligitur mora, ff. de verb. oblig. quæ
non incurritur ab hærede sine interpellatione, *Me-*
noch. cons. 641. *num.* 21. quæ mora cum sonet in
16 culpam, † concludenter, & non præsumptiuè
probanda est, *Rota decis.* 660. *num.* 2. *par.* 3. *recent.*
Caualer. dec 345. *num.* 5. Hoc stante dispositio *text.*
in l. si vsusfructus mihi in biennium continuum, ff. de
vsu, & vsufructu legato, quæ fundatur in supposito
quod per hæredem steterit quo minus vsumfru-
17 ctum daret, non applicatur huic casui, † in quo
mora non est supponenda. Minusque applicatur
doctrina *Bald. in l. 2. num. 11. C. com. de legib. in fine*
quia idem Bald. supponit hæredem fuisse in mora
18 tradendi † vsumfructum, quæ non datur ex al-
legatis supra sine interpellatione.

Nec nocent verba Procuratorum dictorum hæ-
redum obiter prolata in protestatione facta ad-
uersus petitionem positionis luctus, ibi, *Et quod*
totum illud, quod illa posset prætendere (quod tamen
illi nollunt concedere) esset legatum fructum, & quod
propterea illi non potest ponere luctum, quæ facultas
19 ponendi luctum † in Ciuitate Auenionen conce-
ditur solùm hæredibus non legatarijs, quia præ-
20 ter quod non habentes speciale mandatum non †
possunt declarare voluntatem principalium *Rot.*
coram Seraphin. decis. 1100. *num.* 7. *coram Greg. XV.*
decis. 278. *num.* 7. *& in recent, decis.* 188. *num.* 10.
par. 5. Neque ratificatio actorum potest referri ad
21 dicta verba tanquam addita exabundanti, † &
extranea ab actu protestationis factæ ad exclu-
dendam Gabrielliam à positione luctus *Gemin.*
cons. 15. *num.* 17. *vers. quantum ad secundum bon. mem.*
Buratt. decis. 136. *num.* 7. *&* 8. ex lectura patet,
22 quod dicta verba fuerant dicta ad effectum † im-
pediendi positionem luctus dumtaxat, & ideo
non debent extendi ad alium finem. *Rot. decis.*
256. *nu.* 3. *vers. ad istum effectum par.* 2. *& dec.* 269.
num. 5. *par.* 4. *recent.* Et quod dicta verba (*quod ta-*
men illi concedere nolunt) fuerint prolata ad effe-
ctum tantùm excludendi prætensam luctus dela-
tionem declararunt, tàm Procuratores, quàm
principales ipsi, dum die sequenti, & continua-
tè in iudicium vocauerunt Gabrielliam tanquam
legatariam. Vltra quod ista petitio apponendi
luctum facta fuit sub die 19. Maij 1614. quæ erat
23 secunda Pentecostes, † vt in qua vti non iuri-
dica iuxta *trad. per Lap. allegat.* 19. *si quæratur in*
in principio, posset quidem dicta petitio fieri; non
autem legati vsusfructus cum diebus feriatis in
24 honorem † Dei ius reddi non possit nisi pericu-
lum sit in mora *Signorell. cons.* 244. *num.* 6.

Præterea considerarunt Domini supradicta
verba (*quod tamen illi concedere nolunt*) non in-
25 ducere absolutam voluntatem denegandi † tra-
ditionem vsusfructus in futurum si peteretur ob-
lata cautione, sed solum de pręsenti vltroneè dum
nulla aderat petitio, nullaque cautionis oblatio,
vt benè post *glos. ibi* idem declarat *Salicet. in l. qui*
se patris num. 7. *versic. sed his non obstantibus, &*
vers. secundo, quod ista verba, C. vnde liberi, vbi
26 quod verba, † nolo adire, sunt præsentis tem-
poris, & indicatiui modi: ideò nihil inducunt,
sed solum declarant id, quod est de præsenti,
l. asse toto, ff. de hæred. instit. l. adeò, §. cum quis,
27 *ff. de acquir. hæred.* & sic solum † declarant non
esse voluntatem adeundi de præsenti, sed non ex-
cludunt vel priuant in futurum, ita *glos. in l. 2. C.*
de iur. & fact. ignor. Rimin. iun. in d. l. qui se patris
numer. 162. *& alij relati per Menoch. de præsumpt.*
lib. 4. præsumpt. 102. *num.* 5. *vers. cæterum, à præ-*
28 *dictis*, vbi dicit, hanc esse receptam opinionem, †
& sequendam in iudicijs; inspecto autem tem-
pore, quo emanauit talis declaratio iustè fuit de-
negata traditio vsusfructus, cum vsufructuaria
nedùm non præstiterit, imò neque obtulerit cau-
tionem, ideoque meritò ab obtinendo vsufructu
29 repelli poterat, † ex quo hæredes proprietarij,
antequam vsufructuaria offerret cautionem non
tenebantur tradere, vt latè in prima decisione
huius

huius causæ coram me, cuius conclusiones tanquam in iure consistens fuerunt etiam in vltima decisione, de qua agitur confirmatæ.

Exclusa igitur petitione Gabrielliæ, & denegatione illorum de Tertullijs, super quibus est fundata vltima decisio, Domini vtraque parte audita censuerunt, primam decisionem confirmandam, quæ est *decisio 259. par. 7. recent.*

Decisio ista emanata sub die 11. Decembris 1637. coram eodem Reuerendissimo Terracinen. quæ in præsenti decisione confirmatur est supra in par. 7. recent. decis. 259.

REVERENDISS. P. D. CERRO

SACRÆ ROTÆ DECANO.

Pampilonen. Vicariæ de Stella.

Lunæ 17. Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

Vnio beneficij facta alicui Monasterio ex quibus probetur, & ex quibus non, & quando dicatur probata talis vnio ex donatione beneficij facta alicui Monasterio, & probata tali vnione ad quem spectet prouidere in eo de Rectore.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia, quando fuit vnita alicui Monasterio ius deputandi Vicarium in d. Ecclesia ad quem spectet.*
2 *Bulla Pij Papæ V. super modo prouidendi de Rectore Ecclesijs vnitis pluries fuit canonizata tàm à Sacra Congregatione Concilij, quam à Rota, num. 3.*
4 *Vnio probatur ex donatione Ecclesiæ factæ alicui Monasterio.*
5 *Ex donatione simplici alicuius beneficij, Ecclesiæ, ex hoc pernecesse non infertur ad vnionem.*
6 *Ad Vnionem, quando pernecessè inferatur ex donatione facta alicui, Ecclesiæ, & num. 7.*
8 *Beneficium donatum alicui Ecclesiæ, vt contineat donationem sufficit, virtualiter continere donationem licet, id non exprimatur.*
9 *Decisiones plures concordantur quarum aliquæ asserunt ex donatione non inferri ad vnionem, & aliæ quod ex donatione inferratur ad donationem.*
10 *Vnio benè probatur ex tribus sententijs desuper latis, & in iudicatum transactis.*
11 *Testes deponentes de publica voce, & fama sufficiunt ad probandam vnionem beneficiorum amplia nu. 12.*
13 *Testes non concludentes non releuant.*
14 *Testes dum non probant consuetudinem multò magis probant immemorabilem.*
15 *Immemorabilis cum fama priuilegij requiritur, vt non intret Bulla Papæ Pij V. circa deputationem Curatorum in Ecclesijs vnitis,*
16 *Præscriptio non intrat contra Constitutiones habentes clausulam sublatam, & decretum irritans.*
17 *Constitutio Pij V. circa prouisionem Curatorum in Ecclesijs vnitis, an habeat tantum in Vicarijs perpetuis, & quid in nutum amouibilibus, & numer. 18. & 19.*

DECISIO LXXXVIII.

Dum coram bon. mem. Merlino Decano vtraque parte informante disputaretur, cui esset concedendum mandatum de manutenendo in possessione, seu quasi deputandi, seu nominandi Vicarium in Ecclesia Parochiali S. Ioannis Oppidi de Stella, An scilicet Parochianis dicti Oppidi, an verò Abbati Monasterij Beatæ Mariæ de Hirachæ Ordinis S. Benedicti. Domini ordinarunt, vt videretur de bono iure, & postea Abbate tantum informante fuit resolutum constare de eius bono iure.

1 Cum enim d. † Ecclesia sit vnita Monasterio Beatæ Mariæ de Hirachæ ius nominandi, seu deputandi Vicarium Ecclesiæ vnitæ spectat ad eos, quorum Ecclesijs reperitur facta vnio iuxta Constitutionem San. mem. Pij V. † pluries canonizatam tam à Sacra Congregatione Concilij vt referunt *Gonzal. ad reg. 8. glos. 5. §. 3. num. 53. & 54. Garz. de benef. par. 9. cap. 2. num. 291. cum*
2
3 *seqq.* quàm à Rota † vt coram *bon. mem Buratto decis. 214. num. 1. & decis. 923. num. 2. & coram Card. Caualer. decis. 595. num. 3. versic. Stante autem tali ratione, & in Cæsaraugustana Vicariæ coram R. P. D. meo Ghisilerio, quæ est in recent. decis. 16. par. 6.* vbi aliæ referuntur.

Vnio probatur ex donatione dictæ Ecclesiæ
4 facta ipsi Monasterio † per Sancium Regem Nauarræ vsque ad anno 1225. vigore priuilegij Pontificis Vrbani Regibus Hispaniarum concessi postmodum confirmata ab Ordinario Pampilonen, & Archiepiscopo Tarraconensi.

Licèt enim ex simplici donatione beneficij
5 non inferatur pernecesse † ad vnionem, vt aduertit *Rota in Taruisina Parochialis 1613. coram Vbaldo*, quia tamen in hoc casu vltrà plura adminicula, donatio concepta fuit verbis amplis-
6 simis, & continet decimas, † primitias, & oblationes, ac obuentiones omnium Parochianorum, pernecesse importat vnionem, cum hæc
7 omnia † alio titulo obtineri non possint ad tradita per *Vitalin. in clem. frequens num. 48. & 49. de excess. Prælat. Rota coram Martino Andrea dec. 11. num. 1. & in Salernitana Portionis fructuum coram Eminentiss. Cardinali Verospio decis. 50. nu. 11 par. 7. recent.* Et in hac eadem causa *coram Card. Seraph. decis. 1304. num. 3. vers. vltimo non obstat*, sufficit enim in donatione virtualiter contineri vnio-
8 nem, † licèt expressa mentio de ea facta non fuerit *Paris. cons. 44. num. 5. lib. 1. Crauett. cons. 49. num. 10. Garz. de benefic. par. 12. cap. 2. n. 256. Rota coram Seraphino dec. 1272. n. 1. & dicta dec 1304. sub n. 3. & in dicta decis. 11. n. 1. coram Martino Andrea, & d. decis. 50. vbi proximè par. 7. recent.* Et ita conciliantur contrariæ Rotæ decisiones firmantes ex donatione, non inferri ad vnionem intelliguntur
9 enim † de donatione simplici, non de concepta verbis amplissimis, & ex pluribus adminiculata, vt distinguendo tradit *Adden. ad Gregor. decis. 77. sub num. 11. vers. Quæ tamen decisiones.*

Adminicula autem, & quidem efficacia desumuntur. Primò ex vniformi, & continua obseruantia, & fortius quia Abbas per tres sententias Rotales bon. mem. Seraphini, Peniæ, &
10 Coccini conformes, † & in iudicatum transactas

ctas obtinuit d. vnionem canonizari, ex quibus nedum resultat vehemens vnionis adminiculum & præsumptio, sed illa redditur indubitata, notoria, & manifesta *Rota decis.* 210. *num.* 1. *par.*5. *recent.* Secundo ex testibus datis in summ. Abbatis num. 4. deponentibus de publica voce, & fa-
11 ma, † quæ sufficit ad probandam vnionem. *Felin. cons.* 2. *num.* 16. *& 21. Caputaq. decis.* 437. *num.* 4. *par.* 3. *Add. ad Gregor. decis.* 196. *numer.* 3. *vers. arguitur circa med. Rot. in recent. decis.* 724. *num.* 2. *par.* 2. Attentata præsertim qualitate actorum vnioni, maximè congruentium, Ab-
12 batem scilicet exegisse † redditus, prouentus, & decimas, olim ac Ecclesiam Sancti Ioannis spectantes detracta certa portione pro Vicario, quod manifestè supponit vnionem *Card. in Clemen.*1. *n.*10. *quæst.* 9. *de offic. Vicar. Add. ad Gregor. d. decis.* 296. *num.* 3. *eod. vers. arguitur post princ. Rota in recent. d. decis.* 102. *num.* 3. *par.* 1. *& decis.* 204. *num.* 1. *vers. tum ratione perceptionis decimarum par.* 2. *& decis.* 16. *num.* 6. *&* 8. *par.* 6.

Nec aduersarij dixerunt Domini Testes pro
13 Parochianis examinati, quia præter † quod deponunt de simplici instantia, nec vllatenus concludunt de aliquo iure nominandi obligatorio, & coactiuo, vt distinxit *Rota coram Cardinali Caualerio d. decis.* 419. *num.* 3. *vers. Et licet incole.*
14 Non probant aliquem titulum, vel † consuetudinem legitimè præscriptam, multoque minus immemorabilem cum fama priuilegij, vt opus esset ad firmandam in Parochianis compe-
15 tentiam coactiuam iuris nominandi † contra dispositionem dictæ Constitutionis Pij Quinti, vt inter alios aduertunt, *Rocch. de iurepatr. in verbo ipse, vel is quæstio* 36. *Lambert. in eodem tract. lib* 1. *par.* 1. *quæst.* 10. *principali artic.* 8. *vers. tamen considera. Card. Caualer. d. decis.* 419. *num.* 5.

Et in omnem casum quæuis contraria posses-
16 sio, & obseruantia, † vbi etiam probaretur, non releuaret tanquam infecta ex clausula sublata, & decreto irritanti, quibus munita est eadem Constitutio *cap. si eo tempore de elect. in* 6. *Caputaqu. decis.* 325. *numer.* 2. *par.* 1. *Lotter. de re benef. lib.* 1. *quæst.* 31. *num.* 25. *Rota in recent. dict. decis.* 710. *num.* 6. *par.* 2. *& decis.* 16. *numer.* 17. *par.* 6. cum pluribus adductis in dicta *Dertusen. Vicariæ coram bon. mem. Merlino, apud Posthum. de manutent. decis.* 186. *num.* 4.

Quod autem dicebatur Constitutionem Pia-
17 nam loqui solum de Vicarijs † perpetuis qualis non est ista, quæ est ad nutum amouibilis, & fuisse reuocatam per Constitutionem 15. Gregorij XIII. nullum habet fundamentum. Quia licèt Constitutio exprimat Vicarias perpetuas
18 tanquam eas, in quibus aderat maior † ratio dubitandi, vero tamen compræhendit etiam ad nutum amouibiles, vt in dicta Constitutione sub §. 4. *versic. Et si de Parochiales*, ibi, *teneantur in vicarias ad nutum tamen Superiorum suorum amouibiles deputare*, & apertè tradunt *Gonzal. super reg.* 8. *gloss.* 5. §. 3. *num.* 79. *& Barbos. de offic. & potest. Episcopi part.* 3. *alleg.* 73. *num.* 190. *vers. Quæ omnia confirmabis.* Non fuisse autem reuocatam per Constitutionem Gregorij, notat idem *Gonzal. vbi supra eodem*
19 *num.* 79. Dicens Gregorium ore proprio † reualidasse dictam Constitutionem Pianam, solumque præscripsisse certum modum in nominando Vicarium religiosum amouibilem.

Et ita &c.

R. P. D. PANZIROLO

Posteà S. R. E. CARDINALI.

Portuen. Stagni.

Lunæ 10. *Iunij* 1641.

ARGVMENTVM.

Emphiteusis, satis dicitur aperta si omnes inuestiti decesserint sine filijs. Et late discutitur, quod licet verùm sit, quod remedium leg. si quis conductionis. C. locat. propriè loquatur in terminis locutionis, & conductionis, veritas tamen est, quod habet locum in quocumq; contractu etiam dissimili, qui tamen habeat causam ab agente.

SVMMARIVM.

1 *Emphytheusis dicitur finita, quando inuestiti omnes obierunt sine filijs.*
2 *Mors alicuius plenè probatur ex fide Parochi extracta ex libro mortuorum.*
3 *Remedium l. si quis conductionis, C. locat. quibus concurrentibus intret.*
4 *Locator, si timeat, quod à conductore sit ei refricanda quæstio dominij, vti potest remedio, l. si quis conductionis, C. locat.*
5 *Spoliatus ante omnia restituendus est.*
6 *Remedium, leg. si quis conductionis loquitur in contractu locationis. & conductionis.*
7 *Conductor non sibi, sed Domino possidet.*
8 *Remedium leg. si quis conductionis, C. locat. secundum veriorem opinionem habet etiam locum in contractu emphyteutico.*
9 *Ecclesia agens actione personali descendente ex contractu emphyteutico, non potest illi refricari quæstio dominij.*
10 *Bursat. in cons.* 330. *numer.* 30. *& seq. lib.* 3. *quo casu loquatur.*
11 *Ab Ecclesia, qui conduxit prædium, non potest ei refricari quæstio dominij.*
12 *Emphiteuta est compellandus, rem ipsi Domino restituere, antequam audiatur de prætenso dominio.*
13 *Caducitas, & priuatio dominij non potest conuenire simplici conductori, sed potius emphyteutæ.*
14 *Decisio* 290. *par.* 1. *recent. num.* 9. *est corrupta cum sit deiendum verbum, non.*
15 *Remedium, leg. si quis conductionis, C. locat. vsurpat etiam sibi locum in terminis feudorum.*
16 *Remedium, leg. si quis conductionis, C. locat. habet locum non solum in contractu locationis. Sed etiam in quocumque alio dissimili contractu, n.* 10.
17 *Remedium, leg. si quis conductionis, C. locat habet locum in quocunque contractu habente causam ab agente.*
18 *Emphyteuta, & vassallus non potest negari, quia non habeant causam à Domino.*
19 *Locatione finita, si conductor renuat restituere rem conductam Domino, dicitur eum spoliare.*

20 Posses-

20 Possessio ciuilis, rei conductę, vel emphyteusim, vel in feudum datę, semper remanet penes Dominum, & num.21.
22 Dominus directus post apertam emphyteusim valet ratione suę ciuilis possessionis petere, & obtinere manutentionem respectu naturalis.
23 Dominus directus potest petere, & obtinere reintegrationem aduersus occupantem emphyteusim ex remedio l. si quis conductionis, C. locat.
24 In Iudicio manutentionis, & in remedio, leg. si quis conductionis locat. in vtraq. iudicio discussio proprietatis remittitur ad petitorium.
25 Dominus directus, nihil refert, an assequatur possessionem emphyteusis, mediante manutentione, vel remedio, leg. si quis conductionis, C. locat.
26 Petitorium suspenditur, dum agitur possessorio.
27 Possessor titulatus, quando quis non possit dici, sed potius inuasor, seu spoliator.
28 Domino directo, quid liceat, vt suam possessionem tueatur.
29 Lapsus temporis lineę finitę habet vim renunciationis.
30 Canonis solutio, quid arguat.
31 In emphyteusim bona quis accipiens à tertio, sibi prę iudicat in dominio.
32 Remedium, l. si quis conductionis, C. locat. non admittit exceptionem dominij.
33 Emphytheuta post apertam emphyteusim non auditur quo ad exceptionem dominij nisi prius restituta emphyteusi, & n. 34. & 35. & 36.
37 Qualitati emphytheusis, quid repugnet.
38 Canon dicitur annus redditus emphyteuticus. Canonis solutio certa die rediit singulis annis. num.38.
39 Dominium, & proprietatem quis prętendere non valet, super re, de qua soluit canonem.
40 Ius accrescendi in concessione emphyteusis, quando non intret.
41 Verbum, insolidum, quando non dicatur appositum, vt includat ius accrescendi.
42 Verba personalissimę sane non exgrediuntur personam.
43 Dominus directus non acceptata deuolutione ipso iure incursa, an possit denuo inuestire.
44 Dominus directus post deuolutionem ipso iure incursam, licet non acceperit possessionem realem emphyteusis, potest tamen concedere nouam inuestituram, remittendo pœnam incursam, & n.45.

DECISIO LXXXIX.

Iterum responsum fuit ad fauorem Eminentiss. Domini Commendatarij intrare dispositionem legis si quis conductionis, *C. locat.* Cum enim communis Iuristarum opinio sit, quod vt ista lex suffragetur, debeat prius ab Actore doceri de locatione, deinde, quod illa iam expirauerit, & demum quod adsit contumacia non restituentis, visum est Dominis, quod omnia ista requisita apertissimè concurrant in casu præsenti, prout etiam latè deductum fuit in alia sub die 27. Aprilis anni proxime præteriti.

Quod enim attinet ad locationem, clarè illa deducitur ex instrumento anni 1602. per claræ mem. Cardinalem Baronium celebrato in quo ipse, vt Abbas, & perpetuus Commendatarius Abbatiæ S. Gregorij de Vrbe, acceptauit deuolutionem huius Stagni, ex quo ab emphyteutis cessatum fuerat per nouennium in solutione annui Canonis scutorum quindecim, sed postea benignius agando idem stagnum sub eodem annuo Canone iure emphyteotico eisdem iterum concessit, & Io. Baptista Catalanus vnus ex inuestitis tàm proprio, quàm aliorum participantium nomine directum dominium agnoscendo in instrumento remissionis caducitatis super hoc celebrato expressè confessus fuit, hoc idem stagnum sibi ipsis, & suorum auctorum filijs legitimis, & naturalibus, ac descendentibus masculis tantùm, & de legitimo matrimonio procreatis, durante linea masculina in perpetuũ Iure emphyteotico fuisse cõcessum; Promittens vlterius omnes inuestitos illud ab inde citrà ad instar rei emphytheoticæ retenturos, ac durantibus lineis prædictis, non solum futuros Canones, verùm etiàm decursos soluturos præuia cessione nominis debitoris pro summa scutorum 135. in hanc causam tunc decursorum, sub expressa lege, quod si aliquis ex dictis participantibus hoc Instrumentum ratificare recusasset, aut illud impugnasset, tunc remissio prædicta sic recusanti, aut impugnanti non prodesset, sed istius rata ad eundem Cardinalem directum Dominum deuolueretur, qui eam in gratiam non contrauenientium concedere posset, & hæc eadem recognitio vti nomine omnium participantium facta postea ab omnibus æqualitèr fuit retificata.

1 Quod verò emphyteusis tam sit † finita ex eo probatur, quòd aliqui ex inuestitis obierint sine filijs masculis, prout non controuertitur inter
2 partes, vltra quod de illorum † obitu plenè constat ex fide Parochi extracta ex libro mortuorum *Mandos. super regul. 18. quæst. 10. sub numer. 4. Rebuff. in Constit. reg tom. 2. tract. de registr. seu lib. Baptism. artic. vlt. in gloss. vnica, vers. & sic patet Rota decis. 220. num. 1. part. 2. diuers. & in recent. decis. 605. n. 4. part. 2. Gregor. decis. 78. num. 2. vbi Add. lit. A.*

Cum contumacia autem non restituentium per se patere visa est, dum DD. Fratres de Quique, & Theulus partes, quæ iam vacarunt, sibi indebitè applicarunt negantes insuper tàm quoad illas, quam respectu aliarum Ecclesiæ dominium. Quocirca pro partium iam vacantium recuperatione dict. Eminentiss. Domini Abbas probatis
3 iam supradictis tribus requisitis, † intentare potuit remedium *d. l. si quis conductionis, C. locat.* cuius vigore dd. Fratres de quinque, ac Theulus tenentur in primis, & ante omnia rei locatæ possessionem restituere, vt sunt verba textus ibi, *Si quis conductionis titulo agrum, vel aliam quamcumque rem accepit possessionem priùs restituere debet tunc de proprietate litigare*, quam dispositionem *Angel. ante num 1. notat* esse singularem, & ideo admonet,
4 quod si locator timet, ne quæstio dominij † sibi referatur, in libello exprimere debet, quod intentat conditionem ex hac lege. *Et Castr. in l. qui rem num. 3. ff. de pos. asserit.* quod si aliquis agit vtili cõdictione, quæ oritur ex *l. si quis conductionis*, tunc non potest illi objici exceptio proprij dominij, quia agitur possessorio restituendæ, in quo non admittitur exceptio proprietatis, etiam si exci-
5 piens paratus esset de ea incontinenti docere, † ex quo ante omnia spoliatus restituendus est. Quam opinionem sequitur etiam *Bart. in l. non ab re num. 1 ante*

1. ante med. verſ. certè, gloſſ. dicit verum, & n. 4. C. vnde vi. Idem tenet Fœlin. in cap. inter dilectos, n. 22. poſt med. verſ. vbi autem locator de fid. inſtrum. Purpur. in l. 2. nu. 21. & 22. ff. ſi cert. petat. & eſt opinio Dec. in conſ. 30. nu. 3. paulo poſt med. verſ. ſecundum Angelum Neuiz. conſ. 37. num. 21. in fin. & ita ſenſit Rot. deciſ. 325. num. 6. par. 3. & deciſ. 79. nu. 8. part. 5. recent.

Nec obſtare viſum fuit, quod diſpoſitio *d. l. ſi quis conductionis* habeat locum in contractu loca-
6 tionis, † non autem in emphyteotico, fæudali, aut in alio ab eo diſſimili, *vt per Contard. in l. vnica in ampliat num. 76. C. ſi de mom. poſſ. latè Rimin. ſen. conſ. 94. num. 19. & plurib. ſeqq. lib. 1. Menoch. de recuper. remed. 11. num. 61.* ea præcipuè ratione, quia conductor, qui non ſibi, ſed Domino poſſidet
7 *Dec. conſ. 56. nu. 4. verſic. quartò* † ſi finita locatione rem locatione rem conductam reſtituere neget, ſpoliare dicitur *Ceph. conſ. 47. nu. 40. lib. 1.* cum alijs per ipſum alleg. ſed emphytheota dum ſibi naturaliter poſſidet, etiam quod alterius dominium controuertat, non propterea ſpoliator dici poteſt.

Quoniam contraria opinio viſa fuit, verior, quod ſcilicet *d. l. ſi quis conductionis*, procedat in
8 contractu † emphiteotico; quando quidem *Bart. in d. l. legat. inutilia num. 2. verſ. nam ſi quidem ff. de adim. legat.* loquitur in contractu emphyteotico, dum dicit, quod ſi Eccleſia agit actione perſo-
9 nali deſcendente, ex contractu † emphiteotico, non poteſt illi tunc referri quæſtio dominij iuxtà diſpoſitionem *l. ſi quis conductionis Pariſ. in addit. ad Bart. in eadem l. ſi quis conductionis lit. A poſt med. Ibi* item quod iſta regula procedat etiam in emphytheota, *Bald. in conſ. 177. num. 4. verſ. ſi emphytheota lib. 3. Burſatt. conſ. 330. num. 30. & ſeq. lib. 3.*
10 qui † loquitur aduerſus Colonos perpetuos Monaſterij Sancti Benedicti de Padolirone in agro Mantuano, *Florian. conſ. 1. num. 2. & 13. verſ. addo,* vbi apparet loqui de contractu ſimili emphyteotico, *Corbul. de Iure emphit. in princ. num. 2. Carocc. de locat. par. 6. remed. 14. num. 4. & 5. Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 31. num. 6.* vbi reſpondẽdo obiecto, quod
11 Eccleſia potuit concedere in emphyteuſim † rem alienam replicat, quod is, qui ab Eccleſia conduxit, non poteſt referre quæſtionem Dominij *per text. in l. ſi quis conductionis*, & quod ita videtur ſentire *Specul. de loca. §. nunc. aliqua num. 82. Pract. Papien. in form. Libell. quo agitur ad ficti præſtationem verb. ſuper ſolutione ſub num. 5. verſ. imo compellen-*
12 *dus* dicens, quod emphyteuta † eſt compellendus rem ipſi Domino reſtituere, antequam audiatur ſuper dominio *d. l. ſi quis conductionis Valaſc. de iure emphyt. qu. 18. num. 17. poſt. med. verſ. quamuis,* vbi dicit huiuſmodi opinionem tenendam eſſe pro communi vtilitate, nec emphythentæ ex ſuo facto queant præiudicium Dominis inferre, *Scrader. de feud. 2. par. 9. par. princip. ſect. 9. num. 26. Dec. d. conſ. 28. num 3. verſ. & in propoſito, & num. 4. & 6. verſ. ſed hic* quem conſtat loqui in terminis emphyteuſis, dum ſupponit in eodem libello allegatam fuiſſe caducitatem, & priuationem dominij,
13 quod † nulla ratione poteſt conuenire ſimplici conductori, ſed potius emphyteotæ *Ioſeph. Ludouic. deciſ. Lucen. 9. num. 25. & ſeq. Rot. d. deciſ. 325. num. 5. verſ. quia cum part. 3. recent.* quæ deciſio licèt reperiatur etiam impreſſa 290. in ordine par.
14 1. attamen animaduerſum eſt, † quod in hac ſub nu. 9. perperam addita fuit partic. non.

Et in terminis feudalium, quòd pariter habeat locum, *d. l. ſi quis conductionis*, *notant Iacob. de*
15 *Beluis in cap. 1. verſ. prædictis modis ibi,* vel agi † poteſt ſecundum quoſdam condictione ex l. ſi quis conduct. quæ fuit prima cauſa benef. amit. *Præpoſ. eodẽ tit. §. Itẽ qui Domino col 2. circa med. verſ. vel cõdictione ex l. ſi quis cõductionis Aluarott. eodem tit. § ſed nec alia nu. 4. verſ. vel condictione ex l. ſi quis cõductionis,* & fuit etiã de mente *Bald. in cap. 1. ſub princ. nu. 2. verſ. Item quia prætendit cauſam ab eo tit. de cõtrou. inter Domin. & emptor. feud latè Scrader. de feud. par. 9. 2. part. princ. ſect. 9. num. 25. vbi alios refert.*
16 Preterea, quod *d. l. ſi quis cõductionis* † debeat habere locum non ſolum in contractu locationis, ſed etiam in quocumque diſſimili mouebantur Domini ex pluribus fundamentis, quorum primum viſum fuit, quia diſpoſitio *d. l.* ſecundum
17 magis † communem opinionem procedit in omnibus habentibus cauſam ab agente, vt docet *Angel. ibi in fine verſ. quod dicitur Fælin, in cap. inter dilectos nu. 2. verſ. & hoc habet de fid. Inſtr. Purpurat. in l. 2. nu. 22. verſ. locum habente. ff. ſi cert. pe. Dec. d. conſ. 28. nu. 3. verſ. nam illa Neuizan. conſ. 37. nu. 22. Marant. in ſpecul. par. 4. diſt. 7. princ. num. 49.*
18 *verſ. ſed vtilis,* non enim poteſt controuerti, † quin emphyteota, ac Vaſſallus habeant cauſã à Domino directo, qui illos, vel eorũ authores inueſtiuit.

Secundum, quia par ratio viſa eſt militare in
19 ſupradictis, nam ſicut finita † locatione per condictionem *l. ſi quis conductionis* locator repetit rem ſuam locatam à conductore, vel ab hæredibus; & iſte reſiſtendo videtur locatorem ſpoliare, atque ideo aduerſus hunc ſpoliatorem datur prædictum remedium reſtitutorium; eadem prorſus ratione aperta emphyteuſi, vel feudo Domino directo, ſi Vaſſallus, vel emphyteota, vel ab his
20 cauſam habentes reſiſtunt, † vel contradicunt denegando rei emphyteoticę, vel feudalis reſtitutionem dicuntur Dominum ſpoliare, vel impedire in conſequenda naturali poſſione rationę ſuę Ciuilis quæ ſemper apud ipſum remanſit; ideoque præcisè, eſt compellendus reſtituere, prius quam audiatur ſuper prætenſo dominio, vt in ſpecie ponderat *Pract. Papien. in form. libell. vbi ſupra ſub num. 5. verſic. imo compellendus.*
22 Tertium quia ſicut Eccleſia † poſt apertam emphyteuſim ratione ſuæ Ciuilis poſſet petere, & obtinere manutentionem reſpectu naturalis, *Bart. in l. 1. §. vult. ff. vt poſſid. Bero. conſ. 102. num. 43. lib. 1. & fuit ſæpe reſolutum, & præſertim in cauſa Ciuitatis Caſtellanę Iuris paſcendi, & lignanei 14. Martij 1601. coram bon. mem. Cardin. Millino, & in*
23 alijs † etiam, quod res emphyteutica ab alio occupetur. Ita pari ratione poteſt petere, & obtinere reintegrationem aduerſus occupantem ex re-
24 medio, *l. ſi quis conductionis* † dum in vtroque iudicio diſcuſſio proprietatis remittur ad petitorium, & ſolum attenditur an in emphyteota conceſſio expirauerit, ſicut in in coductore, an locatio ſit finita, quia hoc admiſſo, nihil refert,
25 an Dominus directus aſſequatur † rei poſſeſſionem mediante manutentione, vel per vtilem conditionem, ex *d. l. ſi quis conductionis*, cum vis conſiſtat

ſiſtat in eo, quod petitorium ſuſpendi debeat, do-
26 nec poſſeſſio rei, ad Dominum † redeat ad quod
nihil conducit, an dicta res in emphyteuſim, vel
potius in locationem fuerit conceſſa.

Quartum fundamentum eſt, quia in caſu præ-
ſenti reſpectu portionum, quæ per obitum Inueſti-
torum ſine filijs fuerunt effectæ caducæ, Domini
fratres de Quinque, & Theulus non poſſunt dici
27 poſſeſſores titulati, ſed † potius inuaſores, ſeù Ec-
cleſiæ ſpoliatores; Et magis dum ipſi, vel eorum
authores fuerunt inueſtiti à Cardinali Baronio,
& cum Iuramento promiſerunt reſtituere Domi-
no directo eaſdem portiones linearum deficien-
tium, quo caſu eo ipſo, quod eidem Domino di-
28 recto negatur earum ingreſſus iſti † dicuntur il-
lum ſpoliare, atque ideò benè poteſt ſic reſiſten-
tes expellere vt ſuam Ciuilem poſſeſſionem tuea-
tur, vt per *Bald.d.conſ.177.num.4.lib.3.& pluribus
probat Cald. de emphyt. extinct.lib.4.cap.17.num.20.*
Et pro hoc optimè facit regula, quod lapſus tem-
29 poris † lineæ finitæ habet vim renunciationis per
*text.in l.1.§.ſed viuendum, ff.de ſucceſſ.edict.Surd.con-
ſil.97.num.24.& ſeq. Corbul. de cauſ.priuat.ob temp.
finit.ſub num.8.Gratian.diſcept.725.num.3.*

Nec obſtat, quod Participantes conduxerint à
Cardinali Baronio rem propriam, quam iam poſ-
ſidebant, & propterea poſſe refricare quæſtionem
proprij dominij; Quia vltra quod de contrario
manifeſtè apparet ex iurata aſſertione facta in
Inſtrumento confeſſionis anni 1602. à ſingulis po-
ſtea ratificato, quod ſcilicet hoc ſtagnum aliàs
ſibi ipſis, & eorum auctorum filijs, & deſcendenti-
bus maſculis tantum conceſſum fuerat pro annuo
Canone ſcut.15. ſoluendo Abbati directo Domi-
no, & proprietario, in cuius promiſſionis execu-
tionem cum poſtea dictus annuus Canon fuerit
30 ſolutus † ipſi Abbati, clarè conſtat quod Stagni
proprietas, ac directum dominium non ad inue-
ſtitos, ſed ad Eccleſiam pertinebat, *l.Cenſualis, C.
de donat.vbi Bald.inquit eſſe caſum, idque in propoſito
obſeruat. Valaſc. de iure emphyt. quæſt.9. num.18.&
ponderauit Rot. d.deciſ.325. num.1. verſ. quod multa
par.3.recent. & fuit latè deductum in prima deciſione
huius cauſæ coram me ſub die 19. Iunij 1637.* ceſſat
pænitus obiectum, quia cum vigore conductionis
31 obtentæ à Cardinali Baronio Participantes † ſibi
præiudicauerint in exceptione dominij, quod præ-
tendunt eis aliunde competere, *Alber.in d.l.non ab
re num.1. C.vnde vi Bart.in d.l.legata inutiliter, ff.de
adim.legat.* Dum hodie Eccleſia agit ad poſſeſſio-
32 nem vigore † condictionis, *l.ſi quis conductionis* ex-
ceptio dominij non admittitur, prout cum *Purpu-
rat.in l.2.num.21. verſ.ſed reſponderi poteſt cum num
ſequen. ff.ſi cert.pet.tenent Neuizan.conſ.37.num.21.
in fin.Dec.d.conſ.28.ſub num.3.& alij ſupracitat.*

Nec dicatur, quod Eccleſiæ dominium penitus
excludatur ex Inſtrumento concordiæ initio de
anno 1573. inter Abbatem Regularem, & partici-
pantes in hoc Stagno. Quia vt in alijs duabus de-
ciſionibus firmatum fuit, ex dicta concordia po-
tius viſum eſt comprobari, quam deſtrui directum
33 Eccleſiæ dominium, ſi † quidem verum eſt, quod
in principio dictæ concordiæ Participantes in
hoc ſtagno ſummoperè ſtudentes denegare dire-
ctum dominium Eccleſiæ, & ab illo ſe ſubtrahe-
re, allegarunt quod ſolutio ducatorum 20. de Ca-
rolenis erat correſpectiua ad paſcua, & ligna
duntaxat, ac faſcinas, quæ pro animalibus, & pro
claudendo ſtagno reſpectiuè ex Caſali Malagrot-
34 tæ coherenti percipiebantur per † cuius adem-
ptionem prętendebant participantes amplius non
teneri ad dictam animam correſpectiuam ſolu-
tionem, ſed Domini etiam in hac tertia recanta-
tione huius obiecti ponderarunt, quod Abbas Re-
gularis in eodem inſtrumento concordiæ hanc
reſpectiuitatem ad paſcua, ligna, & faſcinas ſem-
per abſolutè negauit in tantum, quod participan-
tes non obſtante ademptione Caſalis Malagrot-
tæ, ac ceſſationis dandi ligna, & faſcinas pro clau-
dendo ſtagno, non ſolum decurſum ſoluerunt, ſed,
in poſterum decurrendum ſoluere promiſerunt,
35 quod † tamen participantes nullatenus feciſſent,
ſi verè iſta ſolutio fuiſſet correſpectiua ad paſcua,
& faſcinas non amplius præſtandas ab Abbate
ita vt pernecesſè ſolutio iſta in aliam cauſam om-
ninò ſit referenda, & ſic pro dominij recognitio-
ne, licèt iſta veritas non fuerit in dicta concordia
ita ad ſpeciem deducta, prout poſteà expreſſa fuit
in dicto Inſtrumento anno 1602. dum à partici-
36 pantibus † fuit narratum, quod hoc Stagnum
multò ſante eorum anteceſſoribus, eorumque filijs,
& deſcendentibus maſculis tantum fuerat con-
ceſſum, vt ſupra dictum eſt, & latè fuit comproba-
tum in alijs duabus deciſionibus emanatis.

Nec viſum eſt inſiſtendum, quod participantes
in dicta concordia nominentur Domini, & Pa-
troni, & ſolutio facienda non appelletur Canon,
ſed annuus redditus pro omni, & toto eo, quod
Abbatia prætendere poſſet in, & ſuper dicto Sta-
37 gno. † Etenim prædicta non viſa ſunt repugnare
qualitati emphyteoticæ poſteà recognitæ, & iu-
ratæ de anno 1602. cum nomen Domini, & Pa-
troni conueniat etiam vtili, ex quo dominium
conſideratur in duplici differentia, ſcilicet ius ſu-
perius, ac ius inferius, quod eſt dominium vtile
iuxta declarationem, *Rebuff.in l.alienatum 67.verſ.
duplex eſt, ff.de verb.ſignificat.* Et Canon dicitur an-
38 nuus † redditus emphyteoticus, *Roderic. de ann.
reddit.lib.2.quæſt.22.num.3.* cum eius ſolutio certa
die redeat ſingulis annis, vt declarat *Rebuff.in l.
mulieris 13.§.detinere, verſ.inde, & in l.frugen.77.
verſ.inſuper, ff.de verb.ſignificat.* Nec verba *pro om-
ni, & toto eo, &c.* viſa ſunt excludere proprietatem,
39 ac directum dominium, † ſed potius ſub eorum
vniuerſitate illud includere, vt ſubſequens Inſtru-
mentum poſtea clarificauit per *text.in l.legatorum
petitio 34.§.qui plures, vbi Bald.num.1.in fin.de leg.3.*

Nec dici poteſt, quod Participantes potuerint
ſibi ipſis partes iſtas ſic caducatas appropriare vi-
gore Iuris accreſcendi, vel ſaltem non decreſcen-
40 di, quia iſtud locum non habet † de linea vnius
ex ſimultaneè inueſtitis ad lineam alterius quan-
do agitur prout hic, de re in emphyteuſim conceſ-
ſa per Eccleſiam inferiorem titulo lucratiuo ſub
ſola modici Canonis recognitione, niſi verba In-
ueſtituræ aliud ſuadeant *cap.1.de fratribus de nouo
benefic.inueſtit.de feud.vbi Bald.num.1. & 2. & in l.
ſi mihi, & Titio ſub num.2.& ſeq.vbi Alciat.num.21.
Alex.num.14.verſ.ſed intellige Zaſ.num.5.verſ.cæte-
rum Iaſ. num.10.verſ. aut ego, & reliqui Doct.ff.de
verb obligat. Alex.conſ.17.num 9.lib.5. Honded.con-
ſil.54.num.16.& ſeq.lib.1.Gabr.conſ.87.num.2.vſque*

ad fin. lib. 1. Corbul. in rubr. de caus. priuat. ob lin. finit. num. 83. 85. & seqq. Bellon. qui alios cumulat. de Iur. accresc lib. 1. cap. 6. quæst. 38. caus. 7. num. 161. Seraph. decis. 604. num. 10.

Nec obstat, quod ex verbis Inuestituræ Cardinalis Baronij videatur colligi Ius accrescendi, ibi affirmantes mediò Iuramento quibus supra no-
41 minibus, & quilibet † eorum insolidum aliàs emphyteotico Iure sibi, &c. quia, vt etiam in præterita fuit ponderatum, aduerbium illud, insolidum, non legitur ibi appositum, vt importet Ius accrescendi inter inuestitos, sed verius quod omnes insolidum iurabant, quod aliàs hoc stagnum fuerat sibi ipsis, & eorum authorum filij legitimi, & naturalibus, & descendentibus masculis tantum, ac de ipsorum prole, legitimoque thoro procreatis,
42 aut procreandis concessum, quæ verba † cum sint personalissima, ac posita in sensu diuiso, & solum ad designandas partes viriles cuiusque lineæ Inuestitorum non sunt apta importare complicitatem vnius lineæ cum alia. Et licet in eodem Instrumento vnusquisque ex inuestitis voluit posse insolidum conueniri pro solutione Canonis, non ideo dici potest, quod insolidum emphyteusim receperint, vt benè post *Alciat. in cons. 7. num. 11. lib. 1. distinguit Mantic. de coniectur. lib. 22. tit. 34. num. 6. & 26. propè fin. vers. porrò.*

Nec refragatur, quod Card. Baronius non facta
43 prius reali † incorporatione postea ex capite deuolutionis incursæ, & ab ipso acceptatæ non potuit nouam concessionem facere. Etenim quam-
44 uis † Dominus directus post deuolutionem ipso Iure incursam, non acceperit realem possessionem emphyteusis, vel feudi nec illam sibi incorporauerit, nihilominus concedendo nouam Inuestituram cum remissione pœnæ iam incursæ, dicitur de nouo concedere, vt in puncto tenet *Isern. in cap. 1. sub vers. sic ergo ibi. Si autem perdatur. de Vassall. decrep. atat. vbi Adden. Lit. T. Aluarott. nu. 2. versic. vbi etiam dicit. Præpos. num. 3. versic. distingue,* qui quidem repetit in prælud *feudor. num. 41. Bald. in cap. Imperialem, §. insuper num. 8. vers. sed tu dic de prohibit. feud. alien. per Feder. Angel. in l. quod dicitur num. 2. post med. vers. hoc placet si Vassallus, ff. de impens. in reb. dotal. fact. Salycet in l. peculium, §. si ære num. 3. versic. Orator attende, ff. de pecul. Alex. cons. 14. num. 6. lib. 5. Zas. in epit. feud. par. 3. num. 2. vers. vel ipso Iure Clar. in §. feudum quæst. 8. num. 6. post med. vers. secus autem,* qui testatur de communi omnium scribentium *Aym. de antiq. par. 5. §. iam videmus numer. 22. Srader. de feud. par. 2. cap. 3. num. 43. & seq. Rosental. eod. tract. cap. 2. conclus. 18. num. 2. & sub lit. B. vbi dicit*
45 *Afflict.* contrarium † sentientem loqui contra communem, & receptam Sententiam *Ioan. Anton. Cornet. in extrauag. Volentes, §. sed occurrit non inutilis quæstio à num. 9. vsque ad 20. pag. mihi 119. & seq.* vbi articulo ad partes discusso, hanc opinionem vti veriorem, ac crebriorem sequitur respondendo omnibus contrarijs.

Et ita decisum fuit, Eminentissimo Domino Abbate solum informante, cum Participantes sæpissimè moniti, ac diù expectati informare recusauerint, &c.

R. P. D. PANZIROLO

posteà S.R.E. CARDINALI.

Mediolanen. Canonicatus.

Luna 17. Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

Actus gestus contra ordinem datum à Superiore, seu Principe viribus non valet subsistere, & si Iudicis inhibitio causa attentata, multo magis id debet facere, præceptum Principis. Resignans, quando possit prætendere manutentionem super Beneficio contra Resignatarium non obstante ipsa resignatione.

SVMMARIVM.

1 *Facto, quando obstat præceptum superioris, tunc inualidum est.*
2 *Actus gestus contra præceptum superioris debet tolli, & reuocari per viam attentatorum.*
Principis auctoritas semper maior est, quam Iudicis, num. 2.
3 *Iudicis auctoritas, si causat attentata, multò magis id causare debet præceptum, & inhibitio Principis, num. 4.*
5 *Literis Cardinalis Nepotis attestantis expressum Papæ mentem præstari debet plena fides.*
6 *Æqualitas in iudicijs inter partes est seruanda.*
Parti vni, si licet appellare ad vtrumque effectum, alteri quoque parte id licitum esse debet, num. 6.
7 *Appellatio, vt sit valida debet interponi intra 10. dies à die latæ sententiæ.*
8 *Appellare sat est intra decem dies, à die scientiæ latæ sententiæ.*
9 *Manutentio concedenda est, ei, qui docet de sua possessione de tempore motæ litis, & successiua continuatione, vsque ad petitionem.*
10 *Beneficium resignans ad fauorem alicuius ius, & possessionem à se abdicat.*
11 *Beneficium resignans ad fauorem alicuius, non dicitur abdicata possessio à resignante nisi illa perfectè, & legitimè fuerit capta à resignatario.*
12 *Et ista conclusio non habet contradictorem.*
13 *Resignatario danda est manutentio super beneficio resignato, si lis inter resignatarium, & resignantem orta fuerit antequam resignatarius acceperit possessionem.*
14 *Resignatario, quod non fuerit ius quæsitum post resignationem beneficij, ex quo doceatur.*
15 *Procurator ad resignandum constitutus sub conditione, ea non adimpleta inualidè resignat, & num. 19.*
16 *Resignatio beneficij, est nulla ex consensus defectu.*
17 *Et interim resignans, non est priuandus sua possessione tam aduersus resignatarium, quàm etiam contra quemlibet alium.*
18 *Beneficium cum pensione, quis inualidè resignat, si non narrauerit Papæ, quod beneficium erat grauatum alia pensione.*
20 *Papa admittens resignationem beneficij sub conditione, nisi illa verificetur, inualidè proceditur.*
21 *Nec potest dici, quod resignatario fuerit acquisita possessio, nec à resignante abdicata.*

22 Actum

22 *Actum nullum approbans, nec habens nullitatis notitiam non dicitur validè consentire.*
23 *Beneficium resignans, ad cuius titulum fuit promotus ad sacros Ordines, non potest illud resignare absque eo, quod doceat se habere aliud beneficium pro sua congrua substentatione.*
24 *Absolutus à iuramento ad effectum agendi non potest opponi exceptio periurij.*
25 *Iuramentum non obstat, quando illud fuit interpositum super actu, qui subsistentiam non habet.*
26 *Attentatorum reuocationem non impedit exceptio periurij.*
27 *Attentata sunt reuocanda officio Iudicis per læsam eius maiestatem, quatenus cessaret partis instantia.*
28 *Possessio attentata non est manutenibilis.*
29 *Possessio posterior cum præsumatur clandestina non est manutenibilis, amplia num. 30.*

DECISIO XC.

Dubium per me hodie in hac causa propositum, continet duplicem inspectionem, An scilicet constet de attentatis, & an D. Petro Mariæ Ballarato sit danda manutentio in possessione Canonicatus, de quo agitur.

Quod ergo attinet ad primam partem, Domini vnanimi voto censuerunt constare de attentatis; Cum enim Vicarius generalis Mediolaneñ sub die 22. Iunij 1634. pronunciasset litteras Apostolicas resignationis Canonicatus obtentas à Gallarato non esse exequendas, & postea eidem Vicario superuenissent litteræ missiuæ Eminentissimi D. Cardinalis Barberini, in quibus de ordine Sanctissimi præcipiebatur, quod gratia dictæ resignationis à nemine executioni demandaretur, R.P.D. Bilius, qui inter acta prioris instantiæ dictas litteras perlegit, vel perlegere debuit, non potuit absque vitio attentatorum, pro vlteriori executione
1 pronunciare, sicut nec dictus Gallaratus possessionem assequi, cum huic facto † obstaret præceptum Papæ in dicta Epistola expressum *cap. vt nostrum de appellat. Oldrad. consf. 206. num. 1. quem sequitur Lancellott. de attent. post inhibit. in præfat. num. 49.* vbi ge-
2 neraliter firmat, factum contra † prohibitionem superioris debere tolli, ac reuocari per viam attentatorum cum enim semper sit maior auctoritas Principis, quam Iudicis. *Præpos. in dicto cap. vt nostrum in 2. notab. de appellat. vbi Bald. Dec. & alijs*
3 *Lancell. de attent. lit. pend. in præfat. num. 593.* si Iudicis inhibitio † causat attentata, *C. non solum in fine de appell. in 6. Rot. decis. 20. & 31. eod. tit. in nou.* multo
4 magis ea causare debet præceptum, & inhibitio † Principis *auth. multo magis C. de Episc. & Cleric.*
5 Quod autem litteris Cardinalis nepotis attestantis expressam Papæ mentem † præstari debeat plena fides, decisum extat *penes Cæs. de Graff. dec. 1. per tot. & præcipuè num. 1. 10. & 15. de præben. Genua de script. priu. lib. 3. tit. de litteris Apostolicis n. 9. & 10* & fuit pariter decisum *in Lauretana Iurisdict. 15. Martij 1618. coram bon. mem. Card. Sacrato.*
6 Præterea ponderatum fuit, quod Gallaratus capiendo possessionem, ex alio etiam capite attentauit, † quia à sententia Domini Bilij vti reuocatoria sententiæ Vicarij, à qua ipsemet Gallaratus appellauerat dabatur appellatio ad vtrumque effectum, ad æqualitatem seruandam inter partes *cap. non licet, & cap. in iudicijs de regul. iur. in 6. Caual. decis. 188. num. 4.*

Nec releuat dicere, quod D. Franciscus Arcimboldus à sententia D. Bilii non appellauit intra
7 decendium, † quia cum commissio causæ clam obtenta fuerit, & processum in causa per contradictas nemine particulariter citato, satisfuit appel-
8 lare † intra decem dies à die habitæ notitiæ *iuxt. text. l. 1. §. vltimo, vbi glos. verbo computandum, ff. quando appellan. sit, c. Biduum, §. si aduersus 2. quæst. 6. Rot. decis. 2. de dolo, & contumac. in nou. & decis. 15. num. 1. part. 1. diuers.*

Quod verò spectat ad manutentionem fuit pariter communi suffragium resolutum eam esse denegandam dicto Gallarato, quia cum Dominus Arcimboldus doceat de sua possessione tempore mo-
9 tæ † litis, & successiua continuatione vsque ad præsentem diem ipsi non autem Gallarato danda est manutentio, *§. hodie institut. de interdict. l. 1. §. interdictum autem, ff. vti possid. Gregor. decis. 582. num. 1.*

Nec obstare visum fuit, quod per resignationem
10 ab eo factam ad fauorem † Gallarati omne ius, & possessionem à se abdicauerit ideoque non dicatur legitimus contradictor ad impediendam executionem litterarum resignationis, & immissionem resignatarij; fuit enim responsum, quod cum Arcimboldus resignauerit ad fauorem Gal-
11 larati, † & sic certæ personæ, ius, & possessio non fuit ab Arcimboldo abdicatum, nisi illa perfectè & legitimè acquisita fuerint Gallarato resignatario *Achill. decis. 10. num. 4. & 5. de restitut. spoliat.* vbi di-
12 cit † hoc non habere contradictorem *Put. dec. 758 num. 1. & seqq. lib. 3. in correct. & Gregor. decis. 138. num. 6. Paris. de resignat. lib. 1. quæst. 3. num. 8. & seqq.* Et ideo cum ante huiusmodi acquisitionem fuerit orta controuersia inter Resignantem, & Resi-
13 gnatarium manutentio danda est Resignanti, qui interim sua possessione priuari non debet *Rot. decis. 423. num. 2. part. 1. recent. & in impress. post Modernum Perus. in tract. de manutent. decis. 209. num. 4. & fuit dictum in Leodien. Canonic. 15. Iunij 1621. & 17. Martij 1623. coram bo. mem. Card. Verospio.*

Quod autem per assertam resignationem non fuerit Resignatario perfectè ius quæsitum, clarè
14 deducebatur ex eo, quod mandatum † datum ad resignandum continet expressam conditionem, quod Arcimboldo resignanti super hoc Canonicatu reseruaretur annua pensio librarum 600. monetæ Mediolanen. etiam per suppletionem de proprio in casu tenuitatis, vel insufficientię fructuum
15 Canonicatus; † Vnde sicut procurator non admissa per Sanctissimum dicta conditione non poterat Canonicatũ valide resignare *cap. per tuas vbi glos. verb. fines mandati de arbitr. Ias. cons. 226. nu. 14. in fin. vers. sed vltimum lib. 3. Paris. de resignatione lib. 9. quæst. §. num. 11. & quæst. 17. num. 3. & seqq. & signanter num. 34. in fin. & 54. cum seqq. Rot. decis. 446. num. 1. par. 1. diuers. & decis. 821. num. 6. part. 6. recent.*
16 Ita per resignationem † nullam ob defectum consensus non dicitur obdicata possessio à resignante, vt benè *per Caputaq. decis 82. per tot. par. 3. cum alijs*
17 *supra citatis.* Et ideo resignans non est † interim sua possessione priuandus tam aduersus resignatarium, quam etiam quemlibet alium *Rot. decis. 1. de renunc. in nou. & decis. 423. sub num. 2. par. 1. in recent. & decis. 422 num. 2. par. 2.*

Præterea detegitur etiam nulla, quia Sanctissi-
mo narratum non fuit Canonicatum grauatum
reperiri antiqua pensione scutorum 40. monetæ.
18 Vnde cum reseruatio secundæ pensionis vti sub-
reptitia fuerit nulla *Paris. de resignat. lib. 6 quæst. 2.
num. 40. & seqq.* Per consensum præstitum à Pro-
19 curatore † non potuit abdicaui ius à resignante
cum ipsius intentio fuerit resignare cum valida
reseruatione portionis libr. 600. *Paris. eodem tract.
lib. 1. quæst. 3. n. 80. & seqq.*

Vlterius pro inualiditate resignationis pon-
deratum etiam fuit, quod Sanctissimus resigna-
tione admisit sub conditione, quod resignans
20 haberet † ex quo vna cum dicta pensione com-
modè viuere posset, & proinde cum ista conditio
nondum fuerit probata, non potest ei possessio di-
21 ci quæsita † nec à resignante abdicata, vt bene per
Paris. de resignat. lib. 1. q. 14. n. 7. & seq.

Non obstat, quod Arcimboldus cesserit huic li-
ti, & Gallaratum in possessorem huius Canoni-
catus recognouerit, & resignationem ratificaue-
rit; quia ommisso, quod Arcimboldus in tantum
ratificauit in quantum credere potuit, quod re-
22 signatio † esset valida, & ideo cum non haberet
notitiam nullitatem actus ille ratificationis non
est alicuius releuantiæ *Ruin. cons. 63. num. 24. lib. 1.
Surd. cons. 49. num. 32 Gregor. decis. 336. num. 11.*
Ponderatum fuit, quod ante dictam ratificationē
Arcimboldus ad titulum Canonicatus promotus
fuit ad sacros ordines, & ideo non potuit illum
23 renunciare absque eo, quod aliud † beneficium
A ad sui congruam sustentationem A consequere-
tur, & de hoc in specie Papæ mentionem faceret
iuxta disposita per *Sacr. Concil. Trid. sess. 21. cap. 2.
de reformat. Paris. de resignat. lib. 2. quæst. 6. num. 1.
& per tot. Gonzal. super reg. 8. glos. §. 10. num. 35.
Garz. de benef. par. 2. cap. 5. num. 192. Grat. discept.
195. num. 3. 4. & seqq. Gregor. decis. 441. num. 1. & vbi
adden. num. 9.*

Minus releuat, quod Arcimboldus inciderit
in periurium, dum in vltima cessione iurauit, nec
resignationem, nec ipsam cessionem impugnare
24 tum quia † absolutionem obtinuit à Vicario Me-
diolanen aduersus quæcumque iuramenta ad ef-
fectum agendi *Mandellus cons. 198. num. 2. Rota
decis. 800. num. 3. & 4. lib. 3. par. 3. diuers. & in re-
cent. decis. 580. num. 7. par. 1. & decis. 55. num. 17.
par. 6.* Tum quia obiectum procederet in actu va-
24 lidè facto, † sed cum versemur in actu nullo ex
supra deductis, eo corruente, corruit pariter iu-
ramentum tanquam illi accessorium. *Butr. in cap.
cum contingat num. 3. de iur. iur. Felin in cap. in præ-
sentia num. 8. de probat. Paris. de resignat. lib 1. q. 8.
num. 114. & lib. 13. quæst. 1. numer. 20. & 21. &
lib. 14. quæst. 1. num. 6. & 7. Gabr. lib. 3. Comopien. de
iure doti concl. 1. num. 8. Thesaur. decis. 165. num. 6.*
26 Tum denique quia exceptio † periurij non impe-
dit reuocationem attentatorum *Lancell. de attent.
par. 3. cap. 24. quæst. 26. num. 6. Rota decis. 637. n. 6.
par. 1. recent.* ea ratione, quia cessante etiam par-
27 tis † instantia attentata essent reuocanda officio
iudicis per læsam eius maiestatem *Rot. decis. 2. sub
num. 1. de restit. spoliat. in nou. Cassad. decis. 3. nu. 6.
eod. tit.*

Nec visa fuit alicuius momenti possessio, quā
Gallaratus cæpisse prætendit cuius vigore petit
manuteneri in possessione huius Canonicatus.
28 Tum quia † asserta illa possessio est attentata
*Paris. cons. 37. num. 18. lib. 3. Lancellott. de pæn. at-
tentatorum num. 199. & seqq. Rota decis. 616. num. 2.*
29 *par. 2. diuers.* Tum quia † vti postetior possessione
Arcimbnldi præsumitur clandestina, & non ma-
nutenibilis *C. licet causam de probat. Bart. in l. si
duo num. 4. ff. vti possidet Seraph. decis. 722. num. 5.
Rot. decis. 523. num. 1. & decis. 701. num. 5. par. 2.
recent.* & in terminis manutentionis *decis. 112. nu.
14. in fin. cum seq post Modern. Perus. de manutent.
Ceual. decis. 364. num. 2. Adden. ad Gregor. 364.*
30 *num. 6. littera B* vbi hoc procedit etiamsi posses-
sio capta fuerit de mandato executionis littera-
rum Apostolicarum.

Et ita vtraque parte informante resolutum
fuit.

R. P. D. GHISILERIO.

Postea Episcopo TERRACINEN.

Lucana vnionis.

Veneris 14. Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

Regula Cancellariæ reuocatoriæ vnionum, quæ ad hunc suum effectum non sunt sortitæ, cessat in duobus casibus, nempe si vnio emanauerit pro augmento Cultus Diuini, vel pro causa necessaria, & aliqua deducuntur circa probationem dictæ causæ necessariam.

SVMMARIVM.

1 *Vnio dicitur facta ex causa necessaria, dum reperitur facta pro augmento distributionum insufficientium sustentationi Beneficiatorum,*

2 *Vnio facta pro augmento Cultus Diuini, & ex causa necessaria non comprehenditur sub regula Cancellariæ reuocatoria vnionum.*

3 *Vnio, quæ reperitur facta pro augmento Cultus Diuini, vt non cadat sub regula reuocatoria vnionum, quid requiratur, & num. 4.*

5 *Dotis necessitas, bene arguitur ex quo beneficium possidens non habet congruam vitæ sustentationem.*

6 *Beneficiatus non soluisset pensionem impositam super fructibus beneficij nisi redditus superarent congruam ei debitam, & num. 14.*

7 *Beneficium, quod sit sufficiens per congrua beneficiati vitæ substentatione, sumi potest ex obseruantia. Vnio, quod non emanauerit ex causa necessaria ex quibus arguatur. num. 7.*

8 *Beneficiatus ex quibus possit probare beneficium non sufficere pro congrua vitæ substentatione, & n. 13.*

9 *Necessitas non semper capitur, vt quis cogatur mendicare, nec necessitate præcisa.*

10 *Spes futuri boni, potest esse vt quis substineant aliquam necessitatem.*

11 *Aes alienum grande, quando quis contraxit, quale sit signum.*

12 *Aes alienum contrahens, quando ex hoc arguatur magna indigentia.*

13 *Causa necessaria pro substinenda vnione, ne cadat sub regulis reuocatorijs vnionis, ex quo non tollatur.*

16 *Vnio, quando est legitimè iustificata, executioni gratia,*

tia, & canonizationi eſt locus.
17 *Exequutor deputatus ſuper executione vnionis, niſi omnia fuiſſent iuſtificata, non pronunciaſſet, literas eſſe iuſtificatas.*
18 *Vnionis validitate data non intrant regulæ reuocatoriæ vnionum.*
19 *Regulæ Cancellariæ reuocatoria vnionum fundatur in diminutione Cultus Diuini.*
20 *Epiſcopus vniens beneficium ſeminario, ceſſat eius præiudicium circa collationem.*

DECISIO XCI.

COLLEGIVM Beneficiatorum Cathedralis Lu-
canæ, obtinuit à ſan. mem. Gregor. XV. vniri
eidem Collegio, poſtquam per ceſſum, ſeu deceſ-
ſum Rectorum vacauerint Eccleſiæ SS. Andreæ, ac
Quilici, & Iulictæ ſine cura, & perſonalem reſi-
dentiã non requirentes ad hoc vt tenuitati deſtri-
butionum, & decenti Beneficiatorum ſubſtẽtatio-
ni conſuleretur, & quia neutra dictarum Eccle-
ſiarum vacauit vidente eodem Gregorio XV. Se-
quuta nuper vacatione Eccleſiæ S. Andreæ per
obitum illius vltimi Rectoris, Eminentiſſimus
D. Cardinalis Epiſcopus eandem Eccleſiam San-
cti Andreæ vniuit Seminario per ipſum erecto; Et
prætendentibus Beneficiatis dictam vnionem ſuſ-
ſtineri in præiudicium vnionis antea factæ per
Exequutorem litterarum Apoſtolicarum ſer. ſer.
vocatis vocandis cauſa diſcuſſa in Rota fuit reſo-
lutum litteras Gregorij XV. ſuffragari Collegio;
adeo vt adempta fuerit Eminentiſſimo Epiſcopo
facultas vniendi eaſdem Eccleſias Seminario.
Quia non agitur de vnione facta pro augmento
voluntario, ſed agitur de vnione facta Collegio
1 pro † augmentum diſtributioniſſm inſufficientium
ſubſtentationi Beneficiatorum, & ſic ex cauſa ne-
ceſſaria, ne ſcilicet ob earum tenuitatem ſeruitiũ
2 Eccleſiæ negligerent, ſed cum illarum congruo
augmento allicerentur ad inſeruiendum. Quo ca-
ſu non habet locum regula xiij. Sanctiſſimi D.
N. reuocatoria vnionum, quæ ſuum non ſunt
3 ſortitæ effectum, Cum † vnio facta gratia Cultus
Diuini, & ex cauſa neceſſaria non comprehen-
datur ſub dicta regula *Mohed. deciſ. 7. de priuileg.
Creſcent. deciſ. 1. num. 1. & ſeqq. de parroch. Achill.
deciſ. 1. eod. tit. Seraph. deciſ. 982. num. 1. bon. mem.
Card. Caualer. deciſ. 449. num. 4. bon. mem. Buratt.
deciſ. 734. num. 9. vbi Add. aum. 11. Rot. deciſ. 114.
num. 1. lib. 3. diuerſ. & deciſ. 7. num. 7. par. 6. recent.*
cum alijs adductis per *Garz. de benefic. par. 12.
cap. 2. §. 3. num. 283. & ſeqq. per Gonzal. ſuper re-
gul. 8. gloſ. 5. §. 7. num. 49. & per Lotter. de re benefic.
lib. 1. quæſt. 29. num. 15. & ſeqq.* Et quamuis iu-
xta opinionem Rotæ in pluribus deciſionibus
canonizatam augumentum non debeat eſſe ad
4 maiorem commoditatem, † ſed ex cauſa neceſ-
ſaria, cum in literis Apoſtolicis exequutioni de-
mandatis per ſententiam Ordinarij dicatur, quod
Eccleſia Cathedralis remanebat deſtituta ſerui-
tio, eo quia propter plures lites menſa Beneficia-
torum maximo ære alieno fuerat grauata, ideo-
5 que † Beneficiati inſeruientes congruam non ha-
beant ſubſtentationem, benè probatur neceſsitas
dotis, *Petr. de Pourſ. de vnione cap. 3. num. 3. Mo-
hed Seraph. Caualer. vbi ſupra, deciſ. 7. num. 7. &
deciſ. 109. n. 15. & 16. & 17. par. 6. recent.*
Nec dici poteſt hanc neceſſitatem excludi ex
duobus potiſſimum argumentis. Primò quia
Beneficiati elapſis temporibus ſoluerunt penſio-
6 nes † reſeruatas ſuper eorum fructibus, quod age-
re non potuiſſent niſi redditus ſuperarent con-
gruam illis debitam ex diſpoſitione Sac. Concil.
Trident. Secundò, quia contrarium deſumi po-
teſt ob obſeruantia Beneficiatorum, qui non ob-
ſtante, quod non perceperint fructus harum Ec-
cleſiarum ſibi vnitarum ſubſtentauerunt ex ſolitis
redditibus ſuarum Cappellaniarum. Vnde reſul-
tat non probari dictam vnionem emanaſſe ex cau-
7 ſa † neceſſaria, *iuxta not. in cap. dudum de reb. Ec-
cleſ. non alienan. in 6.* & iuxta reſolutionem *Rota
in Toletana Cappellaniæ de Paſtrana 23. Iunij 1608.
coram Eminentiſſ. Pamphilio, & Algaren. Diſmem-
brationis 11. Ianuarij 1619. coram bon. mem. Rembol-
do, & in recent. deciſ. 758. num. 4. par. 3.*
Nam hęc argumenta eluduntur ex probationi-
8 bus datis à Beneficiatis, qui per † plures teſtes
coram exequutore deputato in litteris probarunt
hanc eorum neceſſitatem, ibi, *Che ſtauano male li
Beneficiati, e non poteuano viuere con ſtara 50. ò 52.
9 di grano*, nec neceſſitas ſemper capitur, † vt quis
cogatur mendicare, nec neceſſitate præciſa; Et
probarunt quod redditus non ſufficiebant pro il-
lorum ſubſtentatione, & licet illi adhuc deſtitue-
rint ſeruitium Eccleſiæ, id tamen euenire potuit
ob ſpem futuri huius augumenti, quod aliquando
10 recipere debebant ex † vnione redditaum harum
Eccleſiarum, vt ijdem teſtes confirmant in ſuis
depoſitionibus.
Vlterius aliunde probatur neceſſitas, quia iſti
11 Beneficiati contraxerunt grande † æs alienum
propter vnionem Eccleſiæ S. Laurentij primo
vnitæ à felic. record. Greg. XIII. quæ per ſenten-
tiam Rotalem præuijs pluribus *deciſionibus coram
bon. mem. Reuerendiſſimo Seleucien. & Reuerendiſſimo
Coccino* fuit declarata nulla, & dantur debita
contracta cum licentia Sedis Apoſtolicæ in ſum-
ma ſcut. 260. pro quibus quolibet anno ſoluuntur
pro fructibus ſcut. 162. Et æs alienum hoc impor-
12 tat † indigentiam notabilem, quia vbi prius di-
ſtributiones vna cum fructibus dictæ Eccleſiæ
aſcendebant ad ſtadia 60. & 80. frumenti pro
quolibet Beneficiato, poſtmodum vero redactæ
13 fuerunt ad ſtadia 50. & 52. quæ † non ſufficiunt
pro congrua, & decenti ſuſtentatione Beneficia-
torum, vt probant ſupradicti Teſtes.
Ea vero quæ dicuntur de ſolutione penſionis, &
illarum reſeruatione ſuper fructibus debitis bene-
ficiatis non iuſtificantur de tempore quo ceſſauit
14 † dicta prima vnio Eccleſiæ S. Laurentij ſicuti
probanda eſſent, vt concludenter, quod poſtquam
ceſſauit dicta prima vnio, adhuc Beneficiati re-
cipiebant tot fructus, qui excederent eorum
neceſſitatem.
Et licet aliqui ex dictis Beneficiatis habeant
proprias præbendas, tamen qui eorum fructus
15 non ponuntur ſimul cum diſtributionibus † in
communi maſſa, id non excludit ipſam cauſam
neceſſariam augumenti diſtributionum funda-
tam in eorum tenuitate, & inſufficientia.
Eoque facilius ita cenſuerunt Domini, quia
cauſa neceſſaria fuit plenè probata per plures te-
ſtes

stes optimè informatos, & canonizatos per Ordinarium deputatum Exequutorem, qui causa cognita, & citatis citandis pronunciauit litteras Apostolicas vnionis Gregor. XV. fuisse in omnibus, & singulis eorum partibus legitimè iustificatas, illarumque propterea exequutioni, & ca-
16 nonizationi locum fore, & esse. Quo † casu intrat præsumptio pro validitate vnionis, & quod omnia narrata sint vera, vt tenuit *Rot. in recent. decis. 197. num. 3. par. 2. coram bon. mem. Buratto decis. 842. num. 4. & coram R. P. D. Dunozetto in Militen. Beneficiorum 20. Februarij præteriti.* Alias
17 si narrata non fuissent vera † Exequutor non pronunciasset litteras esse iustificatas, & exequutione demandandas, cum Ordinarij non soleant esse faciles in admittendis vnionibus facta à Dataria.

Et data validitate vnionis factæ in litteris Gregor. XV. & quod illa non fuerit reuocata ex regula xiij. Sanctissimi Domini Nostri reuocato-
18 ria vnionum, † sequitur quod Eminentissimus Episcopus non potuerit disponere de Ecclesiis SS. Andreæ, Quilici, & Iulictæ, in quibus Gregorius XV. manum apposuit vniendo dicto Collegio Beneficiatorum.

Immo hoc in casu cessare videtur etiam ratio
19 regulæ, quæ cum fundetur in † diminutione Cultus Diuini etiam facultatis conferendi secundum *Rotam coram Crescent. decis. 1. n. 3. de Parroch. Gonzal. ad reg. 8. gloss. 5. §. 7. num. 44.* Vtique dum Eminentissimus D. Episcopus vniuit dictam Ecclesiam in Seminario, cessat eius præiudicium
20 circa collationem, † & Cultus Diuinus in dicta Ecclesia magis conseruatur pro eosdem Beneficiatos Cathedralis, qui secundum formam vnionis Apostolicæ tenentur onus, vt prius subire, quam per Seminarium. Et ita vnio Apostolica videtur præferenda.

DECISIO XCII.

R. P. D. BICHIO
Neapolitana Pensionis.

Veneris 13. Iunij 1641.

Est Impressa inter Bichio in Tom. 1. Decis. 91.

DECISIO XCIII.

R. P. D. BICHIO
Bononien. Terrarum.
Lunæ 16. Iunij 1642.

Est Impressa inter Bichio in Tom. 1. Decis. 93.

R. P. D. CARRILLO.
posteà Præside VALLISOLETANO.

Vlixbonen. Nullitatis Professionis.

Lunæ 16 Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

Religionis professio, quando à principio fuit nulliter emissa, licèt ex cursu longissimi temporis, ex quo professus permansit in Monasterio deferendo habitum, faciendo diuersos actus ad professos pertinentes, dicatur tacitè ratificata talis professio, tamen quando id cesset.

SVMMARIVM.

1 *De professionis vallididitate, quando non possit dubitari.*
2 *Professio Religionis emissa per metum non tenet.*
3 *Metus vbi adest. ibi abest consensus, & libera voluntas*
Consensus, & libera voluntas sunt de substantia professionis, num. 3.
4 *Professio nulliter emissa, quando ex cursu longissimi temporis, deferendo habitum, & faciendo actus professis conuenientes, dicatur tacitè sanata.*
5 *Dissensus expressus facit cessare tacitum, & num. 6.*
7 *Professionis nullæ ratificatio ex quibus verbis non dicatur inducta.*
8 *Monialis nondum professa, si asserat se velle esse monialem, quando ex hoc dicatur inducta professio.*
9 *Monialis, quod fuerit inducta ad emittendam professionem ex metu paterno, probatur ex hoc protestatione ante facta.*
10 *Consensus non potest esse, vbi adest metus.*
11 *Monasterium non potest dici velle se obligare ad alendum eum, qui nulliter professionem emisit.*
12 *Papa dicitur supremus Religionum Prælatus.*
13 *Papa mediante Religione semper acceptat professionem, suumque consensum de facto præstat, quoties professus suum quoque præstitit consensum, sed hoc procedit, quando ex parte Religionis ab initio ignoratur nullitas professionis.*
14 *Ferdinand. à Castro Palao oper. moral. tom. 3. titul. de suscept. religios. stat. disp. 2. punct. 5. num. 2. declaratur.*
15 *Concil. Trident. sess. 25. cap. 19. de regul. quid disponat.*
16 *Papa numquam acceptat ratificationem professionis nulliter emissæ, stante contradictione Monasterij.*
17 *Fides extraiudiciales, quibus concurrentibus, possint deseruire pro adminiculo.*
18 *Voluntas declaratur etiam ex actu nullo.*

DECISIO XCIV.

Resolutum fuerat in decisione huius causæ emanata sub die 17. Maij* superioris anni constare de valida professione Franciscæ Coronellæ, ea præcipuè ratione; quia licèt ab initio professio fuisset nulla vti emissa per metum (super cuius metus continui probatione, nec etiam Domini fuerunt concordes) Attamen ex quo post diu agitatam litem super hac prætensa nullitate professionis eadem Francisca liti renuntiauit, professionemque ratificauit coram Vicario, & Testibus per hæc verba, *quamuis Monialis*
1 *non esset hodie Monialis esse volebat*, non poterat † amplius eadem professio impugnari ex luculentes deductis in dicta decisione.

Sed concessa desuper noua audientia repropo-
sui

ſui cauſam ſuper eiſdem, & Domini reſponde-
runt recedendum eſſe à deciſis. Aduertentes in-
primis eſſe indubitatum, quod profeſſio Franci-
2 ſcæ ab initio emiſſa fuerit † per metum ſibi à Pa-
tre incuſſum, vt egregiè deponunt plures Teſtes
de viſu, & auditu proprio, & ideo negari nequit
quin vitio nullitatis ſubiaceat, vt diſponitur in
cap.1.& 2.& ſeqq.de his, quæ vi. cap. eos in fin. 20.
qu.3.cap.1.vbi gloſ.verb.& ſpontanea voluntate, *de
regular.Nauar.conſ.5.num.2.tit.de his, quæ vi*, vbi
3 enim adeſt metus † deficiunt conſenſus, & libera
voluntas, quæ ſunt de ſubſtantia profeſsionis,
vt benè ad propoſitum ait *Pariſ. in conſ.65.nu-
mer.13.vol.4.*

Nec dicta profeſsio ſic nulliter emiſſa ex curſu
longiſsimi temporis, quo Franciſca permanſit
in Monaſterio deferendo habitum, & faciendo
4 diuerſos † actus ad profeſſas pertinentes poteſt
dici ſaltem tacitè ratificata, quia per teſtes pro
ea examinatos conſtat de continuatis lamenta-
tionibus, & proteſtationibus ab ipſa tàm ante,
5 quàm poſt d.profeſsionem immediatè, † & ſuc-
ceſsiuè omni tempore factis, ex quibus tacita
profeſsio omninò excluditur cum expreſſus diſ-
ſenſus, faciat ceſſare tacitum, & præſumptum
conſenſum *Rebuff.conſ.68.num.26.in fin.& num.29.
Rota deciſ.397.num.6.& deciſ.533.num.4.& 5.part.
4.recent. cum alijs adductis in præcedenti deciſione
cauſæ*, vbi in principio recenſentur fundamenta
adducta pro Franciſca ad docendum de meticu-
loſa profeſsione, & reſpondetur tàm depoſitio-
nibus teſtium in contrarium examinatorum,
quàm nullitatibus contra teſtes ipſius Franciſcæ
allegatis; quæ quidem fundamenta, & reſpon-
6 ſiones reſpectiuè placuerunt Dominis, † adeò
quod inter eos nullum fuit hodie diſcrimen cir-
ca probationem nullitatis profeſsionis vſque ad
diem renunciationis liti factæ per eamdem Fran-
ciſcam.

Secundariò conſideratum fuit, quod etſi ex il-
lis verbis appoſitis in renunciatione liti, ibi *quam-
uis Monialis non eſſet, hodie Monialis eſſe volebat*,
7 deſumi poſsit † pręcedentis profeſsionis ratifica-
tio, & formalis conſenſus de præſenti, vt in ſi-
mili dixit *Rota in deciſ.216.num.10.in fin.par.2.di-
uerſ.* maximè cum dicta verba prolata fuerint à
8 Moniali iam exiſtente in Monaſterio, habitum-
que geſtante, imò iam alias profeſſa, & proceſ-
ſerat tractatus de profeſsione ratificanda, vt in
ſimili de Matrimonio carnali declarat *Franc. Mo-
lin.de rit.nupt.lib.1.comparat.* 20. *num.* 38. ibi, *aut
quoties tractatus aliquis præceſsiſſet*, ſequitur *Sanch.
de Matrim.lib.1.diſput.18.num.27.*

Attamen ex quo Moniales ſciebant ab initio
Franciſcam ob metum Patris profeſsionem emi-
ſiſſe, vt concludenter probatur ex proteſtatione
facta coram Sanctiſsimo Crucifixo in Choro exi-
9 ſtente dum accedebat † ad profitendum adſtanti-
bus, & audientibus ipſis Monialibus, quod nem-
pè benè idem Crucifixus ſciebat ſe non propria
voluntate; ſed per metum Patris eſſe profeſſu-
ram requirebatur in ratificatione nouus conſen-
ſus earumdem Monialium ad *tradit. per Suarez de
religioſ.domib.lib.7.cap.1.num.20.* Nam primus ille
conſenſus Monialium non poteſt dici verus con-
ſenſus, tum quia non poteſt eſſe conſenſus acce-
10 ptandi † profeſsionem nullam ob metum emiſ-
ſam ſciente religione, vt cauetur ſub pœna ex-
communicationis *in Concil.Trident.ſeſſ.25.cap.18.
de regul.* tum quia non poteſt eſſe conſenſus ſe
obligandi ad alendum, ſuſtentandum, & regen-
11 dum eam, quæ non ſe obligauit † Religioni ob-
ſequuturam, vt in puncto explicat *Ferdinand. à
Caſtro Palao oper.moral.tom.3.tit. de ſuſcept. religioſ.
ſtat.diſp.2.punct.5.num.2.cum ſeqq.*

Nec obſtat, quod ſufficiat conſenſus Papæ.
12 qui dicitur ſupremus Religionis † Prælatus, &
media Religione ſemper acceptat, ſuumque con-
ſenſum de facto præſtat quoties profeſſus ſuum
præſtiterit, quia hoc procedit, quando ex parte
Religionis ab initio ignoratur nullitas profeſ-
13 ſionis ob impedimentum profeſsi; in quibus ter-
minis loquuntur DD. allegati in præcedenti de-
ciſione, & ab informantibus contra Franciſcam.
14 Neque contrarium aſſerit † *Ferdinand.à Caſtro
Palao, vbi ſupra, ſub num.4.* vt exaduerſo præten-
debatur, ſed ſolum reſpondendo ad obiectum,
quod poſſet deſumi ex Concil.Trid.ſeſſ.25.cap.19
de regular. vbi præſumitur profeſſus per vim, &
15 metum tranſacto † quinquennio profeſsionem
tacitè ratificaſſe, ait ibi non fieri mentionem de
conſenſu, & ratificatione Religionis; quia ſup-
ponitur ipſam religionem eſſe ignaram impedi-
menti ex parte profeſsi. Et propterea firmat
tunc ſufficere acceptationem Papæ media reli-
gione, ſecus autem eſt dicendum, quando prout
hic agitur de expreſſa ratificatione profeſsionis
nulliter emiſſæ cum ſcientia ipſius Religionis.

Quinimò in præſenti conſtat ex depoſitioni-
bus dictorum Teſtium, ac ex fide 76. Monia-
lium d.Franciſcam in Monaſterio nunquam fuiſ-
ſe habitam pro Moniali, & vt plurimum poſt
emiſſam profeſsionem ſub veſtibus profeſſarum
inceſſiſſe indutam veſtibus ſericis ſæcularibus
ſcientibus, & non contradicentibus ipſis Monia-
libus, quæ vlterius inſteterunt apud Superiores
pro declaratione, quod d. Franciſca non eſſet
Monialis, vnde magis diſſenſus, ſeu contradi-
16 ctio, quam conſenſus Monialium elicitur, † qua
contradictione ſtante nunquam Pontifex acce-
ptat ratificationem profeſſionis nulliter emiſſæ
*Leſſ.de iuſt.& iur.lib.2.dub.7.cap.41.num. 61. in fin.
Barthol.de Vecch.in praxi diſput.14.dub.4. num.3. in
fin.* admittitur etiam in præcedenti deciſione.

Et quamuis in eadem deciſione firmiter fides
prædictas non ſuffragari ad docendum de reuo-
catione primi conſenſus capitulariter præſtiti in
actu profeſſionis vti extraiudiciales, & non fa-
ctas à Monialibus, capitulariter congregatis
Nihilominus tamen, quia ſunt numero plures
concordantque cum depoſitionibus teſtium for-
17 miter examinatorum, † & hodie non afferuntur
ad probandam reuocationem primi conſenſus
capitulariter præſtiti, cum ex ſuperius deductis
conſtet, nec ipſum primum conſenſum Monia-
lium legitimè interueniſſe, ſtante ſcientia nulli-
tatis profeſſionis per metum emiſſæ, negari ne-
quit, quin ſaltem deſeruire poſſint pro admini-
culo, vnde detegatur continuatio voluntatis Mo-
18 naſterij diſſentiendi; † Siquidem ex actu etiam
nullo declaratur voluntas *argum.l fin.ff. de reb. eo-
rum, qui ſub Tut.l.2.C.de confirmat. Tut. Rota deciſ.*
281.num.

281.num.7.& decis.364.num.2.& decis. 714. num.6. part.1.recent.

Et sic decisum vtraque &c.

Decisio ista emanata sub die 21. Maij 1641. coram eodem R.P.D.Carillo à qua Rota recessit in præsenti decisione impressa habetur apud R. D. Antonium Dian.Resolut.Moral.par.6.fol.126. Plures decisiones in hac causa emanarunt, quas congessi supra in præcedenti par.8.recent.decis.2.quæ est in eadem causa.

DECISIO XCV.

R. P. D. BICHIO.

Anconitana prædij.

Mercurij 18.Iunij 1642.

Est impressa inter Bichio in tom. 1. Decis. 95.

DECISIO XCVI.

R. P. D. BICHIO.

Montis Falisci Supplementi Legitimæ.

Mercurij 18. Iunij 1642.

Est impressa inter Bichio in tom. 1. Decis. 49.

R. P. D. CARILLO

Postea Præside VALLISOLETANO.

Vrbeuetana Prædij.

Mercurij 18. Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

Dotis restitutionem promittens, & obligans omnia sua bona etiam cum clausula, constituti, tunc eueniente casu restitutionis dotis cum vidua dicatur possidere omnia bona defuncti, non potest ei denegari associatio.

SVMMARIVM.

1 *Possessor, dum à parte aduersa vocatur detentor, satis iustificatur eius possessio.*
2 *Instantia incœpti iudicis bene transit in eius hæredem.*
3 *Possessione, quis priuatur auctoritate Iudicis.*
4 *Iudex iniustè procedendo, dicitur potius spoliare, quam priuare aliquem sua possessione.*
5 *Possessio dicitur translata vigore clausulæ, constituti.*
6 *Dotem restituere promittens cum obligatione omnium suorum bonorum, & clausula constituti, tunc dicitu translata possessio.*
7 *Restitutioni dotis locus, quando dicatur factus.*
8 *Clausula, constituti, licet non operatur ratione in certitudinis.*
9 *Verum id non procedit, quando certitudo adsit respectu vniuersi, licet non sit respectu cuiusque rei particularis.*
10 *Constitutum appositum in contractu non requirente translationem possessionis, nihil operatur.*
11 *Census emptor per clausulam constituti, dicitur solum acquirere commoditatem perceptionis fructuum.*
12 *Et emere quantitatem illorum sibi quotannis præstandam non autem prædia, super quibus constituitur census.*
13 *Per clausulam, constituti, acquiritur dominium, & possessio.*
15 *Clausula, constitutum, apposita in contractu conditionali, tunc impleta conditione, operatur suum effectum, & num.15.*
16 *Quod procedit etiamsi ante purificatam conditionem esset alteri res fictè tradita, pura per alium constitutum.*

DECISIO XCVII.

Saluiato, & alijs fratribus, ac hæredibus Io. Baptistæ de Magalottis dandam esse manutentionem in possessione prædij della Pastorella, de quo agitur responderunt Domini, quia de possessione d. Io. Baptistæ eorum auctoris de tempore motæ litis, constat ex confessione Solimani
1 aduersarij, qui † dum petijt associari, vocauit Io.Baptistam detentorem iuxta *decis.* 802 *par.* 1. *diuers.*sæpius à Rota canonizatam, vt testatur, *Caualer.decis.535.num. 2.adden.ad Gregor.XV.in decis.200.num.5.Buratt.decis.100.num.18.& 19.ibique*
2 *adden.lit.E.*sicuti igitur defuncto si † viueret esset danda manutentio, ita debet concedi eius hæredibus, in quos transiuit instantia cœpti iudicij, *per text.in l.hæres absens ff.de iudic. notant communiter DD. in cap. quia licet eod.tit. Menoch. de retinen. remed.3.num.62.Rota post Pacif.de Saluian. interdict. decis.141.num.3.& 4.& in recent.decis.411.num.17. par.5. & fuit dictum in Leodien. castri de Mombecth. 29.Aprilis 1637.coram me.*

Non obstat, quod contra d.Io. Baptistam, vigore clausulæ constituti appositæ in donatione facta de eodem prædio à Dianita ad fauorem d. Solimani, ad hoc vt promoueri posset ad ordines sacros, fuerit eidem Solimano concessa, associatio, & manutentio per iudicem, cuius propterea auctoritas priuauerit d.Io. Baptistam sua possessione, *Angel. in l.qui vniuersas, §. item cum Prætor.in fin.ff.de acquir. possess.Seraph. decis. 1315. num.*1.quoniam hoc non procedit quando Iudex
3 iniustè processit tunc enim † non priuat possessione, sed potius dicitur spoliare, vt tradit *Felin.in cap.dilectus il 1.sub num.1. de rescript. Crauett. cons. 302.num.2.Rota decis.525. num.3. par. 2. recent. & alibi sapè.*

Quod autem in proposito Iudex iniustè processerit, patet, quia cum ad fauorem Victoriæ eiusdem Io.Baptistæ vxoris, & suorum hæredum eadem Dianira vsque de anno 1618. obligasset omnia bona pro restitutione dotis ab eadem Vi-
5 ctoria datæ Sfortio suo primo viro, † & filio d. Dianiræ cum clausula constituti cuius vigore translata fuit possessio in d.Victoriam, *l.quod meo ff.de acquir.possess.Gomez.in l.45.Tauri num.78. Cuman.cons.173.num.4.Tiraquell.de constitut.2.par.ampliat.1.num.2.*& in terminis constituti, appositi
6 in † obligatione restitutionis dotis *Rot.decis.380. num.2.*

n.2.par.4.diuers. non potuit postea de anno 1622. quo tempore iam erat factus locus restitutionis dotis d. Victoriæ, ob secutum obitum d. Sfortij
7 primi † viri transferre possessionem eiusdem prędij in Solimanum *Bart.in l. qui pignoris 36. num. 1. ff. de acquir. possess. et in l.celsus num.15. ff.de vsucap. Tiraquell. de constit. limit. 14. n. 1. post med. par. 3. Rota decis. 150. num. 8. par. 7. recent.*

Nec aliquid facit, quod constitutum non fuerit appositum in specie super hoc prædio della
8 Pastorella, † vnde ratione incertitudinis, dicebatur suffragari minimè posse, quia cum sit appositum in obligatione omnium bonorum sufficit,
9 quod certitudo adsit respectu † vniuersi licet non adsit respectu cuiuscumque particularis rei *Alex. in l. 3. §. in certam num. 8. vbi Ias. num. 16. ff. de acquir. possess.* latè *Surd. cons. 221. num. 56.* benè declarat *Tiraquell. de constit. par. 3. limit. 19. num. 2. Rota decis. diuers. 59. num. 2. par. 2.*

Et multo minus placuit aliud obiectum, nem-
10 pe quod constitutum appositum † in contractu, non requirente translationem possessionis, nihil operetur ex allegatis per *Gratian. discept. 420. nu. 7. cum seqq.* quia Gratianus, & alij per eum alle-
11 gati loquuntur in contractu census, † cuius emptor per clausulam constituti, dicitur solum acquirere commoditatem perceptionis fructuum,& emere quantitatem illorum sibi quotannis præ-
12 standam non autem prædia, † seu bona super quibus, census constituitur, vt declarat *Menoch. cons. 483. num. 19. in fin. vers. secundo suffragatur lib. 10.* sed nos versamur in contractu obligatio-
13 nis restitutionis dotis, † cuius creditor per clausulam constituti acquirit dominium, & possessionem, vt firmauit *Rota in d. decis. 380. nu. 2. par. 4. diuers.* licet effectus maneat in suspenso, vsquequo
14 aduenerit casus † ipsius restitutionis, sicuti videmus in contractu conditionali in quo constitutum operatur effectum suum statim impleta
15 † conditione *Oldrad. cons. 139. per tot. Alex. cons. 83. ante num. 7. lib. 2. Dec. cons. 247. num. 2. Ruin. cons. 136. nu. 2. lib. 1. cum alijs relatis per Tiraquel. de constit. par. 2. ampliat. 15. numer. 1. & 2. & ampliat. 16. & ampliat. 17. num. 1. & seqq. & signan-*
16 *ter sub numer. 8.* vbi † declarat hoc procedere etiamsi ante purificatam conditionem esset alteri res fictè tradita puta per aliud constitutum.

Et ita decisum vtraque parte audita.

R. P. D. ROIAS

postea Episcopo TARRACONEN.

Perusina Spolij.

Mercurij 18. Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

Subhastatio, & deliberatio, quando nulliter, & iniustè fuit facta, tunc, vt detur reintegratio possessori dd. bonorum, quid veniat probandum. Deliberatio facta pro minori pretio oblato est nulla Princeps si det licentiam alicui bona vendendi, qualiter intelligatur data.

SVMMARIVM.

1 *Reintegratio, vt detur ad bona deliberata, quid requiratur.*
2 *Ex subhastatione, & deliberatione bonorum facta contra aliquem, benè probatur eius possessio.*
3 *Possessio probatur ex instrumento capta possessionis, & etiam per testes deponentes de perceptione fructuum.*
4 *Probatio nulla est maior, quam ea, quæ fit ex proprij oris confessione.*
5 *Possessio de tempore mota litis, probatur ex substentatione litis iunctis adminiculis.*
6 *Executio non potest procedi contra tertios possessores.*
7 *Subhastatio, & deliberatio dicitur nulliter facta, quando fuit facta pro minori pretio oblato.*
Et hoc non obstante, quod alij maiores oblatores renunciassent cum id agere non valeant. num. 7.
8 *Deliberatio, si emanauerit sub decreto, nisi ad primam diem, est nulla.*
9 *Decretum ad deliberandum de stylo debet esse cum decreto, nisi intra mensem.*
10 *Subhastatio bonorum minorum requirit saltem spatium 20. dierum.*
11 *Decreta, quæ fuerunt circumscripta non attenduntur.*
12 *In Decreto deliberationis, quando assignari debeat terminus vnius mensis.*
13 *Princeps concedendo licentiam, vt bona vendantur intelligitur, seruatis seruandis, & num. 14.*
15 *Clausula, sublata cum sit accessoria, non habet locum, nisi dispositio principalis intret.*
16 *Clausula sublata, & decretum irritans, quando non annullent processum, nec claudant os Iudici, & parti.*
17 *Reintegratio non impeditur per ea, quæ requirunt altiorem indaginem.*
18 *Spoliatus est ante omnia restituendus postposita omni exceptione, & cognitione super meritis.*
19 *Contra agentem ex spolio, nec admittitur replicatio, dolo petis, quod statim restitutus es.*

DECISIO XCVIII.

Perstiterunt Domini in decisis coram me sub die 4. Aprilis 1636. quæ habetur impressa post *Mang. de subhast. decis. vlt.* in qua dictum fuit Comitibus de Vbaldis competere reintegrationem ad bona Sancti Mariani, & Beltrignanæ hodie detenta per Dominos de Crispoldis hæredes Martiæ eorum matris cui dicta bona fuerunt
1 deliberata † probatis omnibus extremis necessarijs in hoc iudicio, nempe possessione Comitum de Vbaldis de tempore commissi spolij moderna DD. de Crispoldis, & notoria nullitate Iudicis procedentis ad subhastationem, vel deliberationem dictorum bonorum, vt latiùs in dicta decisione cuius fundamenta etiam hodie Dominis placuerunt.

Nam quoad primum extremum illud sufficien-
2 ter probatum remanet tam ex subhastatione, † & deliberatione bonorum contra dictos Comites facta, & censuit Rota coram *Durano decis. 37. nu. 1. cum seq. & part. 7. recent. & decis. 224. num. 1.* quàm etiam ex instrumento adeptionis, nec non ex depositionibus Testium, quorum aliqui depo-
3 nunt etiam de perceptione † fructuum iuxta *l. qui vniuersas, §. quod per Colonum, & ibi Bartol. ff. de acquir. possess. Caputaq. dec 331. n. 6. & 371. par. 2. et par. 1.*

& part. 1. recent. decis. 462. Seraph. decis. 1200. num. 1. necnon ex implicita confessione præfatorum de Crispoldis emanata de tempore, quo fuit obtenta subhastatio, & deliberatio dd. bonorum
4 contra dictos Comites, quæ † nulla maior probatio, vt in *d. decis. 229. num. 2. par. 7. recent. & in Colonien. Præcedentiæ 9. Iunij 1627. & in Romana Domus 30. Maij 1629. coram Eminentiss. Cardinali Vbaldo.* Pro secundo verò sat est substentatio litis
5 iunctis testibus examinatis, † optimè de possessione ipsorum de Crispoldis deponentibus *Gregor. XV. dec. 362. num. 3. Duran. d. decis. 37. num. 4.*

Iudicium domùm nulliter processisse patet,
6 tum quia contra DD. Comites tertios † possessores non poterat procedi executiuè, vt factum fuit, tum etiam, quia subhastatio, & deliberatio
7 fuit facta pro minori pretio † oblato, non obstante, quod alijs maiores oblatores renunciassent, cum id agere non valuissent ex relatis in specie in *Romana Domus 19. Decembris 1631. coram Eminentiss. Card. Verospio*, & prout plenius in dicta decisione fuit deductum.

Subsistere etiam visum fuit tertia nullitas eli-
8 cita ex eo, † quod dicta deliberatio emanauerit sub decreto, nisi ad primam diem, cum tamen
9 de stylo esset facienda † cum termino, nisi infra mensem, vt per *Gratian. discept. 739. num. 22. Buratt. decis. 574. num. 10. et in Romana spolij domus 19. Ianuarij 1615. coram Eminentiss. Card. Pamphilio.* Et de iure communi in subhastatione
10 bonorum minorum † requirebatur saltem spacium 20. dierum, iuxta *text. in Auth. hoc ius porrectum, C. de Sacros. Eccles. Surd. cons. 49. num. 15. ad fin. et numer. 19. eo censuit Rot. part. 4. recent. decis. 406. num. 5.*

11 Nec obstare visum fuit, quod antea † emanauerit decretum de subhastando, cum termino infra mensem, quia fuit animaduersum postea fuisse circumductum. Ideoque in decreto delibe-
12 rationis subsecutæ; denuò requirebatur † assignatio termini vnius mensis; vt per *Felin. in cap. 1. num. 22. de iudicijs Osasch. decis. Pedemont. decis. 142. num 37.* & in puncto *Rota in d. Romana Domus 19. Ianuarij 1615. corã Eminentiss. Pamphilio.* Quo verò ad obiectum deductum ex Chirographo fel. record. Pauli V. super derogatione fideicommissi emanatum ad fauorem Dominorum de Crispoldi fideiussorum casu, quo Mutius contraueniret, & statum Ecclesiasticum ingrederetur, cum clausula sublata, & decreto irritanti placuerunt DD. responsiones datæ in alia decisione, & in omnem casu Paulum V. in dicto Chirographo in quo leguntur dicta clausula sublata, & decretum irritans, censendum venit tantùm disponere voluisse, prout verè disposuit, quod omni casu, quo dicti Domini de Crispoldis, qui fideiusserant ad fauorem Fisci soluerent, possent se releuare pro summa soluta super bonis subiectis fideicommisso q. Ioannis Antonij Paroli, nec per dictum Chirographum iudicandum est eundem Paulum Quintum voluisse absoluere Fiscum,
13 nec Dominos de Crispoldis † ab obseruatione terminorum, & solemnitatum requisitarum in subhastatione, & deliberatione bonorum, quod etiam colligitur ex illis verbis Chirographi: Ibi, *Quella parte de beni, che al nostro Fisco lipiacerà di seguitare*, quæ verba sunt intelligenda Iuris ordine seruato; Nam licentia alienandi concessa
14 per Principem † intelligitur semper seruatis solemnitatibus à iure requisitis; vt per *Rot. par. 1. diuer. decis. 84. num. 4.* Et in dicta decisione huius causæ fuit, & dicta clausula sublata est accessoria, nec locum habet vbi non viget dispositio principalis ex firmatis in præterita decisione, &
15 ideò † non habet locum in præsenti casu, cum non agatur de existentia, vel non existentia fideicommissi, circa quam versatur dictum Chirographum, sed tantum petatur reintegratio, stanti-
16 bus prædictis nullitatibus, quo † censu nec dicta clausula, nec dictum decretum potest annullare processum, nec claudere os Iudici, & parti *Rot. decis. 209. num. 1. 2. & 3. par. 4. diuers. Mart. de claus. clausul. 158. num. 53. par. 1.*

Quæ demum per informantes pro Crispoldis longa serie inculcabantur super insubstinentia sententiæ Fisci super delictis illorum de Parolis, & super non purificatione fideicommissi, & fi-milium dixerunt Domini non posse impedire
17 reintegrationem † tanquam requirentia altiorem indaginem, & repetitorium respicientia,
18 cum spoliatus sit, ante omnia restituendus † postposita omni exceptione, & cognitione super meritis, *Bald. in cap. conquerente de restit. spoliat. Surd. cons. 28. num. 31. & cons. 66. num. 5. Caputaq. dec. 200. num. 5. par. 2. Rot. decis. 366. num. 10. par. 1. recent. Peregr. cons. 131. num. 1. cum plur. seq.* vbi quod
19 contra agentem in spolio, † nec admittatur replicatio dolo petis, quod statim restitutus es.

Et ita resolutum vtraque informante.

R. P. D. GHISILERIO.
Postea Episcopo TERRACINEN.

Maceraten. Census.

Mercurij 18. Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

Administrator constituens dotem mulieri, cuius bona administrat, non censetur de proprio voluisse constituere, & amplia, vt hic census an extinguatur per conuersionem in debitum dotis constitutæ, & solutæ, & alia &c.

SVMMARIVM.

1 *Administrator constituens dotem eius, cuius curam gerit, non præsumitur de proprio constituisse.*
2 *Census remanet extinctus per conuersionem in debitum uotis constitutæ, & solutæ.*
3 *Animus transfundendi, & compensandi censum ex quibus verbis arguatur.*
4 *Verba, qualiter sint intelligenda.*
Obseruantia est regina interpretationum. num. 4.
5 *Apocha, quod non sit omninò candida ex quibus arguatur.*
6 *Apocha confecta ad pompam, & honorificantiam matrimonij, & sic contineat summam simulatam non releuat.*
7 *Apocha, dum fuit producta tempore, quo aliquis viuebat, qui bene de eius inualiditate erat informatus quid ex hoc arguatur.*

8 Scri-

8 *Scripturæ mala suspicio, arguitur ex eo, quod quis diu distulit eam produceere.*
9 *Scripturæ, si fuerit producta postquam omnes informati decesserint, & attenta etiam natura producentis, ex hoc oritur mala suspicio fraudis in producente.*
10 *Attestatio plurium personarum praualet attestationi paucarum.*
11 *Sensum malum vanitatis, & sensum bonum affectatæ existimationis, non sunt idem.*
12 *Dos magna, quod mulier non potuerit sibi constituere, ex quibus satis appareat.*
13 *Curatoris promissio facta nomine proprio de soluenda dote mulieri minori, non censetur facta animo donandi, vel animo non repetendi.*
14 *Fideiussor non censetur in plus se voluisse obligare quam principalis, & num. 15.*
15 *Iactare suum, & maximè inpræiudicium propriorum filiorum nemo præsumitur.*
16 *Verba subsequentia declarant præcedentia.*
17 *Confessiones stantibus pluribus adminiculis probant etiam contra.*
18 *Assertio illa est attendenda magis, quæ est magis specifica, & maxime si sit facta coram Iudice.*
19 *Et maxime si accipiat fomentum ab aliorum confessionibus.*
20 *Verba non sunt referenda ad ennunciatiuas non necessarias.*
21 *Sorori vni, aliquando ex varijs accidentibus, solet dari maior dos, quam alteri.*
22 *Testium dicta non attenduntur, quando conuincitur de mendacio.*
23 *Causa expressa, quando habetur, non est recurrendum ad tacitam.*
24 *Coniecturæ adductæ pro probanda veritate non attenduntur quando laborant eodem morbo quo laborat, dispositio principalis.*
25 *Tempus promissionis est attendendum, quando aliquid sub expressa lege, fuit dispositum.*
26 *Dilatio, quando fuit concessa ad soluendum, tunc non debentur fructus.*
27 *Dos quod non reddat suum fructum id concernit interesse maritis, & non vxoris.*

DECISIO XCIX.

PRo fructibus census scut. 550. in sorte anno 1591. per Francischinum Ridolphinum sub accessione Cæsaris eius fratris, & Pellicani ad fauorem q. Horatij Alaolini impositi, & anno sequenti per illius hæredes in transactione cum Hieronyma filia d. Francischini, & relicta dicti Horatij illi cessi egit eadem Hieronyma anno 1632. coram A. C. contra hæredem dicti Pellicani, & obtinuit mandatum ad effectum deponendi, quod exequendum esse dixit Rota coram Eminentiss. D. Card. Verospio: Commissa causa appellationis R. P. D. meo Rojas cum facultate consignandi depositum eidem Hieronymæ, vel Cæsaris iunioni hæredi d. Cæsaris senioris à quo minore tanquam releuatore Pellicani sub amplissima iurium reseruatione factum fuerat, fuit præuijs duabus decisionibus pronunciatum pro infirmatione mandati, & decreti de exequendo, & decretum depositum consignari d. Cæsari, Et commissa mihi causa appellationis sine præiudicio mandati de consignando Cæsari, dubitaui, an sententia esset confirmanda, vel infirmanda, & Domini pro confirmatione responderunt.

Subsisteret namque visum fuit fundamentum decisionum R. P. D. mei Rojas, quod dum Cæsar senior curator, & administrator Hieronymæ, & fratrum creditricis, & debitorum respectiuè dicti census nuptui tradidit Hieronymam secundo loco Iacobo Centio cum dote scutor. 4800. censetur sub hac summa comprehendisse sortem principalem d. census ex quo dotem de bonis
1 administratis non autem † de proprio constituisse præsumitur ex allegatis tam *in prima decisione coram Eminentissimo Card. Verospio, quam in*
2 *duabus coram R. P. D. meo Rojas*, & sic census † remansit extinctus per conuersionem in hoc debitum dotis constitutæ, & mox solutæ, vel per compensationem ex bene deductis *in 1. decis. coram R. P. D. meo Rojas vers. nec obstat*. Idque euidentissimum reddi visum fuit, dum in apocha promissionis d. dotis voluit propterea Cæsar, vt Ia-
3 cobus promittere, † quod Hieronyma stabit tacita, & quietabit fratres, (qui erant principales debitores d. census,) & patruos de omni eo, quod posset ab illis prætendere, quæ verba demonstrant animum transfundendi, & compensandi d. censum, vt ex *Menoch. & Rot. decis. 28. num. 11. part. 5. recent. fuit in d. decis. & vers. firmatum*. Neque debent restringi id quod prætendere posset ratione dotis, sed intelligi ratione dictæ transactionis, tum quia sunt generalia tum quia dum promittebatur summa longe excedens primam dotem ex hoc ipso euidentissime patebat nihil ratione dotis posse prætendi, & sic verba alia ratione fuisse posita, tum quia eam in apoca darentur alia data in transactione ab hæredibus primi viri, nempe tres census scut. 1050. vestes,
4 & iocalia liquet ratione † habitorum ex transactione fuisse contractum, sicque ratione eorundem verba esse intelligenda, *Decian. resp. 86. n. 61. lib. 3.* nec proinde posse nisi ratione huius census verificari, vt bene in fine *2. decis. coram R. P. D. meo Rojas deductum fuit*. Et accedit diuturnissima conformis obseruantia, quæ est regina interpretationum *Surd. cons. 362. num. 10.*

Nec habendam esse rationem visum fuit DD. Apocæ promissionis dotis scut. 4000. factæ dicto Horatio primo viro Hieronymæ pro ea productæ licet adhuc non recognitæ, ad ostendendum hanc primam dotem cum legatis primi viri concordatis cum hæredibus in scutis 1600. (& sic scut. 550. sortis huius census cessi in concordia) sub dicta summa scut. 4800. comprehendi non posse. Quia
5 illa non est absolutè † candida, sed habet notam à tergo cum qua fuit producta, *Nota che questo scritto non si deue rendere se non ci è il consenso di Girolama, Ludouico, e Mario, & all' incontro di M. Gioseppe, e M. Cesare Ridolfini, altrimente ci rimettariano della conscienza, dell' honore, e della robba.* Ex qua iunctis alijs patet, quod continet sum-
6 mam † simulatam ad pompam, & honorificentiam matrimonij, cum summa dotis verè constitutæ fuerit scut. 3150. ex pluribus latè deductis *in 1. decis. coram R. P. D. meo Rojas, & confirmatis in secunda, quæ tertio examinata placuerunt*. Et obseruantia d. adnotationis (quæ illius veritatem con-

confirmat, vt fuit in d. secunda decisione ponde-
ratum) ex quo iuxta illam fuit retenta, per Vin-
centium mediatorem, & non consignata nec vi-
7 ro, nec Hieronymæ, quæ viuente Vincentio †
tamquam informato ausa non fuit illam petere,
& dum petijt eo mortuo anno 1920. à Ludouico
fratre, & hærede Vincentij fuit propter dictam
motam fratris denegata, quo tandem mortuo
fuit ab hærede extorta, eo fortius vrget, quod
Vincentius, & Ludouicus erant auunculi Hiero-
nymæ, cui propterea consuluissent illam traden-
8 do si apoca, & † non adnotatio vera fuisset, nec
retinendo veritatem occultassent, & suspicionem
scripturæ ex eo quod diu latuerit deducunt; *Mo-
nocb. præsumpt. 122. num. 94. & præsumpt. 124. n. 44.
& 45. lib. 3. Farinac. de simulat. quæst. 162. num. 208.
Crauett. consil. 864. num. 17. lib. 5. Surd. cons. 473. n. 28.
Casanat. cons. 28. num. 16.* & ex eo quod fuerit ex-
9 pectata mors omnium informatorum, vt † pulsa-
retur ignarus scilicet hæres extranei fideiussoris,
*Ceph. consil. 8. per totum, Menocb. præsumpt. 235.
num. 19. & seqq. lib. 3.* attenta præsertim tenaci
natura mulieris *Tiraq. de leg. connub. glos. 9. num. 43.
et sæpe dixit Rota*, causaque subueniendi secundo
viro qui in egestatem inciderat.

Neque releuare censuerunt responsiones da-
tas coniecturis firmatis in decisionibus, & pri-
mò fides nunc habita duorum, quod Maceratæ
non fiunt apocæ matrimoniales fictæ, vel ad ap-
parentiam inter nobiles, tamquam de tempore
10 præsenti, † & de negatiua sine vlla causa scien-
tiæ, vel coarctatione non lædit attestationes alias
datas octo nobilium soliti illas conficiendi, quæ
prævalent tamquam plurium *cap. licet causam,
vers. ex præmissis de probat. Rota decis. 315. num. 8.
part. 1. recent.* super affirmatiua *Rota decis. 335.
num. 2. par. 1. recent. et coram bon. mem. Buratto de-
cis. 367. num. 9.* & cum specificatione casuum,
& conformes solito communi sepius approbato
per Rotam, vt in dicta prima decisione. Prout
duo nunc fidem facientes Horatium non fuisse
virum vanum, & gloriosum non ledunt attesta-
11 tionem contrariam affirmatiuam † quatuor alias
datam, cum appareat ex lectura illos voluisse
excludere pompam in sensu malo vanitatis, non
in sensu bono affectatæ existimationis, & appa-
rentię, quę confirmatur ex statim sequuto eius
accessu, & obitu in Vrbe in Officio Iudicis cri-
minalis, vt in Summ. Hieronymę.

Non responsio data impossibilitati dandi do-
tem scut. 4000. imò longè minorem ex tenuita-
12 te patrimonij apparente ex inuentario hęredita-
rio, & ex instrumentis redditę rationis, & nunc
confessata, quod scilicet patrui se obligarunt de
proprio. Tum quia Cęsar dixit alias de proprio
tantum, vbi eius frater non se obligaret, & vbi
Hieronyma non consentiret, quorum vtrumque
13 sequutum fuit; † Et nihilominus promissio cura-
toris nomine proprio fit pro maiori cautela ma-
riti non animo donandi, seu non repetendi *Bart.
in l. cum post. §. 1. num. 2. vers. dicendum est ergo,
ibiqu. Cuman. numer. 2. ff. de administr. tut. Gabr.
cons. 5 sub num. 42. lib. 1. Rota in Romana de Cin-
cijs 5. Iunij 1604. coram. Card. Millino*, & frater
qui accessit non potest † in plus teneri, *§. fide-
iussor. instit. de fideiuss. cum alijs per Henriq. de fide-
iussor. cap. 24. num. 31. & 32.* Tum quia dum ex
hoc Cæsar passus est iacturam de proprio etiam
attenta summa verè promissa scutor. 3150. vt pa-
tet in dictis instrumentis solidationis computo-
rum, nulla ratione dicendum est tanto maiorem,
15 & exorbiantem † sustinere voluisse quantam
fecisset si scuta 4000. verè promisisset in præiu-
dicium etiam propriorum filiorum.

Non responsio data confessiionibus fratrum
in diuersis instrumentis solidatæ cum Cæsare ra-
tionis, quod non sint de constitutione, sed de
solutione dotis scutorum 3150. Quia confessio
Ludouici est nimis clara, ibi, *per maritarle &c.
è stato necessitato à costituirli &c.* Et confessio D.
16 Canonici Marij dicens fuit coactus † soluere
dotes, benè declaratur de dotibus constitutis ex
subsequentibus verbis, ad effectum illas honori-
ficè nubendi, & ex alijs deductis in vltima de-
cisione *vers. minus obstare*. Et fuerunt valde pon-
derata verba fuit coactus, quæ clarè demonstrant
etiam dictam summam verè constitutam fuisse
17 excessiuam. † Quæ confessiones stantibus ad-
miniculis deductis probant etiam contra Hie-
ronymam, vt præter allegatos in prima decisio-
ne *coram R. P. D. meo Rojas, Rota decis. 362. n. 8.
in fin. par. 1. recent. & in alijs.*

Nec facit assertio dicti Marij in instrumento
donationis factæ Cæsari absenti istum soluisse
pro dotibus sororum scuta 6000. ex eo quod fue-
rit eo præsente ratificata. Quia subsistit respon-
sio data in prima decisione §. *Denique*, magis at-
18 tendendam esse † dictam posteriorem assertio-
nem tamquam magis specificè ponentem sum-
mam vtriusque dotis, vt esse vulgare dicit *Mandell.
cons. 237. num. 16* posteriorem, & factam coram
Iudice *Rota coram bon. mem. Buratto decis. 543. n. 7.*
& recipientem fomentum ex confessione alterius
19 fratris, & partitis computorum † ab ipso quo-
que Mario approbatis *Acchil. decis. 1. de confess.
passim approbatus*. Cum præsertim subsistat ratio
donationis, quod Cæsar remanebat creditor vl-
tra bona hæreditaria etiam quod non soluisset
pro dotibus scuta 6008. necnon alia ratio con-
20 seruationis familiæ, † vnde acceptatio donatio-
nis non refertur ad enunciatiuam non necessa-
riam *Mandell. consil. 59. num. 11. Rota coram bon.
mem. Buratto decis. 136. numer. 4. & in Auenionen.
Vsusfructus 13. huius mensis coram me.*

Nec responsio data constitutioni dotis postea
factæ Artemisiæ sorori in scutis 2100. statim sol-
uendis, vel in eadem summa scutorum 3150. in
paghis, vt testantur etiam eius filij, quod illius
vir non esset earumdem qualitatum, quarum
erat Alaolinus; Cum non iustificetur, immo
contrarium appareat ex attestatione data, quod
erat Doctor qualificatus, habens omnes gradus,
& honores, & ex familijs nobilibus eratque iuue-
nis cum Alaolinus esset senex. Vnde nec facit re-
uelatio testium, quod solet constitui maior dos
21 vni sorori, quam alteri, † iuxta occasiones ma-
ritorum, cum (omisso quod non probat) duo so-
lum dicant de patruis, nec loquantur, quando sũt
curatores, in quibus intrat ratio primæ decisio-
nis nec specificent casus, & qualitas inæqualita-
tis meritorum, cum qua deponunt non verificetur
in casu nostro, & semper subsistit dictorum filio-
rum

22 rum dictæ æqualitatis † dotis habens pro se iuris præsumptionem, & contraria reuelatio neptis Hieronymæ in propria domo amitæ non est attendenda, dum præcipuè ex instrumento dotis maternæ conuincitur de mendacio circa summã.

Non responsio data longissimæ obseruantiæ, & taciturnitatis Hieronymæ ex reuelatione testium de auditu ab illa, quod nolebat mouere litem patruis viuentibus, quia etiam quod parte citata examinarentur non facerent, ex quo nullus dicit ratione census, sed vnus pro integra solutione dotis, nõ alij pro eo quod sibi debebatur; Vnde potuit ita dicere antequam facta fuisset integra solutio secundæ dotis, quæ fuit subsecuta: Ac vl-
23 terius dum habemus causam non petitionis† expressam in dicta apoca matrimoniali, vt Hieronyma staret tacita pro omni eo, quod prætendere posset, taciturnitas est dictæ causæ apparenti tribuenda *l. quædam mulier, ff. de reiuend.* non autem assertæ ab ipsa parte *l. exemplo. C. de probat.*

Nec faciunt coniecturæ adductæ pro veritate. Quia (excepta distributione pagarum facta in ea-
24 dem apoca nullatenus attendenda tamquam ad eadem pompam ex allegatis in prima decisione, *& per Rotam decis. 11. num. 18. par. 7. recent.*) nulla alia coniectura respicit summam scutorum 4000. in qua sola consistebat simulatio.

Calculus demum datus pro Hieronyma peccat in duobus, vt per Informantes pro Cæsare, & optimè procedit factus in vltima decisione, sed præsertim peccat in eo, quod ponit ad creditum Hieronymæ fructus census decursos ante completam solutionem secundæ dotis, cum tamen dum illius sors comprehenditur sub summa
25 promissa, † attendendum sit tempus promissionis factæ sub expressa lege, vt Hieronyma quietaret de omni eo, quod prætendere posset, vt quam fuit transfusum debitum census in debitum dotis; Et proinde si fundus censuatus perijsset
26 † non potuisset minui obligatio dictæ dotis, & dilatio concessa ad soluendum ex qua fructus non debentur *Adden. a san. mem. Gregor. XV. decis. 297.*
27 *num. 30.* concernit merum † interesse viri non vxoris à quo solo propterea concedi potest *Faber. in suo C. lib. 5. tit. 9. definit. 2. Fontanell. de pact. nuptial. clausul. 6. glos. 2. par. 2. num. 5.*

Et ita decisum vtraque parte informante.

In hac causa emanarunt tres decisiones, prima est sub die 23. Iunij 1638. coram bon. mem. Card. Hironymo Verospio, & secunda sub die 15. Februarij 1641. coram Reuerendissimo Terracinen. & tertia sub die 21. Iunij 1641. coram eodem. prima est decisio 272. penès Zacc. de obligat. Cameral. altæ sunt supra in hac parte decisiones 3. & 39.

DECISIO C.

R. P. D. BICHIO

Rosanen. Decimarum.

Mercurij 18. Iunij 1642.

Est impressa inter Bichio in Tom. 1. Decis. *96.*

R. P. D. CARRILLO.

Postea Præside VALLISOLETANO

Aquilana Dotis Cappellaniæ.

Mercurij 18. Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

Iudex appellationis, quando non dicatur, tantum tamquam in secunda instantia pronunciare, itaque non obstet, sit in commissione non adsit clausula, quam, & quas, & alia plura circa materiam Iudicis appellationis.

SVMMARIVM.

1 *Clausula, quam & quas, vel cum toto negotio principali quid operetur.*
2 *Iudex, quando dicatur declarasse, vel procedere, tamquam in prima.*
3 *Sententia, quando substineatur eo modo, quo substineri potest.*
4 *Iudex appellationis, quando non possit cognoscere de meritis causæ, sed solum reuocare, vel confirmare primam sententiam, & num. 5.*
6 *Iudex appellationis, quando benè potuit reuocare sententiam iam latam, & vnico contextu attentis meritis causæ pronunciare super iustitia.*
7 *Protestatio facta in prima instantia, si postea in secunda non repetatur, censetur ab ea recessum.*
8 *A protestatione facta, quando facto ipso per partem dicatur recessum.*
9 *Sententia redditur nulla ob incertitudinem.*
10 *Alternatiua posita inter genus, & speciem non reddit dispositionem incertam.*
11 *Donatio earum rerum, quæ quis sibi reseruauit ex donatione omnium bonorum, an dicitur valida, tamquam sublata sibi facultate testandi.*
12 *Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum, valet, reseruato sibi vsufructu.*
13 *Et maximè si vsufructus sit notabilis quantitatis.*
14 *Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum factum fauore Ecclesiæ, valida est, licet donans nihil sibi reseruauerit ad effectum testandi.*
15 *Donatio secunda facta de summa certa, in prima donatione ad effectum testandi fauore Ecclesiæ, valida est.*
16 *Actione personali, quando non possit agi contra primum donatarium per secundum.*
17 *In actis ea, quę non sunt dicuntur esse extra Mundum.*
18 *Testamentum, vt obstet, quid sit probandum.*
19 *Donatarius vniuersalis tenetur ad onera relicta per donantem actione reali, & personali, & num. 20.*
21 *Donatarius non potest volũtatem donantis impugnare.*
22 *Et maximè quando fuit præsens donationi, & obligauit se ad obseruationem.*
23 *Identitas bonorum ex indicijs etiam probare potest.*
24 *Possessor præsumitur fructus percepisse.*
25 *Possessor à die motæ litis tenetur ad restitutionem fructuum.*

DECISIO CI.

CONfraternitas Sanctissimæ Trinitatis Ciuitatis Aquilæ vti donataria vniuersalis Iulię de Rubeis

beis condemnata fuit ab *Episcopo* Aquilano ad
præstandam dotem in summa scutorum 800. pro
fundatione Cappellæ in Ecclesia Sanctæ *Mariæ* de
Picentia dictæ Ciuitatis iuxta dispositionem eius-
dem donatricis, sed quia dicta Confraternitas no-
luit acquiescere sententiæ Episcopi causam ap-
pellationis introduxit coram A.C. qui licet d. sen-
tentiam vti nullam ob defectum citationis reuo-
cauerit attentis tamen meritis denuo eandem
Confraternitatem ad præstandam dotem Cappel-
læ, vna cum fructibus censuum à fundatrice hac
de causa assignatorum decursis à die motæ litis
condemnauit.
Ab hac secunda sententia iterum appellauit
Confraternitas sub die 26. Iunij 1640. verum
ex quo appellationem prosecuta non fuit, nisi
30. Iulij subsequentis, & sic post lapsum decen-
dij resolutum fuit coram R. P. D. meo Patriar-
cha Panzirolo constare de re iudicata, vt in de-
cisione coram eo emanata sub die 1. Iulij supe-
rioris anni, super qua data noua audientia dubi-
taui vti subrogatus in locum d. D. Patriarchæ ab-
sentis An sit recedendum à decisis, & pro confir-
matione decisionis fuit responsum ex rationibus
in ea benè deductis.
Quibus non obstare visa fuerunt ea quæ ho-
die adducebantur pro Confraternitate tam con-
tra validitatem, quàm contra iustitiam dictæ sen-
tentiæ A. C. ad impediendum eius transitum in
rem iudicatam.
Nam quoad validitatem primo non obstat,
quod A.C. pronunciauerit prout in prima absque
1 commissione continente clausulam; † quam &
quas, vel cum toto negotio principali, prout re-
quiritur ad hunc effectum, vt dixit in specie *Ro-*
ta in Anconitana hæreditatis 11. Martij 1616. coram
Vbaldo, quæ est decisio 59. sub num. 4. impress. apud
Modern. de manut. quia obiectum diluitur ex facto
2 cum Iudex non declarauerit velle pronunciare
prout in prima, sed solum dixit, ibi, *in secunda,*
seu alia veriori instantia, subdens postea in fine,
ibi. *Ita dicimus, & pronunciamus non solummodo præ-*
fato, sed etiam omni meliori modo &c. quæ clausula
3 facit, vt sententia sustineatur eo modo quo pro-
ferri potuit iuxta distinctionem Rotæ, *de qua Ve-*
rall. decis. 124. per tot. par. 1. Put. decis. 124. n. 2. lib. 2.
in correct. Buratt. decis. 241. num. 5.
Secundo non obstat, quod stante protestatio-
4 ne facta pro Confraternitate Iudex † appellatio-
nis non potuerit cognoscere demeritis, sed so-
lummodo reuocare dictam sententiam, vt nullam
Bart. in l. cum quærebatur num. 4. ff. de re iudic. Vant.
de nullitat. tit. quod, & intra quod tempus num. 11.
Rota coram bon. mem. Coccino decis. 206. nu. 1. & 13.
inter eius impress. Quia vltra quod Procurator
5 † in d. protestatione non dixit, quod prius debe-
ret pronunciari super nullitatibus, quam super
negotio principali, sed solum inquit, ibi, *constare*
de nullitate, & notoria iniustitia sententia de partibus,
& consequenter non fecit transitum in iudicatum, & ve-
6 *nit reuocanda prout instat &c.* Et sic † Iudex benè
potuit in eadem sententia reuocare illam de par-
tibus vti nullam, & postea vnico contextu atten-
tis meritis denuo pronunciare super iustitia *iuxta*
decis. Aegid. Bellam. 295. approbatam in exaduerso al-
legata decis. 206. bon. mem. Coccino sub n. 15.

7 In omnem euentum cessat penitus difficultas
ex eo, quod d. protestatio facta fuit in principio
processus secundæ instantiæ, neque deinde legi-
8 tur amplius † repetita, & tamen post eam fuerunt
discussa merita causæ parte citata, & non con-
tradicente vnde censetur Confraternitatem ab as-
serta protestatione recessisse, *iuxta notata per Sa-*
lust. Tib. in praxi A. C. lib. 2. cap. 25. n. 25. & cap. 27.
n. 2. & 3. Caualer. decis. 348. n. 5.
Tertio non releuat, quod sententia sit alterna-
tiuè concepta condemnans Confraternitatem ad
tot census, siue tot bona in eorum locum subro-
9 gata, † & sic reddatur nulla ratione incertitudi-
nis *Alex. cons. 95. num. 4. in fin. & num. 5. vol. 4.* quia
cum dubitaretur, An census assignati pro dote
Cappellæ essent extincti prudenter egit Iudex dũ
condemnauit Confraternitatem ad eorum resti-
tutionem, siue ad tradendum tot bona æquiua-
10 lentia, & hoc casu alternatiua posita inter genus,
& speciem, non reddit sententiam incertam, &
nullam, quia stat declaratiuè, vt optimè declarat
idem Alex. in d. cons. 95. à num. 8. vsque ad num.
13. vol. 4. quem sequitur *Gratian. discept. for. cap. 201.*
num. 45.
Quo vero ad iustitiam ea impugnari nequit eo
sub prætextu, quod donatio secunda scutorum
800 facta in tot censibus pro dote Cappellæ sit
nulla, vti facta de summa reseruata in prima do-
11 natione omnium bonorum præsentium, & fu-
turorum ad effectum testandi: cum exinde fuerit
sublata facultas testandi, *vt ex doct. Bolognet. in l.*
fin. num. 133. C. de pact. firmat *Fontanell. de pact. nupt.*
clauf. 4. gloss. 23. num. 20. & 21. & sic iniustè egerit
Iudex dando executionem sententiæ nullæ.
Quia cum in donatione vniuersali omnium bo-
norum fuerit reseruatus vsusfructus eidem dona-
trici quoad vixerit non erat opus aliam facere
12 reseruationem † certæ quantitatis ad effectum te-
standi, vt tradunt *Abb. in cons. 102. lib. 2. Alex. in l.*
stipulatio hoc modo concepta ff. de verb. oblig. Molin. de
Hispan. Primog. lib. 2. cap. 20. num. 2. Guttier. de iuram.
confirm. cap. 1. num. 14. Ant. Gomez. in l. 64. Tauri
num. 3. Rot. decis. 342. num. 2. par. 2. recent. Quod eo
magis procedit, quando vsusfructus est notabi-
13 lis considerationis, prout in casu † præsenti cum
soli census redderent annua scuta 265. vltra red-
ditus domorum, & aliorum stabilium, *Rot. decis.*
10. num. 9. par. 5. recent. & cessat omnis hæsitatio,
cum donatio omnium bonorum fuerit facta ad
fauorem Ecclesiæ, quo casu sustinetur etiam nul-
la facta reseruatione ad effectum testandi, *Bart. in*
l. fin. num. 13. C. de pact. Bald. in auth. si qua mulier. C.
de sacrosan. Eccles. Couarr. de testam. in 2. part. rubr.
num. 5. vers. his accedit. Vinc. de Franch. decis. 168.
Cancer. var. cap. 8. de donat. num. 47. vers. quam tamen
15 *Rot. decis. 5. num. 3. coram Buratto*, consequenter
secunda donatio facta de summa certa reseruata
in prima ad effectum testandi valida quoque est.
Prout nec obstat, quod data validitate dictæ
donationis adhuc sententia A.C. detegatur iniu-
sta ex quo Iulia fecit sibi hæredem vniuersalem
in testamento Ecclesiam S. Mariæ Transpontinæ
de Vrbe, & propterea non potuerit agi actione
16 personali contra Confraternitatem primam do-
natariam non facta prius discussione contra hæ-
redem *Guidop. decis. 105. cum alijs allegat.* quia
asser-

assertum testamentum Iuliæ non est in actis, &
1 ideo perinde est, ac si esset extra Mundum *Castrens. in l. ait Prætor, §. si Iudex, vers. & pro hoc ff. de re iud. Rot. decis. 238. num. 7. cum seqq. penes Modern. de manuten.*, vt vlterius. nec etiam constat, quod hæres scriptus in dicto testamento declara-
18 uerit se talem, seu hæreditatem agnouerit, prout requiritur *ad l. pro hærede, l. gerit, ff. de acquir. hæred. Parlad. lib. 2. rer. quotid. cap. fin. 5. par. §. 1. nu. 4. Peregr. cons. 93. n. 1. vers. quare scriptura vol. 3. benè Dec. cons. 45. n. 53. & seqq. vol. 2. Bardellon. cons. 720. num. 19. lib. 1.*

Imò potius constat de contrario, quia Confraternitas possessionem accepit omnium bonorum hæreditorium, & in specie censuum assignatorum pro dote istius Cappellæ, & propterea ipsa tene-
19 tur vti donataria vniuersalis ad onera relicta per donatricem actione reali, & personali, *Parlad. lib. 2. rer. quotid. cap. fin. 4. part. §. 2. num. 5. per tot. Boer. decis. 204. num. 41. cum seqq. Cancer. var. cap. 8. de donat. num. 44. Grat. discept. for. cap. 256. num. 17. &*
20 *seqq.* Quia responsione tollitur etiam obiectum desumptum ex credito anteriori ipsius Confraternitatis proueniente ex particulari donatione annorum scutorum 25. ad effectum retinendi Cappellanum perpetuum facta ab eadem Iulia ante donationem vniuersalem.

Maximè cum eadem Confraternitas acceptauerit donationem omnium bonorum præsentiũ, & futurorũ in qua ex pacto reseruati fuerunt ducati 1500. pro donatrice ad effectum de illis disponendi ad suæ libitum voluntatis, vnde cum disposuerit de ducatis 800. pro dote istius Cappellæ in tot censibus, qui seu bona stabilia in eorum loco subrogata existunt penès d. Confraternitatem, vtique ipsa tenetur ad hanc dotem
21 præstandam ex pacto in dicta donatione apposito etiamsi adesset hæres vniuersalis, quia donataria non potest donantis volunratem impugnare, sed debet seruare legem donationi adiectam *leg. & cum res, C. de donat. facit in text. in l. rebus, C. de rer. permut. Surd. de alim. tit. 9. quæst. 23. nu. 14.*
22 & eo magis in præsenti vbi donataria præsens donationi se obligauit ad obseruandum omnia in ipsa donatione contenta *l. 1. ff. de pact. Aldou. cons. 19. num. 19.*

Hincque etiam patet iustitia dictæ sententiæ A. C. quoad condemnationem restitutionis fructuum dd. censuum à die motæ litis, quia dum probatur Confraternitatem accepisse possessionem omnium bonorum dictæ Iuliæ *Summ. num. 9.* & in specie dd. censuum, vt conuincitur ex eorum extinctionibus *Summ. num.* 8. vbi leguntur idem census relati per donatricem in secunda donatione facta pro dote Cappellæ, & concordat in
23 quantitate, quod sufficit ad probandum eorum identitatem, quæ ex indicijs quoque probatur *Afflict. decis. 25. num. 3. Surd. cons. 418. num. 68. Gregor. XV. in decis. 455. num. 9.* Certum est, quod ex ista possessione præsumitur per Confraternitatem fructos fuisse perceptos iuxta dicterium Ro-
24 tæ possedisti, ergo fructus percepisti, *vt in decis. 584. num. 1. coram Durano inter eius impress. Negusant. de pignorib. in 2. membr. 3. parte num. 19. vers. sed in hoc posset dubitari. Gregor. XV. decis. 50. n. 2. & inter recent. decis. 571. num. 1. & decis. 727. pariter sub num. 1. decis. 761. num. 2. par. 3.* & consequen-
25 ter debuit eadem Confraternitas ad eorum restitutionem condemnari à die motæ litis, vt de Iure fit in quolibet iudicio *l. 4. §. post litem, ff. fin. regund. §. 1. instit. de offic. Iud. Rota decis. 7. de dol. & contum. in nouis. Surd. cons. 203. num. 10. Buratt. decis. 558. num. 1.*

Et ita vtraque parte informante fuit resolutum, &c.

R. P. D. CARRILLO.

Postea Præside VALLISOLETANO.

Romana Successionis.

Veneris 21. Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

Testator si aliquem hæredem instituerit, dato, quod ex falsa, & erronea causa, quæ iustificata fuerit, mutauerit testamentum, cum id fuerit factum ex causis, quæ non subsistunt non tollit primum testamentum, cum secundum fuerit nullum, & plura deducuntur circa probationem talis causa, & dicta testium.

SVMMARIVM.

1 *Causa finalis, & vnica illa dicitur sine qua disponens ita non disposuisset.*
2 *Testator, quo ex errore motus fuerit ad mutandum testamentum, ex quo probatur.*
3 *Quærela criminalis, quod fuerit data alicui ad suggestionem certæ personæ, ex quibus dicatur constar.*
4 *Causa falsa, & erronea, satis dicitur iustificata. eo ipso, quod docetur rem aliter fuisse.*
5 *Testator si ex falsa causa mutauerit testamentum, àlias non mutasset, id probato subsist primum testamentum.*
7 *Testamentum secundum conditum ex falsa, & erronea causa corruit, & non tollit primum.*
8 *Testamentum, quando non subsistit successio defert ab intestato,*
9 *In actu aliquo, quando plures numerantur causæ, licet omnes dictæ causæ non subsistunt, non ex hoc corruit actus.*
10 *quod procedit etiamsi aliæ ex dictis causis fuerunt expositæ cum dictione, præsertim.*
11 *Voluntas Testatoris ex quo dicatur probata.*
12 *In Animo alicuius, ea quæ consistunt, status eius declarationi.*
13 *Ad Testatoris voluntatem declarandam sufficium duo testes.*
14 *Quod procedit etiam si testes sint singulares.*
15 *Testes examinati absque citatione, & absque intimatione pro certis diebus, & horis, non sunt validè examinati.*
16 *Testis mandax in vno in omnibus reputatus talis. Testi mendaci in vno in reliquis non adhibetur fides propter indiuiduitatem iuramenti.*
17 *Testamentum, ex quibus dicatur conditum pro conseruatione agnationis.*
18 *Testes quando fuerunt inducti ab vna parte, & ad illius instantiam seruatis seruandis iurarunt.*

Tunc

Tunc ad instantiam alterius partis possunt examinari absque reiteratione terminorum iudicialium, cum fuerint effecti communes.

19 *Intimatio ad videndum examinari testes, quando dicatur adesse.*

20 *Filius succedit patri, exclusa sorore condecenter dotata, secundum Statut. Vrb.*

22 *Testes per distinctionem temporum concordantur.*

23 *Amor nepotum comparatiuè ad amor filiorum, iste est longe maior.*

Testium dicta, non sunt cauillanda, sed potius coadiuuanda, & pro viribus substinenda.

24 *Testes, quatenus patiantur aliquod defectum, id suppletur ex numero.*

25 *Amor magnus, quod quis alicui gerat, id dicitur constare ex aliqua donatione ei facta considerabili.*

26 *Adminicula operantur, vt testibus magis credatur.*

27 *Testes, quatenus non sint omni exceptione maiores, id suppletur ex adminiculis.*

28 *Testes partes aduersæ, eo magis probant pro altera parte*

29 *Testes dicuntur bonæ qualitatis, si inter eos adsint Sacerdotes, Doctores, Medici, &c.*

30 *Testes, qui non concludunt in dicto non probant.*

31 *In Testium concursu, sunt præferendi illi, qui magis specificè deponunt, & adminiculis sunt suffulti.*

32 *Præsumptio cedit probationibus.*

33 *Appellatione filiorum naturalium, & legitimorum veniunt etiam filiæ.*

34 *Fœminæ non valent conseruare agnationem.*

DECISIO CII.

SVb die 15. Decembris 1636. firmatum fuit in hac causa testamentum Henrici Vicourt substineri ad fauorem Henrici iunioris sui nepotis non obstante, quod Cecilia eiusdem Testatoris filia prætenderet testamentum præfatum fuisse conditum ex falsa causa, & sic successionem ad se spectare, quia re vera ex tunc deductis prętēsa falsa causa, & quidem finalis, prout requiritur non probatur, sed examinatis postea hinc inde alijs testibus repropòsui causam super eisdem, & Domini in hac secunda repropositione ex nouiter deductis recesserunt á decisis.

Constat enim hodie testatorem ex falsa causa motum fuisse ad testandum fauore nepotis reuocando institutionem d. Cæciliæ filiæ per prius factam in alio testamento, nempè quia credidit carcerationem ab ipso passam cum Lucretia concubina fuisse procuratam ab eadem Cæcilia, & Io. Thoma Sacco eius viro, vt egregiè deponūt quatuor Testes post præcedentem decisionem examinati, quorum duo fuerunt exaduerso inducti, & hoc idem comprobat, secundus Testis ab eodem Henrico iuniori examinatus, *vt in Summar. impresso num. 4. 5 6. 7. 8. 11. & 21.* concludentes dd. quatuor vno ore, quod Testator obijt cum hoc erroneo, & falso supposito, hancque apparet fuis-
1 se causam † vnicam, & finalem, itaut nisi ità credidisset omnia sua bona dictæ Cæciliæ reliquisset prout ipsemet eisdem testibus sæpiùs dixit, causa enim finalis, & vnica illa dicitur, sine qua testator sic non disposuisset *glos. in l. fin. verb. modus ff. de hæred. instituen. ibiq. Bart. num. 2. & Bald. num. 6 in summa §. id quoque, ff. de condit. indebit. Abb. in cap. post translationem num. 18. & de renunciat. Bett. cons. 20 nu. 10. Aym. cons. 141. num. 9. Surd cons. 164. num. 31. & 32. lib. 2. Buratt. decis. 377. nu. 4.*

Quod autem causa, quæ mouit Testatorem fuerit falsa, idest quod ipsius carceratio procura-
2 ta non fuerit à Cecilia, † nec ab eius virò clarè probatur ex testibus pariter datis in *d. Sum. num. 12. cum seqq.* inter quos extat index causæ dictæ carcerationis, & delator accusationis, qui totam facti seriem recenset declarando carcerationem præfatam secutam fuisse ex ipsiusmet delatoris denunciatione subdens hoc fuisse ad suggestionem cuiusdam Alexandri inimici dictæ Lucretiæ concubinæ Henrici, Testatoris, ob quam denun-
3 ciationem recepit, & ipse mercedem mediante ordine directo ad Bancum DD. de Sacchettis tūc Depositarijs Reuerendę Cameræ Apostolicæ, vt in *d. Summ. nu. 13.* Quinimò vbi dd. Cæcilia, & eius maritus intellexerunt Patrem & Soceram respectiuè esse carceratum valde contristati sunt, om-
4 nemq; conatum fecerunt pro illius † excarceratione fideiubendo etiam de proprio, vt dicunt testes *d. Summ. num. 15.* ibique datur quoque instrumentum fidei iussionis, ex quibus benè iustifica-
5 tur falsa, & erronea † causa, quæ dicitur probata eo ipso, quo docetur rem aliter se habere, *l. si post diuisionem. C. de iur. & fact. ignoran. l. cum indebito, ff. de probat. Bart. in l. sed & si me putem num. 2 ff. de condit. indebit. & in l. non fatetur nu. 10. ff. de confess. Paris. cons. 7. num. 6. lib. 3. Aym. cons. 188. num. 9. Buratt. decis. 282. num. 2.* & fuit dictum *in Eugubina erroris calculi 10. huius mensis currenti coram me.*

Cum igitur ex prædictis pateat, quod Testator hæręditate priuauerit Cæciliam ex falsa causa
6 carcerationis, quodque alias eam hæredem vniuersalem instituisset, sicut fecerat in primo testamento propria manu conscripto, sed non publicato intrat de plano conclusio, quod hoc secun-
7 dum testamentum vti ex falsa, & erronea † causa conditum corruat, & substineatur primum iuxta *text. expressum in l. fin. ff. de hæred. institven. & notat Alex. in l. si pater numer. 1. & 2. C. eod. tit. Curt. iun. cons. 96 num. 7. Cephal. cons. 543. num. 5. & 6. vol. 4. Surd. cons. 1. num. 5. & cons. 373. nu. 19. Mantic. de coniect. lib. 3. tit. 10. num. 7.* vel quatenus primum non
8 substinetur eidem Cæciliæ successio paterna debeatur saltem ab intestato, *§. 1 authen. de hæred. ab intest. venient. & §. in testatorem instit. de hæred. quæ ab intest. deferunt.*

Non obstat, quod testator hanc falsam causam carcerationis non expresserit in testamento, sed potius dixerit se ita disposuisse, quia Cæciliam condecentèr dotauerat in scutis 3000. illique vineam valoris scut. 1500. donauerat, aliaque scut. 50. reliquerat pro suffragio ipsius animæ, & consenserat donationi per Catherinam alteram filiã dictæ Cæciliæ factam in valoris scut. 2365. Vnde inferebatur, quod licet in Codicillis subiunxerit motum fuisse ex causis animum suum dignè mouentibus, & præcipuè propter carcerationem passam ad instigationem Cæciliæ, & eius viri, nihilominus tamen sola carceratio non fuerit causa finalis, cum plures aliæ fuerint in testamento expressæ, & in codicillis saltem in genere repetitæ, & ideò quamuis causa carcerationis falsa detegatur adhuc testamentum substineatur ex regula

9 gula, † quod quando plures exprimuntur causæ non corruat testamentum, seu contractum etiam si omnes non verificetur, *§. affinitatis Instit. de nupt. l. si non lex Elia sentit. ff. de hæred. institut. Ias. in auth. non licet num. 11. C. de liber. præterit. Crass. in §. testamentum, quest. 41. num. 6. Merlin. de legitim. lib. 4. tit. 1. quæst. 20. num. 39. cum alijs allegatis in præceden-*
10 *ti decis.* etiamsi altera † ex causis fuerit exposita dictione præsertim. *Vulpellus de diction. verb. præsertim pag. 8. num. 1. sequitur Barbos. eod. tract. diction. 277. nu. 2.*

Quoniam obiectum cessat ex testibus nouitèr examinatis, qui concludentèr probant causam vnicam, & finalem fuisse solam carcerationem, & ob illam fuissæ Cæciliam hæreditate priuatam
11 idque testatorem † pluries dixisse ante, & post testamentum, quod sufficit ad effectum declarandi eius voluntatē, *Ruin. cons. 92. num. 5. lib. 2. Soccin. iun. cons. 32. nu. 12. lib. 4. Surd. cōs. 412. num. 66. Buratt. decis. 168. num. 17. & 18.* nam cum id consistat in animo standum est eius dicto *glos. in §. aliæ Instit. de action. Menoch. de arbit. cas. 186. num. 5.* quos, & alios post *Bart. in l. fin. num. 14. ff. si quis aliq. testar prohib.* refert, & sequitur in puncto *Surd. in d. cons. 373. num. 42. cum seqq. vbi prius sub numer. 41.* declarat
12 nihil referre, quod falsa † causa non sit expressa in eodem testamento, dummodo ea aliundè probetur, & intestur pro annullatione testamenti iuxta distinctionem *Bart. in d. l. fin. num. 3. ff. de hæred. instit.* quodque dum (prout hic) non agitur de noua dispositione inducēda, sed de declarāda Testa-
13 toris voluntate, circa iam † factam, quod scilicet motus fuerit ex causa carcerationis, duo tantùm testes sufficiant notat. *glos. in l. heredes palam, §. si quid post factum, vbi Bart. & alij. communiter ff. de testam. Surd. cons. 356. num. 9. Bellon. iun. cons. 6.*
14 *num. 9. & cons. 7. nu. 1. idq;* procedit etiam † si testes sint singulares *Castrens. cons. 395. num. 1. col. 3. in princ lib. 2. Aym. cons. 73. num. 33. Buratt. decis. 205. num. 2.* imò tali casu sufficere vnicum testem dixit *Gabriel. in cons. 51. num. 8. lib. 2.* quem secuta est *Rota in Bononien. fideicommissi 16. Martij 1640. coram R. P. D. meo Bichio.*

Minus obstat, ea, quæ contra dd. Testes opponebantur, nempe, quod illi duo ex inductis per dictumHenricum iuniorem fuerint examinati absque citatione, & speciali intimatione pro † cer-
15 tis † diebus, & horis prout requiritur ad hoc, vt possit conduci Intepres, quia adhibetur de stylo Curiæ. *Rota decis. 663. in fin. par. 4. recent. Adden. ad Gregor. XV. in decis. 331. in fin.* alij verò pluries patiantur exceptiones in persona, & in dicto maximè dum dicunt, quod ante testamentum testator declarasset velle hæredem vniuersalem instituere dictam Cęciliam, & quod non diligebat nepotem, cum tamen contrarium conuincatur ex eo, quod in præcedenti donatione vineæ eidem Cæciliæ factæ testator conditionem apposuit, vt d. Cæcilia moriente absque filijs, eo casu succedere deberent in eadem vinea hæredes proximiores in gradu, quam profectò conditionem non apposuisset si eidem absolutè vniuersam hæreditatem relinquere voluisset, idemque appareat, quo ad amorem erga nepotem dum quatuor loca montium emit ad eius fauorem pariter ante conditum testamentum, vt in eius *Sum. num. 9.* Vnde

dicebatur testes in hoc deprehendi mendaces, &
16 sic intrat vulgaris conclusio, quod mendax † in vno mendax in omnibus reputetur, itaut illis nulla sit fides adhibenda ob indiuiduitatem iuramenti *Bald. in l. si ex falsis num. 15. versic. ita est veritas, C. de transáct. Felin. in cap. fraternitatis num. 21. de heretic. Surd. cons. 454. num. 47. Put. decis 28. num 4. lib. 3.* & consequenter testamentum substineatur, cum potius præsumendum sit testatorem
17 motum fuisse ad instituendum † nepotem ex fratre ad effectum conseruandæ agnationis ex ponderatis per *Menoch.* ad hunc propositum *in presumpt. 24. numer. 20. lib. 4. cum alijs allegatis in præcedenti decisione.*

Nam quoad nullitatem examinis ea tollitur ex eo, quod testes fuerant inducti ab eadem parte aduersa, & ad illius instantiam ser. ser. iuraue-
18 rant, quo casu potuerunt ad instantiam † alterius partis examinari absq; reiteratione terminorum iudicialium, vti effecti communes, vt ex doctrina *Innoc. in cap. in præsentiam col. 2. num. 5. de testib. tradit. Aretin. in cons. 142. num. 1. vers. ad quæsitum autem, Capic. decis. 39. num. 3. Boer decis. 245. num. 1.* & de stylo testatur, *Salust. Tiber. in prax. A. C. lib. 2. cap. 13. nu. 10.* & propterea ritè egit hæres d. Cæciliæ, dum testes prædictos, sic ex aduerso inductos, & iuratos præuio iudicis decreto coegit ad subijciendum se examini, & decretum huius coa-
19 ctionis alteri parti intimauit, † vt in copia intimationis data in calce secundæ informationis facti, quæ quidem intimatio in præsenti casu sufficit, quia hæc pars scire non poterat dies, & horas, quibus testes ad se examinandū accederant.

Quo verò ad mendacium pariter cessat distinguendo tempora, quia de tempore donationis vineæ viuebat Octauius eiusdem testatoris filius
20 masculus, qui meritò suo † Patri succedere debebat exclusa sorore iam condecenter dotata, & remunerata, & ideò nil mirum si in eadem donatione fuit apposita conditio ad fauorem hæredis proximioris in gradu in defectum donatariæ sine filijs, quando autem fuit conditum testamentum ad fauorem Cæciliæ, sed non publicatum, & po-
21 steà per secundum ex falsa causa reuocatum obierat iam dictus Octauius, & sic benè verificantur dicta testium deponentium testatorem ante conditum testamentum ad fauorem nepotis declarasse omnia sua bona velle relinquere Cæciliæ cū hoc dixerit Testator post factam donationem vi-
22 neæ, & post obitum Octauij filij masculi; testes enim per distinctionem temporum conciliantur. *Bart. in l. apud antiquos in fin. C. de furt. Alex. cons. 147. nu. 4. ad fin. lib. 7. Dec. cons. 602. num. 6. Caputaq. decis. 270. num. 2. part. 3.* & similiter dum deponunt de modico amore Testatoris erga nepotem, pro qua tamen prius emerat quatuor loca montium
23 dicendum est quod ibi loquantur de† amore erga nepotem comparatiuè ad amorem erga filiam longè maiorem, cum dicta Testium non sint cauillanda, sed potius adiuuanda, & præ viribus substinenda *Bald. in l. de quibus num. 135. ff. de legib. Alexan. cons. 5. num. 12. lib. 1. Cassad. decis. 3. num. 5. de probat. Gregor. dec. 351. nu. 37.*

Et quatenus aliquis in testibus adesset defe-
24 ctus † suppleretur ex eorum numero cum sint nouem, hi, qui deponunt ad fauorem hæredis Cæ-

ciliæ *glos. in l. 3. §. fin. in vers. numerus, ff. de testib. Surd. cons. 28. num. 43. Farinac. de testibus quæst. 54. num. 129. Rot. decis. 298. num. 4. par. 2. recent.* & alibi passim iunctis præcipuè adminiculis resultantibus, tàm ex tot actibus ante carcerationem fa-
25 ctis erga filiam integentem amorem denotantibus, vt sunt donationes considerabilis valoris vltra congruam dotem scut. 3000. tempore quo viuebat Octauius filius masculus, vt supra fuit relatum, quàm ex odio postea superuento causa d. carcerationis, vt colligitur ex expressione eiusdem carcerationis facta in codicillis, in quibus vlterius scuta mille dotis promissæ fuerunt ademta (licèt nulliter) & in residuo post ipsius Cæciliæ obitum sine filijs fuit substitutus idem nepos
26 hæres vniuersalis, † quæ adminicula non solum faciunt, vt testes pro magis probent ex notat. per *Bald. in l. fin. nu. 2. C. commin. & epist. Cæsar. de Grass. decis. 7. num. 4. de proben. Rot. decis. 27. nu. 8. part. 1. diuers.* sed etiam operantur, vt quatenus non essent
27 omni † exceptione maiores adhuc admittantur licet aliàs admittendi non forent, vt dixit *Rota coram Greg. XV. in d. decis. 351. num. 9.* præsertim cũ inter eos adsint duo ex inductis à parte aduersa,
28 qui contra ipsam fortius probant, † absque quod eorum personæ vllo modo reprobari possint, *l. si quis testibus, C. de testib. Surd. cons. 290. numer. 18. Mantic. decis. 274. num. 1. Rota decis. 182. num. 7. par. 1. & decis. 201. num. 10. part. 5. recent. & coram Burat. to in decis. 553. num. 6. & alij,* nullam patiantur exceptionem circa personas, vt patet ex datis in
29 *summar. impresso num. 6.* vbi † apparet inter eos extare Sacerdotes, Doctores, Medicos, & alias personas bonæ qualitatis.

Vnde sequitur, quod duobus ex quatuor testibus ex aduerso nuper inductis ad probandum, quod carceratio testatoris non fuerit causa secũ-
30 di testamenti nulla † fides sit adhibenda, tum quia plurimas patiuntur exceptiones circa personas, de quibus in facto, tum quia non concludunt in dicto *Rota decis. 291. num. 50. & 380. num. 15. & 389. num. 12. part. 5. recent.* sed potius intentionem hæredis Cæciliæ coadiuuent, vt patet ex eorum lectura, tùm & etiam quia sunt duo tantum, &
31 propterea † in concursu aliorum numero plurium magis specificè deponentium, & adminiculis suffultorum non debent attendi. *capie. licet. causam, vers. ex præmissis de probat. glos. magna in cap. si testes 4. quæst. 3. l. ob carmen. §. si testes, & ibi glos. ff. de testibus, Cæsar. de Grass. dec. 13. num. 7. de re iudic.*

Ex quibus cùm probetur solam carcerationem fuisse causam finalem secundi testamenti cessat præsumptio, quod Testator motus fuerit ratione
32 conseruandę † agnationis, quia pręsumptio cedit probationibus *Roman. consil. 156. num. 40. Dec. consil. 400. post num. 8. Rota d. decis. 201. num. 94. par. 5. recent.* quod confirmatur ex lectura eiusdem testamenti, in quo testator nullam de agnatione mentionem fecit, sed potius eam exclusit, dum simpli-
33 citèr instituit nepotem † illiusque filios descendentes legitimos, & naturales, quorum appellatione veniunt etiam fœminæ per *text. in l. vltim. C. de suis, & legitim. authen. de hæred. quæ ab intest. decrunt in princ. l. cognoscere, §. vlt. ff. de verb. signific. cap. nouit extra de iudic. Rebuff in l. liberorum, verb. descendunt, ff. de verb. signific. Rustic. in l. cum Auus lib. 2. cap. 5. numer. 14. & 16. ff. de condit. & demonstrat. Molin. de primogen lib. 1. cap. 6. num. 28. & 29. & lib. 3. cap. 4. nu. 1. cum seqq Peregrin. de fideicomm. artic. 20 nu. 8. & seqq. Surd. decis. 62. num. 2. & decis. 84. num. 6.* Fœminæ au-
34 tem † agnationem conseruare non valent *l. pronunciatio 195. §. familiæ, ff. de verb. signific. Ioan. Andr. in addit. ad Speculat. in titul. de success ab intest. Crauet. cons. 250. num. 2. & cons. 306. num. 5. lib. 2.* cum alijs plaribus, quos refert, & sequitur *Honded. consil. 75. num. 15. & 16. cum seqq.* & fuit dictum *in Bononien. fideicommissi de Leonorijs 2. Martij 1640. coram me.*

Et ita responsum parte vtraque informante.

Decisio ista emanata sub die 15. Decembris 1636. coram eodem R.P.D. Carillo in hac causa erit infra in appendice.

R. P. D. MELTIO.

Ampurieñ, & Ciuitateñ Conuocationis Synodi.

Lunæ 22. Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

Episcopus, si sit in quasi possessione conuocandi Canonicos alicuius Collegiata ad Synodum, non potest ei in hoc denegari manutentio, & ex quibus satis dicatur probata talis quasi possessio.

SVMMARIVM.

1 *Possessio. quando remanet probata, manutentio non potest denegari.*
Quod est verum tam de Iure, quam de stylo, num. 1.
2 *Quasi possessio incorporalibus acquiritur per vnicum actum.*
3 *Beneficiatus non probat pro sua Ecclesia.*
4 *Quod tamen procedit, quando Beneficiatus habet interesse principaliter, secus si accessoriè.*
5 *Testis famulus tunc non probat pro Domino, quando actualiter seruit, secus si cessauit ab eius famulatu.*
6 *Episcopus, quod conuocauerit ad synodum aliquod Capitulum ex quo doceatur, &* num. 7.
8 *Canonici, si habeant curam animarum, pernecesse tenetur ad synodum interuenire.*
9 *De Fauore piæ causæ, & diuini cultus, numquam præsumitur materia facultatiua.*
10 *Actus non præsumitur facultatiuus, dum sit cum incommodo, & expensa.*
11 *Episcopus, quod sit in quasi possessione Canonicos alicuius Collegiatæ conuocare ad synodum, ex quo etiam possit doceri.*

DECISIO CIII.

CVm in Insula Sardiniæ adessent duæ Cathedrales scilicet Ampurieñ, & Ciuitateñ, Iulius II. felic. recor. ob illarum bimiam fructuum tenuitatem primam vacaturam per cessum, vel decessum alteri superexistenti vniuit, cum hac tamen reseruatione, vt inter ipsas nulla adesset præeminentia. Post talem vnionem illa Ciuitateñ fuit demolita ob destructionem totius Ciuitatis, & sic sub iurisdictione Ampurieñ remanserunt omnes Ecclesiæ Ciuitateñ, vnde postea à Gregorio XV. fel. recor.

recor. de anno 1621. suppressa Ecclesia Parochiali Villæ de Tempio, quæ aliàs sita reperiebatur in Diœcesi Ciuitateñ in ſea fuit erecta Collegiata cum octo Canonicis, & vno Decano, qui in eadem Ecclesia caput existeret, & curam animarum, quæ erat prius penès Rectorem exerceret, sine tamen præiudicio iurium Ecclesiæ Ampurieñ, cuius Episcopo fuit reseruata eadem potestas, ac iurisdictio, quam habebat in Rectorem, & Ecclesiam ante erectionem in Collegiatam, & quod dicti Canonici, & Decanus subijcerentur mandatis Episcopi, & Vicarij *Summ.* Episcopi *num.* 1.

Prætendunt hodie dicti Canonici non posse compelli ad interessendum Synodo in dicta Cathedrali Ampurieñ celebrandę; prout interfuerunt ab anno 1621. vsque ad annum 1640. dict. *Summ. num.* 3. Vnde hac causa mihi commissa, & disputato dubio, An Episcopo sit dandum mandatum de manutenendo in quasi possessione conuocandi ad Synodum Canonicos Collegiatæ Villæ de Tempio, Domini affirmatiuam amplexi fuerunt resolutionem.

Probat enim Episcopus concludenter suam possessionem conuocandi dd. Canonicos ad Synodũ in sua Cathedrali Ampurieñ ex pluribus Synodis vsque ad annum 1640. ex præcepto eiusdem Episcopi, & vigore soliti Edicti ex facultate Triden. sess. 24. cap. 2. de reformat. Vnde dum talis posses-
1 sio † remanet probata, per consequens manutentio non videtur deneganda *l. 1. §. fin autem, C. commun. de manumissio, l. si seruus, ff. quod cum eo, Guidop. decis.* 366. vbi dicit hoc esse verùm tàm de iure, quàm de stylo, *Menoch. de retinen. possess. remed.* 3. *num.* 557. *Marescott. var. lib.* 2. *cap.* 64. *num.* 1. *Rot. decis.* 418. *num.* 1. *coràm bon. mem. Card. Caualer. & decis.* 203. *num.* 1. *par.* 7. *diuers.* imò in isto casu sufficе-
2 ret vna tantum Synodus, † cum in corporalibus quasi possessio acquiratur per simplicem vnicum actum tantum ita *Abb. in cap. cum Ecclesia num.* 23. *& sequen. de caus. possess. & propriet. & ibi Rip. n.* 52. *Rolan. cons.* 47. *num.* 27. *lib.* 1. *Rota decis.* 196. *num.* 2. *par.* 1. *diuers. Seraph. decis.* 339. *num.* 4.

3 Non obstat, quod testes pro Episcopo examinati, alter sit † Beneficiatus Ecclesię Ampurieñ, alter autem sit famulus eiusdem Episcopi, & sic concludenter non probent *Rota in Boianen. pensionis coram Penia apud Marches. par.* 1. *fol.* 617. *num.* 5.

Quia quoad primum testem Beneficiatum ille non reijcitur à testimonio pro Ecclesia, in qua
4 est † Beneficiatus, dummodo principaliter de eius commodo non agatur, licet secundario commodum aliquod honoris ipse sentire posset *Dec. consil.* 342. *Alex. cons.* 63. *lib.* 2. *Ruin. cons.* 111. *nu.* 6. *lib.* 5. *Honded. cons.* 79. *num.* 40 *lib.* 1. *Rota decis.* 340. *num.* 2. *&* 3. *coram Gregor. XV.*

De altero verò teste respectu famulatus Episcopi, nec etiam est facienda aliqua ponderatio, dum constat de tempore depositionis illum non fuisse
5 famulum, † quod sufficit ad effectum, vt non repellatur à testificatione pro suo Domino, etiamsi salarium percipiat *Gabr. de testib conclus.* 10. *num.* 9. *Farinac. eod. tit. quæst.* 55. *num.* 145. *Put. decis.* 3. *versic. pro ista parte in correctis lib.* 1. *& in Cusentina beneficij, seu attentatorum* 1. *February* 1634. *coram Episcopo Vrgellen.*

Nec etiam obstat, quod dicti Canonici præsupponant ad Synodum voluntariè accessisse.

Quia contrarium probatur ex testibus pro parte Episcopi examinatis disponentibus, dictos Canonicos accessisse ad Synodum ex præcepto eius-
6 dem † Episcopi, & vigore soliti Edicti ad hunc effectum in tota Diœcesi edicti, in cuius executionem præsumuntur interuenisse, vt tradit *Marsob. de Synodo cap.* 2. *dub.* 7. Vnde si accesserunt suis debitis temporibus iuxta formam supradictorum Edicto-
7 rum per octo, vel decem vices, dicendum est, † illos accessisse semper ex conuentione, & pręcepto Episcopi, maximè, quia Canonici dictæ Collegiatæ
8 sub se habent curam animarum, † & pernecesse tenentur Synodo interuenire, *Hern. Bott. de synodo par.* 2. *num.* 31. *inter tract. diuers. tom.* 13. *par.* 2. *fol.* 382. *Barbos. de Episc. alleg.* 93. *num.* 12.

Neque dicatur, talem accessum fuisse faculta-
9 tiuum quoad Canonicos, † quia vbi agitur de fauore piæ causæ, & diuini cultus nunquam præsumitur materia facultatiua, *Gregor. XV. decis.* 162. *littera C. vers. tertio*, vbi maximè dum agitur de multiplicitatis actibus cum incommodo, & ex-
10 pensa, † quia tunc non præsumuntur voluntarij, *Gratian. discept.* 681. *num.* 6. *Rota decis.* 86. *par.* 4 *diuers. &* 640. *num.* 3. *par.* 2. *recent.*

Nec tandem obstat, quod Canonici Collegiata de anno 1640. accesserint ad Synodum, & postea discesserint, nec Synodo interfuerint.

Quia ipse accessus confirmat quasi possessionem Episcopi conuocandi, & discessus emanauit ob discordias in loco sessionis in eadem Synodo datas cum Canonicis Cathedralis, vnde per talem di-
11 scessum ob dictam † discordiam Episcopus priuatus minimè remansit, sua quasi possessione conuocandi Canonicos eiusdem Collegiatæ ad Synodum, *Innocent. in cap. quærelam num.* 3. *de election cum alijs allegatis in Barchinonen. administrationis* 6. *Iunij* 1640. *coram R. P. D. Cerro.*

Er ita vtraque parte informante fuit resolutum, &c.

R. P. D. CORNELIO

Postea Episcopo Patauino.

Reatina Census.

Luna 23. *Iunij* 1642.

ARGVMENTVM.

Clausula, constituti, licet non transferat dominium, & possessionem in emptorem census, tamen non potest denegari ei associatio pro fructibus census. Census si remaneat sine fundo, fructus ex eo non debentur.

SVMMARIVM.

1 *Dominium, & possessio fundi censuati non transit in emptorem census.*
2 *Verum tamen est, quod illi competit associatio in illo pro fructibus eiusdem census.*
3 *Liberatio, quando non fuit realis, sed tantum personalis, tunc fundus non liberatur à speciali hypotheca.*
4 *Pactum personale, ne scilicet aliquid à persona petatur,*

tur, non liberas ab hypotheca, sed solum ab actione personali.

5 *Dictiones, solum ipsi, sunt personalissimæ.*

6 *Verba personalia restringuntur ad obligationem ad casum expressum.*

7 *Effectus restringitur ad limites suæ causæ.*

8 *Censuarius non præsumitur quod voluerit, quod census remaneret sine fundo.*

9 *In Contractibus non attenditur, quod vnus sensit, sed quod ambo verisimiliter crediderunt.*

10 *Ex Censu, qui est sine fundo, non possunt percipi fructus.*

11 *Soluere pro alio, quilibet potest.*

12 *Verba, quando sunt clara non est opus coniecturis.*

DECISIO CIV.

Post trinas propositiones fuit sub hac die resolutum esse standum in vltimo loco decisis coram me sub die 17. Februarij præteriti, * quia mandatum de associando ad possessionem prædij, de quo agitur relaxatum fuit ad fauorem Vincentini emptoris Census impositi à D. Vecchiarello super
1 eodem prædio vigore clausulæ constituti, † quæ licet non transferat dominium, & possessionem fundi censuati in emptorem census, nihilominus
2 operatur, † vt illi competat associatio pro fructibus eiusdem Census prout sæpe *Rota resoluit, & signanter in Bononien. de Zaualijs post Cenc. de Cens. decis. 149. decis. 150. & decis. 542. num. 2. iuxta Modern. impress. & in Romana Census 5. Martij 1636. coram R.P.D. meo Carrillo.*

Neque obstat, quod Vincentinus liberauit D. Vecchiarellum, & alios Abundantierios à dicto Censu ex eo, quod Abundantierij successores recognoscentes bonam fidem, declarauerint se velle teneri ad solutionem fructuum, ac restitutionem sortis eiusdem Census.

Quia placuit responsio nimirum dictam libera-
3 tionem fuisse solum personalem, † non autem realem, & sic fundum non fuisse liberatum à speciali hypotheca desuper constituta, cum pactum perso-
4 nale, † ne scilicet à persona petatur non liberet ab hypotheca, sed solum ab actione personali *l. soluitur, 5. ff. quib. mod. pign. vel hypothec. soluitur, & ibid. Oddofred. in principio Angel. in 1. notab. Fulgos. post princip. in glos. ista intellige.*

Quod autem dicta liberatio fuerit solummodo personalis clarè colligitur ex verbis in antecedenti decisione ponderatis in principio, & signanter ex illis, *ma questa serua à loro solamente per non potere essere molestati, & inquietati per nessuno tempo da me detto Censo*, quę dictiones, *solamente essi*, tanquam
5 personalissimæ † restringunt liberationem ad casum expressum iuxta conclusiones in decisione firmatas, attenta præsertim causa ob quam facta fuit liberatio, quia nimirum noui Abundantierij
6 se obligarunt pro † solutione d. Census, nulla tamen facta assignatione alterius fundi. Vnde apparet Vincentinum voluisse liberare personas Vecchiarelli, & aliorum antecessorum in officio
7 non autem † fundum censuatum, cum effectus restringatur ad limites suæ causæ *Bald. in l. neque mater, num. 3. C. de iur. dot. & in l sed & si me putem, §. cum inter ad fin. ff. de condit. indeb. Castr. cons. 83. nu. 2. lib. 2. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 1 tit. 9. num. 2. Rot. decis. 45. num. 26 par. 5 recent.*

Nec releuare videntur coniecturæ exaduerso ponderatæ pro liberatione fundi. Nam prima desumpta ex eo, quod non sit verisimile Vecchiarellum finito officio, ratione cuius census fuit impositus voluisse res suas remanere sub periculo, quia
8 neque etiam † est verisimile Vincentinum voluisse censum impositum ad sui fauorem remanere sine fundo. In contractibus autem non attenditur id, quod vnus sensit, sed id quod ambo verisimili-
9 ter † crediderunt *l. si repetendi, C. de condit ob causam l. inter stipulantem, §. si stichum de verb. obligat. Decian. respons. 21. num. 1. lib. 2. Crauett. cons. 620. num. 7. Gabr. cons. 168. num. 33. lib. 1. Mantic. de tacit. lib. 2. tit. 4. num. 11.*

Secunda verò, quod Vincentinus esset tutus propter obligationem factam à nouis Abundantierijs non subsistit, quia si fundus censuatus esset
10 liberatus, † census remaneret sine fundo, sine quo fructus illius sumere non possunt iuxta Constitutionem san. mem. Pij V. & ex traditis in decisione.

Tertia ducta ex obseruantia solutionis factis à nouis Abundantierijs non concludit liberatio-
11 nem fundi censuati, † cum quilibet possit pro alio soluere *l. solutionem, ff. de solut. & liberat. l. soluend. ff. de neg. gest. Rolan. à Valle cons. 14. num. 10. lib. 1. Roman. cons. 428. num 8. Surd. decis. 174. num. 27.*

Quarta demum, quod debitum dicti Census vti contractum ratione Annonæ non obliget nisi ratione officij, tollitur ex verbis Instrumenti, in quo Vecchiarellus ne dum proprium possessionem, verum etiam propria bona, & proprium fun-
12 dum obligauit. † Vbi enim verba sunt clara non est opus coniecturis, *l. ille, §. cum in verbis, ff. de leg. 3 l. continuus, §. cum ita, ff. de verb. obligat. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 2. tit. 4. num. 101. Rot. decis. 106. nu. 4. decis. 583. num. 4. & 754. num. 3. par. 2. recent. Gregor. XV. decis. 157. num. 12.*

Et ita vtraque parte informante, &c.

Decisio ista sub die 17. Februarij 1641 coram eodem Reuerendissimo Patauino emanata erit infra in Appendice.

DECISIO CV.

R. P. D. BICHIO

Romana Fideicommissi de Arronijs.

Lunæ 23. Iunij 1642.

Est Impressa inter Bichio in Tom. 1. Decis. 101.

REVERENDISS. P. D. CERRO

SACRÆ ROTÆ DECANO.

Albaneñ Hæreditatis.

Lunæ 23. Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

Locus particularis dum in aliquo casu habet Statutum speciale, numquam est recurrendum ad statutum Ciuitatis dominantis, secus verò si non adesset. Statuta dum generaliter, & effrenatè loquuntur ita intelligendum venit.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Fœminæ vna cum filijs admittuntur ad successionem paternam, & hoc de Iure communi.*
2 *Fratres soli admittuntur ad successionem alterius fratris exclusis sororibus secundum Stat. Vrb.*
3 *Statuta in loco particulari vbi adsunt, non ea, quæ sunt Ciuitatis dominantis.*
4 *Statuta loci particularis si desint in aliquo loco speciali, tunc recurrendum ad statuta loci Dominantis, & num.5.*
5 *Statutum generaliter loquens generaliter est intelligendum.*
6 *Statutum generaliter loquens, & per verba indefinita non est restringendum ad vnum tantum casum.*
7 *Relatio operam, & indiuiduam expressionem.*
8 *Statutum eo ipso, quod generaliter vocat ad successionem fœminam proximiorem intelligitur non solum si sit dotata, sed etiam nupta extra familiam.*
9 *Decedisse ab intestato is dici non valet, qui reliquit fratres, & filios fratrum.*
10 *Appellatione hæredis legitimi, veniunt dumtaxat filij, & descendentes, non autem transuersales nec agnati remotiores.*
11 *Pactum inducens votum captandæ mortis, & adimens liberam testandi facultatem, omni iure prohibitum.*
12 *Pactum, quod non adimit in totum liberam testandi facultatem an valeat.*
13 *Dictio,* detti, *est repetitiua, & operatur indiuiduam repetitionem.*
14 *Verba vniuersalia omnia comprehendunt, nemine excluso.*
15 *Dictiones,* tàm, & quàm, *sunt augumentatiuæ, & ampliatiuæ, & num.23.*
16 *Dictio,* maximè, *est augumentatiua, non diminutiua.*
17 *Dictio,* maximè, *exprimit casum magis dubitabilem, sed non restringit dispositionem ad species narratas.*
18 *Per Specierum enumerationem factam post genus, non dicitur restricta generalitas antecedens.*
19 *Pactum de succedendo comprehendit omnia bona.*
20 *Coma, quando succedat loco copulæ.*
21 *Copulatiuæ dictiones ampliant, & faciunt, vt expressio specierum copulatarum censeatur facta gratia maioris declarationis.*
22 *Pactum de succedendo alicui, non potest iniri sine ipsius consensu.*
23 *Quod procedit etiam fauore piæ causæ.*
24 *Pactum quando dicatur vniuersale.*
Appellatione, mobilium, veniunt iura, & actiones, nisi subiecta materia aliud suadeat.

DECISIO CVI.

CEnsuit Rota sub die 24 Maij præteriti, coram Eminentiss. D. Cardinali Verospio † super diuisione hæreditatis Francisci de Gallis, ab intestato defuncti, superstitibus Virginia, & Domitilla sororibus, ac Petro fratre, & filijs Antonij alterius fratris; Domini transeundo cum dispositione Iuris, secundum quod, sublata sexus differentia, fœminæ vocantur ad successionem æqualiter cum masculis, vt disponitur in *Auth. cessante, C. de legit. hæredit. & in §. si igitur defunctus, Authen. de hæredit. ab intest. venien.* Dixerunt hæreditatem pro vna parte spectare ad Petrum, pro altera ad filios Antonij alterius fratris, pro alijs verò duabus ad Domitillam, & Virginiam sorores defuncti, & pro totidem immittendas esse in possessione bonorum hæreditariorum defuncti.

Hodie reproposita causa super eisdem coram me in locum dicti Eminentiss. subrogato, cum informantes pro filiabus Petri impugnarent decisionem huius causæ, ne dum ex capite *Statuti Vrbis cap.149. lib.1.* vocantis solos fratres ad successionem fratris ab intestato defuncti exclusis sororibus, in decisione, quæ reuidetur reiecto, & confutato, sed etiam ex capite cuiusdam transactionis initæ inter Petrum, & Franciscum, Domini neutrum obstare dixerunt, & ita standum esse in decisis.

Quod enim attinet ad Statutum Vrbis, dixerunt remanere firmum, & inconcussum fundamentum decisionis, quod illud non habet locum in Castro Gandulphi, quia cum in eo adsit Statutum particulare disponens, quod huiusmodi successio deferatur ad eos, quibus debita est de Iure communi, dictum Statutum est seruandum, tum quia Statutum Vrbis in alio capitulo disponit, quòd Statuta locorum, quæ sunt intra districtum, seruentur in casibus in quibus particulariter prouident; Tum quia hoc est conforme dispositioni Iuris communis, à quo Statuta recipiunt interpretationem passiuam. Quia de Iure, quando in aliqua Ciuitate, vel Castro adest Statutum particulare disponens super aliquo ca-
3 su, Statutum eiusdem † Ciuitatis, vel Castri, attenditur non autem Statutum Ciuitatis dominantis, vt firmant *Doct. communiter in l. omnes populi, ff de Iust. & Iur.* & multi congesti *in decisione quæ reuidetur.*

Nec vrget allegata distinctio, quod hoc procedat, quando Statutum loci subditi specialiter, & in indiuiduo disponit super casu contingenti secus esse, si solum generaliter loquatur, & nihil
4 in specie disponet, † vt dicitur esse in hoc casu. Quia Statutum Castri Gandulphi solum generaliter prospicit, vt cuicumque decedenti sine legitimo hærede, & absque testamento succedat proximior secundùm ius commune, nec determinat istum casum specialem quando cum fratre superstite concurrit soror dotata: hoc enim casu attenditur Statutum Ciuitatis dominantis, & casus contingens, à Statuto particulari non decisiuo tamquam omissus debet decidi, ac terminari secundum dispositionem Statuti Ciuitatis Dominantis super eodem casu disponentis, vt distinguendo tradunt *Bart. in l.1. num.41. C. quæ sit long. consuet. Soccin. sen. cons.7. sub n.7. lib.1. Cephal. cons.343. num.26. Rimin. iun. cons.73. num. 6. Decian. cons.32 num.27. cum seqq. lib.2. Ciarlin. controu. forens. cap.3. sub nu 6.7. & 8. latè Ciriac. controu. forens. cap. 477. à num.13. vsque ad 17. Borgnin. decis.42. nu.57. part.1, Rota coram Gregor. decis.263. num.2. & in Perusina fideiussion. 26. Nouembris 1611. coram Card. Pamphilio impress. per Picum ad Statut. Vrb. in ordine decis.8. num 6.7. & 8. cum seqq.*

Quia pro responsione Domini dixerunt, quod Statutum generaliter loquens, est generaliter, &
5 & indistinctè intelligendum de quocumque † casu successionis etiam in materia odiosa, & restringibili, vt aduertunt *Honded. cons.4. num.59. lib.1.*

Surd.

Surd.cons.553.num.27.& seqq.lib. 4. Mangil. de imputat.qu.52.num.1.& 40.Ideoque cum Statutum
d Castri loquatur generaliter, & per verba indefinita, ibi; *Che qualunque persona morisse senza legitimo herede, e senza testamento, succeda il piu prossimo, secondo la legge commune.* non est restringendum ad vnum tantum casum, sed intelligendum de omnibus eoque facilius, quia dum reducit
6 successiones ad termiuos iuris communis, nulla facta distinctione sexus, nequit dici odiosum, sed potius fauorabile, & latissimè extendendum *Felin.in cap.cum accessissent sub num.5.de constit.Rota coram Reuerendiss.Vrgellen decis.140.num.2.& 8.& in Bononien.successionis 10.Ianuarij 1633.coram Reuerendiss.D.meo Merlino Decano in recent.decis.167.num.17.par. 6.* Certumque est, quod ad hoc, vt casus dicatur specificè expressus, satis est, quòd comprehendantur sub generalitate verborum, *Surd.cons. 143.num,20.Thomat.decis. 50. num. 199. Rota in recent.decis.439.num.2.par.2.& coram Reuerendiss.Vrgellen.decis.36.num.7.*vbi quod indiui-
7 dua expressio etiam dicitur illa, † quæ venit sub generalitate verborum. Præsertim, quia loquitur etiam per verba relatiua, ibi: *Succeda il più prossimo secondo la legge commune*; Quæ operantur propriam, & indiuiduam expressionem omnium casuum, quæ in corpore iuris continentur, *l. ait Prætor.§.1.vbi Doct.ff.de re iudic, Alex.cons.80.nu.9. lib.1.Rota coram bon.mem.Buratt.decis.61.num. 6.& coram Reuerendiss Vrgellen.decis.145.num.19.& decis.211.num.5.par.6 recent.*

Vltra, quod fœminam esse dotatam, necne, non diuersificat casum de iure communi, vt in terminis successionis inter transuersales ex *Text.* ad literam *in l.1.C.de legit.hæred.*ibi: *Nec huic derogatur, quod amitas vestras ab auo vestro dotatas esse*
8 *proponitis*. Et eò ipso quod Statutam vocauit † generaliter ad successionem proximiorem fœminam; non solum dotatam, sed etiam nuptam extra familiam inclusit, *Cephal. cons.53. num. 86. lib.2.Gabriel.cons. 195. num.3. & 8.post med. lib. 1.* cum alijs adductis *in Florentina fideicommissi de Guidaccijs 21.Februarij 1628.& 5.Decembris 1629. coram R.P.D.meo Dunozetto*, altera *decis.151. n.2. & 3.*altera *decis.326.num.1.& 2.par.5.recent.*

Nec refert Statutum loqui de successione obeuntis sine legitimo hærede, qui non est casus noster cum Franciscus decesserit superstitibus
9 fratre germano, & filijs alterius fratris † qui sunt legitimi hæredes, *Auct.cessante, C.de suis, & legitim.hæredit.* Placuit enim responsio, quod dispositio facta, est conditionalis, ibi; *Si quis sine legitimo hærede decesserit, succedat proximior.* In qua sub appellatione hæredis legitimi veniunt dumtaxat filij, & descendentes, non autem transuersales, nec agnati remotiores, quia ve-
10 nirent in vocatione positiua, *Cuman.in l.Gallus, §.etiamsi num.1.ff.de lib.& posth.Gratian. discept. forens.cap.313.num.1.cum pluribus seqq.& num.19.*vbi testatur de magis communi, *Fusar. de substit. qu. 339.num..73.& 75.*vbi de receptissima omnium sententia, *& num.84.vsque ad fin.Guid.Pap. decis. 457.num.3.* & in terminis Statuti, *Natt. in tract. quod stant.mascul.qu.4.num.140.in fin.vsque ad 152. Brun.eod.tract.art.12.num.304.cum seqq.* quos refert & sequitur *Rota diuers.decis.232. num.1. & per tot. par.1.& decis.158.num.1.par.2.*

Quo verò ad transactionem licèt aliqui ex Dominis dubitauerint, dictum fuit non substineri, quia pactum succedendi initum fuit super omnibus eorum bonis stabilibus, & mobilibus præsentibus, & futuris, ibi: *Che venendo il caso della morte di ciascuno di essi, vogliono, e si conuengono per modo di transattione, e concordia, che vno di loro succeda all'altro in detti beni, tanto mobili, come stabili, præsenti, e futuri.*

Quod tanquam inducens votum captandæ mortis, & adimens liberam testandi facultatem omni Iure reprobatur, *l.pactum, quod dotali 15.l.*
11 *licet 19.& l.fin.* ibique † communiter *Doct.C.de pact.Curt.iun.cons.15.num.4.& 50.& cons.25.nu 1. & 6.* qui de communi testatur, *Bart.cons.212. lib. 1.Paris.cons.26.num.69 & 103 lib.2. Menoch.cons. 92. num.7. & 50. Peregrin.* pluribus comprobans *art.51.num.24 & seqq.Fusar.de substit.qu.303.nu.5. Cyriac.controu.forens.cap.88. num.3. & 6. cum seqq.*

Nec releuat, pactum loqui de bonis paternis, & maternis, ideoque vti restrictum ad certa, & particularia bona, dici nequeat de integra, & quota hæreditatis, nec adimat facultatem testandi de bonis proprijs, & alium quàm à patre, &
12 matre prouenientibus, † proindeque substineri possit ad notata communiter per *Doct.in d.l.fin. Oldr.ad.cons.139.per tot.Dec. cons. 224. sub num. 4. vers.primus est casus, Tob.Non. cons. 43. num.2. cum seqq.Paris.cons.26.num.81.& 10. lib.2.Hond.cons. 40.sub.num 31.vers.confirmatur hæc opinio, cum pluribus seqq.lib.1.Fontanell.de pact.nupt.claus. 4.gloss. 9.par.4.num.117.& 118.Rot.in recent.decis.490.numer.8.par.4.*

Fuit enim animaduersum, pactum concipi verbis relatiuis, ibi: *In detti loro beni tanto mobili, come stabili, præsenti, & futuri*, ponderando illam dictionem (*detti*) quæ est relatiua; ideoque in-
13 telligendum esse de ijs eisdem bonis, † de quibus supra fuerat facta mentio, ac si indiuidualiter fuissent repetita ad *l.1.§ hoc edicto, vbi Bart.numer.2.ff.de postul-Ruin.cons.55.num.4. lib. 3. Rota coram Card.Seraph.decis.584.num.8.& decis.198.n.5. par.6.recent.*In capitulo autem præcedenti fuerat expressè dispositum de omnibus bonis, ibi, *In quanto all'amministrationedi tutti li loro beni tanto paterni, quanto materni*; quæ verba tamquam vni-
14 uersalia compræhendunt omnia bona contrahentium, † nihilo penitus excluso, *Marescott. var. resolut.cap.72.num.18.lib.2.Card.Seraph.d.decis 584 num.7.& seq.Rota decis.198.num.4.par.6. recent.*

Nec dici potest, generalitatem dictorum verborum restringi ex dinumeratione bonorum paternorum, & maternorum. Quia cum numera-
15 tio specierum non sit facta cum aliqua † dictione limitatiua, seu taxatiua, sed per dictiones (*tam, & quàm*) quæ sunt augmentatiuæ, & ampliatiuæ, vt aduertunt *Cranett. cons. 227, num. 9. in fin. Menoch. cons. 195. num. 7.* relati per *Rotam decis. 120. num. 1. par.6. recent.* Idemque operatur,
16 tur, quod dictio (*maximè*) † quæ est augumentatiua non diminutiua, & exprimit casum magis dubitabilem, sed non restringit dispositionem
17 ad species † enumeratas, *Cranett. vbi supr. n.10. late Barbos. de diction.197. num.1. & 5. & dict.399. num. 3. & 6. Rot. decis. 529. sub num. 3. circa med. par.3.*

par. 3. recent. Vtique per dictam specierum enumerationem factam post genus, non fuit recta
13 generalitas antecedens, † iuxta theoricam *Bart. in l. quæsitum* 12. §. *fin. num.* 15. *& seqq. ff. de fund. instruct. Cephal. cons.* 372. *num.* 18. *&* 19. *cum seqq. Surd. cons.* 352. *num.* 14. *&* 15. *Gratian. discept. forens. cap.* 922. *num.* 1. *& sequen. Crauett. cons.* 227. *num.* 8. *& seqq. Afflict. decis.* 107. *num.* 4. *Hieron. Laurent. decis. Auenionen.* 14. *num.* 4. *&* 5. *Rota decis.* 366. *num.* 18. *par.* 1. *& decis.* 261. *num.* 3. *&* 4. *par.* 2. *diuers. Gregor. decis.* 257. *num.* 9. *ibid. additio num.* 13. *Coccin. decis.* 444. *num.* 7. & in proprijs terminis, quòd communicatio facta inter fratres cum specificatione bonorum hæreditariorum, & paternorum non dicatur restricta ad bona paterna tantùm; sed comprehendat omnia etiam non specificata, *Paris. cons.* 92. *lib.* 1. *per tot. & signanter à num.* 31. *vsque ad fin. qui num.* 25. *&* 27. loquitur etiam de pacto succedendi inter
19 fratres, & ait censeri † vniuersaliter comprehendere omnia bona, *Gratian. discept. forens. d. cap.* 692. *num.* 50. *Rot. coram bon. mem. Buratto dec.* 366. *num.* 3. vbi quod specificatio bonorum maternorum non restringit, sed censetur adiecta gratia maioris demonstrationis.

Idque facilius est admittendum in nostro casu, quia post illam generalem expressionem, *di tutt' i loro beni*, adest coma, seu punctus, & postea subsequitur alia verba, *tanto paterni, quanto materni*, quæ coma succedit loco copulæ, vt notant *Gratian. d. cap.* 922. *num.* 5. *& Rota d. decis.* 261. *num.* 4. *par.* 2. *diuers.* prout etiam dictiones, *tàm, & quàm*, de quibus *Surd. cons.* 407. *num.* 4. *lib.* 3. cum pluribus alijs per *Fusar. de substitut. qu.* 379. *num.* 22. Dictiones autem copulatiuæ ampliant, & faciunt, vt expressio specierum copulatarum censeatur facta gratia maioris declarationis, non
21 restrictiuè, † vt ad propositum arguunt *Gratian. d. cap.* 922. *num.* 7. *& Rota d. decis.* 261. *numer.* 4. *&* 5. vbi num. 3. ponderat, id facilius procedere, quando omnia reguntur ab vnico verbo, prout in casu nostro, ibi; *resti communemente*.

His accedit, quod respectu bonorum maternorum, cum mater de eo tempore viueret, non
22 potuit absque illius † consensu iniri pactum de succedendo in ipsius bonis per *text. apertum in l. fin. C. de pact. Menoch. cons.* 92. *num.* 9. *&* 10. vbi ampliat tale pactum nec minus substineri fauore piæ causæ, *Gratian. discept. forens. cap.* 470. *num.* 7. *Add. ad Buratt. decis.* 894. *num.* 9. *& seqq.* & latè dictum fuit in *Romana, seu Aquilana nullitatis donationis* 31. *Martij* 1631. *coram R. P. D. meo Dunozetto, quæ est decisio* 33. *par.* 6. *recent.*

23 Demum nec dici potest pactum non esse vniuersale, ex quo comprehendit solum mobilia, & stabilia, quorum appellatione non continentur iura, nec nomina debitorum, quæ constituunt tertiam speciem, *l. quam Tuberonis*, §. *fin. ff. de pecul. l. à Diuo Pio*, §. *in venditione, ff. de re iud. Bart. in l. Centurio in* 2. *quæst. princ. vers. item quid si Testator, ff. de vulg. & pupil.* Obiectum enim procederet si expressio mobilium, & stabilium facta fuisset per dictiones taxatiuas, *tantùm* vel similes, secus vbi, prout hic facta fuit, per dictiones augumentatiuas, *tàm, & quàm*. Intrat enim responsio
24 superius data, nempè quod dispositio non censetur facta de solis mobilibus, & stabilibus; sed de alijs etiam non specificatis. Vltra quod hæc expressio mobilium facta fuit cum dictione vniuersali, omnibus, ibi: *In tutt' i loro beni tanto mobili, come stabili*, quo casu appellatione, mobilium veniunt etiam iura, & actiones, nisi subiecta mate-
25 ria † aliud suadeat, *Tiraq. de retract. lign* 1g. §. 1. *glos.* 7. *num.* 20. *cum seqq.* & fuit dictum *in Panormitana Pensionis* 24. *Martij proximè præteriti, vers. non obstat, quod creditor, corã R.P.D. meo Dunozetto.* Et ita resolutum vtraque &c.

Decisio ista emanata in hac causa coram bon. mem. Card. Hieronymo Verospio sub die 24. *Maij* 1641. *est supra in hac parte decis.* 22.

R. P. D. ROIAS,

Postea EPISCOPO TARRACONEN.

Licen. Quartæ.

Lunæ 27. *Iunij* 1642.

ARGVMENTVM.

Religio amplissima Franciscana est exempta, & specialiter priuilegiata per diuersos Romanos Pontifices à quacumque solutione quartarum funeralium, non obstantibus deductis hic in decisione.

SVMMARIVM.

1 *Quarta funeralis spectat ad Episcopum, vel Parochos.*
2 *Religio Franciscana habet amplissima priuilegia circa non solutionem quartarum funeralium.*
3 *Constitutiones Conciliares egent speciali derogatione.*
4 *Per Papæ priuilegium, quælibet Religio potest eximi à quacumque solutione quartarum generalium.*
5 *Clausulæ*, sublata, & decretum irritans, *claudunt os parti, & ligant manus Iudicis.*
6 *Fauori suo, quis potest renunciare.*
7 *Testes, examinati absque vlla iurisdictione, nullum faciunt probationis gradum.*
8 *Et hoc maximè stante litis pendentia, & protestationibus.*
9 *Attestatio non iurata non probat.*
10 *Fides non facit fidem, si sit ad fauorem eius, qui facit talem fidem.*
11 *Religiosi aliqui non possunt præiudicare priuilegijs concessis toti Ordini.*
12 *Religio Franciscana, quod sit exempta à solutione quartarum funeralium, sæpè rescripsit sacra Congregatio Conc. Trident.*
13 *Declarationes Congreg. Concil. Trident. Rota continuo reuerenter amplectitur, & sequitur.*
14 *Manifestum, quod est, satis per se patet.*

DECISIO CVII.

Contra Archipresbyterum, & Presbyteros Terrę Liquilarum tantum informantes fuit hodie resolutum non constare de bono iure Ecclesię Parochialis dictæ Terræ pro consequenda quarta fune-

funerali ab Ecclesia Fratrum Reformatorum
1 Sancti Francisci de Obseruantia eiusdem loci, † quamuis de iure communi ista quarta spectet ad Episcopum, vel Parochos, *vt in clem. dudum. §. verum ne Parochiales Ecclesiæ de sepult.* Stantibus tamen amplissimis priuilegijs, ac exemptionibus antiquissimis per Summos Pontifices Religioni
2 Franciscanæ concessis, in quibus expresse eximuntur à solutione cuiuscumque quartæ funeralis, illa non debetur, vt in Constit. 4. Clemen. IV. Constit. 6. Sixti IV. Bullar. par. 1. Constitut. 11. san. mem. Pij V. Bullar. par. 2. necnon Breue Iulij III. cum derogatione expressa d. Clem. dudum
3 vti Constitutionis Conciliaris prout requiritur *Rota decis. 122. par. 1. diuers. Caualer.* qui plures cumulat *decis. 101. num. 2. in dict. Bulla Sixti IV. §. & dudum, Viennensi Concilio, Syluest. in sum. verbo canonica portio numer. 8. Lælius Zecchius de Republica Eccles. in tit. de Parocho cap. 28. num. 18. vers. 8. si quis per priuilegium*, & in puncto dixit *Rot. in Hispalen. quartæ funeralium 4. Iulij* 1590. *coram bon. mem. Card. Pamphilio, & in alia Licien. quartæ funeralis 25. Ianuarij 1618. coram bon. mem. Coccino*,
4 cum benè per priuilegium Papæ Religio † possit à solutione cuiuscumque quartæ funeralis eximi vt in præsenti *cap. priuilegia. 3. distinct. cap. officij de testam. Lauor. var. lucubrat. in tit. de prisc. & recen. fun. tit. 2. cap. 17. num. 48. & in dict. Licien. quartæ dixit Rota coram bon. mem. Coccino*, quæ pri-
5 uilegia expresse derogant d. Clementinæ, † & sunt munita clausula, *sublata, & decreto irritanti* quæ claudunt os parti, & ligant manus Iudicis aliter iudicandi, *Bart. in l. fin. num. 1. C. de canon. frum. Vrb. Rom. lib. 11. Gonzal. super reg. 8. glos. 66. num. 3. cum seqq. Put. decis. 48. num. 6. par. 1. Caputaq. decis. 134. num. 4. par. 3. Rot. in recent. decis. 77. num. 9. par. 5. Caual. decis. 430. num. 3.*

Nec obstat, quod in limine fundationis Monasterij sequutæ de anno 1613. fuerit conuentum,
6 vt Fratres soluerent quartam funeralium, quod potuisse fieri videtur esse de mente Rotæ *coram Caualer. decis. 101. in fine*, quia in præsenti talis conuentio non probatur, cum testes ad eam probandam adducti fuerunt examinati lite pendente, Rota absque litteris remissorialibus, &
7 absque † vlla iurisdictione, nullum propterea gradum probationis constituunt *Mantic. dec. 199. num. 1. Rot. par. 1. recent. decis. 570. num. 3. Caual. decis. 40. num. 1. & decis. 159. num. 10. post Modern. Perusin. de manut.* Præsertim dum dictæ litis pen-
8 dentia fuit in partibus pluries protestatum, *Rota decis. 570. par. 1. recentior. num. 3. in fin.*

Minus obstat attestatio Episcopi data circa
9 transactionē, ac reseruationem quartæ funeralis, quia tali attestationi non venit standum, cum non sit iurata, nec fuerint citati illi, de quorum interesse agitur *Menoch. consil. 322. num. 45. vers. quorum agitur interesse Aldouin. consil. 75. num. 28. licet etiam à Cardinali Adden. ad Gregor. XV. dec. 214.*
10 *sub littera B.* præsertim, quia dicta † fides videtur tendere in fauorem ipsius Episcopi *Rot. decis. 585. num. 3 par. 4. diuers. & decis. 13. num. 4. par. 1. recent.*

In omnem casum dicti Fratres non potuerunt
11 præiudicare successoribus, aut Monasterio, nec renunciare priuilegijs toti Ordini concessis *cap. cum accessisset, vbi decis. col. penult. vers. secunda prædicta conclusio, & numer. 18. de const. Valenz. cons. 43. num. 84. cum seq. lib. 1. Rot. in d. Hispalen. quartæ funeralium 4. Iulij 1590. coram bon. mem. Card. Pamphilio, & in Treueren. bonorum 15. Martij 1611. coram bon. mem. Dunozet.*

Et demum dicebant Domini pro Fratribus Franciscanis emanasse quam plures resolutiones Concilij Tridentini, in quibus expresse firmatur
12 Fratres † esse exemptos à quacumque quarta funerali, stante priuilegio Iulij III. in omnibus Monasterijs constructis post annos 40. vel quæ in dies ædificantur, nec illa comprehendi in Concilio Tridentino *sess. 25. de reformat. cap. 13.* vt refert *Frater Ioannes de la Cruz de statu Relig. lib. 2. cap. 19. dub. 5. concl. 2. in fin.* quas Sacri Concilij de-
13 clarationes † hoc nostrum Tribunal reuerenter amplectitur, & sequitur, *vt per Garz. de benef. in præfat, circa med. vers. & ita Buratt. decis. 479. num. 3.*

Quod verò Conuentus, de quo agitur, fuerit
14 ædificatus ab annis 40. citra, vltra quod non controuertitur, redditur manifestum tàm ex licentia Ordinarij concessa de anno 1613. quam etiam ex publica attestatione Vniuersitatis, ac etiam ex testibus exaduerso examinatis.

Et ita contra informantem fuit decisum &c.

R. P. D. CARILLO

Postea Præside VALLISOLETANO.

Bononieñ Fideicommissi de Nascentorijs.

Lunæ 23. Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

Plura deducuntur circa existentiam fideicommissi ex quibus scilicet dicatur inductum, & quidem absolutum, & non per vulgarem, itaque nequaquam vsurpet sibi locum celebre *cons. Oldrad. 21.* Aliqua etiam habentur, quando dicatur factus locus fideicommisso &c.

SVMMARIVM.

1 *Sentētiæ validitas benè deducitur ex pluribus decisionibus in causis emanatis.*
2 *De Fideicommissi existentia, ex quibus dubitari non possit, & num. 3. 4. & 5.*
6 *Conditio, si sine filijs decesserit, si vocatur decedat cū filijs, euanescit conditio.*
7 *Ab* Oldrad. cons. 21. *receditur ex coniecturata Testatoris mente, dum apparet contrarium voluisse.*
8 *Substitutio, quando non contineat tantum vulgarem, sed etiam fideicommissariam substitutionem.*
9 *Conditio, non existente linea, indeterminate dicitur concepta.*
10 *Conditio negatiua, an dicatur habere tractum successiuum, adeo quod non sufficiat semel defecerit.*
11 *Dictio.* tunc, *quid operetur,*
12 *Dictio,* tunc, *quando est indeterminatè posita comprehendit omne tempus, & sic non fit extensio, sed comprehensio temporis.*
13 Oldrad. cons. 21. *quando non intret, & num. 14. & ex quibus coniecturis ab eo passim recedatur, numer. 15. & 16.*

17 *Fidei-*

17 *Fideicommisso, quod fuerit factus locus, quando non possit dubitari, & num. 18. & 19.*
20 *Probatio, quando redditur æquiuoca, non debet suffragari.*
21 *Vxores duas, quando quis habuit, ex quo probetur, quod filium eius, sit natus ex prima vxore.*
22 *Descendentia, quando lenioribus probationibus doceatur.*
23 *Proximitas potius grauati, quam grauantis in dubio est attendenda.*
24 *Quæ tamen conclusio non procedit, quando fit transitus de linea ad lineam inter trasuersales, & proximior agnatus vltimi grauati non descendit ex familia Testatoris.*
25 *Limita tamen id, nisi adsint coniecturæ vrgentes contrarium suadentes.*
26 *Verba*, tàm agnati, quàm cognati, *qualiter veniant interpretanda.*
27 *Appellatione, proximioris agnati, venit tam masculus, quàm fœmina.*
28 *Verisimilitudinibus valdè inhærendum venit, & numer. 29.*
30 *Fœminæ non censetur vocatæ si in testamento nunquã de eis fuit facta mentio, sed tantum earum primogeniti masculi.*
31 *Verba intelligenda sunt, iuxta modum dispositionis præcedentis.*
32 *Singula singulis congruè referenda veniunt.*
33 *Masculus inspecta origine dici potest de linea fæminarum.*

DECISIO CVIII.

Contra sententias Rotales declarantes Angelum de Manzis esse immittendum in possessionem bonorum, de quibus agitur, vti vocatum ad fideicommissum q. Equitis Ioannis Raynerij tria solita obiecta repetebantur, Primum, quod non constet de fideicommisso, Secundum, quod quatenus fideicommissum adsit non probetur purificatum ad fauorem d. Angeli, Tertium, & vltimum, quod non constet de identitate bonorum, quibus tamen non obstantibus responsum fuit dd. sententias esse confirmandas tamquam validas, & iustas.

1 Validitas enim non impugnatur, † & iustitia comprobatur ex decisionibus in causa factis, ex quarum lectura apparet dd. tria obiecta nullatenus subsistere.

Nam quod attinet ad primum scilicet ad existentiam fideicommissi, de ea dubitari, minimè 2 potest, quia Testator post institutos filios masculos legitimos, & naturales, & deficientibus masculis filium primogenitum ex filiabus ordine successiuo, & in defectum primogeniti lineæ legitimę,& naturalis primogenitum descendentem ex naturalibus tantùm, quo nec etiam extante, quemlibet filium ab ipso Testatore adoptandum, seu arrogandum, in eorum omnium defectum instituit Alexandro ex Aemilio de Blanchis, & Constantia ex eiusdem Testatoris sorore nepotem primò notum si superuixerit, sin autem secundò natum, & successiuè tertio loco natum, his verò deficientibus filium masculum primogenitum ex 3 aliqua de † filiabus dicti Aemelij tunc superstitẽ, & non existente linea masculorum,& fœminarum dicti Aemilij instituit filium masculum primogenitum tunc superuiuentem proximioris agnati,& non extantibus agnati proximioris cognati ipsius Testatoris, quem quidem filium masculum hc institutum, & sibi successurum, siue natum ex filiabus fœminis ipsius Testatoris,siue adoptatum, siue descendentem ex linea dicti Aemilij, siue ex proximiori agnato modis, & ordinibus quibus supta dictum est, voluit nominari de familia de Nascentorijs, ac vti insignijs ipsius Testatoris, itaut perpetuaretur ipsius casata,perinde ac si iste filius institutus ab eo procreatus fuisset, & tanquam talis inalienabiliter mandauit, vt in perpetuum habitaret ipsius Testatoris domum honorabilem sitam in strata maiori Ciuitatis Bo-
4 noniæ, & vlterius dixit, † quod si in aliquo gradu institutionum prædictarum instituti, vel institutus postea quandocumque decesserint, seu decesserit cum filijs masculis legitimis, & naturalibus, ipsos filios, & eorum descendentes, si verò absque filijs, & descendentibus vocatum, seu vocatos in sequenti gradu præmissarum institutionum, seu illorum filios, & descendentes masculos in stirpes in infinitum instituit vulgariter,pupillariter, & per fideicommissum prohibens quamcumque alienationem in totum, vel in partem in perpetuum, quia voluit hæreditatem prædi-
5 ctam solidam † & integram ambulare, & peruenire ad hæredes suos prædictos absque vlla diminutione, & sine detractione Trebellianicæ.

Ex qua verborum serie manifestè conuincitur Testatorem voluisse constituere simplex absolutum, ac perpetuum successiuum fideicommissum, itaut licet eidem successerit dictus Alexander nepos relicto post se Aemilio iuniori vnico filio,
6 † per quem defecit conditio si sine filijs, & consequenter posset dici expiratum fideicommissum, iuxta theoricam Oldradi traditam *in cons 21.* non tamen sit locus d. Oldradi theoricæ; quia ab ea
7 receditur † quando ex coniecturata mente Testatoris apparet ipsum voluisse inducere simplex perpetuum, ac successiuum fideicommissum. *Molin. de Hispan.primogen.lib.1.cap.6.num.19. Menoch de præsumpt.lib.4.præsumpt.69.n.8.Simon.de Præt.de interpr. vlt. volunt.lib.7.interpr. 3. dub. 3.solut. vltim. n. 10. Thesaur.decis.96.num.34.*

Coniectura verò imò aperta mens Testatoris constituendi simplex, ac perpetuum successiuum fideicommissum probatur ex tenore dispositionis supra relatę.

Et primò ex illis verbis, ibi, *& non extante linea masculorum, & fœminarum d. Aemilij instituit filium tunc superuiuentem proximioris agnatis*, quæ
8 non continent † solam vulgarem casu quo linea non existeret decedente Testatore sine liberis, sed etiam fideicommissariam in casum non existentis lineæ, quæ succedere inceperit, & postea defecerit, quia conditio (*& non extante linea*)
9 est † indeterminatè concepta, & sic quandocumque contingat lineam illam non extare impleta erit conditio, & locus erit substitutioni ad fauorem filij proximioris agnati, vt optimè declarat *Imol. in l. sed & si ad tempus num. 20. in fin.vers.aut est in dubium, ff. de Trebell. Mantic.de coniect.lib.11. tit. 6. num.7. Peregr. de fideicomm. art. 29. num.9.*& facit *Rot. in Foroliuien. bonorum de Acconcijs 1. Fe-*

bruarij anni præteriti coram R. P. D. meo Ghisilerio,
10 & cum sit † conditio negatiua habet tractum
successiuum, adeo quod non sufficiat, quod se-
mel deferit. *Galgan. de condit. & condit. & demonstr.
par. 2. cap. 1. quæst. 42. nu. 4. & quæst. 106. num. 11. &
seqq. Molin. de Hispan. de primogen. lib. 3. cap. 10.
num. 18. & 22.*

Absque quod aduersetur dictio illa, *tunc*, quæ
11 videtur restringere dispositionem † ad casum
inexistentiæ lineæ de tempore obitus Testatoris,
quia imò ex quo est indeterminatè posita com-
prehendit omne tempus, & sic non fit extensio,
12 sed comprehensio temporis, & casuum in eadem
oratione expressorum; vt in specie aduertit *Fusar.
in cons. 69. num. 32. in fin.*

Secundo ex illis verbis, ibi, *quod si in aliquo gra-
du institutionum prædictarum instituti, vel institutus,
postea quandocumque decesserint, seu decesserit cum fi-
lijs masculis legitimis, & naturalibus ipsos filios, & il-
lorum descendentes, & si absque filijs, & descendenti-
bus huiusmodi vocatum, seu vocatos in sequenti gradu
præmissarum institutionum, seu illorum filios, & de-
scendentes masculos in stirpes in infinitum instituit*, hinc
enim apparet testatorem constituisse fideicom-
13 missum etiam in casu quo hæredes grauati dece-
derent cum filijs, & ideo sumus extra terminos
d. consil. Oldrad. ponderando vlterius prædicta ver-
ba posita in secunda parte substitutionis, ibi, *&
si absque filijs, & descendentibus huiusmodi*; quæ non
respiciunt simpliciter tempus mortis hæredis in-
stituti, sed habent tractum successiuum futuri tē-
poris etiam post mortem dicti hæredis, itaut quā-
14 documque etiam filij, & descendentes † illius
absque filijs decesserint alter gradus subsequens
per fideicommissum succedat, vt in terminis ver-
bi, *descendentibus*, positi in substitutione post ver-
bum, *filijs*, tradunt *Paris. in consil. 57. lib. 2. Mare-
scott. variar. resolut. cap. 45. num. 3. & 4. Bellon. iun.
cons. 50. n. 40. & 41. Fusar. de substit. quæst. 480. n. 16.
Thesaur. decis. 270. nu. 29. vers. 3. plurimum Peregr.
de fideicomm. art. 29. n. 41.*

Tertio ex alijs pluribus, & quidem vrgentibus
coniecturis, quæ sunt videlicet qualitas masculi-
nitatis in tota dispositione à Testatore desidera-
15 ta, digressus ad plures gradus substitutionū onus
assumendi nomen, & arma familiæ de Nascen-
torijs ad cuius perpetuam conseruationem Testa-
tor enixè prospexit, prohibitio alienationis, &
detractionis trebellianicæ, & declaratio quod hæ-
16 reditas sua solida, & integra † perueniret ad suos
hæredes; quibus stātibus passim receditur *à d. cons.
Oldrad.* vt benè ad propositum ratiocinatur *Rota
coram Mantic. in decis. 375. post nu. 8. vers. præterea
inter eius impress.*

Quo verò ad secundum obiectum adductum
contra purificationem dicti fideicommissi pari-
ter diluitur, quia Testator non extante linea ma-
17 sculorum, & fœminarum dicti Aemilij instituit,
& nominauit vt supra filium masculum primoge-
nitum, seu maiorem natu tunc superuiuentem
proximioris agnati, & non extantibus agnatis
proximioris cognati ipsius Testatoris, vnde cum
18 expirauerit linea masculorum, & fœminarum
dicti Aemilij per mortem Aemilij iunioris, &
Pyrrhi patrui vltimo loco defuncti, nec adsit pri-
mogenitus proximioris agnati ipsius testatoris
clarè visa fuit probata purificatio fideicommissi
ad fauorem d. Angeli vti filij primogeniti Galea-
tij proximioris cognati Testatoris.

Quod autem d. Angelus sit primogenitus pro-
ximioris cognati ipsius Testatoris probatur ex
eo, quod ipse est filius primogenitus Galeatij
19 filij Ioannis Manzijs, & Hieronymæ Nascento-
riæ filiæ Floriani Nascentorij fratris Nascentorij
de Nascentorijs patris Ioannis Raynerij Testa-
toris, vt benè demonstratur ex latè deductis in
decisione emanata *coram R.P.D. meo Ghisilerio sub
die 19. Decembris 1638.*

Nec releuat, quod Ioannes de Manzjs habue-
rit duas vxores Hieronymam scilicet, & Isottam,
vnde exaduerso infertur, quod non sufficiat pro-
batio desumpta ex testamento dicti Ioannis, in
quo dictus Galeatius tamquam filius ipsius Ioan-
nis instituitur hæres cum alijs fratribus cum sit
possibile, quod idem Galeatius sit filius d. Ioan-
nis, & non dictæ Hieronymæ suæ primæ vxoris,
20 & sic probatio reddatur saltem æquiuoca, quæ
propterea suffragari non possit, *cap. in præsentia de
probat. & l. non hoc. ff. vnde legitim.* Quia in dicto
testamento Ioannis dictus Galeatus prout Ega-
nus, & Ioannes Baptista fratres instituuntur om-
nes hæredes vniuersales vti eiusdem Ioannis filij
legitimi, & naturales, & in laudo postea lato de
anno 1575. inter dictum Galeatium, & fratres ex
vna, & Isottam coniugem dicti Ioannis ex se-
cundo matrimonio ex altera occasione diuisionis
bonorum paternorum enunciatur ipsa Isotta no-
uerca Galeatij, & tanquam talis declaratur cre-
ditrix in summa librarum 400. & sic dum Isotta
secunda vxor Ioannis est nouerca Galeatij sequi-
21 tur dicendum, quod vera eius mater sit Hiero-
nyma eiusdem Ioannis prima vxor vnà cum alijs
coniecturis, & enunciatiuis cumulatis *in d. decis.
R. P. D. Ghisilerij sub die 19. Decembris 1638.* vi-
sum fuit sufficere ad probandam huiusmodi de-
22 scendentiam cum leuiores probationes ad effe-
ctum successionis edmittantur. *iuxta cons. 27. Gr-
min. sæpè in Rota approbatum, vt in decis. 1282. nu. 7.
coram Seraph.*

Neque subsistere visum fuit aliud præcipuum
obiectum recensitum ab informantibus pro Co-
mite Ioan. Thaddæo de Blanchis, nempe quod
etiamsi dictus Angelus probetur primogenitus
proximioris cognati ipsius Testatoris adhuc sit
arcendus ab hac successione, ex quo Testator con-
templatus fuerit familiam de Blanchis, & sic cum
in humanis adsit d. Io. Thaddæus proximior
agnatus Pyrrhi vltimi grauati ipse debeat admit-
23 ti ad successionem attendendo potius proximio-
ritatem vltimi grauati quam grauantis, prout in
dubio attendi debet iuxta communem opinio-
nem à Rota quoque receptam, *vt in decis. 72.
num. 1. part. 1. diuersor. & decis. 116. num. 8. par. 1.
recent.*

Quoniam vltra quod prædicta conclusio non
24 procedit quando prout hic fit transitus de linea
ad lineam inter transuersales, & proximior agna-
tus vltimi grauati non descendit ex familia Testa-
toris, vt declarant *Giouagn. cons. 62. num. 14. vers.
rursus lib. 1. Peregr. de fideicomm. artic. 20. num. 5.
Fusar. cons. 85. num. 10. Rot. decis. 693. par. 2. recent.*
& præter allegatas ab informantibus tradunt
Mo-

Molin. de Hispan. primog. lib.3.cap.9.num.2. Busat. cons. 170. num.25. lib.2. Paz. in tract. de tenut. cap. 25. num. 23. Castill. tom.5. controuers. cap.91. §. 13. num.3. Flores de Mena in addit. ad Gamb. decis. 7. vers. vltimus casus, nisi ad sint vrgentes coniecturæ contrarium suadentes, in quibus terminis lo-
25 quitur *decis.682.num.6 coram Buratto exaduerso allegata*, cessat penitus difficultas ex illis sæpè iam repetitis verbis, ibi, *& non extante linea masculorum, & fœminarum d. Æmilij instituit, & nominauit, vt supra, filium masculum primogenitum, seu maiorem natum tunc superuiuentem proximioris agnati, & non extantibus agnatis proximioris cognati ipsius Testatoris*, verba enim præfata tam *agnati*, quàm *cognati*, de-
26 terminantur in eadem oratione ab illo genitiuo *ipsius Testatoris*, & ideo sicut dictum genitiuum refertur ad cognationem ipsius Testatoris, ita pariformiter referri etiam debet ad eiusdem agnationem, *iuxta notata in l. iam hoc iure ff. de vulgar. & pupillar.* cum alijs plenè deductis in alia decisione causæ emissa *coram Eminentiss. D. meo Cardin. Verospio iuniori 3. Decembris 1640.*

Quibus non repugnant coniecturæ exaduerso ponderatæ, & signanter illa desumpta ex carentia agnatorum Testatoris de tempore testamenti, quasi quod impossibile sit, quod verba illa *proximioris agnati* possint referri ad Testatorem, dum ipse de tempore testamenti nullum agnatum habebat. Quia præsupposito (sicut supra fuit firmatum) quod Angelus descendat ex Hieronyma eius auia, & filia Floriani Nascentorij orti ex eodem stipite Testatoris, optimè agnatio conuenire potest eidem Hieronymæ licet fœminæ;
27 nam appellatione proximioris agnati venit tam masculus quàm fœmina, *leg. pronunciatio 195. §. fin. ff de verb. signific. & l. voluntas, C. de fideicomm. Fusar. de substit. quæst. 366. num.7.* quamuis sit nupta extra familiam, *Gabr. cons. 195. num.3. vol.1. Gregor. XV. decis. 464 num. 5. & 6.* quod benè cognouit Testator dum discretiuè loquutus fuit vocando non agnatum, sed primogenitum ipsius agnati, & co-
28 gitans de primogenito descendente ex fœmina agnata nupta in familia extranea voluit, vt primogenitus sibi successurus assumeret arma & insignia familiæ Nascentoriæ, idque suadet ratio naturalis, quandoquidem si Testator fuisset inter-
29 rogatus verisimiliter idem esset responsurus, cui propterea verisimilitati est inhærendum, ex notatis *in leg. Titius, §. Lucius, ff. de liber. & posthum. Crauet. cons. 25. num. 25. Mantic. de coniect. lib.3. tit.19. Fusar. de substit. d. quæst. 366. num.20. & 24. in fin.* Cæteræ vero coniecturæ præterquam tolluntur ex eisdem responsionibus plenè fuerunt discussæ, & reiectæ in præcedentibus decisionibus, & præcipuè in illa emanata *coram Eminentiss. D. Verospio sub d. die 3. Decembris 1640.* & ideo hic non repetuntur.

Minus obstat existentia sororum Pyrrhi vltimi grauati professarum in Monasterio Sanctæ Mariæ Nouæ. Quia licet illæ descendant ex linea Æmilij de Blanchis contemplata per Testatorem non tamen faciunt deficere conditionem, cum nunquam
30 fœminæ legantur vocatæ in dicto Testamento, sed tantum earum primogeniti masculi, quos Moniales habere nequeunt, & verba illa; *non extante linea masculorum, & fœminarum*, intelligenda sunt
31 iuxta modum institutionis præcedentis, in qua fuerunt vocati primogeniti masculi descendentes ex linea masculina; & in eorum defectum primo-
32 geniti masculi ex linea fœminina singula singulis congruè referendo quasi dixerit, non extante primogenito masculo lineæ masculinæ succedat primogenitus masculina linea fœmininæ cum
33 non sit nouum, quod masculus inspecta origine dici possit de linea fœminarum, *Bellon. iun. cons. 73. num. 31.*

Quoad denique identitatem bonorum super cuius probationis defectu est fundatum tertium &
34 vltimum obiectum Domini transierunt cum decissonibus super hac identitate emanatis *sub die 27. February, & 13. Iunij 1640. coram R.P.D. meo Ghisilerio*, vbi enumerantur singula corpora bonorum fideicommissariorum cum suis demonstrationibus.

Et ita &c.

In præcedenti parte 8. recent. habentur in hac eadem causa tres decisiones coram Reuerendissimo Terracinen. emanatæ, nempè sub diebus 10. Decembris 1637. 19. Decembris 1638. & 20. Maij 1639. sunt in ordine decisiones 98. 135. & 281. Et infra habentur aliæ decisiones in Appendice sub diebus 27. Februarij 1640. 13. Martij, & 13. Iunij eiusdem anni coram eodem Reuerendissimo Terracinen. Aderunt etiam aliæ infra emanatæ coram eodem R.P.D. Carrillo 11. Ianuarij & 15. Aprilis 1644.

DECISIO CIX.

R. P. D. BICHIO.

Romana Vineæ.

Lunæ 23. Iunij 1642.

Est impressa apud Bichio in Tom.1. Decis.98.

DECISIO CX.

R. P. D. BICHIO.

Placentina seu Abulen. Decimarum.

Lunæ 23. Iunij 1642.

Est impressa apud Bichio in tom. 1. Decis. 97.

R. P. D. CORNELIO

Postea Episcopo Patauino.

Romana Reintegrationis.

Lunæ 23. Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

In Saluiano, tunc datur retentio, quando sumus in claris, quod procedit, quamuis immissus ex alia causa fuerit ingressus possessionem, intellige tamen nisi ab initio probetur, quod ingressus fuerit vitiosus. Locator præsumitur exigisse pensiones. Locationes tacitè renouantur Mandatum habens ad creandum censum, an possit illum accollare.

SVMMARIVM.

1 *Sententia transit in iudicatum si appellatio infra biennium non fuerit prosecuta, absque prorogatione fatalium.*

2 *Rota non exequitur sententias aliorum Tribunalium, nisi gustata earum iustitia, & validitate.*

In Saluiano retentionis exceptio admittitur, quando res est clara.

4 *Quod procedit, quamuis ex alia causa, quis fuerit possessionem ingressus.*

5 *Quidquid veniat dicendum, si ab initio fuerit vitiosus ingressus.*

6 *Possessio alicuius benè probatur ex quo contra ipsum fuit obtenta associatio.*

7 *Possessione bonorum locatorum data, pensiones præsumuntur à locatore exactæ.*

8 *Ita vt sufficiat semel fuisse locata domus nisi ex aduerso probetur, deinde domum remansisse vacuam.*

Locationes tacitè renouantur, quando prima locatio euanuit, num. 8.

9 *Locationes, quando sunt finitæ tacitè renouantur pro eadem tamen pensione.*

10 *Ex Locationum fructibus demendum venit, id quod probatur expensum, in reaptatione, & restauratione rerum locatarum.*

11 *Accollatio nihil aliud est, quam obligationis alienæ in se susceptio.*

12 *Mandatum habens ad imponendum censum, an possit illum, sibi accollari.*

13 *Mandatum habens ad accollandum Censum super bonis principalis multo magis illud habebit imponendi super bonis alienis.*

14 *Procurator potest melius, & pinguius, meliorem faciendo conditionem principalis, adimplere mandatum.*

15 *Procurator habens mandatum imponendi censum super bonis ipsius principalis, multò magis potest agnoscere bonam fidem census iam impositi super rebus alienis.*

16 *Censum sibi obuentum in diuisione, ex quibus dicatur in totum illum agnouisse, & num. 17.*

18 *Ex Fructuum solutione, benè arguitur ratificatio contractus.*

19 *Census non potest dici extinctus, quando verba sunt præcisa translatiuè, & non extensiuè, & sub promissione euictionis.*

DECISIO CXI.

CVm q. Antonius Burius de anno 1601. annuum perpetuum Censum scutorum 22. cum dimidio super quadam domo, & apothecis existentibus in foro Piscium imposuerit, illudque Barbaræ Rectaræ pretio scutor. 300. vendiderit cum fideiussione q. Cæsaris Sanctorij, quarum apothecarum, & domus q. Anna Proijda Mater Michaelis, & Ioannis de Burijs pro restitutione suæ dotis assecuta fuit possessionem, & Ioannes Tarditus filius, & hęres supradictæ Barbaræ creditor fructuum dicti census de anno 1625. vigore clausulæ Constituti associationem obtinuit ad possessionem dictarum domus, & apothecarum, donec, & quousque, &c. Et de eodem anno D. Maria Cherubina Sanctoria Monialis in Monasterio sancti Ambrosij filia, & hæres d. q. Cæsaris Sanctorij fideiussoris in dicto Censu, ne Tarditus contra bona hæreditaria sui Patris ageret soluit fructus decursos, & expensas vsque ad mensem Iulij prædicti anni, pro quibus reportauit Iurium cessionem tam mandatorum, quam possessionis, vt in *Summar. de Burijs num. 1.* Cuius cessionis vigore d. Monialis Sanctoria, dum vixit, & post eius obitum Monasterium possederunt domum, & apothecas, illarumque pensiones exigerunt, & prætendentes dicti de Burijs de anno 1638. Moniales esse de eorum credito integrè satisfactas, nec non maiorem quantitatem, & summam recipisse. Idcirco iudicium Reintegrationis intentarunt ad possessionem domus, & apothecarum coram A.C. & sub die 2 Decembris 1639. Sententiam reintegratoriam obtinuerunt, vt in *Summar. num. 2.* Causaque appellationis commissa bon. mem. Coccino, in cuius locum cum fuerim subrogatus, & dicti de Burijs asserentes sententiam
1 supradictam fecisse transitum in iudicatum † ob non prosecutam appellationem infra biennium, absque prorogatione fatalium iuxta *c. cum sit, Rimin. de appell. l. fin. cap. de temp. oport. Clem sicut eod. tit. Rota coram Mantic. decis. 176. num. 2. & in recent. decis. 233. num. 3. part. 7.*

2 Sed quia Rota sententias aliorum † Tribunalium non exequitur nisi cognita earum iustitia, &
3 validitate, † *vt ex decis. 69. num. 4. & decis. 159. num. vltimo par. 6. recent. Burat. decis. 31. num. 1. Idem decis. 650. num. 3. & decis. 746. num.* 20. etiamsi fuissent in iudicatum transactæ *Duran. in decis. 71. num. 2.* cum alijs per adden. *ad San. mem. Gregor. decis. 208. num. 5.* ideoque dato dubio an constet de re iudicata, quæ veniat exequenda in casu *&c.* illoque bis proposito, quia Iustitia sententię visa fuit pendere à calculo faciendo DD. in resolutionem sub hac die iusserunt, vt fieret calculus ad rationem infra exprimendam cum in Saluiano exceptio
3 retentionis † admittatur; quando est clara *Negus. de pignor. membr. 2. par. 3. quæst. 10. num. 20. Rota in recent. decis. 743. num. 11. par. 3. decis. 411. numer. 24. par. 5.* quamuis ex alia causa quis fuerit possessio-
4 nem ingressus † ex allegat. per *Gratian. in discept. 16. num. 36. & 356. num. 27. Surd. decis. 46. num. 7. & 14. Caualer. decis. 539. num. 8. Gregor. XV. dec. 254. num. 2.* & ibi *adden. num. 7.* quicquid dicendum es-
5 set si ab initio fuisset † vitiosus ingressus, in quibus terminis loquuntur allegata pro parte DD de Burijs.

Nec intrat defectus probationis primi extremi,
6 quia possessio Annæ, perindè probatur † ex quo contra ipsam fuit exaduerso obtenta associatio *Rota in recent. decis. 130. num. 1. par. 7. Greg. decis. 458. num. 1. cum seq. Buratt. decis. 160. num. 4.* cum similibus.

Idcirco in debitum Monasterij Rota computandas esse voluit omnes pensiones decursas vsque ad præsentem diem licet non probentur exactæ, &
7 quia data possessione bonorum † locatione, & habitatione præsumuntur exactæ, vt fuit dictum *in Romana restitutionis in integrum 7. Maij 1633. coram bo: mem. Buccabella, & in Romana, seu Cesenaten. hæreditatis 1. Februarij 1638. coram bon. mem. Pirouano, Seraphin. decis. 1143. num. 1.* ita vt sufficiat semel
8 fuisse † locatam, nisi exaduerso probetur deindè remansisse vacuam quia locationes præsumuntur tacitè renouatæ, iuxta *text. in l. cum quæritur, §. qui impleto, & l. qui ad certum, ff. locati, & l. legem, C. eod. Menoch.*

*Menoc.præsumpt.*85.*num.*1.*& seq.lib.*3.*Mantic.de tacit.lib.*5.*tit.*15.*nu.*1. *Ioan.Andr. in addit.ad Specul.in titul.de præsumpt.* §.*species num.*5. *in verb.prædictis*,
9 iuxta tamen † quantitatem in Instrumentis locationis contentam *ad text.l.si defectus*, *C.arbitr.tut. & l.cum de indebito,ff. de probat.Ægyd.decis.*703.*numer.*1.*Achill.decis.*22. *de restit.spoliat. num.* 2.*Seraph.decis.*1397.*num.*4. *&* 1245.*num.*6.*Buratt.decis.*173.*num.*6.*& post Galian.ad Stat.Perus.decis.*85.*num.*4.

Ex quibus Pensionibus ex computandæ, ac de-
10 mendæ sunt illæ, quæ probantur † erogatæ in reaptionem, & restaurationem domorum, nec non quæ probantur ab alijs perceptæ.

Ad creditum verò Monialium ponendum est creditum illis cessum à Ioanne Tardito cuius vigore idem Tarditus fuerat immissus in possessionem domus, & Apothecarum, & successiuæ Moniales tamquam cessionariæ dicit Tarditi, etiam respectu possessionis fuerunt consequutæ fructus hucusque decursos census cessio, de quo credito certum est Moniales esse satisfactas.

Sed vltra id voluerunt DD. ad creditum Monialium calculari annuum censum, scutorum 24. in sorte verò scutorum 300. accollatum à Fabritio Burio proprio nomine Antonius fratris, vt publica documenta testantur de quibus in *Summar.* Monialium *num.* 3.4.*&* 5. quia per accollationem Antonius fuit subrogatus in locum principalis de-
11 bitoris, & Impositoris † cum accollatio nil aliud sit, quam obligationis alienæ in se ipsum susceptio, *Costa de remed.subsid.remed.*54.*num.*2.*Gregor.decis.*386.*num.*1.*cum alijs in Auximana Alimentorum* 6.*Februarij* 1640.*coram Reuerendissimo D.Dunozetto Decano*.

12 Neque obstat, quod Fabritius † non haberet mandatum ad accollandum, sed tantum ad imponendum.

Tum quia datur potestas Procuratori imponendi census super bonis Antonij ergo multò ma-
13 gis accollandi † census in bonis alienis impositos, adeout Procurator accollando mandatum pinguius, & vtilius impleuit, & meliorem fecit
14 mandantis conditionem, † vt facere potuit *l.diligenter*, §.*fin.*& ibi *Bart.ff.mandati*, §.*is qui exequatur in fin.institut.eod.tit. Iason.in l.qui quartam*, §.*primo, ff.de leg.*1.*& in l.*1.§.*si stipulanti col.*2.*vers.sed si istu, ff. de verb. obligat. Tiraquel. de retract. lignag.* §.36. *gloss.*2.*num.*59. *Rota decis.*32. *par.*2. *diuers.Burat.decis.*561.*num.*1.*& decis.*288.*num.*12.*&* 13. *par.*7.*recent.* & in puncto, quod Procurator habens facul-
15 tatem † imponendi census super bonis mandantis multò magis agnoscere possit bonam fidem census impositi super bonis alienis *Rota in decis.*194.*num.*5.*par.*6.*recent.*

In calculum deducendis est etiam annuus census scutorum 37.50. in sorte 500. venditus à Sanctoris Iacobo Pictardo cuius solutio spectat ad Antonium Burium vigore diuisionis inter ipsos, & Sanctorios factæ ab eodem Fabritio proprio nomine Antonij, qui soluendo deindè fructus
16 censuum ibi ad eius debitum descriptorum † sub expressa mentione diuisionis dicitur totum debitum census in diuisione sibi obuentum agnouisse ex test.*in l.si cui,vbi Bart.ff.de legat.*2.*l si quidem* 24. *vers.si vero certam,C.de transact.Dec.cons.*618.*nu.*2. *Rota coram Reuerendissimo Vrgellen.decis.*324.*num.*5.

Quo verò ad annuum censum scut.16. venditum quibusdam de Tassis, cum tantum Moniales ratificationem desumant ex dicta præcedenti solutione fructuum dicti primi Census venditi Piccardo, cum diuisio ratificata quoad d. debitum cum Pic-
17 cardo censeatur † etiam ratificata quoad alterum, eo quia dicti Burij dant de inobseruantia d. decisionis respectu eiusdem solutionis, vt in *Summar.* Burij *num.*21. visum fuit non esse inductam ratificationem, nisi quoad expressa, sic quoad cen-
18 sum tantum venditum † Piccardo de cuius ratificatione expresè apparet ex solutione fructuum, *Soccin.sen.cons.*159.*num.*50 *lib.*1.*Crauett.cons.*737.*num.*16.*Riminal.iun.cons.*662.*num.*45.*Ciriac.controuer.*204.*num.*21.

Medietas etiam alterius annui census scut.28. venditi pro pretio scut.400. Hieronymo Ciagliæ calculanda est, cum creditum videatur liquidum, vt in *Summar.num.*16. nec dici potest extinctum, quia verba sunt præcisa translatiuè non extensiuè, & sub promissione euictionis *Gratian.discept.*885.*num.*25.*Rota decis.*278. *num.*19.*par.*5. *recent. & per adden.ad Buratt.decis.*645.*num.*16.

Et ita fuit resolutum vtraque, &c.

R. P. D. CORNELIO

postea Episcopo PATAVINO.

Romana Domorum.

Lunæ 23.*Iunij* 1642.

ARGVMENTVM.

Alienatio bonorum Ecclesiæ facta vigore Breuis Apostolici nisi in omnibus, & per omnia fuerit obseruatum, cum per illud dicatur inducta forma, alienatio sine dubio erit nulla, etiam dictum Breue in parte fuerit seruatum. In alienatione bonorum Ecclesiæ, quando sine dubio non dicatur adesse vtilitas.

SVMMARIVM.

1 *Ex Morte ciuili per decoctionem quid sequatur.*
2 *Sententiæ validitas colligitur ex reuolutione actorum.*
3 *Iudex delegatus postquam pronunciauit siue bene, siue male functus est officio suo, tam de Iure Canonico, quam Ciuili iurisdictio sua expirauit.*
4 *Quod multò magis procedit, quando sententiæ executio fuit consumata, & causa integratationis ex integro fuit instructa.*
5 *Quo casu potuit Iudex Ordinarius procedere, quia erat noua causa.*
6 *Bona, quando nulliter extracta fuerunt, iustè quis ad ea reintegratur.*
7 *Extrauagans Paul. Secundi de reb. Eccles. non alienan. emanauit sub conditione, nisi alienatio dictorum bonorum in euidentem Ecclesiæ cesserit.*
8 *Alienatio bonorum Ecclesiæ, quod cesserit in eius vtilitatem, non probatur per testes, qui ignorant qualitatem bonorum.*
9 *Testes ignorantes valorem rei super qua deponunt, non possunt dici de ea informati, & num* 11.
10 *Vtilitas euidens, vt probetur in alienatione rerum Eccle-*

Ecclesiæ debet probari de tempore alienationis, & num. 18.

12 *Forma beneplaciti Apostolici est ad vnguem seruanda.*

13 *Forma non sufficit, quod in parte seruetur cum forma sit indiuidua.*

14 *Contra prohibitionem expressam Principis, quando aliquid est factum, viribus non subsistit, & nu. 15.*

16 *Gratia tota vitiatur ex capite subreptionis, & quidem ipso iure, quando subreptio respicit formam intrinsecam gratiæ.*

17 *Census, quando est impositus super fundo subiecto hypotecis anterioribus, non potest dici, quod dictus Census sit bonus.*

19 *Dominij reseruatio, quid operetur, & numer. 20. & 21.*

22 *Præsumptio omnis corruit per euidentiam contrariæ opinionis.*

23 *Assertioni partium non statue in prohibitis.*
Alienatio bonorum Ecclesiæ est prohibita n. 23.

24 *Præsumptio pro validitate bonorum Ecclesiæ, vt intret debet currere tempus 30. annorum.*

25 *Ecclesiæ, quæ ex contractu nullo, & iniusto cecidit à possessione, competit remedium reintegrandæ.*

26 *Bona consignata Ecclesiæ, quę à creditoribus anterioribus fuerunt euicta, perinde est, ac si non essent data.*

DECISIO CXII.

DE Anno 1608. Moniales S. Martæ sub spe euidentis vtilitatis Monasterij, quasdam Domus, seu Casamentum, de quibus agitur, vendiderunt Hortentio Zeffiro tunc Sindico eiusdem Monasterij, & Siluio eius filio, pretio scutorum 1200. de quibus scut. 600. fuerit inuestita ad Censum Domui probationis Societatis Iesu, reliqua vero illinc ad paucos dies data ad Censum eisdem emptoribus super eisdem Domibus venditis absque vlla fideiussione.

Verum quia in d. venditione fuit Apostolicum beneplacitum reseruatum illudq. de anno 1615. expeditum cum Rescripto, quod pretium, antequam sententia confirmatoria feratur, in emptionem aliorum bonorum stabilium, seu locorum Montium non vacabilium, non autem censuum, realiter, & cum effectu vnico contextu pro dicto Monasterio conuertatur, vt in Summ. Monialium S. Marthæ num. 2.

Sed quia dictum pretium fuit inuestitum in Censibus contra formam Breuis obtempti post aliquos annos; Idcirco d. Hortentius Sindicus Monasterij, & Siluius eius filius mediante persona bon. mem. Eminentiss. Card. Bellarmini Sanctiss. Paulo V. porrexerunt memoriale sub nomine earundem Monialium, præuia narratiua, quod pretium erat inuestitum *in Censi bonissimi, & sicurissimi per l'anteriorità, e potiorità.* Qui Eminentiss. retulit his verbis, facto verbo, cum Sanctissimo *La Santità sua viuæ vocis oraculo, mi disse, che si contentaua, che quando il prezzo delle Case di S. Eufemia, che fù 1200. scudi fosse restituito alle Monache di S. Martha, fossero obligate ad inuestirlo in stabili, ò in Monti non vacabili, & non in censi*, vt in summ. Monialium S. Laurentij num. 1. Cuius memorialis vigore dd. DD. de Zeffiris sententiam à Reuerendiss. Vicegerente tunc temporis confirmatoriam contractus venditionis obtinuerunt sub die 21. Aprilis 1616. Summ. Monasterij S. Laurentij nu. 2.

Super addita vero de anno 1622. morte ciuili per decoctionem DD. de Zeffiris subsequutam iuxta *decis. Seraph. 794. n. 17. & dec. 226. num. 11. part. 4. & decis. 345. num. 7. par. 5. recent. & per adden. ad decis. Burat. 461. nu. 14.* fuerunt Moniales S. Marthæ in discussione bonorum de Zeffiris graduatæ in loco illisque à deputatis creditorum fuerunt assignati pro earum solutione duo perpetui Canones scut. 30. circiter ex effectibus eorumdem de Zefiris, & ab eisdem aeceptati cum expressa protestatione, quod in casu molestiarum, valerent ad sua primæua iura redire, vt in Summ. Monialium S. Marthæ num. 3.

At cum dicti Canones fuerint ab anterioribus creditoribus euicti, ipsæque Moniales carentes fundo & illius pretio, coram Reuerendiss. D. Costaguto illarum Iudice deputato ab Eminentiss. & Reuerendiss. D. meo Antonio Cardinali Barberino Protectore, citatis Abbatissa, & Monialibus S. Laurentij ex persona Sororis Deodatæ de Zeffiris, tunc detentricibus dictarum Domorum, intentarunt reintegrationem ad possessionem earumdem Domorum, seu casamenti venditi, atque inde ser. seruan. per sententiam obtinuerunt reintegrationem Summ. num. 5.

Habitoque recursu per prædictas Moniales S. Lautentij ad eundem D. meum Eminentiss. Protectorem, D. Iulius Donatus illius Auditor voluit Rotam consulere, & emanato dubio me proponente, An sententia Reuerendiss. D. Costaguti sit confirmanda, vel infirmanda, sub hac die fuit
resulutum sententiam esse confirmandam cuius
1 validitas satis superque fuit iustificata † ex actorum reuolutione iuxta *decis. Caputaq. 260. par. 2. & in recent. decis. 175. num. 1. & decis. 328. nu. 3. par. 5. & decis. 292. num. 11. par. 6.*

Non enim obstat, quod opponitur circa defectum iurisdictionis Iudicis, & quod in Breue si in euidentem, fuerat deputatus certis Iudex, inde dum Sanctiss. apposuit manus neminem posse se intromittere, nec alterum Iudicem habere iurisdictionem. Quia cessat obiectum, cum statim
3 atque Iudex delegatus † ad cognoscendum super vtilitate contractus, pronunciauit, siuè benè, siuè malè, functus fuit officio suo, & iurisdictio, tàm de iure Pontificio, quàm Cæsareo expirauit per *text. in d. l. Iudex posteaquam, ff. de re iud. l. sicut proponis, C. quomodo, & quando Iudex, cap. ex litteris, & cap. venerabili de offic. de leg. in terminis dixit Rota coram Durano dec. 325. num. 6. & coram eodem decis. 8. num. 2. in fin. & in eisdem terminis Rota decis. 631. num. 8. part. 2. recent. Buratt. decis. 371. num. 14. Caualer. decis. 347. num. 2.* Ideoque iurisdictio fuit deuoluta ad Ordinarium.

4 Et eo magis cum † exequutio sententiæ exequutoris fuerit consumata, & causa reintegrationis ex integro fuit instructa in prima instantia,
5 quo casu potuit † Iudex Ordinarius procedere, quia erat noua causa, vt probatur *ex Text. in l. à Diuo Pio, §. si post ad dictum, ff. de re iudic.*

Iustitia verò sententiæ desumitur ex eo, quia benè competebat reintegratio Monialibus Sanctæ Marthæ ad possessionem Casamenti, de quo agi-
6 tur per easdem † vendidi illis de Zeffiris, cum fuerit

rit nulliter distractum, vt firmant *Bart. in l. 1. §. si si vir vxor nu. 3. & ibi Crot. nu. 20. ff. de acquir. possess. Alex. cons. 200. num. 1. lib. 2. Gaill. obseru. 85. num. 19. lib. 2. Caputaq. decis. 170. per totam par. 3. Rota in recent. decis. 94. nu. 2. vsq. ad 8. par. 7. & in Geruden. Scribaniæ 21. Maij 1638. coram. bon. mem. Merlino in §. verum. & in Messanen. Tenimenti 28. Iunij 1634. & 7. Februarij, & 22. Iunij 1635. coram Eminentiss. Verospio Iuniore.*

Nullitas equidem alienationis satis colligitur tam ex defectu euidentis vtilitatis, quam ob non seruatam formam Beneplaciti Apostolici. Siquidem Beneplacitum Apostolicum requisitum
7 iuxta extrauagantem Pauli † Secundi emanauit sub conditione, si euidentem Monasterij vtilitatem alienatio cesserit, quæ vtilitas non fuit pro-
8 bata, prout requirebatur, † cum duo testes examinati pro DD. de Zeffiris emptoribus hanc vtilitatem non probent, dum ambo super 43 deponant se ignorare valore domorum. Vnde si igno-
9 rant valorem † non possunt probare vtilitatem Ecclesiæ *Buratt. decis. 538. per totam Seraph. decis. 1356. num. 2. Gregor. XV. decis. 553. num. 3.* quæ qui-
10 dem euidens vtilitas præcisè & † concludenter probanda est de tempore contractus alienationis per *text. Extrauagant. ambitiosè de reb. Eccles. non alienand.* & in terminis *Hended. cons. 51. num. 61. lib. 1. Gratian. discept. forens. 415. num. 4. Caualer. decis. 288. num. 15. & 252. num. 22. par. 7. Seraph. decis.*
11 *1356. num. 2. & decis. 1453. num. 3.* & ignorant † vlteriùs dicti testes pensionem solitam percipi per Moniales, vt in Summario Monialium S. Laurentij. *num. 3.*

Corruit etiam alienatio ob non seruatam for-
12 mam Beneplaciti, quæ erat ad † vnguem obseruanda *Rota decis. 205. & 225. & 238. coram Reuerendiss. Vrgellen, & decis. 228. num. 2. & 3. coram bon. mem. Caualerio decis. 854. num. 2. coram Buratto, & in recent. decis. 200. num. 4. par. 6. & 94. 292. par. 7. & in Nouarien. bonorum. 13. Ianuarij præsentis anni*
13 *coram bon. mem. Merlino.* Itaut nec sufficiat † formã in parte fuisse adimpletam, quia est indiuidua, & in reintegratione consistit, vt ad rẽ tradit *Bald. in cap. cum adeo num. 4. de script. Rota in decis. 243. num. 3. part. 2.* fuit equidem inuestitum pretium
14 in censibus † contra prohibitionem expressam in d. licentia, & quamuis post aliquos annos præuia narratiua, pretium erat inuestitum *in censi bonissimi per l'anteriorità, e potiorità* Papa inuestimentũ in Censibus approbasse videatur, prout ex testimonio bon. mem. Card. Bellarmini de viuæ vocis oraculo constat Summar. Monialium Sancti Laurentij num. 1.

Quia tamen, vt inferius dicam apparet, quod
15 altet ex dictis † censibus non optimus, sed pessimus est: gratia obtenta sub dicta narratiua inef-
16 ficax est ex † capite subreptionis, quę totam gratiam vitiat, & quidem ipso iure, quando, vt in casu isto, respicit formam intrinsecã gratiæ iuxta communem opinionem, de qua testatur *Felin. in cap. ad audientiam il 2. num. 22. vers. litteræ Beneficiales de rescript. Soccin. sen. cons. 120. num. 5. lib. 3. Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 99. num. 1. Loter. de reb. benef. quæst. 99. num. 14. & seq. lib. 2. Gregor. XV. decis 450. num. 1.*

Constat inquam, quod Census emptus à Zef-
17 firis impositus fuit super fundo subiecto † hypothecis anteriorlbns, ob quas idẽ fundus fuit deinde euictus mediante sentẽtia graduatoria lata inter creditores, vt ex Instrumento relato in Summ. Monialium S. Marthæ nu. 3.

Non obstat, quod pro huiusmodi alienationibus sustinen inspiciendum sit tempus contractus
18 non † quod postea euenit, quia dictæ hypothecæ anteriorum creditorum aderant etiam de tempore contractus, & propterea falsum narratum fuit, quod tunc Census erat optimus, & tutissimus ob
19 anterioritatem, & potioritatem, † quæ potioritas nulla ratione potest applicari in casu huius venditionis, in quo deficit reseruatio dominij, quæ sola poterat fauere Monasterio Sanctæ Marthæ pro illius potiori iure ad exclusionem quorumuis aliorum creditorum de Zeffiris, & euictio earun-
20 dem hypotecarum † subsequuta, ad ipsius alienationis tempus retrotrahitur *Gabr. cons. 194. num. 13. lib. 1. Costa de retract. capit. 3. casu 31. num. 2.*
21 Imò etiam ad tempus † contractarum hypothecarum adnorata per *Alex. in l. si constante num. 4. ff. solut. matr. Paris. cons. 101. num. 26. lib. 3. Negus. de de pignor. membr. 4. part. 2. nu. 71. & 79. Surd. de alim. priuileg. 49. nu. 15.*

Nec al iqua potioritas verificatur, dum vel reseruatio dominij, vel alia causa priuilegiata non concurrit.

Constito autem ex prædictis de falsitate narratorum, nec vrget in contrarium beneplacitum Apostolicum, sententia Exequutoris, nec asser-
22 tio Monialium. Quia præsumptio, † quæ adesse solet pro beneplacito, sententia, vel pro assertione partis tollitur per euidentiam contrariæ probationis *Rota decis. 94. num. 71. par. 7. recent.* & asser-
23 tioni partium non statur in† prohibitis, prout est alienatio bonorum Ecclesiæ *Feder. de Sen. cons. 14. Rot. decis. 752. num. 3. part. 1. & decis. 597. num. 2. par. 4. diuers. Bellam. decis. 677. & decis. 11. numer. 5. apud. Posth. de manut. & in recent. d. decis. 94. nu. 44. part. 7. & post Cenc. de censib. decis. 27. num. 4. & decis. 36. num. 3. & 9. & decis. 37. nu. 6. & 7.*

Prout etiam non vrget præsumptio deduci so-
24 lita ex lapsu temporis cum obseruantia, † quia non dum fuerunt lapsi 30. anni, prout ad talem effectum requiritur. *Seraph. decis. 642. Rot. decis. 534. in princip. part. 1. diuers. & recent. decis. 122. numer. 5. & decis. 406. num. 3. part. 1. & decis. 139. num. 6. par. 6.*

Ex quibus fuit dictum sententiam reintegratoriam Monialium S. Marthæ, quæ alienarunt,
25 esse confirmandam. † Quia Ecclesiæ, quæ ex contractu nullo, seu iniusto cecidit à possessione competit remedium reintegrandæ, *vt ex textu Canonæ reintegrandæ 3. quæst. 1. Abb. in cap. ad Sedem num. 28. de restit. Butr. in cap. sæpè nu. 12. eod. tit. Honded. cons. 13. num. 40. & 52. num. 2. Surd. cons. 20. num. 58. Rot. decis. 94. num. 3. part. 7. & in Messanen. Tenimenti 22. Iunij 1635. coram Eminentiss. D. Card. Verospio,* maximè quia aliter Moniales, nec aberent domus, nec Censum neque Canones eius loco po-
26 stea † consignatos; cum & illi fuerint à creditoribus anterioribus illorum de Zeffiris euicti.

Et ita vtraque parte informante &c.

DECISIO CXIII

R. P. D. BICHIO.
Romana fructuum Dotis.
Lunæ 23. Iunij 1642.
Est impressa inter Bichio in Tom. Decis. 99.

R. P. D. GHISILERIO.
posteà Episcopo TERRACINEN.
Mutinen. Bonorum.
Lunæ 23. Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

Rescriptum Signaturæ Sanctissimi, quod constito de tribus conformibus sententia exequatur, intelligi debet de sentenijs validis, & iustis, alias non merentur nomen sententiæ. Alienatio bonorum Ecclesiæ, vt valida sit requiruntur solemnitates, & vtilias, intollerabilior tamen est defectus vtilitatis, quàm solemnitatum, cum in vtilitate consistat totum fac super dicta alienatione. Vtilitas circa alienationem bonorum Ecclesiæ quando non dicatur adesse.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ, vt dicantur conformes, sufficit, quod concordent in substantia, & non in verbis.*
2 *Sententiæ vt dicantur conformes, est probandum, quod sint validæ, & iustæ.*
3 *Sententiæ iniustæ non merentur nomen sententiæ nec exequutionem merentur.*
4 *Exequutioni, vt mandari possint, sententiæ supponi debet quod sint validæ, & iustæ.*
5 *Sententiarum validitas, ex quibus dicatur probari, & num. 6.*
7 *Inualiditas alienationis bonorum Ecclesiæ, ex quo satis doceatur, & nu. 8.*
9 *Beneplacitum Apostolicum, quando concurrit in alienatione bonorum Ecclesiæ, siue verum siue præsumtum, substinetur non obstante quacumque prohibitione fundatoris.*
10 *Vita alienantis bona Ecclesiæ debet subduci in præsumendo beneplacitum Apostolicum spatio 30. annorum præsumptum.*
11 *Beneplacitum Apostolicum spatio 30. annorum, vt præsumatur interuenisse, tempus debet esse completum, vsque ad vltimam horam, & momentum.*
12 *Rectoris vita alienantis bona Ecclesię, nob debet subduci ad præsumendum beneplacitum Apostolicum, licet secus quoad præscriptorum & vide num. 3.*
14 *Bona Ecclesiæ, vt dicatur solita renouari in emphyteusim, quid requiratur, & num. 15.*
16 *Præsumptio validi beneplaciti Apostolici, ex quibus satis elidatur, & num. 17. 18. 19.*
20 *Gratia, vt dicatur subreptitia quid sufficiat.*
21 *Papa vbi agitur de derogatione voluntatis, fundatoris non ita facile procedit.*
22 *Cardinalis Camerarius nullibi constat, quod habeat facultatem derogandi voluntatibus fundatorum, & commutandi eorum voluntates, cum id sit reseruatum Papæ.*
23 *Conditioni appositæ in limine fundationis, vt dicatur derogatum, requiritur expressa mentio.*
24 *Per constitutionem Principis quamuis publicè, & solemniter editæ, licet conteneat omnes obstantias de Mundo, non tolluntur conditionis fundationis.*
25 *Nisi nominatim specialiter, & expresse per ipsum principem tollantur.*
26 *Papa difficile dispẽsat quoad conditiones positas in limine fundationis beneficiorum.*
Et hoc ne retrahantur personæ a fundatione, & ordinatione beneficiorum num. 26.
28 *Clausula non obstantibus, licet tollat ea, quæ in genere, secus si in specie.*
29 *Alienatio bonorum Ecclesiæ, quod cesserit in vtilitatem ipsius Ecclesiæ, ex quibus constet.*
30 *Concessio fauorabilis, & vtilis Ecclesiæ non comprehentur sub prohibitione generali.*
31 *Beneficij fundator, potest prohibere, ne bona assignata in dotem, alienentur, nec in melius.*
Quod ei facere licet, cum non sit, conditio iniqua, nec contra bonos mores num. 31.
32 *Beneficij fundator potest apponere quascumque conditiones d iure non improbatas.*
33 *Testes non potest probare euidentem vtilitatem Ecclesiæ circa alienationem eius bonorum, dum non sunt informati de bonis, nec de confinibus.*
34 *Testes deponentes de credulitate, & proprio inditio non releuant.*
35 *Bona Ecclesiæ, si alienentur in censanguineum Rectoris, hoc non est bonum signum pro vtilitate Ecclesiæ.*
36 *In Alienatione bonorum Ecclesię intollerabilior est defectus circa vtilitatem, quam circa solemnitates.*
37 *Alienationis bonorum Ecclesiæ tota validitas consistit in vtilitate ipsius Ecclesiæ.*
In Alienatione bonorum Ecclesiæ, quare Romani Pontifices constituerunt tot solemnitates num. 38.
38 *Bona Ecclesiæ non possunt alienari, nisi euidens necessitas, vel vtilitas adsit.*
39 *In Alienatione bonorum Ecclesiæ cum requirantur copulatiuè solemnitates, & vtilitas contractus est ipso iure, si cesset vtilitas, non obstante beneplacito Apostolico.*
41 *In Alienatione bonorum Ecclesiæ requiritur solemnitas, & iusta causa.*
42 *Rescriptum Signaturę, quod constito de tribus conformibus, sententia exequatur, intelligitur de tribus sententijs validis, & iustis.*

DECISIO CXIV.

PER tres sententias Rotales præuijs de more solitis decisionibus fuit pronunciatum inuestituras, concessiones, & renouationes bonorum perpetui simplicis beneficij S. Siluestri in Ecclesia Cathedrali Mutinen. olim factas per q. Gasparem, & Paulum de Silingardis fuisse nullas, & inualidas, ac de facto factas, nullisque roboris, & momenti, pro ideque Angelum Mundatorium Rectorum modernum non fuisse, nec esse obligatum ad illarum renouationem, imò eundem nomine sui beneficij reintegrandum, & restituendum fore, & esse, & ad dd. bonorum naturalem, veram, realem, & actualem possessionem; Franciscumque

que Silingardum, & Iuniperam Bellincinam detentores eorumdem bonorum teneri, & obligatos esse ad illorũ dimissionem; & in illis fuerunt reuocatæ duæ priores sententiæ ad fauorem dd. Francisci, & Iuniperę latæ in prima instantia coram Ordinario Mutineñ, & in secunda coram Iudice delegato Bononieñ. A quarum trium sententiarum interposita appellatione, per Signaturam retardata exequutione posteriori, stante rescripto, vt iñ causa procedatur cum clausula, constito de tribus sententijs, quæ sint exequendæ, exequantur, dato dubio ad præscriptum Commissionis, responsum fuit constare de tribus conformibus.

Quia de numero trium, & conformitate sententiarum non potest dubitari dum in substãtia, & effectu idem continent, & vna confirmat aliam nedum in verbis, sed in substantia, prout requiritur, quia ad effectum, vt sententiæ dicantur
1 conformes sufficit, quod concordent in substantia licet non in verbis *glos. in Clem. 1. in verb. alicuius de sent. & re Iudic. vbi Card. num. 2. Bald. in l. creditor, §. cum de sorte num. 1. de solut. Gabr. de exequut. rei iudic. conclus. 1. num. 33. Ruin. cons. 114. num. 10. lib. 5. Dec. cons. 385. sub nu. 2. vers. & in tali conformitate. Couarr. pract. quęst. cap. 25. num. 6. Rota in Romana Inuestimenti 21. Iunij 1628. coram me. in Bonon. Terrarum 17. Nouembris 1628. & 12. Februarij 1629. coram Eminentiss. Cardinali Vbaldo, & ita passim.*

2 Nec dubitarunt Domini quin sint validæ, & iustæ, vt requiritur, ad hoc vt sit locus rescripto Signaturæ, quod intelligitur de sententijs validis, & iustis, alias enim sententiæ iniustæ non
3 merentur nomen sententiarum, nec exequutionem *Bart. in l. 4. §. condemnatum, ff. de sent. & reiudic. Caputaq. decis. 114. part. 3. Seraph. decis. 400. num. 3. & passim Rota* transit cum hoc præsupposito, quod
4 sententiæ † sint validæ, & iustæ vt inde exequutioni demandari possint.

5 Validitas enim earundem colligitur ex reuolutione processus, dum apparet † omnia necessaria fuisse seruata, *iuxta dec. Caputaq. 260. p. 2.* cum fuerit firmata iurisdictio per specialia rescripta, legitimatæ personæ comparentium hinc inde per exhibitionem mandatorum procurę, & præcesse-
6 rint citationes ad terminos substantiales, nec non ad sententiam, vt apparet ex ipsis regestris.

Iustitia similiter sententiarum est patens ex decisionibus in causa factis in prima instantia coram R.P.D. meo Rojas. in secunda coram bon. mem. Pirouano, & in tertia coram Eminentissimo Card. Verospio, tunc huius S. Tribunalis Au-
7 ditore, in quibus † fuit firmata inualiditas dd. alienationum, cum sint de directo contra formam fundationis prohibentis illas, dum vetuit expresse, ne Rector pro tempore possit donare, permutare, cambiare etiam in melius, sed de-
8 beat illa sicut iacent, & posita sunt retinere nomine beneficij, adeout nec quidem possit ea relaxare alicui laboratori vltra annum, vt in Instrumento fundationis celebrato sub die 20. Octobris 1402.

9 Non obstat, quod vbi concurrit beneplacitum Apostolicum, siue præsumptum, † siue verum concessione sustineantur, non obstante quacumque prohibitione apposita in fundatione; quia neutrum in hoc casu interuenit.

Non præsumptum ex prætenso lapsu nedum 30. sed etiam 60 annorum iuncta perpetua obseruantia, quia obiectum ruit ex facto, cum subdu-
10 cto † tempore vitæ Rectorum, qui fecerunt supradictas alienationes, necnon tempore motæ litis, non decurrerint 30. annis, qui necessariò re-
11 quiruntur † completi vsque ad extremam horam & momentum, ad inducendam præsumptionem beneplaciti Apostolici *Rota decis. 160. num. 6. par. 2 diuers. decis. 706. num. 10. part. 3. recent. decis. 568. n. 5. in fine par. 4. coram bon. mem. Buratto decis. 598. nu. 18 & in singulari, & elegantissima decisione Illustrissimi D. mei Decani in Messanen. seu nullius feudi 15. Februarij 1636. quæ est decis. 94. par. 7. recent.* ad quam est recurrendum in hac materia.

Non facit, quod ad effectum pręscriptionis sit
12 detrahendum tempus vitę Rectorum, † non autem ad effectum inducendi præsumptionem beneplaciti Apostolici, quam distinctionem plures amplexa fuit *Rota in decisionibus cumulatis per Adden. ad sanct. mem Gregor. XV. decis. 354. num. 18. in fine, & in decis. 463. num. 8. par. 4. recent.* Quia hæc difficultas fuit sublata in supradictis tribus instantijs in singulis decisionibus, cum, non ob-
13 stan. quicquid exaduerso dicatur, sit omnino demendum tempus vitæ Rectoris male alienantis, vt latè tenuit *Rota d. decis. 94. num. 13. 14. 15. 16. & 17.* vbi auctoritates, & aliæ decisiones Rotales referuntur: sed quatenus etiam adfuisset tempus sufficiens, attamen non suffragaretur, vbi non agitur de rescindendo contractu iam facto, qui habuit suum effectum, per deficientiam genera-
14 tionis, seù terminationis temporis, sed de † obligando Ecclesiam ad renouandum, quo casu requiritur, vel vnica expressa concessio solemnis, & à principio valida, quæ non eget cursu temporis pro illius validitate substinenda, vel duæ con-
15 cessiones effectum sortitæ, † & obseruatæ spatio 40. annorum quemadmodum fuit firmatum in decisionibus factis in causa, & pręcipuè *coram bon. mem. Pirouano sub die 22. Iunij 1639.* Hanc opinionem sequuta fuit *Rota antea coram Seraphin. decis. 1490. num. 4. decis. 160. num. 5. par. 2. diuers. coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 250. num. 19. & seqq.* Maximè cum agatur de alienatione facta ad fauorem consanguineorum, & contra formam funda-
16 tionis, † & de vniuerso patrimonio beneficij, & sic de contractu suspecto, quæ qualitates destruunt quamcumque præsumptionem validi beneplaciti Apostolici, latè *Rota dicta decis. 94. n. 16. par. 7. & 10. Nouarien. bonorum coram eodem Illustrissimo D. meo Decano 13. Ianuarij præteriti.*

Non verum beneplacitum Apostolicum expeditum de anno 1566. per Vitellotium Cardinalem Vitellium tunc S.R.E. Camerarium super singulis quinque alienationibus spatio quinque die-
17 rum successiuè factis, de quo constat ex processu fabricato in partibus coram exequutore nuperrime inuento, & ex tenore sententiæ latæ ab exequutore, ibi, & de quibus in litteris Apostolicis, & Instrumento coram nobis exhibitis fit mentio &c. Ex quibus ad corroborationem pręsumpti beneplaciti Apostolici videntur reddi tanto magis certa, ac tuta solemnitas, ac vtilitas Ecclesiæ, requisita necessaria in alienationibus bo-

bonorum Ecclesiasticorum, in quarum defectu nituntur sententiæ, de quibus agitur. Quia quicquid sit, An dictus processus sit in forma probanti, certum est, quod in impetratione di-
18 cti beneplaciti non fuit narratum, quod bona de quibus agitur erant prohibita alienari, & quod nec etiam locari poterant vltra annum, sed dicta bona, & quodlibet ipsorum sicut iacent,
19 & posita sunt † debebat beneficiatus retinere nomine beneficij, vt in instrumento fundationis, si enim Papa, vel Cardinalis Camerarius, qui de mandato Papæ viuæ vocis oraculo beneplacitum concessit, sciuisset hanc enixam fundatoris vo-
20 luntatem, verisimiliter, vel beneplacitum † non concessisset, vel difficilius concessisset, quod sufficit ad hoc, vt gratia subreptia dicatur *sanct. mem. Greg. XV. decis. 150. num. 5.* & eo ipso præsumitur, quod difficilius Papa concessisset, quando præ-
21 iudicium aliquod infert, prout hic, vbi agitur de derogatione voluntatis fundatoris. Vnde patet beneplacitum corruere nedum ex defectu potestatis, quia nullibi constat, quod Cardinalis Camerarius haberet facultatem derogandi fundatio-
22 ni, † & commutandi voluntatem fundatoris, quod cum sit de reseruatis Papæ requirit expressam concessionem, *iuxta text. cum ibi notatis in Clem. quia contingit de relig. domib.* sed etiam ex defectu voluntatis dum non fuit facta expressa men-
23 tio de prædicta conditione apposita † in fundatione prout requiritur, quia semper requiritur expressa facultas derogandi fundationibus, *vt est glos. solemnis. Giul. de Monte Laudum in Extrauag. Ioannis XXII. incipien. Sedes Apostolica, in verbo mutare*, quæ dicit, quod per constitutionem Princi-
24 pis, quantumuis publicè, vel solemniter edita, licet contineat omnes non obstantias de mundo non tolluntur conditiones fundationis, nisi nominatim specialiter, & expresse per ipsum Principem tollantur, & hoc dictum approbauit *Rota decis. 1. de præben. in nou.* firmans verum esse in statuto apposito in prima fundatione certi beneficij per fundatorem, siue Laicum, siue Clericum, vel
25 in testamentis eorum, quibus Papa non intendit præiudicare, nec derogare per huiusmodi clausulas generales ne retrahatur à fundatione, & ordi-
26 natione beneficiorum *arg. cap. cum dilectus de iure patron.* & eorum quæ notant *Doct. in cap. licet de præb. in 6. Tale dictum Guil. refert, & sequitur Felin. in tract. quando litteræ Apostolicæ noceant patr. Eccles. num. 7.* hunc sensum tenuit *Rodean. de reb. Eccles. non alienan. rubr. 19. de causa vtilit. n. 115. & seqq.* Et
27 ratio est quia licet per nō obstantias † hodie in gratijs poni cōsuetas derogetur statutis generalibus omnia beneficia Ecclesiastica respicientibus tamen non derogatur per eas statuto alicui sin-
28 gulari super certo beneficio edito nisi de illo certa, expressaque mentio fiat.

Non obstat, quod cum dicta bona fuerint in emphyteusim concessa pro maiori vtilitate Ecclesiæ, iustificata ex testibus examinatis pro Francisco & Iunipera deponentibus dictas concessiones fuisse vtiles Ecclesiæ, & Rectori, & ex sententijs exequutorum desuper emanatis habentibus
29 omnem præsumptionem pro se, in quibus ijdem exequutores præuia legitima informatione retulerunt concessiones, de quibus agitur, cedere de præsenti, & in futurum cessuras in euidentem vtilitatem Ecclesiæ *Bald. in cap. 1. de his qui feud. dar. poss. Alex. cons. 29. sub. num. 6. in fine lib. 1. cum alijs adductis per Rot. dec. 221. num. 2. & 3. par. 4. diuers. Adden. ad sanct. mem. Gregor. XV. decis. 343. num. 6. Seraph. decis. 1125. num. 1. & 2.* ob non factam mentionem prohibitionis alienationis non subsistat allegatus defectus potestatis Cardinalis Camerarij, &
30 voluntatis illius, cum concessio fauorabilis, & vtilis Ecclesię non comprehendatur sub prohibitione *vt not. Bald. in l. quicunq. Cod. de bon. quæ lib. Felin. cons. 42. num. 4. Cassad. decis. 12. num. 14. de præben.* Quia vltra, quod fundator prohibuit aliena-
31 tionem, seu permutationem etiam in melius, quod sibi facere licuit, cum non sit conditio iniqua, nec contra bonos mores *ex allegat. per Lambert. de Iurepatr. part. 1. lib. 1. quæst. princip. 9. art. 1. num. 1. & seqq. & præcipuè sub num. 12.* vbi quod fundator potest apponere quascumque conditio-
32 nes à iure non improbatas; cessat penitus difficultas ex eo, quod nullibi probatur hæc euidens vtilitas, quia testes hoc examinati non reddunt sufficientem causam scientiæ, nec sunt informa-
33 ti de quantitate, & confinibus Terrarum, nec de annuo redditu, minusque de quantitate omnium fructuum, & alijs similibus, quibus ignoratis non
34 potest percipi euidens vtilitas, & vt plurimum loquuntur de credulitate, & proprio iudicio, & ideo nō sūt attēdēdi. *sanct. me. Greg. XV. dec. 517. & decis. 528. num. 12.* nec ex eis potest desumi euidens vtilitas *Seraph. dec. 503.* Verum cū integra dos beneficij non data equiualenti recōpensa fuit alienata
35 ad fauorem fratris germani, non solū nō apparet adesse euidentē Ecclesię vtilitatē, vel necessitatem sed manifestum damnum, & tamen requiritur vtilitas clara, euidens, & indubitata. *Abb. in cap. ad aures num. 4. de rebus Eccles. non alienan. Corn. cons.*
36 *242. num. 3. lib. 2.* maior enim, & intollerabilior est defectus circa vtilitatem, quam circa solemnitates, cum vt inquit *Illustrissimus D. meus Merlinus in dicta Messanen. seu nullius feudi*, tota validitas alie-
37 nationis bonorum Ecclesiæ pendeat ab vtilitate, & nihil aliud exigant Summi Pontifices, & propterea præscribuntur solemnitates tamquam media ad intentum vtilitatis finem assequendum, & ad euitandas damnosas circumuentiones Ecclesiarum *c. sine exceptione*, ibi, quod non sit dubium profuturum Ecclesiæ *22. quæst. 2. cap. 1.* ibi,
38 præsertim cum euidens necessitas, vel vtilitas suberesset *de reb. Eccles. non alienan. in 6.* Quare cū in alienatione bonorum Ecclesiæ ad illius validita-
39 tem copulatiuè requirantur solemnitates & vtilitas, cessante, vtilitate contractus est ipso iure nullus, non obstante beneplacito Apostolico obtento, & illius exequutione, ita Rota passim.

Præterea cum concessiones, de quibus agitur, fuerint factæ ad fauorem germani fratris, cum clausula, pro hæredibus quibuscumque, nec fuerit expositum in impetratione beneplaciti, quod alienatio fiebat in fratrem, minusque, quod fie-
40 bat per hæredibus quibuscumque, & de † vniuerso patrimonio, nec exposita fuerit prohibitio fundatoris prætextu euidentis vtilitatis, dd. concessiones non possunt substineri deficiente beneplacito ex defectu mentis concedentis staute illius
41 subreptione, † cum vt fuit dictum supra in alienatione

natione requirantur solemnitas, & iusta causa per extr. auag. ambitiosè de reb. Eccles. non alien. Rot. decis. 252. num. 9. par. 7. recent.

Vnde cum ex supradictis, & alijs latius deductis in tot decisionibus in prima, secunda, & tertia instantia factis fuerit probata iniustitia sententiarum de partibus, quia non interuenit beneplacitum Apostolicum, siue præsumptum, siue verum, in hac positione ad formam rescri-
42 pti Signaturæ fuit resolutum † constare de tribus sententijs validis, & iustis, quæ consequenter sunt exequendæ.

Et ita resolutum vtraq; parte informante &c.

DECISIO CXV.

R. P. D. BICHIO
Cathacen. Ecclesiæ
Lunæ 23. Iunij 1642.
Est impressa inter Bichio in Tom. Decis. 100.

R. P. D. PEVTINGERO.

Hispalen. Iuris amouendi Curatos.

Lunæ 23. Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

Episcopus, si habeat vniuersalem curam animarum, & penes ipsum solum existat, tunc si ipse deputet Curatos nutum amouibiles ad curam animarum exercendam, & hoc casu qualiter probetur, quod ipse Episcopus sit in quasi possessione amouendi dictos Curatos ad libitum suæ voluntatis absque causa, & plura deducuntur circa dictam amobilitatem an sit permissa de iure.

SVMMARIVM.

1 *Testes, qui deponunt in causa status, probant etiam in causa diuersa.*
2 *Possessio probatur ex manutentione iam obtenta.*
3 *Obiectio, quando cessat ex facto contrario, tunc aliud non est quærendum, & num. 6.*
4 *Decretum receptoris testium super admissione eorumdem quid importet in partibus Hispalen. & num. 5.*
7 *Testes dicuntur bene informati de re super qua deponunt, si asserant, quod si res aliter fuisset, ipsi sciuissent.*
8 *Testes deponentes de facto proprio, præsumuntur bene informati.*
9 *Priuatio supponit habitum.*
10 *Curati ad nutum amouibiles, nullo modo possident.*
11 *Et quatenus aliquo modo possideant, dicitur limitata possessio ad tempus, scilicet donec amoueantur.*
12 *Temporis limitati natura, quæ sit.*
13 *Precario possidens, nullam aduersus deputantem potest competere manutentionem.*
14 *Precario possidens contra eum à quo possidet, non est manutenendus.*
15 *Curati ad nutum amouibiles quando dicantur esse in quasi possessione non posse amoueri sine causa.*
16 *Curatus ad nutum amouibilis, si fuerit amotus ab eo, qui non habet talem potestatem, merito venit reintegrandus.*
17 *Secus verò si fuerit amotus per eum, qui illum deputauit.*
18 *Roman. in consil. 336. num. 6. Seraph. decis. 950. num. 3. & alij declarantur.*
19 *Beneficij curati status, regulariter est perpetuus.* *Non tamen ex hoc negatur quin cura animarum quæ residet penes Prælatum possit exerceri per Curatos amouibiles.*
20 *Text. in cap. vnic. de Cappel. Monac. qualiter intelligatur, & num. 21.*
21 *Curatus ad nutum amouibilis an possit amoueri sine causa, & maximè ex odio, vel indignatione, & numer. 22. 23. & 40.*
24 *Et affirmatiuè resoluitur, & ista amobilitas est magis conducibilis Ecclesijs, & sic sensit Sacra Congregat. Concil. & num. 25. 26. 27. & num. 33.*
28 *Verbum,* ad nutum, *importat liberam voluntatem.*
29 *Surd. in consil. 315. num. 1. declarat.*
30 *Declaratio Sacræ Congregat. Concil. in vna Ferrarien. de anno 1629. qualiter intelligatur, & nu. 31. & 33.*
32 *Vicarium suum, quisque pro sua voluntate remouere potest.*
34 *Quasi possessio amouendi Curatos ad nutum amouibiles sine causa, ad quid suffragetur, & quid sit in materia contra ius. num. 35.*
36 *Statutis in limine fundationis beneficiorum, non derogatur, nisi exprimantur.*
37 *Terminorum diuersitate stante, resolutio non intrat, cum ad diuersa non fit illatio.*
38 *Declaratio Sacri Concil. Trident. in causa Hispalen. de anno 1626. non ita vniuersaliter procedit.*
39 *Monialibus multa permittuntur ne sequantur inconuenientia, quæ in alijs non considerantur.*

DECISIO CXVI.

CVratos Hispalenses non acquiescentes decisionibus * coram me factis placuit tertio audire, hodieque proposita causa tertio Domini steterunt in decisis.

Constat enim multipliciter de quasi possessione Eminentiss. Cardinalis Archiepiscopi circa ius remouendi dd. Curatos ad nutum, non solum ex testibus in hac causa verum etiam ex alijs con-
1 tra alias personas examinatis, qui cum † deponant super statu rei, faciunt propterea probationem in præsenti, ad *text. in l. ingenuum. ff. de stat. hom. Greg. decis. 498. num. 9. cum alijs allegatis* in prima huius causæ decisione *sub die 20. April.* 1640. Tum ex mandatis de manutenendo primo
2 † à Prouisore, altero à Nuncio relaxatis, *Caual. decis. 217. & 501. num. 1.* tum ex tribus sententijs in iudicatum transactis, vt dixit *Rota coram Remboldo in Calaguritana processionum 15. April. 1622. & 9. Iunij 1623. & nouissimè in Vicen. Canonicatus 16. Iunij 1642. coram R. P. D. meo Ghisilerio.*

Non obstat, quod hodie contra testes denuo replicabatur, nempè illos esse examinatos absque citatione. Nam vt in præterita dicebatur, obiectum cessat ex facto, stante decreto receptoris su-
3 per admissione † partium in informandum Curatis intimato cum præfixione termini sex dierum. *process. fol. 379.* quod de stylo illarum partium

  con-

4 † continet clausulam citationis ad videndum iurare testes vt firmauit Rota *dec. 686. num. 4. & decis. 611. num, 6. & 7. par. 1. recent. Buratt. decis. 304. num. 2. & 3.* vbi quod nec requiritur cita-
5 tio † etiamsi receptor expresse mandasset partes citari, & fuit dictum in *Toletana decimarum de la Solana*, §. *quæ ab Ecclesia 22. Aprilis* 1641. *coram R. P. D. meo Bichio*.

Corruit pariter ex facto quod dicitur in eorum
6 depositionibus non exprimi † qualitatem remotionis sine causa, cum contrarium appareat ex eorum lectura *proc. fol.* 380. vsque *ad fol.* 440. & refert etiam *2. dec. sub die 21. Iun. 1641. §. &*
7 *quoad examen.* cum sufficienti ratione quod † si res aliter se haberet, id ipsi sciuissent, & vidissent; qui est verus modus probandi negatiuam ex trad. per *Alexan. cons. 136. num. 10. lib. 1. cum alijs per Farinac. de testib. quæst. 65. nu. 228. & 229.*
8 præsertim † cum multi deponant de facto proprio, *ex alleg. per eundem vbi supra num. 239.*

Neque vero pro manutentione Curatis danda Dominis releuare visa est possessio, quam ex ipsa remotione informantes pro Curatis deducebant
9 ex regula, † quod priuatio præsupponat habitum, vt in proposito dixit Rota *in Bonon. Portoni 17. Decembris 1607. coram Marcomontio* relata per *Marches. de Commiss. par. 1. fol. 978. arg. tex. in l. decem. ff. de verb. oblig. cum alijs ibi alleg.* Quia responsionem subministrat prima decisio huius cau-
10 sæ *in §. & quod habenti*. vbi firmatur † quod isti Curati amouibiles vel nullo modo possident secundum *Gambar. de off. legat. in reser. benef. nu. 12.* vel si aliquo modo, possidere dicantur ista ali-
11 qualis † possessio est limitata ad tempus, scilicet donec remoueantur, vt tradit *Garz. de benef. par. 1. cap. 2. num. 87.* Vnde illo elapso non dicitur am-
12 plius possessio ex natura temporis † limitati *l. Imperator. ff. de postul. l. statu liberi §. stichum. ff. de leg. 2. cum alijs alleg. in d. prima decis.* & benè in proposito arguit *Rota coram Remboldo in Romana Cappellaniæ ad Scalas Sanctas 8. Nouemb. 1624.* Im-
13 mò cum † dicti Curati dicantur precario constitui, vt post *Bero. in cap. cum sine multa nu. 10. circa med de arbitr.* firmat secunda decisio in §. *& ratio est vers. & isti* nulla potest eis aduersus Archiepiscopum deputantem competere manutentio; cum
14 certum sit † precario possidentem contra eum à quo possidet esse manutenendum, vt est *tex. clarus in l. 1. in princ. & §. final. ff. vti possid.*

Minus releuant testes aliàs dati in præterita positione *Summ. num.* 20. ex quibus firmari asserebant quasi possessionem Curatorum, quoad ius, ne remoueantur absque causa, ex eo, quia quan-
15 do fuerunt † aliàs remoti reclamarunt, & fuerunt reintegrati ad curam. Quia illos Rota vtpote examinatos lite in hoc Tribunali pendente sine citatione, & absque iurisdictione minimè voluit attendere.

Sententia verò reintegratoria vnius Curati ad curam data *in veteri Summ. num. 22.* nullam vim faciebat. Quia Curatus ille non fuerat remo-
16 tus † ab Archiepiscopo, sed spoliatus à Beneficiatis, & Cappellanis, vt patet ex eiusdem lectura, vnde merito potuit petere reintegrationem *ex trad. per Rotam decis. 1. de rest. spol. in antiq.* vbi expressè firmatur quod habenti administrationem,
17 seu Prioratum † amouibilem nullum competat remedium restitutorium, si remoueatur per Abbatem deputantem, secus vero si ab extraneo; ad tex. *in l. qui precario. ff. de precario, & facit tex. in d. l. 1. §. fin. ff. vti possid.*
18 Auctoritates *Romani* † *cons. 356. sub num. 6 Seraph. decis. 950. num. 1. Bellam. decis. 203. Cassad. decis. 4. num. 2. & decis. 12. num. 9. de præben.* quæ in substantia nihil aliud probant, quam quod regulariter status beneficij Curati est perpetuitatis,
19 admittebantur, non tamen † per hoc tolli dicebatur quin cura quæ residet penes Prælatum possit exerceri per Vicarios amouibiles, vt tenuit expressè *glos. in clem. frequens in verb. ad mensam de excess. Prælat. & ibi Abb. num. 17. circ. med. Vital. num. 83. & 61. Imol. nu. 16. Rot decis. 2. num. 2. de excess. Præl. in nouis Bisignett. decis. 21. num. 2. de præben. Gregor. decis. 370. num. 6. & in rec. decis. 5. numer. 7. & 8. par. 7. post Rebuff. Oied. Garz. Azor. Corn. Butr. Gemin. Hostien. Ancar. & alios in præterita, cumulatos §. & quod animarum cura.*

Quibus sanè nec *tex. in cap. vnico de Cappell.*
20 *Monach.* nec *textus Concil. Trident. in cap. 13. sess. 24. de reform.* pro perpetuitate Curatorum adducti repugnant; nam quoad textum *in cap. vnico* satisfacit *decis. Caual.* 350. *num. 4. & 389. nu. 3.* ad
21 tex. vero † Concilij plenè dicta secunda *decis. in §. circa secundum* cum pluribus sequen. quæ responsiones breuitatis causa omittuntur.

Præsertim cum hodie Curati tacitè admissa conclusione circa amouibilitatem, ad duo potis-
22 simum recurrere denuo viderentur; nempè † ad illud quod remotio saltem fieri non possit sine causa, innixi potissimum declarationi Sac. Congregationis Concilij *in vna Ferrarien. de an. 1629.* quam solam hodie de nouo afferebant; alterum,
23 † quod in præsenti casu remotio facta fuerit ex odio, vel indignatione; sed neutrum releuare visum est.

Etenim quod Vicarij amouibiles in Curatis
24 remoueri possint ad nutum † etiam absque causa firmarunt Domini in præterita decisione ex *Bero. in cap. non sine multa num. 10. de arbitrar. Innoc. Hostien. Io. Andr. Butr. Imol. Zabar. Anchar. in cap. cum non ignores de præben. locis ibidem alleg. post Butr. cons. 51. numer. 3. & 6.* vbi amouibilitatem
25 † hanc nutum Curatis Ecclesijs conducibilem aduertit *Coccin. decis. 18. num. 13. Corn. cons. 262. num. 4. 5. & 6. lib. 3.* Prædictaque conclusio roborata fuit non solum rationibus, quibus nunc
26 nihil pro parte Curatorum respondetur, sed † etiam auctoritate eiusdemmet Sacr. Congregationis Concilij *in vna Ciuitaten.* relata per *Garz. par. 1. cap. 2. num. 94. in additionibus*, in qua expressè censuit Vicarios à Capitulo ad exerci-
27 tium † curæ deputatos remoueri posse ad nutum ipsius Capituli, ab Ordinario vero nonnisi ex
28 causa; ponderando igitur verbum *ad nutum*, † quæ liberam voluntatem important *ex allegatis per Garz. par. 1. cap. 2. num. 87.* & dictionem *vero*, quæ est aduersatiua ex *Surd. cons. 315 num. 1.*
29 necessario innuit Capitulum deputans posse † remouere sine causa.

Non obstat autem alleg. Sac. Congregationis Concilij declaratio *in d. Ferrarien.* nam licèt in ea censuerit Cappellanos amouibiles remoueri non

non posse sine causa; non inde tamen aliquid con-
30 tra conclusionem † in præsenti casu firmatam
inferri potest; Quia vltra quod ipsa Congregatio
id totum arbitrio, & prudentiæ Ordinarij remit-
tit, termini sunt longè dispares; Nam ibi non
constabat, quod ij Cappellani essent amouibiles
31 ad nutum ipsius Episcopi, † aut ab Episcopo de-
putati per viam simplicis licentiæ de exercendo
nomine ipsius Episcopi, & sic tanquam Vicarij,
vnde intret illud *Franc. in cap. 1. nu. 5. de offic. Vi-
car. lib. 6.* asserentis generale esse in omnibus, quod
32 quisque suum Vicarium pro sua voluntate † re-
uocare possit *ex Bald. in l. solet, §. sicut, ff. de offic.
proconsul.* Neque eo casu deputatio erat facta ra-
tione curæ animarum ipsi Episcopo incumben-
tis, quo casu remotionem ad nutum admisit *Rota
d. decis. 2. de excess. Prælat. in nouis*, & amouibili-
33 tatem † hanc Curatis Ecclesijs conducibilem
aduertit *Butr. loco supra citato*. Neque eo casu do-
cebatur de quasi possessione remouendi ad nutum
34 sine causa, † prout fit in præsenti casu, cum re-
quisitis per *glos. in cap. 1. de rescript. in 6.* quæ suf-
fragatur non solum ad effectum manutentionis,
35 sed & in petitorio etiam in materia † contra ius,
vt ex *Abb. in cap. cum venissent num. 8. de instit. Ro-
ta decis. 685. num. 3. par. 1. recen.* firmatum fuit *in
prima dec. §. immò talis*. Nec aderat statutum in
36 limine fundationis † de quo fusè pariter in *1. de-
cis. §. secundo attento*, cui nunquam censetur dero-
gatum, nisi exprimatur. *Ancbar. cons. 20. Barb.
37 cons. 33. num. 23. vol. 2.* † qua terminorum stan-
te disparitate d. resolutio non applicatur, sed in-
trat conclusio quod ex diuersis non fit illatio *vul-
gat. l. Papinianus, ff. de minor. l. neque natales, C. de prob.*
38 Sicuti etiam altera declaratio † *in vna Hispa-
len. de anno* 1626. non ita vniuersaliter procedit,
vti aliàs supponebatur, sed in casu speciali Mo-
nialium, vt videre est ex hodierno *Summ. Curato-
rum num.* 20. & aduertit *2. decisio, §. vti nec obstat.*
Multa enim considerari possunt inconuenientia
39 † si permittatur Monialibus remotio Confessa-
riorum, seu Curatorum ad earum libitum, quæ
minimè locum habent in Archiepiscopo, cui cu-
ra principaliter incumbat animarum.

Demum non obstat repetitus prætextus indi-
gnationis, quia omissis cœteris responsionibus,
40 ne denuo † in volumen crescat decisio, esto, Car-
dinalis remouerit Curatos indignatione motus,
quod concordiam impugnauerint, satis iustam
reddi illius indignationem dicebant Domini ex
præsumptione, quæ pro iustitia concordiæ milita-
bat. Proindeque prætextum hunc Curatis non
suffragari.

Et ideo merito standum esse in decisis vtraque parte informaate &c.

Idest sub diebus 20. Aprilis 1640. & 21. Iunij 1641. coram eodem bon. mem. Peutingero, quæ erunt infra in Appendice.

DECISIO CXVII.

R. P. D. BICHIO

Cæsaraugustana Distributionum.

Lunæ 23. Iunij 1642.

Est Impressa inter Bichio in Tom. 1. Decis. 102.

REVERENDISS. P. D. CERRO.

SACRÆ ROTÆ DECANO.

Recanaten Bonorum.

Lunæ 23. Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

Licentia concessa à Magno Magistro Religionis Hierosolymitanæ eius Militibus disponendi de bonis suis, intelligenda venit de bonis patrimonialibus prouenientibus à Patre, Matre, alijsque coniunctis, & non censetur data facultas alienãdi bona acquisita ex propria industria, & an talis facultas restringatur ad actus inter viuos, & non per viam vltimæ voluntatis.

SVMMARIVM.

1 *Verba, quando stent limitatiuè ad designandam auctoritatem delegatam.*

2 *Relationis virtus restringit referentem ad terminos relati.*

3 *Statuens præsumitur voluisse, quod statutum seruentur.*

4 *Militibus Hierosolymitanis, quando conceditur licentia, vt possint testari de bonis patrimonialibus, qualiter censeatur concessa.*

5 *Miles Hierosolymit. quando obtinuit licentiam testandi de bonis patrimonialibus, talis licentia numquam extenditur ad ea, quæ acquisiuit miles propria industria, aut alienando acquisiuit.*

6 *Testes, si reddant optimam sui dicti rationem, & deponant de facto proprio, standum omnino est.*

7 *Testibus deponentibus de re, quæ ad eorum officium spectabat, plena fides est adhibenda.*

8 *Testes non probant consuetudinem, si non percutiant tempus de quo controuertitur.*

9 *Testes, quando benè probent consuetudinem.*

10 *Testibus deponentibus de auditu, tunc probant, quando addunt, de eo de quo quæritur fuisse publicam vocem. & famam.*

11 *De consuetudine inductiua probanda, quando agitur, tunc fortius est probanda, sed secus si tractetur de consuetudine interpratiua.*

12 *Consuetudo interpretatiua non requirit tam exactam probationem sicuti consuetudo inductiua.*

13 *Et sic non requiritur tempus sufficiens ad eam præscribendam.*

14 *Minusque quod sic fuerit obtentum in contradictorio iudicio.*

15 *Testes, vt probent consuetudinem interpretatiuam, sufficit quod deponant ita fuisse obseruatum per annos decem citra.*

16 *Quod procedit etiam si in suo dicto essent singulares, vbi agitur consuetudine particulari.*

17 *Religio Hierosolymitana, semper consueta fuit apud se retinere bonam militum, acquisita propria industria.*

18 *Vel aliunde, quam ex hæreditate patris, matris, & aliorum descendentium, & aliorum collateralium, & hoc non obstante facultate eis data testandi.*

19 *Fides, quando sunt iuratæ, recognitæ, & de actis, & emanarunt à personis eximiæ dignitatis, & probitatis*

tis probant, & numer. 38.

20 *Appellatione bonorum patrimonialium, veniunt etiam bona vndequequè quæsita, & sic etiam bona propria industria habita.*

Bona ex propria industria acquisita etiam in patrimonio esse dicuntur, n. 20.

21 *Appellatione, bonorum patrimonialium, tunc veniunt etiam bona ex propria industria quæsita, quando sumus in lata, & ampla significatione.*

22 *Secus verò, si essemus in materia stricta, odiosa, & præiudiciali.*

22 *Interpretatio stricta facienda est in materia odiosa, præiudiciali, & deuianti à Iure communi.*

23 *Bona patrimonialia propriè sunt, quæ proueniunt à patre, matre, & alijs consanguineis, & non illa, quæ proueniunt è propria industria.*

24 *Et sic vulgo ab omnibus id interpretatur.*

25 *Retractum concedens consanguineis statutum in bonis patrimonialibus, habet tantum locus in bonis ab hæreditate patris acquisitis.*

26 *Statutum Religionis Hierosolymitan. cap. 20. titul. de Magn. Magistr. per se ipsum se declarat.*

27 *Statutum si declaret aliquod verbum non est recedendum ab eius declaratione.*

28 *Rubric. declaratur per nigrum magis clarum, & speciale.*

29 *Geminatio fortius denotat animum disponentis.*

30 *Acquisitio facta per Aequites Hierosolymitanos censetur facta ex bonis religionis, si contrarium non probetur.*

31 *Et quatenus, quis asserat talem acquisitionem non fuisse factam ex dd. bonis ei incumbit onus probandi, talem acquisitionem aliunde.*

32 *Alienandi licentia concessa alicui, an dicatur restricta ad actus inter viuos.*

33 *Testamentum est materia fauorabilis, & facilius permittitur, quam alienatio inter viuos.*

Alienatio inter viuos est materia de sui natura odiosa.

34 *Ius magis resistit Religioso ad disponendum in vltima voluntate, quam inter viuos.*

35 *Religioso licentia testandi non censetur data, nisi sit expressa ad prædictum effectum.*

36 *Dispositio testamentandi, cum sit valde odiosa, & à Religioso instituto valde aliena, exigit expressam testandi mentionem.*

37 *Alienandi facultas, si fuerit concessa, vt quis melius suis necessitatibus possit subuenire. Id excludit testandi facultatem, tanquam collata in tempus in quo nulla datur necessitas.*

39 *Testibus deponentibus contra proprium commodum firmiter credendum est.*

DECISIO CXVIII.

Decisio emanata sub die 29. Aprilis anni præteriti* concedit hæredibus q. Ludouici Alemanni Immissionem in bonis Philippi de Alemannis equitis Hierosolymitani ex eo potissimum fundamento, quod licentia disponendi per dictum Philippum, obtenta à Magno Magistro comprehenderet facultatem disponendi nedùm inter viuos, sed etiam per actus vltimæ voluntatis, nec esset restricta ad bona, quæ in dictum Equitem peruenerunt titulo hæreditario successionis, & Legati, sed comprehenderent etiam cætera titulo emptionis, vel aliter quomodocumque quæsita, etiam propria industria post ingres-
sum Religionis, sed Agentes pro Massuccio pro-
duxerunt Iura, & induxerunt Testes super Inter-
pretatione, & declaratione licentiæ, & super ob-
seruantia Religionis huic interpretationi confor-
mi ex quorum releuantia causa bis proposita
DD. recesserunt à decisis agnoscentes huiusmodi
licentiam suffragari non posse quoad bona de
quibus hodie agitur.

Etenim licentia est restricta ad limites auctori-
tatis, & facultatis Magno Magistro tributæ in
Capitulo generali, ibi auctoritate nobis in Capi-
1 tulo generali concessa, † quæ verba stant limita-
tiuè ad disignandam auctoritatem delegatam, vt
in specie ponderat. *Barbat. in cap. cum in iure n. 4.*
de offic. delegat. decretum verò Capituli generalis,
vnde desumitur facultas Magni Magistri, loquitur
solum de bonis patrimonialibus, ibi, necnon
concedere fratribus licentiam vendendi, donandi,
& alienandi bona patrimonialia; vnde elicitur
manifestè Eminentissimum Dominum Magnum
Magistrum voluisse tantùm impartiri licentiam
2 de huiusmodi bonis, † ne dùm virtute relationis,
quæ restringit referentem ad terminos relati *Pa-*
ris. cons. 18. n. 31. cum seqq. lib. 2. sed etiam quia
concessa fuit à Cardinali Virdala, Statutorum
conditore, qui potius præsumitur detulisse legi
3 à se conditæ, † eandemque voluntatem seruasse
in licentia concedenda, quàm antea habuerat in
lege promulganda. *l. Amiani §. Cunctis quoque vbi*
Bart. C. de Geret.

Verùm ex depositionibus Testium, qui dantur
in Summ. Massuccij num. 11. & seqq. constat si-
milia decreta, licentias, & statuta tribuentia fa-
4 cultatem disponendi de bonis patrimonialibus
fuisse semper in tota Religione Hierosolymitana
intellecta, & exposita de bonis prouenientibus ex
successione Patris, Matris, aliorumque coniun-
ctorum Iure hæreditario successionis, & Legati
5 nunquam verò fuisse extensa ad bona, † quę Equi-
tes propria industria, aut alias quoquomodo cō-
pararunt, & ita fuisse tantùm, & inconcussè ob-
seruatum concludit primus super secundo articu-
lo inquiens, *che li Statuti della sudetta Sacra Reli-*
gione Gerosolimitana, i quali danno facoltà all'Emi-
nentissimo Gran Maestro di concedere licenza a' Caua-
lieri del medesimo Ordine, di disporre, e testare de' beni
patrimoniali, sempre sono stati intesi, e s'intendono de'
beni, che prouengono dalla successione paterna, e ma-
terna, ò da altri loro parenti nè mai di quelli, che dalli
Caualieri con loro industria, ò in qualsiuoglia modo
sono stati, e sono acquistati, e così sempre, e non in altro
modo sono stati intesi non solo li statuti, & ordinationi
sudette, ma anco le licenze concedute pro tempore dal-
li Gran Maestri, vt latiùs in Summario Massuccij
num. 11. cum seqq. & secundus super secundo
eodem Sum. n. 11. quibus vti reddentibus optimā
causam scientiæ, & tanquam de facto proprio
6 † informatis ex quo secundus inseruiuit per plu-
res annos apud Magnos Magistros in officio Se-
7 cretariatus, similesque licentias expediuit † plena
fides, est adhibenda *l. solum C. de testib. optimè Ro-*
ta coram Cardinali Caualerio decis. 361. num. 2. & in
Romana nullitatis obligationis 11. Maij 1629. coram
Eminentiss. D. Card. Hieron. Verospio.

Nec visum fuit subsistere, quod dicebatur ex
eorum

eorum depositionibus non oriri probationem cō-
8 cludentem † consuetudinis, quia non percutiunt tempus impetratæ licentiæ, vt debent *Rota decis. 37. num. 35. & decis 39. num. 12. part. 2. diuers. & decis. 136. num. 6. par. 1. recent.* nec deponunt cum requisitis per *gloss. & DD. in l. 2. C. quæ sit longa consuetudo*, contrarium enim apparet ex eorum lectura cum non loquantur solum de tempore
9 examinis,† sed deponant ita etiam in præteritum fuisse obseruatum, vt probat primus super secundo articulo, ibi, *e cosi esser stato osseruato, e pratticato, anche per i tempi passati senza che mai si sia veduta, ò sentita cosa alcuna in contrario*, & secundus super primo, *E dalle scritture viste in occasione delle cause di essi spogli, fatti prima, cominciasse ad esser Procuratore, hò visto anche, che si è osseruato così per il passato, & intesolo anche da' Ministri della medesima Religione, più più ansiani di me*, qui licet quoad hoc tempus deponant de auditu, cum tamen ad-
10 dant de hoc fuisse, & esse publicam vocem, & famam obseruantiam benè probant ex *Cyn. in l. 2. versic. secundo quæritur, C. quæ sit longa consuetudo tradunt Alex. cons. 14. num. 1. lib. 5. & seqq. Hippol. de Marsil. in l. de minor. §. plurimum num. 76. ff. quæstion. Rota in Rossanen. Decimarum 28. Iunij 1641. coram R. P. D. meo Bichio*, maximè cum non agatur de probanda aliqua consuetudine Iuris inductiua, sed solum de interpretatione verborum;
11 † & seù quid Magni Magistri intelligant appellatione bonorum patrimonialium, & sic de consue-
12 tudine † tantum interpretatiua, quæ non requirit adeo exactam probationem, vt benè admonet *Decian. respons. 51. post num. 50. vers. tertio considerans, & sub num. 95. vers. quare ex promissis, & num. 110. vers. & præcipuè cum agatur lib. 2.* nec quod lapsum fuerit tempus sufficiens ad præscribendū
13 † *Dec. cons. 11. sub num. 10. prope fin. versic. secus videtur, & cons. 441. num. 13. Decian. vbi supra plures referens 29. num. 55. vers. & ista consuetudo, Menoch. cons. 21. num. 15. Surd. cons. 140. num. 45. Soccin. cons. 99. sub num. 3. vers. & licet consuetudo*
14 *lib. 1.* minusue † fuisse ita obseruatum in † contradictorio iudicio idem *Decian. vbi supra n. 64. Aym. cons. 201. num. 22. vers. nec requiritur Rot. Bononien. diuers. decis. 57. num. 57.* sed sufficit, quod
15 Testes deponant audiuisse† sic fuisse obseruatum à decem annis citra, vt monet *Bart. in l. labeo per totum, & signanter num. 11. de suppel. legitimæ Decian. vbi supra num. 51.* etiam si in dicto essent sin-
16 gulares vbi prout hic agitur de probanda † consuetudine particulari *Io. Faber. in §. ex non scripto num. 23. institut. de iur. naturali Alex. cons. 172. num. 10. lib. 2. cum alijs relatis per Decian. vbi supra num. 111.*

Quibus adstipulantur etiam attestationes triū Oratorum Sacræ Religionis, ac fides quindecim Equitum, & Commendatorum nec non Receptoris Vrbis eod. Summ. num. 12. vno ore con-cludentium Sac. Religionem consueuisse semper
17 retinere † pro se bona à militibus acquisita propria industria, vel aliunde, quàm ex hæreditate patris, matris, aut aliorum ascendentium, & Collaterialium etiam si à fratribus earum proderint
18 non obstante facultate † data disponendi de bonis patrimonialibus, quorum appellatione censentur solum comprehensa bona, quæ à Patre, Matre, vel cæteris ascendentibus, & Collateralibus proueniunt, vt distinctè legitur in d. Summ. num. 12. quæ licèt habitæ fuerint lite pendente, quia tamen sunt iuratæ recognitæ, & de actis, &
19 emanarunt† à personis eximiæ dignitatis, & probitatis benè probant stylum, & obseruantiam, vt concludit *Bald. cons. 149. num. 3. lib. 1. Card. Manc. decis. 325. num. 1. & in fine, & num. 4. & fuit dictum in Auenionen. simulationis 29. Ianuarij 1635. coram Reuerendiss. D. meo Patriarcha Constantinopolitano, & in Romana Pecuniaria 9. Iunij 1636. coram bon. mem. Merlino.*

Nec releuat primo, quod appellatione patri-
20 monialium veniant bona vndecumque † prouenientia sicque etiam propria industria à militibus acquisita cum hæc etiam in patrimonio esse dicantur, vt ex *Text. in §. si quis à non Domino institut. de rerum diuisione firmatur in decisione in §. quia*, quod potestatem conclusio enim bene procedit sumen-
21 do dictum verbum in ampla, † & lata significatione in quibus terminis loquuntur DD. in decisione allegat. vbi vero agitur de interpretando statuto concedente facultatem habilitandi Reli-
22 giosos, odioso præiudiciali Religioni, † & deuianti à Iure communi stricta fieri debet interpretatio, vt aduertit *Dec. cons. 512. n. 2. Soccin. iun. cons. 80. num. 28. lib. 1. Tob. Hor. cons. 18. num. 7. Bursat. cons. 168. num. 15. Gamma decis. 388. num. 2. & per tot. Sanchez respons. moral. lib. 2. cap. 2. dub. 52. num. 1. vers.* Sed hæc concessio sub qua veniunt tantummodo ea bona, quæ ab hæreditate Patris,
23 Matris, † aliorumque coniunctorum proueniunt non autem ea quæ ab extraneis, vel aliter propria industria comparantur, vt distinguendo tradunt *Rebuff. in decis. allegat. Luc. de penn. in l. patrimoniorum num. 1. C. de muner. patrim. lib. 10. & rub. C. de fund. patr. lib. 11. Soccin. Iun. cons. 20. num. 10. lib. 1. & cons. 1. num. 213. lib. 2. Pancirol. cons. 195. num. 27.* subdens ita vulgo ab hominibus
24 intelligi *Solon. de Paz. cons. 30. num. 4 cum pluribus seqq.* prout in simili statutum concedens consanguineis retractum in bonis patrimonialibus locū
25 tantum habet bonis ab hæreditate Patris aliorumque, vt supra quæsitis, vt firmant omnes relati per *Tiraquell. de retract. lignag. §. 32. glos. 1. n. 1. Solon. de Paz. d. cons. 30. n. 9 & 13.*

Accedit expressa declaratio statuentium in *cap. enim 20. sub titul. de Magno Magistro* post rubricam
26 conceptam sub his verbis, *Che il Maestro possa dar licenza à i fratelli de disporre de' beni patrimoniali*, sequitur Nigrum sub his verbis *Che il Maestro possa dar licenza à i fratelli di vendere, e donare, & alienare qualsiuoglia beni stabili tanto paterni, quanto materni de ascendenti, e Collaterali à loro spettanti per ragione di heredità di successione, ò di legato. eod. Summ.*
27 *num. 10.* vnde ab hac declaratione † recedendum non est, vt in specie quando statutum declarat verbum patrimoniale *Dec. cons. 88. num. 1. vers. ex quo enim Soccin. Iun. cons. 1. num. 28. & 29. lib. 2.* Nigrum enim est declaratorium rubricæ, vt post alios *Ias. quem refert, & sequitur Menoch. cons.*
28 *822. num. 5. Gabr. cons. 12. lib. 1.* vbi quod † rubrica declaratur per Nigrum magis clarum, & speciale, & quod bona debent esse qualia Nigrum requirit.

Et huic Interpretationi consonant etiam verba

ba licentiæ in qualibet sui parte cantantia de bonis Iure hæreditario successionis, & legato ad Equites spectantibus prout in narratiua, ibi; exposuisti nobis te quædam bona tenere quæ Iure hæreditario successionis, & legati, &c. & in parte dispositiua, ibi, nos igitur omnia bona quouis Iure tam hæreditario quam successionis, & legati ad te spectan. &c. & in parte exequutiua, ibi, promittens emptoribus aut donatarijs rerum hæreditariarum successionis, & legatorum huiusmodi, &c. Hæc enim geminatio fortius
29 conuincit Magnum Magistrum, † voluisse restringere licentiam ad hanc tantum speciem bonorum ad tradita *in l. Balista, ff. ad Trebell. Crauett. cons.* 105. *num.* 4. *Rot. decis.* 167. *numer.* 28. *par.* 5. *& decis.* 310. *num.* 23. *par.* 6. *recent.* Regulando voluntatem à potestate vt fieri debet *l. lutius* 21. §. *Imperatorem, ff. ad Municipal.*

Secundo non obstat quod fuerint exceptuata tantummodò bona quæsita ex bonis Religionis, & redditibus Ecclesiasticis ibi, aliena prorsus, & separata à nostra Religione itaut excipiendo bona huius generis cetera omnia videantur inclusa
30 præter † alias enim responsiones placuit, quod cum Alemanni non probent vnde prouenerint præsumptio est quod acquisitiones factæ fuerint ab Equite Philippo intuitu, & ex bonis Religionis adnotata in *cap.* 1. vbi canonistæ communiter & præceteris *Couar. num.* 7. *de testam. Auth. licentiam, C. de Episcop. & Cleric. Bursatt. consil.* 379. *num.* 1. *lib.* 4. *Paris. de resignat. benef. lib.* 14. *par.* 6. *num.* 48. *Menoch. de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 53. *num.* 23. *Soccin. sen. consil.* 91. *num.* 1. *lib.* 3. *Boer. decis.* 81. *num.* 16. *Gregor. decis.* 87. *num.* 11. *Rota diuers. decis.* 705. *num.* 2. *par.* 1. *& decis.* 380. *n.* 1. *par.* 3. præsertim fauore Massucci rei, & possessoris nomine Religionis contra quem alleganti
31 bona † non fuisse quæsita ex redditibus Ecclesiasticis incumbit onus negatiuam concludenter probandi, vt declarat, *Couar. d. cap.* 3. *num.* 2. *versic. quod intelligunt quidam eodem tit. Bald. in d. auth. licentiam sub num.* 4. *vers. secundo ratio, C. de Episc. & Cleric. Menoch. de arbitr. lib.* 2. *centur.* 2. *cas.* 195. *num.* 9. *vers. hic casus tamen.*

Et hinc non est opus discutere An licentia sit
32 restricta ad alienationem explendam per † actus inter viuos licet aliqui ex Dominis id firmiter tenerent distinctio enim allata in decisione *versic. nec subsistit replicatio scilicet*, quod vbi de alienatione fit mentio præmissiuè capiat etiam testa-
33 menti † factionem quæ est fauorabilior, & facilius permittitur quam alienatio inter viuos vbi verò prohibitiuè restringatur ad actus inter viuos cum prohibitio de sui natura sit odiosa ex iuribus ad propositum cumulatis non videbatur applicabilis huic casui, tum quia Ius æqualiter
34 imò † magis resistit Religioso ad disponendum per viam vltimæ voluntatis, vt consuluit *Nauarr.*
35 *cons.* 7. *de donat.* inferens propterea † sufficere, quod in Iudicio non sit expressa facultas testandi vt dumtaxat inter viuos indulta præsumatur idem *Nauarr. consil.* 7. *in fin. de Regular. in prima edit. Bartholom. à S. Fausto in Thesauro Religionis lib.* 8. *quæst.* 70. *Barbos. in cap. quia ingredientibus n.* 12. *de testam. Sanchez ad præcepta decalog. tom.* 2. *lib.* 17. *cap.* 8. *num.* 55. ponderans pro ratione quod cum
36 dispositio † testamentaria sit valdè odiosa, & à Religioso instituto aliena exigit expressam testandi mentionem, vt permissa censeatur.

Tum quia repugnat causa finalis concessionis expressa in prœmio, ibi, vt tuis necessitatibus
37 subuenire † possis quæ excludit facultatem testandi tanquam collatam in tempus quo nulla datur necessitas, vt in puncto arguunt *Rimin. al. cons.* 528. *num.* 31. *Sarminient. de reddit. Ecclesiast. par.* 4. *cap.* 4. *num.* 7. *Surd. decis.* 124. *num.* 11. & mens concedentis elicita ex fidibus Oratorum
38 Equitum † Receptoris Vrbis, & ipsius Magni Magistri Summ. Massucci *num.* 14. attestantium sub simili facultate non censeri permissam factionem testamenti sed adesse diuersas licentiarum formulas, & vbi Magnus Magister vult concedere facultatem testandi solitum esse in indiuiduo,
39 & specificè illam exprimere † quibus vti deponentibus contra proprium commodum firmiter est deferendum etiam si sint de gremio Religionis cui attestatio fauet *Farin. tract. de testib. qu.* 60. *num.* 45. *Menoch. de arbitr. cas.* 106. *num.* 4.

Et ita vtraque recedendo à decisis denegata fuit immissio in bonis Equitis Philippi.

☞ *Decisio ista emanata coram eodem Reuerendissimo Decano sub die* 29. *Aprilis præcedentis anni* 1641. *est supra in hac eadem par.* 9. *decis.* 18.

R. P. D. GHISILERIO.

Postea Episcopo TERRACINEN.

Romana Vineæ.

Veneris 27. *Iunij* 1642.

ARGVMENTVM.

Iudex si mandatum relaxauerit nisi intra &c. vna cum intimatione partis, si dictum mandatum fuerit relaxatum non præuia productione in actis d. intimationis; nulliter dicitur relaxatum, quod procedit etiam si pars habuerit notitiam dicti decreti &c.

SVMMARIVM.

1 *Iudex nulliter, & iniustè procedens, non priuat quem sua anteriori possessione.*
2 *Possessio benè probatur, ex quo pars appellauit alteram detentorem, & occupatorem.*
3 *Mandatum, quando fuit relaxatum nisi intra* 15. *dies cum intimatione, si non appareat facta intimatio, & mandatum relaxetur est nullum.*
4 *Nullitas relaxationis mandati, quando dicatur euidens.*
5 *Notitia, quando est patens tunc non requiritur intimatio.*
6 *Verba, nisi &c. cum intimatione important conditionem suspensiuam in decreto, seu præcepto Iudicis.*
7 *Intimatio, quando requiritur pro forma, vt intimatus iura sua possit deducere, tunc non prætermitti.*
8 *Scientia non mutat naturam, & formam decreti conditionalis.*
Citatio dum requiritur pro forma tunc scientia non supplet, num. 8.

9 *Ius*

9 *Ius suum, quando quis scit esse saluum, non tenetur aliquid facere.*
Conditio nihil ponit in esse donec purificetur, num. 9.
10 *Processus associationis ex quo irritetur.*
11 *Moræ purgationi non est locus, dum adest pactum resolutiuum in casu contrauentionis.*
12 *Canonem non soluens ob paupertatem, an incidat in caducitatem.*
13 *Paupertas alicuius probatur, si ob æs alienum fuerit carceratus, & insuper habeat numerosam familiam.*
14 *Carceratus de tempore solutionis canonis, dicitur legitimè impeditus, & excusatur à caducitate.*
15 *Emphyteuta ob impedimentum carceris non soluens canonem excusatur, & non potest ab emphyteusi expelli.*
16 *Carceratio probatur ex libro Custodis carceris,*
17 *Caducitas cessat, dum adest iusta causa differendi solutionem canonum.*
18 *Illegitimus est incapax emphyteusis Ecclesiastica tam de Iure, quam ex Constitutione Pij V.*
19 *Illegitimitatis, exceptio non admittitur in iudicio possessorio.*
20 *Rota in dubio semper inclinat, vt euitetur caducitas.*
21 *Caducitas, vt euitetur sufficit qualibet causa etiam irrationabilis, & erronea.*

DECISIO CXIX.

CVm in gradu appellationis interpositæ à mandato de associando relaxato ab Aud. C. dubitaretur quis esset manutenendus, An Andreas Vulpius modernus emphyteuta vigore concessionis in emphyteusim sibi factæ à clar. mem. Petro Maria Card. Burghesio tunc temporis Abbate, & perpetuo Commendatario Abbatiæ Sancti Sebastiani; vel Carolus Adrianus Serlorius, contra quem obtinuit d. Eminentiss. Cardinalis ob cessationem in solutione canonis, causa per DD. discussa, Carolo manutentionem esse dandam fuit resolutum.

Quia etiamsi Andreas reperiatur in actuali possessione Vineæ controuersæ authore Prætore, attamen stante nullitate, & iniustitia sententiæ
1 Carolus Adrianus † non fuit priuatus sua anteriori possessione, de qua constat ex confessione Abbatis, de qua in instrumento renouationis ex acceptatione deuolutionis intentatæ contra possessorem, & ex petita immissione vocando ip-
2 sum Carolum detentorem, † & occupatorem Vineæ quo casu passim Rota aduersus huiusmodi factum Iudicis nulliter, & iniustè procedentis dat manutentionem, *Rota decis. 110. num. 4. & decis. 284. num. 14. par. 5. recent.* Satis enim est, quod Carolus non habuerit se pro spoliato ad hoc, vt illi sit dandum mandatum de manutenendo, *Rota decis. 674. num. 1. par. 1. & 630. num. 1. in fine par. 2. rec. Seraph. decis. 1041. num. 3. san. mem. Gregor. XV. decis. 458. num. 1.*

Quod autem A. C. non ritè processerit pater, quia cum mandatum fuerit decretum nisi infra
3 quindecim † cum intimatione, & intimatio non legatur facta, nec in actis reproducta antequam fuerit expeditum mandatum, prout requiritur
4 ad hoc, vt Iudex esset certus de illa, † nullitas relaxationis mandati est euidens *Bart. & Bald. in l. multum interest in fine, ff. de cond. & demonstr.* *cum allegatis per Vant. de nullit. ex defect. citat. num. 146. Rota coram Seraph. decis. 1100. num. 9. coram bon. mem. Buratto decis. 124. num. 2. & 23. & coram Card. Caualerio decis. 486. num. 1. & coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 37. num. 10.*

Non obstat, quod intimatio non fuerit necessaria propter notitiam decreti, quam habuit Carolus ante expeditionem mandati, quæ desumitur, nedum ex appellatione interposita ab eodem decreto infra decem dies, verum etiam ex supersessorijs Signaturæ Iustitiæ contra d. decretum obtentis, quare stante illius notitia debito tempore non est attendendus defectus reproductio-
5 nis † intimationis *Clemen. causam ad finem de elect.* quia d. intimatio pro adimplemento conditionis erat exequenda, & in actis reproducenda, nec aliter poterat expediri mandatum, quia verba nisi &c. cum intimatione important, nisi
6 infra tempus expressum præuia † intimatione fuerit aliquid releuans deductum, & sic faciunt conditionem suspensiuam in decreto, seu præcepto Iudicis, vt ex latè *trad. per Mandos. in tract. de monit. quæst. 31. num. 11.* Vnde d. intimatio censetur pro forma requisita, vt posset intima-
7 tus † iura sua deducere, & Iudex melius deliberare, scientia enim non mutat naturam, & formam decreti conditionalis, & dum pro forma
8 requiritur † intimatio, scientia non supplet, vt per *Bart. in l. denunciasse, §. quid ergo, n. 2. ff. de adult. Felin. in cap. cum contingat num. 6. vers. quarta conclusio de rescript. ita tenuit Rota in Romana seu Lateranen. pensionis 29. Aprilis 1619. coram bon. mem. Vbaldo, & in Romana Cambij 4. Decembris eiusdem anni coram bon. mem. Card. Sacrato.* Et in omnem casum
9 Carolus sciuit quidem decretum, † sed sciuit etiam ius suum esse saluum, & nihil poni posse in esse antequam conditio adimpleretur.

Aliæ etiam nullitates, quæ in facto deducun-
10 tur pro Carolo, fuerunt consideratæ, † sed hæc visa fuit sufficere ad irritandum processum associationis.
11 Iniustitia mandati etiam deducitur, † quia licet in instrumento emphyteotico adsit pactum resolutiuum in casu non adimplementi promissorum in eo, quod operatur, vt non sit locus purgationi moræ ex *alleg. per Afflict. decis. 174 num. 3.*
12 *& 4.* Attamen cum Carolus ob paupertatem fuerit legitimè impeditus soluere canones, vt probatur ex ære alieno, quo præmebatur ante acce-
13 ptationem caducitatis, † pro quo fuerat carceratus, & numerosa familia grauatus reperiatur, non dicitur incurrisse in moram *Bald. in cap. querelam in fine, de iur. iur. Specul. in §. nunc aliqua quæst. 28. de locat. cum alijs per Corbul. de caus. priuat. ob non solut. can. limit. 29. num. 1. Rota coram Card. Caual. decis. 94. num. 5.* & quod carceratus de
14 tempore † solutionis canonis excusetur à mora, & dicatur legitimè impeditus notat *Corbul. vbi supra limit. 10. num. 1.* vbi quod emphyteuta propter impedimentum Carceris excusatur, &
15 non potest ab emphyteusi ob non solutum † canonem expelli, *Butr. in cap. significante in 4. notab. de pignor. Dec. in auth. qui rem sub num. 9. versic. septimo fallit, C. de sacros. Eccles. & ibi Cagnol. num. 31.* Quodque d. Carolus esset ære alieno, & familia grauatus, & in carceribus detentus de-

tempore solutionis canonis, & vendemmiarum
16 apparet ex partita † extracta ex libro Custodis carceris, & ex depositionibus testium deponentium de existentia filiorum, & familiæ inutilis, amissione officij Dohanæ, & de illius carceratione, cumque saltem ex his potuerit Carolus
17 credere habere iustam causam differendæ † solutionis cessat caducitas ob non solutionem etiam quod errasset, quia sufficit defectum non prouenisse à malitia, sed ab errore, *Becc.cons.104. num.8. Caputaq. decis.180. num.4.par.1.in Bonon. de Camalijs 27. Iunij 1605. coram Card. Marcomontio.*

Latè deducta ad probandam illegitimitatem eiusdem Caroli, & sic incapacitatem emphyteu-
18 sis † Ecclesiasticæ, tàm de iure, quàm ex Constitut.san.mem.Pij V. non probantur, nec pro parte Abbatis fuit actum ex hoc capite, & Carolus non venit ex successione, sed ex inuestitura, & sic exce-
19 ptio illegitimitatis nequit admitti in iudicio † manutentionis, sed omnino venit reijcienda ad petitorium.

Quare ex capite nullitatis, & iniustitiæ fuit dictum Carolo esse dandam manutentionem inhæ-
20 rendo Rotæ opinioni, † quæ est semper in dubio in hac materia respondere contra deuolutionem, seu caducitatem, cum ab ista de æquitate excuset
21 quælibet causa etiam irrationalis, † & irronea, vt sunt frequentissimæ decisiones in hoc sacro Tribunali.

Et ita resolutum vtraque parte informante.

REVERENDISS. P. D. CERRO SACRÆ ROTÆ DECANO.

Recanaten. Manutentioni.

Veneris 27. Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

Testator, quando fecit aliquem hæredem vsufructuarium omnium suorum bonorum, & eo mortuo alium fecit hæredem proprietarium, tunc statim mortuo vsufructuario directè transit vsufructum in proprietarium. Et multa deducuntur circa materiam, quando quis dicatur tantum institutus hæres in vsumfructum, & quid si hæres proprietarius prædecebat vsufructuario.

SVMMARIVM.

1 *Vsufructuario mortuo manutentio conceditur proprietario; ipsiusque hæredi, & hæredis hæredi, quoad vsumfructum.*
2 *Vsufructuario mortuo, possessio naturalis consolidatur cum ciuili, quæ est penes proprietarium.*
3 *Vsusfructuarius hæres, quod quis fuerit, ex quibus non possit dubitari.*
4 *Institutus, quando quis fuit vita durante. ex hoc apparet, quod fuit institutus hæres vsufructuarius.*
5 *Remissio non confectionis inuentarij, & cautionis de bene vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, id spectat tantum ad hæredem vsufructuarium.*
6 *Hæredi proprietario non prælegatur, ne sui ipsius debitor efficiatur, quod secus esset si hæres esset vsufructuarius.*
7 *Hæres vsufructuarius, quod qui. fuerit relictus id etiam doceri potest ex obseruantia.*
8 *Obseruantia declarant verba Testatoris, quatenus sint dubia.*
9 *Hæres institutus post mortem vsufructuarij, ex hoc non sequitur; quin etiam sit hæres viuente vsufructuario.*
10 *Et ista est æquior, & communior opinio.*
11 *Id enim censetur factum non ad differendam institutionem in proprietate, sed ad euitandas molestias, quæ à proprietario vsufructuario inferri possunt.*
12 *Hæres vsufructuarius legata annua soluere tenetur.*
13 *Verba impersonalia tamquam impersonaliter prolata ad certam personam non possunt adaptari.*
Fideicommissarius debet capere hæreditatem de manu hæredis grauati.
14 *Hæres proprietarius non capit possessionem bonorum de manu hæredis vsufructuarij.*
Sed iure deuolutionis, seu consolidationis.
15 *Dominus directus petens manutentionem ex capite deuolutionis, siue caducitatis, non ita facile auditur, & quare num. 16.*
17 *Vsufructu finito per mortem vsufructuarij non potest denegari manutentio proprietario.*
Vsusfructus est ius personale cohærens personæ, & extinguitur cum persona, & consolidatur cum proprietate, num. 17.
18 *Possessio iure familiaritatis habita, non releuat.*
19 *Possessio iure familiaritatis ad obtinendam manutentionem, nihil suffragatur.*
20 *Vsufructuarius habet tantum naturalem possessionem.*
21 *Vsusfructus statim mortuo vsufructuario transit in proprietarium.*
22 *Vsusfructus non transit in hæredem vsufructuarij.*
23 *Possessio ciuilis vsusfructus semper remanet penes proprietarium.*
24 *Vsufructuarij morte statim secuta ipso iure, & eodem momento, vtraque possessio residet penes proprietarios.*
25 *Itaque illico incipiant possidere naturaliter absque alio ministerio hominis.*
26 *Vsufructuarius statim mortuo proprietarius incipit possidere, non per viam nouæ possessionis, sed per viam continuationis.*
27 *Possessio posterior, & turbatiua non est manutenibilis.*
28 *Interesse non habens in causa non est audiendus.*
29 *Priuilegia pro retentione crediti dotalis, non transeunt ad hæredis extraneos.*
30 *Retentio pro credito dotali competit etiam hæredi extraneo, secundum aliquos, & num. 32.*
31 *Priuilegium retentionis competit etiam singulari successori.*
33 *Hæres extraneus non facit fructus suos pro tempore retentionis crediti dotalis, & quid de illis teneatur facere.*
34 *Beneficium retentionis non datur sine possessione.*
35 *Retentio multò minus datur quando possessio non est vacua, sed ab alio occupata.*
36 *Ad Viduam, quando constat, quod peruenerit ingens pecuniarum summa, ex substantia viri, præsumitur de sua dote satisfacere, si illa summa sit æquiualens doti.*
37 *In actis, ea, quæ non apparent, non habentur in consideratione.*
38 *Creditum, quando est turbidum, & illiquidum non competit retentio.*

DE

DECISIO CXX.

MArmilius Massuccius in testamento, sub quo decessit, relicto vsufructu totius hæreditatis Cinthiæ vxori, post eius mortem nominauit sibi hæredem vniuersalem Antonium Massuccium germanum fratrem in hæc verba: *In omnibus autem bonis stabilibus, mobilibus, ac semouentibus,&c. relinquo volo, & nomino meum vniuersalem hæredem proprietarium post mortem supradictæ meæ vxoris hæredis vsufructuariæ, D. Antonium Massuccium meum fratrem germanum ex latere Patris, &c. Et decedente d. Antonio sine filijs,& filiabus legitimis,& naturalibus, d.mea hæreditas transferatur ad infrascriptos meos hæredes fideicommissarios,hoc modo,videlicet,medietas totius hæreditatis ad D. Iulium Monaldum meum nepotem carnalem ex D.Liuia mea sorore dilectissima, & alia medietas totius ad D. Flauianum Constantinum meum nepotem ex D.Semidea mea nepte, & alia medictas ad omnes filios tàm masculos, quàm fœminas D.Simonæ Patrouicchiæ meæ sororis,&c. Summar. Monaldi num.1.*

Decessit Testator,& Antonius hæreditatem adiuit, quam deindè decedente Antonio sine fine filijs,adiuerunt Iulius Monaldus,cæterisque substituti, ijsque defunctis, Thomas Monaldus Iulij filius,& Ioan.Baptista Constantinus,alijque dictorum substitutorum hæredes. Obijt postremò Cinthia,condito testamento,in quo hæredes sibi scripsit Mariam Alemannam neptem, & vxorem Equitis Benedicti Massucci, ijsque defunctis Aurelium;ceterosque filios masculos nascituros ex eis. Et prætendentes hæredes Marmilij, per obitum Cinthiæ fuisse extinctum vsumfructum, obtinuerunt ab Ordinario Recanaten.mandatum de manutenendo in possessione bonorum hæreditariorum dicti q.Marmilij *d.Summar.num.5.*quæ manutentio eisdem fuit etiam concessa ab A.C. in secunda instantia.Tandem causa commissa in Rota cum facultate manutenendi,quem de Iure,& hodie disputato Dubio,cui esset dandum mandatum de manutenendo, DD. dixerunt illud esse concedendum Thomæ,Monaldo, Ioanni Baptistæ Constantino, alijsque hæredibus substitutis à Marmi-
1 lio, quia post obitum † vsufructuarij manutentio conceditur proprietarijs,vt probant *Natt.cons.419. num.2.& 3. Bero.cons.60.num.27.lib.1.Menoch.consil.139.num.16.in fin.lib.2. Aldouin.cons.76.num.25. Valasch.decis.Lusitan.76.sub num.9.par.1. Rota in recent.decis.258.num.2.in fin. par.4. & decis.359.nu.2. par.5.*Ipsorumque hæredibus,& hæredum hæredibus,vt firmant *Cassan.ad consuetud Burgund.in tit.de successiõn.§.le mort saisit le vif.sub num.6.in verb.Dico plus vers. hæredes mariti fol.894. Tiraquel. tract.le mort saisit le vif.par.3. declarat. 1.num.8. versic.Aut eius hæres.Rota in recent. d.decis.359.num.3.par.5.*& apud *Posth.de manuten.decis.293.num.2.in fin.* Ea
2 scilicet † ratione; quia mortuo vsufructuario possessio naturalis consolidatur cum ciuili, quæ est penès Proprietarium, & eius hæredem attrahens ad se naturalem *Giurb.cons.56.num.6.Peregrin.decis.Patauin.127.num.5.& 7. Card.Mantic.decis.167. num.7.Rota in recent.decis.203.nu.6.par.3.& dec.315. num.3.& 4.par.4.decis.240.num.3.par.6.*

Nec dubitari potest, quin Cinthia fuerit dumtaxat vsufructuaria,hoc enim visum fuit Dominis satis apparere,tàm ex eo quod Cinthia sępius fuit
3 à Marmilio † in illius Testamento vsufructuaria denominata, *l.si alij fundum*, cum ibi notatis, *ff.de vsu,& vsufruct.legat.* Et testator vsus fuit verbis, VTI,& FRVI,*l.1.& l.7.ff.de vsufruct.Bellon.cons.6. num.4.& 5. Bertazzol.cons.ciuil.4.num.24. Reuerendiss.Vrgellen.decis.140.num.11.* Quam etiam quia institutio facta fuit,VITA DVRANTE,quod pa-
4 riter indicat † restrictionem ad vsumfructum, vt aduertit *Rota in recent.decis.162.num.3.par.2.& decis.535.num.5.par.4.*& fuit dictum *in Mutinen.Dotis 16.Ianuarij 1641. coram Illustriss. D.meo Patriarcha Panzirolo.*

Et huic intellectui consonat,Tùm remissio confectionis Inuentarij, & cautionis de vtendo, & fruendo arbitrio boni Viri,quę remissio tanquam
5 non † conueniens hæredi proprietario,indicat solum vsumfructum fuisse relictum,*Mesinger.obseruat. cent.5.obseruat.38. num.3. Thesaur.iun. quæst.forens. lib.1.quæst.54.num.5. Modern.Eugubin.controuers.forens.47.num.12.Rota in recent. decis.663. nu 4.par.2.* Et quidem formalem *Cæphal.cons.7.num.24.Odd. cons.91.nu.41.& 42. Rota in Romana Apothecæ Profumariæ 11.Martij 1615. coram bon.mem.Vbaldo seniore,& in d.Mutinen.Dotis coram D.meo Patriarcha Panzirolo.* Tùm Prælegatum auri, & argenti, ac margaritarum factum Cinthiæ, quod demonstrat illam non fuisse proprietariam, cum proprietario
6 à se ipso prælegari non possit, ne sui ipsius debitor efficiatur, *l.planè, 24.§.si duobus, & l.legatum 119.§.1.ff.de legat.1. Bero. cons.40.num.6.lib 2.Surd. decis 250. num.3. sanct.mem. Gregor.XV. decis.206. num.3.* Et denique obseruantia subsequuta,quia Cinthia semper se gessit pro vsufructuaria, alios-
7 que in hæredes † proprietarios agnouit nedum verbis,sed etiam factis soluendo eis scuta 300.ex vsufructu sibi relicto, emendo à dictis hæredibus nonnulla bona hæreditaria sub expressione,quod erant hæreditaria q. Marmilij, & ad venditores tanquam Proprietarios spectabant,eisdemque intimauit,vt tanquam Proprietarij lites, & hæreditatem defenderent *dict. Summar. num.3. & 4.* quæ
8 obseruantia † declarat verba Testamenti quatenus essent dubia,vt in terminis *d.Modern.Eugubin. dict.controuers.47.num.14.Rota in recent.d.decis.663. num.6.par.2.*

Nec referri dictum fuit, quod Antonius fuerit
9 institutus hæres post mortem Cinthiæ † vsufructuariæ. Quia non propterea desijt esse hæres proprietarius etiam viuente Cinthia,*Laderch.cons.57. num.1. Facchin. controuer. Iur.lib.4. cap.16.circa fin. vers.Ego priorem Odd. cons.91. num.21.* vbi testatur
10 de † æquiori, & communiori *Cardin.Caualer. decis.310.nu.1. Rota in Romana hæreditatis de Vanninis 17.Februarij 1606.coram Marcomontio, quæ est in recent.decis.162.num.1.& seqq.part.2.& in Tudertina bonorum 2.Aprilis 1606.coram Sacrato,& in Auenionen.vsusfructus 18.Martij 1634. circa fin. vers.Ideoque benè intrant coram R.P.D.meo Ghisilerio.* Idem enim censetur factum, non ad differendam insti-
11 tutionem in proprietate, † sed ad euitandas molestias, quæ vsusfructuariæ à Proprietario inferri possent,vt aduertunt *Paris. cons.97. num.1.2. & 3. lib 2.Bursatt.cons.245.num.4.lib.3 Couar.var.resolut. lib.2.cap.2.sub num.5.Gaill.pract obseruat.lib.2.obseruat.143.num.4.Gratian.discept.forens.cap.628.nu.40.*

*Rota in recent.decis.162.sub num.1.par.2.& in supra-
citata Mutinen. Dotis coram Illustriss. D. Patriarcha
Panzirolo* , & latius *in Camerinen.hæreditatis 2.Fe-
bruarij 1631.coram bon. mem. Merlino impress. in re-
cent.decis.22.num.7.& per tot.par.6.*

Minusque refragatur onus iniunctum Cinthiæ
soluendi Proprietarijs annua scut.300. hoc enim
maximè conuenit vsufructuariæ vniuersali, quæ
12 legata † annua soluere debet, vt declarant *Borgn.
de vsufruct.num.221. cum seqq.Pic.in l.Titia, §.Ti-
tia,quæst 60.nu.153.ff.de leg.2.Rub.Alexand.cons.158
num.2.Bellon.cons.7.sub num.6.Menoch.de præsumpt.
lib.4. præsumpt.143. num.18. Gratian.discept.forens.
cap.294.num.1.& 2.Surd.decis.193.num.1. & Tho-
mat.decis.106.num.7.*

Quod autem Testator voluerit bonorum resti-
tutionem fieri ab vsufructuaria visum fuit in fa-
cto non iustificari, Testator enim solùm disposuit,
vt proprietarij reciperent bona talia qualia repe-
rirentur de tempore obitus Cinthiæ, & vt taciti
essent de quacunque bonorum restitutione, sed nõ
expressit, quod restitutio fieri deberet à Cinthia,
ideoque dicta verba tanquam impersonaliter pro-
lata referri non possunt ad certam personam, *l.sti-
pulatio ista, §.si quis ita, ff.de verb.obligat.& in l.fin.ff.
si cert. petat.* vbi communiter scribentes *Buratt.de-
cis.443.num.3.* Sed intelliguntur prout de iure *cap.
cum Dilectus de consuetud.*

Hinc non adaptatur exemplum de fideicom-
13 missario præ defuncto hæredi grauato, qui † cape-
re debet possesionem de manu hęredis, quia Cin-
thia non fuit grauata, nec hæredes Proprietarij
prodefuncti capiunt vsufructum iure fideicommis-
14 si, vel transmissionis, sed iure deuolutionis, seu †
consolidationis, vt considerant *Sess.dec.Aragon.25
num.70.Rota in recent. d.decis.22.num.20.par.2.* Ad
hoc autem necessaria non est aliqua traditio, vt
firmant *Thomat decis.118.num.9. Rota coram Man-
tica decis.167.num.7.& in Anconitana bonorum 3.Iu-
nij 1628.coram bon.mem.Merlino.*

15 Minusque congruit simile † Domini directi pe-
tentis manutentionem ex capite deuolutionis, siuè
caducitatis, quia cum in dicto casu possit de facili
16 cadere † dubietas super huiusmodi deuolutione,
seu caducitate, manutentio de facili non concedi-
tur, quę tamen proprietario concedi debet absque
vlla hæsitatione post obitum vsufructuarij, cum
17 indubitatum sit † vsumfructum, veluti Ius perso-
nale cohærens personæ, extingui per obitum vsu-
fructuarij, & consolidari cum proprietate, *§.finitur
Institut.de vsufruct.& l.antiquitas, §.tales altercatio-
nes, & l.corruptionem, §.sed neque C.de vsufruct.& ha-
bit.Th sau.iun. controuers. Forens. lib.2.quæst.96.sub
num.4.& 6.Franc.Marc.decis.864.per tot.par.1.Rota
coram bon.mem.Coccino decis.291.num.3.& in Anco-
nitana Prædij 19.Iunij 1634.coram bon.mem.Merlino,
quæ est decis.291.nu.1.par.7.recent.*

Eoque faciliùs Domini in hanc sententiam de-
scenderunt, quia Maria Alemanna, cæterique Cin-
thiæ hæredes, non probant se esse in possessione
bonorum hęreditariorum Marmilij. Aut enim fun-
dant se in possessione habita promiscuè cum Cin-
thia ipsa viuente, & cum ex supra deductis, Maria
18 nullum super illis Ius † haberet, possessio hęc cen-
seretur Iure familiaritatis, *l.quæ Iure familiaritatis, ff
de acquir.possess.Valasch.consul.180.nu.7.tom.2.Surd.
cons.160.num.17.Rota coram bon.mem.Coccino decis.*
19 *180.num.5.& decis.239.num.2.* Quæ † nullius est
momenti ad effectum obtinendi manutentionem
*Rota coram eodem Coccino decis.479. num.6. Reueren-
dissimus Vrgellen.decis.40.num.8.*

20 Vltra quod Cinthia tanquam † vsufructuaria
habebat solùm possessionem naturalem, *Honded.
cons.18.num.47.lib.2.Griuell.decis.Dolan.37.num.12.
Rota post Pacific. de Saluian. interd. decis.156.num.4.*
Quæ non est manutenibilis ad fauorem hęredum,
21 cum statim † sequuto ipsius obitu expirauerit,
22 nec ad hæredes transire potuerit, *§.finitur Instit.de
vsufruct.Menoch.cons.201.num.36.Fab.de Anna con-
sil.113.num.19.lib.2. Lanar.cons.59.num 32.Boer.de-
cis.172.num 29.*

Aut verò fundant se in possessione acquisita
post obitum Cinthię, & hęc paritèr suffragari non
23 potest. Quia cum † possessio Ciuilis, semper fuerit
penès Proprietarios, *Pontan.de spol.lib.1.sub num.
140. vers.translata tamen ciuili Ciriac. controuer. fo-
rens.cap.243.num.3. Valasch.d.decis.79.num.9.par.1.*
24 *Mantic.decis.167.num 7.* Et sequuto † obitu Cin-
thiæ per viam consolidationis ipso Iure, & eodem
momento vtraque possessio resederit penès Pro-
prietarios, qui proindè illicò incæperunt natura-
25 liter possidere absque hominis † ministerio *Aldo-
uin.cons.76.num.24.Cautiuncul.cons.1.num.100.Ros-
sental.de feud.cap.10.concl.41.nu.57.in fin.& nu.58.
Fontanell.de pact.nuptial. claus.4.glos.22.num.34.35.
& 36.Gratian.discept.forens.cap.779.sub num.5.Sess.
decis.Aragon.25.num.78.Magon.decis.Lucen.4 nu.20.
Rota in Ferrarien.manutentionis 28.Ianuarij 1641.co-
ram bon.mem.Pirouano, vers.num vltra quod statuti*
26 *prædicti dispositionem*. Et quidem non † per viam
nouæ possessionis, sed per viam continuationis,
Rota post Posth.de manutent.decis.119.num.3. vtique
27 quęlibet alia possessio tanquam posterior, & † tur-
batiua non est manutenibilis, *Rota coram Card.Ca-
ualer.decis.2.num.2. coram sanct.mem.Greg.decis.171.
num.1.* cum pluribus adductis in *dict. Ferrarien.ma-
nutentionis*.

Nec pariter obstare potest exceptio caducati fi-
deicommissi, quia de ea hæredes Cinthiæ vsufru-
ctuariæ excipere non possunt tanquam carentes
28 interesse † ex adductis per *Ruin. cons.129. num.1.
lib.2.Rimin.iun.cons.230.num.20.lib.2.Greg.XV.de-
cis.118.num.5.& decis.410.num.6.*

Demùm nullum visum fuit posse fieri funda-
mentũ super exceptione retentionis rationis cre-
diti dotalis. Quia siuè sequamur opinionem vo-
29 lentium † Priuilegium retentionis non transire
ad hæredes extraneos, vt sunt hæredes Cinthiæ,
quàm tenuerunt *Oleb.ad §.fuerat in 2. relect. nu.13.
& 14.Instit.de act. Mier.in constit.Cathalon.super tit.
solut.matrim.num.24. & 79. & ibidem Desput.in ad-
dit.num.39.Cancer.var.resolut.cap.9.de Dote, & do-
nat. propter nupt.num.35. & 36. Gratian. discept.fo-
rens.cap.143.nu.43.& 44.Thesaur.iun.quæst.forens.5
sub nu.5.lib.1.* vbi testatur sic in Senatu Pedemon-
tano fuisse decisum, & concordantes decisiones
refert. Siue sequamur contrariam opinionem asse-
30 rentium dictum Priuilegium transire † etiam ad
extraneos, quàm latè tuentur *Caualcan.de vsufruct.
mulier relict.num.201.Cephal.cons.98.num 32. Costa
de port. rat. quæst.58. num.3. Franc.Marc.decis.181.
par.1, Grammat.decis.92.num.19.& 20. Cancer.* licet
in

in contrarium allegetur *variar.resolut.cap.9.titul.de dot.& donat.propter nupt.num.61.* Dicens hoc esse
31 indubitatum, cum † Ius retentionis transeat in singularem successorem. *Fontanell.* pariter in contrarium allegatus *clausula 7. glos.3. par.7.sub nu.2. vers.fuit enim condemnatus.* Referens ita fuisse iudicatum in Senatu Cathaloniæ, eidemque opinioni videtur adhæsisse, *Rota in Romana Casalis Aguzzani 2.Iunij 1640.coram R.P.D. meo Royas vers.Moti ex eo,* vbi infirmatur sententia aliàs lata, ex eo potissimum fundamento, quod concesserat immissio-
32 nem illis de Maximis † non obstante retentione, quæ competebat Alexandræ, & ex eius persona PP. Sancti Syluestri, & Garauinis (qui tamen erant extranei) pro Dote sibi super dicto Casali assignata. Cum hac tamen distinctione, quod vidua, vel eius filius vltrà priuilegium retentionis lucratur fructus perceptos tempore retentionis, antequàm
33 Dos sibi restituatur, hæres verò extraneus † non facit fructus suos pro tempore retentionis, sed tenetur, vel illos restituere, vel in computum sui crediti excomputare, vt distinguendo tradunt *Cancer.loco supra citato dicto num.61.vers.Ad extraneum tamen hæredem dictum ius retentionis transire censeo, sed ius faciendi fructus suos non transire opinor,* quod idē repetit *Fontanell. loco pariter supra citato,* ibi, *fuit enim condemnatus hæres extraneus ad restituend. fructus perceptos à die mortis viduæ, soluta tamen prius dote, concedendo per ea verba retentionem hæredi, donec restitutio esset facta.*

Quicquid enim sit de istis opinionibus, fuit pro responsione animaduersum satis esse, quod ex supra deductis appareat hęredes Cinthię nunquam
34 possedisse, † ad hoc, vt excludantur à beneficio retentionis, quæ sine possessione non competit *Vincent.de Franch.decis.527.num.11.Rota apud Posth. de manutent.decis.140.n.10.* Multoque minus quan-
35 do † possessio non est vacua, sest ab alio occupata, prout hic, latè *Gratian.discept.forens.cap.700.numer.35.Antonin de Amat.* plures referens *resolut.34. num.66.Cartar.decis. Ianuen.73. num.11.Magon.decis.Lucen.64.num.13. Cornazzan.decis.57.numer.22. Viuius decis.317.num.5.*

Cessatque difficultas, quia ex datis in *Summar. Monaldi num.9.* Constat ad manus Cinthiæ perueniisse ingentem pecuniarum quantitatem credito
36 Dotis æquiualentem, † ex qua præsumitur de suo credito satisfacta, *Neuizzan. cons.57.sub num.11. Afflict.decis.113.num.16. Rot.post Pacific.de Saluian. interdict.decis.19.num.4.& 5.in recent.decis.275.n.4. vers.Tandem omnes par.4.* cum alijs relatis *in Fanen.Dotis 17.Martij 1642.coram me.*

Nec refragatur, quod pars dictarum pecuniarum fuerit inuestita in Censibus fauore hæreditatis. Quia de huiusmodi inuestimento non constat
37 in † actis, nec per consequens habendum est in consideratione. Præsertim quia deberet constare prætensum inuestimentum adæquare consumptiones factas, & ad hunc effectum requiritur
38 Calculatoris electio, & illius relatio, quibus non habitis, creditum remanet turbidum, † & illiquidum, ità vt interim retentio competere non possit, *Rota coram Reuerendiss.Vrgellen.decis.113.sub numer.7.* cum pluribus adductis *in Romana domus 25. Februarij 1641.coram me in fine.*

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

DECISIO CXXI.

R. P. D. BICHIO

Færetrana Prædij.

Lunæ 1. Iulij 1642.

Est impressa inter Bichio in Tom.1. Decis.69.

REVERENDISS. P. D. CERRO.

SACRÆ ROTÆ DECANO.

Maceratē Bonorum.

Veneris 4. Iulij 1642.

ARGVMENTVM.

Possessio capta per alium, vt alicui suffragetur, debet constare de eius speciale mandato, & quid si talis actus fuerit ratificatus, sed postquam alius iam cœperit possessionem medio tempore. In possessione capienda potissimum attenditur animus capientis.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio datur anteriori possessori.*
Possessio sufficit, quid sit anterior per horam vt ea veniat manutenenda, num.1.
2 *Possessio capta per alium non suffragatur, quando est capta sine speciali mandato.*
3 *Ratificatio superueniens re non integra non iuuat.*
Ratificatio non iuuat, si fuerit facta, postquam ius alteri fuit quæsitum cum tunc nihil ponat in esse, num.3.
4 *Retrotractio non fit vsque ab initio præiudicium tertij.*
5 *Possessio capta pro omni suo iure, & interesse quid importet.& num.10.*
6 *Possessio capta nomine proprio, & alieno, donec ille non ratificet, possessio tota remanet penès eum.*
7 *Possessio dum non est vacans, si capiatur non citato possessore nulla est, & vitiosa.*
8 *Possessionem, quando quis dicatur accepisse nomine suo tantum.*
9 *Possessionis acquisitio pendet ab animo, & ab eo regulatur.*
Possessio acquiri non potest deficiente animo acquirendi, num.9.
11 *Tempore eodem, duo simul, & insolidum eamdem rem possidere non valent.*
12 *Possessio sufficit, quando actualiter fuerit capta ad effectum manutentionis.*
13 *In Possessione acquirenda non requiritur tanta certitudo, & sufficit quod factum perfecte interueniat.*
14 *Et animus concurrat aliqualiter, licet imperfecte, & non eo modo, quo debet, num.15.*
16 *De Animo, & voluntate alicuius probando, quando agitur, potius attendi debet eius declaratio, quàm simplex alterius assertio.*
17 *Iudex, quod dedit in mandatis obseruandum est, & non potest exequutor aliquid contra mandatum exequi.*
18 *Exequutor exequendo dum se remittit ad mandatum non censetur illius fines velle transgredi.*

19 *Appro-*

19 *Approbans ratificationem alicuius absque vlla præseruatiua quid ex hoc sequatur.*
Immissionem petens, fatetur se non possidere, num. 19.
Possessionem petens ex hoc ammittit possessionem. n. 19
20 *Mandatum ex productione iurium non probatur, quando verisimiliter quis aliunde potuerit habere, quàm à principali.*
21 *Iurium productio, facta à domestico, non facit præsumptionem mandati.*

DECISIO CXXII.

DOMINI dixerunt Venerabili Monasterio Sanctæ Claræ dandam esse manutentionem in
possessione palatij, ac prædiorum Montanelli, &
Ceresolæ, quia ex datis in eius *Summar. num. 8. cum
sequen.* constat sub die 30. Maij 1638. Ignatium
Angelutium procuratorio nomine Monialium, &
vigore mandati de immittendo obtenti à Vicario
Episcopi Maceraten. cœpisse possessionem palatij,
de quo agitur, & Angelum q. Dominici earumdem Monialium factorem cæpisse possessionem
prædiorum Montanelli, & Ceresolę, eademque die
Abbatissam, & Moniales possessionem earum nomine captam ratificasse, vt ex Instrumento, quod
1 datur *Summar. num. 10.* Vnde sibi † tanquam anterioribus debetur manutentio, *§. retinendæ, Institut.
de interdict. l. 1. § Interdictum autem, ff. vti possid.*
Nec obstare possessionem eadem die per horam
antea captam à Camillo nomine Pompei fratris,
2 quia cum capta fuerit sine speciali mandato, non
potuit Pompeio suffragari, *leg. 1. §. per Procuratorem, l. possessio, §. & si possessio, ff. de acquir possess. Corn.
cons. 46. nu. 11. vers. nec reperitur ista specialitas lib. 3.
Aym. cons. 5. num. 16. Rota coram san. mem. Greg. XV.
decis. 50. num. 3.* Nihil obstante, quod postea fuerit
3 à Pompeio ratificata, quia cum ratificatio non
superuenerit re integra, sed post captam possessionem à Monialibus, non potuit in earum præiudicium, quibus medio tempore fuerat ius quęsitum,
4 retrotrahi † ad diem captę possessionis, *per text. in
l. bonorum, ff. rem rat. haber. & in l. aliena res in princip.
ff. de pignorat. act. Rota coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 6. num. 42.* cum pluribus in hac eadem causa
cumulatis in decisione emanata *coram Reuerendiss.
D. Episcopo Patauino vers. vlt.*
Minusque dictum fuit releuare possessionem
fuisse captam à Camillo non solùm nomine fra-
5 tris, sed etiam pro omni suo iure, & interesse, ibi,
*ad instantiam D. Cupit. Camilli Compagnoni, vti fratris germani, & coniunctæ personæ D. Pompei pro quo
de rato, &c.* ac etiam pro omni suo iure, & interesse, *Summario* de Compagnonis *num. 1.* ex quo infe-
6 rebant † informantes, interim Pompeio non ratificante, possessionem remansisse penès Camillum,
vt disponitur *in l. si absentis, vbi scribentes, C. si cert.
pet. Bald. in l. multum interest num. 13. vers. si quid pro
parte, C. si quis alteri, vel sibi, Alex. cons. 22. nu. 2. lib. 5.
Gratian. discept. forens. cap. 704. num. 44. & 53. Rota
diuers. decis. 641. num. 5. par. 1. & in recent. decis. 761.
num 2 vers. & ante ratificationem par. 2. & decis. 557.
num. 3. part. 3. coram Buratt. decis. 67. num. 9. & prius in
Bononien. hæreditatis de Gargantibus 16. Nouembris
1631. coram bon. mem. Mellino;* Proindeque ratificationem Pompei superuenisse re integra, non obstante possessione Monialium medio tempore ca-
7 pta, cum hæc tanquam capta de tempore, † quo
possessio non erat vacans, non citato Camillo
possessore, nulla fuerit, & vitiosa, *cap. licet, vbi DD.
de probat.*
Pro remotione enim huius obiecti (in quo totam suam vim faciebant informantes pro Compagnonis) fuit animaduersum Camillum satis declarasse animum suum capiendi possessionem tã-
8 tummodo nomine fratris, dum petijt à Iudice
mandatum de immittendo solius fratris nomine;
Vnde quicquid sit, si habuisset animum capiendi
nomine proprio, hoc casu propter defectum voluntatis, possessio non suffragatur, quia tota hæc
materia acquisitionis possessionis pendet ab ani-
9 mo, ab eoque ita regulatur, vt eo deficiente acquiri non possit, *l. 1. §. per Procuratorem, & l. 3. §. in amittenda, & l. quemadmodum ff de acquir possess l. licet,
C. eodem, Rota coram sanct. mem. Greg decis. 252. num. 4.
& in recent. decis 35. num. 5. par. 5.*
Ideoque verba illa, Pro omni suo iure, & interesse, interpretanda videntur, quatenus sua inte-
10 resset possessionem capere nomine fratris, nec referenda sunt ad possessionem nomine proprio,
cum simul stare non possint, vt quis acquirat no-
11 mine oroprio, † dum declarauit acquirere alieno, cum eodem tempore duo simul, & insolidum
eandem rem possidere non possint, *vulg. l. possidere, §. ex contrario, ff de acquir. possess. l. si vt certo loco, §.
si duo vehiculum, ff. commodat.* Et satis est verba esse
turbida, & æquiuoca, vt veniant interpretanda
contra Camillum; qui si habuisset animum capié-
12 di possessionem nomine † proprio, potuisset clarius suam voluntatem exprimere, petendo mandatum de immittendo etiam nomine proprio, ad
tradita *in l. veteribus, C. de pact. l. quicquid adstringendæ, ff de verbor. oblig. Surd. de alim. tit. 6. quæst. 1. num. 26
Ciriac. controu. foren. cap. 378. num. 42.*
Et licet Notarius in Instrumento immissionis
enunciauerit immisisse Camillum vtroque nomine proprio, scilicet & Pompei fratris, ibi, ibique
perueniti dictus Alexander exequutor supradictus
13 cum assistentia, &c. in actualem, realem, & corporalem possessionem supradictam, &c. immisit
præfatum D. Camillum, tam suo nomine proprio,
quàm nomine, & vice supradicti Pompei; Quod
14 sufficere videtur in iudicio manutentionis, † ad
quod sufficit possessionem effectualiter fuisse captam cum tali, quali animo, licet imperfecto, vt
aduertit *Aretin. in l. is, qui putat num. 5. vers. expone
tamen, ibique Roman. num. 3 ff de acquir. possess Surd.
cons. 93. num. 11. & 12.* reddens rationem, quia in
acquirente possessionem non requiritur tanta certitudo, ideoque sufficit, vt factum perfectè interueniat, scilicet ingressus, & animus concurrat ali-
15 qualiter, licet imperfectè, & non eo modo, † quo
debet, quod idem repetit *Rota in Vrgellen Beneficij
14. Februarij 1605. coram bon mem. Ortembergo.*
Super hac enim enunciatiua dictum fuit nullum fieri posse fundamentum, quia, cum agatur
de probando animo, & voluntate Camilli, potius
attendi debet expressa ipsius declaratio capiendi
16 possessionem nomine fratris, † quàm simplex assertio exequutoris, qui voluntatem Camilli declarare non potuit, *ad tradita per Rotam in recent.
decis. 225. nu. 5. par. 6.* Tum quia exequutor expresse se retulit ad mandatum obtentum à Iudice,
eiusque

eiusque vigore Camillum immisit. Vnde cum iudex dederit solum facultatem ingrediendi pos-
17 sessionem † nomine Pompei, non potuit exequutor contra formam mandati immittere Camillū nomine proprio nec minus id voluisse præsumitur
18 propter expressam relationem ad mādatum, *Bart. in l. si quis seruum, §. final. ff. de legat. 2. Paris. cons. 18. num. 31. & seq. lib. 2.* & in proximis terminis *Rota in Recanaten. bonorum 23. Iunij 1642. coram me.*

Idque apertius declarauit idem Camillus, dum consensit ratificationi factæ per Pompeium nullo sibi iure reseruato, & vna cum alijs vsufructuarijs petijt immitti in possessionem bonorum ratione vsusfructus, iuxta formam Codicillorum, dum
19 enim approbat ratificationem fratris absque vlla præseruatiua, satis declarauit ad illum solum spectare possessionem, dum verò petijt immissionem, fassus fuit se non possidere, *Rota coram Mantic. decis. 20. num. 1. & decis. 174. num. 5. part. 4. diuers. & decis. 7. num. 14. par. 6. recent. & in Ferrarien. manutentionis 28. Iunij 1641. coram bon. mem. Pirouano:* imò vbi etiam possedisset, ex hac sola petione possessionem ciuilem amisisset, *Rota coram Card. Canaler. decis. 534. num. 6. & coram Gregor. decis. 46. num. 4. & 5.*

Quæ dicebātur de mandato præsumpto ex productione iurium, & impensa non applicantur quia impensa non probatur, & sola productio non
20 sufficit, quando iura producta potuerunt alia via haberi quam ab ipso principali, vt distinguendo tradunt *Alciat. de præsumpt. reg. 1. præsupt. 32. num. 6. Caputaq. decis. 185. num. 2. par. 2.* quos refert, & sequitur *Adden. ad Greg. decis. 44. nu. 10.* vbi proinde firmat ad nostrum propositum hanc præsumptionem non esse efficacem in Domestico.

Et ita vtraque parte informante fuit resolutum coram bon. mem. Merlino Decano, in cuius locum subrogatus Ego extendidi decisionem, quia ille morte præuentus extendere non potuit.

DECISIO CXXIII.

R. P. D. BICHIO

Hispalen Decimarum.

Veneris 4. Iulij 1642.

Est Impressa inter Bichio in Tom. 1. Decis. 104.

R. P. D. CARILLO

Postea Præside VALLISOLETANO.

Romana Legati.

Veneris 4. Iulij 1642.

ARGVMENTVM.

Legatum relictum filiabus fœminis nubendis, an dicatur relictum conditionabiliter in casu nuptiarum, vel dicta verba stent demonstratiuè, & legatum relictum est in casu nuptiarum, interim de dicto tempore donec sequantur nuptiæ, quid de fructibus tali legati, quid sit faciendum.

SVMMARIVM.

1 *Legatum relictum, nisi post certum tempus, eo adueniente, debet solui.*
2 *Verba, & post tale tempus, denotant temporis continuationem.*
3 *Legatum relictum,* alle figliuole femine da maritarse, *an dicatur conditionaliter factum in casu nuptiarum.*
4 *Legatum relictum, filiabus fœminis nubendis, tunc importat conditionem, si fuerit relictum pro dote, & cum conditione si nupserint.*
5 *Legatum relictum, filiabus fœminis nubendis, quando non dicatur relictum conditionaliter, & maximè si verba non respiciant substantiam legati sed executionem.*
6 *Tunc enim legatum reputatur conditionale, sed purum.*
7 *Testator quando dicatur, quem reliquisse purum ministrum, & executorem.*
8 *Decisiones in causa factæ in sequentibus disputationibus de more Rotę, semper supponuntur.*
9 *Testatoris verba clara quando habemus, non est vlte- quærendum, & num. 11.*
10 *Testamenti vna pars, quando aliam non declaret.*
12 *Ex Coniecturis tollitur omnis ambiguitas, & omnis interpretatio, quæ menti Testatoris repugnet.*
13 *Legatum relictum puellis pro dote, debetur ad effectum contrahendi nuptias carnales, vel spirituales.*
14 *Legatum relictum puellis pro dote, interim dum perueniunt ad ætatem nubilem, debet inuestiri, & quare, & an ex fructibus debeant ali.*
15 *Legatum relictum pluribus personis re, & verbi sconiunctis scindi, & diuidi debet inter eas, & datur inter easdem ius accrescendi.*

DECISIO CXXIV.

POSTQVAM per binas decisiones, & resolutum fuit, annum legatum scut. 30. de quo agitur, deberi Lucretiæ, orta fuit altera controuersia super modo illud soluendi ab Archiconfraternitate hærede ac pro tempore administratrice hæreditatis Io. Antonij Testatoris, Ideò proposiui dubium, A quo tempore, & quomodo debeatur legatum, situè distribuendum, & Domini responderunt, legatum deberi iuxta modum inferius exprimendum, aduertentes, prædictum dubium tres continere inspectiones, quarum Prima est, à quo tempore debeatur, dictum legatum; Secunda quomodo debeatur & Tertia qualiter sit distribuendum inter legatarios, quæ ad præsens sunt tres, scilicet, Lucretia Angelica, & Helena.

Quantum igitur attinet ad primam inspectionem dixerunt, legatum deberi à die natiuitatis dictæ Lucretiæ, & aliarum puellarum sororem respectiuè, non autem à die motæ litis; quia clara visa fuit mens testatoris, dum voluit, quod Archiconfraternitas ex pensionibus Domorum hæreditariorum per quinquennium solueret scut. 30. Cæciliæ, & Felici filiabus Laurentij sui nepotis, & postea huiusmodi legatum applicaretur pro filiabus maritandis de sua casata, per hæc verba, ibi, *E dopò voglio, che li detti scudi 30. vadino alle figliuole femine da maritarsi della casata mia, cioè, discese da Giacomo figliuolo di Fermo mio fratello, e dalle figliole di Lorenzo mio nepote.* Vnde cum fue-

fuerint lapsum quinquennium statim debetur le-
1 gatum † Lucretia, & sororibus vti descendentibus
ab Vrsula filia Laurentij nepotis Testatoris, &
quidem à die earum natiuitatis, cum verba illa.
2 *e dopò vadino*, denotent continuationem † post
lapsum quinquennij *Gemin. in rubr. de restit. spol. post
med. vers. Nota quod dictio, Post Ias. in l. iur. gent. nu.
8 ff. de pact. & in l. fructus num. 5. vers. & tu aut dic.
ff. solut. matr. Tiraquell. in l. si vnquam in verbo, &
postea nu. 12. C. de reuoc. donat.*

Absque quo obstent verba illa, ibi, *alle filiuo-
le femine da maritarsi*, quasi quod stent conditiona-
3 liter, & † sic legatum non debeatur, nisi quando
eædem legatariæ nuptui tradantur ex allegatis
per *Gramm. de anniuers. & Cappellanis lib. 1. cap. 21.
num. 14. quia Lara, & alij allegat.* per informantes
pro Archiconfraternitate loquuntur in casu quo
legatum relictum fuerit pro dote, & cum condi-
4 tione † si nupserint, & propterea non applican-
tur in proposito, vbi legatum est paruæ quanti-
tatis scut. 30. non sufficientis pro dotibus omniũ
5 legatariarum vocatarum, & verba illa, † *da ma-
ritarsi*, non obstant conditionaliter, nec respiciunt
substantiam legati, sed demonstratiuè vti adiecta
6 exequutioni. Tunc enim legatum purum reputa-
tur, non autem conditionale, vt in fortioribus
terminis tenent *Bald. cons. 249. ante med. vers. sed si
non concernit titulum volun. 4. Aym. cons. 101. num. 1.
vers. sed præmissis, & num. seqq. Crass. in §. legatum
quæst. 48. num. 13. Peregr. de fideicommiss. art. 38. num.
26. vers. primus casus, idem Lara vbi supra num. 17.
Anton Gomez. in l. 50. Taur. num. 29.* & benè ad pro-
positum facit *Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.
11. tit. 31. à n. 7. vsq. ad finem.*

Idque in præsenti procedit absque vlla hæsita-
tione, cum Officiales Archiconfraternitatis, do-
nec adsunt fœmine descendentes ex vocatis per
7 Testatorem, † sint nudi Ministri, ac executores,
vt manifestè conuincitur ex illis verbis, ibi, *ri-
manghino in mano dell'infrascritti Essecutori, quali
habbino à distribuir &c.* Itaut durante descendentia
legatariarum, nihil lucrari possint, vt fuit fir-
matum in prædictis duabus præcedentibus, de-
8 cisionibus, quæ in hodierna disputatione † de
more supponuntur, & ideo statim soluendum est
legatum, alioquin contra voluntatem testatoris
pro eo tempore, quo differetur solutio illud cede-
ret in beneficium officialium, dum autem habe-
9 mus † verba clara Testatoris non est vlterius quæ-
rendum *l. ille aut ille §. fin ff. de verb. obligat.* sed ip-
sa voluntas prout expresse sonat est exequenda
*l. 1. vbi Bald. C. de sacrosan. Eccles. l. 2. vbi Baart. ff. de
testam.*

Nec releuat, quod sicuti Testator idem lega-
tum relictum Cæciliæ, & Felici restrinxit ad quin-
quennium si nuptæ non essent, ita censeri debent
10 legatum ipsum † præstari noluisse fœminis de-
scendentibus, & remotioribus inspecto tempore
nuptiarum. Nam obiectum tollitur ex eo, quia
Testator non dixit, quod legatum deberetur Cæ-
ciliæ, & Felici tempore nuptiarum, sed immo an-
te nuptias, dum si nuptæ non essent voluit, quod
illud per quinquennium, & sic annuatim conse-
querentur adeo, vt dum subdit, *e doppo voglio, che
vadino alle figliuole femine*, clarè colligitur voluisse
11 quod elapso quinquennio † annuatim non ex-
pectato tempore nuptiarum præstaretur eisdem
fœminis descendentibus cum prædictum legatum
non sit sufficiens pro dote, & Officiales nil de-
12 beant lucrari, quæ duæ coniecturæ tollunt omnem
ambiguitatem, & contrariam interpretationem,
quæ menti Testatoris repugnet.

Quoad secundam inspectionem iudicarunt Do-
13 mini dictum legatũ deberi prædictis puellis † ad
effectum contrahendi nuptias carnales, vel spiri-
tuales iuxta notata per *Sanchez. de matrim. lib. 1. di-
sput. 33. num. 32. vers. hoc tamen fatendum*, & interim
quoad vsque peruenerint ad ætatem nubilem de-
14 bet huiusmodi † legatum inuestiri pro earum do-
tibus ad effectum promissum, & interim ex fructi-
bus ali debent dictæ legatariæ.

Denique quod tertiam inspectionem existima-
runt legatum præstari debere Lucretiæ nunc agé-
ti, & alijs etiam sororibus quando instabunt;
15 quia cum illud fuerit † relictum omnibus filia-
bus re, & verbis coniunctis scindi, & æqualiter
diuidi potest inter legatarias, & datur inter eas
ius accrescendi, vt latè probat *Bellon. de iur. acr. art.
5. quæst. 32. num. 9.*

Et ita decisum vtraque &c.

DECISIO CXXV.

R. P. D. BICHIO.

Florentina Horti.

Veneris 4. Iulij 1642.

Est impressa inter Bichio in Tom. 1. Decis. 105.

REVERENDISS. P. D. CERRO.

SACRÆ ROTÆ DECANO.

Romana, seu Nepesina Tutelæ.

Veneris 4. Iulij 1642.

ARGVMENTVM.

Tutor, si promiserit reddere bonum, & fidele com-
putum, alias voluit teneri ad damna, id includit
obligationem restitutionem reliquatum, Tutor,
quod remanserit debitor in reddittione rationum
ex quibus satis dicatur constare.

SVMMARIVM.

1 *Administrator quilibet tenetur reddere rationem, &
restituere reliquatum.*
2 *Administrator promittens reddere bonum, & regale
computum aliàs voluit teneri ad omnia damna, quid
hoc includat.*
3 *Mandatum executiuum relaxari potest stante obliga-
tione Camerali.*
4 *Inuentarium tutelare benè probat contra Tutorem.*
5 *Libri depositariæ publicæ sufficienter probant pro ter-
tio contra tertium.*
6 *Liber priuatus, plenè probat contra scribentem, & eius
hæredes.*
7 *Librum priuatum à se scriptum in actis producens,
fortius contra ipsum probat, cum censeatur illum
quoad omnia approbasse.*

8 *Tutor in actis producens librum tutelarem, si ex eo, non potest elici veritas partitarum, non probat ad sui fauorem.*

9 *Liber tutelaris, vt validè dicatur factus, & tentus, qualiter debeat confici, & teneri.*

10 *Liber tutelaris, si in aliquibus partitis reperitur erroneus nulla fides in reliquis est adibenda.*

11 *Tutor administrans gregem, & armenta, non solum tenetur restituere animalia, verùm etiam fructus, & fœtus.*

12 *In Libris tutelaribus dum probatur aliquibus partitis fuisse erratum, ita etiam in cæteris potuit errari.*

13 *Inuentarium plenè probat contra Tutorem scribentem.*

14 *Testes aliqui si deponant de maiori summa, & alij de minori in ista minori summa dicuntur omnes concordes.*

DECISIO CXXVI.

CVM Veronica di Piscibus tanquam filia, & hęres q. Iacobi de piscibus conuenisset Dionysium de Sanctis ad reddēdam rationem administrationis bonorum, & introituum, ceterorumque effectuum hæreditariorum dicti Iacobi, quæ ipse vti eius Tutor, & Curator spatio 14. annorum administrauit, ista obtinuit, à Sanctissimo huiusmodi causam cognosci ab A. C. de voto Rotæ appellatione remota. Vnde proposito hodie dubio, An, & pro qua summa mandatum sit relaxandum. Domini informante tantum Veronica dixerunt pro nūc esse relaxandum pro scut. 4587. Necnon pro restitutione animalium descriptorum in inuentario tutelari siue eorum valore, ac pro rata Vaccarum, aliorumque animalium num. 113. quæ constat remansisse in hæreditate Iacobi, & à Dionysio fuisse retenta in socitam, sine tamen præiudicio residui.

Nam quoad scuta 4587. constat Dionysium esse debitorem scutorum 19233. pro fructibus bonorum hæreditariorum, pecunijs in hæreditate repertis, creditis exactis, ac pro pretio frumenti, & animalium, aliorumque fructuum, quæ ad eius manus peruenisse apparet ex partis registratis in Summario Veronicæ *numer. 3. cum seqq.* Ex quibus demptis scutis 11951. erogatis in emptionibus Censuum, & locorū Montium ad fauorem pupillæ, ac in expensis necessarijs, quæ informantes pro Veronica admittunt esse ponendæ in creditum Dionisij, necnon relictis in suspenso quatuor partitis constituentibus in totum scuta 2695. nempè prima scut. 1836. pro rubris 51. sementæ, secunda scut. 240. pro rubris decem ordei, tertia scutorum 319. pro tot suibus datis, vt dicitur à credenza diuersis personis, & quarta scut. 300. pro sorte vnius census, qui prætenditur extinctus cum Communitate Formelli, quas Domini censuerunt adhuc non esse sufficienter iustificatas, debitum Dionysij remanet certum, & liquidum in dd. scutis 4587. pro quibus mandatum est relaxandum, tàm ex dispositione iuris communis,
1 cum quilibet administrator de iure teneatur reddere rationem, & restituere reliquarum *l. 1. §. officio, ff. de tutel. & rat. distraben. l. rationes, C. de administr. tutur.*

Quam etiam vigore eius particularis promissionis, quia ipse sub obligatione Camerali promisit de administratis reddere bonum, & legale computum, alias teneri voluit ad omnia damna,
2 vt in Summ. *num. 2.* quæ promissio † includit obligationem soluendi reliquatum. *l. cum seruus, ff. de condit. & demonstr. l. boues §. fin. & ibi glos. ff. de verb. signif. Rota coram san. mem. Gregor. XV. decis. 554. num 2. & in Romana Fideiussionis 21. Iunij 1631. coram Eminentiss. D. meo Card. Verospio.* Et stante
3 obligatione † Camerali relaxādum est mandatum executiuum, vt dictum fuit *in Imolen. Tutelæ 2. Decembris 1593. coram bon. mem. Card. Pomphilio sen. & Romana redditionis rationum 19. Decembris 1598. coram Litta, & in Arimin. administrationis Tutelæ 24. Nouembris 1625. coram R. P. D. meo Merlino Decano*

Nec dubitari potest de veritate partitarum, ex quibus deducitur debitum Dionysij. Quia plenè iustificantur partim ex Inuentario tutelari,
4 quod † contra Tutorem scribentem, plenè probat *ad trad. in l. fin. vbi glos. & DD. C. arbit. tut. Rota coram bon. mem. Buratto decis. 557. num. 6. & 7. & decis. 637. num. 6. & in recentior. decis. 301. num. 4. par. 6. & in supracitata Ariminen. administrationis coram eodem D. meo Merlino*; Partim ex publicis Instru-
5 mentis, & ex partitis formiter extractis ex publicis libris Depositariæ Sacri Montis Pietatis Vrbis, qui sufficienter probant pro tertio contra tertium *Bart. in l. quædam, §. nummularios num. 4. ff. de eden. Card. Seraphin. decis. 1088. num. 4. Rota in recent. decis. 19. num. 3. par. 7.* & fuit dictum *in Tiburtina administrationis rationis 9. Decembris 1641. coram R. P. D. meo Dunozetto.* Partim ex receptis, & notulis manu eiusdem Dionysij descriptis in suo
6 † libro, qui licet confectus à priuato, probat tamen contra ipsum, eiusque hæredem *l. publica 16. §. fin. ff. deposit. Specul. in 2. parte tit. de instrum. edit. §. 7. Nunc dicendum num. 5. vers. nisi contra eum. Alex. cons. 84. num. 1. lib. 7. Surd. cons. 439. num. 20. lib. 4. Rota in recent. decis. 195. num 6. & 7. par. 6. & in supracitata Tiburtina administrationis*; Præsertim cum
7 dictus liber fuerit in actis productus ab eodem Dionysio, qui propterea censetur tacitè quoad omnia approbatus *l. scripturas, C. qui pot. in pign. hab. Boer. decis. 33. num. 9. vers. & in hac causa Reuerendissimus Vrgellen. decis. 352. num. 2. & decis. 368. num. 4.* cum pluribus adductis in dicta Tiburtina.

Nec releuat dictus liber quatenus Dionysius illum exhibet pro sui exoneratione, & ad suum debitum extenuandum. Quia cum appareat confectus de recenti, & in eo ferè omnia sint incon-
8 fuso, inordinatè, & in genere descripta sine expressione causæ, & dici, itaut non possit elici veritas, & depræhendi iustificatio partitarum in eo descriptarum, non probat ad eius fauorem, nec deseruire potest pro redditione rationis, quia ad huiusmodi effectum liber tutelaris debet di-
9 stinctè, & singulariter continere, quid in singulos annos, menses, & dies perceptum fuerit, quibus, & qua de causa datum, & impensum, à quo fundo fructus recollecti, exactamque, & integram continere descriptionem omnium datorum, & receptorum, ac introitus, & exitus totius temporis, quo continuauit administratio. *Bart. in l. comperimus, C. de nauicul. lib. 10. & cons. 150. num.*

150.*num.9.in fin.par.1.Rip.in l.admonendi num.* 116. *ff.de iur.iur.Escobar. de ratiocin.administr.cap.*10. *numer.* 42. *&* 43. *& num.* 47. *cum seqq. Rolan.à Valle cons.*49.*num.*20. *& seqq.lib.*1.*Gratian.disceptat. forens.cap.*563.*num.*32.*Menoch.de arbitr.Iudic.cas.*208 *num.*18.*& seqq.& sæpius Rota tenuit, & signanter in recent. decis.*590 *num.*5. *par.*1. *& decis.*111. *num.*5. *par.*7.& fuit dictum *in dicta Ariminen. coram Reuerendissimo D.meo Merlino*, & alijs multis relatis *in Romana redditionis rationis* 15. *Decembris* 1636. *coram bon.mem.Coccino, & in d.Tiburtina coram R.P.D.meo Dunozetto*.

Idque multo magis procedit, cum in multis partitis dictus liber detectus sit erroneus, nempè
10 in septima, octaua, & nona, † in quibus Veronica creatur debitrix scut.1512.b.20.pro expensis in alendo boues, vaccas, & cætera animalia, eorumque Custodes, quæ tamen non erant ponende ad sui debitum, tum quia huiusmodi expensæ spectant ad socium minorem iuxta morem consuetum omnium locorum, & vsum specialem illarum partium, de quo dantur attestationes *Summario num.*23. Tum qua compensantur cum fructibus eorumdem animalium quorum Tutor mentionem non fecit, prout debebat, cum Tutor administrans gregem, & armenta, non solum teneatur restituere animalia, sed etiam fructus, & fætus *l.sed, & si* 25.*§ fin.cum duobus seqq.ff.de petit. hæred.latè Laderch.cons.*99.*num* 9.*&* 10. Item creatur debitrix in quinque partitis constituentibus scuta 2411.ba.34.pro alimentis præstitis Donato, Veronicæ, & Hortensiæ de Piscibus, Felicique eorum matri, Antinæ, & alijs personis spatio quatuor annorum, hoc est ab anno 1624. vsque & per totum 1628.ad rationem scutorum sex pro singulis quolibet mense, & tamen ex testibus datis *in Summario num.* 21.*&* 22. probatur Antinam nihil habuisse, pro victu, Donato verò, Veronicæ, cæterisque personis subministrata fuisse solum scuta tria, vel tria cum dimidio pro omnibus insimul, multæque aliæ partitæ fuerunt appositæ ad debitum Veronicæ nullatenus apponendæ, & aliæ plures repertæ sunt excessiuæ, quas sigillatim denumerant informantes pro Veronica, & propterea dicto libro ad eius fauorem minimè est standum, nisi omnes partitæ aliundè plenè iustificentur, quia sicut in supradictis interuenit error, ita etiam in cæteris potuit errari. *Gabr. consil.*148. *num.*9.*lib.* 1.*Farinacc.consil.*100.*num.*14. *lib.*2.*Rota diuers.decis.*743.*num.*1.*& per tot.par.*4.*& coram sanct.mem. Gregor XV.decis.*79. *& ibi Adden. num.*6. *& in recent. dicta decis.*111. *num.* 9.*par.*7. & fuit dictum *in Papien. bonorum* 1. *Iunij* 1605.*coram Ortembergo, & his in Romana Tutelæ de Ferratinis nempè* 13. *Martij* 1595.*et* 19.*Iunij* 1600.*coram bon.mem. Card. Pamphilio, quæ tres decisiones habentur impressæ apud Marches.de commiss.par.*1.*fol.*898.correcto tamen errore fol. & latè *in d.Romana redditionis rationis* 15. *Decembris* 1636. *coram bon. mem. Coccino*.

Quo verò ad animalia, pro illis, quæ descripta sunt in Inuentario nulla adest difficultas, cum Inuentarium plene probet contra Tutorem scribentem, *l.fin.C.arbitr.tut.Bart in l.Tutor, qui repertorium num.*12 *ff.administr.tut.Paris.cons.*26.*num.* 55. *lib.*2. *Rota diuers.decis.*71. *num.* 3. *par.*1.*et in recent.decis.*762. *num.*1. *par.*2.*et in dicta Ariminen.administrationis tutelæ* 24. *Nouembris* 1625. *coram Reuerendiss. D.meo Decano*. Pro alijs verò, quę in Societatem retinebat ipse *Dionysius* dictus numerus 113.animalium iustificatur ex duobus Testibus datis *in Summ.num.*18. quibus non obstat, quod sint in quantitate discordes, ex quo alter deponat de 150. alter de 113.quia in hoc minori numero, in quo conueniunt dicuntur contestes, & probant *l. diem proferri, §.si plures, ff. de arbitr. DD.in l.penult.ff.de in litem iuran. et in l.*1.*§.si postulanti, ff. de verb.oblig.Rota coram Gregor. decis.*558. *num.*2.*vbi Adden. sub litera A, et coram Buratto decis.*865.*num.*2.

Et ita vna tantum. &c.

R. P. D. CERRO.

SACRÆ ROTÆ DECANO.

Ferrarien. Parochialis.

Veneris 4. Iulij 1642.

ARGVMENTVM.

Ciuitas aliqua si potiatur priuilegio à Sede Apostolica concesso, vt nisi eius Ciues possint habere illius beneficia, an tale priuilegium extendatur ad Ciues, qui non sunt verè Ciues, idest origine & natiuitate, sed sunt Ciues ex incolatu priuilegio, &c.Papa concedendo alicui priuilegium aliquod, non censetur voluisse sibi ligare manus.

SVMMARIVM.

1 *Ciuitas Ferrariæ habet priuilegium, quod beneficia illius loci non dentur nisi ciuibus, & num.* 5.
2 *Beneficium aliquod impetrans sub narratiua, quod prouisus est incapax, id cōcludenter venit probandum.*
3 *Incapacitas, & defectus qualitatum narratus in literis Apostolicis ab impetrante, est concludenter probandus.*
4 *Quod procedit, etiam si narratiua consistat in nagatiua, nec ad hoc sufficiunt coniecturæ.*
6 *Habitans in aliquo loco vltra decem annos, ex hoc acquiritur incolatus illius loci.*
7 *Clericus per assecutionem beneficij residentialis acquirit priuilegium Ciuilitatis, & gaudet omnibus priuilegijs Ciuibus illius loci concessis.*
8 *Priuilegium simpliciter alicui Ciuitati concessum, quod, eius beneficia non dentur nisi Ciuibus, cum sit fauorabile non est strictè intelligendum.*
Beneficialis materia est fauorabilis, num. 8.
9 *Ciuium appellatione veniunt non solum Ciues veri, scilicet ex natiuitate, & origine, verum etiam Ciues ex priuilegio.*
10 *Priuilegium concessum à Papa alicui Ciuitati, vt eius beneficia non dentur nisi Ciuibus, non comprehendit beneficia reseruata ipsi Papæ.*
11 *Papa concedendo alicui priuilegium, non censetur voluisse sibi manus ligare, nec impedire prouisiones Apostolicas.*
12 *Decretum irritans stat accessoriè, & non ampliùs principalem dispositionem.*

De-

13 *Decretum irritans appositum in gratijs Apostolicis, non ligat ipsum Papam, nec eius prouisiones, nisi expressè irritet prouisiones proprias.*

14 *Beneficia patrimonialia deuoluta ad Papam, intelliguntur deuoluta cum sua causa, intellige tamen, quando aliquod onus fuit impositum in fundatione.*

15 *Secus verò, si id sit ex priuilegio Apostolico, tunc enim ad Papam spectat libera collatio, cum talia priuilegia non ligent Papam.*

DECISIO CXXVII.

GRatiam Nicolai non esse iustificatam responderunt Domini, & omissis alijs, ex eo potissimum. Quia narrauit Papæ Alexandrum Puzzolum prouisum de Parochiali controuersa esse incapacem, seu ad illam obtinendam non qua-
1 lificatum† iuxta priuilegia concessa à Sede Apostolica Ciuitati Ferrarien. disponentia, quod beneficia illius loci nonnisi ciuibus conferri possint
2 Vnde tenetur concludenter probare allegatam † incapacitatem, vt dictum fuit *in Tridentina Decanatus coram bon. mem. Coccino, impress. in recent. decis. 352. num. 4. & 5. par. 6.* Et generaliter quod
3 incapacitas, & defectus qualitatum † narratus in literis Apostolicis ab impetrante sit concludenter probandus, etiam si in negatiua consistat,
4 nec sufficiant † præsumptiones firmat *Garz. de benef. par. 6. cap. 2. num. 163. & seqq. & Rota sæpius respondit*, & signanter *coram bon. mem. Buratt. decis. 948. num. 1. & seqq. et in recent. decis. 27. num. 10. et seqq. par. 7.*

Hic autem narrata incapacitas nullatenus iustificatur; illa enim deducitur ex eo, quod Ale-
5 xander non sit Ciuis Ferrarien. vt dicta priuilegia requiritur, quæ negatiua tantum abest, quod à Nicolao probetur, quod immò contrarium manifestè conuincitur, siquidem ex datis *in Summario Alexandri num. 9.* Constat, quod ipse non solum habitauit in Ciuitate Ferrariæ vltra de-
6 cem annos, † ex qua decennali habitatione contraxit incolatum, & acquisiuit ciuilitatem, vt in terminis ciuitatis Ferrariæ dictum fuit *in Ferrarien. manutentionis 14. Iunij 1641. coram bon. mem. Pirouano, §. quia ex allegata*, sed quod vlterius ibidem in Cathedrali obtinuit Cappellaniam perpetuam habentem annexum onus residendi im-
7 positum à Synodo, ratione cuius certum est, quod fuit effectus ciuis, quia † Clericus per assecutionem beneficij residentialis acquirit priuilegium ciuilitatis, & gaudet omnibus priuilegiis Ciuibus illius loci concessis, vt tradunt *Bart. in l. 1. num. 14. ff. ad municipal. vbi etiam Alberic. num. 8. Oldrad. cons. 32. per tot. Angel. cons. 23. num. 2. Boer. decis. 260. num. 20. Surd. cons. 301. num. 7. ad med. Graff. de effect. clericat. in prælud. num. 369. Bellett. disquisit. Cleric. tit. 1. §. 20. num. 15. et seq. fol. 16. in paruis* Proin-
8 deque ex hoc capite non potest dici incapax, quia cum prædicta † priuilegia simpliciter disponant, quod beneficia non nisi Ciuibus conferantur, in hac materia beneficiali, quæ est fauorabilis, vt firmat *Gonzal. ad regul. Cancellar. glos. 9. §. 1. num. 113. vers. Sed neque in hac materia, Rota in*
9 *recent. decis. 188. num. 6. par. 2.* Appellatione Ciuium non solum † veniunt ciues veri, qui scilicet sunt tales natiuitate, & origine, sed etiam ciues ex priuilegio, vt in terminis similis Priuilegij Bononiæ concessi dixit *Rot. in Bononien. Canonicatus 21. Iunij 1610. coram Penia, et in alia Bonon. Canonicatus 28. Iunij eiusdem anni coram bon. mem. Coccino* quas refert & sequitur *Lotther. de re benef. lib. 1. quæst. 25. num. 78. et seqq.* Et incolæ, vt tradunt *Alexan. cons. 20. num. 10. et seq. lib. 2. Soccin. sen. cons. 129. num. 4. et seqq. lib. 1. Alciat. in l. Prouinciales, n. 2. et num. 5. ff. de verb. signif. Siluan. cons. 1. num. 107. et 108. Surd. cons. 59. num. 5. et seqq. Menoch. cons. 692 num. 5. et seqq. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. quæst. 18. num. 56. Gail. obseruat. lib. 2. obseruat. 35. num. 1. et 6.* latè *March. de success. par. 2. quæst. 4. art. 8. numer. 21. et 22.*

Et cessat omnis difficultas, quia admisso etiam quod Alexander non esset ciuis; quod tamen cessat ex supradictis, hic tamen non iustificatur, nec iustificari potest, quod huiusmodi priuilegia
10 comprehendant † beneficia reseruata, vt est d. Parochialis, & sic etiam ex hoc capite gratia Nicolai remanet non iustificata, Papa enim in dd. Priuilegijs nullam mentionem facit de bene-
11 ficijs reseruatis, † & propterea non possunt censeri comprehensa, quia Papa cum d. Priuilegio censetur solum voluisse ligare inferiores non autem voluisse ligare seipsum, nec impedire prouisiones Apostolicas, vt in puncto firmat *Gonzal. ad regul. mens. gloss. 9. §. 2. num. 55. versic. quia, & seqq.* & sæpè firmauit *Rota* nempè coram *Puteo decis. 301. numer. 1. post med. & numer. seqq. lib. 1. in correct. & in Calaguritana beneficij relata per Garz. de benef. par. 5. cap. 1. num. 25. & in alia Calaguritana beneficij de Branteuilla 17. Aprilis 1606. coram Cardin. Sacrato, & in Tridentina Decanatus, & Canonicatus coram bon. mem. Coccino, inter recent. decis. 183. num. 2. par. 6.*

Nec obstat decretum irritans in dd. priuilegijs
12 appositum, quia vltra quod stat accessoriè, † nec ampliat dispositionem principalem *Crescent. decis. 7. num. 11. de concess. præben.* cum alijs relatis in *decis. 569. num. 7. 8. & 9. par. 2. recent.* Responsum fuit quod huiusmodi decretum appositum
13 in priuilegijs non ligat † ipsum Papam, nec eius prouisionem nisi expressè irritet prouisiones proprias *Mohedan. decis. 21. numer. 2. post med. & numer. seq. de præben.* & fuit dictum *in Corduben. Cantoriæ 15. Februarij 1557. coram Quiroga, & in Tridentina Canonicatus 21. Aprilis 1570. coram Lancellotto, & in Romana Casalis magistri Oddonis 23. Octobris 1574. coram Robusterio*, quas refert, & sequitur *Garz. de benef. par. 5. cap. 1. num. 19. 21. & 25. & in diuers. decis. 106. n. 2. & 3. par. 1.* vbi declarat *Paris.* qui contrarium voluit *in cons. 37. num. 2. lib. 4.*

Deneque non obstat, quod huiusmodi beneficia patrimonialia deuoluta ad Papam intelligan-
14 tur deuoluta cum causa dummodo scilicet conferantur Patrimonialibus. Quia hoc procedit in ijs, quæ habent simile onus in fundatione. Secus autem quando habent ex priuilegio tunc enim ad Papam spectat libera collatio cum Priuilegia
15 eum non comprehendant, vt in puncto distinxit *Rota in dicta Tridentina coram Coccino, inter recen. decis. 183. numer. 2. 7. & 8. par. 6. & prius coram bon. mem. Pirouano decis. 375. num. 6. par. 4. recent.*

Et ita vna tantùm parte informante, negotio tamen maturè discusso fuit resolutum, &c.

R. P. D. CARRILLO.

postea Præside VALLISOLETANO.

Romana Successionis.

Veneris 4. Iulij 1642.

ARGVMENTVM.

Compulsoria specialis, vt concedatur, quidnam veniat probandum. Epistolæ, vt aliquid probent quid requiratur. Remissoriam Rota solica est concedere etiam super eisdem articulis, sed quid ad hoc sit necessarium Remissoriæ petitio reijcitur, quando didicita sunt testificata, & quando dicantur didicita.

SVMMARIVM.

1 *Compulsoria specialis, tunc datur quando constat de existentia, & releuantia scripturæ compulsandæ.*
2 *Scripturæ vera existentia ex quo non probetur.*
3 *Epistolæ priuatæ, debent recognosci, & recognitio in actis producere, alioquin nullam merentur fidem.*
4 *Copiæ, & exempla quando præbeant sufficientem fumum, ad præsumedam existentiam alicuius scripturæ.*
5 *Scripturarum existentia penès hæredes præsumitur, si constet fuisse penes defunctum.*
6 *Compulsoria specialis dum petitur oritur vehemens suspitio calumniæ, & ad quid.*
7 *Compulsoriæ specialis petitio ob suspicionem calumniæ sæpè denegatur.*
8 *Remissoria denegatu tum ob vehementem suspicionem calumniæ, tum ob timorem subornationis testium.*
9 *Calumniæ vehemens suspicio in petenda remissoria satis arguitur, ex quo plures testes iam fuerunt examinati, & nihil fuit probatum.*
10 *Remissoria super eisdem articulis Rota, quando soleat concedere.*
11 *Rota, vt concedat remissoriam super eisdem articulis, requirit, vt maior explicitus non sit in cortice verborum.*
12 *Remissoria, quando datur super eisdem articulis, articuli noui quid comprehendere debeant.*
13 *Remissoria non conceditur postquam testificata sunt didicita, & num. 14.*
15 *Quod procedit, etiam si sint didicita testificata alterius partis solum.*
16 *Testificata, quod fuerint didicita non est dubitandum, quando vtrique fuit datum summarium examinis.*
17 *Testium exceptiones, quando fuerunt discussæ tam circa dicta, quàm personas, quid ex hoc sequatur.*
18 *Testium summarium simplex absque nomine testium, quando partibus fuit datum, an dicantur didicita testificata.*
19 *Rota benignius agendo, ac sequendo suum stylum facile in Curia admitti nouos articulos, & num. 20.*

DECISIO CXXVIII.

Dvæ in hac causa emanarunt Decisiones inter se contrariæ, in quarum altera decisum fuit, testamentum Henrici Vicourt sustineri ad fauorem Henrici iunioris sui nepotis, non obstante quod Cæcilia eiusdem testatoris filia, prætenderet testamentum præfatum fuisse conditum ex falsa causa, & sic successionem ad se spectare, quia re vera ex tunc deductis prætensa falsa causa concludenter non probabatur, & in altera recessum fuit à primo loco decisis, eo quia ex testibus nouiter hinc inde examinatis constitit, testatorem realiter ex falsa causa motum fuisse ad testandum fauore nepotis. Dumque debebat proponi dubium, an esset standum in primo, vel secundo loco decisis; Agentes pro dicto Henrico iuniori exhibuerunt in actis quasdam copias epistolarum (vt prætendunt dicti Henrici testatoris) ac insimul articulos pro examinandis testibus in Curia, & extra, ad effectum habendi compulsoriam specialem, & probandi, d. testatorem non ex falsa causa instituisse nepotem ex fratre, sed ob amorem, quo ipsum prosequebatur, & obtinuerunt ab A. C. Iudice huius causæ dubium, an sit concedenda compulsoria specialis, & admitti debeant articuli ad effectum examinandi in Curia, & extra cum remissoria, super quo hodie consulta Rota responsum fuit, compulsoriam specialem non esse dandam, nec remissoriam, sed admittendos articulos Curia dumtaxat.

Ratio, quæ mouit Dominos ad sic respondendum fuit, quia quoad compulsoriam specialem,
1 illa tunc demum datur, † quando constat de existentia, & releuantia scripturæ compulsandæ, *Vestr. in prax. lib. 6. cap. 1. num. 12. Mantic. decis. 216. num. 3. Buratt. decis. 555. num. 1.*

In præsenti autem non constat de existentia; quia licet fuerint exhibitæ in actis quædam copiæ assertarum epistolarum d. Henrici testatoris, attamen ex quo possibile est, quod illæ fuerint studiosè composite ab eadem parte, non potest inde
2 desumi vera existentia, † sec debebat examinari testes saltem ad perpetuam rei memoriam super reali existentia, vel debebant eædem epistolæ re-
3 cognosci, & recognitio produci in actis, † alioquin nullam fidem merentur, *adnotat. in §. si quis igitur. Auth. de instrum. caut. & fid. Ruin. cons. 61. num. 3. lib. 4. Afflict. decis. 181. num. 9. Franch. decis. 105. num. 9. Rota decis. 1156. num. 1. ad fin. lib. 3. par. 3. diuers.* Doctores verò allegati ex aduerso, qui dicunt, quod copiæ, & exempla præstant sufficientem fumum in hac materia loquuntur de exemplis, & copijs alicuius publici Instrumen-
4 ti † transumptati extraiudicialiter à Notario, quod longè differt ab isto casu, & propterea non applicantur, qua quidem existentia cessante, non est opus discutere releuantiam.

Præterea consideratum fuit, quod plures ex assertis epistolis si veræ sunt, vti scriptæ Patri
5 Aduersarij, † præsumuntur originaliter existere penes eundem Aduersarium Patris hæredem ad tradit. per *Aretin. in cons. 120. num. 1. vers. defunctus ergo, Caual. decis. 545. num. 1.* & sic non est necessaria alia compulsio cum eæ originaliter in actis exhiberi possint. Aliæ verò, quæ supponuntur scriptæ cuidam nuncupato maiori de Hizramont, cum in illis non contineatur nisi interesse eiusdem Aduersarij, de facili possunt ab eodem de Hizramont recuperari, & pari formiter originaliter produci; vel saltem negari non potest, quin vigore compulsoriæ generalis illæ compul-

6 compulsari possint; † vndè dum petitur specialis oritur vehemens suspicio calumniæ, quod hoc fiat dumtaxat ad effectum impediendi prosequutionem, & expeditionem causæ, vt fuit in specie dictum in *decisione 376. num. 7. coram Durano*
7 *inter eius impress.* quo casu passim † denegatur compulsoria specialis *Felin. in cap. de cætero numer. 12. de re iud. Cassad. decis. 3. de dilat. Caputaq. decis. 169. num. 1. par. 1.*

Quo verò ad remissoriam, dictum fuit, eam esse denegandam tam ob vehementem suspicio-
8 nem calumniæ, † quàm ob timorem subornationis testium, vt fuit seruatum *in Camerinen. Pensionis 4. Maij 1640. coram R. P. D. meo Bichio.*

Vehemens autem calumniæ suscipio deducitur ex eo, quod Aduersarius plures testes super ea-
9 dem materia examinauit, † & nihil probauit, & tamen præsumitur elegisse meliores, & magis informatos, *Aym. cons. 134. num. 3. Rota coram san. mem. Greg. XV. in decis. 211. num. 6. & dec. 23. num. 2. & 3. coram Buratto*, & fuit dictum in *Corduben. Decimarum de Lucena 5. Iulij 1638. coram me*. Et quamuis Rota soleat concedere remis-
10 soriam † super eisdem articulis, quando continent materias magis explicitas, *Greg. XV. decis. 191. num. 3.* hoc tamen procedit, dummodo,
11 prout hoc maior explicitas, † & distinctio non sit in cortice verborum, *Rota decis. 467. num. 7. coram Greg. XV. & decis. 266. num. 14. par. 6. recent.* Antiqui enim articuli continent idem, quod moderni, vt patet ex eorum lectura, & ideo non de-
12 bet super eis concedi remissoria, † cum ad hunc effectum requiratur; quod articuli antiqui tacitè idem non comprehendant, quoad necessitatem facti, & probationis, sed solum quo ad necessitatem facti non autem probationis, vt benè explicat *Abb. in cap. fraternitatis num. 8. de testib. Aym. d. cons. 139. num. 47. Rota dec. 235. num. 15. par. 5. recent.*

Timor tandem subornationis resultat ex eo, quod iam tria processerunt testium examina in
13 hac causa, super quibus duæ emanarunt decisiones Rotales, quia occasione fuerunt publicatæ attestationes, & didicita testificata, tunc enim ne
14 vtiquam conceditur remissoria super eisdem articulis, vel de directo contrarijs per textum expressum in *dicto cap. fraternitatis, vbi Doct. omnes de testib. Clem. fin. eod. tit. Auth. At qui semel, vbi Bart. in prin. & num. 1. C. de probat. Gregor. XV. in*
15 *decis. 497. num. 1.* quod procedit etiam, quod fuerint didicita testificata alterius partis, *d. Auth. At qui semel in princ.* ibi, *Auth. ab Aduersario &c.* sequitur glos. *verb. didicerit, cum cæteris scribentibus, C. de probat. Marian. Soccin. in d. cap. fraternitatis num. 46. & 62. in fin.* & fuit resolutum in *Cremonen. Pensionis 4. Maij 1635. coram bon. mem. Coccino.*

Quodque in proposito fuerint didicita testificata, hæsitari non potest, quia vtrique parti fuit
16 datum integrum testium summarium, illorumq; dicta plenissimè percunctata, & in informationibus hinc indè datis in disputatione dubiorum, recensita sunt nomina propria testium, ac in decis. 2. emissa sub die 21. Iunij superioris anni fuerunt discussæ omnes exceptiones allegatæ, tàm
17 circa dicta, quàm circa eorum personas, & sic perindè est, ac si partes, siue eorum Procuratores penès se habuerint processum originalem, illumque perlegerint, & per consequens testificata dicuntur didicita ad *text. in §. quia verò, versic. verò ibi*, aut omninò pro eo agens, *Auth. de testib.* latè *Farin. de testib. quæst. 75. numer. 86. Greg. XV. in decis. 497. & 583. vtrobique num. 1.* & fuit in specie dictum in *dicta Cremonen. Pensionis, coram bon. mem. Coccino, sub versic. Quod autem fuerint didicita*, quidquid sit, quando fuit datum simplex testium Summarium, absque eorum nominibus, & cognominibus, in quibus
18 terminis procedunt decisiones, & doctrinæ, quæ in contrarium allegari possent.

Quæ omnia licet forsan essent quoque sufficientia pro exclusione admissionis articulorum
19 in Curia. Attamen Domini benignius agendo dixerunt illos esse admittendos, sequendo stylum huius Tribunalis, de quo in *decis. 24. de testib. in antiq. & in decis. 47. par. 1. apud Caputaq.* vbi quod articuli in Curia passim admittuntur.

Et ita vtraque &c.

☞ *Supra in eadem causa habetur altera decisio sub die 2. Iunij 1641 coram eodem R. P. D. Carillo est decisio 102. & infra adsunt aliæ.*

R. P. D. ROIAS

postea Episcopo TARRACONEN.

Camerineñ Pensionis.

Lunæ 7. Iulij 1642.

ARGVMENTVM.

Pensiones non possunt transferri, quæ sunt vltra medietatem fructuum beneficij, iuxta Bullam fel. rec. Vrbani VIII. Ideò si fuerit probatum talis excessus, & quidem de tempore translationis, & pensio fuerit translata, nulliter dicitur trãslata.

SVMMARIVM.

1 *Pensiones non possunt transferri si sint vltra medietatem fructuum beneficij, & num. 18.*
2 *Quod tamen est intelligendum de valore de tempore translationis non autem erectionis beneficij.*
3 *Qualitas adiecta verbo, debet intelligi secundum tempus verbi, amplia num. 4*
5 *Gratia, vbi reperitur collata in futurum euentum, non attenditur valor præteritus, sed de tempore secuti euentus.*
6 *In gratia expectatiuæ non attenditur data gratiæ ad probandum valorem, sed tempus subsecutæ vocationis.*
7 *Constitutionis fel. rec. Vrbani VIII. quod pensiones non possint transferri, si sint vltra medietatem fructuum beneficij, mens fuit emendare damnum, quod Titularis sentit ex dicta pensione, cum ipsi sentiant pondus dici, & æstus num. 20.*
Aestimatio venit facienda respectu valoris de tempore, quo damnum infertur, num. 7.
8 *Testes, quando optimè probent valorem beneficij de aliquo tempore.*
9 *Testes, quando coarctent negatiuam, quod aliquod beneficium plus non reddat.*

Ex lo-

10 *Ex locatione, quando probetur verus redditus bonorum.*

11 *Locatio vnica licet non probet valorem rei, tamen si sit adminiculata satis probat.*

12 *Locatio non probat valorem rei, si in totum non fuit locata.*

13 *Hæredis obligatio, quando fuit restricta ad bona hæreditaria, ad vltra non tenetur, & num. 14.*

15 *Actio est inanis, quæ excluditur ab inopia debitoris.*

16 *Ecclesia non tenetur sibi ascribere in dotem actiones inutiles, & bona intricata, ac difficilis exactionis.*

17 *Obligatio testatoris dum est restricta ad bona propria ipsius, non extenditur ad bona hæredum.*

19 *Pensionis translatio, quando fuit nulla, non potest conualescere per mortem transferentis.*

21 *Pensiones transferentes multoties superuiuunt ipsis Titularibus etiam iunioribus, vt experientia ipsa docet.*

22 *Constitutiones sunt intelligendæ secundum mentem Legislatoris, quæ ex proœmio desumitur.*

23 *Verbum, exoneratio, quid importet.*
Verba constitutionis intelligenda sunt, iuxta materiam ipsius Constitutionis. num. 25.

24 *Beneficij fructus, & redditus debent considerari detracto onere pensionis.*

25 *Canonicus nouus, qui tenetur soluere dimidiam portionem fructuum, imprimis detrahenda est pensio.*

26 *Pensio secunda, quando imponitur habenda est ratio primæ pensionis super eodem beneficio existentis.*

27 *Pensio, quando non sit annullanda, sed reducenda.*

28 *Ratio vbi est diuersa non debet militare idem ius.*

DECISIO CXXIX.

CONfirmarunt hodie Domini decisionem coram me sub die 12.* Maij præteriti, in qua dictum fuit translationem Pensionis sc. 250. de qua agitur non sustineri stante Bulla S. D. N. Vrbani VIII. *la* 20. inter eius impressas expressè
1 prohibente translationem pensionis vltra medietatem fructuum beneficij, itaut pensio sustineri nequeat, nisi mediatas illorum pro Titulari remaneat; Vnde cum valor beneficij de tempore translationis ascenderet tantùm ad scut. 300. pensio translata corruit, vt in dicta decis. comprobatum fuit.

Valorem autem beneficij iuxta præfatam Constitutionem Sanctiss. esse intelligendum de valo-
2 re † tempore secutæ translationis, non autem de tempore erectionis, fuit indubitanter tentum.

Primò quia qualitas adiecta verba regulatur
3 secundum tempus verbi, vt in dicta decis. † hodie confirmata, quod est adeò verum, vt etiam verba præteriti temporis posita in dispositione loquen-
4 te de translatione pensionis veniant referendi ad futurum tempus translationis *Rot. decis. 733. nu. 3. & 4. par. 2. rec.*

Secundò quia, vbi gratia reperitur collata in
5 futurum euentum non attenditur valor præteritus, seu currens de tempore datæ gratiæ, sed de tēpore subsecuti euētus *Marescott. var. resol. lib. 2. c. 1.*
6 *n. 64.* vbi quod in gratia expectatiuę nō attenditur data gratiæ ad probandum valorem, sed tempus subsecutæ vacationis, *vt per Oltrad. cons. 58. 168. & 229. Guidop. decis. 25. quos allegat, & sequitur Maresc. vbi proximè.*

Tertiò quia dicta Constitutio Santiss. voluit emendare damnum, quod Ecclesia sentiret ex
7 translatione, intrat propterea regula, quod æstimatio venit facienda, habito respectu valoris de tempore, quo damnum infertur *l. omnis hæreditas §. nunquam crescit, ff. de reg. Iur. Maresc. variar. resol. lib. 2. cap. 16. num. 7.*

Quibus sic stantibus dicebant DD. valorem Beneficij attendendum esse de anno 1638. quo ascendebat ad scuta 300. hocque fuit indubitanter firmatum, cum de hac quantitate deponant plures testes ad Titulares instantiam examinati,
8 qui per optimas rationes testantur de certa scientia, ab Ecclesiam B. Mariæ Casafusculæ, alios redditus, ac bona non spectare præter nominata ab eis, eaque reddere dicta scuta 200. quę verba, cum sint prolata per testes practicos, & versatos in
9 bonis, & loco Beneficij, illi coarctant † negatiuam non existentiæ aliorum redditum, ex quo alioquin ipsi sciuerint *iuxta theoricam, quam limitando doctr. Bald. in l. cum sit, §. si integra ff. de transact. tradit Felin. in cap. tertio loco sub num. 5. vers. & dicit de probat. quem sequitur Paris. cons. 162. nu. 14. lib. 4. Rot. in Legionen. Parochialis 2. Decembr. 1620. coram bon. mem. Hieron. Card. Pamphil. & in terminis pensionis in Arien. pensionis 7. Iunij 1634. coram Eminentiss. Domino Hieronymo Card. Verospio.*

10 Hocque confirmatur ex locatione omnium reddituum Ecclesiæ præfatæ facta pro dicta summa scut. 300. ab illius Aeconomo de anno 1637. vna cum assertione, quod præuijs exactissimis diligentijs non potuit reperiri oblator maioris
11 summæ, & quamuis vnica locatio non probet valorem illius, tamen coadiuuat probationem, & adminiculata à testibus præfatis plenè probat *Rot. decis. 186. n. 8. par. 6. recent. cum alijs per Adden. ad Greg. XV. decis. 101. n. 5.*

Nihil obstat, quod locatio contineat duntaxat bona tunc possessa ab Ecclesia, cui competat
12 etiam actio pro complemento annui redditus scut. 500. super bonis tàm vnius ex hæredibus, qui se obligauerit soluere scut. 250. quam Philippi fundatoris in vim obligationis ab eo factæ in limine fundationis de dotando Ecclesiam, vbi dicta scuta 500. assignauit super omnibus suis bonis obligando etiam bona hæredum.

13 Quoniam obligatio dicti hæredis est restricta ad ratam bonorum hæreditariorum *iuxta terminos decis. 392. par. 1. rec.* Et non constat adesse alia bona Philippi, præter quinque corpora hodie possessa ab Ecclesia, super quibus illa possit hypothecariam experiri, quinimò testes comprobant, bo-
14 na Philippi fuisse auocata à creditoribus anterioribus eiusdem, quod verificatur etiam in bonis contentis in diuisione, dum aliqua ex illis possidentur ab Ecclesia, & admodum verisimile redditur ex eo, quia sicut bon. mem. Card. Gymnasius olim Pensionarius, seu Aeconomus ad eius instantiam deputatus egit pro recuperatione bonorum modò penès Ecclesiam existentium, ita egisset pro alijs, si alia recuperare valuisset, cum nulla veniat habenda ratio actionis contra bona
15 Philippi ad Ecclesiam spectantis, quam inopia debitoris excludit *Burat. decis. 640. num. 7. cum vulgat.* In calculo enim valoris Beneficij calculanda sunt bona effectiua, & apta redditibus ad sustentationem Titularis, & hæc bona fuerunt contemplata

plata in præfata Constitutione S. D. N. non verò actiones inutiles, seu intricatæ, vel difficilis exa-
16 ctionis, quam Ecclesia in dotem sibi ascribere non tenetur *Put. decis.* 185. *ante num.* 1. *ibi (dum tamen facilis sit exactio) lib.* 1. *in correct. Rot. decis.* 167. *num.* 51. *& 52. par.* 5. *recent. & decis.* 145. *nu.* 24. *coram Durano, & in Romana Casalis Aguzani* 16. *Decembris* 1641. *coram me*. Obligatio autem fundatoris legitur restricta ad bona propria tantum, ibi (*super omnibus, & quibuscumque ipsius D. Philippi bonis, &c.*) quorum appellatione non veniunt bona hæredum *Duran. decis.* 93. *&* 119.

Firmato itaque valore in scutis 300. intrat supradicta Constitutio Sanctiss. quia Card. Gymnasius transferens retinuit summam scutor. 150.
18 quæ est medietas fructuum beneficij, & consequenter nihil potuit transferre, stante dispositione dictæ Constitutionis expresse mandante, quod beneficia non remaneant grauata vltra medietatem fructuum.

Nec pariter obstat, quod Beneficium remanserit exoneratum post annum ob mortem Cardi-
19 nalis tranferentis, quia venit attendendum tempus translationis, & sic tunc translatio fuit nulla, non valuit conualescere morte transferentis, *Cassador. dec.* 3. *de pension.* 2. *Maresc. var. resolut. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 41. & ratio est desumpta ex eadem Constitutione, quia Papa voluit subleuare Titu-
20 lares, qui sustinent pondera æstus, & diei, ad hoc, vt habeant illæsam medietatem, & ne fieret translatio vltra eam, & experientia docet, quod
21 transferentes multoties superuiuunt ipsi Translatarijs etiam iunioribus, vt fuit consideratum in pluribus causis relatis *in Mantuana Pensionis coram Reuerendissimo D. meo Decano par.* 5. *rec. dec.* 24. *num.* 13. Vnde Titulares tenentur soluere per multos annos Pensionem translatam vnde medietatẽ, & posset etiam præmori Titularis, & vllo vnquam tempore aliquid superlucrari, vnde non esset verũ
22 quod fuisset subleuatus à Papa, † Constitutio autem est intelligenda secundum mentem, quæ desumitur ex proœmio, & ex ratione ex congestis *in Romana Societatis* 5. *Iulij* 1627. *coram Reuerendiss. D. meo Decano*, hocque importat verbum illud,
23 *exonerationi*, quod non potest referri, † nisi ad onus Pensionis iuxta subiectam materiam Constitutionis, secundum quam verba sunt intelligenda *Roland. cons.* 96. *num.* 8. *lib.* 1. *Gabr. de verbor. signific. conclus.* 2. *num.* 7. *Rota decis.* 169. *num.* 3. *& decis.* 398. *num.* 3. *par. recent.*

Minus obstat, quod inter onera Beneficij non veniant enumeranda dicta Pensio scutorum 150. quam sibi retinuit Cardinalis, quia contrarium
24 dicebant DD. esse dicendum, † ex quo fructus, & redditus Beneficij debent considerari detracto onere pensionis, *vt per Dec. cons.* 155. *incipit statutum Cathedralis Ecclesiæ num.* 1. *vers. sed prædictis non obstantibus*, quem refert, & sequitur *Gig. de pens. quæst.* 89. *ante num.* 1. *vers. contrariam tamen partem*
25 *veriorem*, vbi habetur, quod nouus † Canonicus tenetur soluere dimidiam fructuum detracta in primis, & ante omnia pensione, prout dicimus, quod in reseruatione secundæ pensionis venit ha-
26 da ratio primæ pensionis † super eodem beneficio existentis, *Cresc. decis.* 1. *de reb. Eccles. non alien. Cassador. dec.* 3. *de pens. Marescot. var. resol. lib.* 2. *c.* 18. *num.* 14. *Rota in Aquilana Pensionis* 26. *Maij* 1623. *coram Remboldo*.

Vltimo non obstat, quod si tota Pensio scutorum 400. fuisset à Cardinali translata sustineretur in summa scutorum 150. ergo multo magis vide-
27 tur sustinenda translatio scutorum 250. & † consequenter pensionem esse reducendam, non annullandam *Lotter. de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 36. *num.* 127. *Mantic. decis.* 153. *&* 173. quia fuit per DD. res-
28 ponsum, in præsenti militari † diuersam rationem, cum in nostro casu medietas fructuum remanserit penès Cardinalem transferentem, & sic nihil erat reducibile dum quantitas scutorum 150. remanens penès dictum Cardinalem absorbebat integram medietatem fructuum Beneficij, & alia medietas libera remanere debet tempore translationis penès Titularem, vt cantat Constitutio Sanctiss. D. N.

Et ita resolutum pro maiori parte Dominorum, causa ab omnibus discussa, vtraque parte informante.

Decisio ista emanata sub die 12. *Maij præsentis anni* 1642. *coram eodem R. P. D. Roias, erit infra in Appendice. Confirmatæ fuerunt postea istæ duæ decisiones à Rota coram eodem sub die* 1. *Iulij* 1643. *erit infra suo loco.*

R. P. D. PANZIROLO

Posteà S. R. E. CARDINALI.

Elboren. Iuris conferendi.

Mercurij 13. *Nouembris* 1641.

ARGVMENTVM.

De obseruantia, quando nullo modo possit doceri, immo quando satis dicatur constare de contraria obseruantia, & sic ea remanet improbabilis. Beneficium aliquod, quando non possit dici liberæ collationis. Iuspatronatus eius Ecclesiæ esse dicitur, in qua reperitur fundatum. Concordia aliqua inita cum Episcopo, quando licet etiam successores.

SVMMARIVM.

1 *Ad Obseruantiam continuatam probandam, & ad tolldam iuris communis assistentiam actus vnicus non est sufficiens.*
2 *Testes licet deponant de auditu, tamen si eorum dicta sint adminiculata, benè probat in antiquis.*
4 *Obseruantia non potest probari, quando constat de actibus contrarijs.*
4 *Sententiæ, maximè antiquæ, multum iuuant ad probandam obseruantiam.*
5 *Sententiæ antiquæ probant etiam sine actis.*
6 *Sententia, quæ transiuit in iudicatum, maximè contra Iudicem, qui eam tulit est irrefragabilis.*
7 *Sententia lata in causa status, si effectum habuerit, probat inter omnes.*
8 *Beneficium non potest dici, quod sit liberæ collationis, si sit ad præsentationem alicuius, & num.* 15.
9 *Enunciatiuæ, si sint antiquissimæ, & emanatæ à diuersis personis probant.*

Iuspa-

10 *Iuspatronatus præsumitur eius Ecclesiæ, in qua existit Cappella, & beneficium.*
11 *Beneficia simplicia veniunt appellatione Ecclesiæ, in qua existunt.*
12 *Verba, quando sunt causatiuè prolata, quid importent.*
13 *Causa facti magis est inspicienda, quam factum ipsum, eiusque exercitium.*
14 *Et idem procedit in actibus diuersis sub vniuersalitate contentis.*
36 *Testes deponentes de visu, & auditu suorum maiorum, & de facto proprio, benè probant.*
37 *Concordia effectuata in parte, censetur effectuata in totum.*
38 *Actus, qui dederunt causam liti non attenditur.*
19 *Ad iuspatronatus antiquissimum probandum, sufficiunt probationes leuissimæ.*
20 *Iura producta contra producentem plenè probant.*
31 *Concordia inita cum Episcopo non potest ligare successores.*
22 *Limita, quando in concordia fuit contractum pro successoribus, & adest obseruantia antiquissima, præsumitur Confirmatio Apostolica.*
23 *Quæ Confirmatio Apostolica supplet omnes defectus, & ligat etiam successores.*
24 *Præsumptio vna ex alia non potest oriri.*
25 *Præsumptio, quando venit in consequentiam alterius, tunc ex vna præsumptione potest oriri altera.*
26 *Probatum, quando aliquid est concludenter non potest dici, quod id sit præsumptiuè probatum.*

DECISIO CXXX.

CVM Religio militatis Sancti Benedicti de Auis prætenderet esse in possessione præsentandi Beneficiatos ad beneficia simplicia Ecclesiarum Sancti Ioannis Oppidi de Coruche, & S. Mariæ Ciuitatis de Beja Elboren. Diœcesis. E contra vero Archiepiscopus Elboreñ de illis liberè prouidere tentaret: introducto iudicio in partibus coram Conseruatore Religionis fuit lata sententia ipsius Religionis fauorem, quæ per Iudicem Sedis Apostolicę delegatum fuit confirmata. Causa deinde per appellationem in Rotam delata, & diu agitata coram bon. mem. Corduba, & Manzanedo, resolutum fuit sententias de partibus esse validas: deinde coram R. P. D. meo Carillo 13. Nouembris 1637. & 1. Martij 1638. dictum fuit esse iniustas, ex quo fuerunt latæ contra Episcopum, qui habet intentionem fundatam de iure communi super collatione omnium beneficiorum existentium intra fines suæ Diœcesis. Et fundabantur super duabus concordijs initis inter Ordinarios, & Religionem de Auis, quæ absque Apostolica confirmatione non ligabant successores; vnde postea fuit dubitatum, An constaret de obseruantia dictarum concordiarum, & an obseruantia releuaret, & affirmatiuè quoad Ecclesiam de Coruche; negatiuè verò quoad Ecclesiam de Beja responsum fuit, ex quibus fuerunt latæ duæ sententiæ, altera ad fauorem Religionis confirmans duas sententias de partibus super beneficijs de Coruche, alteram ad fauorem Archiepiscopi super beneficijs de Beja. A qua pro parte Religionis interposita appellatione, & causa mihi commissa, dubitaui, An sententia Rotalis sit confirmanda, vel infirmanda, & Domini infirmandam esse dixerunt.

Quia nititur vnico fundamento, nimirum quod pro parte Religionis ad probandum obseruantiam concordiæ, quoad Ecclesiam de Beja dabatur sola sententia Vicarij Generalis Elboren. lata de anno 1392. quæ tanquam vnicus
1 actus, non erat sufficiens † ad probandum obseruantiam continuatam, & ad tollendam iuris communis assistentiam ad fauorem Archiepiscopi adminiculatam ex depositionibus suorum testium.

Quod fundamentum hodie ex pluribus penitus cessare visum fuit.

Et primò, quia dantur testes examinati coram Vicario Archiepiscopo Elboren. statim post motam litem. *Summ. num.* 5. asserentes Priorem, & Beneficiatos antiquitus præsentasse, Episcopos
2 autem instituisse, † qui licet deponant de auditu, attamen quia eorum dicta adminiculantur ex inferius dicendis, benè probant cum sintus antiquis. *Mascard. de probat. conclus.* 547. *num.* 8. *lib.* 1. *Farinac. de testib. quæst.* 69. *num* 132. & 133. *Rota decis.* 694. *num.* 2. *par.* 2. *decis.* 360. *num.* 7. *par.* 3. *recentior. & decis.* 81. *num.* 17. *par.* 6. *Buratt. decis.* 171. *num.* 13. & 27.

Præterea vltra dictam sententiam Vicarij tres aliæ sententiæ afferuntur latæ de anno 1453. & 1459. *Summ. num.* 6. Ex quibus omnibus constat de quatuor præsentationibus in discordia factis,
3 & consequenter de totidem actibus, per quos satis obseruantia probatur *Rota decis.* 482. *numer.* 6. *par.* 1. & *decis.* 295. *num.* 2. *par.* 3. *recent.* præsertim
4 cum sint antiquæ, & † excedant tempus 40. annorum, quod multum releuat ad obseruantiam probandum. *Gabr. cons.* 198. *nu.* 3. & 4. *lib.* 2. *Rota decis.* 348. *num.* 8. *par.* 5. *recentior.* Et quod probent
5 † etiam sine actis. *Put. decis.* 328. *lib.* 2. *in nou. Rota decis.* 235. *num.* 5. *par.* 2. *recent.* Vltra quod sententia, de qua fit mentio in decisione R. P. D. mei
6 Carrilli, transijt in iudicatum, & † præcipuè contra eumdem Ordinarium à quo fuit lata super statu beneficij, est irrefragabilis. *Gabr. d. cons.* 198. *n.* 4. *Lotter. de benef. lib.* 2. *quæst.* 13. *n.* 152. *Rota decis.* 413. *sub n.* 1. *par.* 1. *Greg. decis.* 58. *num.* 3. *Buratt. decis.* 142. *num.* 12.

Nec curandum est, An sententia habuerit effectum, quia vtroque modo deseruit huic intentioni:
7 † nam habuit effectum tanquam lata in causa status probat inter omnes. Rota in terminis Iurispatronatus *decis.* 312. *num.* 19. *par.* 1. *recent.* & *decis.* 348. *num.* 10. *par.* 5. & *coram Nauarro in Pistorien. Plebaniæ* 12. *Iunij* 1622. & 24. *Martij* 1623. Si verò non habuit effectum, reus Præsentatus à minori parte Beneficiatorum permanet in posses-
8 sione, & pariter probatur, quod beneficia † non sunt liberæ collationis, sed ad præsentationem Religionis, cum præsentatio licet à maiori parte facta suffragetur omnibus Beneficiatis. *Abb. cons.* 54. *sub num.* 3. *vers. per hoc etiam facit lib.* 1. *Lambert. de iurepatr. lib.* 2. *par.* 1. *art.* 16. 3. *quæst. n.* 16. & 17. *Crescent. decis.* 2. *de iurepatr. Seraph. decis.* 970. *num.* 2.

Concurrunt etiam enunciatiuæ tam in hac sententia, quàm in actibus, & articulis in eadem instantia productis, videlicet, quod ius præsentandi
9 ad Priorem, & Beneficiatos pertinebant, quæ † cum sint antiquissimæ, & emanauerint à diuersis personis

ſonis cum adminiculis plenam fidem faciunt. *Rot. deciſ. 223. num. 4. part. 2. deciſ. 25. num. 2. & 3. part. 1.*

Deſumitur etiam obſeruantia ex eo, quia Rex Alphonſus de anno 1308. Iuſpatronatus Eccleſiæ de Beja cum omni iure ſibi in dicta Eccleſia competente donauit Conuentui, & Magno Magiſtro Religionis præſentibus Archiepiſcopi Elboren. & alijs Epiſcopis, necnon Magnatibus illius Regni, qui omne donationi ſe ſubſcripſerunt, *Summ. num. 1.* Cum ergo Religio vſque adhuc Eccleſiam pacificè poſſederit, & ad Prioratum, & beneficia curata præſenta-
10 uerit, quod per Epiſcopum Elboren. non † controuertitur, ſequitur, vt idem de beneficijs ſimplicibus reputetur, quia vbi Iuſpatronatus fuit probatum alicuius Eccleſiæ, præſumitur, quod de eodem ſint Cappellæ, & beneficia in eadem Eccleſia exiſtentia. *Felin. in cap. cum venerabilis num. 37. verſ. tu vide de except, Aretin in l. cum hæres, ff. de acquir. poſſeſſ. Archaran in reg. ſine poſſeſſ col. 18. de iur Lambertin. de iurepatr. lib. 2. par. 3. quæſt. 11. arr. 9. num 2. & ſeq. Rot. deciſ. 15. de iurepatr. in antiq. & deciſ. 374. num. 6. part. 2.*
11 *recent.* cum ſub nomine Eccleſiæ veniant † beneficia ſimplicia in ea exiſtentia tanquam contenta ſub nomine continentis, *Gonz. ad reg. 8. gloſ 10. num. 10.*

Viſum fuit etiam obſeruantiam reſultare ex obſeruantia concordiæ ſuper beneficijs de Coruche, cum in ea conuentum fuerit, quod circa beneficia de Beja idem ſeruaretur, quod obſeruabatur circa beneficia Eccleſiæ de Coruche; Ad beneficia autem de Coruche in prima concordia ordinatum fuit, quod Prior Eccleſiæ cum beneficiatis præſentaret, Epiſcopus autem inſtitueret *Summ. num. 3. litt. A.* quod fuiſſe ſemper obſeruatum conſtat ex ſecunda concordia, in qua legitur clauſula, *ſtatuimus concordia de Coruche perpetuo obſeruandam, vt hactenus extitit obſeruata, dicto Summ. num. 3. litt B.* quæ verba cum ſint cauſatiuè prolata, probant obſeruantiam primæ con-
12 cordiæ. † *text. in cap. Abbate, verſ. ſi verò, de verbor. ſignific. Felin. in cap. ex parte il primo num. 10. verſ. ſcias etiam de reſcript. Roman. conſ. 336. num. 3. verſ. licet. Alexand. conſ. 46. num. 9. lib. 1. Rota deciſ. 40. num. 3. & ſeq. par. 2. diuerſ. & coram Seraph. deciſ. 330. num. 4.* Quam obſeruantiam canonizauit Rota in ſententia coram R.P.D. meo Carillo, & in deciſione coram me ſub die 5. Decembris 1640. per duodecim actus ibi ponderatos. Probata autem obſeruantia circa beneficia Eccleſiæ de Coruche ſuffragatur etiam quoad beneficia Eccleſiæ de Beia, cum ius iſtorum prouenıat ex eodem fonte, & ex eiſdem tranſactionibus, & concordijs & cauſa poſſidendi ſit vniuer-
13 ſalis, cum magis † ſit inſpicienda cauſa facti, quam factum eiuſque exercitium *Bald. communiter receptus in l. 1. num. 24. verſ. tu dic. C. de emancip. liber. Mantic. deciſ. 320. num 6. Rota deciſ. 139. nu. 12. par. 2. diuerſ. & coram Seraph. deciſ. 1047. nu. 1. & ſeq. & deciſ. 480. num. 2. par. 1. recent. Gregor. deciſ. 557. num. 8. & ſeq.* vbi quod idem
14 † procedit in actibus diuerſis ſub vniuerſalitate contentis.

Tandem de obſeruantia conſtare viſum fuit, quia in concordia fuit ordinatum, vt Religio quoad Eccleſiam de Beja, & ad alias, quas ha-
15 bet in diuerſis oppidis Elboren † Diœceſis præſentaret ſuos Religioſos, Epiſcopos verò alios inſtitueret præſtito ſibi ab eiſdem iuramento fidelitatis *Summ. nu. 11.* Et quod Archiepiſcopus perciperet tertiam partem omnium decimarum exceptis decimis leguminum, porrorum, & ceparum, quæ ad ſolam Religionem pertinerent, cum tamen de iure, ac de conſuetudine Archiepiſcopo ſola quarta pars deberetur, vel quinta; Cum hæc igitur obſeruata fuerint, & adhuc ob-
16 ſeruentur, vt deponunt de viſu, † & de auditu à ſuis maioribus plures teſtes, quorum nonnulli fuerunt affictuarij *Summ. nu. 11. 12. & 13*, & in his conſiſtat præcipuè ſubſtantia concordiæ, ſequitur, vt cenſeatur etiam obſeruata in reliquis
17 ibi contentis, cum receptiſſimum ſit, quod concordia effectuata in parte præſumatur effectuata in omnibus *Alciat. conſ. 2. ſub n. 33. Rota deciſ. 359. n. 3. verſ. & obſeruantiæ par. 4. diuerſ. deciſ. 70. n. 5. par. 1. recent. & deciſ. 396. num. 13. par. 5.* latè *Adden. ad Greg. deciſ. 557. num. 9. in fine.*

Quæ omnia eo facilius viſa ſunt admittenda, ex quo pro parte Archiepiſcopi nulla datur li-
18 bera collatio ante motam litem, † quæ liti cauſam non dederit: vnde eo magis veritas continuatæ obſeruantiæ præſentationū Religionis detegitur. *Hoſtien. in cap. Albericus 43. num. 1. ante medium, verſ. ſin autem adeo antiquum. de teſt. Alex. conſ. 218. num. 11. & ſeq. lib. 6.* Et pro parte Religionis, *Summ. num. 9.* docetur, quod eius Archiuium fuit ante litem motam combuſtum, in quo veriſimiliter petierunt inſtrumenta præſentationum, & proinde ſufficerent etiam læuiſſimæ
19 probationes † cum ſimus in iurepatronatus antiquiſſimo vltra tempus 300 annorum, quo caſu ſufficiunt etiam coniecturæ, & præſumptiones, iuxta tradita in *cap. cum olim eſſemus de priuileg. Rota deciſ. 374. num. 2. par. 2. recent.*

Accedit, quod Archiepiſcopus concordiam retinet in ſuo Archiuio, & in iudicio ad fundan-
20 dam ſuam intentionem contra Religionem produxit, & illa in alijs actibus viſus fuit, ex quibus benè obſeruantia reſultat, *cap. cum venerabilis de except. vbi Doct. Crauett. conſ. 425. nu. 44 Rota deciſ. 45. num. 34. par. 5. recent.*

21 Non obſtat modo, quod concordia inita † cum Epiſcopo non potuerit ligare ſucceſſores; Quia cum in concordia fuerit contractum pro ſucceſ-
22 ſoribus, & obſeruantia, † vt ſupra fuerit probata ſpatio non ſolum 30. ſed 300. annorum, præ-
23 ſumitur confirmatio † Apoſtolica, quæ ſupplet omnes defectus, & ligat etiam ſucceſſores. *Abb. conſil. 1. num. 2. lib. 4. Rota deciſ. 513. num. 6. cum primo, & ſeq. par. 2. recent. cum alijs in relatis in deciſ. R. P. D. mei Carrilli 4. Iulij 1640. in hac eadem cauſa.*

24 Nec releuat ſi dicatur, quod vna † præſumptio regulariter ex alia oriri non poteſt, & per quod conſequens ex obſeruantia præſumpta concordiæ non poſſit oriri præſumptio beneplaciti Apoſtolici.

25 Quia vltra, quod regula fallit † quotieſcumque vna præſumptio venit in conſequentiam alterius, vt latè firmatum fuit in ſupracitata deciſio-

ne in ac eadem causa coram R.P.D. meo Carrillo, obseruantia visa fuit ex tot actibus, & rationibus, ita resultare vt non possit dici præsumpta; sed concludenter probata.

Et ita vtraque parte informante &c.

☞ *Coram bon. mem Corduba in hac causa habetur decisio impressa penès Marches. de commiss. par. 3. fol. 393. & sub die 9. Februarij 1599. & coram bon. mem. Reuerendissimo Manzanedo in eadem pariter causa adsunt decisiones in recent. 522. & 617. sub diebus 24. Ianuarij, & 14. Decembris 1614. Et supra in hac eadem par. adest alia coram bon. mem. Card. Panzirolo decis. 73. vbi in fine annotaui tres alias decisiones in hac eadem causa emanatas coram R. P. D. Carrillo, quarum est vna in par. 7. recent. decis. 248. est sub die 23. Nouembris 1637. Reliquæ idest sub die 13. Martij 1638. 1. Iunij, & 4. Iulij 1640. coram eodem R.P.D. Carrillo, sunt in præcedenti par. 8. recent. dec. 15. 301. & 256. Et in eadem part. habetur altera decisio coram bon. mem. Cardinale Panzirolo sub die 5. Decembris 1640. est decisio 264.*

R. P. D. PANZIROLO

posteà S.R.E. CARDINALI.

Mutineñ Dotis.

Veneris 15. Nouembris 1641.

ARGVMENTVM.

Testator si reliquerit vxori legatum soluendum de bonis alicuius Ciuitatis, & quod dos, & quartum, ex bonis alterius Ciuitatis, ex hoc satis arguitur animus, quod legatum non compensaretur cum dote, & maximè stantibus alijs coniecturis, de quibus hic.

SVMMARIVM.

1 *Legatum factum vxori, non est compensandum cum dote, quando testator vltra dotem, illud reliquit, & num. 9.*

2 *Verba omnia, & singula habent vim specialis expressionis.*

3 *Clausula, omnia, & singula, æquipollet clausulæ, in omnibus, & per omnia.*

4 *Clausula, omni meliori modo, quid importet.*

5 *Testator præsumitur non vulgariter vxorem dilexisse, si eam vocauit dilectissimam, & in simul magnum legatum ei reliquit.*

6 *In Legatis relictis vxori larga interpretatio est facienda.*

8 *Dispositionum verba, quando sunt clara, & expressam declarant voluntatem, non est recurrendum ad coniecturas.*

10 *Statutum Mutinen. lib. 2. rub. 119. quid disponat, & num. 11. & 12.*

13 *Cohæres, si repudiauerit hæreditatem, id accrescit alteri hæredi, ratione iuris accrescendi.*

14 *Effectus magis attribuitur causæ proximæ, quàm remotæ.*

15 *Vxor de Iure habet hypothecam, super omnibus bonis viri pro restitutione suæ dotis, & quarti.*

16 *Statutum, si prohibeat vxori excipere proprietatem bonorum ex iudicio Testatoris restrictorium non est extendendum ad ea, quæ capit vxor legis ministerio.*

17 *Insuper prædictum statutum est intelligendum, quando maritus verè, & directè legat vxori, secus verò si in consequentiam, & num. 18.*

19 *Heres postquam adiuit hæreditatem, non potest desinere esse hæredem.*

20 *Vxor quando possit esse hæres mariti diuersis respectibus.*

21 *Testator quando habuit bona in diuersis Territorijs, tunc eius hæres consideratur, vti duplex homo.*

22 *Promissio restitutionis dotis quando fuit promissa in aliqua Ciuitate in ea, est facienda.*

23 *Text. in l. si certarum, ff. de milit. testament. qualiter procedat, & num. 24.*

25 *Paganus viuens non potest habere plura patrimonia.*

26 *Patrimonium in vniuersum quando quis dicatur respexisse.*

27 *Bonorum diuisio, quæ ex post sequatur, inducit distinctionem obligationem defuncti.*

DECISIO CXXXI.

☞ CVM fuisset resolutum coram me sub die 16.
Ianuarij anni preteriti * mandatum esse
relaxandum ad fauorem hæredum Catherinę Bel-
linæ pro recuperatione integræ dotis, & quarti
contra bona Mutinæ hęreditaria viri prędefuncti.
Hodie reproposita causa super ijsdem placuit Do-
minis persistere in decisijs. Si quidem visum fuit
subsistere fundamentum in pręterita firmatum,
quod dum vir vltra dotem scut. 4300 ac quar-
tum reliquit Catherinæ iure institutionis, ac alias
omni meliori modo omnia, & singula bona Vr-
bis intellexerit non esse diminuenda dicta bona
propter debitum dotis, & quarti, sed quod ab
eorundem solutione immunia, & exempta perue-
nirent in vxorem, quæ nihilominus posset in alijs
1 consequi iura sua dotalia: Id enim conuincit di-
ctio, vltra posita ad excludendum, & separandum
vnum ab alio *ex Dec. in l. actione sub num. 9. C. de
transactioñ.* cum alijs allegatis *in præterita, & fir-
mauit Rot. in Romana separationis dotis 28. Iunij præ-
ter coram R. P. D. meo Cerro*, & suadet clausula
2 omnia, & singula, † quæ cum habeat vim specia-
lis expressionis secundum *glos. in cap. vt circa verb.
omnia, & singula de elect. in 6. Gabr. cons. 144. n. 63.
vol. 2.* & alios quorum meminit *Fusar. de substit.
quæst. 296. num. 39. & 94. & in Bononien. successio-
nis de Zanis 17. Maij præteriti coram R. P. D. meo
Bichio*, vbi quod æquipollet clausulæ in omnibus,
3 & per † omnia perinde est, ac si Testator specia-
liter expressisset, quod vxor haberet in omnibus,
& per omnia bona Vrbis vltra dotem, & quartum
illi ex eius bonis debitum, vt ex alijs quoque
probatur *in d. decis. §. verum, & in l. Bononien. suc-
4 cessionis*, & ex clausula omni meliori modo, quæ
importat omnia, & singula bona Vrbis debere
absque diminutione quouis iure, & actione vxo-
ri magis proficuis ex pariter adductis in eadem
decisione.

Quæ eo facilius veniunt admittenda in casu,
de quo agitur, stante maxima affectione Testa-
5 toris erga vxorem † nedum expressa per verbum
Dilectissimam, sub quo illam nominauit, sed re
ipsa

ipsa eo quia eidem iure institutionis, ac alias omni meliori modo reliquit quicquid potuit
6 nempè singula † bona Vrbis, & vsumfructum in bonis Mutinæ, etiam liberum à legato facto Cleriæ Finitiæ, quod voluit solui dumtaxat eo finito, nam maximi momenti est pro declaranda mente disponentis *Morot. consil. 27. num. 9. Seraphin.*
7 *decis. 240. numer. 1.* vbi quod † in relictis vxori larga sit interpretatio.

Nec obstat coniecturæ ponderatæ ad effectum ostendendi testatorem voluisse compensare debitum dotis cum legato bonorum existentium in Vrbe. Tùm quia de directo repugnant enixæ voluntati eiusdem, qui apertis verbis declarauit vxori suæ dilectissimæ vltra dotem, & quartum velle relinquere omnia bona Vrbis, quãdo enim
8 verba dispositionis † sunt clara, & expresse declarant voluntatem, non est recurrendum ad coniecturas, *l. ille aut ille, ff. de leg. 3. l. continuus, §. cum ita, ff. de verb. oblig. Molin. de Hisp. primog. lib. 3. cap. 5. in princ. Duran. decis. 126. numer. 18.* Tum etiam quia non subsistunt. Prima namque elicita ex legato scutor. 2000. facto Cleriæ Fenitiæ cum expresso præcepto, quod solueretur ex bonis Mutinæ non concludit pernecesse, quod testator idem expressisset de debito dotis, & quarti si voluisset personi ex eisdem bonis Mutinæ. Quia vt fuit consideratum in alia, magna adest ratio disparitatis inter vnam, & alteram dispositionem. Siquidem in legato Cleriæ necesse erat grauare Ioannem hæredem Mutinæ, ne alias Catherina teneretur pro sua medietate; sed quoad dotem, & quartum Catherinæ, quæ habebat omnia bona obligata vigore instrumenti dotalis suf-
9 ficienter prouidit testator dũ ei reliquit omnia, † & singula bona Vrbis iure institutionis, ac alias omni meliori modo vltra dotem, & quartum cum inde satis innotescat eius voluntas relinquendi vxori bona Vrbis libera, vt dotem, & quartum consequeretur actione de dotes in bonis Mutinæ.

Altera vero, quæ deducebatur ex insufficientia patrimonij Mutinæ, hodie omninò cessare visa fuit ex nouo summario dato pro parte hæredum Bellinæ, ex quo constat bona satis sufficientia adesse in hæreditate Masetti testatoris.

10 Nec visum fuit obstare statutum Mutinæ † lib. 2. rub. 119. prohibens ne vxor possit consequi de bonis Viri prædefuncti præter vsumfructum, aut libr. mille quasi quod testator eximendo bona Vrbis à solutione debiti dotis, & quarti per relictum de eis liberè factum vxori, & remittendo onus restituendi dotem ad bona Mutinentia censeatur saltem indirectè præiudicasse dispositioni prædicti statuti. Quoniam fuit responsum statutum Mutinæ non vetare ex bonis sitis in suo Territorio extrai dotes, sed solum prohibere virum
11 non posse disponere de bonis territorij † in vxorem per viam institutionis, aut alterius vltimæ voluntatis, cum igitur in præsenti testator non reliquerit proprietatem bonorum existentium in territorio Mutinæ ad fauorem vxoris, ista vigore instrumenti dotalis, & hypothecæ potest dicta
12 bona capere pro satisfactionem † sui crediti, etiam si ex dispositione testatoris habuerit bona sita in Vrbe ab isto onere exempta per ea, quæ tradunt, & benè ad hunc propositum *Cæphal. consil. 59. num. 28. & seqq. Natt. consil. 463. à n. 14. vsque ad fin.* vbi dicit, quod statutum prohibens vxorem capere proprietatem sibi per maritum relictam non censetur prohibere quin vxor relicta
13 vsufructuaria possit proprietate † quoque acquirere ob repudiationem factam à cohærede ratione iuris accrescendi, quia ius accrescendi descendit primario à lege secundario autem, & occasionaliter ex tacito iudicio testatoris, *l. si in testamento, ff. de vulg. & pupill. iuncta l. si Titio, & Meuio, §. Iulianus, ff. de leg. 2.* & propterea acquisitio
14 non censeri debet prohibita † cum effectus attribuatur magis causa proximę, quam remota, *glos. in cap. de cætero de homic.* Quod benè applicatur in pręsenti cum vxor de iure, & in vim instrumenti haberet hipothecam super omnibus bonis viri
15 pro restitutione † suę dotis, & quarti, itaut super eis potuisset executionem facere ad eius electionem, *l. moschis vbi Bart. num. 1. ff. de iur. fisc. l. creditoris, ff. de distract. pign. Neguf. de pign. par. 8. membr. 1. in fin. num. 49. & 50.* & consequenter super bonis in territorio Mutinæ existentibus, absque eo, quod in testamento de eadem dote vlla fuisset facta mentio, vnde cum statutum pro-
16 hibeat vxorem capere † proprietatem ex iudicio testatoris, Id non venit extendendum ad id quod non capit principaliter ex iudicio testatoris, sed ex legis ministerio stante præcedenti instrumento dotali, quia statutum exorbitans loquens in casu simplici non trahitur ad mixtum *Soccin. sen. consil. 20. num. 22. vol. 4.* & latè prosequitur *Natt. d. consil. 463. numer. 18. & seq.* & quod intelligatur
17 quando maritus † vxori verè, & directè legat, secus autem quando in consequentiam, & secundum quid *Ruin. consil. 44. numer. 18. post med. vers. quia dum prohibet lib. 2 Menoch. cons. 154. sub n. 21. vers. & statutum intelligitur, Cæph. d. cons. 59. num. 36. & 37.* & comprobatur ex quo sicuti testator potuisset bona existentia in Vrbe alteri relinquere libera, & exempta ab omni onere, & Catherina pro restitutione suæ dotis potuisset eligere bona Mutinæ, & tunc nec cohæres posset
18 prætendere † refectionem ratæ pro debito soluto, nec statutum Mutinæ haberet locum; Ita nec etiam debet procedere licet legatum fuerit factũ eidem vxori, quę non debet reputari inferioris conditionis, & peioris quolibet extraneo, ex quo libet Catherina adiuerit hæreditatem viri, &
19 sic non possit † desinere esse hæres quoad substinenda debita viri pro rata, tamen respectu dotis, & quarti ne minuantur ratione bonorum Vrbis potest ista bona quoad Pellicciarium habere, & retinere iure legati cum isto respectu maritus ampliatiuè dixerit in testamento, & aliàs omni meliori modo ex allegatis in alia *decis. sub §. præterea, & per Ciriac. contr. 205. numer. 122. & seqq.* & diuersis respectibus potest Catherina esse hæres re-
20 spectu creditorum, & habere, & retinere bona † Vrbis tanquam legataria respectu Pellicciarij ad effectum consequendi dotem super alijs bonis hæreditarijs *Gama decis. 5. num. 2. Surd. cons. 251. numer. 1. versic. secundo. Cardoso de iure accrescen. illat. 14. num. 2. circa medium.*

Nec minus aduersatur aliud obiectum, quod testator habeat bona in diuersis Territorijs, &
21 sic consideretur † tanquã duplex homo, & quod

tot sint hæreditates, quod territoria, adeò vt hæredes dictorum tanquam diuersarum non dicantur ad inuicem cohæredes, sed quilibet teneatur soluere creditoribus sui territorij iuxta *text. in l.*
22 *certarum, ff. de milit. testam.* vndè cum promissio † restituendi dotem facta fuerit hic in Vrbe, consequenter, & restitutio facienda sit ex bonis Romæ existentibus.

Quia respondetur distinctionem obligationis
23 soluendi æs alienum in *d. l. si certum* non † induci ex eo, quod patrimonium diuidatur post mortem in plures hæreditates, sed ex eo, quia à principio de tempore contractæ obligationis patrimonia militis erant diuisa, & distincta, ideoque
24 creditores ex causa vnius patrimonij † non poterunt conuenire hæredes alterius patrimonij, hæc autem ratio cessat in casu de quo agitur, & in Pagano, Paganus enim viuens non potest habere plura patrimonia licet possit habere res exi-
25 stentes in diuersis territorijs, sed omnes † res faciunt vnum patrimonium, *l. iurisperitos, §. cũ oriundus, ff. de excus. tutor. Alex. cons. 31. numer. 9. vers. quia hæc dicit lib. 1.* licèt ergo post mortem scindatur patrimonium ex forma statuti ad effectum successionis, non tamen inducitur distinctio obligationis soluendi æs alienum, quia cum æs alienum de tempore quo fuit contractum non
26 potuerit respicere partem patrimonij, sed † vniuersum patrimonium pro indiuiso respiciat, *l. si fideicommissum, §. tractatum, ff. de iud. Imol. cons. 35. num. 25.* diuisio quæ ex post sequitur, non inducit distinctionem obligationis defuncti, quia hæc
27 ex † qualitate hæredum non immutatur, *l. ex his vbi Doct. ff. de verb. oblig.* & latè fuit firmatum *in Rom. supplementi legitimæ 18. Maij 1640. coram R. P. D. meo Cerro,* & eo magis, quia in dicto Instrumento licèt in Vrbe confecto Masettus promisit dotem restituere, & lucrum dotis iuxta statutum Vrbis cum hypotheca super omnibus,
28 & singulis suis bonis ad electionem Catherinę, † aliorumq; quorum interest, adeò vt verba clarissimè demonstrent non fuisse contractum cõtemplatione certorum bonorũ, sed omnium, & singulorum bonorum Masetti ad electionem Catherinę.

Cætera demum, quę repetuntur incontrarium fuerunt sublata in præterita, Ideò non est opus illa iterum refellere. Quod verò obijcitur de
28 detractione falcidiæ pro parte Pellicciarij † non visum fuit posse impedire hæredes Bellinæ agentes ex Instrumento dotali obligatione Camerali vallato contra bona Mutinæ. Tum quia valdè contingit dubitari an intret falcidia, aut quod dicta detractio fuerit prohibita per testatorem ex supra ponderatis. Tum etiam quia an illa remaneat Aduersario, requirit altiorem indagi-
29 nem cum sit discutiendum de viribus † Inuentarij, & hæreditatis, & illius status firmandus, & sic per istam exceptionem non debet impediri executio obligationis Cameralis ex *Mohed. decis. 1. de except. Gregor. decis. 229. in fin. Rota in recent. decis. 23. in fin. par. 7.*

Et ita vtraque, &c.

Decisio ista in hac eadem causa sub die 16. Ianuarij 1641. coram eodem Eminentiss. Card. Pazzrelo, vt infrà in Appendice.

DECISIO CXXXII.

R. P. D. BICHIO

Romana Alimentorum.

Lunæ 17. Nouembris 1642.

Est Impressa inter Bichio in Tom. 1. Decis. 109.

REVERENDISS. P. D. CERRO.

SACRÆ ROTÆ DECANO.

Bononień Fideicommissi de Boaterijs.

Veneris 12. Decembris 1642.

ARGVMENTVM.

In Fideicommissis agnatitijs, & perpetuis fauore familiæ, si Testator vsus est verbis de notantibus masculos, & fœminas, qualiter præsumatur iam facta talis vocatio fœminarum, cum perpetuatio familię non possit fieri per fœminas, sed benè per masculos.

SVMMARIVM.

1 *Sub verbis, filij, nepotes, descendentes, linea, & familia, veniunt tam masculi, quàm fœminæ.*
2 *Fideicommissum, quando fuit factum pro conseruatione familiæ, & agnationis, tunc sub nomine filiorum, nepotum, descendentium non non veniunt fœminæ, declara, vt num. 5. & 6.*
3 *Fœminæ non possunt conseruare agnationem, & familiam.*
4 *Agnationis conseruatio in testatore excluditur, si vocauerit fœminas ad fideicommissum.*
5 *Testator in fideicommisso agnatitio vocando fœminas etiam id intelligitur in subsidium, & masculi amplius non extant, & num. 6.*
7 *In fideicommissum perpetuis, & absolutis ordinatis fauore agnationis, si testator procliuior appareat erga masculos, & vocauit etiam fœminas, quid sit dicendum.*
8 *Fœminæ non possunt nisi temporaliter conseruare agnationem.*
9 *In fideicommisso fauore agnationi facto, quando veniant fœminæ vocatæ.*
10 *In fideicommisso relicto pro conseruatione familiæ, testatoris menti non repugnat, quod in subsidium succedant fœminæ, quando ipse vsus est verbis denotantibus tam masculos, quam fœminas.*
12 *Fœminæ, iura sanguinis retinet, & agnationem conseruant eo modo, quo possunt quamuis in aliena familia nupta.*
13 *Testator dum simpliciter non vocauit familiam, sed familiam expresso proprio cognomine, ex hoc, quid inferatur.*
14 *Perpetuatio familiæ, non potest fieri, nisi per masculos, & non per fœminas.*
15 *Fœminæ sub quibus verbis propriè continenatur.*
16 *Testator præsumitur voluisse se conformare cum dispositione.*
17 *Statutũ excludens fœminas propter masculos intelligitur extãtibus masculis, quibus semotis cessat statutũ.*

18 *Vo-*

18 *Voluntas, quæ deducitur ex actu, non extenditur vltra quam de necessitate ex ipso actu infertur.*

19 *Voluntas testatoris ita debet interpretari, vt sit conformis statutariæ dispositioni.*

20 *Ex Dispositione discretiua Testatoris, quid veniat inferendum.*

21 *Fœminæ in fideicommisso non possunt succedere, si testator eas perpetuo exclusit.*

22 *Testator nomina, filiorum familiæ, agnationis, quando rigidè, & strictè dicatur accepisse.*

23 *Masculinitatis qualitas sæpius repetita non potest conuenire fœminis.*

24 *Verba communia comprehendunt, tam masculos, quam fœminas.*

25 *Fœminæ, quando in fideicommisso videantur substitutæ masculis.*

26 *Verba dicti, & supradicti, de sui natura repetunt omnes qualitates supra expressas, & num. 27.*

29 *Testator non censetur voluisse excludere fœminas à fideicommisso, dum vsus fuit verbis denotantibus masculos, & fœminas.*

30 *Testator, ex quibus manifestè conuincatur, quod non excluserit fœminas à fideicommisso.*

31 *In Fideicommissis agnatitijs semper desumitur interpretatio, vt fœminæ post masculos censeantur admissæ, quando in aliqua parte testamenti vocantur.*

32 *Testator, quando post masculos vocauit fœminam, & illius filios, ex hoc conuincitur, quod ipse non sumpsit nomen familiæ in rigido, & stricto sensu.*

33 *Decisiones plures in materia quod appellatione familiæ non veniant fœminæ, & quod veniant cencordantur, & num. 34. & 35.*

DECISIO CXXXIII.

SEntentiam Rotalem confirmandam esse dixerunt Domini, quia illius validitas non controuertitur, & iustitia clara redditur ex luculenter deductis in *duabus decisionibus coram bon. mem. Merlino, altera sub die 13. Maij 1641. alttra sub die 17. Februarij anni præteriti* * in quibus optimè probatur cōstare de fideicommisso ad fauorem Franciscæ Auctricis, & ascendentis illorum de Lucatellis firmatis, ac plenè discussis tribus conclusionibus. Prima quod filij Nepotes, & Descendentes Annibalis Boatterij Testatoris sunt positi in conditione. Secunda quod omnes positi in conditione sunt vocati. Tertia, & vltima quod inter ipsos positos in conditione, & vocatos comprehenditur Francisca, ad cuius fauorem fideicommissum, est apertum. Quarum conclusionum subsistunt nedum primæ duæ, vt latè deducitur in eisdem decisionibus, & videntur admittere informantes pro Dominis de Vrsis, dum illas non impugnant, sed etiam tertia, ad quam hodiè vnicè se restringunt.

Ex lectura enim testamenti apparet, quod fuerunt positi in conditione *filij, nepotes, descendentes,*
1 *linea, & familia*, sub quibus nominibus, & vnoquoque eorum Franciscam † comprehendi, quamuis fœminam, non est dubium, cum sint nomina communia, quæ ad vtrumque sexum referantur, & tam masculis, quam fœminis conueniunt *l. pronunciatio, ff. de verb. & rer. signific. l. voluntas, § C. de fid.* vbi vtrobique communiter DD. & latissimè de singulis his nominibus firmatur in *prima ex d. decis.*

Nec resistit obiectum sæpius repetitum, & in secunda decisione latè confutatum, quod licet dicta verba ex sui natura ad vtrumque sexum referan-
2 tur, secus tamen † sit quando, vt in hoc casu, fideicommissum fuit factum pro conseruatione familiæ, & agnationis, quia tunc ad solos masculos restringuntur, nec fœminæ admittuntur, cum ipsæ
3 non possint conseruare agnationem, ad quod † potissimum Testator respexit, vt tenent communiter DD. quorum magnum numerum cumulat *Fusar. de substit. quæst. 352. num. 10.* & Rota sæpius respondit, & signanter *decis. 44. num. 4. par. 1. decis. 203. num. 8. & decis. 217. num. 1. & 4. par. 2. & decis. 126. part. 7. recent. & in Bononien. transactionis 30. Aprilis 1638. coram Eminentissimo D. meo Cardinali Verospio,* & in alijs.

Quia vltra, quod stante vocationem fœmina-
4 rum, † & illarum descenden. excluditur consideratio agnationis, vt firmatur in dd. duabus decisionibus fuit responsum conseruationem agnationis contemplatam à Testatore operari quidem, vt di-
5 cta verba restringantur ad masculos, † sed temporaliter, quamdiù ipsi extant, quoad hoc, vt extantibus masculis cuiuscumque gradus per quos agnatio, & familia propriè conseruatur, non pateat locus fœminis, sed vbi masculi amplius non extant, fœmina de familia, & agnatione admitti-
6 tur, † quasi per posterius vocata, & posita in sequenti gradu successionis, cum ipsa etiam sub proprietate dictorum verborum contineatur, & quousque viuit agnationem conseruet, *Rum. consil. 130. num. 12. & cons. 144. num. 4. lib. 2. Socc. sen. consil. 227. num. 6. lib. 2. & Iun. cons. 94. num. 10. lib. 1. Cæphal. cons. 252. num. 23. & benè Peregr. cons. 42. nu. 10. vers. At vbi masculus non extat, & cons. 58. per tot. & cons. 149. num. 24. in fin. & cons. 159. num. 14. versic. Tertius casus lib. 5.* Quibus in locis *Peregr.* inquit, quod licet in his dispositiuis fideicommissis per-
7 petuis, † & absolutis ordinatis fauore descendentium, & Agnationis mens Testatoris appareat magis propensa, & procliuior erga masculos, quia isti per se & descendentes suos masculos possint
8 perpetuare familiam, & agnationem, † fœminæ verò non possunt nisi temporaliter earum vita durante. Attamen quia proprietas verborum, à qua in totum recedi non debet, fœminis etiam conuenit, sumitur media quædam, & æqua interpretatio, quod hæc procliuior Testatoris affectio in hoc iuuet masculos, vt ipsi in concursu præferantur fœminis, quamdiù extant, sed masculis deficienti-
9 bus, fœminę admittuntur † quasi per posterius vocatæ, & masculis vulgariter substitutæ, & pluribus relatis per *Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 12. num. 7. Fusar. de substit. d. quæst. 352. num. 12. Surd decis. 84. num. 9.* & Rota hanc opinionom perpetuo tenuit nempè *coram bon. mem. Buratt. decis. 107. nu. 1. ad fin. & coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 126. nu. 39 & in duabus Ferrarien. de Rosarijs allegatis in secunda decisione altera 24. Maij 1621. coram bon. mem. Cardinali Verospio, altera 25. Februarij 1622. coram bon. mem. Merlino, & in Bononien. fideicommissi de Pancaldis 16. Februarij 1640. coram Reuerendiss. D. meo Panzirolo Patriarcha Constantinopolitano, & in eadem 10. Iunij 1642 coram me, § Minus facit.*

Nec menti Testatoris, & optatæ ab eo conseruationi agnationis repugnat, quod fideicommis-
10 sum † reuctum in sua familia agnatitia, cessanti-

bus

bus masculis, continuet in fœminas, nam immo
ita magis conseruatur, & longè progreditur quo-
usque scilicet durat vita fœminę admissę, qui sanè
11 effectus non est contrarius, † sed propitius menti
Testatoris, quia fideicommissum, quod deficienti-
bus masculis statim expiraret, & extingueretur,
vlterius extenditur, & magis durat, quamdiù sci-
licet viuit fœminæ, quæ iura sanguinis retinet, &
12 agnationem † conseruat saltem eo modo, quo
potest, quamuis in aliena familia sit nuptia, & ita
magis perpetuatur agnatio iuxta votum Testato-
ris, vt ponderat *Peregr. d. cons. 42. num. 10. vers. at vbi
masculus in fin. & cons. 58. num. 9. vers. ad quartum in
fin. lib. 5. Giouagnon. cons. 39. nu. 9. 10. & 11. lib. 1. Fu-
sar. d. quæst. 352. num. 31. Ciriac. controu. 281. num. 89.
Rot. in recent. decis. 587. nu. 8. par. 1. Add. ad san. mem.
Greg. XV. decis. 293. num. 23. & latè in recent. dec. 282
num. 2. par. 2. & decis. 349. num. 30. par. 6.*

Et hinc etiam educitur responsio ad illud quod
13 testator non vocauerit familiam † simpliciter, sed
familiam de Boatterijs, expresso proprio cogno-
mine, ex quo inferebatur illum accepisse nomen
familiæ, & agnationis in potiori, & potentiori si-
gnificatu de solis masculis, cum talis expressio
ostendat enixam voluntatem ipsius testatoris per-
petuandi suam familiam de Boatterijs, quę perpe-
14 tuatio, cum fieri non possit nisi à masculis, † ad
istorum fauorem solum censetur instituisse fidei-
commissum, & fœminas exclusisse ex *Grat. cons. 68.
num. 17. lib. 2. Curt. iun. cons. 154. num. 10. benè Ruin.
cons. 24. nu. 5. 6. & 7. cum alijs allegatis per Fusar. vbi
supra quæst. 252. num. 9.* Quia potior, & potentior
significatus in hoc prodest masculis, vt in concur-
15 su cum fœminis præferantur, † illis autem subla-
tis, fœminæ admittuntur, cum verba, & nomina
familiæ, & agnationis illas propriè contineant,
*Gabr. cons. 132. nu. 54 lib. 1. Peregr. in d. cons. 42. nu. 10
vers. At vbi masculus, & cons. 58. num. 2. & 3. per tot.
& cons. 119. num. 24. in fine lib. 5. Pedroc. cons. 12. nu-
mer. 34. & seq. nu. 345. Molin. de primog. Hispan. lib. 3.
cap. 4. nu. 10. cum alijs per Fusar. in d. quæst. 352 nu. 12.*
& ita distinguendo respondit *Rota* alijs pluribus
relatis *in allegata Bononien. fideicommissi de Pancaldis
10. Iunij* 1642 *coram me*.

Et hæc eadem responsio tollit obiectum excita-
tum ex Statuto Bononiensi exclusiuo fœminarum,
cum quo dicebatur pręsumendum esse Testatorem
16 voluisse se conformare, † & sic fœminas exclude-
re, quam coniecturam pro exclusione fœminarum
magnifaciunt DD. vt apparet ex multis, quos
congerunt *Peregr. de fideicomm. artic. 25. nu. 50. Man-
tic. de coniect. vlt. vol. lib. 8. artic. 12. num. 7. & 10. In-
trigliol. de substit. cent. 3. quæst. 83. num. 3. Fusar de sub-
stitut. d. quæst. 352. num. 16.* cui opinio sæpiùs etiam
adhæsit Rota, & signanter *coram Cardin. Caual. de-
cis. 125. num. 4. & 5. & decis. 290. num. 4. & in recent.
decis. 255. num. 3. par. 1. & decis. 318. num. 3. par. 2. &
coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 126. num. 25.* Quia
dicta coniectura habet locum quando extant ma-
sculi, sed masculis non extantibus (vt hic) fœmi-
17 næ censeantur † eo casu post eos vocatæ, & ad suc-
cessionem reintegratæ *Ruin. cons. 117. num. 6. & 15.
& cons. 140. num. 4. & cons. 154. nu. 4. & 5. lib. 2. Soc.
cin. sen. cons. 227. num. 5. & 6 lib. 2. Mantic. de coniect.
vlt. volunt. lib. 8. tit 18. num. 7. & 10. Peregr. de fidei-
comm. artic. 25. num. 52. art. 27. num 22.* latè alios ad-
ducens *Fusar. de substitut. quæst. 311. num. 45. & 46.
& d. quæst. 352. num. 17. Rota in recent. decis. 473. nu-
mer. 2. par. 2. & coram Buratt. decis. 852. num. 7.* & sæ-
pius in alijs, & hæc responsio optima ratione ful-
18 citur, quia voluntas † quæ deducitur ex actu non
extenditur vltra quam de necessitate ex ipso actu
inferatur *Bart. in l. 1. §. hoc interdicto, ff. de itiner. actuq.
priuat. Surd. cons. 52. num. 73.* Quemadmodum ergo
Statutum, ex quo deducitur coniectura voluntatis
in Testatore excludendi fœminas, istas non ex-
19 cludit, † nisi quamdiù extant masculi, ita etiam
interpretari debet Testatoris dispositio, vt sit Sta-
tuto conformis, vt in proposito arguit *Surd. decis.
84. num. 9. in fin. & Fusar. d. quæst. 311. num. 46.*

Minus obstat, quod Testator dicatur discretiuè
inter masculos, & fœminas disposuisse, masculos
scilicet instituendo cum substitutione ad fauorem
superuiuentium, & eorum filiorum, & fœminis re-
linquendo quædam legata pro toto eo, quod præ-
20 tendere possent, † ex qua discretiua dispositione
inferebatur Testatorem intellexisse fideicommis-
sum in masculis coarctare, & fœminas perpetuò
excludere, vt tradunt DD. adducti per *Menoch. præ-
sumption. 84. num. 9. lib. 4. & Rota in illis Carpentora-
cten. fideicomm. impress. in recent. in ordine decis. 201.
num. 2. & 10. & decis. 217. num. 2. & 3. & decis. 432.
sub num. 3. par. 2. & in illa Bononien. de Glauarinis quæ
pariter impressa est in recent. decis. 126. num. 3. par. 7.*

Fuit enim responsum supradictas doctrinas, &
decisiones non applicari nec aduersari casui no-
stro; in dictis enim decisionis perpetua exclusio
21 fœminarum † ex eo coniecturata fuit, quia insti-
tutio fuerat concepta cum expressione qualitatis
masculinæ, & ipsam lineam masculinam posuerat
Testator in conditione, eidemque lineæ masculi-
næ in subsequentibus substitutionibus totam eius
reseruauerat hæreditatem, filiabus verò certum
quid ex vniuersa hæreditate detractum destinaue-
rat; Vnde cum Testator discretiuè filias in certa
quantitate instituerit, filios verò masculos, & eo-
rum descendentes pariter masculos ad vniuersam
suam hæreditatem vocauerit, expressa in Institu-
tione, ac repetita in substitutionibus qualitate
masculinitatis, aliud dici non poterat, nisi quod
Testator acceperit nomina *filiorum, familiæ, &*
22 *agnationis* in potiori, ac potentiori significatu † &
in illa rigida, & stricta significatione, quæ solos
masculos includit, sicque voluisse sub dictis no-
minibus solos masculos comprehendi, non autem
fœminas, quibus qualitas masculinitatis sæpius
repetita conuenire non poterat, prout Rota ex
23 coniecturata mente Testatoris declarauit in su-
pradictis decisionibus Carpenteracten. sicque doctri-
næ in contrarium allegatæ loquuntur, vt ostendit
Peregr. in sæpius citato cons. 58. num. 8. & per tot. lib. 5.

Sed hæc cessant in casu nostro, quia hic Testa-
tor nunquam expressit qualitatem masculinitatis,
neque in institutione, neque in substitutionibus,
ac demum in nulla parte testamenti, sed vbique, &
semper vsus fuit verbis communibus scilicet *filijs,
linea familia, agnatione*, & similibus, nunquam ex-
pressa, ac nullibi, adiuncta qualitate masculina;
24 Vnde cum dicta verba sic simpliciter prolata †
propriè fœminis etiam conueniant, ipsæ quoque
admitti debent postquam defecerunt masculi,
cum proprietas verborum illas contineat, nihil
refra-

refragante, quod Testator illas in principio donauerit, & excluserit, quia dum non fuit facta expressio qualitatis masculinæ, dotatio, & exclusio intelligitur facta ad commodum masculorum ad hoc, vt ipsi præferantur fœminis quousque extant, sicque masculi per prius fœminæ per posterius
25 vocatæ censentur, † quasi masculis substitutæ, & in sequenti gradu positę, vt in puncto respondent, *Soccin.iun.cons.227.num.7.vers.non obstat quarta ratio lib.2.Ruin.cons.117.num.24.& cons.154.num.7.lib.2 Paris.cons.35.num.24.lib.3. Iason.cons.142.num.10. & num.11.lib.2.Peregr.cons.42.nu.10. vers.quod autem Testator, & cons.58.sub num.2.& num.3.vers.nec obstare, & num.10.lib.5.*

Et hinc patet non aduersari, quod Testator in substitutionibus vsus fuerit illis dictionibus, *dictis,*
26 *& supradictis*, quæ de sui natura repetunt omnes qualitates supra expressas, ex quo inferebatur, quod cum supra in institutione vocauerit filios masculos, ijdem etiam ex vi repetitiua dictarum
27 dictionum debeant censeri † vocati in sequentibus substitutionibus, vt dixit, *Rota coram bon.mem. Buratt.decis.27.num.6.& decis.454.nu.4.* Quia Domini aduerterunt, quod in institutione filij non fuerunt nominati cum adiuncto masculinitatis, vt in obiecto supponitur, sed simpliciter, & cum
28 verbis † communibus absque vlla expressione qualitatis masculinæ Testator illos instituit per nomen proprium quemque vocando, vt patet ex lectura, ibi: *Prædictus Dominus Testator Iulium, Marcum Antonium, & Herculem fratres filios ex dicta D.Taddea eius Vxore prædicta legitimos, & naturales instituit, &c.* sicque dum qualitatem masculinam nunquam expressit, sed vbique vsus fuit verbis collectiuis, & vtrique sexui, scilicet masculis, & fœminis communibus, fœminæ non possunt cen-
29 seri exclusæ, † cum ipsæ etiam ex proprietate dictorum verborum contineantur, vt per *Soccin. Ruin. Iason.Curt.Cæphal.& alios DD.supra allegatos.*

Sed inconuincibile argumentum, quod Testator non reiecerit absolutè fœminas, nec voluerit Franciscam à fideicommisso excludere, inde dedu-
30 cebant DD. quod ipse ad idem † fideicommissum Ferrapacem fœminam vocauit. Hinc enim manifestè conuincitur ipsum non habuisse absolutam rationem agnationis, & fœminas in totum non abhorruisse, sed solum in concursu masculorum, quos præferri voluit, ac fœminis præualere quamdiù extarent, cum in huiusmodi fideicom-
31 missis agnatitijs talis semper desumatur interpretatio, vt fœminæ post masculos censeantur admissæ quando in aliqua parte testamenti vocantur, *Molin.de primog. Hispan.lib.3.cap.5.Mantic. de coniect volunt.lib.6.tit.15.num.9.Rot in recent.decis.386. num.4. par.1. & decis.538. num.3. ac 556. num.10. par.2.& coram Cardin.Caualerio decis.125. nu 10.* & admisit etiam in decisionibus in contrarium allegatis, nempè in vna ex illis *Carpentoraten.* videlicet *in decis.217 num.4.par.2.recent. & coram bon.mem.Buratt.decis.272.sub num.15.vers.quia ista declaratio.*

Idque efficacius suadetur in hoc casu quia Testator post masculos vocauit nedum Ferrapacem fœminam de sua agnatione, sed etiam illius filios,
32 qui non erant de agnatione † Testatoris, sed de aliena familia, quod manifestè conuincit ipsum non accepisse verbum familiæ, & agnationis in rigido, & stricto significatu pro solis masculis, sed in minori, & legali fœminas etiam admittendo.

Et ita cum his responsionibus, & distinctioni-
33 bus omnia contraria resoluuntur, quia † ex doctrinis, & decisionibus in contrarium allegatis multæ præcisè loquuntur quando masculus concurrit cum fœmina; Aliæ vbi Testator discretiuè disposuit inter fœminas, & masculos expressa, & repetita qualitate masculinitatis, nec fœminas in aliqua parte testamenti vocauit, quæ omnia cum
34 cessent, † in hoc casu, non est recedendum à propria significatione verborum, quæ operantur, vt in fideicommisso instituto fauore *filiorum, nepotum, descendentium, familiæ,* & similium, fœminæ etiam
35 admittantur † saltem post masculos cum proprietas verborum illas contineat, vt in præallegatis locis.

Cætera in decisionibus bon.mem. Merlini tolluntur. Et ita vtraque, &c.

Decisiones istæ emanatæ in hac causa coram recol. mem. Merlino Decano sunt inter eius impressas decis. 865.& 890.

REVERENDISS. P.D. CERRO.

SACRÆ ROTÆ DECANO.

Romana Pecuniaria.

Veneris 12. Decembris 1642.

ARGVMENTVM.

Citatio personalis ad sententiam quando non requiratur, quod fiat, sed sufficiat, si fiat domi dimissa copia, & id benè probatur ex attestatione Cursoris. Procurator, si aliquid faciat sine speciali mandato principalis, & quærat eum obligare sine mandato, nil facit, & se ipsum obligat.

SVMMARIVM.

1 *Citatio ad sententiam, quando non requiritur, quod sit personalis.*
2 *Cursor, quando atergo citationis attestatus fuit, se domi aliquem citasse, ei credendum est.*
3 *Attestatio simplex, & extraiudicialis, non releuat.*
4 *Fides priuata in concursu publicæ euanescit.*
5 *Fides de actu præterito facta ab Officiali non suffragatur.*
6 *Ex Scientia citationis ad sententiam conualidatur citatio, & substinetur sententia.*
7 *Mandatum, tamquam quid facti non præsumuntur, & ideo probandum venit.*
Quod maximè procedit si ageretur de obligando aliquem.
8 *Tertius quod possit aliquem obligare, eo inscio & inuito, nunquam est admittendus.*
9 *Procurator, quidquid fecit absque mandato, & commissione principalis sibi imputet.*
Obligari, quis non potest ex facto alieno, num.9.
10 *Ordo, quod quis faciat aliquam Capellam, vel quod faciat aliquam elecmosynam pro constructione fabricæ, isti ordines sunt inter se diuersi, & num.11.*

11 *Man-*

12 *Mandatum ſi non ſit perfectum, ſed imperfectum non iuuat.*
Actio,& obligatio nulla oriri poteſt ex actu imperfecto,num.12.
13 *Probatum,quod non fuit concludenter,non iuuat.*
14 *Mandatum non poteſt dari ad illud,quod iam eſt factũ.*
15 *Mandati natura eſt,vt conferatur ſuper futuro,& non ſuper præterito.*
16 *Ratificatio retrotrahitur,& mandato æquiparatur.*
17 *Ratificatio non inducitur ex verbis imperfectis & indeterminatis.*
18 *Ratificatio non dicitur ex verbis, quæ nullum habent affirmare,vel negare.*
19 *Declaratio voluntatis non poteſt deſumi, ſi quis eam non expreſſerit,nec factis,nec verbis.*
20 *Voluntatis declaratio requiritur,vt quis dicatur ſe ratificaſſe,quod aliquid de eius voluntate fuerit factũ.*
21 *Ex Armorum impoſitione in aliqua Capella arguitur mens imponentis,voluiſſe ſibi ædificare,& acquirere, & num.23.*
22 *Ratificatio non inducitur de eo,quod eſt geſtum nomine alieno,ſed ſolum quod eſt geſtum nomine ratificantis.*
24 *Ratificatio non inducitur per verba, quæ proferuntur per modum admirationis,& contradictionis.*
25 *Ratificatio ex quibus penitus excludatur.*
26 *Verba quando ſunt clara non admittitur quæſtio voluntatis.*
27 *Actus facti lite pendente,& contra proteſtationem non iuuant.*

DECISIO CXXXIV.

SVB die 7. Aprilis præteriti, * informante tantum Reuerendiſſ. D. Epiſcopo Pacten. reſolutum fuit R.C. Abbatem de Angelis teneri reſtituere eidem Epiſcopo ſcuta mille,quę ipſe tanquam eius Procurator exegit, & ſic ſententiam A.C. illum condemnantem ad dictam reſtitutionem eſſe confirmandam. Cui reſolutioni non acquieſcente Abbate,iterum propoſui cauſam ſuper eiſdem: & Domini articulo ſemel, & iterum diſcuſſo, ſteterunt in deciſis, cum viſæ ſint non obſtare exceptiones,quæ allegatæ fuerunt contra validitatem,ac Iuſtitiam ſententiæ.

Nullitas enim deducta ex eo, quod citatio ad
1 ſententiam non fuerit exequuta † perſonaliter, prout requiritur, ſed domi dimiſſa copia; non releuat,quia cum ab initio contra Abbatem fuiſſet perſonaliter exequutum monitorium, ſufficit dicta citatio exequuta ad domum,poſtquam Abbas ſemel fuit perſonaliter apprehenſus, *Rota deciſ.8. de dol.& contum.in antiq.& deciſ.1. eodem tit.in nou. & apud Caſ.de Graſ. deciſ.7. num.1.de ſent.& re iudic. Caputaquen.deciſ.117.num.1.par.1.*

Nec reſiſtit quod citatio dicatur exequuta in
2 domo alterius,& non Abbatis,vt † Curſor qui citationem fecit atteſtatus eſt,& ille in cuius domo prætenditur executa proteſtatus fuit. Quia cum à tergo citationis ſub qua ſententia fuit lata,Curſor publica eius relatione dixerit ſe citaſſe Abbatem domi, quæ relatio plenè probat, *Myſing.obſer.51. num.2.cent.5. Rot.in recent.deciſ.561.num.14.par.1.& coram ſan.mem. Gregor.XV. deciſ.426. num.6.* Hæc probatio non eliditur, neque ex proteſtatione illius, qui aſſeruit Abbatem fuiſſe citatum in eius
3 domo,cum † ſit ſimplex, & extraiudicialis aſſertio vnius,quæ non releuat, *cap.2.in fin.& cap.nuper de teſtibus,Rota coram bo:mem.Buratto deciſ.103.nu.14*
Neque ex priuata fide Curſoris facta in manibus
4 partis, quia præſumitur extorta in † fraudem neque attenditur in concurſu publicæ relationis, vt dixit *Rota coram Gregor.deciſ.131.nu.2.* Eoque magis cum emanauerit tribus menſibus poſt latam ſententiam,quæ propterea tanto minus ſuffragari
5 poteſt,cum ſit fides de actu præterito,de quo non creditur nuncio, *Innoc. in cap.1.num.6.verſ.ſi enim aliud,de fide inſtrum. Alex. conſ.241.ſub num.6.lib.6. Aym.conſ.171.num.5. Put.deciſ.61.nu.1.lib.1.in correct.& Rot.coram bon.mem.Buratto deciſ.270.num.3.*

Et inde etiam ceſſat omnis difficultas,cum probetur Abbatem ante prolationem ſententiæ habuiſſe notitiam dictæ citationis, & ad hunc effectum ſimul cum Procuratore comparuiſſe in officio: ex hac enim ſcientia quoquomodo probata
6 conualidatur † citatio,& ſententia ſubſtinetur,vt eſt textus apertus *in l.1.§.ſed ſi Prætor, & ibi Alexand.num.3.ff.de fer. Sarnen.in compend.vtriuſque Signat.quod eſt poſt reg.de non iudican.quæſt.16.num.6. Vant.de nullit.ex defect. proceſſ. §.qualiter ſentent.& proceſſus, qui dicuntur nulli, defendi,ſeu reparari,&c. num.12. & 123. Gail. obſeru.48. num.4. lib.1. vbi* quod ita ſæpius vidit obſeruari in Cam. Imperiali,& *Myſinger.obſeruat.18.num.2. verſic.Hoc tamen, vſque ad fin.centur.2.* Vbi quod ſic fuit concluſum, & iudicatum in pleno Conſilio, *Boer.deciſ.181.numer.17.in fin. & Rota ſæpius ita reſpondit, vt diuerſ. deciſ.422.num.5.par.1. & deciſ.151. num.6.par.2.& in recent.deciſ.409.num.1.par.1. & deciſ.412.num.3. par.2.& deciſ.485.nu.4.in fin par.3.& bene dec.124 num.54.par.6.& ſæpius in alys.*

Minus tollitur iuſtitia ſententiæ eo prætextu, quod pecuniæ, ad quarum reſtitutionem Abbas condemnatur, fuerint ab eo erogatæ de mandato Epiſcopi in conſtructione Cappellæ S. Roſaliæ ædificatæ in Eccleſia B. Mariæ Conſtantinopolis Nationis Siculorum. Quia non probatur quod Cappella fuerit conſtructa nomine Epiſcopi, nec quod ipſe dederit mandatum ad conſtruendum, prout eſſet plene probandum,quia mandatum
7 tanquam † quid facti non præſumitur; latè *Cagnol. in l.velle num.12.& 13 ff.de reg.iur. Bald. conſ.383. num.5.lib.5. Cephal.qui plures allegat.conſ.55.num.16 Mantic.de tacit.lib.7.tit.4.num.1.& ſeqq.* Præſertim quando vt hic,agitur de obligatione inducenda,
8 cum permittendum non ſit,† vt tertius po[illegible] obligare eo inſcio, & inuito, vt bene *Gratian.diſcept.forenſ.cap.948.num.16.* Et propterea quicquid Abbas ſuo Arbitrio,abſque mandato,& commiſſione Epiſcopi fecit,& impendit,ſibi imputare de-
9 bet,†ne aliàs Epiſcopus ex facto alieno obligetur; vt in his terminis reſpondent *Decius conſ.417.num.1.& num.ſeq.& Pariſ.conſ.47.ſub num.98.lib.1.*

Nec vlla vis fieri poteſt in duabus literis tranſmiſſis ab Epiſcopo Abbati: altera ſub die 2. Maij 1631. Altera ſub die 20. Iunij eiuſdem anni. Quia
10 Epiſcopus in dictis litteris non † mandat Abbati, quod conſtruat Cappellam eius nomine,& impenſis: ſed ſolum, & ſimpliciter dat intentionem faciendi aliquam eleemoſynam pro fabrica: quod eſt quid diuerſum,vt patet ad ſenſum. Nec iſtam eleemoſynam perfectè, & firmiter promiſit,ſed de illa diſponere, & deliberare reſeruauit vſque [illegible] eius

eius ordinem,vt patet tam in prima epiſtola, ibi:
*Hò riceuuto la lettera di V.S.inſieme con quella de'con-
ti,& hò inteſo quanto mi dice per l'elemoſina dellaCap-
pella della glorioſa S.Roſalia ; e molto volentieri darò
alcuna ſomma per queſto effetto. Per tanto V.S. potrà
trattenerſi queſto denaro in mano ſino ad altro ordine
mio.*Quàm in ſecunda,ibi: *Hò inteſo coma V.S.ha-
ueua ricuperato il denaro dal Sig.Canonico,e me ne ſo-
no rallegrato, quale V.S.terrà in mano inſieme con gli
altri ſino ad altro ordine mio: che io aſſegnarò à V.S. la
partita per l'elemoſina della Cappella della glorioſa
S.Roſalia.* Ex quibus verbis manifeſtè conuincitur
Epiſcopum non ſolum non dediſſe mandatum ad
11 conſtruendum † Cappellam eius nomine, & im-
penſis,vt dictum eſt;ſed nec etiam ad elargiendam
eleemoſynam,in dictis litteris enunciatam. Quia
dum perfectè de illa,& de eius quantitate non di-
ſpoſuit,ſed ſuam diſpoſitionem ſuſpendit vſque
ad alium eius ordinem,à quo voluit illam recipe-
re determinationem, & perfectionem; nulla hinc
potuit oriri actio,& obligatio; cum opus ſit quod
12 res,† quæ ſunt tractatæ à partibus,habeantur pro
abſolutis, perfectis, & firmatis, ad hoc vt oriatur
obligatio,& ius partibus tribuatur,*vt per optimum
textum in l.ſciendum,§.dictum,ibi:* ea autem ſola, *ff.
de ædilit.edict.roſpondit Bald.in l.cum allegas num.8.
C.de vſur.& rurſus in l.multum num.16.C.ſi quis alte-
ri,vel ſibi,& bene Alex.conſ.28.num.4.lib.1.Gail.ob-
ſeruat.lib.2.obſeruat.140.num.10.& duobus ſeqq.*

Minus ſuffragatur quod Epiſcopus, dum erat
Romæ de anno 1640. interrogatus ab Abbate in
faciem dictæ Cappellæ: *Che li pareſſe di quella ſua
Cappella,* dicatur reſpondiſſe: *Perche non ci hauete
meſſe le mie armi?*Quia (omiſſo quod teſtes inducti
ad probandum Epiſcopum talia verba dixiſſe,illa
13 perfectè, & concludenter non probant) Reſpon-
ſum fuit, ex his verbis nihil deduci, aut inferri
poſſe,quod releuet. Quia aut Abbas prætendit ex
illis deducere, quod Epiſcopus tunc dederit ſibi
mandatum ad conſtruendam Cappellam eius no-
mine,& impenſis: Et hoc dici non poteſt,quia cū
14 Cappella eſſet iam conſtructa, † mandatum dari
non poterat ad illud, quod erat factum, cum hoc
repugnet naturæ mandati, quæ eſt, vt conferatur
15 ſuper futuro,& detur ſuper eo, † quod eſt facien-
dum,non autem ſuper eo,quod eſt factū, & *text.in
l.ſi vero non remunerādi,§.ſi poſt creditum,& ibi notat
Bart.& alij, ff.mandati.Alex.conſ 146.ſub n.14.lib.5.*

Aut vero prætenditur ex dictis verbis inducta
16 ratificatio, † quæ trahitur retro, & mandato
æquiparatur: Et multo minus dici poteſt; Tum
quia dicta verba non ſunt de per ſe apta inducere
ratificationem, ſeu mandatum, cum ſint imperfe-
17 cta,& indeterminata, nec conſenſum, ſeu diſſen-
ſum perneceſſe inferant,veluti quę non continent
vllum affirmare, vel negare.Tum quia deficit pri-
18 mum requiſitum ratificationis,quod ſcilicetCap-
pella fuerit cōſtructa nomine Epiſcopi.Hoc enim
Abbas non declarauit: nec verbis,quibus nunquā
19 explicauit ſe conſtruere nomine Epiſcopi: † nec
factis,quia in Cappella tunc temporis non appo-
ſuerat Inſignia Epiſcopi,vt patet ex dictis verbis:
nec aliud ſignum,ſeu factum expreſſerat,quod ta-
lem fuiſſe eius intentionem declararetur, prout
omnino declarare debebat,vt poſſet prætendere,
& aſſerere conſtruxiſſe nomine Epiſcopi. *Oſaſcb.
decif. Pedem.decif.138.num.18.*Sed ſua,& ſuę fami-
liæ inſignia inſculpi, & depingi fecerat,vt proba-
tur tam ex atteſtatione Confraternitatis, & eius
decretis,quam ex depoſitione vnius ex teſtibus ip-
ſius Abbatis,& ex atteſtatione aliorum,*vt in Sum-
mar.num.8.* Quæ appoſitio Armorum Abbatis, &
21 eius familiæ indicat ipſum ſibi, & ſuis voluiſſe
ædificare,& acquirere,non autem Epiſcopo,*l.1.vt
nempe liceat,ſin Iud. auctor.ſign.reb.imponen.l.Baſilicā
C.de oper.public.Boer.conſ.6.ſub n.13 bene & in ter-
minis Caſſan.Catalog.glor.mundi p.1.concl.55.fol.mihi
22.Rota coram Card.Seraph.decif.652 nu.2. & decif.
1141.n.7. & fuit dictū in Lucana iuriſpatronatus poſt
tract.Viuiani dec.26.n.15.& 16.& latè, ac diſerte in
Florentina Porticus 23.Martij 1624.coram Queippo.*
Et propterea cum Cappella non fuerit conſtructa
nomine Epiſcopi, ſed Abbatis,non ſolum exclu-
22 ditur quæcumque prætenſa ratificatio,cum † hæc
non inducatur de eo quod geſtū eſt nomine alie-
no,ſed ſolum de eo quod geſtum eſt nomine rati-
ficantis,*cap.ratum,vbi Dyn.& alij,de regul.iur.in 6.
Vbi quod quis ratum habere non poteſt quod ipſius no-
mine non eſt geſtum.Bart.in l.ſi pupilli,§.ſi ego,nu.3.ff.
de negot.geſt.& in l.1.§.ſed cum quis,ff.de vi.& vi ar-
mat.Feder.de Sen.conſ.15.num.1. verſ.ſecundo probo.
Surd.dec.33.nu.15.Vbi quod ratum habere non poſſum
quod nomine meo non eſt geſtum,& Rota in recent.dec.
149.nu.7.circa med.p.1.* Sed etiam manifeſte appa-
ret,quàm male Abbas hodie alleget,& excipiat ſe
erogaſſe pecunias Epiſcopi de ipſius mandato in
23 ædificio huius Cappellæ;† cum ex prædictis clare
conuincatur ipſum pro ſe,& ſuis conſtruxiſſe,non
autem pro Epiſcopo,vt fuit probatum.

Et ceſſat omnis difficultas, quia alter ex duo-
bus teſtibus, quos Abbas induxit ad probandum
dicta verba Epiſcopi,in repetitione facta de ordi-
ne Rotæ declarauit Epiſcopum huiuſmodi verba
hoc modo non dixiſſe, nec per modum ratifica-
24 tionis, † & approbationis loquutum eſſe,ſed per
modum admirationis, & contradictionis. Depo-
nit enim Epiſcopum ad illam interrogationem
Abbatis dicentis, *che gli pareſſe di quella ſua Cap-
pella,*non reſpondiſſe ſimpliciter, *perche non ci ha-
uete meſſe le mie arme?* ſed admirautem,& contra-
dicentem dixiſſe: *Come volete dire d'hauer fatta la
Cappella per me, & à mie ſpeſe, ſe ci hauete meſſa la
voſtra arma,e non la mia?* vt ex declaratione data *in
25 Summar.num.4.* Quæ verba † non ſolum ratifica-
tionem excludunt, ſed expreſſam contradictio-
nem Epiſcopi oſtendunt:& ſic dum ſumus in cla-
26 ris,non eſt opus diuinare de mente, † & volun-
tate:quia vbi verba ſunt clara,voluntatis quæſtio
non cadit *l.ille aut ille,ff.de leg.3.*

Denique nihil facit quod hodie dicantur adeſ-
ſe arma Epiſcopi. Quia hoc nihil releuat, cum
27 probetur illa appoſita fuiſſe † pendente lite, &
contra proteſtationem Epiſcopi,qui ante expreſ-
ſe proteſtatus fuerat quod non apponerentur,*vt in
rubr.vt lit.pend. & in ſpecie eſt text.in l.1. & ibi Do-
ctores, C.vt nemini liceat ſin. Iud. auctor.ſign.reb.im-
pon. Et fuit dictum in Mediolanen. S.Ambroſij 24.Ia-
nuarij 1613.coram bon.mem.Vbaldo.*

Et ita vtraque parte informante reſolutum.

☞ *Deciſio iſta in hac cauſa emanata ſub die 7. Aprilis
1642.erit infra in Appendice.*

DECISIO CXXXV.

R. P. D. BICHIO
Bononien. Terrarum.
Veneris 12. Decembris 1642.
Est Impressa inter Bichio in Tom. 1. Decis. 3.

REVERENDISS. P. D. CERRO

SACRÆ ROTÆ DECANO.

Perusina Testamenti.

Lunæ 15. Decembris 1642.

ARGVMENTVM.

Testamentum, si nuncupatiuè fuerit conditum per relationem ad certam scripturam, dum illud de tempore mortis testatoris, fuerit subtractum, & occultatum ab habentis interesse, si postea metu excommunicationis, seu pro exonerando conscientia, dictum testamentum in lucem venit, & quidem sine vltimo folio, in quo regulariter ad sunt sigillum, testes rogitus Notarij, an ptobet. Plura etiam habes, qualiter probetur testamentum fuisse factum.

SVMMARIVM.

1 *Testamenti nuncupatiui solemnitas, & validitas in quo consistat.*
2 *Testamentum fuisse conditum, satis probatur per duos testes.*
3 *In testamento fuisse adhibitas solemnitates necessarias probari potest per duos testes.*
4 *Testes qui non deponunt de tenore testamenti, illud non probant.*
5 *Testamentum, quando est factum nuncupatiuè per relationem ad certam scripturam, tunc ad eius probationem, non requiritur, quod testes deponant de eius tenore.*
Testes deponentes super testamento nuncupatiuo per relationem ad certam scripturam vt probent quid sufficiat num. 5.
6 *Testamentum fuisse factum, ex quo etiam probetur.*
7 *Liber priuatus, & memorialis plurimum probat in qualibet materia.*
8 *Parocho, attestanti, sibi fuisse dictum ab infirmo, quod iam confecerat testamentum est deferendum.*
9 *Attestatio facta ab infirmo paulò ante mortem non parum iuuat.*
10 *Voluntatis mutatio non præsumitur, & hoc maximè quando intercessit paruum tempus inter testamentum & mortem.*
11 *De Testamento probando quando agitur, tunc plenæ probationes sunt necessarię.*
12 *Testamentum ad effectum consequendi legatum sufficit, vt probetur leuioribus probationibus.*
Legatum non requirit tantam solemnitatem, quantum hæredis institutio num. 12.
13 *De testamento nuncupatiuo facto per relationem ad certam scripturam: debet certò, & indubitanter constare de identitate scripturę.*
14 *Alias tale testamentum nullius est roboris.*
15 *De Testamenti identitate conditi per relationem ad certam scripturam, quando non possit dubitari, & num. 16.*
17 *Testamentorum pluralitas non præsumitur.*
18 *Identitas probatur ex pluribus demonstrationibus, & coniecturis simul iunctis.*
19 *Testamenti identitas ex quibus coniecturis probetur, & nu. 20. 21. 22. 23.*
21 *Testamentum, quando est scriptum manu testatoris tunc de eius identitate non est amplius dubitandum.*
Testamentum præsumitur perfectum quando reperitur subscriptum à Testatore nu. 21.
24 *Legatum quando præsumatur relictum animo compensandi cum debito.*
25 *Pluralitas pręsumitur ex difformitate, & varietate dispositionis.*
26 *Identitas probatur ex conformitate scripturæ.*
27 *Testamentum, si fuerit repertum metu censurarum, & excomunicationis, seu pro exoneratione conscientiæ, tunc illud præsumitur de quo quęritur.*
28 *Quia, si non fuisse illud, censuræ, & excommunicationis non erant timendæ.*
29 *Testes non probant manum alicuius, si non viderunt cum scribere, limita si agatur de scriptura non solita fieri in præsentia testium numer. 30.*
31 *Testes de stylo, probant manum alicuius, si deponant illam esse manum eius asserendo eam sibi notam esse.*
32 *Testamentum si fuit solemniter factum, cum interuentu septem Testium, & Notarij, alijs solemnitatibus.*
33 *Si postea reperiatur, quod caret Testibus sigillo &c. quando nihilominus probet.*
34 *Testamenti identitas non tollitur, nec vitiatur ipsum testamentum, quando reperitur sine testibus, sigillo &c. & quomodo.*
35 *Testamentum rogatum dum non reperitur, præsumitur subtractum, & occultatum ab interesse habente.*
36 *Et in odium occultantis præsumitur adesse rogitum subscriptionem, & alia necessaria.*
Cum vltimum folium, in quo ista apponi solent, præsumatur ab occultante laceratum.
37 *Testamentum, quando non fuit repertum in domo testatoris, sed aliunde, si aliquid ei deest præsumitur ab habente interesse ablatum.*
38 *Aperitio, & publicatio requiritur in testamento clauso, & sigillato.*
39 *Sed id cessat, quando testamentum de tempore mortis testatoris fuit subtractum, & deinde fuit Confessario vel alio modo apertum sine folio exteriori, continente rogitum Notarij, & Testes.*
40 *Testamentum non publicatum quando probet.*
41 *Testamenti publicatio non requiritur, quo ad legata & fideicommissa.*
42 *Processus, vt valeat debet citari is, de cuius interesse principaliter agetur.*
43 *Pro Herede se gerens, & possidens omnia bona hæreditaria, ipse est citandus dum fuit repertum testamentum, & nu. 44.*

DECISIO CXXXVI.

HORATIVS, & fratres de Perinellis prætendentes Ludouicum Montemellinum in suo testamento reliquisse sibi iure legati quamplura bona mobilia æquantia valorem bonorum Ludouici seniores, ad quæ reintegrari debebant ex dispoli-

ſpoſitione Statuti Peruſini propter obitum Ludouici iunioris ſine filijs maſculis, iudicium in partibus introduxerunt contra Thaddeum Notarium ſuper exhibitione teſtamenti, & ſententiam fauorabilem reportarunt contra dictum Thaddeum, cuius hæres à prædicta ſentententia appellauit, cauſamque appellationis in Rota committi obtinuit, ſed quia interim hoc medio tempore ad inſtantiam dictorum de Perinellis fuerunt publicatæ & fulminatæ excommunicationes contrà occultantes, & occupantes dictum teſtamentum, comparuit in actis Curiæ Epiſcopalis Fr. Iacobus de Meuania Prior Conuentus S. Dominici de Peruſia, ibiq. exhibuit teſtamentum manu dicti Ludouici ſcriptum, & ſubſcriptum, aſſerens ſibi traditum fuiſſe ſub ſigillo Confeſſionis ad effectum illud exhibendi. Vndè Perinelli, eo prius in partibus exhibito, obtinuerunt pariter in Rota committi cauſam contra Iacobam bona omnia hæreditaria Ludouici ab inteſtato occupantem, & dato dubio, An conſtet de tali teſtamento, quod ſuffragetur, Domini affirmatiuè reſponderunt.

Teſtamentum enim fuiſſe conditum, illudque
1 conſignatum Notario clauſum, & de conſignatione Notarium fuiſſe rogatum, † in quibus conſiſtit ſolemnitas, & validitas teſtamenti clauſi adnotata per *Bartol. & DD. in l. ſi ita ſcripſero, ff. de condit. & demonſtr.* ſufficienter probari dictum fuit ex tribus teſtibus Teſtamentarijs datis, in Summa-
2 rio de Perinellis num. 1. Quorum tantum † duo ſufficerent ad probandum teſtamentum fuiſſe conditum *Gloſſ. in l. 2. verbo doceri C. de bon poſſ. ſecundum Tabul. Caſtr. in l. hæres palam in princ. nu. 8. ff. de Teſtam. Soccin. ſen. conſ. 92. num. 10. lib. 3. & Soccin. iun. conſ. 189. num. 3. lib. 2. Odd. conſ. 64. num. 40. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 12. tit. 17. num. 14.*
3 *& 15.* Et fuiſſe † adhibitas ſolemnitates in illius celebratione neceſſarias, *Bald. in d. l. 2. num. 3. in fin. vbi Iaſ. numer. 13. C. de bon poſſ. ſecundum Tabul. & in l. hac conſultiſſima nu. 3. C. de teſtam. Surd. conſ. 378. num. 32. Alciat. conſ. 126. num. 8. lib. 9. Mantic. de con-*
4 *iect. vbi ſupra d. d. nu. 14.*

Nec obſtat quod non deponant de tenore teſtamenti, quia cum agatur de teſtamento nuncupatiuo facto per relationem ad certam ſcripturã
5 ad cuius probationem non requiritur, quod teſtes legerint, viderint, aut aliàs certiores † facti fuerint de contentis in dicta ſcriptura, ſatis eſt, quod ſe referant ad ſcripturam, vt tradit *Corn. in l. publicati num. 10. C. de teſtam. Roland. conſ. 36. num. 16. in fin. lib. 1. Alex. conſ. 176. num. 6. lib. 5. Decian. conſ. 74. num. 14. verſ. ſecundò præſuppoſito lib. 5. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 1. tit. 7. num. 7. Guttier. Pract. quæſt. lib. 2. quæſt. 41. num. 4.* cum pluribus in *Romana legati librariæ apud Fenſon. poſt Stat. Vrb. in ordine deciſ. 36. verſ. quia fuit reſponſum cum duobus ſeqq. & in Romana teſtamenti 9. Decembr. 2620. coram bon. mem. Coccino,* & pluries per *Add. ad Buratt. deciſ. 475. num. 22.* vbi innumeris auctoritatibus id comprobat, & ampliat.

Præſertim quia dictis teſtium conſonat etiam
6 aſſertio Ludouici teſtatoris probata per teſtes de auditu ab eo, † quod ipſe diſpoſuerat de ſuis bonis, quæ probat etiam eumdem feciſſe teſtamentum, *Pariſ. conſ. 33. n. 42. lib. 2. Aymon. conſ. 65. numer. 7. verſ. quartò probatur. Gratian. diſcep. forenſ. cap. 93.* *num. 10.* iuncta etiam confeſſione Thaddei Notarij de teſtamento rogato, & adnotatione particulari in libro domeſtico memoriarum ipſius Ludo-
7 uici, qui liber priuatus, & memorialis † plurimum probat in qualibet materia, *l. Inſtrumenta domeſtica, vbi gloſſ. in verbo Inſtrumenta, & ibi, Salicet. numer. 4. C. de probat.* & faciunt tradita per *Ripam in l. admouendi numer. 117. ff. de iur. Rot. Ianuen. deciſ. 1. numer. 19. & deciſion. 96. numer. 6. Rot. in recent. deciſ. 127. num. 9. part. 7.*

Accedit etiam depoſitio Parochi data *in Summario num. 3.* atteſtantis poſt Confeſſionem ſacramentalem Ludouicum ſibi dixiſſe, quod de re-
8 bus ſuis diſpoſuerat † vſque ad minimum quadrantem, & cuncta benè ceſſura quoad Deum, & Mundum, huiuſmodi enim aſſertioni emanatæ paulò ante mortem plurimum eſt deferendum ad proban. quod idem teſtatus deceſſerit argum. *l. ſi ventri ff. de priuil. credit. Pariſ. conſ. 33. num. 43. lib. 2*
9 Niſi probetur mutatio voluntatis, † quæ alias non præſumitur, *l. non ad ea ff. de legat. 1. l. eum, qui mutatam ff. de probat. l. cum hic ſtatus ff. de donat. inter vir. & vxor.* Præſertim quando (prout hic) inter-
10 ceſſit adeo partuum temporis ſpatium † inter prędictam aſſertionem, & obitum, *Honded. conſ. 69. num. 12. lib. 1. Alba conſ. 123. num. 9. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 165. num. 1. 2. 3. & 4.*

Et hanc ſententiam facilius amplexi fuerunt
11 Domini, quia quicquid eſſet ſi ageretur † de probando teſtamento pro ſubſtinenda hæredis inſtitutione, ceſſat difficultas cum agatur pro conſequutione legati, ad quem effectum leuio-
12 res † ſufficiunt probationes, quia legatum non requirit tantam ſolemnitatem, quantam requirit hæredis inſtitutio, *l. nutu ff. de legat. 3. l. cum proponebatur, ff. de legat 2. l. & in epiſtola ff. de fideicomm. gloſ. in l. iubemus, verbo ex voce, C. de teſtam. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 1. num. 1. & 2. Clar. in §. Teſtamentum quæſt. 36. num. 2. Ruin. conſ. 193. num. 9. & 10. lib. 2. Guidopap. deciſ. 459. num. 1. & ſeq. Rot. in d Romana legati librariæ apud Fenzon. deciſ. 36. in fin. verſ. Poſtremò placebat.*

Nec aduerſatur, quod vbi agitur de probando teſtamento nuncupatiuo facto per relationem ad
13 † cedulam debeat certò, & indubitanter conſtare de identitate ſcripturæ, ſeu quod ſcriptura, quę exhibetur ſit ea, ad quam Teſtator ſe retulit, vel quam Teſtator demonſtrauit, ita vt aliàs ta-
14 lis depoſitio nullius † ſit momenti, vt aduertit *Bart. in d. l. ſi ita ſcripſero circà med.* & ibi communiter ſcribentes, & optimè *Pariſ. conſ. 19. num. 26. lib. 3. Menoch. conſ. 313. ſub num. 47. Clar. in §. teſtamentum quæſt. 36. in fin. Mantic. vbi ſupra lib. 1. d. tit. 7. num. 7. ad med. Gutier. eadem quæſt. 41. num. 4. ad fin. & Rot. in ſupracitata Rmana Teſtamenti.*

Quia in caſu noſtro viſum fuit controuerti non poſſe teſtamentum exhibitum à Priore Conuentus S. Dominici eſſe illud idemmet, quod clau-
15 ſum, & ſigillatum † fuit à Ludouico traditum Bonſio Notario eo ipſo, quod ex teſtibus datis *in Summario num. 1.* & ex confeſſione Notarij, &
16 ipſius teſtatoris conſtat † teſtamentum fuiſſe conditum, & ſcriptura exhibita ſcripta eſt manu Teſtatoris hinc enim præſumitur eſſe illa eadem,
17 quæ clauſa fuit conſignata Notario cum † pluralitas teſtamentorum non præſumatur, *l. omnium. C de*

C.de testam. & notant Canonistæ communiter *in
cap.Ioannes Eremita, de fid.instrum.Ias.in l.2.num.7.
de bon.poss.secund.Tabul.Alexan.in his terminis cons.
4.num.12.lib.7.Ruin.cons.49.num.11.lib.4.Natt.cons.
166.num.5.Neuizan.cons.24.num.14.Sard.cons.173.
num.43.Mantic.de coniect.vltim.volunt.lib.2.tit.2.n.1
Borgin.decis.14.num.37.par.1.*

Concurrentibus maximè pluribus demonstra-
tionibus, & coniecturis ex quibus identitatem
18 probari † monuerunt in his termis *Decian.d.cons.
74.num.16.lib.5.Rot.decis.96.num.2.& 10. vers. Vl-
terius par.5.recent.* Quarum prima desumitur ex eo
quod testamentum in actis productum non solum
19 continet † dispositionem perfectam cum institu-
tione hæredis, & legatis, ibi, *Et hoc est, & esse
volo vltimum meum nuncupatiuum testamentum, &
vltimam voluntatem, ac bonorum meorum, & iurium
vltimam dispositionem, quam valere volo iure testa-
menti nuncupatiui, & si hoc iure non valeret, & va-
lere volo iure codicillorum, & cuiuscumque alterius
vltimæ voluntatis omni meliori modo, &c.* sed etiam
20 habet † diem, & annum, & quod plus est appa-
ret scriptum, & subscriptum manu Ludouici Te-
statoris, vt deponunt testes super recognitione
dati *in dicto Summario num.1. & seqq.* Vndè non
21 videtur ampliùs dubitandum, An † hæc fuerit
scriptura præparata ad tradita *in l. hac consultissi-
ma in princ.vbi glos.in verbo conscriptam, & ibi no-
tant Bart Bald.* & cæteri scribentes, *C. de testam. l.
cum antiquibus, §.fin.C.eodem.*

Secunda, deducitur ex conformitate, & con-
uenientia dispositionis, quæ legitur in testamen-
to producto cum illa de qua disponunt testes ex
22 auditu ab † ipso testatore, et scriptura, quæ con-
tinebatur in libro memorialis ipsius: concor-
dant enim primò in tempore, quia testes exa-
minati de mense Nouembris 1622. deponunt, il-
lud fuisse conditum, seu consignatum Notario
da quattr'anni fà in circa, et sic correspondent tem-
23 poris adiecto in testamento producto † habente
datam de mense Octobris 1618. *Summario num.4.*
Secundo conueniunt in dispositione facta ad fa-
uorem Lauræ vxoris, et legato relicto Perinellis,
ac Mariotto famulo, quæ omnia correspondent
cum eadem dispositioae, quam idem Ludouicus
post conditum testamentum, illiusque consigna-
tionem declarauit fecisse ad fauorem prædictos
rum, *Summario num.2. & 6.* Secundo conuincitur
etiam in qualitate legati; quia testes deponunt
de legato relicto Perinellis pro reintegratione
sibi debita, ex Statuto Perusino, et ad tollendum,
ansam litigandi cum hęrede, quod prorsus ada-
ptatur legato, quod continetur in testamento
exhibito relicto, vt legitur, Perinellis sub pro-
hibitione aliud non petendi, et sic animo com-
24 pensandi † cum eo, quod ipsis debebatur vigo-
re statuti ad tradita *in l.si compensandi 6. C. de hæ-
red.institut.l.si vxor tua C. de bon.auct.Iudic.possiden.
Crauett.cons.130.in fin.& cons.149.num.3.* cum plu-
ribus adductis per *Menoch.lib.4.præsumpt.110.n.31
& 33.* Vndè sicuti ex difformitate, et varietate
25 † dispositionis præsumitur pluralitas, seù diuer-
sitas testamenti, *Alex. in l.3.num. 5.vers. substinen-
do etc.Ruin.cons.10.num.10.lib.3. Paris. cons.19. nu.*
26 24.sic etiam ex conformitate † probatur idētitas
scripturæ *Aym.cons.198.n.1.in fin.vers. Actis etiam.*

Idemque comprobat modus ipse quo testa-
mentum prodijt in lucem metu nempè censura-
rum, et excommunicationis, seu pro exonera-
27 tione conscientiæ; † si enim fuisset scriptura di-
uersa non erat, cur illam exhibens excommuni-
cationem formidaret, vel conscientiæ stimulis
28 grauaretur, † quia censuræ afficiebant solum oc-
cultantes testamentum conditum à Ludouico de-
anno 1618.et Notario consignatum.

Minus releuat, quod testes inducti super reco-
29 gnitione non fuerint præsentes, nec viderint Te-
statorem scribere, quia cum non agatur de scri-
30 ptura fieri solita in præsentia testium, sed de te-
stamento sigillato, et clauso facto absque inter-
uentu testium tam de iure, quàm de stylo suffi-
31 ciunt testes habentes notam manum, vt aduer-
tit *Soccin.sen.in d.l.si ita scripsero num.3. post med.ff.
de condit.& demonstrat.Rot.decis. 500. num.2. par.1.
diuers. & decis.772.num.9.part.2. recent. & coram
Card.Seraph.decis.150.num.2.& decis.700.num.2 in
fin.& coram bon.mem.Buratto decis.474. num. 1. &
decis.658.num. 1.*vbi Testatur de stylo Tribuna-
lium *Add.ad eumdem decis. 143. num 4.* et distin-
guendo dictum fuit *in Perusina dotis 17. Martij
1630.coram Illustriss.D.meo Decano.*

Demum non obstat testamentum, de quo de-
32 ponunt testes fuisse solemniter factum † cum in-
teruentu septem testium, et Notarij, qui in actu
consignationis fuit rogatus, hoc autem in actis
productum carere sigillo, et testibus; quia testes
non dicunt rogitum Notarij & sigilla fuisse ap-
posita in ipsa carta testamenti, Vnde cum potue-
33 rit † apponi in folio exteriori, in quo apponi-
tur sigillum secundum formam traditam à *Ful-
gos.cons.56.*quam probauit *Rot.in Romana hæredi-
tatis de Arigonijs 28. Iuny 1627. coram bon. memor.
Card.Virili impress. in recent.in ordine decis. 96 nu-*
34 *mer.9.par.5.*si posteà sigilla fuissent amota, † ex
huiusmodi defectu non tollitur probatio identi-
tatis, nec vitiatur ipsum testamentum, *l.non idcir-
cò C.de testam & ibi glos. in verbo subtractum*, et
notant ibi *Bald. & Salicet.* cęterique scribentes
communiter *l. 1. §. sufficit, ff. de bon. poss. secund.
Tabul.*

Imò eo ipso, quod adhibitis diligentijs inter
instrumenta Notarij rogati, nec illud, nec aliud
fuit repertum testamentum Ludouici, nec aliqua
35 quietantia de illius restitutione, † vtique præ-
sumendum est illud fuisse subtractum, et occul-
ratum ab interesse habentibus *Bartbol.in l fin. n.5.
ff.de quæst.Rot.decis.363.num.2. in fin.post 2.vel.con-
sil.Farinac.*et in odium occultantis præsumitur
rogitum, subscriptiones, cæteræque solemnita-
36 tes, † quæ deficiunt; contineri in folio exterio-
ri, quod fuit laceratum, vt inquit *Boer.decis.15.
in fin.Rot.in rec.decis.611.nnm.4.par.1.& decis.634
num.2.par.2.*

Et licet quandoque aperitio testamenti, et il-
lius dissigillatio importet illius reuocationem, et
voluntatem decedendi ab intestato, conclusio
tamen intelligitur, quando aperitio facta est ab
ipso testatore, vel in eius vita ab altero de eius
mandato, secus quando facta est casu, vel ab
alio data opera, tunc enim non inducit reuo-
cationem, *l 1.§.sed consultò in fine, ff.de his, quæ in
testam.deleg.leg.nostram, verbo non valere. & vers.*

Tu

Tu dices, C.de testam. Prout in casu, de quo agitur non fuisse apertum, nec disigillatum à Testatore, vel ab alio de eius mandato, conuincitur manifestè nedum ex modo restitutionis factæ, vt dictum ast in manibus Religiosi sub sigillo Confessionis pro exoneratione conscientiæ dilucidatione veritatis, qua cauthela non fuisset opus si testamentum ab eodem Testatore fuisset apertum; sed fortius ex assertione eiusdem paulò ante mortem, quod testatus decedebat, etiam cum dispositione rerum suarum, vt supra dictum est, & ex eo quod non fuit repertum in domo Te-
37 statoris, † sed aliundè exhibitum, quod sufficit ad hoc, vt præsumatur apertum, & sigilla amota ab alio, quam à Testatore, benè *Bald. in leg.1.in fin.ff.de his, quæ in testam.delet. & ibi Castr. num.6.Imol.in l.proximè num. 10. ff. eod. Ias. in l.si vnus num.9.C.de testam. Ioann.de Anan.cons. 28. in princ.vers.vndè talis loriot. de his quæ in testam. delent.axiom.in fin.Menoch.de præsumpt.lib.4.præsump. 165.num.25.Mantic.de coniect.lib.12.tit.1.num.30.*

Ad nullitates autem, quæ opponebantur facile visum fuit Dominis respondere. Prima enim
38 ex defectu † aperitionis, & publicationis, quæ requiritur in testamento clauso, & sigillato, cessat ex solo, quod testamentum tempore mortis Testatoris fuit subtractum, et deinde sola illius scriptura fuit Confessario tradita sine folio exteriore complicante, & continente rogitum Notarij, sigilla, et nomina testium; omissio enim
39 publicationis, † quæ propter casum fortuitum, siue ex alieno delicto adhiberi non potuit, non debet nocere legatarijs, sed solum ei, qui fuit in culpa, ne publicaretur, contra
40 † quem proinde testamentum etiam non publicatum probat *Rot decis.5.num.5.parte prima diuersorum*. Vltra quod quoad legata, et fidei-
41 commissa non est necessaria † publicatio, quando constat de veritate testamenti, *Rimin.sen.cons. 329.num.30.lib.2.*

Secunda verò contra validitatem examinis testium propter defectum citationis trium Monialium Sororum Iacobæ pariter facilè tollitur, quia cum Moniales non essent in causa, pro validita-
42 te processus satis fuit citare Iacobam, † cum qua lis agebatur, et de cuius interesse principaliter agebatur, vt ex doctrina *Castr.in l.puplicati sub numer.3.C.de testam.* dixit *Rot. in dicta Romana legati librariæ, apud Fenzon.decis. 36 vers.Nec obstare videbatur, il secondo*, Præsertim cum ipsa sola esset in possessione omnium bonorum hæreditariorum
43 † et gereret se pro hærede vniuersali, quæ proinde sola, et in solidum conueniri potuit, et debuit, ex doctrina *Bald.in l. 3. §. hæres ff. commod.* quem ad hunc effectum ponderauit *Rota in Bononien. de Ramazzottis 23. Ianuarij 1593. coram bon. mem.Cardinali Pamphilio*, et in, his terminis pro executione legati *Rota in Asculana dotis 21. Februarij 1622 coram bon.mem.Nauarro*.

Et ita vtraque etc.

R. P. D. ROIAS.
postea Episcopo TARRACONEN.

Romana Situs.
Luna 15. Decembis 1642.

ARGVMENTVM.

Vendens aliquid, in quo ipse nullum habet ius, asserens esse suum dum postea non reperitur esse tale, tenetur emptori ad interesse, eum simus in contractibus onerosis, Capitulis contrahentium quando magis standum est, quàm instrumento, et è contra.

SVMMARIVM.

1 *Situs quando fuit venditus cum domo, si reperiatur, quod d. situs est publicus, venditor tenetur ad interesse emptori amplia n.2.*
3 *Venditoris assertio dum reperitur erronea in contractibus onerosis, semper obligat asserentem ad illius iustificationem, & alias ad interesse.*
4 *Quod maximè procedit stante peculiari promissione de præstando interesse in euentum contrarij.*
5 *Obligatio Cameralis habet executionem paratam.*
6 *In Contractibus, si capitula discordent ab instrumento, potius standum est Capitulis, quam Instrumento.*
7 *Capitula contractuum fiunt à partibus, instrumenta verò à Notarijs.*
8 *Capitulis, quod potius sit standum, quam instrumento, id intelligitur, quando statim fuit celebratus contractus.*
9 *Secus verò si post temporis interuallum, quia censetur recessum à Capitulis, & intrat præsumptio noua voluntatis n.9.& 10.*
11 *Partes quando dicantur recesse à Capitulis datis Notario.*
12 *Declaratio nihil de nouo addit.*
13 *Instrumentum magis venit attendendum, quam Capitula, quando instrumentum magis clarè loquitur.*
14 *Vendere quis non potest id, in quo nullum ius habet.*
15 *A restitutione pretij succedentis loco interesse, quando venditor excusari non possit.*
16 *Ex pretij quantitate arguitur quantitas rei.*
17 *Pretij augumentum, potest deuenire ex causa melioramentorum, & num.18.*
18 *Valor bonorum immobilium ex varietate temporum varietatem pretij recipit.*

DECISIO CXXXVII.

Virginius Pontinus vendidit domum vna cum iuribus, Situs controuersi, sub die 15. Ianuarij 1591. Dominico Hattono pretio scutorum 3300.de qua venditione fuerunt sub eadem die confecta Capitula,& procura, & parte pretij recepit scuta 100. monetæ, alia vero scuta 1200. fuerũt promissa solui in actu stipulationis instrumenti quod fuit stipulati Decretum per totum mensem Martij sequentis, cum pacto, quod pro assecuratione dictorum scutorum 1200. se obligarent.Tam Virginius, quàm Angela Vxor, quò verò ad alia scuta 200.fuit cõuentum, quod emptor deberet ea penès se retinere donec, & quousque sibi fuisset sufficienter cautum pro euictione scutorum 2500. cum hoc, quod interim emptor teneretur soluere fructus recompensatiuos, ad rationẽ scutorum sex pro centenario successiuè sub die 22.Februarij sequentis fuit confectum instrumentum venditionis, in quo non fuerũt vendita iura Situs,sed absoluta fuit vendita dicta domus

domus, vna cum dicto situ existente ante eam,
vti ad venditorem pleno iure spectante, fueruntque
soluta scuta 1200. absque aliqua assecuratione,
vt in Capitulis prius fuerat expressum; fuit
deinde eadem domo vna cum iuribus Situs vendita
de anno 1616. bo. me. Cardinali Pignattello
pretio scutorum 4000. & deinde ab hæredibus d.
Cardinalis Abbati Pompilio Zuccarino, qui cum
tentasset ædificare in Situ prædicto, insurrexerunt
vicini, qui reperta antiqua sententia lata de anno
1587. per Magistros Viarum, cum voto Eminentissimi
Camerarij contra eundem Virginium
primum venditorem, in qua fuerat declaratum
dictum Situm esse publicum, indeque fabricari
prohibuerunt.

Vnde Pompilius sit exclusus, tanquam Cessionarius
hæredum Cardinalis Pignattelli, Iudiciũ
intentauit contra D. Comitem Arconatum Hattoni
hæredem coram R.P.D. Caballetto, & æstimato
Situ in scutis 703. mandatum executiuum
pro dicta summa reportauit, & adita Signatura
fuit rescriptum sine præiudicio, cuius vigore Comes
fuit coactus soluere, qua solutione sequuta
actum fuit ad eius instantiam coram eodem
D. Caballetto pro repetitione dictorum scuterum
703. contra hæredes Virginij Pontini primi venditoris
eadem via, qua fuerat conuentus super
quo articulo consulta Rota, & deputato Eminentissimo
Cardinali Verospio, in cuius locum Ego
subrogatus, proposui hodie dubium, An hæredes
quondã Virginij tenerentur restituere D. Comiti
Arconato, & litis consortibus scuta 703.
per ipsos soluta Abbati Pompilio Zuccarino, &
fuit affirmatiuè resolutum.

Ex quo si attendatur instrumentum venditionis,
res caret omni scrupulo, dum in eo iste Situs
reperitur absolutè venditus simul cum domo;
Vnde, cum venditor non certiorauit emptorem
de sententia prædicta contra eum lata per Magistros
viarum, in iudicatum transacta, declarante
1 Situm esse publicum; † tenetur ad interesse, & loco
illius ad restitutionem scutorum 703. iuxtà
æstimationem Peritorum, præsertim, dum iam
2 primi † emptores soluere coacti fuerunt, præcedente
litis intimatione iuxta *leg. 1. §. venditor
iuncta l. in venditione, & l. creditor, §. 1. ff. de action.
empt. l. ex his prædijs C. de euict. Ciriac. controuers.
383. num. 10. Surd. cons. 13. nu. 9. 17. & 18. & per tot.
Rot. dec. 46. poste Cæc. de Cens. lib. 2.* quæ assertio venditoris,
3 ditoris, † dum remanet erronea in contractibus
onerosis semper obligat asserẽtẽ ad illius iustificationẽ
& alias ad interesse *l. Iulianus 14. ff. de act.
empt. l. si plus 74. §. quæ nomen vers. aliqua ff. eod.
4 tit.* stãte præsertim peculiari † promissione Virginij
de præstãdo interesse in euentũ cõtrarij *Bursat.
cons. 184 n. 29. Surd. cons. 13. n. 23. Osasc. decis. 129. n. 1.*
5 necnõ obligatione † Camerali, quæ habet executionem
paratam *Gabr. cons. 67. num. 8. & 9. lib. 1.
Gratian. discep. 978. numer. 1. Rota decis. 866. num. 1.
part. 2. recent. Duran. decis. 383. num. 3.*
6 Non obstat quod in contractibus † si Capitula
discordent ab instrumento, potius standum sit
Capitulis, quam instrumento; ex quo Capitula
7 fiunt à partibus † instrumentum vero à Notario
per textum in *l. Titia §. 1. ff. de verb. oblig. l. item
quia §. vlt. vbi communiter DD. ff. de pact. Alex. cons.
56. num. 8. lib. 6. Surd. cons. 202. numer. 19. & decis.
71. num. 4. Add. ad Gregor. XV. decis. 163. num. 8. &
in rec. decis. 59. num. 12. par. 4 & 250. num. 18. part. 6.*
Quia fuit responsum conclusionem præfatam li-
8 mitari in præsenti casu; dum instrumentum † fuit
celebratum post temporis interuallum, nempe
vnius mensis, & vltra; indè censendum esse contrahentes
in ea parte recessisse à Capitulis, & intrare
præsumptionem nouæ voluntatis, dum con-
9 trarium, † eo quod in Capitulis fuerat conclusum
disertis verbis, reperitur, in instrumento expressum.
*Dec. cons. 195. num. 3. vers. sed tamen prædictis
Paul. de Mont Pic. cons. 62. num. 17. ad med.
& seq. Torniel. cons. 49. num. 35. cum alijs per Rotam
d. decis. 250. num. 16. part. 6. rec.* Eoque magis, quia
ex tenore Capitulorum solui debebant scuta mil-
10 le in partem pretij sub cautione, † & obligatione
etiam vxoris venditoris, & tamen in instrumento
eadem scuta mille fuerunt ab emptore liberè
soluta absque aliqua obligatione, seu cautione,
& sic in instrumentum fuit etiam executum
contrarium, quod in Capitulis extabat de-
11 terminatum, propterea in hac parte venit † dicendum
contrahentes nouasse, & à Capitulis voluisse
recedere *per tex. in l. pacta nouissima, vbi Dec.
n. 2. C. de pactis Amat. Panormit. resol. 50. nu. 4. Greg.
XV. dec. 90. nu. 15. & decis. 168. num. 6.*

Dicebant etiam Domini, quod licet in Capitulis
dictum fuerit, quod vendebantur iura Situs,
Nihilominus dum in instrumento specificatum
fuit ius vtilis Dominij, nõ videntur discordare
12 Capitula ab instrumento, cum tantum in eo declaretur
pertinentia Situs ad fauorem dicti Virginij,
quæ in Capitulis offuscata remanebat, propterea
magis venit attendendum instrumentum,
13 in quo † fuit dicta qualitas Dominij dilucidata
*Rom. cons. 53. num. 4. Alex. cons. 158. numer. 4. & 5.
lib. 6. cum alijs per Mant. de tacit. lib. 3. num. 18. Put.
decis. 265. num. 2. lib. 2. in correct.* & stante prædicta
sententia lata per Magistros Viarum in iudicatum
transacta, non poterat Virginius vendere
14 iura Situs, † cum nullum ius haberet vnde, siue
attendatur instrumentum, siue Capitula, vtroque
15 casu Virginius non potest excusari à pretij † restitutione
succedentis loco interesse *l. si plus §. finali
ff. de euict. Eug. cons. 93. num. 2. lib. 2 Surd. decis. 283.
post num. 28. vers. ad id autem.*

Nihil obstat, quod dicta domus primo loco
fuerit vendita de anno 1591. pretio scut. 3100. postea
verò de anno 1616. pretio scut. 4000. & sic cum
16 secunda venditio excedat in pretio primam in
scutis 700. censendum esse in prima non fuisse
venditum prædictum Situm, sed bene in secunda
facta Cardinali Pignattello, ob dictum excessum
17 præsertim, dum in secunda † venditione expressè
venditur Situs de quo agitur. Quia fuit responsum
dictum augumentum pretij potuisse pro-
18 uenire tam ex melioramentis factis in domo †
per Hattonem *Duran. decis. 153. num. 15.* quam etiã
quia de anno 1591. illa Regio erat ferè inhabitata,
& ideò pretium domus minus æstimabatur,
quod sufficit ad excludendam intentionem Pontini,
vt inter vnam, & alteram venditionem ef-
19 fluxerit spatium 25. annorum, † & valor bonorum
stabilium ex varietate temporum varietatem
pretij recipiat, *iuxta leg. pretia rerum 63. §. fin. ff. ad
l. falc.*

l.falc.Rot.dec.241.num.2. & 4.vers. quia de qualitate par.4.& dec.46.num.10.par.6.rec.& fuit in puncto resolutum *in Romana fideicommissi de Fuschis 2. Decemb.1641.post med.§.nec releuat, quod prædicta domus coram Reu.D.meo Decano.*

Et ita resolutum vtraque parte informante, &c.

R.P.D. GHISILERIO

Postea EPISCOPO TERRACINEN.

Leodieñ Abbatissatus.

Lunæ 15. Decembris 1642.

ARGVMENTVM.

Beneficium, si sit in Ecclesia Collegiata, eius possessio capitulariter capi debet, alias non est manutenibilis, limitatur tamen id, si possessio talis capta reperiatur præsentibus omnibus Canonicis, quia tunc esset talis conuocatio vana, & alia de quibus in Summarijs.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum publicum captæ possessionis eam probat alio non existente, in possessione.*
2 *Possessio præsumitur iusta, & legitima, & non vitiosa.*
3 *Confessio partis aduersæ probat possessionem manutenibilem.*
4 *Possessio capta in Ecclesia Collegiata, non valet, nisi Capitulariter fuerit capta.*
5 *Ecclesiæ in quibus existunt Canonissæ, & superiorissa deputari debent Collegiatæ.*
6 *Possessio in Ecclesia Collegiata capta, vt sit manutenibilis debet capi capitulariter.*
7 *Possessio, vt dicatur capta capitulariter, debet conuocari capitulum ad sonum Campanæ.*
8 *Possessio quando debet capi in Ecclesia collegiata, debet capi capitulariter, etiamsi de mandato exequutoris Apostolici capta reperiatur.*
9 *Cuius auctoritas solum operare dicitur, quod non debeat vocari absentes non autem operari à totali vocatione Capituli.*
10 *Possessio non potest dici capitulariter capta, defecerit sonus Campanæ.*
11 *Campanæ sonus est necessarius, dum possessio capitur capitulariter, & quod interuenerit, non statur assertioni Notarij siue testium.*
12 *Possessio capta non seruata forma tradita in literis Apostolicis nulla est.*
13 *In possessione immissus à toto Capitulo, non potest dici, quod non habuerit possessionem capitulariter.*
14 *Actus, qui non possint fieri nisi à Canonicis, quando traditur possessio capitulariter.*
15 *De capitulo conuocando frustra agitur, dum omnes Canonici sunt præsentes actui.*
16 *Capituli conuocatio non requiritur, nisi vbi agitur de electione, vel receptione Iuris, quæ fit per capitulum Papa mandante, vt eligat, vel conferat.*
17 *Capituli conuocatio non requiritur, vbi agitur de nuda receptione facti ad mandatum Papæ, quia iam prius contulerat.*
18 *Pro Beneficij possessione capienda, si sit illud collatum à Papa, non requiritur possessio Collegialis, sed solum in possessione beneficij danda, vigore mandati Apostolici de prouidendo.*
19 *De Beneficio prouisus, si ei superueniat noua prouisio Papæ potest sibi mutare causam possessionis.*
20 *De beneficio prouisus non tenetur docere de validitate, & iustitiæ suæ prouisionis.*
21 *Prouisus de beneficio, censetur iustificasse omnia, narrata in literis Apostolicis si possessionem adeptus fuerit.*
22 *Delegatio si fuerit personalissima non potest alteri delegari.*
23 *Ministerium nudum certum est, quod à Legatis, & Nuncijs Apostolicis potest alijs committi.*
24 *Nudum ministerium ea, quæ concernunt, nullam habent annexam iurisdictionem.*
Tituli iustificatio non requiritur in iudicio summarijssimo. num.25.
25 *Possessio capta, lite pendente non releuat.*
26 *Possessio capta, post admissam causæ appellationem, cum clausula, sine præiudicio legitimæ exequutionis, non est attentata, sed valida.*
27 *Iudex appellationis, per clausulam sine præiudicio legitimæ executionis, intelligitur prohibitus executionem sententiæ prohibere.*
28 *Quod procedit etiamsi data sit facultas inhibendi, quia non censetur data ad effectum restrigendi dictam clausulam, sine preiudicio, &c.*
29 *Et quid deseruiat talis facultas inhibendi, & numer. 30.& 31.*
32 *De Possessionis validitate quando constat non debet dari inhibitio, & quid sisimus in Rota, numer. 34. & 35.*
36 *Lite pendente nihil est innouandum ab Actore.*
37 *Inhibitio ad impedindam executionem litterarum Apostolicarum dum iam sunt iustificatæ, non datur.*
38 *Clausula, sine præiudicio executionis litterarum Apostolicarum, præseruat iurisdictionem executoris.*
39 *Continuans non attentat.*
40 *Inhibendi facultas, si fuerit concessa, præuia matura causæ cognitione nullo modo potest dari, antequam id bene discutiatur.*
41 *Inhibitio moderanda est, dum fuit extorta contra formam commissionis habentis clausulam cum facultate inhibenti præuia matura causę cognitione.*
42 *Causæ cognitio non potest dici canonicè, & maturè discussa, dum pars aduersa non fuit citata.*

DECISIO CXXXVIII.

VACANTE Abbatissatu Collegiatæ sæcularis Ecclesiæ Sancti Amoris Oppidi Monsterbilsen Leodieñ Diœcesis fuit à maiori parte Capituli electa, & postulata necnon in accessu probata D. Isabella à Lynden. Et quia D. Anna de Berlo Decanissa prætendebat se habuisse sex vota in scrutinio, & à compromissarijs eligi debuisse Isabella in concursu Annæ impetrauit à Sede Apostolica nouam prouisionem sine tamen præiudicio quorumcumque iurium Annæ Decanissæ si quæ illi ex electione de eius persona, vt prætenditur facta competant, vt in litteris prouisionis sub die Kalend. Octobris 1641. & obtinuit ab executore litterarum Apostolicarum immitti in possessionem. Deinde interposita appellatione pro

pro perte Annæ à supradicta electione, & postulatione Isabellę fuit commissa causa in Rota cum clausula sine præiudicio executionis litterarum Apostolicarum, & cum facultate inhibendi causa cognita. Et cum Anna prætenderet possessionem Isabellę non substineri de duobus fuit dubitatum in Rota. Primo, An Isabellæ esset dandum mandatum de manutenendo. Secundo, An vigore litis pendentiæ vtrique parti esset concedenda inhibitio:

Quoad primum DD. censuerunt Isabellæ conceden. mandatum de manutenendo in possessione Abbatissatus, de quo agitur, quia de ius possessione plenè constat ex instrumento publico in
1 actis producto quod † tali casu alio non existente in possessione plenè probat, *l. prædia, ff. de aquir. possess.* quæ possessio eo magis comprobatur ex confessione Annæ, dum in instrumento suæ appellationis fatetur Isabellam apprehendisse possessionem, & eius possessione existere talis autem
2 † confessio cum habeat præsumptionem contra se quia possessio præsumitur iusta, & legitima non vitiosa, *l. merito, ff. pro soc.* & ita in specie declarat *Aym. cons. 150. num. 5.* probat possessionem
3 ad effectum † manutentionis *Rot. decis. 802. par. 1 diuer.*

Nec quicquam faciunt nullitates oppositæ cō-
4 tra d. possessionem, primò quia non † fuerit capitulariter capta, vt requiritur, cum hæc Ecclesia sit Collegiata prout constat ex confessione Isabellæ in litteris Apostolicis, in quibus talis nominatur tum ex iuris dispositione, de qua in *cap. dilecta de maiorit. & obed. & in cap. indemnitatibus, §. supradicta de elect.* vbi; disponitur quod Ecclesia
5 † in qua existunt Canonissæ, & Superiorissæ reputari debeat pro Collegiata, ideo capienda erat
6 possessio capitulariter, † vt illa posset esse manutenibilis, vt voluit *Innocen. in cap. litteris num. 9. de restit. spol. Gemin. in cap. 7. num. 8. de constitut. præb. Rota coram Cassad. decis. 8. de caus. possess. & propr. in Cauallicen. Canonicatus 4. Martij 1616. coram Card. Sacrato* in qua præterea dictū fuit, quod
7 talis conuocatio Capituli † facienda sit legitimè ad sonum Campanæ. Neque eadem conuocatio dici debet, remissa, dum possessio capta fuit de
8 mandato † executoris litterarum Apostolicarum. Nam illius auctoritas solùm potest operari, vt vo-
9 cari non debeant absentes † non autem liberari à totali conuocatione Capituli, vt latæ deductum fuit in *Senen. Canonicatus 21. Maij 1596 coram Litta, & in Taruisina Canonicatus 31. Maij 1597. coram Corduba* relatæ per *Add. ad san. mem. Gregor. XV. decis. 364. in Meten. Canonicatus 4. Iulij 1618. coram bon. mem. Pirouano, & in Narnien. Canonicatus 28. præteriti coram R. P. D. meo Carrillo.* Immò si in
10 eius conuocatione defecerit † sonus campanæ nulla redditur ipsa possessio de cuius soni attestatione, nec statur assertioni Notarij sine testibus, vt latè deductum fuit in dicta *Cauallicen. Canonicatus 4. Martij 1616. coram Sacrato.* Secundo, quia non fuit seruata forma præscripta in litteris Apo-
11 stolicis † in illis enim requisitum fuerat vt emitteret possessionem Fidei in manibus Nuncij Apostolici eamque cum propria subscriptione, ac Nūcij transmitteret ad Sedem Apostolicam, Præterea se obligaret cum iuramento de stando iuri, & parendo iudicato per Rotam alias irrita esset gratia, vel in litteris suæ prouisionis §. *volumus autem,* ex quibus prætendebatur sequi nullitatem posses-
12 sionis captæ † ab Isabella ante seruatam formam præscriptam in litteris propter decretum irritans in eisdem litteris appositum iuxta tradita per *Gonzal. super reg. 8. glos. 6. num. 29. Rota coram Caputaq. decis. 325. num. 2. par. 1. & decis. 48. nu. 1. par. 5. recent.*

Quia pro responsione aduerterunt DD obiecta cessaret ex datis in summario responsionis Isabellæ ex quibus distinguendo tempora constat Isabellam statim, ac fuit electa in Abbatissam, fuisse sub die 23. Maij 1641. immissam in posses-
13 sionem à toto Capitulo † vigore confirmationis Ordinarij Leodien, vt in instrumento possessionis traditæ denuo sub die 16. Nouembris 1641. nouã possessionem apprehendisse vigore litterarum Apostolicarum nouæ prouisionis in cuius traditione interuenerunt Canonici, & Canonissæ, & fuit cantatus ab illis Hymnus *Te Deum Laudamus,*
14 emissa † professio Fidei cum alijs actibus possessorijs, qui non nisi à Canonicis capitulariter congregatis fieri nequeunt.

Quando autem vt attestatur Notarius in casu hoc fuerunt præsentes Canonici, & Canonissæ
15 non requiritur alia conuocatio cum † fiat frustra Quando Capitulum de per se conuocatur *Rot. dec. 17. de præb. in nou. coram bon. mem. Burat. dec. 523. num. 5. 11. & 12. & in recent. decis. 97. n. 1. par. 5.* Et quamuis semper possessio debeat esse capitula-
16 ris hoc est præsenti maiori parte † Capituli iuxta supra allegata tamen conuocatio non requiritur nisi vbi agitur de electione, vel receptione iuris, quæ fit per capitulum Papa mandante, vt eligat
17 vel conferat non autem † vbi agitur de nuda receptione facti ad mandatum Papæ, qui prius contulerat qui est casus noster, seu de nuda possessione tradenda iuxta doctrinam, *Læp. in cap. cum in Ecclesijs de præbend. in 6. num. 2. ibi Gemin. numer. 8. Anchar. num. 1 ita Innoc. in cap. bonæ il secondo n. 7. in fin. de postul Præl. & in cap. cum te, num. 5. & ibi Abb. num. 12. vers. secus si mandatur de rescript.* qui expresè tradit, quod pro capienda possessione
18 beneficij à Papa † collati non requiritur possessio Collegialis, sed solum in possessione beneficij danda vigore mandati Apostolici de prouidendo *Felin. in cap. cum omnes n. 27. de constit. Rot. coram bon. mem. Burat. dec. 318. num. 12. & d. dec. 522. coram eodem vbi supra.*

Vt in omnem casum cum Isabella fuerit immissa in possessionem ex d. instrumento possessionis traditę in vim confirmationis Ordinarij Leodien. postea superueniente noua prouisione Papæ po-
19 tuit sibi mutare causam possessionis, & ex illa detentione priùs acquisita capitulariter ex titulo nullo petere nunc manutentionem, vt in terminis possessionis Canonicatus firmauit *Rota in recent. dicta decis. 97.* vbi in specie *num. 4.* firmatur, quod superueniente nouo titulo scilicet prouisione Apo-
20 stolica † potuit prouisus continuare possessionem ipsam de facto mutato solum primo iure, & titulo possessionis, sed quod tollit omnem difficultatem Isabella nón tenetur docere de validitate, & iustitia suæ possessionis, vt firmauit *in Neocastren. Parochialis 18. Aprilis 1622. & 30. Ianuarij 1623. coram*

coram Nauarra, & in Nullius præpositura Castri Durantis 1. Decembris 1623. coram bon. mem. Remboldo.

Vnde non obstant ea, quæ dicuntur de non iustificatione gratiæ, quia vel non sunt vera in facto cum satis probentur adimpletæ conditio-
21 nis † in litteris Apostolicis requisitæ ex instrumento possessionis in quo legitur Isabellam omnia necessaria iustificasse cautionem de stando iuri in Rota contra Annam præstitisse professionem fidei emisisse præsentibus omnibus Canonicis, &
22 Canonissis, † & in magna frequentia populi, & illis præsentibus, & ad possessionem illam admittentibus fuisse immissam in possessionem Abbatissatus ab executore, nec subsistit d. legationem
23 fuisse personalissimam, † & à dicto Nuncio non potuisse executionem litterarum alteri ommitti, quia contrarium iustificatur ex illis verbis conferas, & assignes inducens per te, vel per alium, seu alios, eandem Isabellam, &c. & cum agatur de
24 concernentibus nudum ministerium certum est à Legatis, & Nunciis Sedis Apostolicæ alijs committi posse, *Felin. in cap. fin. num. 6. & 9. vers. 7. vlt. de offic. iud. deleg. & in cap. cum causæ num. 3. de testib.* & ratio est, quia concernentia nu-
25 dum ministerium nullam † habent annexam iurisdictionem, vel non releuant in iure cum in hoc summarijssimo non quæratur de titulo, *Rot. decis. 595. num. 8. par. 1. diuers. & coram bon. mem. Buratto d. dec. 318. num. 15.* & sic multo minus de illius iustificatione.

Non obstat, quod fuerit capta possessio appel-
26 latione, & lite pendente quia appellatio fuit cōmissa cum clausula sine præiudicio executionis litterarum Apostolicarum, quo casu possessio
27 † bene substinetur cum talis clausula operetur, vt valida sit possessio apprehensa, & non sint incursa attentata *Garzias de be benefic. par. 1. artic. 5. §. 4. num. 573. & seqq Gonz. super reg. 8. glos. 9. in annot. num. 224. Rot. coram bon. mem. Coccino decis. 144. num. 7. & 8. & antea coram Seraph. decis. 103.*
28 *num. 2.* & per dictam clausulam † Iudex ad quem intelligitur prohibitus executionem litterarum Apostolicarum impedire, & dixit *Rota in Oueten. beneficij 28. Nouembris 1599. coram Lancell. seniore, Mart. de claus. par. 1. claus. 144. num 1. cum seqq.* etiam quod fuerit simul concessa facultas inhi-
29 bendi, quia non potest dici apposita ad effectum limitandi, † seu restringendi dictam clausulam sine præiudicio executionis litterarum Apostolicarum, sed tantummodo pro effectu deuolutiuo ne indicatur contrarietas si executor eliceret, & immitteret, & Iudex cui est commissa causa
30 huiusmodi executionem † interuerteret inhibendo, vt in decisionibus quas refert, & sequitur *Mart. vbi supra num. 4.* & sic facultas inhibendi nihil operatur in præiudicium possessionis iam
31 captæ ne inhibitio esset impedimento alias † legitimè gestis. Quare cum possessio Isabellæ argui non possit de nullitate, & capta fuerit in vim litterarum Apostolicarum denegari non potest, quin sit manutenibilis ex quo sequitur, quod dum constat de validitate possessionis non de-
32 beat concedi inhibitio petita ab Anna, † sed quidem ab Isabella, quæ est secunda pars dubij, quæ regulariter conceditur stante lite pendente in Rota ne in spretum tanti Tribunalis Iudices inferiores audeant aliquid innouare iuxta vulgata nulla habita ratione, quod in commissione causæ in Rota extet clausula cum facultate inhibendi præ-
33 uia matura † causæ cognitione cum illa fuerit apposita ad fauorem Isabellæ ne per inhibitionē Rotalem impediretur, vel retardaretur executio litterarum Apostolicarum, & ne Isabella in sua possessione turbetur de facto, vt contingeret si in
34 casu isto in † vim facultatis inhibendi concederetur inhibitio alias sequeretur, quod liceret Annæ innouare in spretum litis pendentiæ attenta maximè alia clausula sine præiudicio executionis
35 litterarum Apostolicarum cuius vigore possessio Isabellæ debet remanere intacta, quod est conforme dispositioni iuris prohibentis lite pendente
36 † nihil ab Actore innouari, & vetantis Reum trahi coram diuersis Iudicibus, vt fuit ponderatū *in Toletana fructuum 16. Maij 1586. coram bon. me. Cardin. Pamphilio penes Marches. de comm. par. 2. fol. 80.* inhibitio verò petita ab Anna nullo pacto potest concedi, quia aut petitur ad impediendam
37 † executionem litterarum Apostolicarum, & facultatem executoris in deferendo Isabellam immissam, & illa non potest concedi cum vt pluries fuit dictum causa fuerit commissa in Rota cum dicta clausula sine præiudicio litterarum
38 Apostolicarum, † quæ præseruauit iurisdictionē executoris, aut petitur ad impediendam continuationem possessionis, & multo minus est concedenda ex quo semper huiusmodi continuatio admittitur inhibitione non obstante iux. reg. qui
39 † continuat non attentat *Achill. decis. 36. de appell.* & quod plus est stante supradicto rescripto Sanctiss. cum facultate inhibendi præuia matura causæ cognitione nullo modo potest concedi ta-
40 lis inhibitio † antequam cognoscatur de iuribus Annæ, vt in specie mandauit Rota in hac causa sub die 23. Iunij præteriti, & antea ita esse faciendum fuit dictum per Rotam *in Barchionen. Prioratus Sanctæ Annæ 18. Maij 1601. corā bon. mem. Pamphilio penes Marches. par. 3. fol. 50.* vbi Rota
41 censuit moderandam inhibitionem † exortam contra formam commissionis habentis clausulā cum potestate inhibendi præuia maturæ causę cognitione ea ratione, quia adhibita non fuit talis
42 cognitio cum partis citatione, vt † requiritur ad effectum, vt canonicè & causa cognita obtenta dicatur inhibitio.

Et ita vtraque parte informante pro Isabella fuit resolutum, &c.

DECISIO CXXXIX.

R. P. D. BICHIO.

Romana fideicommissi de Spiritibus.

Lunæ 12. Ianuarij 1643.

Est impressa inter Bichio in Tom. 1. Decis. 112.

R. P. D. ROIAS.

Postea Episcopo TARRACONEN.

Romana Domorum.

Lunæ 13. Ianuarij 1643.

ARGVMENTVM.

Emphytheusim vendens, licet ad eum spectet onus impetrandi beneplacitum Domini directi, tamen id non procedit, quando tale onus fuit translatum in emptorem, & an dicatur translatum, si fuerit conuentum, quod illud beneplacitum impetraretur sumptibus ipsius emptoris.

SVMMARIVM.

1 *Vendens rem emphyteuticam, ei regulariter incumbit onus impetrandi beneplacitum proprietarij.*

2 *Limitatur tamen id, quando aliter fuerit conuentum inter partes.*

3 *Consensum proprietarij impetrare quando emens tenetur suis sumptibus, quid hoc importet.*

4 *Verba impersonalia, qualiter reddantur personalia.*

5 *Pro consensu impetrando à proprietario, dum emphyteusis venditur, non est necessaria industria hominis, cum ipse non possint, sine legitima causa denegare talem consensum. & n. 6.*

6 *Translatio solutionis sumptum pro impetrando de consensu proprietarij si fuerit translatata in emptorem rei emphyteuticæ, ad illum spectat cum etiam impetrare propter vtriusque coherentiam.*

7 *Pacta in contractibus apposita, sunt omnino seruanda.*

8 *Pacta in contractibus aliquando considerantur tamquam pars pretij, ac valorem rei augent, & minuunt.*

9 *In contractu, quando est reseruatum, vt sumptibus alicuius aliquid impetretur.*

10 *Debet offerre se esse paratum ad illas faciendas, vt se non constituat in mora subministrandi tales expensas.*

11 *Caducitas intentata à Proprietario, ex quo res emphytheutica sine eius consensu fuit vendita imputari ei debet, qui fuit in mora.*

12 *Emptor, quando ipse dedit causam euictioni de se ipso tantum potest conqueri.*

13 *Alienatio rei emphyteuticæ dum fuit facta ex causa necessaria non requiritur consensus Domini directi.*

14 *Sententia, si sit læsiua, & iniusta, non potest parti læsæ denegari restitutio in integrum.*

DECISIO CXL.

ITERVM hodie Domini steterunt in decisis coram me sub diebus 22. Iunij 1640.* & 9. Decembris 1641. in quibus firmatur constare de causis restitutionis in integrum ad fauorem Alphonsi Ferri. Siquidem semper remanet indubitatum illud fundamentum decisionis, quod veniat tribuendum culpæ Colutij si fuit secuta euictio ob non obtentum assensum Monasterij fortasse Domini directi vineæ permutatæ, cuius im-
1 petrandi † onus licet regulariter incumbat venditori ex traditis per *Bursatt. cons. 56. num. 15. cum*
2 *seqq.* Secus tamen est, quando † aliter fuit inter partes conuentum *Cephal. cons. 118. n. 15. cum seqq. Hector. Capic. latro decis. Neapol. 116. num. 38.*

Quod autem fuerit conuentum impetrandi cõsensum Monialium Sãcti Cosmati per Colutium, cum quo vinea permutabatur ab Alphonso cum domibus, constet ex illis verbis, ibi, *reseruatoq.*
3 *&c. consensu, &c.* intra legitima tempora, † impetrando sumptibus D. Horatij Colutij; sicuti enim sumptum pro assensu impetrando onus fuit translatum in Colutium ita, & ipsius assensus impetrandi cura; Tum quia verbum illud impe-
4 trando † licet impersonale, tamen reducitur ad personalitatem stantibus illis verbis sumptibus Colutij, iuxta *text. in l. his verbis in princip. ff. de leg. 3. l. sed & si adijciatur, ff. pro soc. Surd. cons. 34. numer. 39. & cons. 315. num. 26. Ciriac. contr. 292. num. 11. Gratian. discept. 579. num. 26. & 27.*

Tum etiam quia sumptus dicuntur cohærentes
5 ipsimet impetrationi assensus Monialium pro † quo obtinendo non erat necessaria industria ho-
6 minis, ex quo † Moniales sine legitima causa assensum denegare non valebant *Specul. de loc. §. nunc aliqua quæst. 117. Alex. cons. 17. num. 16. lib. 2. Surd. cons. 382. num. 76. Rot. decis. 280. num. 4. par. 1. recent.* Sed solum impensæ requirebantur, quæ propterea quamuis alias subministrare spectassent ad
7 Alphonsum † permutantem siue vendentem; attamen dum translatio facta legitur in Colutium emptorem, factum impetrationis assensus ad eum spectabat propter vtriusque cohærentiam, *l. ad rem mobilem, ff. de procurat. l. iam tamen, §. in hac stipulatione, ff. de iud. solu. Abb. in cap. in causis numer. 10. de elect. & in cap. causam num. 7. de re iudic. Felin. in cap. cum dilecta num. 65. de rescript. Mantic.*
8 *de tacit. lib. 7. tit. 15. num. 32.* dictumque pactum † erat indubitanter seruandum, vt fuit in proprijs terminis resolutum ad fauorem eiusdem Alphonsi *in Romana Vinearum 27. Nouembris 1641. coram R.P.D. meo Carrillo* cum huiusmodi pacta in con-
9 tractibus † aliquando considerentur tanquam pars pretij valoremque rei augeant, ac minuant, *l. fundi partem, vbi glos. verb. vendidisti, ff. de contrah. emption. Menoch. cons. 1174. num. 4. Surd. cons. 451. num. 35. & 36. cum alijs per Giurb. ad consuet. Messen. cap. 6. glos. 12. num. 29.*

In omnem casum etiam restricta obligatione Colutij ad solos sumptus vt altera pas prætendebat adhuc Colutius non potest culpam euitare,
10 dum non docet separatum † obtulisse illos subministrare prout debuit ad constituendum dictum Alphonsum Aduersarium in mora impetrandi assensum, & seipsum eximendi à mora subministrandi sumptus, *l. semel mora, vbi Bart. & DD. ff. solut. matrim. Osasch. decis. 71. num. 65. Buratt. dec. 817. num. 3.* Propterea quęcumque caducitatis per Moniales intentata Colutio venit imputanda, itaut
11 præclusa via etiam illi esse debeat ad agendum pro euictione contra Ferrum, dum Colutius euictioni causam dedit, *l. si mancipium in princip. ff. de euict. l. si dictum fuerit, §. si cum posset, ff. de euict. Anton. Gomez. var. resol. tom. 2. cap. 2. n. 43. Surd. decis. 23. num. 1. Rota decis. 377. num. 16. par. 5. recent.* & fuit resolutum *in Vrbeuetana bonorum 21. Iunij 1641. coram Eminentiss. Card. Hieronymo Verospio.*

Demum non obstant aliæ alienationes antecedentes ex quibus etiam dicitur incursa caducitas vti facta absque solutione Laudemij, & consensu Monialium, quia si agatur de prima alianatione
12 facta per Portiam Dominam † vtilem vineæ in Io. Baptistam Guidum eius primum virum, siue de secunda in Alphonsum Ferrum dum cum eo transiuit ad secundas nuptias istæ alienationis vti factæ ex causa necessaria non requirebatur consen-

13 sensus † Domini directi, nec minus solutio laudemij *Cephal. qui alios congerit cons. 59. numer. 33. lib. 1. Alex. consil. 173. lib. 1.* cum alijs in decisione hodie confirmata; quibus stantibus cum sententia Vicarij contra Alphonsum lata eum
14 lædat, † & remaneat iniusta, restitutio in integrum non potest illi denegari.

Ita resolutum vtraque parte informante &c.

Decisiones istæ emanatæ in hac eadem causa coram eodem Reuerendiss. Terraconen. idest sub diebus 22. Iunij 1640. & 5. Decembr. 1641. sunt, prima decisio 241. in præcedenti par. 8. recent. altera vero dec. 52. supra in hac eadem par. 9. recent.

R. P. D. ROIAS
Postea EPISCOPO TARRACONEN.

Perusina Spolij.

Lunæ 27. Ianuarij 1643.

ARGVMENTVM.

Subhastatio, quando nulliter fuit facta, tunc emens tenetur ad restitutionem rei, vna cum fructibus quod procedit etiam si talis subhastatio fuerit facta instante Fisco, cum Fiscus, quidquid nonnulli perperæ senserit, non reperitur in hoc priuilegiatus, vt in subhastatione faciat fructus suos.

SVMMARIVM.

1 *Spoliatus debet in primis restitui, nec admittitur retentio.*
2 *Fructus habiti lite pẽdẽte sine dubio veniũt restituẽdi.*
3 *Per litis contestationem remanet sublata bona fides.*
4 *Debitum illiquidũ non potest impedire reintegrationẽ.*
5 *Emens sub hasta à Fisco, ob cuius priuilegium facit fructus suos, nec tenetur imputare in sortem, & an id sit verum, num. 18.*
6 *Emens sub hasta à Fisco, non amouetur à possessione, nisi restitutio ei pretium,*
Pretium aliud est, & aliud fructus rei, num. 6.
7 *Fructus rei subhastatæ debent restitui, quãdo subhastatio fuit nulla, etiã ab eo, qui emit instãte fisco, et n. 12.*
8 *Text. in l. 1. C. de fid. instrum. & iur. subhast. fisc lib. 10. in quibus casibus loquatur.*
9 *Verba, omni ordine peracto, quid inducant.*
10 *Ad fructuum acquisitionis effectum, requiritur vel dominium, vel bona fides possessoris.*
11 *Priuilegium fisci non operatur vt qui nulliter emit sub hasta, dominium acquirat.*
13 *In subhastatione præsumitur mala fides eo ipso, quod non fuerunt adhibitæ solemnitates necessariæ.*
14 *Litis contestatio sine dubio, & indistinctè inducit malam fidem.*
15 *Fides mala benè causatur ex venditione longe vltra dimidiam iusti pretij, facta.*
16 *Emptor post litem contestatam, & secutam sententiam tenetur restituere fructus, si aliquid nulliter fuit emptum sub hasta.*
17 *Titulus dum non reducitur ad non titulum, ex cuius defectu quis tenetur ad restitutionem fructuum.*
19 *Fiscus in casibus, in quibus ipse non reperitur priuilegiatus à iure communi, vtitur eodem iure, quo alij.*
20 *Subhastatio, quando fuit nulla ob imperitiam Iudicis, durius agitur contra fiscum, quàm contra priuatum.*
21 *Fisco competit priuilegium, vt sibi eligere Iudicem.*
22 *Iudicem impudentem, & ignarum si quis sibi elegerit, sibi id imputare debet.*
23 *Bona, quando nulliter subhastantur, emens facit fructus suos, dum ei non fuit restitutum pretium, declara num. 24.*
25 *Subhastationem impugnans tenetur ad restitutionem pecuniarum vna cum vsuris.*
26 *Text. in l. vsuræ C. de præd. minor contra quem loquatur.*
27 *Mangil. de subhast. quæst. 91. per tot. in quibus terminis loquatur.*
28 *Fructus soluere, si quis numquam promiserit, nec ad illos soluendos fuit interpellatus, non tenetur illos soluere.*
29 *Census est quid diuersum à credito.*
Retentio pro credito non competit nisi pro eadem causa, & pro eodem credito; pro quo subhastatio nulliter fuit facta.
30 *Retentio numquam datur quando creditum est illiquidum.*

DECISIO CXLI.

Bis fuit coram me resolutum, DD. Comites de Vbaldis esse reintegrados ad possessionem bonorum Sancti Mariani, & Beltrignanæ, fuitque per A.C. traditum votum ad hoc, vt ad expeditionem causæ deueniret, cui placuit iterum consulere Rotam, & dato dubio; An DD. de Chrispoltis competeret retentio in dictis bonis; hodie discusso, Domini negatiuè responderunt.

Tùm quia versamur in spolio iudiciali, in quo retentio non datur pro prætenso credito scutorum 4000. solutorum per Martiam matrem eorum de Crispoltis in subhastatione sequuta, nisi in casu, in quo possessio fuit amissa ob contumaciam, siuè ob culpam spoliati, quæ cessat in præsenti, cùm constet Comites citatos semper comparuisse, & subhastationi, & deliberationi se opposuisse, secus verò vbi spolium fuit commissum per Iudicem nulliter procedentem, vt in hoc casu, prout in prioribus decisionibus com-
1 probatum fuit, & sic † spoliatus debet in primis restitui, nec admittitur retentio, *Alex. in l. 3. §. vltimo numer. 27. cum seqq. ff. de acquirend. possess. Negusant. de pignor. par. 5. membr. 2. num. 20. 21. & 22. Gratian. discept. 734. num. 48. & 49. Caual. decis. 539. num. 10. & 543. num. 4. & in Romana domus coram Vbaldo, post Mangil. de subhast. dec. 54. n. 6. & 7.*

Tùm etiam quia aut obstat Chrispoltis exceptio satisfactionis, cum illi possederint bona subhastata per 20. annos enumerando tempus ante motam litem, vel post intentatum Iudicium,
2 quod fuit de anno 1634 per nouennium, † à quo tempore indubitanter fructus annui veniut restituendi, *Cap grauis de restitut. spoliat. Verall. dec. 28. num. 2. par. 2. Coccin. decis. 439. num. 1. Caual. dec. 586. ad fin. Durau. decis. 454. num. 6.* qui fructus ascendunt ad annua scuta 5000. vt testes comprobant, sunt ideò compensandi cum dicto credito scutorum 4000. quia ex tunc per contestationem litis
3 sublata † remansit bona fides, aut saltem venit dicendum remanere prorsùs illiquidum creditũ illorum de Chrispoltis, ita vt illius vigore non
4 valeant † impedire reintegrationem, *Gratian. discept.*

cept. 734. num. 13. Surd. decis. 46. num. 16. Rota decis. 433. num. 2. par. 2. recent. & 411. num. 24. par. 5. & decis. 54. sub num. 11. post Modern. Perus. de manut. Caual. dec. 539. n. 5. & fuit dictum in *Auximamana Census 10. May 1636. coram R.P.D. meo Ghisilerio.*

Nec obstat, quod Domini de Chrispoltis prætendant ex perceptione fructuum non fuisse extinctum, nec redditum illiquidum eorum credi-
5 tum, ex † quo emerint subhasta à fisco, ob cuius priuilegium fecisse fructus suos nec teneri imputari in sortem, per *text. in l. fundus qui, ff. de rescind. vendit. in l. fin. C. si aduers fisc. in l. si minor. C. de iur. fisc. in l. 1. & 2. C. de fid. inst. lib. 10. Peregr. de iur. fisc. lib. 6. tit. 4. num. 21.*

Quia fuit per Dominos responsum in præfatis Iuribus nullibi reperiri scriptum, quod emptor faciat fructus suos, sed tantum, quod emptor non
6 amoueatur † nisi restituto pretio soluto, aliud autem est pretium, aliud verò fructus ex bonis emptis percepti, quos restituendos esse, quando
7 subhastatio † est nulla etiam ab eo, qui emit instante fisco disponit ad litteram, *text. in l. 1. C. de fid. instrum. & iur. hast. fisc. lib. 10.* ibi, *easdem res recipies cum fructibus*, & text. loquitur non solùm
8 quando fuit facta subhastatio, † & deliberatio nomine fisci à non persona legitima, sed etiam quando deficiunt aliæ solemnitates, ibi, *neque*
9 *omni ordine peracto*, quoniam verba illa, † *omni ordine peracto*, inducunt necessitatem aliarum solemnitatum copulatiuè, itaut vna deficiente, intret dispositio dicti text. vt declarat ibidem *glos. in verb. omni ordine.*

Vltra quod ad effectum acquisitionis fructuum
10 requiritur, vel dominium, vel † bona fides possessoris, *l. fructus, & l. ex diuerso iuncta, l. in fundo ff. de rei vendic. l. Herennius, ff. de vsur.* At priuilegium fisci non efficit, vt qui nulliter emit sub
11 hasta, dominium † acquirat, optimè *glos. in d. l. fundus, verb. satisfactum esset, in fin. ff. de rescind. vendit.* ibi, *& ideò dicitur esse non statim in bonis actoris, scilicet vt possit petere cum effectu: suus tamen est, & esse non desijt.* Hinc *Curt. iun. cons. vltimo num. 4. lib. 2.* adductus per *Peregrin. de iur. fisc lib. 6. tit. 4. numer. 21.* ad comprobandum priuilegium fisci,
12 ait; *emptorem retenere rem loco pignoris propterea fructus suos non facere.*

Nec priuilegium fisci efficit, vt emptor consti-
13 tuatur in bona fide, immo in mala, † quæ præsumitur eo ipso, quod in subhastatione non fuit seruatus ordo, *glos. in d. l. 1. verb. mala fide, instrum.*
14 *& iur hast. fisc. lib. 10.* præsertim stante litis † contestatione, quæ indistinctè malam fidem inducit *Bart. in l. sed & si lege, §. si ante num. 1. ff. de petit hæred. Surd. cons. 293. num. 9 Bursatt. dec. 130. num. 8. in fin. & 714. num. 9.* quæ etiam causatur
15 ex venditione † longe vltra dimidiam iusti pretij facta: *Castr. cons. 156. n. 1. vers. primo quia lib. 2.* vbi adducuntur alia iura, cùm testes deponant bona valere scuta 12. mil. & ità post litem conte-
16 statam, & sequutam sententiam tenetur † emptor restituere fructus, vel eos in sortem imputare, quia nulliter sub hasta emit ad instantiam creditoris, *l. prima, C si vendit, pign. agat.* hocque etiam expresse disposuit *Imperator in d. l. prima, C. de fid. instrum. & iur. hast. lib. 10. Grattan. discept. 206. num. 15. Caual. decis. 409. num. 1.* cum titulus re-
17 ducatur ad † non titulum, ex cuius defectu possidens tenetur ad restitutionem fructuum, *Rot. decis. 693. num. 1. post med. par. 1. recent.* Nec fiscus
18 in hoc aliquo † in loco reperitur priuilegiatus à iure. *Gamm. decis. 177. sub num. 1. vers. nec est spe-*
19 *ciale*. Fiscus autem in casibus, in quibus † non reperitur à iure priuilegiatus, vtitur eodem iure, quo alij, *l. quod placuit, ff. de iur. fisc. glos. communiter approbata in l. item veniunt, §. in priuatorum ff. de petit. hæred. Dec. cons. 331. num. 3. Peregrin. de iur. fisc. lib. 7. tit. 7. per tot. Fontanell. decis. 221. num. 4. Duran.*
20 *decis. 380. num. 7. & 8.* Immo quando, vt in † præsenti subhastatio fuit nulla ob imperitiam Iudicis, duriùs agitur contra fiscum, quam contra priua-
21 tum, quia cum subhastatio † facta fuerit cum Iudice electo per fiscum, vel habente ab eo causam, cui eligendi sibi Iudicem competit de iure facultas, sibi imputari debet fiscus si Iudicem impru-
22 dentem, & ignarum elegit, vt in terminis subhastationis *Caballin. de euict. §. 5. numer. 227. Fontanell. decis. 221 num. 23. & 24.*

Minùs obstat, quod dum non fuerunt oblata dicta scuta 4000. Chrispolti fecerint fructus suos
23 per *text. præfatos in dicta l. fundus, & l. ex diuerso, & l. in fundo, ff. de rei vendic.* ibi, *oblato pretio.* Quia fuit per DD. responsum, Vbaldos non fuisse obligatos ad oblationem præfatorum scutorum 4000. antequàm non fuisset oppositum de
24 retentione pro dictis scutis 4000. vt in puncto respondit *Osasc. decis. 160. num. 16. & 17.*

Nec pariter obstat, quod fructus percepti ex istis bonis veniat compensandi cum fructibus cuiusdam census impositi per Martiam præfatam matrem eorum de Chrispoltis occasione huius
25 subhastationis, & pro soluenda pecunia fisco, vnde impugnans subhastationem, tenetur ad restitutionem pecuniarum cum vsuris, *l. vsuræ, & l. si prædium, C. de præd. minor.*

Quia fuit sublata difficultas, tùm ex eo, quod fructus prædij longè maiores sint, quàm fructus
26 census; Tùm etiam quia *text. in d. l. vsuræ,* loquitur contra debitorem, qui pretium rei venditæ receperat, & in sui vtilitatem conuerterat, vnde æquum videbatur, vt pretij à se vtiliter recepti solueret legitimas vsuras, dùm repetebat fructus fundi ab emptore, à quo pretium recepe-
27 rat, in quibus terminis loquitur *Modern. Pisaur. de subhast. quæst. 91. per tot.* allegando præfata iura; At in casu nostro cessat dicta æquitas, quia non agit debitor, sed tertius ex fideicommisso maiorum ad bona vocatus, quique nullum ex subhastatione commodum senserat, immo in hoc casu nec ipse debitor ad vsuras teneretur cum
28 nunquàm eas promiserit, nec interpellatus fuerit à Chrispoltis, quando pecunias ad census acceperunt, vt requirebatur ad hoc, vt Vbaldi tenerentur ad restitutionem fructuum, *Gratian. discept. 85. num. 14. & 15. Rot. decis. 52. numer. 3. par. 1. recent. & in Romana pecuniaria 24. Aprilis 1637. coram bon. mem. Merlino.*

Quinimmo cum census sit quid diuersum à credito, neque subhastata fuerint bona pro censu, sed pro pœna pecuniaria fisco debita ob contrauentionem Paroli, non potest pro fructibus
29 census retineri bona, † eum retentio non competat, nisi pro eadem causa, & pro eodem credito pro

pro quo subhastatio facta fuit, *Surd. dec. 46. num. 2. Caual. decis. 539. num. 4. & 543. num. 3. & post Mangil. de subhast. decis. 54. num. 5.*

In omnem casum, cum pretium oblatum sub hasta per Martiam ascendat tantum ad scuta 4000. pro quibus in se accollauit censum ad dictam summam ascendentem, & fructus bonorum de quibus agitur longe excedant interusuria præfati census, indè non potest negari quin creditum præfatorum de Chrispoltis remanserit saltem illiquidum, quo casu numquàm datur retentio ex supradictis.

Et ità resolutum vtraque parte informante.

Idest sub diebus 4. Aprilis 1636. & 18. Iunij 1642. coram eodem Reuerendiss. Tarraconen. prima est decisio 113. supra par. 7. recent. altera vero 14. dec. 99. supra in hac eadem part. 9. recent.

R. P. D. ROIAS.

Postea Episcopo TARRACONEN.

Oriana Beneficij.

Lunæ 19. Ianuarij 1643.

ARGVMENTVM.

Sententia, quando est appellabilis tunc omnia gesta, pendente tempore appellationis sunt nulla, & attentata, Signatura quando committit causam appellationis simpliciter, sensit causam isse appellabilem, & commissio retrotrahitur ad diem latæ sententiæ Appellatio, quando validè fiat post decem dies latæ sententiæ.

SVMMARIVM.

1 *Sententia executa intra decem dies datos ad appellandum est attentata.*
2 *Sententia, quando est appellabilis tunc omnia gesta intra 10. dies, omnia sunt attentata, & reuocanda.*
3 *Sententia lata inter oppositores causa iudicialiter pendente dicitur appellabilis.*
4 *Appellatio simpliciter commissa per Signaturam causat attentata vsque ab initio, vt omnia gesta sint attentata.*
5 *Signatura dum causam simpliciter appellationis commisit, sentit causa esse appellabilem, & omnia medio tempore à litigantibus gesta dicuntur attentata, & num. 6.*
Commissio appellationis retrotrahitur vsque ad diem sententiæ, vt omnia interim gesta dicantur attentata, num. 5.
7 *Sententia præcipitanter lata est nulla.*
8 *Sententiæ nullitas oritur ex eius præcipitantia.*
9 *Sententia est nulla, si sit lata sine citatione partis.*
10 *A sententia nulla indubitanter datur appellatio.*
11 *Appellatio interposita post decem dies datos ad appellandum non tenet.*
12 *Appellatio interposita post decem dies datos ad appellandum, validè interposita dicitur si fuerit facta à die habitæ notitiæ.*
13 *Attentasse satis id dicitur, qui habuit causam ab eo, qui attentauit.*
14 *Lis, quando non dicatur remansisse sine condictore.*

DECISIO CXLII.

Fvit hodie resolutum constare de attentatis, quia fuit deuentum ad executionem mandati de immittendo ex sententia diffinitiua lata per Vicariũ Oritanum ad fauorem Capituli eiusdem Ciuita-
1 tis † intra tempus decem dierum ad appellandum contra *text. expressum in cap. non solum de appell. in 6. vbi glos. in verbo innouata, & Alex. consil. 99. num. 5. lib. 5. Cæsar de Gras. decis. 2. num. 5. de appellat. Caual. decis. 211. num. 3.* intra quod non est
2 dubium, quin omnia † gesta sint attentata, & reuocanda quando sententia est appellabilis *d. cap. non solum de aphell. in 6. Lancell. de attentat. par. 2. cap. 21. num. 17. cum seqq. Rota decis. 598. num. 2. & 678. num. 1. par. 1. recent. Greg. XV. decis. 339. num. 6. Caual. decis. 211. num. 3. Martin. Andr. decis. 37. num. 1. Duran. decis. 96. num. 1.*

Appellabilem autem fuisse sententiam præfatam desumptum fuit ex eo, quia sententia ema-
3 nauit † causa inter oppositores iudicialiter pendente, nempe Iacobum Antonium Granafeum, & Ioannem Donatum Musellum, qui dicto Capitulo iura sua renunciauit, quo casu intrat ap-
4 pellatio † itaut omnia gesta pendente termino ad appellandum reputentur attentata, *Lancell. de attentat. par. 2. cap. 12. lim. 40. num. 12. & lim. 49. num. 4. Rota decis. 598. num. 3. par. 1. recent. Gregor. XV. decis. 515. num. 3. Duran. decis. 86. num. 5. & 160. num. 4. & in Bisuntina Iurispatronatus 6. Iunij 1642. coram R. P. D. meo Cerro.*

Hocque remanet comprobatum dum Signatura commisit causam appellationis simpliciter quo
5 casu aliud non venit indagandum, talis enim commissio retrohitur ad diem sententiæ ad effectum, vt quidquid medio tempore à litigantibus
6 † gestum fuerit dicatur attentatum, *Lancell. de attent. appell. pendent. ampl. 19. num. 1. Buratt. decis. 902. num. 6. Duran. decis. 96. num. 4. & 191. num. 5. & 240. num. 3. & in Ferrarien. pecuniaria 7. Aprilis 1631. coram bon. mem. Motman. & in Licien. Cantoriæ 23. Martij, & 14. Maij 1640. & in Collen. Decanatus 7. Maij eiusdem anni coram me.*

Vlterius quia sententia fuit præcipitanter la-
7 ta † dum angusto spacio quinque dierum legitur promulgata, Capitulum enim mouit iudicium sub die 8. Iunij 1641. sententia verò lata fuit sub
8 die 13. eiusdem, ex qua † præcipitantia oritur nullitas *Bart. in l. prolatam num. 10.* & etiam *Bald. num. 17. C. de sent. interloc. idem Bald. consil. 340. num. 5. lib. 1. Caualer. decis. 135. num. 1.* quæ nullitas confirmatur ex alio defectu deficientiæ cita-
9 tionis † ad sententiam *Clem. pastoralis de re iudic. Cæs. de Gras. decis. 11. eodem tit. num. 2. Caual. decis. 376. num. 1. & fuit coram me resolutum in Illerden. electionis Priorissæ 22. Iunij 1636.* à qua sen-
10 tentia vti nulla indubitanter † dabatur appellatio *Franc. in cap. dilecto, quæst. 7. sub numer. 7. de appell. Cuman. in l. si expressim, ff. eod. tit. Alex. cons. 59. num. 16. lib. 4. Scacc. de appell. quæst. 17. limit. 19. num. 2. Duran. decis. 374. num. 2.*

Nec obstat, quod dicta sententia Vicarij fue-
11 rit lata 15. Iulij 1641. & † appellatio per Granafeum fuerit interposita 27. Augusti eiusdem anni, & sic post tempus ad appellandum, nec propterea talis appellatio veniat habenda in consi-

consideratione, & sententiam remansisse sine contradictore.

Quia ad effectum, vt appellatio etiam inter-
12 posita post decem dies dicatur validè † interposita sufficit appellare à die habitæ notitiæ *Clem. vnic. de dol. & contum. & ibi gloss. Imol. numer. 14. Abb. num. 6. Anchar. numer. 11. Speculat. de appell. §. 1. num. 6. Rebuff. de appell. in præfat. numer. 69. & art. 1. gloss. 1. num. 3. Scacc. de appell. quæst. 12. num. 7. Vestr. in praxi lib. 7. cap. 3. numer. 21. Rot. decis. 2. de dol. & contum. in nou. & fuit resolutum in vna Bononien. attentatorum apud Morchesan. de Commiss. par. 2. fol. 62. & in Meleuitana Commendæ 20. Iunij 1639. coram me.* Et cum ante latam sententiam reperiretur lis introducta coram dicto Vicario inter Granafeum, & Musellum, à quo
13 Capitulum cessionem iurium reportauit, sat est pro attentatis Capitulum habuisse causam ab eo qui erat in lite, *Rot. diuers. decis. 1147. part. 3. lib. 3. Gregor. XV. decis. 14. numer. 6. vbi Adden. litera D.* nec inde esse dicendum, litem remansisse contradictore.

Et ita resolutum, &c.

R. P. D. GHISILERIO.

posteà Episcopo TERRACINEN.

Romana Bonorum.

Lunæ 19. Ianuarij 1643.

ARGVMENTVM.

Iudex quando nulliter, & iniustè processisse dicatur in immittendo aliquem in possessionem, quo casu perperam agit. Iudex Laicus est omninò incompetens iudicandi super bonis Ecclesiasticis, etiamsi agatur de eorum vtili dominio inter Laicos, & nihil in hoc operatur consensus partium.

SVMMARIVM.

1 *Iudex nulliter, & iniustè procedendo non priuat quem sua possessione anteriori.*
2 *Et ita passim obseruat Rota.*
3 *Immissio non competit possidenti.*
4 *In Possessionem petens se immitti, eo ipso probat se non possidere.*
5 *Sententia est nulla ex defectu iurisdictionis.*
6 *Iudex Laicus est incompetens si agatur de bonis emphyteuticis Ecclesiæ.*
Quod procedit etiam si agatur de vtili dominio inter Laicos, quia nihilominus Iudices Laici carent iurisdictione. num. 6.
7 *Iudex, quando est incapax Iurisdictionis, nec ad hoc sufficeret consensus partium, scilicet, vt Iudex Laicus possit iudicare bonis Ecclesiæ.*
8 *Bona, quod sint Ecclesiæ quando negari possit.*
9 *Instrumenta publica acquisitionum plenè probant inter contrahentes, & habentis causam ab eis.*
10 *Dominum qualiter probetur quando non agitur ad effectum deuolutionis, nec aduersus tertium.*
11 *Confessio procuratoris facta in libello, quamuis postea reuocata, facit aliquid adminiculum veritatis.*
12 *Societas Confalonis, satis dicitur locus pius, & quare.*
13 *Iurisdictionem Laicalem exercens nullam habet iurisdictionem in bonis Ecclesiasticis, & num. 14.*
14 *Testes examinati sine citatione ad videndum iurare testes non probant.*
15 *Citatio ad videndum examinare testes, & committi Notario examen non æquipollet citationi ad videndum iurare testes.*
17 *Inter citationem ad videndum iurare testes, & videndum committi Notario iuramenta testium est magna differentia.*
18 *Immissio dicitur excessiua si fuerit data super bonis, quæ non fuerunt probata, quod erant fideicommissaria.*
19 *Super bonis fideicommissarijs si detur immissio, vt validè dicatur data, quid requiratur, & aliter non sit man utenibilis possessio capta.*

DECISIO CXLIII.

DOmini stante nullitate, & iniustitia sententiæ obtenta per Ghettinas super immissione in possessionem bonorum, quæ ante possidebantur per Horatium Bonellum, censuerunt, dicto Bonello dandam esse manutentionem. Quia cum Iudex nulliter, & iniustè processerit, non priuauit Bo-
1 nellum † sua anteriori possessione, vt notant scribentes, *in l. clam possidere, §. qui ad nundinas, ff. de acquir. possess.* & ita passim obseruat Rota, maximè
2 † cum semper institerit pro manutentione *Rota decis. 330 num. 7. par. 6. recent. & coram san. mem. Gregor. XV. decis. 555. num. 1. & ibi Adden. num. 1.* De anteriori possessione Bonelli satis constat ex
3 immissione petita, & obtenta † per Ghettinas, cùm certum sit immissionem non competere possidenti. Eo enim ipso, quod quis petit immitti fatetur,
4 se non † possidere *Innocent. Ioan. Andr. & alij in cap. cum venissent de restitut. in integr.* quos refert, & sequitur *Rot. decis. 161. num. 2. par. 1. recent. & coram san. mem. Greg. XV. decis. 200. & ibi Addent. cum pluribus relatis in Ferrarien. Manutentionis 18. Ianuarij 1641. coram bon. mem. Pirouano.*

Nullitas sententiæ resultat. Primò ex defectu iurisdictionis Iudicis Capitulini incompetentis,
5 vbi † agitur de bonis emphyteoticis Ecclesiæ, in quibus etiamsi agatur de vtili dominio inter Lai-
6 cos; nihilominus Iudices Laici † carent iurisdictione, vt tenuit Rota articulo plenè discusso in *Romana domus de Scapuccijs 19. Ianuarij 1611. coram bon. mem. Coccino Decano impress. in lib. 2. consil. Farin. in ordine 305.* quam sequuta fuit, *Rota coram Buratto decis. 16. num. 2. quæst. 472. par. 2. recent. et coram Caualerio decis. 493. num. 1. in qua aliæ decis. allegantur, & Honded. cons. 20. num. 8. lib. 2.* alias decisiones similes refert, & concludit, quod ab
7 alijs Iudicibus etiam † de partibus, sequenda est hæc opinio Rotæ; qua incapacitate attenta; nec consensus partium aliquid operaretur, ex traditis per *Grammat. in cons. 71. num. 27. & vot. 18. nu. 12. & 13.* & *vot. 27. num. 6. & decis. 61. num. 5. & 17. Dec. in cap. Decernimus num. 180 cum seqq. de iudic.* Et propterea à Signatura Sanctissimi, causa fuit auocata à Curia Capitolina, & commissa Emi-
8 nentiss. Vicario Vrbis de vero Rotæ. Negari † enim non potest, quin bona, de quibus agitur, sint sub proprietate Monasterij Sancti Grisogoni, & Societatis Confalonis, cum in instrumentis publicis ac-

9 acquiſitionum aſſeratur † dicta bona eſſe ſub pro-
prietatibus dictarum Eccleſiarum, quæ inſtrumen-
ta plenè probant inter contrahentes, & habentes
cauſam ab illis, *l. optimam ff. de contrahend. et com-
mit. ſtipulat. Mant. deciſ. 57. num. 6. Surd. deciſ. 227.
num. 6.* quod ſufficit ad probandum dominium,
10 † quando non agitur ad effectum deuolutionis
nec aduerſus tertium, ſed conra habentes cauſam
ab emptore. Concurrit confeſsio Procuratoris
11 facta in libello, quamuis poſtea reuocata. Et
enunciatiua ſententię pro Ghettinis latę. Et quid-
quid ſit de pretio terræ ſub proprietate S. Griſo-
goni, An exieri de domonio Eccleſiæ mediante
francatione ſequuta ſub reſeruatione Beneplaciti
Apoſtolici, quod donec obtineretur Eccleſia ta-
cente, habuit ſtatum validitatis; Negari non
poteſt, quin aliud terrenum ſubiaceret ſub pro-
prietate Societatis Confalonis ſit ſub proprietate
loci pij, quia donec aliud aliud probetur dixerunt
12 Dominis, ſatis conſtare, † Societatem Confalo-
nis eſse locum pium, dum habet Eccleſiam, in qua
Miſſæ celebrantur, campanas, ſepulturas, habet-
que alia Eccleſiaſtica ſigna, de quibus per *Couarr.
in cap. officij num. 12. & per Felin. in cap. de quarta
de præſcript. & tradit Barboſ. in ſuis Collect. cap. cum,
& plantare, §. de confratribus num. 42. de priuil. cum
alijs ibi relatis Caputaq. deciſ. 328. num. 3. lib. 1. Io-
ſeph. Ludouic. deciſ Peruſ. 90. num. 9. verſic. niſi
confraternitates iſtæ par. 2. plures refert Gratian. di-
ſcept. 481. num. 14. & 517. num. 6. in fine.* Vbi autem
poſſeſsio fuit capta per Ghettinas vigore manda-
13 ti Iudicis Capitulini, † eſt nulla non manuteni-
bilis, cum non potuerit concedi dictum mandatū
per Iudicem ſæcularem, ex quo exercens iuriſdi-
14 ctionem laicalem † nullam habuit poteſtatem
in bonis, de quibus agitur, *cap. quæ in Eccleſiarum,
&c. Eccleſiæ S. Mariæ de Conſt.* faciunt tradita per
Gratian. diſcept. 732. num. 16. & 17.

Iniuſtitia vero deducitur ex defectu legitima-
tionis perſonarum. Nam omiſſa deſcendentia
Victoriæ à Zenobio fideicommittente, deſcen-
15 dentia Cleriæ, † & Aſcentiæ à Victoria non
apparet, niſi ex teſtibus examinatis ſine citatio-
ne ad videndum iurare, qui propterea non probāt
*Rot. deciſ. 28. num. 1. deciſ. 234. par. 1. recent. &
deciſ. 102. num. 1. coram bon. mem. Coccino*. Solum
enim datur citatio ad viden. examinari, & com-
16 mitti Notario examen, † quæ non æquipollet
citationi ad viden. iurare, & magna eſt differentia
inter citatione ad viden. iurare, & viden. committi
17 † Notario iuramenta teſtium ita cenſuit *Rota de-
ciſ. 259. n. 4 par. 1. recent.*

Vlterius dicta immiſsio fuit exceſsiua, cum
18 fuerit conceſſa in pluribus in domibus, † quę non
probantur fuiſſe in bonis ſupradicti Zenobij fidei-
committentis, vt neceſſariò requiritur ad hunc
effectum: Stante autem nullitate, & iniuſtitia
ſententiæ Bonellus, cuius poſſeſsio de tempore
19 motæ litis † plenè fuit iuſtificata ex ſupra dedu-
ctis, eſt manutenendus, iuxtà mentem Domino-
rum vtraque parte informante.

REVERENDISS. P.D. CERRO.
SACRÆ ROTÆ DECANO.
Bononien. fideicommiſsi de Pancaldis.
Veneris 23. Ianuarij 1643.

ARGVMENTVM.

Filius, quidquid habet à patre, tunc multo magis prouenisse præſumitur, quando bona ſunt in eo loco, quo à patre poſsidebantur, quia niſi doceatur de noua acquiſitione, præſumuntur paterna. Aliqua habes circa probationem identitates, & maximè ſi ſumus in antiquis.

SVMMARIVM.

1 *Filius quidquid habet à patre prouenisse præſumitur.*
2 *Bona poſſeſſio à filio in loco, vbi pater eius poſſidebat, præſumuntur eſſe illa eadem, quæ à patre poſſidebantur.*
3 *Intellige dum non exhibetur alius titulus, nec apparet de acquiſitionibus filij. amplia num. 4.*
5 *Identitatis probatio ex quibus reddatur indubitabilis.*
6 *Ad bonorum identitatem probandam ſufficiunt duæ demonſtrationes.*
7 *Identitatis probatio ex quibus ſatis iuſtificetur.*
8 *Identitas facilius probatur, quando ſumus in materia antiquiſſima tunc probetur ſolis coniecturis, & præſumptionibus.*
9 *Identitatis probatio perſonam percutiens, qualiter veniat probanda. & n. 10. 11. & 12.*
13 *Teſtes examinati inter alias perſonas, non probant inter diuerſos.*
14 *Teſtes probant pro, & contra hinc inde, & ſucceſſores tàm particulares, quàm vniuerſales.*
15 *Tertius admiſſus ad cauſam, in ſtatu, & terminis in quibus cauſa reperitur, omnia acta facit ſua.*
16 *Tertius admiſſus ad cauſam in ſtatu, & terminis, in quibus reperitur, dicitur ratificaſſe omnia geſta in lite.*
17 *Identitatis probatio ex quibus non remaneat offuſcata.*
18 *Ius idem eſt de parte, quam de toto.*
19 *Summa minor, ineſt in maiori.*

DECISIO CXLIV.

SVppoſita exiſtentia fideicommiſsi ad fauorem Thomaſiæ de Pancaldis in omnibus alijs deciſionibus huius cauſæ latè deductis, & præcipuè 18. Iunij 1642. coram me, pro obtinenda immiſſione ſuper prædio tornaturarum 30. de quo agitur contra Fratres Beate Mariæ Charitatis Bononiæ illius poſſeſſores, Domini etiam hodie ſteterunt in deciſis quoad identitatem prædicti prædij, ſuper qua fuit ſolum ordinatum, vt ſtrictè informantes inſiſterent.

Nam quod iſtud prædium, de quo agitur, fuerit poſſeſſum à Berto Teſtatore de tempore obitus, ex eo benè deducitur, quod idem Teſtator poſſedit in communi Longariæ multas petias terræ aratiuas, arboratas, & vitatas iuxta bona illorum ab oleo, & alios confines, vt apparet ex eius teſtamento, & poſt eius obitum Ioannes Baptiſta eius filius in eodem loco, & vocabulo poſſedit terras, de quibus hodie agitur, ab eo peruentas ad Fratres Charitatis, mediāte Alberto Balzano, vt infra probabitur, habentes eaſdem qualitates; & eaſdem confines; Vnde præſumuntur illæ eædemmet, quas Bertus Teſtatot in dicto loco poſ-
1 ſedit, non ſolum hoc ſuadente generalis præſumptio,

ptio, quod quicquid habet filius, à patre proue-
nisse præsumitur, *l. 2. C. de patr. potest. Menoch.*
cons. 207. num. 17. Marzar. in epitom. de fideicomm.
quæst. 58. vers. & pro fideicommisso, Petr. de fideicom.
quæst. 12. num. 1368. Rota in Montisfalisci fideicom-
missi 10. Aprilis 1628. coram Eminentissimo Vbaldo.
Sed etiam ex alia magis stricta, & vrgenti præsū-
2 ptione, quod bona † possessa à filio in loco, in quo
eius pater possedit, præsumuntur illa eademmet,
quæ ibidem pater possidebat, dum non exhibe-
tur alius titulus, nec apparet de acquisitionibus
3 † filij, iuxta vulgatum *cons. Fulgos. 145. sub nu. 2.*
quod sequuntur *Peregr. de fideicomm. art. 44. nu. 22.*
Ciriac. controuer. foren. controu. 204. n. 15. Rot. coram
san. mem. Greg. XV. decis. 575. nu. 9. & 11. et dec. 131.
num. 5. par. 1. & decis. 42. n. 4. & decis. 129. n. 2. par. 5.
& passim in alijs.

Quod efficacius procedit in casu nostro, cum
4 hic non habeamus solummodo præsumptiones,
sed vlterius concurrant qualitates, & demonstra-
5 tionem † concludentes identitatis probationem,
nempè qualitas prædij aratiui arborati, & vitati,
ac etiam conuenientia confinium, cum identifi-
6 centur confinia † viæ publicę, stradelli, & bonorū
illorum ab oleo, cum tantum sufficiant duæ,
iuxta doctr. Bart. in l. demonstratio falsa, ff. de condit.
& demonstrat quæ qualitates, & demonstrationes,
iunctis cum supradictis præsumptionibus, non est
dubium, quod plenè probant identitatem acce-
7 dentibus præsertim depositionibus testium exa-
minatorum in hac causa de anno 1579. deponē-
tium, quod bona hæreditaria Berti Testatoris
peruenerunt ad Ioannem Baptistam eius filium, vt
patet ex datis in Summario vltimæ positionis *nu-*
mer. 19. maximè cum versemur in materia adeo
8 antiqua vltra 100. annos, quo casu identitas pro-
batur etiam solis coniecturis, & pręsumptionibus,
iuxta cap. cum causam, de probat. Soccin. sen. cons.
116. num. 2. lib. 1. Rimin. iun. cons. 254. num. 11. Rota
in recent. decis. 81. num. 20. & 360. n. 10. par. 5. &
decis. 58. num. 14. & 164. n. 38. part. 6. cum alijs in
decis. allegatis.

Quod autem Ioannes Baptista possederit ter-
ras, de quibus hodie agitur, & quod ex eo de-
uenerint ad Fratres Charitatis, prout probandum
9 est ad effectum, vt probationes identitatis per-
cutientes personam Ioannis Baptistæ afficiant
etiam dictos Fratres tanquam illius successores,
& ab eo causam habentes clarissimè patet. Nam
mortuo dicto Ioanne Baptista, Albertus Belzanus
eius ex Francisca filia nepos adiuit eius hæredi-
tatem, & cœpit possessionem omnium eius bono-
rum, & signanter terrarum, quas ille possidebat
in communi Longariæ habentes easdem qualita-
10 tes, & eosdem confines quantitatis tornaturarum
120. vt apparet ex petitione eiusdem Alberti iu-
dicialiter facta, necnon ex mandato de immit-
tendo ad eius fauorem expedito, & demum ex
Instrumento possessionis illius vigore adeptæ, vt
in eodem Summario *num. 19.* ex quibus terris po-
stea Fratres Charitatis acquisiuerunt istas torna-
turas 30. quæ hodie controuertuntur, mediante
mandato de associando, quod ipsi obtinuerunt
contra Albertum pro quodam eorum credito,
11 cuius vigore in possessionem dictarum tornatu-
rarum 30. immitti obtinuerunt, vt in dicto Sum-
mario *num. 21.* Ex quo transitu bonorum Testa-
toris ste illo in Ioannem Baptistam eius filium,
& successiue de isto in Albertum, & de Alberto
in Fratres in certissima redditur identitatis pro-
batio, non solum respectu ipsius Ioannis Baptistę
filij Testatotis, sed etiam respectu dd. Fratrum,
12 & aliorum quoruncumque illius successorum, &
aliàs causam ab eo tàm mediatè, quàm immedia-
tè habentium tàm titulo, & nomine vniuersali,
quàm particulari, *Castr. cons. 94. in fin. lib. 2. Bar-*
bat. latissimè cons. 37. per tot. lib. 3. Crauett. cons. 29. n. 1.
Marzar. in epitom. fideicomm. quæst. 60. Peregr. de fi-
deicomm. art. 44. n. 22. Fusar. de substitut. quæst. 628.
n. 50. Rota in recent. decis. 706. num. 2. par. 2. & decis.
160. num. 1. par. 5.

Nec obstant ea, quæ ad infrigendam identita-
tis probationem in contrarium excitata fuerunt.
13 Et primo, quod testes deponant † super succes-
sione Ioannis Baptistæ in bonis paternis fuerint
de anno 1579. inter alios examinati, quia vltra
quod vis probationis non desumitur ex solis te-
stibus, vt patet ex iam dictis, respondetur, quod
dicti testes fuerunt ser. ser. examinati ad instan-
tiam Petri aui, Thomasiæ, & aliorum de Pancal-
dis qui tunc agebant contra tertios possessores
pro istis, & alijs bonis vindicandis, ab auctoribus
14 Fratrum, & ab alijs, ac proinde probant pro &
contra hinc inde successores tàm particulares,
quàm vniuersales, *Aretin. consil. 36. num. 3. vers.*
secundo dico, Soccin. sen. consil. 82. n. 4. lib. 3. Peregr.
de fideicomm. art. 47. n. 27. in fin. Rota coram Gregor.
decis. 535. num. 1. cum alijs in decisione coram me alle-
gatis, versic. quæ verò obijciebantur.

Eoque magis, quia Thomasia post mortem
parentum obtinuit admitti ad prosequutionem
15 causæ per eius auctores motæ in statu, & ter-
minis, in quibus ea reperiebatur, & ad eamdem
Fratres quoque postea vocati venerunt, quo ca-
su ipsi collitigantes dicuntur fecisse omnia acta
16 sua, & ratificasse † omnia antea gesta, *Innoc. in*
cap. cum super num. 6. vers. si autem hæc tertia perso-
na, & ibi Butr. n. 18. Felin. n. 17. de re iudic. Put. de-
cis. 32. n. 2. lib. 3. Rota in Cæsaraugustanæ Distributio-
num 4. Decembris 1634. coram Reuerendiss. D. meo
Patriarcha Panzirolo.

Minus obstat secundo, quod prædium adiudi-
catum Fratribus sit tornaturarum 30. & prædium
quod Albertus habuit ab hæreditate Ioannis Ba-
ptistæ esset tornaturarum 120. quia dum ex præ-
17 cedentibus constat, quod Fratres non acquisiue-
runt totum prædium, sed solummodo ex eo tor-
naturas 30. hinc nulla potest prætendi diuersitas,
nec offuscari identitatis probatio, sed immò ma-
gis elucescit, quia dum non controuertitur, nec
controuerti potest, quod totum integrum prædiū
fuerit possessum a Testatore, ita etiam dicendum
18 est de his triginta tornaturis ab eo detractis cum
idem ius sit de parte, quod de toto *l. quæ de tota,*
ff. de rei vindicat. l. cuius effectus. ff. de regulis iuris,
& vtrobique DD. & regulariter minor summa
19 inest in maiori, vt in his terminis pro saluanda
identitate respondit *Rot. decis. 87. num. 8. par. 5.*
recent.

Et ita decisum vtraque parte informante.

R.P.D.

R. P. D. MELTIO.

Postea Episcopo PAPIEN.

Romana, seu Ianuen. Locorum Montium.

Lunæ 26. Ianuarij 1643.

ARGVMENTVM.

Ad probandam iustificationem Cambiorum, necesse est probare realiter, & non per solam assertionem, quod litteræ fuerunt transmissæ, cum illarum redditu. Mandatum procuræ, quantumuis liberum, & absolutum, & quod ipse procurator possit, quantum ipse principalis. Nam prædictum mandatum semper est intelligendum quatenus agatur fideliter, & cum bona fide, nec talis procurator potest obligare suum principalē pro suo proprio interesse, constituendo eum pro se fideiussorem suum.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ, vt dicantur conformes sat est, vt in se non discordent.*
2 *Ex Actorum reuolutione colligitur validitas sententiæ.*
3 *Executio trium sententiarum conformium, vt possit retardari requiritur iniustitia valde notoria.*
4 *Literarum transmissio est necessaria cum illarum redditu est omnino necessaria ad iustificationem Cambiorum.*
5 *Assertioni alicuius non est standum, quando ipse aliquid adimplere debebat.*
6 *Fraudibus non est aperienda via.*
7 *Cambia, vt probentur, debent exhiberi litteræ originales.*
8 *Procurator non potest pro se capere pecunias ad Cambium, & ad hoc obligare suum principalem.*
9 *Procurator, quamuis habeat amplum mandatum procuræ, non tamen potest pro proprio commodo obligare suum principalem.*
10 *Mandatum datum, cum clausula cum libera, dicitur translata in procuratorem omnis facultas.*
11 *Clausula, cum libera, posita in amplo mandato procuræ intelligitur dūmodo procurator bona fide agat, & non pro se obligando principalem ad sui commodum.*
12 *Procurator excedens fines mandati, aliud negotium gerere videtur sine mandato.*
13 *Fides resolutionis gabellæ, non probat solutionem pecuniæ mercis, quæ fieri non solet in actu denunciationis.*
15 *Mandatum habens ad exigendum ab aliquo non potest à diuerso exigere.*
16 *Mandati fines diligenter sunt custodiendi, vt nec etiam in modico excedi possint.*
17 *Dominus in aliquo non remanet obligatus, dum eius procurator in aliquo excessit.*
18 *Adiudicatio, quando non sit habenda in consideratione.*
19 *Sententia sine actis non probat, cum non sit iustificata, quod procedit etiam excipēdo, aliàs esset illam quoad modum exequi.*
20 *Mandatum procuræ ad accipiendum ad cambium, vel mutuum quamcumque summam pecuniarum, casque amplè expendas nomine principalis quid importet, & num. 21.*
22 *Procurator, quando quantum possit, quantum ipse principalis.*
23 *Mandatum amplum, & generale est restringendum secundum limitationes positas in eodem mandato.*
24 *Verba, quando sunt illatiua non inducunt aliquam diuersitatem, sed dispositiones omnino coniungunt.*

DECISIO CXLV.

NON acquiescēte D. Simone ab Auria tribus sententijs ad fauorem D. Angeli Lomellini latis nempe coram bon. mem. Pirouano, coram R. P. D. meo Rojas, & vltimo loco coram Reuerendiss. D. meo Decano, ad effectum obtinendi retentionem quorumdam locorum montium, quæ fuerunt assignata eidem Simoni per Mariam Lomellinam matrem Angeli, & Io. Vincentij pro euictione Palatij venditi D. Aloysio Centuriono pro limitato tempore annorum 15. pro quo tempore dictus Simon ad fauorem dicti Centurioni fideiusserat, eoque transacto dictus Angelus restitutionem locorum montium iuxta possessionem dicti Simonis petijt, ipse vero illam facere renuit sub pretextu, quod esset creditor dicti Angeli in tribus partitis, vt infra, commissa mihi fuit causa cum clausula, constito de tribus, quo dubio proposito fuit per Dominos affirmatiuè responsum, quia tamen in prima sententia coram bon. mem. Pirou. quam in alijs duabus fuit condemnatus D. Simon ad restitutionem dictorum locorum montium erga D. Angelum, & ad hunc † effectum sufficit, quod inter se non dissentiant *l. cum quæritur, ff. de except. rei iud. Abb. cons. 50. num. 2. lib. 1. Dec. cons. 56. in princ. Marches. de commiss. part. 2. fol. 115. nu. 182. Elboren. fructum dotis 23. Martij 1630. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

De illarum validitate non potest dubitari cum
2 ex reuolutione actorum apparet † de commissione causæ mandato procuræ, citationibus, & alijs necessarijs pro sententiarum validitate, de quibus per *Caputaq. decis. 260. par. 2.* Iustitia verò deducitur ex fundamentis, & rationibus consideratis in pluribus decisionibus in causa emanatis, & ad
3 impediendam executionem † trium conformium iniustitia debet esse valde notoria, *Franc. in cap. dilecto, quæst 58. de appellat. Ruin. consil. 114. lib. 4. Surd cons. 324. num. 5. lib. 3. Gratian discept. forens. cap. 545. num. 1. & 2. Rota decis. 78. par. 4. diuers. & 251. num. 9 coram bon. mem. Buratto.*

Quoad primam partitam scutorum 1725. auri videtur illam non subsistere cum vltra responsiones datas in alijs decisionibus, præsertim coram bon. mem. Buccabella 31. Maij 1638. * quas etiam DD. hodie confirmarunt appareat eamdem esse conflatam ex cambijs non iustificatis ex
4 literis † quarum transmissio cum illarum redditu est omnino necessaria ad iustificationem cambiorum. *Rota decis. 151. lib. 3. par. 3. diuers. Romana pecuniaria, seu cambiorum 10. Iunij 1610. coram bon. memor. Card. Sacrato, & in alia Romana Cambiorum 13. Iunij 1629. coram bon. mem. Motmanno, & in alia discussionis bonorum 26. Iunij 1630. coram bon. mem. Coccino,* sed solum deducuntur ex computis datis
5 ab eodem Simone, † cuius assertioni tali casu non est

est dandam. *l. qui testamentum, ff. de prob. l. cum qui decedens, §. Titij ff. de leg. 3. Anchar. cons. 150 num. 8. Rota decis, 52. num. 5. par. 1. recent.* quia alias esset
6 aperta via † fraudibus, & est communis opinio *Bart. l. si fortè, ff. de pecul. Castr. Iason. in l. donationi, C. de collat. Dec. cons. 132. num. 2. Castr. cons. 117. lib 1. Rota decis. 559 num. 2. par. 2. recent.*

Nec obstat secunda partita scut. 1213. quæ fuerunt data ad cambium in maiori summma Io. Vincentio fratri ab Octauio Solimano, à quo postea fuerunt cessa D. Simoni, quia non iustificatur istud præsensum cambium pro quo non exhibentur litteræ originales, quæ prætenduntur subscriptæ, sed solum illarum copia inserta in
7 instrumento † protestationis, quæ non probat ad fauorem inserentis, vt notant *DD. in auth. si quis in aliquo, C. de edend.* & ex tenore dictæ copiæ insertæ apparet istud prætensum cambium cum Io. Vincentio factum fuisse, qui licet esset Procura-
8 tor D. Angeli, & potuisset pro eo † cambiare, tamen quia Ioannes Vincentius non accepit ad cambium pecunias pro eodem Angelo, sed pro
9 seipso eum nō obligauit, quia illius procura † licet ampla, non tamen extendebatur ad obligandum D. Angelum pro proprio commodo, & sic ad fideiubendum pro ipso Procuratore *l. si creditur, §. Lucius, vbi Bart. & alij, ff. mandat. Rauennaten. Census 31. Ianuarij 1603. coram bon. mem. Card. Millino, apud. Cenc. de cens. decis. 190. num 1. Rota in Romana Cambij 22. Iunij 1639. coram Reuerendiss. D. meo Decano, Rota decis. 103. num. 19. par. 5. diuers.*
10 Nec tali casu suffragatur clausula, † cum libera &c. ex qua appareat fuisse in Procuratorem translatam omnem facultatem *Bart. in l. creditor, §. Lucius, ff. mandat & in l. Procurator cum libera, ff. de procur. Angel. in auth de collat. §. ad hoc prohibemus.* Quia talis clausula intelligitur dummodo Pro-
11 curator contrahat bona † fide, & obliget Dominum pro facto proprio ipsius Domini nec faciat actum ad sui commodum, & in præiudicium eiusdem Domini *l. contra iuris, § si filius, de pact. Dec. cons 402. num 9. Rot. d. decis. 190. num. 1. post Cenc. de cens & dec. 311. num 4 & 18. coram Papa Gregor. XV.* & Procurator fines mandati excedens aliud
12 negocium agere videtur ad † quod mandatum non habet *l. diligenter ibi nam qui excessit ff. mand. l. sed si ante, ff ad Trebell. l. si itaque, ff. de iur. iur.*

Nec quidquam facit partita extracta ex manuali gabellæ cambiorum, qua iustificari prætenditur solutionem fuisse facta Muzanti alteri Procuratori D. Angeli. Quia dicta partita solum continet assignationem, & denunciationem fa-
13 ctam Gabellæ, † non autem numerationem pecuniæ, quæ fieri non solet in actu talis denunciationis, quibus omnibus optimis fundamentis, & rationibus fuit responsum in decisione in hac causa emanata 31. Maij 1638. coram bon. mem. Buccabella, in qua fuit pariter sufficienter satisfactum obiectioni circa subscriptionem apocæ per Zenobium Complementarium eiusdem Angeli,
14 & circa epistolam scriptam per ipsum Angelum per duos menses per dictam apocam.

Quo verò ad tertiam partitam scut. 1677. licet in decisione coram bo. mem. Pironiano sub die 15. Iunij 1640. ea pariter ex optimis rationibus non admittatur responsum etiam fuit dictam partitam minus esse iustificatam ex ordine Angeli, & Io. Vicentij, quia mandatum Insulæ Procuratoris Lercarij fuit ad exigendum pecunias Lercario quomodolibet deben. in nundinis, & alias
15 pecuniarum summas eidem remissas ideoque nō visum fuit sufficiens pro exactione scutorū 6000. quæ non erant Lercario debita neque remissa, sed illi mutuare debebant sub obligatione restituendi iuxta ordinem supradictum, vt ex Summario Angeli *num. 2.* Vnde mandati fines adeo erant diligenter seruandi, vt nec etiam in modico exce-
16 di potuerint *l. diligenter, ff. mandati Paris. cons. 47. num. 43. lib. 1. Couar. var. lucubrat. tit. 4. cap. 17. num. num. 61.* & Dominus in aliquo non remanet obli-
17 gatus *l. Procurator C. de Procur. l. præterea, l. si quis pro eo, vers. igitur, ff. mandat. Morot. cons. 25. num. 1. in fin Iason. consil. 200. num. 2. vol. 2. Lancell. Gall. consil. 52. nu. 21. Bursatt. cons. 395. nu. 13. Rot. in Romana Vineæ, 23. Iunij 1642. coram R. P. D. meo Bichio.*

Nec pariter obstat, quod Simon pro prima partita mandatum in Ciuitate Genuę contra Iomellinum obtinuerit, cuius vigore eadem Ciuitate loca montium sibi adiudicari, fecit. Quo-
18 niam prætensa adiudicatio non est habenda in aliqua consideratione ex fundamentis optimè deductis in decisione Reuerendissimi D. mei Decani 28. Iunij 1641. nec etiam prætensum mandatum, quia cum ex supra deductis appareat non esse iustificatum non potest admitti, etiamsi deducatur excipiendo quod esset illud quodammodo exequi, vt esset in præsenti iuxta Rotæ obseruantiam *decis. 665. num. 2. part. 1. & decis. 659. num. 2. part. 2. recent.*

Nec releuat, quod Angelus constituerit suum Procuratorem Muzantem ad accipiendum ad cambium, vel mutuum, aut alias quomodocumque dandas, & recipiendas quasuis summas, & pe-
20 cuniarum quantitates cum facultate † expendendi nomen ipsius Angeli, & quascumque partitas & pecuniarum summas scribi faciendum tam ad debitum, quam ad creditum, vt latius in Summario Simonis *num. 6.* ex quibus videatur data
21 dicto Muzanti omnis † facultas vti complementario calculandi soli dandi debitumque agnoscendi nomine Angeli sicut potest quilibet in compli-
22 mentarius habens, facultatem expendendi nomen sui principalis, vt ex *decis. Ianuen. 135. num. 1. & 166. num. pariter 1.*

Quia non negatur fuisse datum complementum, & facultatem Mazanti expedendi nomen Angeli, sed licet dicta facultas vedeatur generalis. Attamen si benè perpendatur est restricta, &
23 limitata ad expressas facultates † in ipsa procura, & pro contentis in ea non autem pro quacumque causa fuit tributa facultas obligandi, vt demonstrant verba dictæ procurę, quæ cum sint illatiua aliquam non inducunt diuersitatem, sed di-
24 spositiones † omnino coniungunt *l. fin. & ibi not. ff. de calumniat. l. neque natalis, C. de prob. Surd. cons. 150. num. 94. lib. 1. Rot. decis. 427. num. 3. par. 2. recent. Seraph. decis 883. num. 7.*

Et ita vtraq; parte informante fuit resolutum.

☞ *Supra in hac eadem causa habentur plures decisiones & præsertim sub diebus 4. Iulij 1675. & 15. Decem-*

cembris eiusdem anni, sunt supra in part. 7. recent. decis. 70. & 305. coram bon. mem. Buccabella, & altera coram eodem adest in præcedenti parte recent. 8. sub die 31. Maij 1638. est in ordine decis. 298. In eadem parte habetur alia emanata in eadem causa coram bon. me. Pirouano Decano sub die 15. Iunij 1640. est in ordine decis. 237. Aliæ decisiones emanatæ in eadem causa coram bon. mem. Dunozetto erunt inter eius mox imprimend. decisiones. Et infra in appendice adest alia sub die 1. Maij 1641. coram Reuerendiss. Rojas.

R. P. D. CERRO.

SACRÆ ROTÆ DECANO.

Romana Vineæ ad Aquam Sanctam.
Lunæ 28. Ianuarij. 1643.

ARGVMENTVM.

Associatio Domino directo agenti ad canones decursos, quibus concurrentibus non possit denegari quoad bona emphytheotica, & alia plura circa hanc materiam associationis.

SVMMARIVM.

1 *Dominus directus si concesserit emphiteusim alicui, & fidei reseruauerit facultatem, in casu solutionis canonis, ingrediendi possessionem, propria auctoritate.*

Et tunc si fuerit cessatum in d. solutione, est Domino concedenda associatio. num. 2.

3 *Facultas ingrediendi possessionem propria auctoritate, restringitur ad casum immediatè præcedentem.*

4 *Clausula inter, duos casus posita, vtrique casu famulatur.*

5 *Instrumentorum verba sunt attendenda.*

6 *Clausula repetitiua, reperit omnes qualitates præcedentes.*

7 *Copula, & æqualiter cupulat, vt idem sit de vno, quam de alio.*

8 *Dictiones*, tàm, & quàm, *stant augumentatione.*

9 *Dictiones*, tàm, & quam, *pariformiter qualificant copulata.*

10 *Dictiones*, oltre che, *omnes qualitates adiecta in prima dispositione, censentur repetita in secunda.*

11 *Domino directo tunc multo magis est concedenda associatio, quando canones non soluuntur si habeat facultatem arrestandi fructus non citatis emphyteotis.*

12 *Remedium* leg. creditores ff. pignor. *qualiter intret.*

13 *Creditor, dum propria auctoritate potest associari sibi bona debitoris, si impleretur officium Iudicis.*

Tunc illud censetur implorare non pro obtinenda licentia, sed pro obtinenda familia, vt associet n. 13.

14 *Reseruatio dominij, & specialis hypothecæ super fructibus rei datæ in emphyteusim, quid importet.*

15 *Associationem ius petendi benè competit ex reseruatione dominij, & specialis hypotecæ.*

16 *Nouatio solutionis, quando dicatur facta.*

17 *Nouatio de iure Nouissimo non præsumitur, nisi probetur.*

18 *Fides extraiudiciales simplices, regulariter fidem non faciunt, presertim si fuerint factæ lite pendente.*

19 *Testes, vt probant nouationem qualiter deponere debeant.*

20 *Tractantur multa, quæ non perseciuntur, nec concluduntur.*

21 *Attestationibus virorum nobilium, & fidei probatissimæ in concursu magis standum est.*

22 *Testibus deponentibus verisimiliora magis stādum est.*

23 *Voluntas à potestate metienda est.*

24 *Fecisse id quis non præsumitur, quod non poterati facere.*

25 *Aestimatio rei traditæ, quando soluitur, perinde est, ac si soluta fuisset ipsa pecunia.*

26 *Res quando subrogatur loco pecuniæ, tunc an æstimatio sit necessaria.*

27 *Protestatio præseruat ius protestantis.*

28 *Protestatio licet post facto emanata, deseruit ad declarationem actus præcedentis.*

Voluntas contrahentium nedum à priori, sed etiam à posteriori, scilicet, & post facto, gestis declaratur. num. 28.

29 *Immissio in Saluiano, quibus concurrentibus non possit denegari. & num. 30.*

31 *De Credito, quando non constat in actis, non releuat,*

32 *Dominium, & speciale hypotecam sibi reseruans super re vendita prefertur omnibus creditoribus anterioribus, & priuilegiatis.*

33 *Iactationis, & iactationum causa committens, id est iudicium ordinarium.*

34 *Commissio si habeat in ventre clausulam*, quam, & quas, *censetur data omnis iurisdictio Iudici circa omne ius, & iudicium.*

35 *Et hoc tam in petitorio, quàm in possessorio quomodolibet deductum. & num. 36.*

37 *Clausula*, quam, & quas, *si quis habeat in commissione, non censetur se restrinxisse ad certum caput, nec elegisse certam viam.*

DECISIO CXLVI.

DAto dubio An Societati Sanctissimi Saluatoris ad Sancta Sanctorum danda esset associatio, vel potius immissio super vinea, & canneto ad Aquam Sanctam, olim concessis in emphyteusim q. Iulio Grappolino, Laura eius vxor, & eiusdem vineæ, & canneti detentrix multa opposuit exceptiones pro excludendis dictis remedijs, & signanter tres. Primum quod ex libris societatis apparet ipsam, & Iulium eius virum soluisse societati multiplicem quantitatem vini, arundinum, & pecuniarum, cum quibus eius debitum remansit extinctum, & ad effectum probandi dictas solutiones petijt eosdem libros exhiberi. Secundum, quod Iulius eius maritus inseruiuit societati in eius officio Secretariatus, & Notariatus, pro quibus seruitijs erat ei debita merces, & salarium, & quod propterea ipso iure inducta fuit compensatio huius crediti cum debito canonum. Tertium denique, quod quantitas canonum, quæ hodie soluitur, est maior solito, & excessiua, & per consequens reducenda. An quas exceptiones restricta disputatione Domini per binas decisiones, alteram sub die prima Iulij 1641.* alterā sub die 30. Martij 1642. * coram me responderunt illas non suffragari.

Firmata dictarum exceptionum irreleuantia, hodie ad instantiam Societatis assumpta disputatione super dubio principali, an eidem Societati danda esset associatio, vel potius immissio, &

DD. etiam in hoc responderunt pro Societate, ei
scilicet competere associationem, & quatenus
opus sit immissionem.

Quo enim ad associationem, cum in Instru-
mento concessionis factæ Grappolino marito, &
auctori Lauræ Societas sibi reseruauerit faculta-
1 tem capiendi possessionem de facto, propria au-
ctoritate, absque licentia Iudicis, & vitio spolij
casu, quo Grappolinus, eiusque successores ces-
2 sarent per triennium in solutione canonum, &
iste casus hodie euenerit, merito eidem competit
associatio. *l. creditores, ibique Bart.num.18.C. de
pignor. Imol.in cap.posuit num.32. extr.locat. Afflict.
decis.326.num.1.Magon.decis.Lucen. 82. num. 5. &
coram Reuerendiss. Vrgellen.decis. 105. num. 2. & in
Romana census coram bon.mem. Merlino impressa post
Cenc.de censib.in ordine decis.542. num. 3.secundum
modern.impress.*

3 Non subsistit, quod facultas prædicta restricta
sit ad casum immediatè præcedentem, quando
ob non solutos canones ageretur ad deuolutio-
nem vineæ, proindeque applicari non possit ad
casum nostrum in quo citra deuolutionem solum
& simpliciter agitur pro consecutione canonum
super fructibus, quia vltra, quod ad effectum, vt
censeatur vtrique casui adiecta, & vtrumque
4 qualificare satis est, quod sit posita inter vtrum-
que nam tanquam posita in medio censetur vtri-
que casui famulari. *l.& si pepercerit 3.§.filius, ff.
de liber. & posthum.l.quisquis 93.ff.de leg.3. Bart. in
l.1.num.4.C.de liber. præterit.* Difficultas remoui-
tur ex lectura Instrumenti, in quo post reserua-
5 tam † facultatem manus iniectionis in casu de-
uolutionis expresè fuit addita clausula extensi-
ua eiusdem facultatis, tam in casibus supra ex-
pressis, quàm in postea exprimendis, ibi, *E tan-
to nelli casi sopra espressi, quanto negl'altri da espri-
mersi qui sotto nel presente Instromento*; Ac proinde
cum tam supra, quàm infra fiat mentio de casu
non solutionis canonum, negari nequit, quin
etiam ad effectum illos consequendi, liceat ca-
pere possessionem propria auctoritate, quia ista
6 clausula † repetit omnes qualitates præcedentes,
& operatur, & censeantur in esse subsequentibus
cum omnimoda paritate, non solùm ex vi illius
7 copulæ † & quæ æqualiter copulat, vt idem sit
de vno quod de alio, *l.si mihi, & Titio, ff.de verb.
oblig.l. vos, §.cum in tab. ff. de duob. reis. Menoch.
cons.56.num.35. Rota coram san.mem.Gregor.XV.de-
cis.308.num.3.*sed etiam ex vi, & efficacia illa-
8 rum dictionum *tàm, & quàm*, quæ stant augu-
mentatiuè *Aymon.cons.227.num.9.Menoch cons.195
num.7.cum alijs allegatis in Albanen. hæreditatis sub
die 23.Iunij 1642.coram me.* Et pariformiter qua-
9 lificant copulata. *l. sancimus, C. de testam. Surd.
cons.317. num.16. & cons. 401. num. 13. & alij per
Barbos.dict. 399.num.1.& 2.*

Idque efficacius probatur ex verbis immedia-
tè post reseruatam prædictam facultatem sequen-
tibus, ibi, *oltre, che il detto Sig. Giulio, & altri
possessori pro tempore di detta vigna, e canneto possi-
no sempre essere sforzati per vigore del presente con-
tratto al pagamento de canoni decorsi, e non pagati, e
li frutti di detta vigna, si possino arrestare, e far ap-
porre, e destinare il Custode etiam non citati li detti
enfiteoti, etiam, che contradicessero.* Ex his enim
verbis apertè conuincitur præcedens pactum ca-
piendi possessionem propria auctoritate fuisse ap-
positum etiam pro consecutione canonum pon-
10 derando non solùm illam clausulam, † *Oltre che*
quæ omnes qualitates adiectas in prima dispo-
sitione facta circa deuolutionem repetit in secun-
da respiciente exactionem canonum *Dec. in l. ic-
cta num.24.ff.si cert.pet.& cons.189.num.7.Surd. de-
cis.185. num. 10. & seqq.* Sed etiam ponderando
facultatem arrestandi fructus non citatis emphi-
11 teoticis, † qui modus procedendi, non citato
debitore congruit facultati capiendi possessio-
nem propria auctoritate ex remedio *d.l.creditores*
12 pro cuius executione non est necessaria † citatio
licet imploretur officium Iudicis, dummodo,
prout hic non imploretur pro impetranda licen-
tia ingrediendi, sed pro obtinenda familia, vt
13 † associet vt aduertunt. *Salycet.in eadem l. credi-
tores num.29.vers.alio modo, C.de pignor.Ias.in l. 2.
num.113.C.de iur.emphit.Menoch.de adpiscen.remed.
5.num.150.Mantic.de tacit.lib.11.tit.5. num. 5. Af-
flict.decis.326.num.1. & 2.*præsertim stante reser-
uatione dominij, & specialis hypothecæ super
omnibus, & singulis fructibus vineæ cum pacto,
14 † quod inde amoueri nequeant, nisi societate
integraliter satisfacta de omnibus canonibus si-
bi debitis, quæ reseruatio tribuit indubitanter
15 † reseruatario ius petendi associationem, vt fuit
dictum *in Romana Saluiani 7. Iunij 1635. coram R.
P.D. Gibisilerio, & in Romana vineæ 4. Iunij 1635.
& 14.Maij 1636. coram bon.mem.Pirouano.*

Minus obstat altera principalis exceptio, quam
opponebant informantes pro Laura, quod sci-
16 licet fuerit facta nouatio † circa modum soluen-
di canones, itaut qui prius soluendi erant in pe-
cunia, modo soluerentur in tot cadis musti, quia
asserta nouatio nullibi probatur, cum tamen de-
beat concludenter verificari, ex quo de iure no-
17 uissimo † nouatio non præsumitur, nisi fiat ex-
pressè *l.fin.C.de nouat.Mantic.de tacit.lib. 17.tit.3.
num.3. & seqq. Rota coram Cardin. Seraphin. decis.
1172.num.2.& in recent.dec.523.num.2 par.4* Atte-
stationes, quæ exhibitæ fuerunt ad probandam
assertam nouationem, vltra quod sunt simplices
18 fides extraiudiciales, † quæ regulariter fidem
non faciunt ex vulgat. Præsertim cum sint factæ
lite pendente *Rota coram bon. mem. Buratto decis.
479 num.12.*non firmant quod asserta nouatio
19 fuerit perfectè firmata, & absolutè conclusa, sed
solum attestantur de modo, ac simplici tractatu
oretenus habito, non tamen ritè, & sufficienter
concluso, sicque nihil releuant, quia oportet,
quod res, quæ sunt tractatæ à partibus, habean-
tur pro perfectis, firmatis, & absolutis ad effe-
20 ctum, vt ius partibus tribuatur, † multa enim
tractantur, quæ non perficiuntur, nec conclu-
duntur *l.sciendum, §.dictum ibi, ea autem sola, ff.de
edilict.edict.Bald.in leg. multum num. 5. C.si quis al-
teri, vel sibi, bene Alex.cons.28.num. 3. lib. 1. Dec.
cons.488.num.10.Gail.obseru.140.num.10.& duobus
seqq.lib.1.Rota diuers.decis.140.num. 6. par. 2.& in
recent.decis.677.num.3.in fin.par.2.cum alijs allegatis
in Romana pecuniaria 12. Decembris 1642. co-
ram me.*

Eoque minus in eis vis fieri potest, cum eli-
dantur ex contrarijs fidibus custodum Societatis
illius

illius temporis attestantium nullam nouationem fuisse conclusam, quorum attestationes in concursu præponderant, & præualent, tum quia sunt
21 viri † nobiles, & probatissimæ fidei, quibus propterea magis est deferendum, tanquam dignioribus, & nobilioribus *l.3.in princ.& l. ob carmen in fine, & ibi glos.in verb.imponi ff.de test.cap.in nostra, extra, eodem tit. Farin.multos cumulans tract. de testibus quæst.165.num.14.Mantic decis.317.n.12.*
22 Tum quia deponunt verisimiliora, nam,† & primo non constat, quod fuerit seruata forma præ-
23 scripta, à statutis Societatis, vnde metiendo † voluntatem à potestate non est credendum, quod custodes absque solemnitatibus requisitis fecerint
24 nouationem, quàm facere non poterant. *Honded.cons.69.num.60.lib. 2. cum alijs per Rotam decis. 186.num.8.par.5.recent.* Secundo, quia vinum fuit consignatum æstimatum redacto illius valore ad quantitatem, quæ æstimatio facit, vt perinde sit,
25 ac si soluta fuisset ipsa pecunia *l.si pro mutua, C.si cert.pet. l. si pretij caus. vbi Bald.in princip. C. de re. scind.vendit.Rota in rec.dec.52.num.8.part.6.& decis. 114.num.15.part.7.* & tamen si mediante nouatio-
26 ne vinum fuisset subrogatum loco † pecuniæ dicta æstimatio non fuisset necessaria. Tertio denique, quia in secunda partita in actu consigna-
27 tionis vini fuit facta protestatio, quod accipiebatur sine præiudicio deuolutionis, & citra nouationem aliquam, quæ protestatio licet ex post facto deseruit tamen notabiliter ad declaratio-
28 nem † præcedentis tractatus, cum nedum à priori, sed etiam à posteriori, scilicet ex post facto gestis declaretur quid partes ab initio egerint, & intellexerint *Mantic.decis.313.num.3.*

Quatenus autem opus sit immissionem etiam competere dictum fuit, quia creditum cum hypotheca probatur ex instrumento concessionis possessio Iulij de tempore hypothecæ, vel postea
29 non controuertitur, detentatio verò Lauræ probatur ex instrumento captæ possessionis, & sustentatione litis, quibus concurrentibus datur
30 immissio in Saluiano iuxta opinionem, quàm passim Rota seruat.
31 Nec Lauræ suffragari potest eius creditum dotale, quia præterquam, quod in actis non constat, cum Societas in concessione vineæ reseruauerit sibi dominium, & specialem hypothecam super fructibus pro satisfactione canonum, præ-
32 ferri debet in concursu quibuslibet creditoribus etiam anterioribus, & priuilegiatis iuxta doctrinam *Bartol.in l.licet, C.qui potior.in pign.hab.Scacc. de camb.à §.1.quæst.7.part.2.ampliat.8.num.165.Gratian.disceptation.forens.cap.527.num.13.& 14.& capit.370.num.1.& cap.900.num.15.Franch.decis.506. num.6.*

Defectus autem iurisdictionis deductus ex eo,
33 quod Societas ab initio obtinuerit committi † causam iactationis, & iactationum *ex remed. leg. diffamari, Cod. de ingen. & manumiss.* quod est iudicium ordinarium, vndè videbatur deficere iu-
34 risdictio respectu † associationis, & immissionis nullatenus probatur. Quia cum commissio habeat in ventre clausulam, *quam*, & *quas* absq;
35 vlla taxatiua, & restrictiua, † censetur data iurisdictio nedum respectu iudicij ex dicto remedio *l.diffamari*, sed etiam associationis, & immissionis ex vi, & natura latissima dictæ clausulæ omnem causam, omnemque iudicium, ac ius, tam
36 in petitorio, quam in possessorio † quomodolibet deductum, & deducendum comprehendentis *Rota diuersor decis.684.num.2.vers. alij dicebant part.3.lib.3.& decis.16.num.2.part.4. & in recentior. decis.216.num.6.in fine. & decis.789.num.4. par. 3. & decis.57.num.33.par. 7.* & ea stante quis non censetur se restrinxisse ad certum caput, neque eligisse certam viam *Rot.coram sanct. mem. Gregor. decis.270.num.4.cum alijs ibid.per Add.*

Ea, quę iterum in hac disputatione repetebantur de compensatione rogituum factorum à Grappolino cum debito canonum, de Notarij destinationem ad effectum perquirendi dictos rogitus, & demum de excessu canonis, præter quod sunt extra dubium, fuerunt abundè sublata in dd.duabus decisionibus coram me.

Et ita vtraque parte informante resolutũ &c.

Decisiones istæ in hac eadem causa emanatæ sub diebus 1. Iulij 1641.& 30.Martij 1642.erunt infra in Appendice.

R. P. D. GHISILERIO.

Postea Episcopo TERRACINEN.

Bononien.Fideicommissi de Recordatis.

Veneris 30.Ianuarij 1643.

ARGVMENTVM.

Filio pupillo, si testator duplicem substitutionem fecerit pupillarem scilicet, & fideicommissariam, & sic vnum substituerit pupillariter, & alterum per fideicommissum, tunc si dictus filius decesserit in pupillari ætate, substituto pupillariter debetur legitima, & Trebellianica, nisi ista sit prohibita, & substitutus per fideicommissum reliquum habebit, quod late declaratur.

SVMMARIVM.

1 *Pupillo dupliciter potest fieri substitutio vna pupillaris, & altera fideicommissaria post obitum pupillariter substituti.*
Et hoc casu pupillariter substitutus capit legitimam, & trebellianicam, & substitutus pupillo potest mortem pupillariter substituti capit residuum, nu.2.& 3. Atque hæc opinio communiter tenetur, & ista est æqua, & consona menti testatoris, quam sequi debemus, & num.4.& 5.
6 *Substitutio, quando est continuatiuè facta ad præcedentem substitutionem, cum dictione continuatiua, & eisdem verbis, quid id operetur.*
7 *Ex Continuatione sermonis intelligitur retenta, & repetita qualitas præcedentis dispositionis.*
8 *Substitutio, quando reperitur facta, cum dictione, ac etiam denotante implicationem cum præcedentibus, inducit retentionem præcedentium qualitatum.*
9 *Substitutiones quando sunt connexæ, quid operetur talis connexio.*
10 *Clausula, vulgariter, & respectiuè pupillariter, & per fideicommissum, quid operetur.*

Ver-

11 *Verba debent adaptari cui conueniunt, & non cui non conueniunt.*

12 *Cauillationes in sensum Indicantis non cadunt.*

13 *In Codicillis non potest directo substitui.*

14 *Dictio, vt supra, est repetitiua, omnium qualitatum præcedentium.*

15 *Dictio, vt supra, est repetitiua etiam personarum.*

16 *Singula singulis discretiue referenda sunt, declara; vt num. 17.*

18 *Clausula eadem non debet diuidi, & diuersimode intelligi.*

19 *Casus tantum, quando dicatur diuersificatus, & non persona.*

20 *Testamenti vna pars aliam declarat.*

21 *Dictio, respectiuè qualiter censeatur posita.*

22 *Verba referri debent ad ea quæ possunt adaptari.*

23 *Bald. in l. ex tribus, num. 6. C. de inoffic. testam. quo casu intret.*

24 *Et in quo consistat eius fundamentum, & vide numer. 25. & 26.*

27 *Substitutio, quando videatur facta non in bonis pupilli, & in bonis proprijs testatoris.*

28 *Proprietas verbi, si bi, quid importet.*

29 *Fideicommissum, si sit à patre relictum pupillo, eidem debetur legitima, & Trebellianica.*

30 *Verbum omne, nedum vniuersitatem, sed etiam totalitatem significat.*

31 *Testator, si disposuerit, quod fideicommissarij in omnibus bonis succedant censetur prohibita detractio Trebellianicæ, quia alias non succederent in omnibus bonis.*

32 *Substitutio si fuerit facta in residuo totius, censetur prohibita Trebellianica.*

33 *Trebellianica potest prohiberi, etiam filijs primi gradus, non solum expressè, sed etiam tacitè.*

DECISIO CXLVII.

GREGORIVS de Recordatis in suo vltimo Testamento, cum quo decessit, instituit sibi hæredem Philippum Carolum filium infantem, eoque præmortuo, vel in pupillari ætate, aut postea quandocumque decedente sine filijs masculis quoad ædificium cum apotheca in Platea Bononiæ substituit, & quatenus opus sit instituit vulgariter, & respectiuè, pupillariter, & per fideicommissum, ac alias omni meliori modo Ioan. Andream Recordatum, eius proximum Agnatum, & illius filios, & descendentes ordine successiuo, &c. Quo vero ad reliqua omnia alia bona, res, & iura suæ hæreditatis substituit, ac etiam quatenus opus sit, instituit vt supra Lauram de Castellanis matrem, & ea præmortua, ac etiam postea quandocumque decedente in eisdem reliquis omnibus bonis, & hereditate vniuersa substituit, & quatenus opus sit instituit etiam vulgariter, & respectiuè pupillariter, & per fideicommissum, vt supra hæredem vniuersalem prędictum Ioannem Andream Recordatum, & eiusdem filios masculos, & descendentes ordine successiuo, &c. In eodem Testamento Lauram matrem tutricem Philippi Caroli deputauit, illamque liberauit ab onere cuiusuis cautionis, & cuicumque præstandæ, & Iuniperæ vxori nonnullos Annulos, aureos in signum beneuolentię legauit, decessit testator, superuixit Philippus Carolus pupillus per quinquennium quo temporis spatio iuxta dispositionem patris Laura tutrix vniuersam hæreditatem administrauit. Deinde, & ipse Philippus Carolus decessit in pupillari ætate, & prædictus Ioan. Andreas habuit ædificium cum apotheca, de quibus supra, & Laura pupillariter substituta vigore prædictæ vocationis adepta fuit possessionem omnium bonorum, denium etiam ipsa decessit scripta sibi herede Victoria Panzachia, quæ accepit omnia bona hæreditaria supradicti Georgij testatoris.

Hieronymus, & fratres de Recordatis filij prædicti Ioan. Andreæ prædefuncti, prætendentes esse factum locum vocationi vniuersali ad eorum fauorem instituerunt iudicium super immissione ex remedio *l. final. C. de edict. Diu, Adr. tollen.* aduersus d. Victoriam hæredem extraneam Lauræ, & cum dato dubio An eis esset danda immissio non dubitaretur de vocatione supradictorum, bonorum identitate, alijsque requisitis in hoc iudicio, sed controuersia reduceretur ad detractiones, quas Victoria prætendit subi competere non solum ex persona Lauræ, sed etiam ex persona Philippi Caroli primi hæredis instituti consistentes. Primo in dote ipsius Lauræ in summa librarum 10. mill. Secundo in dote Iuniperæ de Piratijs vxoris Georgij testatoris restituta ab eadem Laura in summa librarum 6000. Tertio in annuo censu librarum mille cum fructibus acquisito à Laura nomine proprio contra hæreditatem fideicommittentis, qui alias dictum censum imposuerat. Quarto in libris 4000. à Laura solutis pro extinctione alterius, Census impositi cum obligatione insolidum Augustini patris fideicommittentis. Quinto demum in legitima, & Trebellianica ex persona Philippi Caroli pupilli tanquam per fideicommissum grauati, Domini distinctè procedendo censuerunt Victoriæ competere detractionem legitimæ non autem Trebellianicæ, quo vero ad alia crediti mandarunt, quod eligeretur peritus.

Quantum attinet ad legitimam debitam Philippo Carolo pupillo in bonis paternis, & ex eius persona Lauræ substitutæ pupillari, à qua causam habet Victoria, An venit in restitutione pendet ab eo, An substitutio Ioan. Andreæ, & filiorum facta fuerit ipsi pupillo, An potius Lauræ substitutæ pupillari, quia si facta fuit Lauræ substitutio restituenda est per Lauram legitimam, si vero Philip-
1 po Carolo † pupillo post mortem Lauræ pupillariter substitutæ quia potest pupillo fieri duplex substitutio, altera pupillaris, & altera fideicommissaria post obitum pupillariter substituti tali
2 casu substitutus pupillariter capit legitimam, † & Trebellianicam, & substitutus pupillo post mortem pupillariter substituti, & sic diuerso tempore
3 per fideicommissum † capit residuum, vt in puncto firmat *Bald. in l. ex tribus sub num. 6. C. de inoffic. testam.* vbi dicit consuluisse Viterbi, & esse de apicibus iuris, idem *Bald. cons. 41. lib. 2. cons. 272. lib. 4. & cons. 316. ad fin. vers. cum igitur lib. 5.* illum sequi-
4 tur *Capr. cons. 7. num. 24. 25. & 26.* vbi dicit hanc † opinionem communiter teneri, & *cons. 49. num. 8.* quod hæc opinio est æqua, & consona voluntati testatoris, quam sequi debemus *Alex. in l. in omnibus §. qui suspectam num. 6. ad fin. vers. & illud quod dicit, ff. ad Trebell. Ruin. cons. 21. nu. 12. vers. sed Bald. lib. 3. Zanch. in l. hæredes mei, §. cum ita nu. 474. & 58.*

Peregr.

Peregr.de fideicom.artic.8.num.42. ita in *Senat.Pedemont.* iudicatum fuisse testatur *Thesaur. iun. lib.2. quæst.forens.quæst 70.num.20.Bellon.iun.consl.36.num. 106.cum plurib.seqq.*

In casu, de quo agitur substitutionem factam fuisse pupillo per dicta verba testamenti ibi, & ea præmortua ac etiam postea quandocumque decedente nempè Laura in eisdem reliquis omnibus bonis & hæreditate vniuersa substituit, & vulgariter, ac respectiuè pupillariter, & per fideicommissum vt supra, & quatenus opus sit instituit sibi hæredem vniuersalem prædictum Ioan. Andream Recordatum, & ordine successiuo, ac etiam eo præmortuo Ioan. Andreæ filios masculos, legiti-
5 mos, & naturales Domini deducebant † ex infrascriptis cum sufficiant coniecturæ, vt tradunt in specie *Bottigl.vol.1.vltim.volunt.consl.154.num.5.in fin.6.7.& 18.Bellon.iun. d. consl.36.num.79.vers.tertius, & à num.90.vers.3.vsque ad nu.96.* Primo quia substitutio legitur continuatiuè facta ad substitu-
6 tionem præcedentem factam pupillo cum † dictione continuatiua, & per eadem verba vnde censentur ex hac continuatione sermonis retenti termini prius expressi, & qualitas præcedentis orationis, & sicuti præcedens substitutio est facta pupillo ita etiam ista, vt cum *Curt.iun.& Chost.deducit Bellon.iun.d.consl.36.num.91.92.& 93.* & quod
7 ex † continuatione sermonis intelligatur retenta, & repetita qualitas substitutionis, tradunt *Bald. consl.17.lib.2.Thesaur.decis.200.num.16.Peregr.consil.32.num.24.lib.2.Odd.consl.95.num.82. Rot.in Perusina fideicommissi de Baptistis 28.Maij 1627. & 15. Decembris 1628.coram bon.mem.Pirouano.* Secundo
8 quia substitutio facta legitur cum dictione, ac etiam, † denotante implicationem, & coniunctionem cum præcedentibus, & sic inducente retentionem præcedentium qualitatum: Quemadmodum ergo in præcedenti casu, quo Laura fuisset
9 præmortua substitutio erat facta Philippo Carolo pupillo, † sic in alijs casibus eidem facta censetur, vt in simili *Rota decis.640.num.9.par.1.diuers.* quasi substitutiones vnica oratione cum dicta dictione factas, noluerit testator diuerso iure censeri nec fieri diuisionem voluntatis. Tertio quia clau-
10 sula vulgariter † & respectiuè pupillariter, & per fideicommissum vt supra refert substitutionem ad pupillum, & operatur illi, non Lauræ censeri factam substitutionem, ex quo debet vniformiter determinare omnes substitutiones eodem verbo, substituit, determinatus, sicut ergo certum est ita determinare vulgarem, & pupillarem, vt ille pu-
11 pillo, † cui conueniunt, non Lauræ, cui non conueniunt factæ dicantur, sic eodem modo determinare debet fideicommissariam, vt in puncto firmant *Ias. consl.99 num.8. vers.quod autem num.6.7. & 14.vers.item vt dixi, & seqq.lib.4.* quod est inter consilia *Curt.iunior.314. Curt.iun.consl.266.in princ. num.1.& 23.& consl. 67.num.7.8.& 11.vers.vel potius, dicens esse certum, Dec.inter eadem consilia Curt. 316. num.3. vers.secundo, & num.4* dicens in con-
12 trarium † adductas esse cauillationes, quæ in sensum iudicantis non cadunt *Andr.de Bassignan.inter consil.vltim. voluntatum consl.152. ante num.1. lib 1. Butticell. inter eadem consil.154 num.11. vers.2.12. & 13.eodem lib.Zanch.in § ad ita par.6. num.29 Simon.de Prat. de interpret. vltim. volunt. fol.236. sub num.31.Peregr.de fideicomm.artic.12.num.39.Fusar. de substit.quæst.299.num.37.Bellon.iun.consl.36.n.90. vers.tertio,* quam conclusionem pro vera admittunt etiam qui contra *Iason.* aliosque supra relatos in eadem causa consuluerunt, quando substitutio fit in testamento illam vitantes, quia erat facta in
13 codicillis, † in quibus dicunt clausulam non operari, cum non possit in eis directo substitui nempe *Curt.iun consl.72.num.3.& consl.26. sub num. 21.& consl.315.sub num.14 vers.6.& seqq.& nu.55. vers.non obstat modo Dan.Landulf. lib.1.vltim.volunt. consl.155.num.6.* Quarto quia in eadem vltima substitutione apposita est dictio repetitiua vt supra,
14 quæ † proinde repetitiua est omnium qualitatum præcedentium, & signanter qualitatis personę, cui
15 facta est prior substitutio, ita quod dum † præcedens substitutio fuit facta pupillo, sit etiam secunda dicitur facta eidem pupillo, vt in terminis, *Curt.iun.d.consl.266.sub num.23.vers.& euidenter, & consl.267.Ioan.Anton.inter consl.vltim.volun.consl.153. num.7.8.lib.1.Bellon.iun.d.consl.36.num.94.& 95.*

Neque releuat responsio data dictæ clausulæ
16 vulgariter, & respectiuè pupillariter, &c. vt † intelligatur discretiuè singula singulis referendo. Quia vera est, quod casus substitutionis, non quoad personam cui fit substitutio, nam quemadmodum verba vulgariter, & pupillariter referun-
17 tur † pernecesse ad pupillum sic ad eum congruè referri potest, & debet verbum per fideicommis-
18 sum, ex quo nihil est, † quod vrgeat clausulam diuidi, & diuersimodè intelligi, ita in terminis tradunt *Ias. Dec. Curt. Butticell. aliique supra in nu.3. relati.* Cum præsertim prout in præcedenti substitutione particulari facta super ædificio cum apotheca testator posuerit, eamdem clausulam vulgariter, &c. cum eodem verbo respectiuè distinguendo seu diuersificando tantum casus non autem
19 personas cum dicta substitutio † nonnisi ad pupillum referri posset, vnde eodem modo in substitutione vniuersali eadem clausula casus non per-
20 sonas diuersificat cum † vna pars testamenti aliam declaret, vt in puncto *Curt.iun.d.consl.266.sub n.1. vers.& quia supra Dec. inter consl. eiusdem consl.316. nu.19. Butticel.inter consl.vltim.volunt.lib.1.consl.154 sub num.5.vers.ergo in 1.substitut.* Secundo quia dictio respectiuè posita est ante verbum pupillariter,
21 & sic † stare non potest discretiuè quoad personas, dum pernecesse vtraque dictio vulgariter, & respectiuè pupillariter referri debet ad pupillum,
22 non ad Lauram, † cui non adaptatur.

Non obstat quod doctrina Baldi, & aliorum procedat in casu, quo fuerint plures fratres instituti, & reciprocè substituti etiam pupillariter qui-
23 bus deficientibus fuerit alius substitutus, † & sic considerari possint duæ substitutiones distinctè, secus autem sit dicen. in præsenti vbi non adest reciproca inter fratres, quia fundamentum Baldi, & aliorum non consistit in qualitate reciprocæ,
24 sed in duplicitate † substitutionum, scilicet, quod primo facta fuerit substitutio pupillaris, & secundo quod post mortem suam, & substituti pupillaris fuerit facta substitutio fideicommissaria, vt explicat *Peregr.consl.46.num.16.lib.1.* & sequitur *Bald. in d.l. ex tribus num.5. C. de inoffic. testam. & Capr. consl.7.num.25.* In casu autem, de quo agitur concurrit duplex substitutio requisita à Baldo vtra-

que

25 que facta pupillo † nempe prima pupillaris ad
fauorem Lauræ, & secunda fideicommissaria ad
fauorem Ioannis Andreæ, & filiorum, allegati vero in contrarium non loquuntur quando fideicommissaria fuit facta pupillo, sed quando fuit facta pupillariter substituto, qui non est casus noster cum testator non reliquerit fideicommissum
26 à Laura, † sed à Philippo Carolo, vt ex pluribus fuit comprobatum supra, fuit quoque ponderatum, quod etiam vbi substitutio Recordatorum esset facta Lauræ, & non post eius mortem pupillo, vt constat ex supra firmatis adhuc tamen non venirent in substitutione bona pupilli, sed tantum
27 bona testatoris, † quia substitutio videbatur facta in bonis testatoris, non pupilli, *Castren. in l. ita, tamen, §. qui suspectum num. 4. vers. aut si non generaliter, ff. ad Trebel. Thesaur. iun. quæst. forens. lib. 3. quæst. 70. num. 9. & 10.* & alij quos refert, & sequitur *Bellon. iun. cons. 6. num* 111. & ad hoc fuit considera-
28 ta † proprietas verbi, sibi, cum quo facta legitur, substitutio vt post *Cost. Menoch. præsumpt. 74. numer. 6. lib. 4.*

Ex quibus cum fideicommissum sit relictum à
29 pupillo, sequitur quod detrahenda † sit legitima eidem pupillo competens in bonis testatoris, prout etiam detrahenda esset trebellianica, nisi fuisset prohibita.

Prohibitio deducitur ex eo, quod Georgius testator substituit Ioan. Andream, & eius filios masculos in omnibus bonis, & vniuersa hæreditate, verbum enim, omne, quia nedum vniuersalitatem, sed etiam totalitatem significat, importat prohi-
31 bitionem trebellianicæ, † quæ si detraheretur non succederet substitutus in omnibus bonis, vt in his terminis fuit decisum in *Romana Trebellianicæ 9. Nouembris 1612. coram bon. mem. Vbaldo*, in qua Rota censuit Trebellianicam fuisse prohibi-
32 tam. Tum quia substitutio erat facta in † residuo totius, tum quia in omnibus bonis in §. accedit sequendo opinionem *Mantic. de coniect. lib. 7. tit. 12. num. 17.* qui relatis hinc inde opinionibus hanc firmat, & probat ex *l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad tre-*
33 *bell.* & Trebellianica † posse prohiberi etiam filijs primi gradus non solùm expressè, sed etiam tacitè pluries firmauit *Rota vt per Cassad. decis. 4. de testam. Crescen. decis. 2. eod. tit. Rota coram Seraph. decis. 553. num. 8. & decis. 580. num. 1. coram eodem coram san. mem. Gregor. XV. decis. 421. num. 11.* & aliàs sæpè, vt in decisionibus relatis per *Add. ad dictam decis. 421. num. 16.*

Quo verò ad alias detractiones dotium Lauræ Iuniperæ, & aliorum debitorum hæreditatis à Laura solutorum placuit DD. quod eligeretur peritus ad hoc, vt videatur An ad manus, Lauræ peruenerint tot pecuniæ hæreditariæ, vt ex illis potuerit sibi satisfieri prout prætendunt informantes pro supradicto Hieronymo, & fratribus probari ex calculo dato.

Et ita vtraque parte informante fuit resolutum, &c.

R. P. D. GHISILERIO
Postea EPISCOPO TERRACINEN.
Romana liberationis, seu Pecuniaria.

Veneris 6. Februarij 1643.

ARGVMENTVM.

Littera G. iuxta stylum Mercatorum posita in Epistolis, quando capiuntur pecuniæ ad cambium, quid significet. Legatum amplissimum, & generalissimum factum alicui, quod quis liberetur, à quibusuis molestijs damnis, expensis, &c. quid importet, & qualiter veniat interpretandum.

SVMMARIVM.

1 *Littera G. iuxta stylum Mercatorum, continet nomen illius qui accepit ad cambium, & non vult nominari.*
2 *Et dicta littera G. continet principium nominis, & quid operetur.*
3 *Recognitio bonæ fidei cum obligatione Camerali facta, sufficit ad hoc, vt recognoscens, censeatur cum ratione ipsa suscepisse obligationem Cambij pro ipso factam occasione alicuius cambi.*
4 *Declaratio facta in libro priuatarum rationum, quid operetur, num. 5. & 9.*
6 *Legatum liberationis à molestijs quibuscunque quibus molestijs censeatur facta liberatio.*
7 *Legatum liberationi à quibuscumque molestijs intelligitur etiam de quibuscumque molestijs quoque de facto inferendis.*
8 *Cambium quando non censeatur creatum ex pecunijs proprijs capsoris, sed rationis.*
10 *Mandans debet indemnem conseruare suum mandatarium.*
11 *Cambium fuisse contractum inter aliquos ex quo arguatur.*
12 *Peritis in arte plurium est deferendum.*
13 *Relatio, ad quid sit facienda.*
14 *Ratione rupta, omnes creditores, acquirunt omnia iura, & effectus debitorum tam sociales, quàm particulares.*
15 *Creditorum cessionarius potest exigere, & liberando exigisse dicitur.*
16 *Liberatio per viam compensationis est vera solutio.*
17 *Legatum rei alienæ coniunctis factum, tenet, vt hæres ad æstimationem saltem teneatur.*
18 *Liberatio alicui legata amplissima, ex quo non effectuata non remaneret.*
19 *Hæres tenetur amplissimè liberare à molestijs legatarium, nam testator id strictè commisit hæredi.*
20 *Legatum liberationis à debito erga testatorem non inducit nouam obligationem si tertius petat, & quid extinguat.*
21 *Liberationis legatum, quando amplissimè dicatur factum.*
22 *De Natura liberationis legata à quocumque debito, quid id importet.*
23 *Liberationis natura qualis sit.*
24 *Liberationis ligatum, quando non dicatur gratuitum, sed onerosum, & remuneratorium.*
25 *In Donatione remuneratoria donans tenetur erga donatarium de euictione.*
26 *Donatio remuneratoria est species permutationis, & assimilatur dationi insolutum.*
De Euictione tenetur, dans aliquid insolutum, num. 26
27 *Teneri ad liberationem, & de euictione paria sunt.*
28 *Verba restrictiua quando non dicantur apposita ad restringendum.*
29 *Verbum, anzi, est ampliatiuum.*
30 *Liberatio alicui legata, quando nullam patiatur restrictionem.*

DECI-

DECISIO CXLVIII.

SVB die 1. Iulij 1641. coram bon. mem. Pirouano fuit resolutũ hæredes q. Octauij Costæ teneri liberare D. Abbatem Io. Antonium Costã à molestijs ei illatis ab hærede q. Petri Enriquez occasione scut. 2115. acceptorum ad cambium pro d. D. Abbate à ratione bancaria cantan. sub nomine dicti Petri, Io. Antonij Costæ sub prætextu quod attenta origine istius crediti & debiti respectiuè negari non possit, quin creditum sit sociale, & rationis bancariæ non autem ipsius Petri etiamsi haberet vltra participationem in ratione bancaria proprium Capitale excedens summa scut. 20. mil. stamp. & quod d. Abbas esset effectus debitor societatis, eo quia Petrus non accepit ad cambium summam prædictam à se ipso vti in proprio negotiante, sed à sua ratione bancaria, quæ regebatur sub suo, & Io. Antonij Costæ nominibus, & propterea stante liberatione quam eidem Io. Antonio filio legauit Octauius Pater nedùm gestorum, & respectiue obligationum occasione rationis bancariæ contractarum, sed etiam debitorum particularium pro quibus Io. Antonius debitor descriptus reperiretur in libris rationis bancariæ vsque in diem obitus d. Octauij, seu ruptæ rationis, ac etiã post quemadmodum probant verba clara testamenti Octauij, quæ nullam declarationem, aut restrictionem recipiunt intrauerit effectus liberationis summæ prædictæ quãuis particularis, itaut hæredes teneantur liberare D. Abbatem. Reproposita super eisdem causa coram me subrogato in locum bon. mem. Pirouan. defuncti placuit DD. iterum firmare, quod hæredes Octauij teneantur liberare D. Abbatem, fundamentum resolutionis consistit in eo, quod ex dicto testamento Octauij Patris apparet ipsum Octauium legasse D. Abbati liberationem, & absolutionem correspectiuè ad renunciationem legitime, quam Abbas in ipsius fauorem fecerat, *da tutto quello che io, e l'infrascritto mio herede potessimo pretendere da lui tanto per la releuatione d'indannità, ò cessione di ragione in qualsiuoglia modo fattami da suoi Creditori, e della ragione bancaria, che hà essercitata in Roma con il Signor Pietro Herrera, e per qualsiuoglia altra causa, ancorche non espressa, quanto anche di tutto quello che in qualsiuoglia modo apparisse debitore nelli libri di detta ragione bancaria, e miei sin al sudetto giorno, e però à maggior cautela sua da hora per sempre l'assoluo, e libero dal pagamento di essi, e da qualsiuoglia altra spesa per lui fatta, e danari per esso pagati, e da tutte le molestie, spese, e danni, che in qualsiuoglia pretesto da qualsiuoglia persona per causa, & occasione della sudetta ragione bancaria. Anzi se per l'auuenire si scoprisse altro suo debito contratto in tempo di detto negotio, ò da esso in qualsiuoglia modo dependente, al pagamento de quali venisse Io in qualsiuoglia modo obligato in vigore dell'Instromento della concordia da me fatto con li creditori di detto negotio ordinò, e voglio che debba pagarsi della mia heredità, e da essa detto Abbate Gio. Anionio sia liberato da qualsiuoglia di dette molestie, danni, e spese, che per causa di detto negotio potesse hauere, come sopra; senza che il mio herede possa riualersene in modo alcuno da esso Abbate Gio. Antonio*. Vnde cum cambium de quo agitur sit debitum ratione bancaria, inde sequitur illud cadere sub liberatione legata. Itaut attenta dispositione testamentaria non possit hæres Octauij recusare liberationem, & releuationem à molestijs Domino Abbati illatis per hæredem Petri sub prætextu, quod Abbas in libris rationis nõ appareat debitor cãbij, per quod molestatur.

Quod verò cambium sit debitum rationi bancariæ, ideoque comprehendatur in præfata liberatione, etiamsi dicta summa scutor. 2115. non fuerit accepta ad cambium à ratione bancaria per dictum Abbatem, sed Petrum satis patet. Primo ex partita rationis bancariæ cum ratio bãcaria non creauerit simpliciter debitorem cambij Petrum, sed etiam Io. Antonium, dum ex eiusdem partitæ verbis ibi legitur, *Pietro Errera nostro suo à parte G. deue scudi 2115.* &c. constat Petrum accepisse ad cambium pucunias sociales dictæ rationis non simpliciter ad sui commodum, sed contemplatione, & pro vtilitate dicti Io. Anto-
1 nij prout indicat † illa littera G. quæ iuxta stylum Mercatorum importat nomen illius, qui accipit cambium, sed non vult nominari, vt dixit *Rota in Romana discussionis bonorum 26. Iunij 1630. coram bo. me. Coccino, & in Romana cãbiorum 4. Iulij 1636. coram eodem*. In quibus ex stylo Mercatorum per attestationes tunc datas fuit resolutũ
2 per dictam litteram G. † continentem principium nominis idem esse, ac si principalis integro nomine descriptus esset debitor. Secundo ex recognitione bonæ fidei eiusdem Io. Antonij eadem die de eadem summa erga eumdem Petrum facta declarando istud cambium ad se pertinere pro totidem ab eodem Petro pro Io. Antonio receptis, & proinde sub obligatione camerali promisit sortis, & cambiorum restitutionem,
3 † quæ recognitio bonæ fidei sola sufficeret ad hoc vt D. Abbas censeatur cum ratione ipsa suscepisse obligationem Petri occasione huius cambij pro ipso factam, vt in simili dixit *Rota decis. 124. per Cenc. de cens. & in Romana Census 15. Aprilis 1633. coram bon. me. Merlino*.

Tertiò ex declaratione facta ab eodem Petro
4 in suo libro priuatarum rationum, in quo † descripsit D. Io. Antonium debitorem de ista summa scutorum 2115. tanquam habita per ipsũ Io. Antonium ad cambium à ratione sub nomine Petri ibi *detto Sig. Gio. Antonio deue scut. 2115. moneta datigli à cambio per le fiere di Piacenza miei Errera, e Costa sotto nome del mio Pietro à parte* G. eo enim ipso quod debitum Io. Antonij originatur
5 à credito rationis bancariæ legatum liberationis comprehendit liberationem ab hoc cambio, & heredes Octauij tenentur liberare Abbatem à molestijs sibi illatis ab hæredibus Petri, cum
6 certum sit † illa verba, *ordino, e voglio che debba pagarsi dalla mia heredità, e da essa detto Abbate Gio. Antonio sia liberato da qualsiuoglia di dette molestie, danni, e spese, &c.* Comprehendere etiam libera-
7 tionem à quibuscumq; molestijs, etiam de facto inferendis. *Surd. cons. 150. n. 9. & cos. 545. n. 24. Rot. dec. 338. n. 4. p. 4. recen.*

Non obstat quod Petrus esset creditor in dicta ratione in scut. 20. mil. & quod ideo ex istis censeatur hoc cambium contraxisse, quia vltra quod hoc controuertebatur ab informantibus pro D.

pro D. Abbate adhuc placuit responsio, quod ex
prædictis constabat cambium non fuisse creatum
8 ex proprijs † pecunijs Petri, sed rationis, & pro-
inde Petrum illius debitorem in libris dictæ ra-
tionis descriptum, & nihil di contro annotatum
pretenso credito Petri, cum hodie hæc partita
sit eodem modo accensa prout erat ab initio, &
fuit etiam ponderata obseruantia ipsiusmet ratio-
nis, quæ dum ex effectibus Petri prout creauit
cambia ad eumdem Petrum pertinentia vsa fuit
his similibus formulis videlicet, *dati sotto nome,
vel per conto del Sig. Pietro, vel attinenti al Sig. Pie-
tro*, non autem vt fecit tanquam de quantitate
rationis accepta ad cambium à Petro pro D. Ab-
9 bate dum † creauit debitorem tàm dictum D. Ab-
batem, quà Petrum, & iste in suo libro familia-
ri Abbatem ipsum tanquam de quantitate isti à
ratione cambio credita sub nomine Petri.

Neque etiam obstat, quod D. Abbas in sua
recognitione bonæ fidei promiserit Petro sortis,
& cambiorum restitutionem, quia cum Petrus no-
mine proprio cambium cum ratione pro dicto
Abbate contraxisset vtique eidem Petro à D. Ab-
bate debebatur releuatio tanquam in hac re illius
10 mandatario, & ideo verba de † restitutione fa-
ciendo Petro possunt referri ad istam releuatio-
nē, quàm idem Petrus consequi potuisset ex sor-
tis, & cambiorum restitutione sibi facienda per
D. Abbatem cambij debitorem principalem.

Et ex prædictis etiam tolluntur verba, de qui-
bus in Apoca Domini Abbatis confecta pro tol-
lenda præscriptione loquendo de his scut. 2115.
pro eo acceptis à cambio videlicet, *Che io gli
11 accommodai*; quia non per hoc infertur cambium
contractum inter Petrum, & D. Abbatem, si ve-
re ex prædictis constat illud contractum fuisse à
Petro cum ratione pro D. Abbatem, & ideo ver-
ba huiusmodi referri possunt ad huius nominis
accommodationem pro consequenda hac quan-
titate, quam Petrus ab eadem ratione pro D.
Abbate acceperat, & prout verè in hunc sensum
referenda est partita libri rationis, necnon libri
familiaris Petri, & ex tota hac facti serie, & pro-
12 ut his omnibus visis responderunt Mercatores
Vrbis Ianuen̄, & Florentina, quibus Rota in
his materijs plurimum deferre consueuit.

Præsertim, quia D. Octauius non stetit in ter-
minis simplicis generalissimæ liberationis, sed à
D. Abbate prius consequutus fuerat æstimatio-
nem in legitimam sibi renunciatam, & sub cuius
qualitate declarauit fecisse istam liberationem.
13 Itaut referatur ad liberationem non quidem ver-
balem, sed cum effectu cuius vigore D. Abbas
molestias aliquas sentire, neque hæredes Octa-
uij releuationem ab eo consequi potuissent.

Sed quatenus etiam istud cambium fuisset con-
tractum cum solo Petro, & ex pecunijs ipsius
Petri, negari tamen non potest, quin rupta ra-
tione Creditores acquisierint omnia iura, & ef-
14 fectus sociorum debitorum † tam sociales, quam
particulares, *l. Item si vnus, ff. de recept. arbitr.
notatur in l. is qui binis, & in l. qui binis, ff. de cession.
bonor.* Ideò cum Creditores omnia iura cesserint
ad fauorem Octauij, & ipse in specie liberauerit
Abbatem ab omnibus molestijs, quas pati posset
etiam ratione cessionis reportatæ à Creditoribus
mandando quod suus hæres teneatur liberare
Abbatem, siue cambium, de quo agitur, spectet
de directo ad rationem bancariam, vel particu-
lariter ad Petrum, non repugnat, quin tanquam
comprehensum in liberatione sit soluendum ab
15 hærede Octauij. Siue quia † ipse tanquam ces-
sionarius Creditorum Petri potuit exigere, &
liberando exigisse dicitur ad *text. in l. si mulier,
ff. de condit. caus. dat. l. si fundus. §. Titio fundum
ibique glos. verb. potest, ff. de leg. 1.* Præsertim, quia
liberatio est per viam compensationi, quæ est ve-
ra solutio, *l. debitor, ff. qui pot. in pign. hab. Rot.
decis. 511. num. 6. par. 2. recent.*

16 Siue quoniam legatum rei alienæ † coniunctis
valet, vt hæres ad æstimationem saltem teneatur
*l. nuper in princ. cum glos. in verbo conditionem, ff. de
legat. 3. l. si Quintus, §. final. de aur. & arg. leg.
l. cum alienam, C. de leg. & l. prædia obligata, C. de
fideic.* ad hoc faciunt tradita per *Grat. discept. 611.
num. 8. & discept. 955. num. 34. cum seq.* Alias si
D. Abbas teneretur ad solutionem debiti de quo
agitur sine spe releuationis ab hærede Octauij nó
17 esset ab eo verè liberatus prout liberatus fuit at-
tentis clarissimis verbis supra relatis, & propte-
18 rea certum est, † quod semper comprehenditur
19 sub liberatione legata, & † hæredes Octauij te-
nentur liberare Abbatem iuxta naturam supradi-
ctæ generalissimæ, & pregnantissimæ liberationis,
*l. emptor, § huius, ff. de pact. l. pluribus, ff. de accept. ità
not. Alexand. cons. 47. num. 9. lib. 1.*

Non obstat, quod legatum liberationis à de-
20 bito erga testatorem non inducat † nouam obli-
gationem si tertius petat, sed solum extinguat
antiquam à legatario contractam cum Testatore,
*l. Aurelius, ff. de liberat. legat. & l. creditor debitori,
§. Titia, ff. eod.* Quia vltra quod non fuit solum-
modo legata liberatio amplissima, & generalis-
21 sima ab omni, † & quocumque debito quomo-
docunque proueniente, prout sunt verba claræ
liberationis, ibi, *E per ciò à maggior cautela sua
da hora per sempre l'assoluo, e libero dal pagamento di
esso, e da qualsiuoglia altra spesa da lui fatta, ò dena-
ri per esso pagati, e da tutte le molestie, e spese, dan-
ni, che in qualsiuoglia modo, e pretesto potesse hauere
da qualsiuoglia persona per causa, & occasione della
detta ragione bancaria*; De natura liberationis est,
22 vt hæres teneatur liberare legatarium, † vel sol-
uere quantum ipse præstaturus est pro debito,
cum hoc nomine huiusmodi legati contineatur
*l. quid ergo, & l. post emancipationem in princip.
vtrobique gloss. & Bart. ff. de liberat. legat. & pro-
bat. text. cum sua gloss. in l. si fideiussor in princip.
ff. de leg. 1.*

Quæ ratio eo magis procedit in hoc casu, in
quo non agitur de legato gratuito, sed oneroso,
24 † & remuneratorio, vt fuit dictum supra in re-
compènsationem renunciatæ legitimæ, ideò in-
trat obligatio antidotalis, qua in donatione re-
muneratoria donantem; & consequenter hære-
25 dem, qui eius personam repræsentat † teneri er-
ga donatarium de euictione firmat *Bart. in l. Iu-
lianus, §. qui fundum sub numer. 5. versic. & quidem
volunt. Angel. num. 1. in fin. Aretin. num. 6. versic.
& hoc intendunt. Alexand. num. 9.* & latè prosequi-
tur. *Ias. num. 11. versic. istam conclusionem, ff. de
verb. obligat. Tiraquel. in leg. vnquam verbo dona-
tione*

tione largitus numer. 59. & sequen. C. de reuocat. donat. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 13. titul. 23. numer. 17. Surd. decis. 249. numer. 18. versic. ne facit cum seqq.

26 Talis enim donatio est specie † permutationis, & assimilalur dationi insolutum, de quarum natura euictionem deberi, probat text. in leg. si maior, C. de com. rer. alien. leg. non dubitatur, C. de euict. & in specie aduertit Ias dict. leg. Iulianus, §. qui fundum num. 13. de verbo obligat. Magon. decis. Florent. 62. num. 4. & 5.

27 Ergo hæredem teneri ad liberationem † non est ambigendum, cum idem sit quod teneri de euictione. Bartol. in leg. pater, num. 1. & 3. ff de dot. præleg. Paris. cons. 16. num. 125. lib. 3. Coccin. decis. 76. num. 14. & decis. 275. num. 4.

Minus facit, quod ipsa liberatio restringatur ad debita ad Octauius teneretur vigore concordiæ factæ cum Creditoribus, ibi, *al pagamento de quali venissi Io obligato in virtù dell'Instromento di concordia da me fatto con li Creditori di detto negotio,*
28 quia hæc restrictiua non fuit † apposita ad qualificandam liberationem generalem superiùs descriptam, sed ad aliam diuersam conceptam per
29 verbum, *Anzi*, † quod esset ampliatiuum, ibi, *Anzi se per l'auuenire si scoprisse altro suo debito, &c.* In quo casu non versamur, quia Ioan. Antonius agit vigore primę superius liberationis, quæ nullam pariter restrectiuam, vt expresè in ea legitur.

Ex quibus vtraque parte informante resolutum fuit hæredes Octauij Costæ teneri liberare D. Abbatem Costam à molestij sibi illatis per hæredes q. Petri Errerę occasione dictę partitę sc. 2115. &c.

R. P. D. R O I A S.

postea Episcopo TARRACONEN.

Anconitana Censuum.

Veneris 24. Februarij 1643.

A R G V M E N T V M.

Actio subsidiaria, tunc solum habet locum, quando est desperata omnis alia via agendi, in iudicijs vniuersalibus, licet pretium succedat loco rei, tamen quando id procedat, Inuentarium bonorum hæreditariorum, vt releuet qualiter debeat esse confectum.

S V M M A R I V M.

1 *Actio subsidiaria non datur, nisi quando aliunde parti consulere non possit.*
2 *Actio subsidiaria non datur, nisi omnes aliæ actiones penitus deficiant.*
3 *Actio subsidiaria cessat, dum via directa per actionẽ directam, vel hypotecariam potest habere locum.*
4 *Actio subsidiaria, quando tunc solum competat.*
Actio subsidiaria nullum plus ius tribuit, quam ipsa actio directa cui subrogatur, num. 4.
5 *In actione subsidiaria non veniunt fructus oblato pretio in pecunia debito.*
6 *Ad pretium rei venditæ agens dicitur consensisse venditionis.*
7 *In iudicijs vniuersalibus pro vt est petitio hæreditatis, pretium succedit loco rei.*
8 *Quæ conclusio vera est, sed procedet respectu pretij, quæ competit hæredibus, tamquam hæredibus.*
9 *Non autem respectu rei non comparatæ, ex huiusmodi pretio, & num. 10.*
11 *Actio subsidiaria cessat, quando ordinariè agi potest.*
12 *Hæres alienans bona fideicommissaria, tunc vocatus ad quid agere valeat.*
13 *Præscriptio non currit contra hæredes pupillos.*
Contra hæredes pupillos quatenus currat præscriptio, tamen eis conceditur restitutio in integrumr num. 13.
14 *Actioni subsidiariæ non est locus, dum datur locus culpæ.*
15 *Debitor, quando dicatur decedisse non soluendo.*
16 *Actio personalis competit contra debitores census.*
17 *Actiones personales debitoris vtiliter possunt exerceri per eius creditores.*
18 *Et possunt bona obtinere, vt subhastentur, vel obtinere eorum adiudicationem.*
19 *Census extinctio, quando dicatur aliquo modo defectuosa, & num. 20.*
21 *Census est nullus, quando fuit creatus absque numeratione pecuniæ.*
22 *Ad Actionem subsidiariam quando non passit conuolari.*
23 *Inuentarium bonorum hæreditariorum, quando non fuit legitimè factum, non releuat.*
24 *Inuentarium non potest dici legitimè factum, dum in eo bona genericè, & confasè fuerunt descripta.*
Itaut non possit discerni nec eorum quantitas, nec valor, num. 24.
25 *Inuentarium bonorum, vt dicatur legitimè factum, debet distinctam descriptionem omnium, & singulorum bonorum per pondus, numerum, & mensuram continere.*
26 *Quod seruandum venit in omnibus inuentarijs.*
27 *Inuentarium non potest probare quantitatem bonorum defuncti, dum apparet illud integre non fuisse factum.*
28 *Inuentarium, quando non fuit legitimè factum non habetur in consideratione.*
Negatiua non existentia bonorum vt probetur ex inuentario debet esse legitimè factum, num. 28.
29 *De excludenda negatiua fundata in non existentia bonorum, sufficit aliquid esse possibile.*
30 *Coarctatio exclusiua omnis possibilitatis est necessaria, vt probetur negatiua non existentiæ bonorum.*
31 *Bona hæreditaria non possunt dici non adesse, si in rei veritate, adsunt.*
32 *Veritas, quotiescumque apparet, ea attendenda venit.*
33 *Hæres, quando mala fide vendit bona, quo casu eius successores, possint agere vel ad rem, vel ad pretium.*
34 *Agere actione directa, vel actione subsidiaria, paria minime sunt.*
35 *Actio subsidiaria etiam contra malæ fidei possessorem quando cessat.*
36 *L. mater tua. C. de rei vendic. quid disponat.*
37 *Actio subsidiaria non datur nisi quis reperiatur destitutus omni alio subsidio.*

D E C I S I O CXLIX.

Dixerunt hodie DD. intrare arbitrium pro retardatione excusationis sententiarum

Rotalium contra DD. de Triumphis, latarum
in actionem subsidiaria ad fauorem Roberti, ac
fratrum de Leonibus hæredum Hieronymi Ar-
chiepiscopi Theatini eorum patrui, quia dictæ
actioni subsidiariæ non erat locus, nisi prius be-
nè constitò per exactissimas diligentias de non
existentia bonorum Petri venditoris nomine pro-
prio prædij communis cum dicto Hieronymo
fratre nuncupat. il Palazzo, ad fauorem Sanctæ
Domus Lauretanæ de cuius prædij pecunijs fuit
creatus census, de quo agitur cũ Antonio Trium-
pho pro securitate Sanctæ Domus.

1 Est tamen indubitatum † actionem subsidia-
riam non dari, nisi quando aliunde parti consu-
lere non possit, *Cost. de remed subsid. prælud. 7. num. 9. & remed. 12. num. 5. Surd. consf. 528. num. 19. & 20. Rota in recent. decis. 351. num. 9. par. 5. &*
2 *decis. 77. num. 27. par. 6.* Ita vt deficiant † pror-
sus omnes aliæ actiones, *l. si me, & Titium, vbi Soccin. Riminald. & Alexand. ff. si certum petatur, Gio-uagn. cons. 72. num. 38. lib. 1.*
3 Adeo vt cesset subsidiaria, † dum via directa
per actionem directam, vel hipothecariam,
etiam exercendam super ipsa re empta ex pretio
rei hæreditariæ, vel aliunde potest esse consultum
satisfactioni creditoris de pretio in pecunia,
Soccin. consil. 224. per tot. lib. 2. Mantic. de tacit. lib. 12. tit. 27. num. 20. vbi ostendit subsidiariam
4 tunc † solum competere, quando re distracta in
tertios possessores deficeret actio personalis realis
ob inopiam venditoris.

In tantum, vt ista subsidiaria nullo casu tribuat
plus quam directa, cui subrogatur, & ideo in
5 illa non veniunt fructus oblato pretio in pecunia
debito, *Soccin. dicto cons. 224. in fin. lib. 2. Couarr. practic. cap. 28. numer. 8. vers. sed si vxor, Ias. in l. traditionibus num. 20. vers. tamen tunc, C. de pact. Roland. cons. 92. num. 24. lib. 2. Barbos. in l. si æsti-matis, num. 28. vers. item, & tertio, ff. solut. matri-mon. Mantic. dicto tit. 27. à num. 31.*

At verò in præsenti casu extabat prędictus cen-
sus, de quo agitur, super quo poterat fieri execu-
6 tio vigore actionis personalis procedendo ad † il-
lius subhastationem post quam Leoni agendo ad
pretium rei venditæ dicebantur venditioni con-
sensisse, vt ad litteram disponit optimus textus
in *l. mater tua, C. de rei vendic.* ibi, *sin autem postea de ea venditione consensisti, vel alio modo proprietatem eius amisisti aduersus emptorem, quidem nullam habes actionem, aduersus venditorem verò de pretio negotio-rum gestorum actionem exercere non prohiberis &c.*

Nec obstat, quod in Iudicijs vniuersalibus,
7 prout † est petitio hæreditatis, pretium succedat
loco rei, vt censuit *Rota in dicta decis. 63. num. 7. coram Reuerendissimo Vrgellen.* ex doctrina *Castrens. in l. sed, & si lege §. item si rem, ff. de petitione hære-*
8 *dit. in lectur. Auenion.* quam conclusionem † dice-
bant hodie DD. esse veram, eamque reperiri exor-
natam à *Larea decis. Granaten. 92. num. 13.* sed pro-
cedere respectu pretij, ita vt actio, quæ compe-
tebat fratribus de Leonibus tanquam hæredibus
Hieronymi patrui ad rem venditam competat ad
9 pretium, non autem respectu † rei comparatæ ex
huiusmodi pretio, prout sunt census, de quibus
agitur, cum cesset circulus, de quo *Bartolus in l. Imperator, §. final. num. 2. post med. de leg. 2. Me-*
noch. cons. 213. in princip. Nam tunc nulla quo ad
hoc reperitur distinctio quoad Iudicium vniuer-
sale, & particulare, sed solum vtrobique ad rem
10 sic † emptam, quod competat actio in subsidium
emptore non existente soluendo, vt declarat *Ca-strens. in d. l. sed, & si lege, §. item si rem, num. 5. in lectur. Auenion. ne petit. hæredit.*

Quatenus autem Leoni velint contendere se
non consensisse venditioni, adhuc cessaret actio
11 subsidiaria † ob existentiam prædij venditi, quod
poterant consequi rei vendicatione iuxta præ-
dictum *textum in l. mater tua in prima parte,* ibi,
mater tua vel maritus feudum tuum in vita, vel igno-rante te vendere iure non potuit, sed rem tuam à pos-sessore vendicare etiam non oblato pretio poteris &c.
Hanc quæ veritatem agnouit *Rota coram Reueren-dissimo D. Durano decis. 63. num. 8.* in hac causa,
12 dum dixit fuisse † in electione, & arbitrio Leo-
num hæredum Petri petere quod illis magis pla-
cebat, prædium scilicet, vel censum ex pretio
prædij emptum, nec talis actio reperitur præ-
scripta, neque perempta. Non præscripta, quia
à die moti Iudicij vix fuerunt elapsi anni quin-
13 decim, & Leoni erant hæredes, & pupilli, † con-
tra quos, vel non currebat tempus ad præscriben-
dum, vel eis competebat restitutio, *l. sicut C. de præscript. 30. vel 40. annorum, gloss. in l. fin. versus fin. vbi Cynus, Bart. & Bald. C. quibus caus. in in-tegr. restitutio non est necess. Duran. dec. 246. num. 11.*
vel quatenus aliqua posset considerari præscriptio
14 dum culpa eorundem de Leonibus † fuit causa
ta non potest allegari pro subsidio, *Costa de re-med. subsid. prælud. 9. ante num. 2. vers nisi in culpa.*
Nec pariter perempta cum hoc non probetur,
Rot. decis. 274. num. 11. par. 5. recent.

15 Minus obstat quod Petrus † decesserit non
soluendo, vt firmauit *Rot. coram Reuerendissimo Durano decis. 212. & 241. 326. & 338.* in hac
causa. Quia in dd. decisionibus actum fuit so-
lum de bonis stabilibus, & mobilibus descriptis
in Inuentario. Hodie vero deducitur inter bo-
16 na † hæreditaria iste census, qui etiam fuit des-
criptus in Inuentario, & insuper extabat actio
personalis, quæ eidem Petro competebat contra
debitores eiusdem census, quam poterant vtili-
17 ter exercere Leoni eius † creditores *Bart. in l. no-men num. 4. C. quæ res pign. oblig poss. Dec. cons. 349. numer. 10. Negusan. de pignor. 3. membro 2 partis num. 34. Surd. cons. 4. numer. 23.* & bene poterant
dd. de Leonibus deuenire ad subhastationem dd.
18 censuum, tanquam effectus † hæreditatis Petri,
vel obtinere adiudicationem pro eorum credito
prouenien. ex dicta venditione, *Menoch. præsumpt. 74. num. 22. vers. crediderim lib. 3. Rota decis. 137. num. 10. par. 7. recent.*

Vlterius in hæreditate Petri aderat census ven-
ditus per Fanellum Leonibus Tutoribus eorum,
nec non Lauiniæ matri, qui census fuit emptus
ex pecunijs depositatis à Triumphis pro extin-
ctione censuum, de quibus agitur. Fuit enim
creatus dictus census cum Fanello de mandato
Cardinalis Protectoris S. Domus Lauretanæ pro
illius euictione fuerunt etiam exacti fructus per
Lauiniam matrem eorum de Leonibus, & eroga-
ti in vtilitatem illorum; vnde non potest dubita-
19 ri de tali existentia: Quamuis extinctio † cen-
suum

suum facta per Triumphos, ex quorum pecunijs fuit creatus dictus census Fanelli, esset aliquo modo defectuosa, vt Rota declarauit in hac causa; *Felician. de censibus lib. 4. cap. vnico numer. 8.*
20 vbi quod submoueri debent † qui eam impugnat per *textum in l. Pupillo, ff. de solut. §. at ex contrario institut. quib. alien.* licet dictumque censuum Fanelli, Lauinia præfata obtinuit iudicialiter sibi assignari, fructusque exegit ad computum sui crediti dotalis expulsa Riccabella sorore Leonum, quæ antea vigore similis crediti adiudicationem reportauerat, propterea nihil ad rem, quod dictus Fanellus censum impugnasset ex ca-
21 pite nullitatis † peruenien. ex non numeratione pecuniæ, necnon sententiam reportasset super illius inualiditate; Quia cum deinde dicta sententia reuocata de anno 1632. cum declaratione, quod census fuerat validè, impositus præcedentibus debitis solemnitatibus, citatis prædictis de Leonibus dictaque sententia fecit transitum in iudicatum talis impugnatio non fuit habita in consideratione, inde d. census Fanelli erat necessariè excutiendus, & bene contra illum Leones poterant agere, vti bona in hæreditate Petri exi-
22 stentia actione directa † nec conuolare ad subsidiariam, in quo Iudicio requitebatur excussio omnium bonorum Petri, & dum aliquid inuenitur illa non dicitur sufficienter facta, *Bald. in l. 7. num. 13. vers. sed hic dubitatur, C. quando fisc. vel priuat. Caroc. de excuss. bonor. par. 2. q. 32. n. 2. & 3.*

Cessat etiam ex prædictis, quod dicebatur ex inuentario apperere Petrum decessisse non soluendo; Quia constat de contrario per existentiam dicti census in eo descripti, ac actionis personalis extantis in hæreditate, præterquam quod idem
23 inuentarium † non fuit legitimè confectum, dum in eo leguntur descripta bona genericè, ac in confuso, adeo vt nec possit discerni quantitas, nec valor, vt ex illius lectura apparet, ibi, *Alcuni mobili venduti per seruitio dell'heredità*, & ibi, *il miglioramento della casa di Camorano con tutti i mobili*, & ibi, *altre robbe in pegno al monte della Pietà, come si vede per polize*, quæ Apocæ non leguntur descriptæ, & ibi, *altre robbe, che sono in le mani di diuerse persone*, & tamen ad hoc, vt inuentarium
24 dicatur † legitimè factum debet inter alia continere distinctam descriptionem omnium, & singulorum bonorum defuncti per pondus, numerum,
25 & mensuram, qualitatem, † & quantitatem, *l. si quis intra, C. de bon. præscript.* vbi optimè *Bald. Bart. in l. final. C. de magistr. conuen. Roland. cons. 73. num. 37. cum sequen lib. 2. Natt. cons. 574. per totum, Surd. decis. 222. num. 3 Rot. in decis. 72. par. 2. diuers.*
26 *& dec. 350. num. 3. par. 1. recent.* hocque † esse seruandum in omnibus Inuentarijs traditis *Roland. de Inuentarijs fol. 62. num. 1. & 2.* quæ inualiditas Inuentarij operatur, vt non possit illud suffragari, *Rota decis. 331 num. 2. par. 5. recent. & decis. 2. numer. 2. par. 6.* præsertim cum non appareat in eo fuisse descriptas quatuor salmas terræ, & meliora menta quas fuisse hæreditarias Petri, iam Rota firmauit, ideo redditur certum ex dicto inuenta-
27 rio † non posse probari non existentia aliorum bonorum Petri cum illud non valeat probare quantitatem bonorum quando apparet in eo aliquid deficere *Adden. ad Gregor. XV. decis. 79. num. 5. & decis. 473. num. 4.* vti non legitimè confectum
28 non † venit habendum in consideratione, ac si non emanasset, *l. final §. sin verò postquam adierit, C. de iure deliber. §. sin verò non fuerit, auth. de hæred. & falcid. Natta cons. 574. num 6 Honded. cons. 53. numer. 2. lib. 1. Menoch. cons. 89. num. 174. & 471. nu. 19. Cephal. cons. 393. num. 6. Seraphin. decis. 1311. n. 2.*
29 *par. 5. recent. decis 331. num. 2.* cum † agatur de probanda negatiua fundata in non existentia bonorum Petri ad quam excludendam sufficit ali-
30 quid esse possibile, † vnde requiritur coarctatio exclusiua omnis possibilitatis, *Rot. decis. 29. num. 70. par. 7. recen & in Romana, seu Ianuen. quarti dotalis 2. Iunij 1642. coram R. P. D. meo Ghisilerio.* Sed in casu nostro certum est, quod aderant alia bo-
31 na Petri, quæ erant † discutienda actione directa, & personali, per viam subhastationis, nempe census, de quibus agitur contra Triumphos descripti in inuentario, & d. census Fanelli, & actio contra dictum prædium venditum in vim *d. l. mater tua.*

Nihil obstant responsiones ad d. Inuentarium datæ per *decisiones Reuerendiss. Vrgellen. la 212 num. 2. & 241. num. 3. cum sequen.* ac alijs quia in dictis
32 decisionibus præsupponitur bona † fuisse distinctè descripta, cuius contrarium in præsente disputatione compertum fuit.

Rursus non obstat, quod ex quo d. Petrus præ-
33 dium vendidit mala fide sit in electione † præfatorum hæredum Hieronymi Archiepiscopi agere ad prædium, vel ad census ex pretio prædij comparatos, prout dicitur in *d. decis. 63. num. 8. Durani*, quia quicquid sit an Petrus mala fide dictum prædium vendiderit, conclusio procederet in
34 actione directa, in qua hodie non versamur, sed quia egerunt actione subsidiaria ad rem ex pretio emptam, & tamen competebat actio directa ex
35 prædictis, hoc stante † excluditur subsidiaria etiam contra malæ fidei possessorem cum circulo, *Bart. in d. l. Imperator 72. §. final. num. 2 vers. si verò ad eum peruenij per circulum, ff. de legat. 2. Capra cons. 88. Buratt. decis. 784. num. 1.* extensa in hac causa. Vlterius prædicti fratres de Leonibus poterant
36 agere ad prædium del Palazzo venditum † iuxta dispositionem expressam *d. l. mater tua, C. de rei vend.* & si erat in electione præfatorum fratrum de Leonibus ante præstitum consensum venditioni agere ad rem venditam, vel ad dictos census comparatos ex illius pretio excluditur subsidia-
37 ria, † quæ non datur, nisi quando quis reperitur destitutus omni alio iuris auxilio, *Mantic. de tacit. d. lib. 12. tit. 27. num. 2. Costa de remed. subsid. remed. 12. nu. 4.* cum alijs vbi supra.

Et ita resolutum vtraque parte informante &c.

Plures decisiones in hac eadem causa emanarunt coram bon. mem. Durano, quæ inter impressas sunt decisiones 212. 264. 282. 326. 338. 363. 372. 378. & 385.

R. P. D. ROIAS
Postea EPISCOPO TARRACONEN.

Romana Cesalis Aguzani.

Mercurij 4. Februarij 1643.

AR-

ARGVMENTVM.

Bona fideicommissaria, vt validè alienentur pro constituenda dote descendentibus, inter alia requiritur, vt congruè sit constituta, & quid nam veniat considerandum pro ista congruitate dotis, item discutitur, quod quando ex fructibus bonorum fideicommissorum potest constitui dos, tunc bona ipsa fideicommissaria non sunt distrahenda, quod declaratur.

SVMMARIVM.

1 *Pro Dotis congruitate præsumptio stat, & qui allegat contrarium probare tenetur.*
Ita vt nisi probetur contrarium reijcitur exceptio ad petitorium. nu.3.
3 *Dos quamuis excedat quantitatem legitimæ, nihilominus stat præsumptio pro congruitate dotis.*
4 *Dotis congruitas non à sola quantitate legitimæ sumit mensuram suæ congruitatis.*
Verum etiam à circumstantijs benè visis arbitrio boni viri.
Dos congrua potest esse maior legitima.num.4.
5 *Mulier, si esset vnica filia totum patrimonium genitoris censeretur congrua eius dos.*
6 *In Dote constituenda excedente legitimam considerari debet.*
Numerum filiarum dotandarum existentia masculorum.
Consuetudo vniuersalis Ciuitatis.
7 *Et particularis familiæ, status hæredttatis ac nobilitatis mulieris ac dignitatis viri.*
8 *Rota alias arbitrata est, quod dos scutorum 7000. sit Congrua pro nobilissima familia de Caetanis.*
9 *Dos scutorum 10 mill. quo casu dicatur excessiua.*
10 *In Exemplum non debet deduci id, quod non habet omnes circumstantias casus de quo queritur.*
11 *Filiorum numero diminuto debet augeri dos filiarum.*
12 *Pro Dotis congruitate indicanda tempus ipsius dotationis attendi debet.*
13 *Dotes Romanorum fuerunt reformatæ per statutum Vrbis confirmatum à san. me. Pio V.*
14 *Lex emanata post actum gestum, non obstat. Statutum Vrbis de reformat. dot. fuit abrogatum, & abolitum per constitutionem Gregor. XIII &c.*
15 *Derogatio præsumitur ex lapsu antiquissimi temporis iuncta obseruantia.*
16 *Mulier, dum sibi constituit congruam dotem ex bonis fideicommisso subiectis ea bona exempta remanent ab onere restitutionis vocatis ad fideicommissum.*
17 *Text. in l. mulier. 22. §. cum proponeretur, ff. ad Trebell. restringitur ad dationem certæ rei, vel quantitatis, secundum nonnullos DD. declara, vt num. 19.*
18 *Text. in l. mulier, §. cum proponeretur §. ad Trebell. non habet quando ex fructibus bonorum restituendorum poterat mulier sibi constituere dotem.*
19 *Dos ex fructibus bonorum fideicommisso subiectorum, quando potest constitui, non est diminuendum fideicommissum.*
20 *Quod videtur bene colligi ex text. in l. mulier. §. cum proponeretur, ff. ad Trebell.*
21 *Mulier, vt teneatur sibi constituere in dotem fructus bonorum fideicommissariorum, quid nam requiratur.*
22 *Text. in l. mulier, §. cum proponeretur, ff. ad Trebell. absolutè, & indistinctè procedit quando dos, quam sibi constituit mulier, ex fideicommisso non appareat excessiua.*
23 *Fructus, quando non probantur tanti ex quibus possit congrua dos assignari descendentibus ex dictis fructibus, tunc dos ex corporibus fideicommissarij.*
24 *Fructus bonorum fideicommisso subiectorum mulier non tenetur imputare in dotem, dummodo absit malitia, cum illos faciat suos, & nu. 25. 26. & 27.*
28 *Termini, quando sunt diuersi, tunc non intrat illatio.*
29 *Fructus bonorum fideicommissariorum, quando non adsunt de tempore dotationis, tunc bona data in dotem non sunt restituenda.*
30 *Quod procedit iamsi totum fideicommissum remaneat destructum.*
31 *Bona omnia mulieris dum dantur in dotem, tunc transeunt cum suo onere.*
32 *Text. in l. mulier bona 72. ff. de iur. dot. loquitur de oneribus intrinsecis, & necessarijs, pro vt sunt hypotecæ creditorum, & similia.*
33 *Fideicommissum censetur voluntarium respectu congruæ dotationis mulierum descendentium, deficientibus bonis liberis.*
34 *Testatoris voluntas præsumitur concurrere ad exemptionem bonorum fideicommisso subiectorum pro congrua dotatione suarum descendentium.*
35 *Bona fideicommisso subiecta, quando distrahuntur pro congruæ dotando descendentes, reducuntur ad eum statum, quo erant ante fideicommissum.*
36 *Bona alia quam fideicommissaria, quando adsunt, pro dotandis mulieribus descendentibus, non sunt distrahenda bona fideicommissaria.*
37 *Et talis existentia de iure non præsumitur, & qui eam allegat, & bona supposita fideicommisso iam sunt data in dotem. tenetur probare adesse alia bona libera.*
38 *Mulier in defendenda suam dotationem habet intentionem fundatam in negatiua, quod non habet alia bona libera præterquam fideicommissaria.*
39 *Ad Possessionis effectum attenditur tempus motæ litis, quidquid postea acciderit.*
40 *Bonorum liberorum existentia ex quibus non dicatur probata.*
41 *Mulieris voluntas, quod voluerit sibi constituere dotem liberam, quamuis ex bonis fideicommissarijs, præsumitur.*
42 *Et ex quibus talis præsumptio arguatur.*
43 *Euictionis ampla promissio, dum dantur bona fideicommissaria in dotem, quid ex ea arguatur.*
44 *Et quid si sit simpliciter promissa.*
45 *Dotis promissio quando non possit dici libere facta.*
46 *Maritus, quando non fuit certioratus, quod bona data in dotem erant fideicommissaria tunc ea censentur liberè tradita.*
47 *Notificatio facta post actum perfectum, non iuuat.*
48 *Notificatio facta, quo ad diuersum effectum, non releuat.*
49 *Fideicommissi notitiam, quando quis non præsumatur habuisse.*
50 *Beneficio auth. res quæ, C. commun. de legat. quis non gaudeat.*
51 *Transactioni primæ, quando quis noluit derogare per secundam transactionem, multo.*
52 *Nouatio non potest dici inducta, si aliquid fuerit factum in executionem præcedentis dispositionis.*
53 *Contrarietas per concordiam euitari debet in eadem dispositione.*
54 *Subrogatorum regula, quæ sit.*

55 *Mulier, consentiente viro, ratione dominij, potest locare bona sibi data in dote.*
Dominium bonorum in dotem datorum inestimatarum remanet penes vxorem num.55.
56 *Articuli dati per procuratorem, non nocent principali.*
57 *Legata fideicommissis per omnia sunt exequuta.*
58 *Ex verbis negatiuis non potest desumi assertio affirmatiua.*
59 *Verba debent intelligi secundum subiectam materiam.*
60 *Probatio per instrumentum publicum non potest tolli per probationem æquiuocam.*

DECISIO CL.

Semel, atque iterum examinatis decisionibus coram me in hac causa emanatis 27. Iunij 1640. & 16. Decembris 1641.* ab illis non esse recedendum fuit hodie resolutum, inconcussum enim semper remansit præcipuum illud fundamentum, quod fuerit congrua dos, & non excessiua quam
1 sibi constituit Victoria, quia præsumptio stat † pro congruitate dotis constitutæ, & qui allegat contrarium debet probare, *Gabr. consi. 10. num. 68. lib. 2. Bald. nouell. de dot. par. 6. priuil. 45. num. 2. vers. & hoc nisi talis. Rot. decis. 28. num. 16. & decis. 88.*
2 *num. 1. par. 5. recent* itaut nisi † concludenter probetur contrarium reijcitur exceptio ad petitorium, *Rota decis. 105. num. 4. post Mangil. de subhast. adducta in prima dd. decisionum in fin. §. minus obstat.*

Nec probatur ex eo, quod excedat quantitatem legitimæ, quia nihilominus firma remanet
3 præsumptio congruitatis, siquidem non ex sola quantitate legitimæ sumit dos mensuram suæ congruitatis, quæ cum pendeat à circumstantijs
4 benè visis arbitrio boni viri ixta dispositionem *text. in l. quæro 61. ff. de iur. dot.* potest esse maior dictę legitimę quantitate *Alex. consil. 7. num. 5. vers. Nam videtur vol. 2. Soccin. sen. cons. 88. num. 20. vol. 2. Ruin. cons. 56. num. 5. vers. id poterunt vol. 3. & consil. 152. num. 6. vol. 5. Menoch. cons. 247. num. 46. vers. Nam interdum, vol. 3. Rot. d. decis. 88. num. 11. par. 5.*
5 *recent.* adeout si mulier esset† vnica filia totum patrimonium progenitoris censeretur congrua eius dos *Alex. d. cons. 7. num. 5. vers. alijs non existentibus vol. 2. & Menoch. d. cons. 247. num. 46. vers qui respondit*, quia in dote constituenda excedente quanti-
6 tatem legitimæ debent considerati, numerus filiarum dotandarum existentia masculorum consuetudo vniuersalis Ciuitatis, & particularis fa-
7 miliæ † status hæreditatis, ac nobilitatis mulieris, nec non dignitas viri ad plenè congesta per *Menoch. de arbitr. cas. 149. à num. 36. per plures sequentes, & Card. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 12. tit. 21. fere per tot.*

Nec dicebant Domini fuisse probatum prætensum excessum ex consuetudine, quam vniuersalem in Vrbe conabantur deducere informantes
8 pro Dominis † de Maximis ex eo, quod aliàs *Rota coram Card. Sacrato in Romana dotis 18. Iunij 1618.* arbitrata fuerit in scutis 7000. taxandam esse dotem D. Pantasileæ nobilissimæ familiæ de Caetanis, & quod Isiphili sorori d. Victoriæ non fuerat constituta dos, nisi in scut. 6000. Vndè ap-
9 parebat concludenter † probatus excessus in remanenti vsque ad summam scut. 10. mill, ad quam ascendere visa fuerunt bona à Victoria sibi data in dotem.

Nam quoad consuetudinem Vrbis prædicta dotis taxatio facta à Rota in casu quo patrimonium erat ære alienò valdè grauatum, & exta-
10 bant fratres non † est in exemplum adducenda in præsenti vbi deficiebant debita, & fratres, qui fratres cum extitissent tempore dotationis d. Isiphilis non autem tempore matrimonij dict. Victoriæ dixerunt Domini potius fauere quam nocere exemplum dotationis Isiphilis in scut. 6000.
11 Quoniam si filiorum† numero diminuto dos augeri debet ad *trad. per Card. Mantic. de tacit. & ambig. d. lib. 12. tit. 21. num. 33.* quem sequitur *Rot. d. decis. 28. num 20. in fin. vers. vbi post par. 5. recent.* rectè quidem post dictam dotationem Isiphilis mortuo earum fratre vnico, qui tunc extabat congruum fuit hodie reputatum augumentum scut. 4000. habito respectu, quod dictus frater non amplius
12 existebat de tempore dotationis Victoriæ, quod venit attenden. pro arbitranda conguitate dotis. *Bald. in auth. res quæ num. 17. vers. nisi inspecto, Cod. com. delegat. cum alijs relatis in dict. decis. 27. Iunij 1640. sub §. minus obstat.*

Minus etiam poterat deduci ex reformatione
13 dotium Romanorum inducta, vel † per statutum confirmatum à sanct. mem. Pio V. vel per constitutionem Sixi Quinti, quia vt responsum fuit *in d. 1. decis. sub §. nec extat probatus*, hæc non obstat tanquam emanata post dictam dotationem Vi-
14 ctoriæ, & illud fuit abrogatum, & abolitum per constitutionem Gregorij XIII. super confirmatione nouorum statutorum Vrbis, vt decisum fuit coram Gregor. XV. *decis. 267 per tot. & in decis.*
15 *151. num. 4 par. 1. recent.* & derogatio † præsumitur ex lapsu longissimi temporis iuncta obseruantia ex deductis *in d. 1. decis. in eod. §.*

Quo solido fundamento remanente super congruitate dotis sequitur, quod Victoria sibi tradēdo in dotem Casale Aguzani, de quo agitur,
16 exempta fuerit † ab onere illud restituendi vocatis ex fideicommisso Francisci de Salamonibus tanquam id censeatur congruum voto dicti Francisci Aui præfatæ Victoriæ, vt ad literam est *text. clarus in l. mulier. 22. §. cum proponeretur, ff. ad Trebell.* cuius l. dispositio licet restringatur ad datio-
17 nem certę rei, † vel quantitatis ex congestis per *Rot. decis. 427. num. 2. par. 1. diuers.* & limitetur quādo ex fructibus bonorum restituendorum poterat
18 mulier constituere † sibi dotem, vt colligitur ex eodem *text. in fin. d. § cum proponeretur*, ibi, *vers. quod si tantos*, & pro indubitato admisit *Rota coram Card. Seraphino d. decis. 481. num. 3.* Nihilominus eam neque restrictam, neque limitatam semper absolutè procedere existimarunt Domini
19 quando non appareat, quod dos † constituta non esset congrua, vel quia excederet certam quantitatem arbitrio boni viri censendam pro sufficienti ad dotandum, vt explicat *Castrens. in d. l. mulier, §. cum proponeretur num. 3. vers. sed si non sufficit, Coccin. decis. 388. in princip. & decis. 4 0.* vel quia poterat ex fructibus bonorum, † fideicommissariorum constitui dos eodem arbitrio existimanda congrua, vt videtur benè colligi ex sensu *d. l. mulier in fin. §. cum proponeretur* vbi Vlpianus ad

ad hoc vt mulier teneatur de fructibus constitue-
re sibi dotem requisiuit, quod dicti fructus per-
21 cepti sint tanti, vt inde, possint de dote † satis-
fieri, quod idē sonat ac si dixisset tunc solum-
modo non posse mulierem sumere dotem de fi-
deicommisso. quando dumtaxat fructus percep-
ti sint sufficientes pro eius congrua dotatione.
Molin. de primog. Hispan. lib. 4. cap. 6. num. 15. vers. quod si fructus. Menoch. præsumpt. 189. num. 162. circa fin. vers. si ad eam dotandam lib. 4. Ideo non est
dubitandum quin absolutè, & indistinctè proce-
22 dat *d. l. mulier.* in casu nostro, in quo dos, quam
sibi constituit Victoria de dicto Casali subiecto
fideicommisso Auito non apparet excessiua ex
prædictis, neque constituenda ex fructibus cum
23 non probetur istos fuisse ab ipsa præceptos vsque
ad summam existimandam pro sufficienti eius
dotatione.

Vltra, quod ad effectum, vt mulier potius ex
fructibus perceptis quam fideicommisso debeat
24 sibi constituere dotem † requiritur etiam, quod
de tempore dotationis extent dicti fructus ex
quibus possit congruè dotari; nam nisi malitio-
sè eos consumpserit animo destruendi, vel di-
25 minuendi fideicommissum semper facit suos, †
nec tenetur imputare in suam dotem, vel decla-
rant DD. congesti per *Molin. de primogen. Hispan. d. cap. 6. num. 15. vers. quod intelligendum. Menoch. d. præsumpt. 189. num. 161. vers. cæterum, & seqq. Pereg. de fideicommiss. art. 42. num. 71. vers. intellige. Fusar. de substit. quæst. 531. num. 120.*

Vnde patet benè dictum fuisse, quod in iure
non subsistit Victoriam esse dotandam ex fructi-
26 bus in futurum percipiendis cum † in præsenti
non dubitetur an de fructibus percipiendis possit
constitui dos, itaut vir teneatur restituere quam-
uis perceptos ex congestis per informantes pro
DD. de Maximis, sed an fructus percepti post
contractum matrimonium ex bonis subiectis fi-
27 deicommisso, † & datis in dotem sint in dictam
dotem imputandi ad reintegrationem dicti fidei-
commissi diminuti pro dictæ dotis constitutio-
28 ne, † qui termini quam sint inter se diuersi patet
ad sensum ex ponderatis *in 2. decis. 16. Decembris 1641. sub §. minus obstat.*

Et ideò fructibus non extantibus de tempore
matrimonij sufficientibus pro congrua dotatio-
29 ne † exempta erunt ab onere restituendi bona
data in dotem, quæ excessiua non appareat licet
30 sint fideicommisso subiecta, & consequenter
fideicommissum remaneat destructum, vt ad-
mittunt communiter scribentes *in Auth. res quæ C. com. de legat.* & cæteri allegati per *Molin. de primog. Hispan. d. cap. 6. num. 16.* & alij congesti per *Rot. coram R. P. D. meo Bicho in Bonon. fideicommissi 16. Martij 1640. sub §. nec propterea*, & alijs decisionibus
concordan. allegatis *in 1. decis. sub §. nec pariter obstat*, vbi ex abundanti fuit in facto animaduer-
sum, quod in casu nostro fideicommissum non
fuerat totum euersum.

Neque communis hęc DD. sententia remanet
sublata ex dispositione, *l. mulier bona 72. ff. de iur.*
31 *dot.* vbi habetur, quod † quando bona omnia
mulieris dantur in dotem tunc transeunt cum
suo onere, quia placuerunt Dominis responsio-
nes datæ *in 2. decis. §. vltimo*, & præsertim ea quod
32 *d. l. mulier* loquatur de oneribus † intrinsecis, &
necessarijs, prout sunt hypothecæ creditorum,
& similia non autem de oneribus fere volontarijs
prout tale venit censendum fideicommissum res-
33 pectu dotationis congruę deficientibus alijs †
bonis liberis, quia cum præsumat ius iuxta lite-
ram *d. §. cum proponeretur* voluntatem fideicom-
mittentis concurrere ad exemptionem bonorum
34 ab onere † fideicommissi pro congra dotatione
suorum descendentium meritò tale onus est exi-
stimandum, ac si non impositum, dummodo ex
voluntate etiam imponentis dissoluatur per Con-
35 stitutionem dotis congruę, ideoque redactum †
ad statum in quo erant bona ante obitum testato-
ris ex animaduersis in proposito per *Gabr. cons. 111. num. 18. versic. ex quibus puto vol. 2.*

Nec in præsenti cessat prædicta ex eo, quod
vel extarent alia bona præter fideicommissaria
36 ex † quibus victoria poterat dotari, vel appareat
ipsam Victoriam noluisse ab onere fideicommissi
eximere dotem constitutam, quorum altero con-
currente clarum est præfata non posse procedere.

Quia quoad existentiam aliorum bonorum de
37 iure non pręsumitur, & qui eam allegat † quan-
do bona supposita fideicommisso iam sunt data
in dotem tenetur probare cum mulier ad defen-
38 dendam suam dotationem in istis bonis † habeat
A intentionem fundatam A in negatiua. *Dec. cons. 519. propè fin. Rolan. cons. 19. num. 9. lib. 4. Crauett. cons. 19. num. 18. ad med. Peregr. de fideicomm. art. 42. num. 73. Grat. discept. 331. num. 23.* quam obligatio-
nem non possunt euitare DD. de Maximis ex quo
ipsi possideant, quia ad istum effectum est at-
tendendum initium litis, quo inspecto possessio
erat penes Alexandram ream conuentam, vt in
puncto *decis. 154. num. 4. par. 6. recent.*

Neq; ex partitis de quibus in calculo potest di-
40 ci probata dicta existentia, quia DD. † placuerunt
responsiones datæ in 2. decis. in qua singillatim
partitis respondetur cum quibus DD. transierunt.

Quo verò ad voluntatē pro qua stat præsumptio;
illa etiam elicitur, primo ex ipso instrumento
transactionis per mēsem ante matrimonium con-
41 tractum † nempe de Mense Maij 1575. initæ inter
Victoriam, & Isiphilem sororem in quo Victoria
cogitans de proximo nubere partem suam hære-
ditatis accepit ad liberam dispositionem pro hæ-
redibus quibuscumque, & reportauit à Comite
Io. Paulo Isiphilis viro generalem, & amplissi-
mam promissionem deliberādo à molestijs, quod-
que filij Isiphilis, qui successionem ex fideicom-
misso prætendere valuissent nunquam Victoriam
42 eiusque hæredes, ac successores molestarent, sed
cederent omnia iura competentia, & futurum
quomodolibet competitura, quæ promissio tam
amplè concepta demonstrat partes, voluisse libe-
rare portionem Victoriæ, eximere ab omni fidei-
commisso quidquid dicendum esset si euictio fuis-
44 set † simpliciter promissa. *Curt. iun cons. 49. n. 13. Soccin. iun. cons. 116. num. 63. lib. 1. Gratian. cons. 60. num. 16. lib. 1. Menoch. præsumpt. 115. num. 17. lib. 3.* præsertim quoad portionem Isiphilis, quæ
iam dotem habuerat, nec inde poterat euitare
45 fideicommissum dum non fuit tradita † ad libe-
ram eius dispositionem, neque pro hęredibus qui-
buscunque.

Se-

Secundò ex Capitulis matrimonialibus, in quibus Victoria bona hæc dat, & consignat in dotem, vt fuit animaduersum in *d. 2.decis. in* §.1. Maximè, quia nulla fit mentio fideicommissi,
46 neque de illo certioratus fuit vir, quo casu bona censentur liberè translata, vt in puncto fuit decisum in *Romana dotis, fideicommissi de Aguillaria* 28. *Ianuarij* 1641. *coram R. P. D. meo Bichio*, vbi concordantes, *in §. penultimo*.

Nec certioratio viri potest elici ex subsequenti instrumento celebrato de mense Augusti 1575.
47 quia non † percutit tempus instrumenti matrimonialis, & ibi solum fit mentio fideicommissi respectu portionis Isiphilis non autem Victoriæ, & amplius, quia sicuti ex parte viri fuit auctum eius patrimonium mediantibus donationibus patruorum ita verisimile est, quod mulier pinguem dotem, hoc est liberam dare voluerit.

Rursus instrumentum diuisionis fructuum celebratum cum præsentia viri Victoriæ de mense Augusti 1575. quatenus continet protestationem, quod Victoria, & Isiphiles non intendunt contrauenire fideicommisso Capitanei Francisci Sa-
48 lamonij † aui materni refertur ad portionem Isiphilis ne Virginia neptis; quæ iam litem mouerat vigore dicti fideicommissi possit ex tali diuisione sumere occasionem confouendi eamdem litem, & intererat Victoriæ quoad dictam portionem non contrauenire fideicommisso, quia poterat aliquando ipsa, vel eius descendentes deficiente linea Isiphilis in ea succedere. At quoad portionem Victoriæ tantum abest, quod partes voluerint habere rationem fideicommissi, quod
49 † imo expresse præseruarunt supradictam transactionem mensis Maij, in qua liberè fuit translata in Victoriam, vt per *Curt.iun.cons.49.n.13.Soccin.iun. cons.116. n. 63. lib. 1.Menoch. præsumpt.115. n. 17. lib. 3. cum alij vbi supra.*

Diuisio facta die 15. Iunij 1576. inter Victoriã, & Virginiam neptem, in qua Victoria cessit Virginiæ partem bonorum tam Cleriæ matris, quam fideicommissi Capitanei Francisci emanauit, quia Victoria statim mortuis progenitoribus eorum hæreditates sola adiuerat. Ideoque debuit cohæredibus eorum portiones reddere, & meritò reddidit titulo fideicommissi, quia illud vtrique cadebat in portione Virginiæ cum non gauderet bene-
50 ficio † *auth. res quæ* prout gaudebat Victoria, & hoc instrumentum intelligendum esse dicebant Domini cum eadem præseruatiua primæ transactionis expressa in præcedenti Mensis Augusti 1575. cum eadem militet ratio erga Virginiam, quæ tunc militabat contra Isiphilem, prout vtriusque erant eadem iura successionis vnde sicuti partes noluerunt derogare primæ transactioni per secundam, quæ videbatur repugnare eo minus præsumuntur voluisse derogare per tertiam, quæ
51 † cum ea se compatitur. *Alex. cons. 193. num. 5. lib.6.Rot. decis.90.num.1.par.2.diuers.* Maximè cum in tertia concordia fuerit expresse approbata secunda, in qua circa cautelas portionis Victoriæ fuit præseruata prima.

Alia pariter diuisio bonorum de anno 1583 inter Isiphilem Victoriam, & Virginiam in vim licentiæ obtentæ à san. mem. Gregor. XIII. referenda est ad portiones Isiphilis, & Virginiæ, in

52 quibus † erat opus dicta licentia salua semper libertate super portione Victoriæ retento themate primæ concordiæ ad cõgesta per *Surd cons.385.*
53 *num. 15. cum seqq.* & concordando † ad inuicem omnia instrumenta inter easdem personas ante confecta, vt debet ex allegatis per *Honded.cons.33. num. 58. cum seq.lib.1.* præsertim quia in hac diuisione anni 1583. nil amplius datur Victoriæ, sed loco aliquorum bonorum, quæ prius habuerat subrogãtur alia nempe tres partes Casalis Aguzzani assignata alia quarta parte pro soluendis oneribus perpetuis, & sic sub eadem qualitate
54 libertatis à † fideicommisso iuxta regula subrogatorum ad *text. in l. si cum §. qui iniuriarum, ff. si quis caut. Dec. cons. 290. n. 3. vers.4. hoc idem Berq. cons. 32. num. 7. in fin. lib. 2. Rot. decis. 531.num.4. par. 4.recent. Gregor. XV. decis. 115. num.3.& decis. 544. num.16.*

Quod vero Victoria viuente viro hoc Casale locauerit nil habet commune cum fideicommis-
55 so, quia, † & potuit facere consentiente viro ratione dominij, quod penes vxorem manet in bonis viro datis inextimatis. *l. quamuis, ff.de iur.dot. iuncta l. sciendum, §. si fundum, ff.qui satisdat.cogant. Seraph. dec. 201. num. 28.*
56 Articuli data in alia causa per ass. † procuratorem non nocent principali. *Rota decis. 106. nu. 14. par. 7. recent.* vltra quod continent simplicem
57 enunciatiuam onerum antiqui † fideicommissi applicabilem etiam legatis, quæ in omnibus sunt exequuta, *l. 1. ff. de legat. 1. l. 1.C. com. de legat. l. fideicommissa, 11. §.si quis alieni, ff. de legat. 3. cum alijs per Peregr. de fideicom.art.1 num.54.*

Demum Codicilli Victoriæ asserentis se disponere de bonis non subiectis fideicommisso non
58 continent confessionem fideicommissi, quia † ex verbis negatiuis non potest desumi assertio affirmatiua. *Rimin. iun.cons.413.num.14.Surd. cons.487. num. 37. & seq.* sed intelligitur conditionaliter
59 quatenus † fideicommissum adesset, vt in 1.*decis.* dictum fuit, §. *nihil facit*, prout etiã in §. *seq.* respõsum fuit ad confessiones emissas in commissionibus, quæ Dominis placuerunt, vel saltem suffi-
60 cere fuit modo replicatum omnia exaduerso † allegata esse æquiuoca ad hoc vt non releuent eo minus contra primum, & secundum instrumentum libertatem exprimentia, & contra confessionem claram auctricis DD. de Maximis, quæ super hoc Casale fecit executionem tanquam libero, & hæreditario Victoriæ.

Et ita resolutum vtraq; parte informante, &c.

Decisiones istæ confirmatæ in præsenti causa emanatæ coram eodem Reuerendissimo Tarraconen. sub diebus 21. Iunij 1640. & 17. Decembris 1641. prima est in par. 7. recent. 245. & altera 55. supra in hac par. 9. recent. Videatur alia decisio in hac eadem causa infra sub die 27. Aprilis 1644. coram Reuerendiss. Terracinen. reperitur quoque alia coram bon. mem. Dunozetto sub die 26. Nouembr. 1649.

R. P. D. MELTIO

Postea Episcopo PAPIEN.

Ciuitatis Castelli Emphyteusis.

Lunæ 23. Februarij 1643.

ARGVMENTVM.

Emphyteusis, quando est aperta per defectum generationis, tunc proximiori defuncto, si denegetur immissio de iure Canonico potest appellari, quod tamen non habet locum, si Dominus directus vult pro se retinere, quod tamen non potest dici velle pro se retinere si aliam personam inuestiuit.

SVMMARIVM.

1 *De sententia validitate non est dubitandum, quando ea constat ex reuolutione actorum.*

2 *Emphyteusis si sit finita per generationem, renouatio proximioribus est concedenda.*

3 *Quæ si non impetretur potest de iure Canonico appellari.*

4 *Emphyteusis renouatio non est concedenda quando Dominus vult pro se retinere, quia tunc non cogitur renouare.*

5 *Præferri quilibet debet in re sua, quibuscumque alijs.*

6 *Dominus directus non dicitur velle pro se retinere emphyteusim finitam, dum alium inuestiuit.*

7 *Masculi, quando non adsunt qui valeant petere renouationem emphyteusis, tunc fœminæ proximiores sunt inuestiendæ.*

8 *Quod procedit quando sunt hæredes defuncti.*

9 *In concessione emphyteusis facta per Ecclesiam appellatione filiorum non veniunt nepotes. limita nu. 10. & 11.*

12 *Clausulam, ad habendum, posita inuestitura emphyteusis, operatur vt ea transeat ad quoscumque hæredes.*

13 *Emphyteusis renouatio non potest peti per fœminas quando adsunt masculi.*

14 *In emphyteusis materia, semper attendenda est mens concedentis, & acquirentis.*

Et hoc ad effectum inducendi repetitionem etiam contra iuris regulas. & num. 14.

15 *Et ista est magis communis, & recepta opinio.*

16 *Proximior, quod quis sit defuncto, ex quibus probetur.*

17 *Emphyteusis, quando est hæreditaria, non consideratur persona prædefuncti.*

DECISIO CLI.

DE anno 1601. Prior Ecclesiæ S. Iacobi Ciuitatis Castelli in emphytheusim concessit Viridariũ, de quo agitur bon. mem. Marchioni Chiappino Vitellio, filijs, & Nepotibus masculis ex eo per rectam lineam legitimè descendentibus, qui si nõ fuerint, vel si fuerint; & defuerint pro vna filia, vel nepte, quæ aliam habuerit hæreditatem: Decessit de anno 1640. dictus Marchio, nullis relictis liberis, instituendo sibi hæredes vniuersales Marchionissam Camillam matrem, ac D. Hieronymã vxorem pro æquali, quibus deinde substituit DD. Marchionissam Camillam iuniorem, & Comitissam Angelam eius neptes ex D. Gentilina defuncti sorore, post cuius obitus tam institutæ, quam substitutæ à moderno Priore nouam concessionem petierunt, qui eam denegando maluit potius R. P. D. Archiepiscopum Vitellium inuestire, pro cuius inuestituræ nullitate A. C. pronunciauit: illamque supradictis hæredibus esse debitam insimul declarauit. Causa huiusmodi deinde mihi commissa, & dubitatum fuit, an talis sententia esset confirmanda, vel infirmanda, & ad fauorem hæredum tantum informantium fuit per Dominos responsum, & resolutum.

De validitate sententiæ non videtur posse dubitari, cum illa ex reuolutione actorum pateat,
1 & in † dubio pro illius validitate semper sit præsumendum, *glos. in l. si post C. de iur. & fact. ignor. Menoch. cons. 110 num. 6. lib. 2. & præs. 67. num. 1. & seq. lib. 2.*

Iustitia verò clarè elicitur ex ipsa facti narratiua, & per consequens constare videtur de iniustitia inuestituræ factæ dicto D. Archiepiscopo cum
2 magis communis † videatur illa conclusio, quod si emphyteusis sit finita per generationem, renouatio proximioribus debeat concedi, qui si non impetrent, possint de iure canonico appellare ad
3 Superiorem, vt confirmatio † ipsis fieri debeat *Text. in l. 1. §. permittitur, & ibi Bart. Angel. & alij ff. de aq. quot. & æstiu. glos. in cap. bonæ memoriæ de postul. Prælat. Roman. cons. 22. num. 5. Dec. cons. 131. Clar. in §. emphiteusis quæst. 43. Rot. in Banon. bonorum coram Robusterio impressa inter diuers. decis. 198. num. 1. par. 2. Imolen. bonorum, seu emphiteusis 18. Iunij coram bon. mem. Coccino, & vltimo loco in Mutinen. bonorum 26. Iunij 1630. & 28. Maij 1638. coram Reuerendissimo D. meo Decano*, quod non esset
4 firmandum, quando Dominus directus vellet † pro se retinere, quia tunc non cogitur renouare *Abb. in cap. bonæ de Postul. Prælat. Aret. in l. mihi, & Titio ff. de verb. oblig. Curt. Iun. cons. 48. Rom. cons. 22. num. 5. Ancar. cons. 133. Gozad. cons. 39. Calcan.*
5 *cons. 8. num. 45.* cum æquius sit, † vt in re sua alius non præualeat *Soccin. iun. cons. 9. num. 21. vsque ad num. 26. lib. 3. Roman. cons. 22. Gozad. cons. 86. num. 24. & cons. 39. num. 21. Grat. discept. for. cap. 88. num. 12.* Hinc autem clarè patet, Ecclesiam
6 noluisse † pro se retinere, dum Dominum Archiepiscopum inuestiuit, *Rip. in l. 1. num. 10. ad fin. ff. de priuil. credit. Alciat. in d. l. si mihi, & Titio n. 31. de verb. oblig. Gozad. d. cons. 39. num. 21. Mantic. decis. 10. num. 9.*

Quæ quidem conclusio eo magis ampliatur ad
7 fauorem fœminarum, qua † præsertim vbi non sunt masculi possunt ex æquitate petere sibi renouationẽ fieri, quando sunt hęredes defuncti, itaut
8 alteri gratificari non liceat † in ipsarum præiudicium *Roman. cons. 22. Anchar. cons. 142. & 137. & cons. 70. Cuman. cons. 166. circa finem Fulgos. cons. 4. & 220. ad fin. Paris. cons. 22. numer. 36. lib. 1. Bero. cons. 93. num. 6. & 10. vol. 1. Rota in Mutinen. Emphiteusis 26. Iunij 1630. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Non obstat, quod talis emphiteusis non potuerit renouari in dictas mulieres, vti neptes dicti defuncti, cum recepta sit conclusio † in con-
9 cessione emphiteusis per Ecclesiam facta appellatione filiorum non venire nepotes, *Salicet. in l. 2. n. 32. C. de iure emphit. ibique Iason. nu. 191. Caldas. de emphit. lib. 3. cap. 14. n. 8. Rota decis. 121. n. 17. par. 7. recent. & decis. 501. nu. 11. in addit. ad 5. par. diuers.*

Quia cum inuestitura deficientibus masculis
10 sit facta pro vna fœmina, quæ aliam † habuerit hære-

hæreditatem nõ possunt dici exclusæ DD. Camilla, & Angela, quæ sunt proximiores, & hæredes defuncti cum sint filiæ sororis Marchionis Chiap-
11 pini; & † successerint in vniuersa hæreditate deficientibus masculis, vt in Summario ipsarum num. 6. *Ancharan. consil.* 125. *num.* 4. *&* 393. *&* 427. *num.* 4. *Rain. cons.* 149. *num.* 13. *vol.* 1. *Rota decis.* 642. *num.* 2. *par.* 1. *recent.* considerata etiam
12 clausula ad habendum, † quæ operatur, vt emphiteusis transeat in quoscumque hæredes; *Curt. iun. cons.* 4. *num.* 5. *Rota decis.* 642. *num.* 4. *par.* 1. *& decis.* 152. *num.* 1. *par.* 2. *recent. Loderch. consil.* 1. *per tot. Rot. decis.* 152. *&* 293. *par.* 2. *recent. Mediolanen. Bonorum* 30. *Maij* 1633. *coram bon. mem. Merlino, & in Cremon. Bonorum* 5. *Iunij* 1634. *coram Vbaldo.*

Neque pariter obstat, quod talis renouatio di-
13 ctis mulieribus non debeatur, concurrentibus masculis, vt est dictus D. Archiepiscopus secundum opinionem *Bart. in d.* §. *permittitur, in princ.* Quia de facili tollitur obiectum ex duplici pariter responsione: Et primò cum simus in emphiteusi hæreditaria, vel saltem mixta non debet
14 admitti dictus D. Archiepiscopus, qui † non habet talem qualitatem cum in materia emphiteusis semper sit attendenda mens disponentis, & acquirentes ad effectum inducendi repetitionem etiam contra regulas iuris, *leg. Iulius Paulus, & l. cum seruus, ff. de condit. & demonstrat. Bart. in l. Seiæ,* §. *Caio, ff. de fund. instruct. Curt. iun. cons.* 78. *num.* 3. *Paris. cons.* 2. *num.* 22. *&* 23. *lib.* 1. *Alciat. in respons.* 160. *num.* 9. *&* 11. *& resp.* 180. *num.* 2. qui
15 ait † hanc esse magis communem, & receptam opinionem *Bero. cons.* 65. *num.* 95. *lib.* 1. *Menoch. cons.* 160. *num.* 41. *Gratian. disceptat. forens. cap.* 808. *n.* 7. Secundo nec etiam videtur vllo modo posse sustineri talem renouationem in D. Archiepiscopum cum non sit in pari gradu cum dictis mulieribus,
16 immo vt probatur ex Arbore, † in gradu valdè remotiori à dicto Marchione Chiappino, scilicet vltra octauum gradum; & in hac materia excluditur Collateralis vltra septimum gradum *Isern. in cap.* 1. §. *hoc quoque, vbi Afflict. num.* 27. *qui feud. dar. possess. Bald. in Authen. defuncto, C. ad Tertull.* cum quo transire videntur *Alex. & Ias. in l. certum, Cod. vnde legit. cap.* 1. §. *hoc autem qui feud. dar. possess. Paris. consil.* 23. *num.* 261. *lib.* 1. *Soccin. iun. consil.* 76. *num.* 73. *vol.* 2. *Menoch. consil.* 378. *num.* 84. *Bero. cons.* 103. *num.* 1. *lib.* 1. quod eo magis pro-
17 cedit in casu isto, † cum emphyteusis sit hæreditaria, vt dixi, in quo consideratur persona vltimi prædefuncti, *Isern. in cap. Imperialem* §. *præterea, de prohib. feud. alienan. Clar. in* §. *feudum quæst.* 9. *Dec. consil.* 185. *nu.* 2. *& consil.* 208. *n.* 3. *Menoch. cons.* 191. *n.* 80. *&* 464. *num.* 11.

Et ita &c. vti dixi ad fauorem hæredum tantum informantium fuit resolutum.

REVERENDISS. P. D. CERRO SACRÆ ROTÆ DECANO.

Ciuitatis Vetulæ Dotis.

Veneris 27. *Nouembris* 1643.

ARGVMENTVM.

Restitutionis dotis, quando est factus locus, tunc quod fuerit soluta debet plenè, & concludenter probari, & non sufficit id probare præsumptiuè, nisi tamen præsumptiones essent plures, & concludentes. Administrator in dubio præsumitur sibi satisfecisse de suo creditum. Legatum factum à marito vxori non censetur relictum animo compensandi cum dote.

SVMMARIVM.

1 *Dotis tradita primo viro, censetur etiam consignata secundo.*
2 *Restitutionis dotis, vt sit locus est probanda vera solutio.*
3 *Instrumentum publicum receptionis dotis, facit probationem probatam.*
4 *Dos præsumitur exacta, stante cursu temporis cum præstatione alimentorum.*
5 *Et hoc præsertim, cum maior est pars soluta iam appareat.*
6 *Viri negligentia in non exigendo dotem, non debet nocere vxori.*
Vxor stante negligentia viri potest agere ad restitutionem dotis ab extraneo promissa. num. 6.
7 *Administrator, præsumitur se satisfecisse de bonis administratis, circa suum creditum, quod habebat cum eo, cuius bona administrabat.*
8 *Administrator quilibet, qui administrat bona sui debitoris, præsumitur de illis satisfactus.*
9 *Probationes præsumptiuæ non releuant, quando quis tenetur aliquid concludenter probare.*
10 *Sed ista conclusio procedit, quando vna tantum esset coniectura, vel plures, sed imperfectæ, & debiles, secus vero si essent plures efficaces, & perfectæ. num.* 11.
12 *Ex præsumptionibus pluribus simul iunctis oritur plenissima probatio.*
13 *Ex præsumptionibus pluribus simul iunctis Rota multoties condemnauit hæredes mariti ad restitutionem dotis.*
14 *Administrator emens bona pro se de pecunijs eius, cuius bona administrat, efficitur debitor eiusdem pretij, &c. & num.* 15.
16 *Debitum an sit voluntarium, vel necessarium inspici debet eius origo.*
17 *Ad dotis restitutionem, quando quis dicatur voluntariè se obligasse.*
18 *Legatum nunquam censetur factum animo compensandi cum debito voluntario.*
19 *Maritus nunquam censetur legari vxori animo compensandi cum dote, nisi expressè dicat.*
20 *Compensandi animus in testatore de legato, cum credito ex quibus penitus excludatur.*
21 *Legata quando sunt facta cum onere fideicommissi, in eis cessat animus testatoris compensandi, & quare.*
22 *Legatum, quando fuit factum personæ validè dilectæ, non censetur relictum animo compensandi.*
Quia censetur relictum legatum, vt liberalis existat erga personam quam singulari affectu prosequitur.
23 *Testator instituendo hæredem suum debitorem censetur voluisse, quod eius creditum cum eo compensaretur.*

DECISIO CLII.

RESPONSVM fuit pro confirmatione sententiæ Rotalis, quia ex reuolutione actorum apparet valida, & de iustitia dubitari non potest; Nam quoad scuta 300. quæ sententia dicit esse soluenda Veronicæ pro totali restitutione suæ dotis, eius creditum est certissimum; Quia cum ipsa in primo matrimonio dederit Ioanni Philippo Zazzarello dotem scut.1200. nempe scuta 900. in tot bonis stabilibus, margaritis, & mobilibus, & dicta scuta 300. de quorum restitutione agitur, in pecunia numerata, vt benè firmatur in decisione huius causa emanata *sub die 17.Martij 1642. coram Reue-*
1 *rendiss.D.meo Dunozetto Decano*, eadem dos † censetur tradita Marino Matthæo secundo viro *l.dotem 31.& l.Dinus 41. ff.de iur.dot.* & consequenter ipse tenetur dictam dotem restituere *l.2. ff. solut. matrim.& l.fin.C.eodem.*
2 Nec obstat, quod restitutioni † non sit locus, nisi vbi probatur vera dotis solutio *l.Mæuia 50.ff.solut.matrim. glos.in d.l fin. in verbo, vel promissa, Cod. eod.& Rota in recent.decis.306.num 39.& 40.par.7.*
Quia hæc 300. probantur soluta tam Ioanni Philippo primo viro, quàm Marino, solutio enim facta Ioanni Philippo respectu scutorum 150 reddi-
3 tur certissima † ex instrumento quietantiæ ab eo factæ, quod facit probationem probatam *Bald.in l.interest num.2.C.de solut.sanct.memor. Gregor.XV. decis.180.num.1.* Respectu verò aliorum scutorum 150. cum fuerint promissa Veronicę in instrumento dotali tàm à fratre, quàm ab auia, vel præsu-
4 muntur exacta stante cursu temporis cum præstatione alimentorum *Soccin.sen. cons.82.num.3.lib.3. Surd.cons.489.num.10. & seq. Rota in recentior.decis. 24.num.11.part.7.* Præsertim dum constat de solu-
5 tione maioris partis dotis *Gregor. decis.62.num.7. Reuerendiss.Vrgellen.decis.609.num.21.& 22.* vel in omnem casum quatenus exacta non fuissent, hoc
6 non præiudicaret Veronicæ, quia negligentia viri in exigendo, non nocet vxori quominus possit agere ad restitutionem dotis ab extraneo promissæ, *l.si extraneus 33.cum ibi notatis, ff.de iure dotium, & l.ob æs ibi; Etsi non petierit maritus, ff.de pact.dot. Fontan.de pact.nupt.claus.6. glos.1.par.2.num.77. Ciriac. controuers.110. num.5. Rot. in recent.decis.114. num.16 par.6.& in Romana restitutionis dotis 9.Aprilis 1612.coram Eminentiss.Card.Pamphilio*, cum alijs latè deductis in decisione huius causæ.

Solutio verò facta Marino, à quo hodie dicta trecenta repetuntur, ex eo fit manifesta, quia constat Veronicę obuenisse multa bona extra dotalia ex hæreditate primi viri, & Marinum ista admini-
7 strasse, & fructus percepisse. † Vnde intrat præsumptio, quod ex eisdem bonis de dicto credito se satisfecerit *Neuizan. consil.57.sub num.11. Afflict.decis.13.num.13.vers.adducit 4. & num.16. Rota coram Reuerendissimo Vrgellen. d.decis.409. sub num.10. & decis.428. sub num.3. cum alijs relatis in Recanaten. manutentionis 27.Iunij 1642.coram me.* E generale
8 est in quolibet administratore, qui administrat bona sui debitoris, quod præsumatur ex illis satisfactus, *l.peculium la 2.§.propterea, ff.de pecul. Angel.in l.sed si d.damnum, §.peculium nu.3.ff.eodem Rota coram bon.mem.Buratto decis.420.nu.2. & post Statil. de Saluian, interd.decis.87.num.2.*

Nec refert, quod istę dicantur probationes præ-
9 sumptiuæ, quæ non sufficiunt, † vbi mulier prout hic grauatur onere concludentis probationis ex adductis per *Add.Gregor.decis.53.num.5.* quia con-
10 clusio procedit vbi adest vnica tantum coniectura, vel plures, sed debiles, & imperfectę, secus quando prout hic plures concurrunt efficaces, & perfe-
11 ctæ, vt distinguendo dixit *Rota in recent.decis.336. num.4. in fin.par.2.* Ex cumulatis enim præsumptio-
12 nibus † simul iunctis oritur plenissima probatio, *Bald.cons.3.num.4.lib.3.Soccin.iun. cons.32. num.24. & cons.39. num.14. lib.2. Ciriac.controuer.291.num. 21. Rota coram bon. mem. Coccino inter eius impressas decisio 297. num.2. & in Romana diuisionis 15.Iunij 1640.coram R.P.D.meo Bichio*, & Rota ex probatione resultante ex huiusmodi præsumptionibus sæpè condemnauit hæredes viri ad restitutionem
13 dotis, *vt in Romana Dotis 2.Martij 1635.coram Reuerendiss.D.meo Dunozetto Decano, & in Camerinen. Saluiani 20.Iulij 1630.coram bon.mem.Merlino.*

Quo verò ad scuta mille, ad quorum restitutionem sententia condemnat hæreditatem Marini pro

pro bonis extradotalibus ab eo distractis, iustitia pariter est indubitata, quia inconfesso est Veronicam acquisiuisse ex hæreditate primi viri multa animalia, & Marinum illa vendidisse Terentio Collemodio pro pretio scutorum mille, vt patet ex publico instrumento, & deinde cum dicto pretio emisse loca 17. montium, vt deponunt testes.
14 Vnde effectus fuit † debitor eiusdem pretij, illudque restituere tenetur, cum stante inuestimento de
15 eo facto in dictis locis montium, extare † dicatur ad effectum, vt vxori sit restituendum, vt in terminis *Bald. in leg. vbi adhuc num. 56. & 57. C. de iur. dot.* & benè *Soccin. sen. cons. 82. num. 24. vers. 2. concludo lib. 4. Surd. cons. 290. num. 7. & seqq. Fab. de Ann. cons. 119. num. 14. & 15. lib. 2. Giurb. decis. 89. nu. 28.* cum alijs in decisione huius causæ allegatis.

Nec restitutio euitari potest sub prætextu compensationis, quam hæredes Marini prætendunt esse faciendam cum legatis ab eo factis Veronicæ, quia cum eius creditum tam pro rata, quæ debe-
16 tur ex causa dotis, † quam pro reliquis debitis pro dictis bonis extradotalibus per Marinum distractis tanquam descendens ex contractu, vel quasi, dicatur voluntarium inspecta origine, quia Marinus ab initio nulla iuris, seu legis subsistente necessitate cogebatur se obligare ad restitutionē
17 dotis, sed propria voluntate, & facto in dictum debitum incidit, vt benè *Surd. cons. 112. num. 44. & 64.* nulla potest prætendi compensatio, cum legatum nunquam censeatur factum animo com-
18 pensandi cum † debito voluntario, nisi id suadeant vehementes, & vrgentissimæ coniecturæ *l. creditorem,* & ibi scribentes, *ff. de leg. 2.* Quod potissimum procedit in marito, qui nunquam censetur
19 legare vxori animo † compensandi cum dote, nisi expresse dicat, vt est textus clarissimus *in l. vnic. §. primum itaque, C. de rei vxor. act.* & per dictum textum communiter tradunt DD. & signanter *Alex. cons. 7. num. 16. lib. 6. Castren. cons. 219. in princip. lib. 2. Capra cons. 72. num. 18. post med. Signorol. consil. 176. num. 4. & 9. post med. Eugen. consil. 79. num. 6. lib. 2. Bertazol. consil. ciuil. 59. num 4. & seqq. Surd. cons. 112. num. 44. & 64.* qui latè alios allegat *Add. ad Afflict. decis. 44. in princip Facchin. controuer. lib. 5. cap. 33. sub vers. quid igitur dicemus, & cap. 36. per tot. Thomat. decis. Maceraten. 56. num. 195.* & Rota nostra sæpius firmauit nempe in *recent. dec. 649. num. 2. par. 1. & coram Card. Caualer. decis. 318. nu. 2. & seqq. & coram Burrat. decis. 291. num. 4. & in Romana quarti dotalis 21. Aprilis 1617. coram Andrea,* & sæpius in alijs.

Hic autem non solum nullæ adferuntur coniecturæ, quæ releuent, sed è contra multæ adducun-
20 tur validæ, & efficaces, quæ omnem † animum compensandi prorsus excludunt, & omissis alijs duæ potissimum visæ sunt vrgere. Prima, & illa maxima est, quod legata sunt pro maiori parte cum onere fideicommissi ad fauorem quorum-
21 dam nepotum, qui propterea censeri non potest voluisse compensare, dum relicta grauauit onere restitutionis, vt præter allegatos in decisione benè *Capra cons. 143. num. 5. in fin. & num. 6. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 110. num. 27. Mantic. de coniectur. vltim. volun. lib. 10. tit. 2. num. 11. Rota diuersor. decis. 456. num. 2. par. 4.*

Secunda coniectura resultat ex eo, quod lega-
22 tum est factum personæ multum dilectæ † ob magnum amorem, & ingentem beneuolentiam vt dixit idem Testator, ibi: *Item iure legati & in signum beneuolentiæ, & amoris eximij, quo prosequitur dictam Veronicam eius vxorem dilectissimam reliquit, &c.* Hoc enim casu Testator non censetur legasse animo
23 compensandi, sed vt liberalis erga personam dilectam existeret, vt eleganter *Corn. cons. 288. in fin. vers. nec est verisimile, lib. 1. Soccin. iun. cons. 79. nu. 83. & num. 112. lib. 2. Bero. cons. 46. num. 7. lib. 2. Menoch. cons. 56. num. 8. & cons. 162. num. 25.* quos idem refert & sequitur *in tractat. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 110. num. 12.*
24 Nec aduersantur coniecturæ in contrarium ponderatæ. Prima enim, quod Testator instituendo Veronicam hæredem censeat voluisse, quod
25 eius debitum † compensaretur, vt dixit *Rota in recent. decis. 19. num 16. par. 5. recent.* nullius est momenti; Quia institutio in legato non inducit compensationem cum debito, sed solum operatur, vt legatarius possit capere legatum propria auctori-
26 tate, quod alias seclusa institutione capere debuisset de manu hæredis *Alex. in l. quoties sub num. 4. Cod. de hered. institut. Franch. decis. 293. num 4.* Nec
27 contrarium firmat præallegata *decis. 19. par. 5. recent.* quia loquitur in hærede vniuersali; vnde ap-
28 plicari non potest ad casum, quando vxor est solummodo legataria, & hæres particularis, vt in hoc casu.

Secunda verò, quod Marinus bona omnia su-
29 biecerit fideicommisso, quod euerteretur, nisi induceretur compensatio, vt dixit *Rota in Auenionen. fideicommissi coram Reuerendiss. D. meo Patriarcha Constantinopolitano, quæ est decisio 312. num. 6. & seqq. par. 7. recent.* cessat, quia hæredes Marini non probant statum, & valorem hæreditatis prout es-
30 set opus, vt dignosci posset an ex reiectione compensationis fideicommissum subuerteretur; Vnde
31 cum hæreditas semper præsumatur opulenta, & apta ad ferendum onera legatorum *Couarr. in cap. si hæredes sub num. 9. vers. & si minimè de testam. Rota in recent. decis. 696. num. 2. part. 1. cum alijs per Add. ad Buratt. decis. 589. num. 23.* Non debent hoc prætextu
32 legata retineri, & defraudari voluntas defuncti, qui ita legando videtur habuisse suam hæreditatem pro sufficienti ad supportanda dicta legata, vt in proposito *Rota coram Cardin. Seraphin. decis. 1394. sub num. 5. in Mutinen. dotis 16. Ianuarij 1641. coram eodem Reuerendissimo D. meo Patriarcha, §. nec releuat vltima in fin.*

Et cessat difficultas, quia ex adductis pro Veronica apparet in hæreditate relicta fuisse, nedum stabilia ingentis valoris, sed quam plura mobilia
33 pretiosa, & alia non modicæ æstimationis & fructus, ex quibus facilè legata solui possunt sine euersione, & considerabili diminutione fideicommissi, quod sufficit, quia contraria conclusio ea-
34 tenus intrat, quatenus hæreditas remaneret damnosa, aut notabiliter exhausta, si reijceretur compensatio; Secus autem vbi non patitur magnum detrimentum, vt patet ex *Menoch. in contrarium allegat. præsumpt. 110. num. 49.* ibi, *vel esset valde exhausta, Aflict. decis. 44. num. 12. 16. & 25.* & in terminis loquitur *dicta decis. 312. num. 6. & seqq. par. 7. recentior.*

Et in omnem casum cum istæ coniecturæ elidantur,

35 dantur, & conquassentur ex alijs fortioribus pro parte Veronicæ allegatis, in dubio non est recedendum à regula, quæ stat pro Veronica, quod
36 maritus non censetur legare vxori animo compensandi, vt benè *Surd. d.conf.112. num. 101. ante vlt.vers.*

Denique non refragatur, quod Veronica dicatur distraxisse frumentum existens in Ciuitate Vetula, quia quatenus inde infertur ipsam se satisfe-
37 cisse ex pretio, cessat difficultas ex facto, quia constat ipsam cum interuentu Petri Franceschini executoris testamentarij illud soluisse Danesio Danesij pro complemento scutorum 800. quę Te-
38 stator eidem debere asseruit in testamento, † vt patet ex quietantia *Summario num. 11.*

Quatenus verò ex huius debiti solutione dedu-
39 citur, quod adiuerit hæreditatem † Marini inferendo per aditionem eius actiones remansisse confusas *ex text. in l. debitoris, Cod. de pact.* obiectum corruit, quia Veronica non fuit hæres vniuersalis, sed alius, & ipsa fuit instituta dumtaxat in certis rebus, nempè in rebus existentibus in Ciuitate
40 Vetula. Vnde cum censeri non possit, nisi legataria, *l. quoties, C. de hæred. instit. Couar. var. resolut. lib. 2 cap. 18. num. 5. Franch. decis. 293. num. 3. & Rota coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 224. num. 18.* & hæres particularis *Alex. in d. l. quoties num. 4. & seq. C. de hæred. instit. & cons. 175. num. 1. lib. 6.* Cessat omnis confusio actionum, nec habet locum illa imagina-
41 ria solutio, quæ ex aditione inducitur, † quia procedit solum in hęrede vniuersali qui repręsentat personam defuncti in omnibus iuribus actiuis,
42 & passiuis; Secus in particulari quia is non repræsentat defunctum, nec in eum transeunt iura passiua, *Bald. in l. cum à matre num. 5. C. de rei vendit. Roland. de inuent. part. 3. §. quid si pater num. 9.* Vnde
43 nec † etiam confunduntur, vt benè distinguit *Fontanell. de pact. nupt. clauf. 7. glos. 3. par. 7. num. 53. & duob. seqq.* & sensit *Rota in Sabinen. hæreditatis 7. Iunij 1630. coram bon. mem. Pirouano.*

Et excluditur quæcumque dubitatio, quia frumentum existebat in Ciuitate Vetula cum alija rebus, qui Testator legauit Veronicæ cum onere
44 soluendi † nonnulla debita ipsius, vt in *Summario num. 7.* Vnde cum ipsa tanquam legataria à die mortis Testatoris effecta fuisset domina frumenti sibi legati, dum illud vendidit, vt oneribus sibi iniunctis satisfaceret, hinc inferri non potest ipsam
45 adiuisse hæreditatem, quia non † potuisset dum non fuit instituta hæres, *l. si quis, §. interdum, ff. de acquir. hæredit.* Nec voluisse præsumi debet dum isti
46 actus potuerunt fieri alio † iure quam hæreditario, *l. pro hærede, ff. de acquir. hæredit. Rota diuers. decis. 474. num. 5. par. 1. & coram Gregor. decis. 460. num. 6. & coram Buratto decis. 589. num. 12.*

Et ex huius facti inconuincibilem veritatem ostendit protestatio eiusdem Veronicæ dum in
47 actu solutionis † declarauit soluere *senza pregiuditio delle sue ragioni, che le competono contro gli heredi, & heredità del q. Marino, &c.* Ex his enim verbis manifestè deducitur eam non intellexisse gerere
48 se † pro hærede, dum eius personam à personis hæredum distinxit, & separauit *Rota coram Buratt. decis. 267. num. 12. in fin. & num. seq. &c.*

Et ita vtraque, &c.

In eadem causa infra habetur altera decisio sub die 29. Aprilis 1643. coram eodem Reuerendissimo Cerro Decano.

R. P. D. GHISILERIO
Postea Episcopo TERRACINEN.

Romana Retentionis bonorum.

Lunæ 2. Martij 1643.

ARGVMENTVM.

Bona fideicommisso subiecta, & maximè cum amplissima prohibitione, ne ea possint alienari, tunc sanè non possunt alienari, nec venire possunt sub generali hypotheca. Fideicommissum reale, & absolutum, quando dicatur constitutum. Contributio, pro soluendis legatis, vt possit prętendi ex bonis subiectis fideicommisso stricto, & particulari, quid requiratur.

SVMMARIVM.

1 *Bona fideicommissaria non possunt obligari nec veniunt sub generali hypotheca bonorum.*
2 *Fideicommissi exceptio in continenti probata impedit immissionem, & retentionem.*
3 *Fideicommissum super bonis hæreditarijs, quod fuerit constitutum, quando non possit dubitari.*
4 *Fideicommissum, quando dicatur reale, ita vt transeat ad omnes de familia, & num. 5. & 6.*
7 *Prohibitio alienationis, quando est accessoria & consecutiua ad fideicommissum vniuersale non egreditur personas in illo vocatas.*
8 *Secus verò, quando aliæ personæ sunt comprehensæ, & vocatæ, quia tunc censetur inductum aliud fideicommissum particulare.*
10 *Bona fideicommissi particularis non subiacent debito legatorum, nec etiam per viam contributionis resistente voluntate testatoris.*
Fideicommissarij an teneantur ad contributionem pro legatis, num. 10.
11 *Contributio pro legatis cessat, quando in contrarium adest voluntas testatoris.*
12 *Ex quibus coniecturis deprehendatur talis voluntas.*
Et præsertim ex arctissima prohibitione alienationis, num. 13.
14 *Contributio pro soluendis legatis non potest prætendi ex rebus specialiter prohibitis alienari, nisi in subsidium.*
15 *Nempè nisi constaret alia bona non adesse, ex quibus dicta legata persolui valeant.*
Negatiua non existentiæ bonorum, quando nullatenus dicatur probata, num. 15.
16 *Bona non extare pro solutione legatorum, qui dicit, cum hæreditas præsumatur soluendo, ei incumbit onus probandi.*
Negatiua non existentiæ bonorum hæreditariorum, ex quibus excludatur, num. 16.
17 *Contributio pro soluendis legatis fieri non debet, antequam discutiantur bona hæreditaria.*
18 *Summa detrahenda ex bonis hæreditarijs facit creditum illiquidum.*
19 *Retentio nunquam competit, quando creditum est illiquidum.*

20 *Reus,*

20 *Reus, & possessor releuatur ab onere probationis.*

21 *Actores, quando fundarunt suam intentionem tunc qui excipit, tenetur concludenter suam exceptionem probare.*

22 *Actor, vbi probauit suam intentionem, reus tenetur probare suam exceptionem cum omnibus suis qualitatibus.*

Reus in sua exceptione, dicatur actor, num. 22.

23 *De Retentione bonorum vbi agitur turbiditas sufficit ad illam excludendam.*

24 *Retentioni bonorum, vt sit locus requiritur talis certitudo crediti, vt illud controuerti non possit.*

25 *Testator non præsumitur, quod voluerit legata, & maximè pia remanere velle inutilia, & num. 26.*

27 *Testator præsumitur æquè dilexisse legatarios, & fideicommissarios.*

28 *Legata quantumuis priuilegiata non debent solui ex bonis subiectis fideicommisso particulari nisi in subsidium.*

29 *Quatenus non extent alia bona hæreditaria, alias redderetur vana dispositio testatoris.*

30 *Testatoris mens, quantum fieri potest seruanda est.*

31 *Obseruantia, quæ non habet subsistentiam non releuat.*

32 *Indebitum soluens sibi præiudicat, quoad illum actum, non autem generaliter.*

33 *Obseruantia non potest desumi, ex his, quæ fiunt ex mera voluntate.*

34 *Retentio bonorum non potest prætendi amplius dum de suo creditor possessor fuit iam satisfactus, & nu. 35.*

DECISIO CLIII.

ITERVM proposita causa, An Nereo Scarlatto, qui coram A.C. obtinuerat ad eius fauorem pronunciari, competeret retentio domorum, de quibus agitur, & pro qua summa, negatiuè fuit resolutum ex rationibus, & fundamentis deductis in decisione sub die 23. Maij superioris anni. *

Quia cum domus, de quibus agitur, peruenerint in Laurentium, & Iosephum de Carpianis ex
1 fideicommisso Iacobi de Carpianis sub expressa prohibitione alias alienandi, ad hoc, † vt in familia conseruarentur, non poterant obligari, nec venire sub generali hypotheca bonorum iuxta cumulata per *Fusar. de substit. quæst. 703. num. 8.* vbi multi allegantur, ita *Rota coram bon. mem. Buratto decis. 223. num. 7. coram Seraphin decis. 257. num. 2. & 8. & in Tudertina bonorum 24. Nouembris 1634. coram bon. mem. Buccabella*, itaut etiamsi dicti Laurentius, & Ioseph essent creditores hereditatis Iacobi
2 ob legata soluta, Scarlattus illorum creditor † non potuerit ex eorum persona retinere domos hæreditarias, cum exceptio fideicommissi incontinenti probata impediat immissionem, & retentionem ex allegatis in decisione, quæ reuidetur.

Nec in hac propositione visum fuit posse dubitari quin super istis domibus, & vinea constitutum fuerit particulare fideicommissum, quia cum vt fuit dictum in alia decisione Iacobus fideicom-
3 mittens, † nedum prohibuerit ista alienari dirigendo prohibitionem in ipsa bona, & voluerit conseruari pro hæredibus institutis, & substitutis, sed vlterius ampliatiuè disposuerit, scilicet, *& in modo nessuno non si possono vendere, nè in altro modo alienare, ma si debbano conseruare nella famiglia Car-*
4 *piana*, inde sequitur ad domos, & † vineam fuisse inuitatos omnes de familia Carpiana, & consequenter comprehensas alias personas non comprehensas in fideicommisso vniuersali, itaut dicatur inductum fideicommissum particulare domo-
5 rum, & vineæ pro conseruatione in familia, ad fauorem omnium de familia Carpiana. *Fusar. de subst. quæst. 683. num. 23. & 28. Menoch. cons. 90. num. 18 versic. septimus est casus lib. 1. Rota decis. 684. num. 28. par. 6. recent. in Reatina fideicommissi 14. Maij 1622.*
6 *coram bon. mem. Vbaldo*, & in terminis quando † alij præter vocatos in vniuersali fideicommisso sunt vocati, tenuit *Rot. in Viterbien. Castrorum 9. Decembris 1619. & 24. Maij 1621. coram bon. mem. Coccino.*

Et omnes in contrarium allegati pro Scarlatto procedunt in diuersis terminis, nempè in prohi-
7 bitione † accessoria, & consecutiua ad fideicommissum vniuersale, quæ non egreditur personas in illo vocatas, secus autem est quando aliæ personæ sunt compræhensæ, & vocatæ. Quia tunc negari
8 non potest, quoad illas esse aliud diuersum † fideicommissum, & particulare, tamquam continens certa bona.

Dato autem dicto particulari fideicommisso
9 domorum, de quibus agitur, illæ † non subiacent debito legatorum, nec etiam per viam contributionis resistente voluntate Testatoris, ex firmatis in alia decisione in §. *quod autem, vers. quo casu, & in §. his positis.* Vnde non obstat quod fideicommis-
10 sarij dictarum domorum teneantur ad † contributionem pro legatis, quę persoluerunt supradicti Laurentius, & Iosephus hæredes grauati, ex quorum persona venit Scarlattus, quia contributio
11 cessat, quando in contrarium adest † voluntas Testatoris, *Franch. decis. 236. num. 11. & seqq.* quem refert, & sequitur *Rota in Romana Legati 5. Decembris 1629. coram Eminentiss. Card. Verospio. Surd. de alim. tit. 8. priuil. 30. num. 6.* quæ voluntas in proposito colligitur ex pluribus coniecturis in alia decisio-
12 ne ponderatis, & † signanter ex ipsamet speciali arctissima prohibitione alienationis domorum, de quibus agitur, nam hinc elicitur, Testatorem noluisse, vt eadem bona specialiter alienari pro-
13 hibita † pro conseruatione familiæ diminuerentur pro solutione legatorum, vt latius in eadem decisione.

Sed cessat difficultas, quia contributio rei spe-
14 cialiter alienari prohibitæ; † non posset prętendi, nisi in subsidium nempè vbi constaret, alia bona non extare, ex quibus dicta legata persolui potuissent; in præsenti autem tantum abest, quod Scarlattus probauerit negatiuam existentiæ alio-
15 rum † bonorum pro solutione legatorum, prout ille probare tenetur, cum hæreditas præsumatur soluendo, *Couarr. in cap. si hæredes, num. 9. vers. sed & si minimè de testam. Seraphin. decis. 1394. nu. 5. Caualer. decis. 356. num. 1. Reuerendiss. Vrgellen. decis. 1. num. 33.* Quinimmo talis negatiua excluditur ex inuentario facto ab hærede grauato, qui in eo de-
16 scripsit inter bona hęreditaria † libros mercantiles rationum quinque drogheriarum ad dictam hęreditatem spectantium, super quibus peritus retulit Iacobum fideicommittentem remanere cre-
17 ditorem in scutis 13518. & antequam † discutiantur bona hæreditaria, vel non est locus remedio subsidiario ex latè deductis in *Anconitana Censuum 27. Februarij præteriti coram R.P.D. meo Rojas.*

Rojas.Peregrin.de fideicomm.art.3.num.73.& art.10. num.27.idem Peregr.conf.48.num.10.lib.1. vel sum-
18 ma detrahenda ex bonis hæreditarijs facit creditum illiquidum, iuxta *text. cum ibi notatis, in l.si seruus,§.Boue subrepto,ff.de condit.furt.Giurb.dec.60.*
19 *num.2.& 3.* Quo casu † nunquam competit retentio, *l.final.vbi Doct.C.de compensat.Alex.cons.93.lib. 1.num.4.cum alijs per Surd.decis.184.num.6.Rota coram san.mem.Gregor.XV.decis.254.nu.3.in recent.decis.433.nu.4.par.2.& coram Seraph.decis.1455.nu.4.*
20 Nec obstat, quod Scarlattus † sustineat partes Rei, & possideat iuxta declarationem *Castr. in l. Mæuia,§.1.ff.solut.matrim.Imol.in rubr.ff.de nou.oper. nunciat.* quos sequitur *Mascard.de probat.concl.205. num.22.Molin.de primog.Hispan.lib.4.cap.7.num.36.*
21 Quia cum fideicommissarij † actores probauerint extrema in iudicio reintegrationis, Scarlattus, qui excipit de retentione tenetur dictam exceptionem concludenter probare ex regula, quod
22 vbi actor probauit suam intentionem, † reus debet probare suam exceptionem cum omnibus qualitatibus, cum reus in sua exceptione dicatur actor, eoque magis stante supradicto inuentario ex relatione periti, quæ relatio licet controuerta-
23 tur, reddit tamen turbidam † non existentiam aliorum bonorum, dum autem agitur de retentione, turbiditas sufficit ad illam excludendam, cum ad hoc vt illi sit locus requiratur creditum liquidum in substantia, & in quantitate, & adeo certũ,
24 vt illud controuerti non possit, illudque possit statim tolli per solutionem, vt in decisionibus relatis in fine decisionis, quæ reuidetur.

Minus facit, quod agatur de legatis factis, par-
25 tim pro anima, & in remissionem peccatorum, partim pro nubendis puellis etiam coniunctis Testatori fideicommittenti, partim demum ipsismet vocatis in fideicommisso, pro quibus intrat efficax præsumptio, quod Iacobus fideicommittens minimè voluerit remanere omnino inutilia, quando
26 hæreditas non esset soluendo, dum aliter sustineri possunt per viam contributionis, vel diminutionis
27 fideicommissi cum in huiusmodi legatis fideicommittens æquè dicatur dilexisse legatarios, ac fideicommissarios in stabilibus.

Quia semper verum est dicere dicta legata quã-
28 tumuis priuilegiata debere solui ex bonis subiectis fideicommisso particulari, nisi in subsidium, quatenus non extent alia bona hæreditatis, aliàs
29 redderetur vana dispositio Testatoris, quod nullo modo, & ex quauis causa alienentur domus, de quibus agitur, & vinea, non probata autem nega-
30 tiua non existentiæ aliorum bonorum hæreditatis, non potest deueniri contra mentem fideicommittentis ad alienationem domorum particulariter alienari prohibitarum, prout nec releuat obseruantia deducta ex confessione Oliuerij, qui
31 præuia susceptione termini soluit partem vnius legati, & accollauit in se censum scutorum 300. impositum super domibus, de quibus agitur pro solutione residui alterius legati relicti per dictum Iacobum Paulo Carpiano. Quia si soluit indebitum, & sibi præiudicauit in dicta summa, non
32 propterea sibi præiudicauit in alijs summis, nec cum alijs, non enim poterat ex supradeductis cogi ad solutionem legatorum. Ideoque non potest
33 desumi ex supradictis, quæ præcesserunt ex mera voluntate Oliuerij, talis obseruantia, quæ sibi præiudicet in alijs summis, & vocatis ad fideicommissum particulare.

Demum cessat retentio prætensa per Scarlattum pro fructibus census acquisiti à Laurentio pro rata scutorum 500.& à Iosepho pro alia rata scutorum 500. quia fuit satisfactus ex pensionibus per-
34 ceptis † domorum, de quibus agitur spatio triennij per ipsum retentarum iuxta locationes datas, & quietantias ab eo factas ad fauorem inquilinorum, ex quibus apparet ipsum percepisse scut.1590 itaut clarè pateat ex dictis pensionibus constare
35 de satisfactione † pro dictis fructibus duarum ratarum censuum, vt in calculo dato, in quo benè probatur Scarlattum habita ratione sui crediti, & debiti remanere in dictam causam debitorem.

Et ita vtraque parte informante pro confirmante decisionis antea factæ contra Scarlattum fuit resolutum, &c.

Decisio ista emanata in hac eadem causa sub die 23. Maij 1642.coram eodem Reuerendiss. Terracinen. est supra in hac eadem part.9.recent.decis.83.

REVERENDISS. P.D. CERRO.
SACRÆ ROTÆ DECANO.

Albanen.Hæreditatis.

Lunæ 2. Martij 1643.

ARGVMENTVM.

Transactio licet sit nulla, dum contineat factum futuræ successionis cum illud omni iure sit prohibitum, attamen si non appareat de omnibus bonis, sed de quota bonorum, tunc cum cessent rationes propter quas pactum dicitur prohibitum substinetur talis transactio, & latè declaratur, quando tale pactum contineat tantum certa bona particularia.

SVMMARIVM.

1 *Transactio tamquam nulla non substinetur, si contineat pactum futuræ successionis.*
2 *Pactum futuræ successionis, est omni iure prohibitum.*
3 *Pactum futuræ successionis non dicitur prohibitum, quando est restrictum ad certa bona.*
4 *Cum tunc nec adimat facultatem testandi, nec volum captandæ mortis inducat.*
5 *Dictiones tàm, & quàm, non restringunt vniuersalitatem dispositionis, sed censentur appositæ gratia maioris dispositionis.*
6 *Bona, quando fuerunt expressa in genere, & postea dinumeratæ sunt species bonorum mobilium, & immobilium, tunc non dicuntur dinumeratæ species post genus, sed qualitas adiecta generi, & speciebus.*
7 *Genus, & species per quam adiectionem restringantur.*
8 *Qualitas adiecta signo vniuersali, siue per adiectionem, siue per substantiuum, illud restringunt.*
9 *Sed hoc procedit, vbi qualitas adiecta, adijcitur cum alia taxatiua, vel saltem simpliciter.*
10 *Secus autem si apponatur cum distinctionibus ampliatiuis, & augumentatiuis, quia tunc non restringit, & qualiter censeatur appositum.*
11 *Tran-*

11 *Transactionis proemium denotat causam finalem.*
12 *Verba, quantumuis generalia, semper restringuntur ad causam in dispositione expressam.*
13 *Transactio semper est restringenda ad controuersias, & contentiones ortas, & num. 14.*
15 *Transactio non restringitur à causa expressa, quando apparet de voluntate in contrarium ex amplitudine dispositiua.*
16 *Transactio non restringitur ad terminos litis praecedentis, quando verba sunt adeo ampla, & generalia, quod, salua recti sermonis restrictionem non patiuntur.*
17 *Species quando non possit dici, subsequi genus, sed potius illud praecedere.*
18 *Genus restringitur ad speciem expressam.*
19 *Qualitas in vna parte orationis posita, non censetur repetita in alijs partibus distinctis, & separatis, nec ad illas refertur.*

DECISIO CLIV.

NON acquiescentibus Faustina, & sororibus de Gallis resolutionibus factis diebus 24. Maij 1641. coram *Eminentissimo D. Card. Hieronymo Verospio,* * *& 23. Iunij 1642. coram me,* * iterum tertia vice posita causa super eisdem, Domini steterunt in decisis, existimantes transactionem, ad
1 quam fuerat restricta difficultas, non sustineri, tanquam continentem pactum futurae successio-
2 nis † omni iure reprobatum, *l. pactum quod dotali 15. l. licet. 19. & l. finali C. de pact.*

Quibus non obstat, quod alias dicebatur, pa-
3 ctum loqui solum de bonis paternis, † & maternis, ideoque vti restrictum ad certa bona, non cadere sub prohibitione dd. legum, cum nec adimat fa-
4 cultatem testandi, nec votum † captandae mortis inducat, placuit Dominis responsio data in decisione diei *23. Iunij coram me,* pactum fuisse conceptum verbis generalibus, ibi, (*In quanto all' amministratione de tutti i loro beni*) dinumerationem verò paternorum, maternorum factam fuisse per dictio-
5 nes augumentatiuas, † tam, & quam, quae non restringunt vniuersalitatem dispositionis, sed censentur appositae gratia maioris declarationis iuxta theoricam *Bart. in l. quaesitum §. fin. ff. de fund. instruct.* communiter receptam, vt pluribus firmatum fuit in *d. decisione, vers. nec dici potest, quibus addi possunt Burs. cons. 19. num. 4. Rota coram Reuerendissimo Vrgellen. decis 233. num. 19.* prope finem.

Et ex his habetur responsio ad id, quod replicatur, nos propriè non esse in dinumeratione specie-
6 rum † post genus, sed in qualitate adiecta generi, & speciebus, cum primo loco fuerint expressa bona in genere, secundo dinumeratae species bonorum mobilium, scilicet, & immobilium, tertio ve-
7 ro † loco adiecta qualitas his speciebus, paternorum, & maternorum, per quam adiectionem, & genus, & species restringuntur, vt admonet *Bart. in l. doli verbum, ff. de seruit. corrupt. Dec. in c. Sedis num. 108. de rescript. cons. 92. num. 1. in fin. vers. sed tamen cum seqq. Surd. cons. 131. num. 23. in fine.*
8 Vbi quod regulare est qualitatem † adiectam signo vniuersali siue per adiectionem, siuè per substantiuum, illud restringere, *& cons. 321. num. 14. in fin. & 16. & cons. 389. nu. 23. & 24. Vrsill. ad Afflict. decis. 106. nu. 6.* Obiectum enim procedit, vbi qualitas adijcitur cum aliqua taxatiua, vel saltem
9 simpliciter, in quibus terminis loquuntur omnes supracitati, secus autem vbi ponitur cum dictionibus ampliatiuis, & augumentatiuis, tunc enim non restringit, sed censetur solum apposita pro
10 maiori declaratione, vel ad exprimendum casum magis dubitabilem vt probant omnes in superiori *vers. & in alia decis. adducti.*

Nec releuat deuentum fuisse ad transactionem
11 propter controuersias ortas super bonis † paternis, vt apparet ex prohemio, quod causam finalem ostendit *Bart. in l. fin. num. 3. ff. de haered. instit.* & mentem contrahentium detegit, *l. 1. vbi scribentes ff. ad Macedon. ibi* (*Essendo che questi giorni passati sia nata discordia tra Pietro del q. Andrea Gallo, e Francesco suo fratello carnale sopra il maneggio de beni paterni, che in communione hanno fin' al presente giorno goduto, & godono* ex quo inferri videbatur, transactionem, licèt generaliter conceptam, dici non
12 posse vniuersalem, cum verba quantumuis † generalia semper restringantur ad causam in transactione expressam *l. si de certa in transact. Rom cons. 284. num. 2. Ruin. cons. 210. num. 3. in princ. lib. 1. Bellon. cons. 6. num. 14. Natt. cons. 546. num. 10. & seqq. & precipuè num. 12. & 17. Rota coram Mantic. decis. 245. num. 13. & in rec. decis. 29. num. 14. par. 1.* &
13 consequenter ad ea, † super quibus erant ortae contentiones, & controuersiae *l. emptor. §. huius ff. de pact. Corn. cons. 297. sub nu. 5. Paris. cons. 20. nu. 77. lib. 1. Hond. cons. 6. nu. 65. lib. 1. Gregor. decis. 158. ibique Adden. nu. 6.*

Quia fuit animaduersum in dispositiua verbis
14 claris habitam fuisse mentionem † bonorum maternorum, caeterorumque mobilium, & immobilium praesentium, & futurorum, de quibus tamen nullum verbum factum fuerat in procemio; vnde videbatur manifestè apparere transigentes noluisse se restringere ad bona controuersa, ideo-
15 que intret † limitatio ad conclusionem supra firmatam, vt scilicet transactio non restringatur à causa expressa quando apparet de voluntate in
16 contrarium ex amplitudine dispositiuae, † sed respectu deductorum in litem, & controuersiam valet, vt transactio respectu verò aliorum in vim pacti, & conuentionis, *Salic. in d. l. si de certa. nu. 2. C. de transact. Alex. cons. 11. num. 3 lib. 3. Hond. cons. 49. num. 34. vers. insuper dico lib. 1. Greg. decis. 286. nu. 7. Add. ad eumdem d. decis. 158. num. 7. relati in Romana fideicommissi de Ceulis 14. Iunij 1641. coram R. P. D. meo Carrillo vers. & quamuis in lite.*

Quod autem dicebatur in transactione, priùs factam esse mentionem de bonis paternis; ideo-
17 que dici † non posse, speciem subsequi genus sed potius illud praecedere, ac proinde potius intrare contrariam dispositionem, de qua *Bart. in d. l. quaesitum §. si quis fundum numer. 5. ff. de fund. instruct. firmans, vbi praecedit species, &* postea *sequitur genus,* genus illud restringi ad speciem expressam, quod
18 idem tradit *Felin. in c. nonnulli 28. sub num. 6. vers. sed debito de rescript. Paris. cons. 26. num. 83. vers. nec potest dici lib. 2.* facilè tollitur, cum mentio bonorum paternorum facta fuerit insperata paenitus, & distincta parte orationis, quo casu cessat
19 ratio supra posita, quia † qualitas in vna parte orationis posita, non censetur reperita in alijs partibus distinctis, & separatis, nec ad illas refertur

fertur Gratian.discep.forens.cap.779.nu.54. Rota dec. 242. num 14 par.2.diuers. & dec.206.nu.2.par.3. rec. Et ita vtraque &c.

Duæ istæ decisiones emanatæ in hac eadem causa prima coram bon. mem. Card. Hieronymo Verospio sub die 24. Maij 1641. & altera coram eodem Reuerendiss. Decano sub die 23. Iunij 1642. impressæ sunt supra in hac eadem par.9.recent.decisiones 22.& 106.

R. P. D. ROIAS.

Postea EPISCOPO TARRACONEN.

Neapolitana Pensionis.

Lunæ 2. Martij. 1643.

ARGVMENTVM.

Translatario pensionis datur via executiua, sicut daretur pensionario transferenti, compensatio iudicialiter opposita habet vim transactionis. Notarius si sit inhabilitatus, vt in certis casibus non possit stipulari, qualiter id intelligatur, & plura circa hanc materiam.

SVMMARIVM.

1 Successori in beneficio, competit manutentio, expossessione antecessoris.
2 Translatario pensionis datur via executiua pro executione suæ translationis, pro vt datur pensionario transferenti.
3 Instrumenta publica transactionum faciunt probatam, & æquiparantur rei iudicatæ habenti executionem paratam.
4 Compensatio iudicialiter opposita habet vim transactionis.
5 Instrumenta rogata per Notarios quibus vetitum fuit rogari, non potest ex illis, aliquid verificari.
6 Constitutio Regni, Regis Ladislai, quod à Notarijs vassallis non possint rogari instrumenta suorum Dominorum, procedit siue instrumentum fuerit rogatum cum Laico, siue cum Ecclesia.
7 Et ratio est, quia ex hoc Ecclesia nullum sentit præiudicium cum possit contrahere per Notarios Baroni non subditos.
8 Constitutio aliqua si inhabilitet Notarium ad contrahendum in certo casu, & tollat fidem scripturis, inde non potest dici probatus aliquis contractus.
9 Notarius, si non habeat aptitudinem ad rogandum, & probandum contractum, sic nec id habere potest instrumentum ab eo confectum.
10 Ecclesia non habet priuilegium, vt eius contractus probentur per scripturas priuatæ personæ.
11 Notarius si sit inhabilitatus ad rogandum, remanet tanquam priuata persona,
12 Statutum, vel Constitutio, potest tollere fidem instrumentis etiam si in eo contineatur iuramentum.
13 Ecclesiæ debet remanere libera facultas contrahendi per quamcumque personam.
14 Quod tamen venit intelligendum dummodo persona, quæ perficit contractum sit habilis, & alias non prohibita.
15 Constitutio Regis Ladislai, de qua hic emanauit ad cohibendam effrenatam licentiam Notariorum.
16 Instrumento si reperiatur adempta fides, ex illo non potest probari iuramentum.
17 Iudex an possit supplere defectum Notarij inhabilitati ab aliqua Constitutione, ex quo id spectet ad Principem.
18 Licentia alicui à superiore data ad trasingendum, intelligitur facta cum suis terminis habilibus.
19 Notarius Regius non potest dici, quod sit Notarius Episcopi, si semper in instrumentis denominetur Notarius publicus Regius.
20 Præsumptio semper cedit veritati.
21 Actuarius solet tantum rogare de decretis.
22 Notarius potest se rogare de instrumentis cum decreto Iudicis ad contractus non tamen de decretis, & actibus iudicialibus.
23 Obseruantia transactionis, iuuat ad eam probandam.
24 Breue Apostolicum, super licentia transigendi cum Ecclesia, non probat ipsam transactionem, maximè si de forma transactionis in eo nihil dicatur.
25 Tractatus ab instrumento, & contractu valde inter se differunt.
Tractantur multa, quæ non perficiuntur num. 25.
26 Attestationes, & fidei priuatæ non probant.
27 Instrumento inualido, ac per Notarium inhabilitatum rogato non possunt dare robur, personæ priuatæ.
28 In actibus voluntarijs quis non potest alteri præiudicare.
Veluti pro eo soluendo debitum voluntarium, controuersum, ac litigiosum.
29 Solutiones factæ, quo ad diuersam causam non iuuant quo ad eam, de qua controuertitur.
30 Obseruantia contractus, vt releuet debet esse conformis, & proxima.
31 Procurator non potest præiudicare Domino in actibus voluntarijs.
32 In censu reseruatiuo, obligatio personalis solum inducitur, ex necessitate possessionis, & oneris cohærentis rei possessæ.
33 Et sic in plus non afficit, quoad substantiam obligationis, quam virtus possessionis rei obnoxia censui reseruatiuo.
34 Onus sequitur rem, quocumque vadat.
35 Compensatio, vt intret, creditum debet esse clarum, & liquidum, ita vt nulla exceptione, vel velamine obscurari, vel adumbrari queat.

DECISIO CLV.

REPORTATO mandato de manutenendo, nec non etiam executiuo ab A.C.per Excellentiss. D. Aloysium Sanseuerinum Principem Bisignani pro terminis decursis, & non solutis ratæ pensionis annuæ ducat. 500. de Regno ei debitæ per Eminentiss. D. Card. Brancaccium modernum Reseruatarium fructuum Abbatiæ S. Angeli de Rapario fuit in limine executionis oppositum de compensatione; vndè discusso articulo coram R. P. D. meo Bichio Iudice deputato in statu, & terminis fuit bis resolutum compensationem non intrare, vt latè in decisionibus sub diebus 30. Aprilis 1640. & 14. Iunij 1642.* causa postmodum mihi per Signaturam commissa, cum clausula, si quid exequendum, dubitaui hodie, An dictum mãdatum esset exequen. & DD. affirmatiuè resoluerunt stante illius validitate, & iustitia. Va-

Validitas non fuit à partibus controuersa. Iustitia verò resultat ex reseruatione pensionis secuuta Auctoritate Apostolica de Anno 1603. ad fauorem fel. rec. Card. S.Seuerini, qui vigore Indulti Apost. præfatam pensionem transtulit d. D. Principi, cuius vigore plures pensionis terminos exegit à Frácisco Rouito antecessore D. Car-
1 dinali, † nec indè tenetur in hoc Iudicio quicquam aliud iustificare, quamuis agatur contra successorem Beneficij, *Rot.decis.1.de restit. spol. in nou. Gregor. XV. decis.* 246. *num.* 1. & latè *Add. num.* 2. *&* 438. *numer.* 3. *& part.* 1. *recent. dec.*326. *&* 623.*num.*2.*par.*2.*& decis.*62.*numer.*27.*& part.*7. & alibi passim. Ità vt benè D. Principi competat
2 via † executiua pro executione dictæ pensionis translatæ, prout daretur Cardinali pensionario si viueret, *Cassad. decis.*10.*de rescript.Buratt.decis.*638. *num.* 12. *& in Firmana pensionis* 26. *Februar.*1625. *coram Ramb.Duran.decis.*60.*nu.*3.*&* 4.

Nec obstat repetitum obiectum prętensæ compensationis oppositę à D.Card. de duobus creditis, quorum alterum prouenit ex instrumentis transactionum anni 1475. 1517. in quibus ab antecessoribus moderni Principis Bisignani promittitur traditio in perpetuum annorum tumulorum 250. Frumenti Ecclesiæ S. Adriani hodie possessæ per d. Eminentiss. Brancaccium. Aliud verò ex instrumento transactionis pariter de anno 1475. initiæ, in quo ab eodem Principe antecessore promittitur annua solutio tumulor.190. frumenti, à cuius Abbate cessionem iurium reportauit d. D.
3 Card.quæ cum dicantur prouenire † ex publicis instrumentis transactionum, faciunt probationem probatam, & æquiparantur rei iudicatæ habenti paratam executionem, *Duran.decis.* 216.*nu.*6.*&* 7.
4 & talis † compensatio iudicialiter opposita habet vim solutionis, *Afflict. decis.* 121.*num.*1. *&* 2.cum alijs per informantes.

Nam fuit per DD. responsum præfatum obiectum iterum hodie ex integro repeti, & fuisse plenè sublatum in duabus decisionibus R. P. D. mei Bichij cum dicta credita D. Card. deducantur ex instrumentis rogatis à Notarijs vassallis D. Prin-
5 cipis Bisignani, † quibus omnis fides sublata est per Constitut. Regis Ladislai, & propterea semper remanet verum ex eis non iustificari, *Franch. decis.* 118. *num.*2.*vbi Add. Cait. de cred.par.*3. *tit.* 1. *num.*322. *&* 326. *cum seqq.Rota in Rom. de Cribellis* 18. *Iunij* 1638.*coram R. P. D. meo Ghisilerio*, cum alijs pluribus congestis in præfatis decisionibus in hac causa. Quæ constitutio locum habet, siue instrumentum fuerit celebratum cum laico, siue
6 cum Ecclesia, & ad illius fauorem contra Baroné ex quo Ecclesia nullum sentire videtur preiudi-
7 cium, cum possit † contrahere per Notarios Baroni non subditos ex rationibus deductis in præfatis decisionibus, quæ hodie DD. placuerunt.

Et cessat omnis difficultas, quia dum Constitutio præfata inhabilitat Notarium subditum Domino loci, cum quo contrahitur, & tollit fidem
8 scripturis, & instrumentis, † indeque non potest dici probatus contractus neque, rogitus instrumenti. Quia sicuti d. Notarius non habet aptitudinem ad rogandum, & probandum contractum,
9 ità † nec instrumentum ab eo confectum *Abb. in cap. cum contingat. num.* 26. *vers. dicit statutum de iur. iur. Soccin. cons.* 97.*num.*5.*&* 120.*num.* 9.*lib.*1. *Corn. cons.* 64. *num.*7.*prope fin. lib.*3 *Ruin.cons.*201. *num.*14.*lib.* 1. *Rota decis.* 104. *num.* 2. *par.*2. *diuers.* Nec d. Constitutio dicitur lædere libertatem Ecclesiæ. Ea enim non habet priuilegium, vt eius
10 contractus probentur per scripturas priuatæ personæ, qualis remanet Notarius à d. Constitutio-
11 ne inhabilitatus, ac si ab initio † esset creatus Notarius ad certam speciem instrumentorum, quod potuisse fieri à laico non est dubium, cum dicatur disponere de spectantibus ad eius merè
12 positiuum, † & de persona laica Regi subdita, *Felin. in cap. Ecclesia S. Mariæ nu.* 85. *cum seqq.vbi Dec. num.*175. *de const. Carol. de Graff. de eff. cleric. effect.*2.*num.*331.*Rot.d.decis.*104.*num.* 2.*par.*2.*diuers.* cum alijs allegatis in d. vltima decisione in hac causa, §. *Prout &c.*

13 Et quamuis debeat remanere Ecclesiæ, libera facultas contrahendi per quamcumque personam, vt dicebant informantes pro D.Card id tamen venit intelligendum, dummodo persona, quæ
14 perficit † contractum sit habilis, & non prohibita, vt in hoc casu *Surd. post alios cons.* 2. *num.* 4. *Carol.de Graff. dict.effect.*2.*num.*191. *cum seq.*

Minus obstat, quod transactiones factæ fuerint præuia licentia PP. pro exoneratione conscientiæ palam, & bona fide in præsentia, & cum decreto Episcopi Delegati Apost. ac duplici iuramento, sicque tanquam casus mixtus non compræhendi-
15 tur sub d. † Constitutione Ladislai, quæ emanauit ad cohibendam effrenatam licentiam Notariorum. Nam vltra quod in transactionibus nullibi fit mentio de causa exonerationis conscientię, sed narratur factas fuisse ad euitandas lites, altercationes, & controuersias motas, in omnem casum negari non potest, quin hæc omnia eliciantur ex præfatis instrumentis, quibus omnis
16 fides † adempta remanet ex d Costitutione, & propterea sublato instrumento, deficit prorsus omnis probatio iuramenti contractus, decreti, & aliorum quorumcunque, quæ ex eo deduci possunt ex supra allegatis.

17 Nec venit dicendum potuisse Iudicem supplere defectum Notarij inhabilitati à Constitutione, ex quo hoc spectat ad Principem secundum. *Bald. cons.* 137. *lib.*3.*Angel.Aret.cons.*51.*nu.*33 *vsq.ad* 38. cum alijs latè deductis in prædicta decisione in hac causa, & d.licentia PP.non confirmauit tran-
18 sactionem, sed tantummodo † concessit facultatem Episcopo transigendi cum Ecclesia, quę intelligitur præsuppositis terminis habilibus scilicèt, quod conficiantur per Notarios habiles ad rogãdum per *text. in capit. causam quæ de rescru. capit.licet de præbend. Bertrand. cons.* 181.*num.*6.*lib.* 3.

Nec venit præsumendum Notarium præfatum fuisse actuarium Episcopi, quia in instrumentis
19 semper dominatur† publicus Notarius Regius, & tanquam talis vocatus fuit ab Episcopo ad rogandum transactiones seruata in omnibus forma requisita in contractibus ex constitutione Regni,
20 & ideò † præsumptio cedit veritati, *Gail. obser.* 144.*num.*6. *Gregor. XV. dec.* 416. *num.* 6. Necnon
21 etiam quia Actuarius solet † tantummodo se rogare decretis. Notarius verò potest se rogare de instrumentis, cum interuentu Iudicis ad contractus, non tamen de decretis, & actibus iudicialibus,

libus, vt constat ex attestatione Magistri Acto-
22 rum, ac aliorum Actuariorum quibus esse deferendum, dixit *Osasch. decis. 22. num. 15. cum tribus seqq. Rota Arimin. spolij 9. Febr. 1629. coram bon. mem. Merlino, & in Reginen. tutelæ. 28. Martij 1638. coram me.*

Demum non obstat prætensa obseruantia transactionum, & adminicula deducta ad probandum
23 † contractum; nam huic obiecto fuit multipliciter satisfactum in præfatis duabus decisionibus R.P.D. mei Bichij, quas DD. iterum hodie amplecti voluerunt, & vlterius ponderarunt singula adminicula deducta per informantes D. Cardinalis non suffragari. Nam Breue Apostolicum su-
24 per licentia † transigendi non probat instrumentum, nec contractum, cum imo nulla in eo facta sit mentio de pactis, & conuentionibus, seu forma transactionis, & tractatus non indicat pro-
25 bationem contractus subsecuti longe † enim differunt tractatus ab instrumento, & contractu, quia multa tractantur, quæ posteà non perficiuntur: vt benè *Rot. d. decis. 104. num. 8. vers. non obstat par. 2. diuers.*

Attestationes priuatæ, & ordines Conseruatorum, & rationalis Patrimonij Bisignani super consignatione facta de frumento præfatis Abbatibus S. Mariæ, & S. Adriani, & consignationes subsecutæ per d. Conseruatores, ac confessiones asserti Procuratoris, & curatoris D. Principis nihil releuant. Tum quia sunt attestationes &
26 scripturæ priuatæ, quæ etiam si iustificarentur, non releuarent, cum non licuerit illis, personis dare robur instrumento inualido tanquam ro-
27 gato per Notarium inhabilitatum, vt ex *Affl. in Constit. Regn. lib. 4. rubr. 77. num. 15. circa med. vers. nec potuit* firmat vtraque decisio R.P.D. mei Bichij; tum etiam, quia non potuerunt præiudicare d. Principi in actibus voluntarijs soluendo † debi-
28 tum controuersum, & litigiosum, *l. fin. C. de acquir. poss. Alex. cons. 130. num. 6. lib. 4. Paris. cons. 115. num. 11. lib. 1. Gregor. XV. decis. 375. num. 5. & 460. num. 4.* Tum, & tertio quia d. solutiones emanarunt, vt prætenditur, pro censu S. Mariæ suntque difformes ab instrumento, quod loquitur de præ-
29 statione † annuorum tumulor. 150, partitæ verò consignationum frumenti cantant de annuis tumulis 190. Vndè tanquam difformes, & factæ post centum annos non possunt suffragari pro
30 obseruantia † contractus, quæ debet esse proxima, & conformis, *Soccin. cons. 6. num. 2. & 3. lib. 1. Rota decis. 37. n. 34. & 35. par. 2. diuers. & decis. 170 num 4. par. 2. recent. Gregor. XV. decis. 325. num. 1. vbi Adden. num. 26* & in dicta vltima decisione D. mei Bichij comprobatum fuit.

Præcepta, seu mandata Iudicum de soluendo frumentum iuxta ordinem datum à Procuratore D. Principis nihil faciunt, quia vltra d. respon-
31 sionem, quod non potuit Procurator † præiudicare in actibus voluntarijs fuit etiam animaduersum illa non habuisse effectum, & per plures annos fuisse agitatum super d. solutione in Curia Neapolitana, vbi d. Princeps, obtinuit executionem mandati ab A. C. obtenti reiecta prætensa compensatione exaduerso opposita.

Et quamuis etiam d. creditum D. Cardinalis haberet aliquam substantiam, tamen quia promissio facta per antiquum Principem Bisignani in dictis transactionibus est correspectiua ad tenimenta terrarum, & locorum eiusdem Principis, quæ in maiori parte fuerunt alienata, vna cum feudis per Regem Catholicum ante cessionem hæreditatis Iuliæ Vrsinæ. Ideô onus soluendi Ecclesijs annuos tumulos frumenti transiuit in emptores, & possessores, remansit penes D. Principem etiam respectu actioni personalis, cum
32 versemur † in censu reseruatiuo, in quo obligatio personalis solum inducta est ex necessitate possessionis, & oneris cohærentis rei possessæ, sicque in plus non afficit quoad substantiam obligationis, quam virtus possessionis rei obnoxiæ
33 † censui reseruatiuo, *Dec. cons. 164. col. 3. circa med. Castr. cons. 334. lib. 1. Aym. in terminis census reseruatiui cons. 217. num. 4. cum seqq.*

Nec ex eo, quod in transactione inita cum Rege Catholico fuit cessum d. moderno Principi reliquum d. hæreditatis cum debitis oneribus prætendi potest ad ipsum spectare onus soluendi dd. annuos tumulos præfatis Abbatibus, quia vt benè respondet vltima decisio R.P.D. mei Bichi, §. quamuis, &c. Rex Catholicus longè ante cessionem alienauerat d. terras cum feudis in Principem Tarsiæ, Augustinum Salutium, & alios, in quos propterea transiuerat dictum onus pro rata proportionabiliter tanquam inhærens terris
34 alienatis, adeò † vt residuum tantum debitorum remanentium in hæreditate de tempore cessionis, censeatur iniunctum moderno Principi, *iuxta text. in l. si certarum, §. Iulianus ff. de milit. Testam. Rom. consil. 417. num. 7. Abb cons 30. col. 2. lib. 2. Cravett. cons. 217. num. 5. Gratian. discept. 273. num. 22.*

In omnem casum negari non potest, quin ex præfatis, & ex lite diù agitata Neapoli credita
35 D. Cardinalis remaneant adeò illiquida † vt nullo modo apta sint ad obtinendam compensationem, seù retentionem, cum ad hunc effectum sit necessaria sententia super liquidatione crediti vel probatio tam clara, & liquida, vt nulla ex-
36 ceptione, seù velamine offuscari, aut adumbrari queat, vt fuit resolutum *in Romana, seu Iannuen. locorum montium 31. Maij 1638. coram bo. mem. Buccabella, & in eadem coram me 1. Martij 1641. postea confirmata coram R.P.D. meo Meltio sub die 26 Ianuarij promimi præteriti, & in Romana retentionis domorum 23. Maij 1642. aprobata hac eadem die coram R.P.D. meo Ghisilerio.*

Et ita resolutum vtraque parte informante, &c.

☞ *Decisiones istæ emanatæ in hac eadem causa coram bon. mem. Bichio sub diebus 30. Aprilis 1640. & 14. Iunij 1642. Prima est decis. 225. in precedenti par. 8. Altera verò est supra in hac par. decis. 92.*

R. P. D. CARRILLO.

Postea Præside VALLISOLETANO.

Colonien. Abbatissatus.

Lunæ 2. Martij 1643.

A R.

ARGVMENTVM.

Sententia lata, ab eo, qui non habet iurisdictionem inualida est, & quando non dicatur adesse talis defectus. Iudex quando pronunciat contra sententiam debet eam reuocare, est tamen allegãda in actis. Eligentes Abbatissam incapacem veluti si non habeat 30. annos, tunc eam eligentes pro illa vice perdunt suum votum, & consolidatur in illis, quæ non consenserunt tali electioni incapaci.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ validitas colligitur ex reuolutione actorum.*
2 *Sententia est inualida dum fuit promulgata ab eo, qui nulla habebat iurisdictionem.*
3 *Dictio, quatenus, importat conditionem.*
4 *Iurisdictio concessa sub conditione, nisi ea purificetur, nihil censetur concessum.*
5 *De iurisdictione Iudicis promulgantis sententiam, quando non sit dubitandum.*
6 *Sententia per Iudicem est reuocanda quando ipse fert aliam sententiam contra illam, ne dicatur sententia contra sententiam.*
7 *Sententia præiudicialis, quando non adest, non est opus, vt reuocetur.*
8 *Sententia prima non est necesse, vt reuocetur per alium Iudicem ferendo secundam contrariam primæ quando in actis non fuit allegata.*
9 *Vota maiora, & saniora, quando quis dicatur habuisse.*
10 *Monialis non potest eligi in Abbatissam, si sit minor 30. annorum, & num. 22.*
11 *Eligentes quotiescumque eligunt scienter incapacem, amittunt pro illa vice eorum suffragia.*
12 *Et in isto casu, totum ius eligendi consolidatur in illis, qui non concurrerunt in electione incapacis.*
13 *Pœnæ debent tenere suos auctores, & innocentes non sunt puniendi.*
14 *Scientia præsumitur in eligente incapacem, nisi ignorantia probetur.*
15 *Ignorantia satis crassa non excusat.*
16 *Ignorantia crassa est, si non fiat diligentia ad sciendum ea ad quæ tenebatur, & ideo non est quis excusandus.*
17 *In electionibus, in quibus seruatur forma cap. quæ propter de election. si eligentes errent sunt excusandi.*
18 *Quia eius forma scrutinij habet magnas difficultates adeo vt boni Iuristi, practicam ignorantes in ea deficiunt.*
19 *Monachi Cistercienses habent priuilegium eligendi Abbates minores 30. annorum, & maiores viginti quinque annis.*
20 *Priuilegia concessa, & restricta ad Monasteria Monialium.*
21 *Singula singulis congruè referenda sunt.*
23 *Priuilegia concessa contra dispositionem Concilij Tridentini fuerunt reuocata per Constit. Pij IV. 94.*
24 *Gratia Apostolica dum est subreptitia non iuuat.*
25 *Gratia dicitur subreptitia si non fuit narratum Papæ id, quod si sciuisset non concessisset, vel saltem difficilius.*
26 *Gratia emanata lite pendente, in nihilo præiudicatiganti, si emanauerit, cum clausula, sine præiudicio litis pendentiæ.*

DECISIO CLVI.

Sententiam, de partibus, qua pronunciatum extitit Susannam de Merode esse immittendam in possessionem Abbatissatus, de qua agitur vti legitimè electam censuerunt Domini confirmandam fore tanquam validam; & iustam.

Validitas namque probatur ex reuolutione
1 processus, † vbi apparet interuenire omnia requisita recensita in vulgata *decis. Caputaq. 260. p. 2.* Absque quod subsistat defectus iurisdictionis desumptus ex eo, quod post remissionem causæ ab officiali Colonien. ad Eminentissimum Archie-
2 piscopum Electorem emanauit † sententia prædicta non ab eodem officiali, sed à quodam Licentiato Butbach. nullam habente auctoritatem promulgata. Quia remissio fuit conditionalis, quatenus scilicet eidem Archiepiscopo visum
3 fuerit, † vt de dictione quatenus inquiunt *Bart. in l. 1. num. 20. vbi Castrens. Imol. & Soccin. ff. de condit. & demonstrat. Honded. cons. 2. num. 56. & cons. 57. num. 20. lib. 2. Rota decis. 381. num. 2. par. 1. diuers.* &
4 sic non docto † de purificatione conditionis nihil operatur, *l. pecuniam vbi Alexan. Soccin. & Ias ff. si cert. pet. l. hæc venditio, ff. de contrah. empt. Rota decis. 378. num. 2. par. 3. recent.* & sententia, vt patet ex
5 eius lectura prolata fuit ab ipso officiali, † licet de eius ordine publicata fuerit à d. Licentiato Butbach, de cuius propterea auctoritate non videtur inquirendum.

Prout non facit, quod in præfata sententia non fuerit reuocata sententia præcedens, sicut re-
6 gulariter fieri † debet, ne dicatur sententia contra sententiam, *l. 1. C. quando prouoc. non est necess. Cassad. decis. 1. num. 4. de sequestr. poss. & fruct.* Quoniam nulla præcesserat sententia præiudicialis, siquidem Decretum Nuncij Apostolici præserua-
7 uit † cognitionem negotij principalis vsque ad meliorem informationem, & sententia lata super executione gratiæ Apostolicæ continebat clausulam, *sine præiudicio litis pendentis*, vltra quod sufficit dicere primam sententiam non fuisse allega-
8 tam, † neque productam coram secundo Iudice, vt teneat secunda licet non reuocet primam. *Felin. in cap. cum inter limit. 8. de re iud. Gabr. cons. 54. num. 8. circa fin. lib. 1. Osasch. decis. Pedem. prima nu. 49 Caualer. decis. 31. num. 2. Adden. ad Buratt. decis. 59. lit. C.*

Iustitia verò ex eo resultat, quod dicta Susanna ex 16. suffragijs electoralibus habuit octo,
9 quæ † dicuntur saniora, & maiora attento, quod alia octo fuerunt præstita ad fauorem Henricæ Raytz minoris triginta annis, & per consequens
10 incapacis † Abbatissatus ex dispositione *text. in cap. indemnitatibus in princip. de elect. in 6. & Concil. Trident. cap. 7. sess. 25. de regularibus.* Quotiescunque enim eligentes eligunt scienter personam incapacem amittunt pro illa † vice eorum suffragia, & totum ius eligendi consolidatur cum alijs; qui non concurrerunt in electione incapacis, vt est *text. expressus in cap. 2. vbi glos. verb. pauciores de postul. Præl cap bonæ memoriæ il primo cap. cum Vuintonien. 25. de elect. Abb. in cap. cum in iure in fin. eod. tit.*

tit.glos. in cap. si fortè 65. distinct. Idque procedit
etiamsi ius eligendi remaneret penes vnum dum-
taxat ea ratione, quia † pœna eligentium inca-
pacem non debet afficere innocentem, *cap. quæsi-
uit de his, quæ fiunt à maiori parte Cap. Barbos. de
iur. Eccles. cap. 19. num. 86.*

Quod autem in præsenti Moniales scirent in-
capacitatem Henricæ ob dufectum ætatis proba-
14 tur † ex datis in Summario Susannæ *num. 2.* Vltra
quod scientia præsumitur in hac materia, nisi
ignorantia probetur *capit. innotuit vbi Abb. num. 9.
21. & 22. de elect. DD. in cap. cum in cunctis, §. cleri-*
15 *cus num. 2. & 14. tit eod.* vel saltem † ignorantia es-
set nimis crassa, & supina cum deberent Monia-
les saltem docere se fecisse diligentias pro certio-
ratione ætatis, vt tradit *glos. in dict. cap. innotuit,*
16 *verb ignorantiam vers. & ideò debebant,* † non sunt
excusandæ, vt in his terminis resolutum fuit in
*Leodien. Abbatissatus 4. Iulij superioris anni coram R.
P. D meo Ghisilerio.* Quidquid esset dicendum ad
17 effectum eas excusandi à solemnitatibus † respi-
cien. formam *cap. quia propter de elect.* vel ab alijs
pœnis, in quibus terminis procederent DD. ex-
18 aduerso allegati, ea ratione, quia forma † scru-
tinij habet magnas difficultates adeo, quod etiam
boni Juristæ practicam ignorantes in ea deficiunt
vt docet *gloss. in cap. cum expediat. verb. inquisitis in
fin. de elect. in 6. Abb. in cap. quia propter num. 17. eo-
dem tit.*

Non obstat, quis his Monialibus fuerint com-
municata omnia priuilegia concessa Ordinis Ci-
sterciensi vnde inferebatur, quod sicuti Cistercien.
19 possunt eligere Abbatem minorem triginta, &
maiorem 25. annis, ita, & idem dicendum sit
de Abbatissa. Quia vltra quod Priuilegium
Sixti Quarti datum in Summario dictæ Henricæ
num. 10. non continet facultatem eligendi Ab-
batem minorem triginta annis, certum est, quod
20 illud restrictum † est ad Monasteria Monacho-
rum, & communicatio Priuilegiorum concessa
per Vrbanum Quartum habet restrictiuam in il-
lis verbis, ibi, *in his quæ vobis competunt.* Et ideo
21 intelligenda est singula singulis † congruè refe-
ren. non autem, qud Abbatissæ electio fiat con-
tra claram dispositionem *text. in d. cap. indemnita-
tibus, de elect. in 6.* vbi statuitur, quod Monialis
22 non possit eligi in Abbatissam, seu Priorissam
nisi 30 annum suæ ætatis compleuerit, & quod
eius electio fiat à Monialibus, itaut earum Su-
perior tantum preesse possit electioni, & idem
disponitur in *Concil. Trident. in d. cap. 7. sess. 21.
de regul.* sequitur *Modernus Vallumbrosanus de iure
Abb. disputat. 28. quæst. 1. per tot. & quæst. 2. num. 4.*
23 & in omnem euentum prætensa priuilegia vti cō-
traria dispositioni Tridentini essent reuocata ex
Constitutione Pij Quarti; quæ est la 94. in ordi-
ne *tom. 2. nou. Bullar. fol. 102.*

Demum non releuat gratia Apostolica ad fauo-
24 rem dictæ Henricæ obtenta tum quia † est sub-
reptitia ob falsam narratiuam ætatis eiusdem
Henricæ ann. 30. Nam si Papa sciuisset eam non
esse ætatis ann. 30 gratiam in præiudicium alte-
rius habentis legitimam ætatem non concessis-
25 set, vel saltem difficilius, quod sufficit ad hunc
effectum, *Felin. in cap. postulasti de rescript. Menoch.
de arbitr. lib. 2. cas. 201. numer. 26. Garz. de benef.
par. 8. cap. 3. num. 20. Rota coram bon. mem. Coccino
decis. 328. num. 1. inter eius impress. & alibi passim.*
Tum etia quia emanauit lite pendente cum clau-
sula salutari, ibi, *sine præiudicio litis pendentiæ,* &
sic in nihilo præiudicat iuribus dictæ Susannæ in
litem deductis. *Put. decis. 191. numer. 17. lib. 1. in
correct. Seraph. decis. 144. num. 5.* & fuit dictum
in *d. Leodien. Abbatissatus 4. Iulij anni præteriti co-
ram R. P. D. Ghisilerio.*

Et ita vtraque etc.

R. P. D. PEVTINGERIO.

Bononien. fideicommissi de Rubeis.

Lunæ 2. Martij 1643.

ARGVMENTVM.

Papa, si concesserit gratiam in forma commissaria derogationis fide commissi, ipsa, non est derogatio, sed mandatum ad derogandum, & ad vnguem ipsa gratia est seruanda, & si fuerit facta sine executore deputato in gratia, est nulla, & quid si id fuerit ratificatum, & interim fuit quæsitum ius tertio.

SVMMARIVM.

1 *Fructus soluere pro multiplico non est inuestire pro multiplico ad reintegrationem pro fideicommisso.*
2 *Gratia aliqua si sit concessa sub conditione, formæ conditionis est ad vnguem probanda.*
3 *Forma per æquipollens non potest adimpleri.*
4 *Breue Apostolicum derogatorium fideicommissi, si sit executiuum per alium, quam per executorem deputatum non valet.*
5 *Gratia derogationis fideicommissi non est derogatio, sed mandatum ad derogandum.*
6 *Gratia derogationis fideicommissi in forma commissaria, nullum producit effectum, nisi ab executore fuerit pronunciatum pro derogatione.*
7 *Venditio, quando fuit nulliter facta, & tertio fuit ius quæsitum non iuuat, si ratificetur, & num. 8.*

DECISIO CLVII.

CVm D. Iulia de Pepulis, & litis consorte aduersus decisionem coram me 24. Martij anno proximè præterito in hac causa emanatam, * nouam audientiam impetrassent: Hodie Domini nihilominus, quicquid sit de subreptione pro confirmatione vltimæ resolutionis responderunt saltem ex capite non seruatæ formæ Breuis sanct. mem. Pauli Quinti; dum inuestimentum scutorum 4000. in illo præscriptum tempore determinato non fuit adimpletum, oportebit enim securta venditione bonorum pecunias statim inuestire, quod fieri poterat, si non in stabilibus, ad minus in tot locis non vacabilibus montisti de Vrbe, iuxta formam derogationis. ibi, *Volumus autem, & Apostolica nostra auctoritate decernimus, quod pro summa 54000. librarum huiusmodi in primis & ante omnia 4000. scutorum monetæ in tot bonis stabilibus, seu locis montium non vacabilium de dicta Vrbe inuestiri, & subinde illorum, & infra emendorum fructus*

fructus in emptionem aliorum bonorum, seu locorum montium huiusmodi annuatim conuerti, nec inde nisi ad hunc effectum amoueri debeant, donec ad integram summam dictarum librarum 54000. in sorte principali peruenient, & hereditas ipsius disponentis in hoc reintegretur. Non verò differendum erat dictum inuestimentum post nouem annos à die venditionis, vt factum fuit: Vnde non sufficit interim
1 fuisse solutos fructus recompensatiuos ab emptoribus bonorum, quia soluere hos fructus non inuestire pro multiplico ad reintegrationem fideicommissi ex forma data in Breui, quæ immutari non poterat, nec per æquipollens adimpleri, *Gregor. decis.* 518. *num.* 3. *& seqq.* & faciunt ea, quæ dixit *Rota coram Reuerendissimo Vrgellen. decis.*
2 225. *num.* 17. *&* 18. immo ad vnguem erat adimplenda *Ciriac. controu.* 303. *num.* 14. *& seq.* Præsertim cum supradicta verba, *Volumus autem &c.*
3 apposita in † gratia Papæ operentur, quod forma per æquipollens impleri nequeat, vt fuit resolutum *in Valentina Baroniæ de Cortes* 10. *Martij*, *&* 18, *Aprilis* 1603. *coram Ortembergo, in decis.* 474. *num.* 2. *coram Cardinali Seraphino, & in decis.* 612. *num.* 17. *& seq. coram Cardinali Caualerio*.

Aduertebant insuper Domini, peccatum fuisse in executione derogationis, maximè quoad bona vendita Comitibus de Vrsis, circa quæ Domini transierunt sine difficultate, cum venditio
4 nimirum facta fuerit 18. Iunij 1612. & tamen Breue derogationis præsentatum non fuerit Vicario Archiepiscopi Bononiensis executo i nisi sub die 4. Augusti eiusdem anni, adeoque facta sine licentia, seu sententia executoris, quæ præcedere, & non sequi venditionem debuisset, ad
5 hoc, vt venditio rei fideicommisso subiectæ sustineatur, quia gratia derogationis in forma commissaria non est derogatio, sed mandatum ad derogandum, & ideo nullum producit effe-
6 ctum, antequam † pro derogatione ab executore pronuncietur, vt in puncto dixit *Rota in Bononien. fideicommissi de Ramundinis coram Reuerendiss. D. meo Decano* 9. *Maij* 1636. *quæ est impressa decis.* 131. *numer.* 6. *& seqq. par.* 7. *recent. & in eadem causa* 14. *Decembris* 1637. *&* 22. *Martij* 1638. *coram R. P. D. meo Ghisilerio, vbi plures allegantur concordantes*.

7 Neque post sententiam executoris superuenit noua venditio, seu ratificatio † præcedentis venditionis ob prætensam acquiescentiam Tiberij, quia cum propter alienationem antea nulliter factam, quæsitum fuisset ius fideicommissarijs,
8 superueniens licentia, vel consensu Tiberij non potuit inducere nouam venditionem, vel ad primam conualidandam retrotrihi in præiudicium iuris medio tempore quæsiti ipsis fideicommissarijs, *iuxta tradita per Surdum in consil.* 382. *num.* 79. *Asslict. decis.* 335. *num.* 11. *&* 12. *Costam de retroract. cap.* 8. *cas.* 2. *num.* 10. *&* 11. *Rota in decis.* 113. *num.* 22. *par.* 7. *recent. coram san. mem. Gregor. XV. decis.* 233. *num.* 2. *& Reuerendiss. Vrgellen. decis.* 264. *num.* 2. *& decis.* 463. *num.* 7. *& seqq.*

Ex quibus Domini in vltima resolutione permanserunt vtraque parte informænte &c.

Decisio ista emanata sub die 24. *Martij* 1642. *coram eodem bon. mem. Peutingero, est supra in hac parte decis.* 75. *alia coram bon. mem. Card. Panzirolo sub die* 4. *Martij* 1641. *erit infra in Appendice, & infra suo loco aderunt aliæ decis. in hac causa, nempe sub diebus* 27. *Ianuarij* 1644. *coram eodem Peutingero,* 23. *Maij eiusdem anni* 1644. *&* 30. *Maij* 1646. *coram Eminentissimo D. Card. Corrado, ac duæ aliæ deinde emanarunt coram bon. mem. Dunozetto sub diebus* 11. *Martij, &* 16. *eiusdem mensis* 1648 *quæ duæ erunt inter eius decisiones mox imprimendæ*.

R. P. D. GHISILERIO

Postea EPISCOPO TERRACINEN.

Romana Successionis.

Mercurij 11. *Martij* 1643.

ARGVMENTVM.

Fratri decedenti ab intestato sine filijs, qui ei succedat, & quid secundum statutum Vrbis. Immissio, vt denegetur hæredi ab intestato, ex causa pretensæ donationis, & maximè fideicommisso in spe, qualiter ea veniat probanda, vt impediat talem immissionem; cum ad hoc exceptiones debent esse claræ, & liquidæ.

SVMMARIVM.

1 *Fratri defuncto ab intestato sine filijs germani fratres succedunt exclusa matre secundum statutum Vrb. Intellige præterquam à legitima, num.* 1.
2 *Fratri ab intestato sine filijs defuncto, hæreditas defertur fratribus germanis.*
3 *Fratri succedenti alteri fratri ab intestato, immissio competit ex vtili interdicto, quorum bonorum.*
4 *Donans in bonis donatis nullum amplius habet ius.*
5 *Sub Donatione, quando veniant etiam bona fideicommisso subiecta, ac etiam conditionalia, & num.* 6.
7 *Pactum super bonis fideicommisso subiectis celebrari potest cum tertio viuente adhuc grauato, qui restituere debet ipsi paciscenti.*
Et hoc ipso grauato inscio, & ignorante, num. 7.
8 *Atque quidem ea ratione, quia non agitur de bonis viuentis grauati, sed mortui, videlicet illius, qui bona restituere iussit.*
9 *Dictio, videlicet, est restrictiua ad præcedentia.*
10 *Verbum, infrascriptis, restringit, & demonstrat ad oculum.*
11 *Verba præsentis temporis, immo etiam simplicia in renunciatione donatione, & similibus trahi non possunt ad futura.*
12 *Donatio restringitur ad ea tantum bona, quæ fuerunt expressa.*
13 *Exceptio debet esse de contentis sub regula.*
14 *Bona etiam, quæ nobis competunt sub spe, rectè in bonis nostris esse dicuntur, atque ad nos pertinere dicuntur.*
Bona, quæ etiam nobis competunt sub spe, licitè in cōtrarium deduci possunt num. 14.
15 *Bona, quæ nobis competunt sub spe qualiter dicantur esse in bonis nostris.*
16 *Bona, quæ sub spe esse dicuntur, vt dicantur donata, debet plenè, & clarè constare de mente donantis, & quando non dicatur constare, & num.* 17.

18 *Do-*

18 *Donatio non debet trahi ad ea, quæ in donatione non leguntur.*

19 *Verba indefinita æquipollent vniuersalibus.*

20 *Reseruationis verba latè sunt interpretanda ad fauorem reseruantis.*

21 *Verba in donatione, quando sint referenda ad bona, quæ competunt in spe.*

22 *Abb. in cap. cum ex multiplici num. 7. de decim. & alij in quibus terminis loquantur.*

23 *Verba vniuersalia donationi restringuntur à suis terminis restrictiuis, in eadem donatione expressis, & num. 24. & 25.*

26 *Hæredi, vt non denegetur immissio, sufficit, quod exceptio sit turbida.*

27 *Exceptio fideicommissi, non admittitur contra hæredem petentem immissionem, nisi sit clarum, & liquidum.*

28 *Donationes sunt stricti iuris, & ita interpretandæ veniunt, quoad fieri potest, minus comprehendant, quam sit possibile.*

DECISIO CLVIII.

PRætendente D. Abbate Paulo Crescentio per obitum Philippi sui fratris ab intestato absque liberis defuncti, æqualiter succedere cum D. Marcello altero fratre in bonis olim possessis ab ipso Philippo defuncto, resoluerunt DD. illi esse dandam immissionem.

Et ratio resolutionis fuit, quia cum Philippus decesserit ab intestato absque liberis, nec extent ascendentes, excepta matre, exclusa à statuto Vrbis de successione fratrum cap. 146. lib. 1.
1 disponente, quod † defuncto fratri sine filijs ab intestato, germani fratres succedant, exclusa matre, præterquam à legitima, superstitibus eisdem D. Abbate, ac D. Marcello germanis fratribus, illis delata est æqualiter successio, tam
2 ex dispositionis † Iuris *in §. si igitur defunctus, de hæred. ab intestat. venient. & in authen. cessante, C. de legit. hæred.* quàm ex *Statuto Vrbis d. cap. 146.*
3 Vnde immissio competit d. Abbati † Paulo ex vtili interdicto adipiscendæ *Quorum bonorum*, cõtra alterum fratrem possidentem corpora descripta in Instrumento adeptæ possessionis pro hærede, vel possessore, *l. 1. Cod quorum bonorum, gloss. Bart. & alij in l. 1. ff. eodem, Menoch. de adipiscend. remed. 1. num. 49. & seqq. Rota decis. 115. num. 1. par. 1. recent. decis. 415. num. 2. par. 5. & coram bon. mem. Buratto decis. 386. num. 1. & 2.*

Huic immissioni, quam visum fuit competere d. Abbati Paulo tàm in bonis fratris prædefuncti, quàm in bonis subiectis fideicommissis suorum maiorum, obijcitur donatio † facta D. Marcello viuente Philippo, per quam donauit irreuocabiliter inter viuos, *tutte le ragioni, & attioni, che gli spettano di presente, ò possono spettare in futurum, quocumque iure, & titulo etiam fideicommissario contra quascumque personas super infrascriptis bonis, videlicet, sopra la Portione &c.* ex quibus verbis vniuersalibus prætenditur hæsitari non posse, quin
5 donauerit bona subiecta fideicommisso tàm præsentia, quàm futura, cum verba sint expressa, & consequenter quod comprehenderet etiam ius fideicommissi conditionalis nondum purificati, & quod purificari poterat per obitum Philippi, nec dubitari posse quin etiam viuente Philippo
6 communi fratre † potuerint DD. Abbas Paulus, & Marcellus contrahere, ac per viam donationis disponere de bonis, quæ post Philippi mortem vigore fideicommissi ad ipsos deuolui debebant *Gamm. decis. 92. num. 4.* vbi, quod pactum super bonis fideicommisso subiectis celebrari potest
7 cum tertio viuente adhuc grauato, † qui restituere tenetur paciscenti, ipso grauato inscio, & ignorante *Cuman. in l. quidam, §. 1. ff. de donat. Ias. in l. 1. num. 18. C. de pact. vbi Rip. num. 27.* ea ratione, quia non agitur de bonis viuentis
8 grauati, sed mortui, videlicet illius qui † bona restituere iussit, *l. cohæredi, §. cum filiæ, ff. de vulg. & pupill. l. vnum ex familia, §. 1. ff. de legat. 2.* Nihilominus etiamsi in donatione non comprehendantur iura futura, scilicet *tutte le ragioni, & attioni, che gli spettano di presente, e possono spettare in futuro*, attamen cum hæc verba legantur immediatè restricta super infrascriptis bonis, videlicet, *sopra la portione, che gli tocca del Casale detto la Crescenza, del Palazzo &c.* & paulò infrà subijciatur, *ita quod non intelligatur &c. e non sia compreso in detta donatione la successione, che gli può competere sopra la portione delli beni del Sig. Pilippo loro fratello*, dicta verba vniuersalia leguntur expressè restricta ad iura competentia, & competitura
9 super portione illi tangente: † dictio namque, *videlicet*, est restrictiua præcedentium, *l. videlicet, ff. ex quibus causis maiores, l. videlicet, ff. de pact. Soccin. cons. 47. num. 7. lib. 1. Paris. cons. 92. num. 33. lib. 1. Crauett. cons. 273. num. 9.* & verbum *infra-*
10 *scriptis*, restringit, † & demonstrat ad oculum super quibus bonis voluerit Abbas Paulus iura tunc ad futura donare, nempè super portione ipsum spectante, *Peregr. cons. 52. num. 7. lib. 2. Surd. consil. 123. num. 13. Cephal. cons. 283. nu. 43. vers. nec dicatur, & 43.* Vltra verba, *che gli tocca*, cum sint præsentis temporis capiunt solùm portionem, quæ tunc Abbatem Paulum tangebat;
11 Nam † verba præsentis temporis, immo etiam simplicia, in renunciatione, donatione, & similibus trahi non possunt ad futura, *l. si ita ff. de auro, et argent. legato, glos. in l. fin. in verb. pertinentium, C. quæ res pign. oblig. poss.* adeo quod dona-
12 uerit quidem Abbas Paulus omnia iura † tunc spectantia, & quæ possent in futurum spectare, etiam iure fideicommissi, sed taxatiuè super portione, quam tunc possidebat, quam propterea donatio non egreditur, & per consequens sub donatione non cadit portio Philippi, quæ nuper per eius mortem deuoluit ad Donatorem; Tanto magis, quia donauit, *saluis, et exceptis omnibus infrascriptis*, & infra declarauit, *Che non sia compreso in detta donatione la successione, che gli può competere sopra la portione delli beni del Sig. Pilippo loro fratello*, quod intelligendum est cum de bonis proprijs Philippi, tum de ijs, quæ possidebat iure fideicommissi, quia cum super portione propria donauerit superius etiam iura fideicommissi; eadem capit subsequens exceptio portionis Philip-
13 pi, nam alias † exceptio non esset de contentis sub regula, prout debet, *l. quæsitum, §. denique, ff. de fund. instruct. l. Lucius, §. pluribus, ff. ad Trebell. Natt. cons. 159. num. 30. in fin.* quem sequitur *Rota decis. 444. num. 3. par. 3. recent.*

Non

Non obſtat, quod dicta verba, *che gli tocca*
intelligenda ſint de pertinentibus tàm in ſpe,
quàm in re, & conſequenter de illa quoque por-
tione, quæ per obitum aliorum vocatorum ad
14 ipſum Abbatem Paulum deferri poterat, † cum
illa etiam quæ nobis competunt in ſpe, rectè in
bonis noſtris eſſe, atque ad nos pertinere intel-
ligantur, adeo vt licitè in contractum deduci poſ-
ſint, *l. nam hoc modo, ff. de hæred. vel act. vend. l. nec
emptio, ff. de contrah. empt. l. in quantitate, §. ma-
gna, ff. ad leg. falcid. & l. ſpem, C. de donat.* Nam
ſpes prædicta non dicitur in bonis noſtris, niſi ad
15 ſolum effectum, vt poſſit ad eadem diſponi, &
quod non dicatur in bonis noſtris probat *text. in
l. ſubſtitutio, ff. de acquir. rer. domin.* Vbi quod ſub-
ſtitutio, quæ non dum competit, extra bona no-
ſtra eſt cum alijs allegatis per *Tiraquell. in l. ſi vn-
quam, in verb. donatione largitus, numer. 186. C. de
reuoc. donat.* quem ſequuta fuit *Rota deciſ. 28. n. 7.
poſt Merlin. de legitim.* Et quamuis poſſit donari,
16 † inde tamen non ſequitur, quod intelligatur
donata, niſi clarè, plenèque conſtet de volunta-
te donantis, de qua nedum conſtat in hoc caſu,
ſed contraria voluntas probatur, dum poſt gene-
ralem donationem iurium etiam futurorum,
17 † non ſolũ fuit adiecta reſtrictiua, *videlicet, ſopra
la portione, che gli tocca,* ſed etiam in eadem do-
natione legitur, *ita quod non intelligatur, nec ſit in
dicta donatione comprehenſum, videlicet, la ſucceſſio-
ne della legitima della dote della Signora Anna Maſſi-
mi de Creſcentij ſua madre, e d' altri beni materni, e
che non ſia compreſa in detta donatione la ſucceſſione,
che gli può competere ſopra la portione delli beni del
Sig. Pilippo loro fratello.* Vndè portiones expreſſe
contra diſtinguendo, portio tunc propria fuit do-
nata, ſed ſpes ſucceſſionis in portione Philippi
18 præſeruata, & propterea † cum donatio non lo-
quatur de portione Philippi, non eſt trahenda
diſpoſitio ad illius portionem, vt benè probat
modus loquendi, dum exceptio non cantat de
portione bonorum Philippi, vnde verba bono-
rum Philippi, ſtant demonſtratiuè ad demo-
ſtran. bona poſſeſſa per Philippum ad differen-
tiam propriorum donantis, & dum reſeruatur
ſucceſſio, quæ poteſt competere ſuper dicta por-
tione, ſiue competere poſſet vigore fideicom-
miſſi, ſiue vigore ſucceſſionis ab inteſtato, vtro-
19 que caſu verba indefinita æquipollentia vni-
uerſalibus verificantur, & præſertim quia ver-
20 ba reſeruationis latè interpretanda ſunt ad fa-
uorem reſeruantis plenè *Rot. deciſ. 299. num. 12.
part. 5. recent.*

Minus obſtat, quod verba donationis, ibi,
*che li poſſano ſpettare in futurum quocumque iure, &
titulo, etiam fideicommiſſario,* nullo modo referri
poſſiut ad portionem, quæ tempore donationis
re, & actu ſpectabat ad D. Abbatem Paulum, &
21 neceſſario † referri debeat ad eam portionem,
quæ ad illum pertinebat in ſpe, *Abb. in cap. ex
multiplici num. 7. ad fin. verſ. niſi hoc caueatur de de-
cim. Alciat. in l. 1. num. 30. verſ. ſi tamen. C. de pact.*
cum alijs allegatis per *Rotam in Romana prætenſi fi-
deicommiſſi 9. Decembris 1637. coram Illuſtriſſimo
Patriarcha Conſtantinopolitano.* Quia tam reſolutio
Rotæ, quàm Doctores in ea allegati, procedunt
22 in terminis renunciationis † generalis omnium,

& quorumcumque iurium, quæ etiam in futurum
ſpectarent ſuper bonis. Et propterea non applicā-
tur, dum renuncians poſt generalem donationem
iurium etiam futurorum, immediatè reſtringen-
gendo dixir *ſuper infraſcriptis bonis, videlicet ſopra
la portione, che gli tocca del Caſale, &c.* & paulò
infra adiecit, *ita qued non intelligatur, nec ſit in di-
cta donatione comprehenſum, &c.* ex quibus, vt fuit
23 dictum ſupra, verba vniuerſalia donationis le-
guntur expreſsè reſtricta à ſuis terminis reſtricti-
uis in eadem donatione adhibitis, *ſopra la portio-
ne, che gli tocca, & exceptis iuribus infraſcriptis, &
conditioni bus infra dicendis;* Animaduertendo de
24 tempore donationis † vſumfructum bonorum
donatorum fuiſſe reſeruatum patruis, vt expreſsè
probant verba donationis, ibi, *E perche dell' vſu-
frutto de' ſopradetti beni hoggi ne ſono reſeruatarij li Si-
Signori ſudetti fratelli di detto Sig. Gio. Battiſta lor
padre, però, ſe di preſente foſſe impedito al detto Sig.
Donatario l'vſufrutto de' ſudetti beni, hora per quan-
do poſſa pigliar detto vſufrutto, gli cede come ſopra
tutte, e ſingole ragione, che tiene ſopra detti beni, &c.*
Meritò fuit conſideratum etiam tempus de futu-
ro, ex quo eueniente obitu ſupradictorum reſer-
25 uatoriarum vſusfructus † bonorum donatorum
erat peruenturus ad D. Abbatem Paulum, & ſic
non ſubſiſtit, quod verba reſpicientia tempus fu-
turum remaneant ſuperflua, cum ſatis operentur
circa portionem donantis, quatenus ad eam ſpe-
ctaret aliquo iure etiam fideicommiſſario.

26 In omnem caſum negari non poteſt, quin
ſufficiat Abbati Paulo, rem eſſe dubiam, vt inte-
rim ei non ſit retardanda immiſſio; Tum quia
27 in hoc iudicio non admittitur exceptio † fidei-
commiſſi, niſi ſit clarum, & liquidum. *Rot. poſt Pa-
cific. de Saluian. deciſ. 23. num. 4. & deciſ. 107. num. 2.
deciſ. 559. num. 8. par. 1. recent. & coram bon. mem.
Buratto deciſ. 326. num. 4. ac deciſ. 820. num. 4.* &
28 alibi ſæpius; Tum etiam quia † donationes ſunt
ſtricti iuris, & ita interpretandæ, vt, quoad fieri
poteſt, minus comprehendant, *gloſ. in l. fin. in verb.
pertinentium. C. quæ res pign. oblig. poſſunt, Fontanell.
Grat. Cephal. Bet. & Surd. in locis allegatis per Ci-
riac. contr. 295. num. 27.*

Et ità DD. vtraque parte audita cenſuerunt
D. Abbati Paulo eſſe dandam immiſſionem &c.

R. P. D. CARRILLO.

Poſtea Præſide VALLISOLETANO.

Romana Succeſſionis.

Mercurij 11. Martij 1643.

ARGVMENTVM.

Scripturarum recognitio, licet de iure rigoroſè
fieri debeat per teſtes, qui fuerunt præſentes
quando illæ fuerunt ſcriptæ. Attamen talis ceſſat
rigor, quando ſcribuntur epiſtolæ miſſiuæ, vel
ſimiles, quæ ſcribi ſolent ſine alicuius præſentia,
& qualiter tunc fiat talis cognitio.

SVMMARIVM.

1 *Litteræ miſſiuæ regulariter ſolent ſcribi ſine alicuius
interuentu.*

2 *Litterarum missiuarum recognitionem etiam fieri potest per per testes habentes notam manum scribentis, quamuis non viderint eas scribere.*

3 *Recognitio illa rigorosa, quæ fieri solet ad scripturis priuatis, per testes, qui fuerunt præsentes, dum illæ scribebantur.*

4 *Cessat quando sumus in epistolis missiuis, & schedalis mercatorum, quæ scribi solent sine nullius interuentu.*

5 *Adminicula, quæ requiruntur, dum fit recognitio scripturæ per recognitionem habentes notam manum scribentis, non requiruntur in recognitione epistolarum missiuarum.*

6 *Scripturarum recognitio rigorosa fieri debet in scripturis, in quarum confectione solent adhiberi testes.*

7 *Secundum testes non requiruntur, nec solent adhiberi, dum scribitur.*

8 *Ab arbitrio Iudicis, pendet materia recognitionis manus scribentis.*

9 *Recognitio in manus scribentis, quando fit per testes habentes notam manum scribentis, quando etiam coniunctim sit facienda per comparationem.*

10 *Scripturarum recognitio per comparationem, quando fit prius debet constare de certitudinali alicuius scripturę, ad quam est facienda comparatio.*

11 *Fraudibus, vt occurratur in materia recognitionis scripturarum, est adhibenda omnis diligentia.*

DECISIO CLIX.

AGENTES pro Henrico iuniore postquam viderunt Rotam respondisse * non esse dandam compulsoriam specialem pro compulsãdis litteris missiuis (vt aiebant) conscriptis ab Henrico seniore, quibus probare intendunt dictũ Henricum seniorem non ex falsa causa instituisse dictum Hẽricum iuniorem nepotem, sed ob amorem quo ipsum prosequebatur exhibuerũt in actis easdem litteras originaliter, & earum recognitionem procurabant. At quia pro parte Ioannis Thomæ hæredis Ciciliæ filiæ eiusdem Testatoris impugnabatur modus faciendi dictam recognitionem; dubitaui, An, & quomodo sit facienda recognitio, & Domini eam esse faciendam, responderunt modo prout infra exprimendo.

Agitur enim de recognitione litterarum missi-
1 uarum, quæ regulariter † scribi solent absque interuentu alterius personæ, & propterea iudicatum fuit eam fieri posse per Testes, qui habeant notam
2 manum scribentis, & viderint eum alias scribere iuxta distinctionem factam per *Socc. in l. ita scripsero col. penult. in fin. ff. de demonstrat.* benè *Ruin. cons. 70. num. 4* & sequitur Rota in terminis Epistolorum in *decis. 570. num. 2. par. 2. diuersor.* vbi fir-
3 matur rigororosam † illam recognitionem faciendam de scriptura priuata per testes, qui fuerint præsentes dum ipsa scriptura scriberetur, & reco-
4 gnoscant manum scribentes cessare in † epistolis, & schedulis mercatorijs, quæ scribi solent absque alterius interuentu, idemq; declarat *Salust. Tiber. in praxi A. C. lib. 1. cap. 34. num. 10. & 11.* & esse de stylo Rotæ dictum fuit in *dec. 150. num. 2. coram Seraph. & in decis. 173. n. 3. coram Coccino, & in decis. 450. num. 4. coram eodem.*

Adeo, quod in isto casu nec minus videantur
5 necessaria adminicula, † quæ alias cum testibus habentibus notam manum scribentis concurrere debent, vt firmatur in *decis. 61. num. 8. par. 5. recent. & in alijs relatis per Add. ad Greg. XV. in decis. 389. num. 6. quia tam d. decisio 61.* quam omnes aliæ in contrarium allegatæ loquuntur in recognitio-
6 ne scripturæ priuatæ † in cuius confectione solent adhiberi testes, vt patet ex earum lectura, secus verò est dicendum, quando testes non sunt neces-
7 sarij, nec solent adhiberi, vt colligitur ex allegatis in præcedenti §. *& ex decis. 452. n. 4. coram Canaler. & dec. 354. n. 7. par. 5. recent.*

Verumtamen ex quo versamur in materia in
8 qua omnis ratio suadet, vt † exuberet officium Iudicis, à cuius arbitrio pendet releuantia recognitionis. *Trentacinq. variar. resolut. vol. 1. lib. 2. tit. de fid. instrumen. resolut. 7. sub num. 6. versic. 2. est opinio. Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 11 n. 1. 4.*

Ideo existimatum fuit, vt non attenta recogni-
9 tione hactenus facta rursus † alia fiat non solum per testes habentes notam manum; sed etiam coniunctim per comparationem, iuxta tradita per *Gaspar. Anton. Thesaur. quæst. forens. lib. 1. q. 24. num. 14. & 18. & per Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 11. num. 1105. & seqq. & per Caball. in cons. 150. nu. 7.*
10 *lib. 1.* constito prius de existentia † certitudinali alicuius scripturę manu dicti Henrici senioris cõscriptę, ac seruatis alijs requisitis enumeratis à *Menoch. de arbitrar. lib. 2. cons. 114 num. 25. & seqq. Caball. d. consil. 150. num. 5. & 6. lib. 1.* & vt frau-
11 dibus obuietur in quantum † fieri possit voluerunt Domini, vt prædicta recognitio fiat cum interuentu alicuius procuratoris de Collegio.

Et ita vtraque &c.

Idest sub die 4. Iulij 1642. coram eodem R. P. D. Præside Vallisoletano, est supra in hac par. 9. recent. dec. 128. & pariter supra habetur alter sub die 21. Iunij 1642. coram eodem est in ordine decis. 102. Latissimè plura circa hanc practicabilem materiam recognitionis scripturarum, plures casus discutiendo, & omnia requisita deducendo, iam discussi in meis practicabilibus conclusionibus cap. 28. 29. 30. 31. & 32.

R. P. D. ROIAS.

Postea Episcopo TARRACONEN.

Bononien de Berois.

Mercurij 11. Martij 1643.

ARGVMENTVM.

Alienationes priuiæ factæ à filio de bonis patris censentur factæ in causam legitimæ. Plura deducuntur circa validitatem transactionis, vt non sit locus eius rescissioni ob aliquem prætensum errorem: In dispositionibus semper est facienda interpretatio, vt repugnantia euitetur.

SVMMARIVM.

1 *Filius alienans bona patris censetur in illis elegisse legitimam & num. 8.*

2 *Dominium, & possessionem rei donatæ, quis valet assequi per clausulam constituti, & hoc absque alia actuali, & reali possessione.*

Alie-

3 *Alienationes primæ cedunt in causam legitimæ.*
4 *Bona subiecta fideicommisso, quod quis possideat ex quo benè probetur.*
5 *Transigentes satis dicuntur aliquid approbasse, dum sub eo supposito transigerunt.*
6 *Confessio impugnata, aduersus confitentem allegari nequit.*
7 *Contra confessionem acceptatam, & effectuatam quis venire non valet.*
9 *Alienationes plures stante longo temporis interuallo, fieri potuerunt ex bonis fideicommissarijs.*
10 *Possibilitas sufficit, ad excludendam erroneam confessionem ne recedatur à transactione.*
11 *Confessio, quando sortita fuit effectum per transactionem non sufficit, vt ea rescindatur probare errorem.*
12 *Verum etiam probandus est dolus verus, & non præsumptus.*
13 *Inuentarium, quando non fuit confectum hoc casu legitima præsumitur consumpta.*
14 *Intentioni confitentis, ea quæ repugnant non sunt admittenda.*
15 *Repugnantia, & contrarietas in dispositionibus omnino euitandæ sunt.*

DECISIO CLX.

Placuerunt Dominis fundamenta decisionis in hac causa sub die 23. Iunij 1642. coram me * emanatæ, in qua firmatur prædium Butrij venire sub fideicommisso q. Consultissimi viri Augustini de Beroijs, nec Herculem iuniorem eiusdem cognominis, teneri relaxare prædium Panicalis Ludouico, nec precium prædij Butrij, stante obligatione alternatiuæ conceptæ de tradendo alterum de dictis prędijs cui ipse sufficienter satisfecit tradendo prædium Butrij ex deductis in duabus decisionibus in hac causa coram R. P. D. meo Carrillo, & postea coram me sub dicta die confirmando sententiam Rotalem.

Nec obstat obiectum nouiter excitatum per informantes pro Ludouico de Beroijs contra decisionem nimirum, quod Carolus Antonius dicti Augustini de Beroijs filius idem prædium Butrij sub die 12. Nouembris 1594. irreuocabiliter donauerit inter viuos Herculi filio præsenti acceptanti, cum clausulis ad habendum, ac constituti, cuius vigore exiuerit è fideicommisso per dictam
1 donationem censendum† veniat illud à dicto Carolo Antonio electum pro legitima sibi competente in bonis Augustini progenitoris, iuxta text. l. *Marcellus*, §. *res quæ*, *vbi de Bart. nu. 2. Castren. in fin. ff. ad Trebell. Pereg. de fideicomm art. 10. numer. 30. & art. 39. num. 10. Cephal. cons. 346. numer. 8. Hond. cons. 59. numer. 14. lib. 1. Crass. in §. legitima quæst. 4. cum seq. Magon. decis. Floren. 35. num. 11.* ex quo sequitur dictum prædium ex hæreditate
2 Augustini transiuisse in hæreditatem Herculis statim † atque ille fuit assecutus dominium per donationem, ac possessionem per clausulam constituti, etiam absque actuali, & corporali apprehensione *Fontanell. de pact. nupt. clauf. 11. glos. vnic. tom. 2. fol. 618. sub n. 16. & 17.*

Cui obiecto respondebant DD. illud fuisse irrefragabile, nisi in præsenti constaret de anterioribus alienationibus per quas legitimas remâ-
3 serit consumpta † cum primæ alienationes cedant in causam legitimæ, *Alex. cons. 178. num. 4. Ruin. cons. 135. num. 11. lib. 3. Cephal. consil. 624. nu. 59. Gabr. consil. 46. num. 46. ad med. lib. 1. Peregr. de fideicomm. art. 39. num. 1. Surd. decis. 316. numer 18. Rota post Giouagn. cons. 20. num. 22. in vna Maceraten. fideicommissi, & in Narnien. fideicommissi post Merlin. de legitim. decis. 1. n. 9.*

Alienationes verò præcessisse desumptum fuit ex Instrumento initæ transactionis de anno 1621. in quo idem Ludouicus Berous fassus fuit Io. Frãcisco Beroo excipienti in actu transactionis de distractionibus eas iam fuisse consumptas in alijs alienationibus antecedentibus, hocque iudicialiter euenit, cum quo supposito dictus Io. Franciscus promisit se restituturum Ludouico post trimestræ à die obitus Lucretiæ Castellæ, quæ simul cum eo possidebat dictum prædium tanquam su-
4 biectum fideicommisso Augustino, ex † qua confessione benè probatur d. consumptio, iuncto etiã facto ipso, ac obligatione restituendi dictum prædium, quæ dubio procul non emanasset si asserta præfati prædij donatio sustineri posset ex causa legitimæ debitæ donatori, quam veritatem benè transigentes agnouerunt dum cum hoc in-
5 dubitabili † supposito deuenerunt ad transactionem, fuitque antecedens dictæ obligationis tradendi prædium ad *text. in leg. fideicommissa*, §. *& verba*, *ff. de legat. 3 Bald. in l. quamuis per illum text. C. de fideicom. Dec. cons. 637. n. 8. Surd. 443. n. 19. Rot. decis. 105. n. 5. par. 1. recent.*

6 Nec versamur in terminis confessionis † impugnatæ, quæ aduersus confitentem allegare nequit, sed immo potius acceptatæ, ac effectuatæ contra
7 quam Ludouicus † confessus venire non valet *Franch. March. decis. 453. num. 3. par. 3. Mohed. decis. 9. num. 5. de locat. & conduct. Coc. decis. 164. numer. 3.* & fuit dictum *in Roma spolij 21. Februarij 1603. coram Ortembergo.*

Minus potest desumi error dictæ confessionis, ex prædicta donatione anni 1594. dum ibi non dicitur prædium spectare ad Donatorem Iure legitimæ cum legitima potuerit prius consumi per
8 antecedentes alienationes, † prout exitus benè hanc veritatem comprobauit dum Ludouicus hoc fassus fuit in dicta transactione anni 1621. accedit etiam quod donatio emanauit post 40. annos à die mortis Augustini Testatoris fideicommitten-
9 tis † quo temporis interuallo quamplurés potuerunt fieri distractiones, *Surd. decis. 15. num. 10. Rota decis. 47. num. 7. par. 5. recent.* quæ possibilitas sufficit
10 ad excludendam † erroneam confessionem ne recedatur à transactione, *Alex. in l. qui Romæ*, §. *duo fratres, num. 54. ad fin. vers. aut in instrumento, ff. de verb. oblig. Becc. cons. 108. num. 41. Cardin. Mantic. de tacit. lib. 26. tit. 2. num. 16. præsertim ibi quia potuit, Seraph. decis. 1488. num. 4. Duran. decis. 337. num. 4. cum seq.* & fuit resolutum *in Foroliuien. bonorum 1. Februarij 1641. coram R. P. D. meo Ghisilerio.*

11 In omnem casum cum † versemur in confessione effectum sortita per transactionem non sufficeret pro ea rescindenda probare errorem; nisi si-
12 mul probaretur † dolus verus, & non præsumptus, *Menoch. de arbitr. cas. 209. num. 40. Becc. cons. 169. numer. 10. Seraph. decis. 275. Rot. decis. 157. par. 1. & 284.*

& 284. par. 2. recent. & Interamn. pecaniaria 10. Februar, & 20. Nouembr. 1620. coram bon. mem. Pirouano, iuncta † etiam non confectione inuentarij, quo casu legitima præsumitur consumpta, *Adden. ad Gregor. XV. decis. 266. num. 16. Duran, dec. 165. per tot. & 213. num. 13. cum seq. & 239. n. 4. & par. 5. recent. decis. 47. n. 5. & 11. & decis. 67. & 163. per tot. & decis. 400. n. 29. & 7. decis. 88. num. 23. & in Auximiana fideicommissi 13. Ianuarij 1640. coram Reuerendiss. D. meo Dunozetto Decano.*

13 Demum dici non potest sub assertione factarũ alienationum in quibus Ludouicus falsus fuit legitimam esse consumptam comprehendi dictam donationem, in qua præfatum prædium Butrij

14 continetur, quia hoc ex diametro repugnat† intentionis confitentis, qui modo prædicto confessus fuit in dicta transactione anni 1621. ad effectum consequendi dictum prædium Butrij subiectum fideicommisso Augustini, non obstantibus prætensis detractionibus repugnat pariter ipsi transactioni, in qua fuit promissum restituere dictum prædium Butrij tanquam suppositum d. fideicommisso, ita, & taliter vt dicta confessio emanata in transactione anni 1621. ad alias distra-

15 ctiones veniat omnino referenda ad euitandam repugnantiam, & contrarietatem in ea prout debet, *l. vbi repugnantia, ff. de regul. iur. Alex. consil. 121. num. 3. lib. 5. Rutn. cons. 109. num. 9. lib. 1. & cons. 76. num. 4. lib. 5. Hond. cons. 33. num. 58. cum seq. lib. 1. Mant. de tacit. lib. 2. tit. 4. num. 29. Menoch. cons. 2. num. 61.*

Alia vero deducta remanserunt sublata in alijs decisionibus in hac causa cum quibus Domini transierunt vtraque parte informante &c.

Decisio ista emanata sub die 23. Iunij 1643. coram eodem Reuerendiss. Terraconen. erit infra in Appendice cum alijs duabus emanatis in altera instantia coram Reuerendissimo Præside Vallisoltano 18. Februarij 1641. & 28. Iunij 1641. Ista causa etiam fuit coram bon. mem. Peutingero, & duæ emanarunt decisiones sub diebus 13. Martij 1644. & 16. Februarij 1648.

R. P. D. PEVTINGERO.

Romana Saluiani de Casalibus.

Mercurij 11. Martij 1643.

ARGVMENTVM.

Saluiani præcipua requisita, quæ sint. Fideicommissum licet, quando expirat. bona remaneant libera tamen concludenter est probandum, omnes vocatos, decedisse. Dos, & fideicommisso extrahi non potest si adsidt bona libera, etiamsi testator iusserit fœminas dotari, priuilegia dotalia an transeant in hæredes.

SVMMARIVM.

1 *Creditum cum hypotheca est præcipuum requisitum Saluiani interdicti.*
2 *De hypotheca, quando nullo modo possit dubitari.*
3 *In Saluiano interdicto benè remanet probat secundum extremum ex confessione possessionis partis aduersæ.*
4 *Fideicommissum, quando iam est expiratum, bona remant libera.*
5 *Dotis causa in concursu creditorum est potior, & anterior.*
6 *Prior ille dicitur, qui prius est in instrumento nominatur, num. 5.*
7 *Fideicommissum, vt dicatur expiratum, debet probari mors omnium vocatorum. & num. 8.*
9 *Fideicommittens, si iusserit dotare fœminas, id comprehendit nedum constitutionem, verum etiam restitutionem dotis.*
10 *Fideicommittens, si in constitutione fideicommissi iusserit dotari fœminas, intelligitur quatenus fœminæ aliunde non possit dotari.*
11 *Nam tunc dispositio testatoris succedit loco dispositionis legalis.*
Dos ex fideicommisso nunquam extrahenda venit, quando adsunt bona libera. num. 11.
12 *Pecunia, si fuerit soluta sub cautione de restituendo prioribus, & potioribus dicitur extare adhuc.*
13 *Bona, quando adsunt libera, tunc perperam quæritur dos possit extrahi ex fideicommisso.*
14 *Prioritatis, & potioritatis quæstio, quando cesset in materia dotali, vt ea extrahatur ex bonis fideicommissarijs.*
15 *In Instrumento eodem, ea quæ fuerunt promissa non datur prius, & posterius.*
16 *In Instrumento ea omnia, quæ continentur iuris censura, omnia vno, eodemque tempore censentur expedita.*
17 *Hypotheca pro dote transit in singularem, & extraneum successorem.*
18 *Priuilegium concessum pro dote, vt in sua hypotheca præferatur non transit mortua muliere nisi in filios mulieris eius hæredes.*
19 *Dispositiones omnes sunt intelligendæ, secundum suas restrictiones.*
20 *Probationes, quæ concernunt causam status probant in quocumque iudicio, etiam diuerso, & inter alias personas.*

DECISIO CLXI.

DOMINI stando in decisis * immissionem in domo, de qua agitur, ex remedio vtilis Saluiani Casalibus concedendum esse dixerunt, cum omnia ad illud requisita concurrant.

1 Creditum enim† cum hypotheca, quod est præcipuum requisitum in hoc iudicio *Hond consil. 3. n. 9. lib. 2.* cum alijs relatis per *Pacif. de Saluian. inspect. 1. cap. 5. num. 1.* satis deducitur ex Instrumento donationis factæ per Bernardinum Cattarellum Mario nepoti cuius linea masculina deficiente mandauit dari scut. 4000. Michaeli de Casalibus, & illo tunc defuncto eius filijs, seu descendantibus, pro cuius donationis, & omnium in ea contentorum obseruatione tàm Donator, quàm Donarius in ampliori forma Cameræ se, bonaque sua, suorumque hæredum obligauerunt,

2 ex † quo de hypotheca nullo modo dubitari potest, vt pluribus latè firmatur in decisione huius causæ emanata *sub die 21. Iunij 1641. coram R. P. D. meo Cerro, versic. ad primum, cum seqq. & 23. Maij 1642. coram. bon. mem. Merlino.*

Quod autem domus hæc fuerit possessa per Bernardinum Donatorem, & successiuè per Marium Donatarium, illusque descendentes, hodieque possideatur per R. P. D. Prosperum Cattarellum, vltra

3 vltra quod inter partes non † controuertitur, fuit abunde probatum in alia decisione emanata *sub die 17. Nouembris 1637. coram bon. mem. Buccabella, & 23. Maij 1642. coram bon. mem. Merlino supra relat.*

Nec obstat principale fundamentum hodie excitatum ab Informantibus pro altera parte, quod cum per defectum lineæ masculinæ Bernardini
4 expirauerit † fideicommissum, bonaque omnia remanserint libera, possit adhuc Marius iunior, & ex eius persona R. P. D. Prosper vigore eiusdem Donationis (in qua idem Bernardinus ante omnia mandauit dotari fœminas) agere, seu potius retinere domum, de qua agitur, ratione crediti dotalis Faustinæ, & quidem cum priuilegio po-
5 tioritatis, & anterioritatis cum in concursu potior sit causa dotis, vt disponitur *in l. assiduis, C. qui pot. in pign. hab. cum alijs per Bald. Nouell. tract. de dot.*
6 *par. 7. priu. 19. num. 1.* & prior ille dicatur, qui prius est Instrumento nominatus *Angel. in §. etenim, numer. 22. auth. de hæred. & falcid. Soccin. iun. cons. 71. numer. 17. lib. 1. Negusant. de pign. c. 2. 2. memb. 5. par. numer. 41. cum alijs per Pacific. de Saluian. inspect. 3. num. 439. cum seq. & cap. 3. n. 52.*

Quicquid enim sit de extinctione fideicommissi, quæ non probatur ex sola deficientia masculorum, & descendentium legitimorum fidei-
7 committentis, † cum ad illud nedum vocati fuerint masculi, sed etiam fœminæ, nec soli descendentes legitimi, sed etiam naturales, quorum tamen deficientia huc vsque probata non fuit, vt admit-
8 tunt decisiones in causa factæ, † in quibus pro cõstanti supponitur super domo, de qua agitur, adhuc extare fideicommissum.

Responsum fuit, quod vbi adhuc fideicommissum expirasset non possit R. P. D. Prosper ex persona Marij retinere domum, de qua agitur, quia licet in eodem Instrumento donationis Bernardinus pręceperit dotari fœminas, quod comprehen-
9 dit, nedum dotis constitutionem, sed etiam restitutionẽ, vt in terminis huius donationis firmauit *Rota in Romana Dotis 14. Februarij 1642. coram Reuerendiss. D. meo Decano.* Huiusmodi tamen dispositiones de dotãdis fœminis factæ in consti-
10 tutione fideicommissi † semper intelliguntur iuxta dispositionem iuris communis scilicet in subsidium, & quatenus fœminæ aliunde dotari non possint, vt aduertit *Castren. cons. 64. num. 4. lib. 2.* vbi quod dispositio testatoris succedit loco dis-
11 positionis legalis *Rub. Alex. cons. 124. num. 3. Bero. cons. 116. num. 14. lib. 2. Cephal. cons. 105. numer. 13. vsque ad 22. Simon. de Prat. cons. 137. num. 27. cum pluribus seqq. Menoch. cons. 704 num. 16. & cons. 736. sub num. 20. Peregr. de fideicomm. art. 42. numer. 76. Molin. de primog. Hispan. lib. 4. cap. 7. num. 2. Rot. coram Card. Seraph. decis. 440. sub num. 4. versic. alia ratione. Adden. ad san. mem. Greg. decis. 543. num. 5.* vbi aliæ decisiones concordantes referuntur.

Vnde cum in præsenti casu adsint alia bona ex quibus dos illa detrahi possit siquidem ex speciali licentia sanct. mem. Pauli V. Pontificis distracta fuerat bona valoris scut. 25. mill. ad effectum satisfaciendi creditoribus Maximiliani, qui dictæ dotis est debitor, quod pratium cum fuerit
12 solutum sub † cautione de restituendo prioribus, & potioribus adhuc dicitur extare, vt pluribus firmatum fuit *in decisione sub diei 21. Iun. 1641. coram R. P. D. meo Cerro*, & in specie quod dicta scuta 25. mill. sint obnoxia pro restitutione dotiam, firmatur *in dicta Romana Dotis 14. Februarij 1642. coram Reuerendiss. D. meo Decano*, nec non ex eiusdem Pontificis gratia permissa fuit alienatio quinquaginta quatuor locorum montium ad
13 effectum soluendi dictam † dotem vtique super domo, de qua agitur, vigore istius crediti dotalis nulla actio exerceri potest ex supra allegatis.

Hinc non obstant cui dicebantur de prioritate
14 quia cum propter extantiam † aliorum bonorum ex quibus dos detrahi potest, pulsari non debeant bona Bernadini testatoris cessat quæstio prioritatis, & potioritatis; licet etiam ad excludendam anterioritatem fortiter vrgere videatur ratio adducta *per Bart. in l. contractus num. 5. & 6. C. de fid.*
15 *instrum.* quod in ijs quæ fuerunt promissa in eodem Instrumento non detur, prius, & posterius, quam sequuntur *Cagnol in l. lecta nu. 157. ff. si cert. pet. Becc. plures referens cons. 92. nu. 6. Surd. cons.*
16 *217. num. 9.* reddens pro ratione, quod omnia † contenta in eodem Instrumento Iuris censura cẽsentur facta eodem tempore, quod idem repetit *decis. 322. sub num. 65. vers. nec mouet. cum seqq.*

Quo vero ad potioritatem ex causa dotis illam suffragari non posse R. P. D. Prospero, quia licet in hęredem etiam extraneum, & singularem
17 successorem † transeat hypotheca pro dote, non tamen transit cum priuilegio præfationis, vt apertè disponitur *in §. fuerat instit. de action.* Ibi præferri autem alijs creditoribus in hypotheca tunc censuimus cum ipsa mulier de dote sua experitur cuius solius prouidentia hoc induximus *Alex. cons.*
18 *58. num. 4. lib. 7* vbi † quod priuilegium concessum pro dote mulieri, vt in sua hypotheca præferatur non transit mortua muliere nisi ad filios mulieris eius hæredes sequitur *Facchin. controuers. iur. lib. 10 cap. 34. §. priuilegium, circa med. vers. ad hæredes non transit*, priuilegium prælationis, & distinguendo pluribus auctoritatibus dictum fuit in decisione huius causæ emanata *coram R. P. D. meo Cerro 21. Iunij 1641. versic. & in omnem casum.*

Quod autem dicebatur legatum hoc soluendũ fuisse ex bonis, seu predijs Ardeæ cessat ex lectura donationis, in qua licet donator voluerit Ersiliam, & Philippam eius sorores, seu earum descendentes habere scut. 4000. super dd. prædijs,
19 hanc † tamen restrictiuam non apposuit in legato facto Casalibus in separato Capitulo, vt benè ponderatum fuit *coram bon. mem. Buccabella sub die 17. Nouembris 1637.*

Et in hanc sententiam facilius iuerunt Domini aduertentes dotem hanc fuisse plusquam integraliter restitutam: habuit enim primo Marius scuta 3000. redacta ex locis 54. montium vt fatetur pars ipsa,

Secundo habuit alia scuta 1500. prouenientia ex censu Iulij Busalini, vt admittitur *in decisione emanata coram Reuerendiss. D. meo Decano, quæ est in ordine 24. sub num. 24. vers. & vlterius eidem debitori. par. 7. recent.*

Tertio habuit alia scuta 7111. b. 50. prouenientia partim ex fructibus ex alienationibus locorum montium, vt ex fide calculatoris, & periti electi data in *Summario Casalium num 2.* iuncta ratifi-

tificatione Martij *Summario num.3.* quæ procul dubio exuberant ad satisfactionem dotis scut.9000. Parum obstante, quod relatio periti facta fuerit in alio iudicio vertente inter Marium Capharellum, & Lauram Crescentiam, quia cum concernant probationem status probant in quocumque iudicio etiã diuerso,& inter alias personas *ad tex. in l. langen. ff. de statu homin. Rota passim coram sanct. memor. Gregor. decis.535. num. 3. & decis.90.num.4. par. 5. recent. & alibi sæpè.*

& ita vtraque &c.

☞ *Idest sub diebus 21. Iunij 1641. corom Reuerendissimo Cerro Decano, erit infra in Appendice, & 23. Maij 2642. coram bon.mem. Merlino est inter eius impress. 895. & infra Appendice pariter habetur altera decisio in eadem causa sub. die 17. Nouembris 1637. coram bon. mem. Buccabella.*

R. P. D. GHISILERIO.

Postea Episcopo TERRACINEN.

Romana Domorum.

Veneris 13. Martij 1643.

ARGVMENTVM.

Dominium ad effectum in re emphytheutica apponendi lapides cum stemmate, & nomine familiæ, vt solitum, cum non agatur ad effectum probandi dominium ad effectum deuolutionis, leuius probantur idest per indicia, & coniecturas,& quæ sint ista iudicia, & coniecturæ.

SVMMARIVM.

1 *Dominium rei emphyteuticæ, non solum probatur ex Instrumento concessionum.*
2 *Sed etiam per indicia, & coniecturas, quando agitur ad alium effectum, quam deuolutionis.*
3 *Dominium etiam per indicia probatur.*
4 *Dominium ad effectum apponendi arma, & insignia, ex quibus possit iustificari.*
5 *Dominium in antiquis, probatur per indicia, & coniecturas.*
6 *Dominium benè probatur per instrumenta concessionum.*
7 *Dominium rectè probatur per instrumenta concessionum, si agatur de solutione canonum, & oppositionis armorum.*
8 *Instrumenta concessionum iunctis adminiculis probant directum dominium, etiam ad effectum deuolutionis.*
9 *Census imponens super aliquo fundo, id arguit eius dominium super fundo illo.*
10 *Dominium in quibus arguatur multa indicia deducuntur.*
11 *Dominium, & proprietas in antiquis, ex quibus probationibus deducatur.*
12 *Identitas situs dati ad fabricandum ex quo iustificetur.*
13 *Domum vicinam retrahens, vti vicinus ex hoc arguitur dominium illius.*
14 *Bona possessa per emphiteutam in loco designato in antiquis instrumentis concessionum, qualia præsumuntur.*
15 *De Dominio ad effectum deuolutionis, quando non agitur, sed alium effectum benè probatur ex pluribus adminiculis simul iunctis, & nu.16.*

DECISIO CLXII.

QVondam Bernardinus de Incoronatis de anno
1642. concessit quoddam terrenum situm in
strata Iulia q. Iuliano de Masis sub certa annua
responsione, in quo ab eodem Iuliano fuerunt
cõstructæ,& ædificatæ nonnullæ domus,quæ in di-
uersis vicibus translatæ fuerunt in Cęsaream Pa-
lutiam, à qua per vltimam voluntatem relictæ
fuerunt Hospitali Pietatis Venetiarum, & deinde
titulo emptionis peruenerunt ad Societatem Sãcti
Spiritus Neapolitanorum; ortà controuersia super
illarum proprietate inter Angelum Incoronatum
hæredem fideicommissarium dicti q. Bernardini,
& dictam Societatem fuit pronunciatum in Tri-
bunali Eminentissimi Cardinalis Vicarij, illas
esse sub proprietate Angeli, atque licere illi in eis
infingere, seu opponere lapides cum stemmate
familiæ, & nomine iuxta solitum à qua sententia
cum fuerit appellatum, & mihi commissa causa
appellationis in Rota, proposito dubio, an con-
staret de proprietate, & directo dominio Angeli
super domibus controuersis fuit dictum constare
de illius proprietate, & directo dominio ad effe-
ctum recognitionis, & solutionis canonum, &
affixionis lapidum pro conseruatione sui iuris.
Quia dominium rei emphyteoticæ probatur non
1 solum ex instrumentis concessionum, & locatio-
num in emphyteusim, sed sufficiunt ad eius pro-
bationem inditia, & coniecturę, quando prout
2 hic agitur ad alium effectum, quam deuolutionis
l. inditia, C. de rei vend. Bart. in l. quidam in suo,
num.4. ff. de condit. inst. Socc. cons. 89. lib.1. sub.num.
19. ex l. rem alienam, ff. de pignorat. act. & melius
3 *cons. 54. num. 3. lib.3.* vbi quod per † inditia pro-
batur dominium, *Rot. coram Caualer. decis.93. num.*
2. cum alijs relatis in Portuen. Stagni 19. Iunij 1633.
coram Reuerendissimo Patriarcha Costantinopolitano,&
4 in terminis† appositionis armorum,& insignium,
ad quem effectum hobie agitur, firmauit *Rota in*
Romana domus 22. Iuny 1637.coram bon. mem. Piro-
uano, quæ est decis. 234. part. 7.recent. confirmata
coram R. P. D. meo Carrillo sub diebus 10. Maij, 12.
Nouembris 1638. & 8 Aprilis 1639. Præsertim quã-
5 do prout in hoc casu † versamur in antiquis, in
quibus dominium per inditia, & coniecturas pro-
batur vt in decisionibus relatis *in decis.81. nu. 15.*
par.5. recent.

In casu autem proposito multa concurrunt ex
quibus DD. censuerunt satis fuisse probatam inte-
tionem Angeli, dantur enim duo instrumenta
6 concessionem domorum † de quibus agitur quas
Bernardinus Incoronatus fecit vsq;de anno 1542.
dum sub die 8. Augusti locauit in perpetuum Iu-
liano de Masis ratam mensurandam per peritos
cum confinibus in instrumento expressis cum an-
nuo canone iuliorum quatuor pro qualibet can-
na, & sub die 25. Nouembris eiusdem anni con-
cessit eidem Iuliano aliam petiam terræ canna-
rum 46.cum dimidia pro annuo canone iuliorum
7 trium pro qualibet canna, † quæ instrumenta con-
cessionum iunctis presertim adminiculis probant
domi-

dominium eiusdem Bernardini concedentis ad effectum, de quo hodie agitur, scilicet solutionis
8 canonum, & appositionis armorum, cum illa† iūctis adminiculis probent dominium directum, etiam ad effectum deuolutionis, *Bart. in l. ad probationem, C. locati, Bald. in l. cum aliquis, num. 4. C. de iur. de delib. Felin. in cap. cum causam num. 4. de probat. Rota d. decis. 81. num. 2. & 12.* vbi multa cumulantur *par. 5. decis. 64. nu. 4. par. 6. & decis. 117. nu. 1. part. 7. recent.*

Adminicula, & quidem vrgentia comprobant supradicta instrumenta concessionum, nempe impositiones censuum super domibus, de quibus
9 agitur, † factę per dictum Iulianum de Masis, in quibus asseruit domos prædictas esse de directo dominio Bernardini de Incoronatis, & quod eidem soluunt canonem, reseruationes consensus eiusdem Bernardini proprietarij in instrumentis tam venditionum dd. domorum, quam impositionis censuum super illis, qui mox ab eo ratio-
10 ne suæ proprietatis tanquam D. directo† fuit pręstitus, promissiones, & effectiuæ solutiones laudemij, & quindenniorum per tot annos, quæ omnia iuncto instrumento concessionis, & temporis antiquitate plenè probant dominium, & proprie-
11 tatem † concedentis, vt pluries tenuit *Rota decis. 141. nu. 7. par. 2. diuers. in recentior. par. 1. decis. 249. num. 2. & seqq. decis. 290. nu. 2. & par. 5. decis. 262. num. 1. par. 6. decis. 164 par. 7. decis. 117. & 234.* vbi aliæ plures allegantur.

Neque subsistit, quod non probetur identitas situs concessi in emphyteusim dicto Iuliano, qui
12 domos desuper fabricauit. Quia talis identitas satis iustificatur ea quantitate eiusdem situs concessa, & successiuè mensurata dicto Iuliano, iuncta ex abundanti mensuratione nouiter facta cum antiqua congruente, & ex instrumento impositionis census super eisdem domibus, ac successiua illarum venditione facta à Iuliano Cesarcæ ab ea Hospitalis Pietatis Venetiarum, à quo Societas S. Spiritus Neapolitanorum quæ successerat in bonis Monialium S. Sixti, & sic gaudebat iure vi-
13 cinitatis † retraxit istas domos iure congrui, in quibus iuribus dd. domus enunciantur emphyteoticæ DD. de Incoronatis, vt propterea si dicta Societas prætendit extare in eodem situ alias domos liberas teneatur id probare concludenter, cum alias omnia bona possessa per emphyteutam in loco designato in antiquis instrumentis conces-
14 sum, † præsumantur eadem de quibus loquuntur antiqua instrumenta concessionum. *Bald. cons. 265. numer. 2. lib. 2. Ruin. cons. 50. num. 14. lib. 1. Peregrin. de fideicommiss. art. 44. num. 23. Rota in recent. decis. 508. num. 1. par. 1. Add. ad sanct. mem. Gregor. XV. decis. 575. num. 11. & decis. 262. nu. 8. part. 5.*

Ex quibus omnibus cum non agatur de dominio ad effectum deuolutionis, sed quæstio sit an
15 constet † de dominio ad effectum opponendi insignia, & consequendi canones, ad quem effectum satis sufficiunt probationes deductæ ex instrumentis concessionum, & ex alijs supra deductis,
16 Rota censuit † satis esse probatum dominium DD. de Incoronatis, vt aliàs fuit resolutum in decisionibus supra allegatis,

Et vtraque parte informante.

R. P. D. MELTIO

postea EPISCOPO PAPIEN.

Calaguritana Matrimonij.

Veneris 13. Martij. 1643.

ARGVMENTVM.

Promittens aliquam ducere in vxorem, & sic contrahendo sponsalia, debet facto complere, quod verbis promisit, & sic modis omnibus compelli debet ad seruandam fidem, quod procedit, etiam secuta non fuerit copula, & sanè id multò magis procedere, si copula secuta fuerit, & ex quibus coniecturis id arguatur, quia sponsa tradēdo corpus suum sponso, & patiendo defloratiōé adimpleuit ex parte sua, vnde alios quoque compelli potest adimplendum ex parte sua.

SVMMARIVM.

1 *Promissio, quando est facta, curandum est studiosè, vt opere compleatur.*
2 *Fidem fallere graue est.*
3 *Sponsus, dum non vult ducere in vxorem sponsam, debet modis omnibus induci, vt fidem promissam seruet. Et hoc quantumuis simpliciter id promiserit, nec iurauerit.*
4 *in Vxorem aliquam ducere promittens, si id non seruet, mortalis culpæ reus intelligitur.*
5 *Promissor compellendus est promissionem seruare.*
6 *Sponsus tunc multò magis compellendus tollere sponsam in vxorem dum adfuit copula carnalis.*
6. *Sponsalia etiam simpliciter contracta, ante sacri Concil. Trident. transibant in matrimonium per copulam carnalem subsequentem.*
7. *DEVS non facit differentiam inter simplicem loquelam, & iuramentum.*
8. *Sponsalia contrahens cum aliqua omnino cogi potest ad contrahendum matrimonium, si de validitate sponsalim non dubitetur.*
9. *Sponsalia, quando ab initio fuerunt contracta mutuo consensu, de Iure Canonico non possunt deinde vnius consensu dissolui.*
10. *Sponsalia requirunt mutuum consensum, qui eodem tempore conueniat.*
11. *Sponsalia non contrahuntur, nisi consensus concurrat simultaneus.*
12. *Copulæ carnalis probatio est difficilis probationis.*
13. *Copula carnalis, quod interuenerit post contracta sponsalia, ex quibus probari possit.*
14. *Virum & vxorem, quando aliqui se vocabant, & simul semper conuersabantur, & ad eamdem mensam simul manducabant, quid ex hoc arguatur. & num. 15.*
16 *inter sponsum, & sponsam quod secuta fuerit copula carnalis indubitanter arguitur, si in eodem lecto iacuerunt.*
17 *Adulterare mulierem, vel cum ea iacere in eodem lecto paria sunt. Disparitas inter sponsum, & sponsam an possit esse causa, vt inter eos non sequatur matrimonium. num. 17.*
18 *Beatitudinem quandam inter virum, & vxorem pariter summa beneuolentia, mutua amicitia, concordia & familiaritas.*

Ex

19 *Ex Coniugorum inæqualitate. & diſſimilitudine, deſtruitur inter eos beneuolentia, mutua amicitia, concordia. &c.*

Virginem deflorans, ſi eam in vxorem ducere recuſat, tenetur illam dotare. num. 19.

20 *Sponſa, ſi tradiderit ſponſo corpus ſuum, & paſſa fuit deflorationem, partem ſuam adimpleuit vnde ſponſus tenetur etiam partem ſuam adimplere.*

21 *Quod procedit etiam ſi ſponſus fictè contraxerit quia nihilominus ex iuſtitia verè contrahere tenetur fictus promiſſor.*

22 *Mulier dum promiſſioni viri innitens tradidit ei corpus ſuum, contractus eſt perfectus, & ſicut ipſe iam adimpleuit ita ſponſus, contrahendo matrimonium.*

23 *Sponſus, ſi poſtquam carnaliter cognouit ſponſam, non poteſt cogi ad contrahendum matrimonium, quia aliter damnum reſarciri nequit.*

25 *Creditore inuito, vnum pro alio ſolui nequit.*

26 *Sponſalia contrahens non poteſt ab illis recedere, ſi fœmina infamia ſequeretur, etiam non ſecuta copula.*

27 *Sponſus, dum ſciuit qualitatem, & conditionem ſponſæ, & ea non obſtante, voluit cum ea contrahere, dicitur iuri ſuo renũciare cum exceſſus donationem faciat.*

28 *Sponſum, dum iam ſciuit canditionem ſponſæ, debuit ſibi conſulere, & non contrahere cum ea ſponſalia.*

29 *Teſtis deponens de auditu, & maxime ab eo, qui mortuus eſt, non releuat.*

30 *Teſtis de auditu non probat.*

31 *Sponſalia ſunt valida, etiamſi probaretur ſponſam eſſe impudicam, dum ſponſus ea carnaliter cognouerit, & quare.*

32 *Mulier non poteſt dici impudica, ſi communiter virgo, & honeſta reputabatur.*

33 *In commiſſione cauſa, ſi de aliquo non fuerit facta mentio tenor illius debet obſeruari.*

34 *In Intimatione pro examinandis teſtibus, debet exprimi locus, vbi teſtes ſunt examinandi.*

Quando tamen facultas examinandi teſtes, data fuit in aliqua Diœceſis in genere. nu. 34.

35 *Locus examinis teſtium, quando eſt certus, & pars eum ſcit, tunc nõ eſt in intimatione exprimẽdus locus.*

36 *Nullitas vlla, quando non poſſit cadere in intimatione examinis teſtium.*

37 *Examen teſtium, ex quibus actibus pars dicatur conualidare etiamſi ipſa fuerit nulliter citata.*

DECISIO CLXIII.

FVIT dubitatum in hac cauſa, An Ioannes de Anguiano poſſet cogi ad contrahendum cum Angela de Taldiuar vigore promiſſionis ab ipſo Ioanne factæ, vt ex Summario eiuſdem Angelæ *num.* 1. in quo per ſeptem teſtes deponentes vnanimiter de fide præſtita per dictum Ioannem apparet, eum promiſiſſe illam in vxorem velle accipere, nec cum alia ſe matrimonium contractum eſſe; Et affirmatiuè per Dominos fuit reſponſum, vt ſimili fere caſu fuit reſolutum etiam in *Vlixbonen. Matrimonij 4. Maij 1639. coram bon. mem. Pirouano*, & dum Ioannes promiſit
1 ſe ducturum Angelam in vxorem, † fidem promiſſam implere debet, quia ſtudioſè agendum eſt, vt quæ promittuntur, opere compleantur *c. 1. & cap. qualiter in Sardinea de pact.* Graue enim
2 † eſt fidem fallere *l. prim. in principio. ff. de conſtit. pec.* & dum ſponſus recuſet ſponſam in vxo-
3 rem docere debet modis † omnibus induci, vt fidem promiſſam ſeruet *cap. 2. princp. de ſponſ.* & quamuis ſimpliciter id promiſerit, nec iuraue-
4 rit; tamen mortalis culpæ reus intelligur † ſi conſenſum coniugalem præſtare deneget *Diuus Thom. in 4. diſt. 17. quæſt. 2. col. 1. Imol. in l. Titia in fine princip. de verb. obligat, cum alys adductis per Didacum Couar. in epit. lib. 4. decretal. par. 1. cap. 4. in principio. num. 2.* quam ſententiam ſequitur *Socr. iun. conſ 30. num. 3. lib. 2. Menoc. conſil. 386. num. 1. & 2.* Et nihilominus fidem ſeruare tenetur *cap. 2. cap. ſicut cap. requiſiuit de ſponſal. Surd. con. 364. n. 8.* qui alios refert in hoc propoſito, & promiſſor
5 † compellendos eſt contrahere, iuxta *text. in cap. ex litteris de ſponſ. & not. Abb. in cap. de illis de ſponſ. impub. Couar. ſuper 4. decret. par. 1. cap. 4. in principio. Caualer. deciſ. 415, num. 1.* Quod eo magis eſt
6 ſeruandum in caſu iſto, dum † per carnalem copulam ſubſequentem, ſponſalia etiam ſimpliciter contracta ante ſacr. Concil. Tridentin. tranſibant in matrimonium. *Abb. in cap. prætereà de ſponſ. num. 4. cap. ex tenue n. 4. de teſtibus & c. 1. de ſponſ. impub. lib. 6. circa medium, ibi, niſi per carnis copulam, Gemin. conſ. 61. n. 6. verſ. ad contrarium, Federic. de Sen. conſ. 194. circa med. verſ. item cohabitando. Caſtr. conſ. 155 in princip. lib. 2.* Deus
7 enim † non facit differentiam inter iuramentum & ſimplicem loquelam; & promittens omnino co-
8 gi debet ad cõtrahendũ dũmodo, † nõ dubitetur de validitate ſponſalium, vt inquit idem *Surd. conſ. 364. num. 10.* & dum à principio iſta ſponſalia fuerunt contracta mutuo contrahentium conſen-
9 ſu, † de iure canonico non poſſunt nunc vnius tantum conſenſu diſſolui *cap. 2. vbi gloſſ. & cap. ſicut de ſponſ. Sanch. de matrim lib. 5. diſp. 6. num. 4. Butr. in cap. de illis num.* 6. vbi etiam *Præpoſ nu. 4. de condit. appoſit. Dec. conſil. 363. & 603. num. 4. Menoch. conſ. 15. num. 1. Surd. conſil 364. num. 10.*
10 cum † ſponſalia requirant mutuum conſenſum, qui eodem tempore conueniat *cap. tuæ de ſponſ. l. 2. ff. eodem cap. ſufficit. & cap. matrimonium 27. quæſt. 2. Io. Andr. Bald. Butr. Præpoſ. & alij citati à Pariſ. conſ 55. num. 14. vol. 4. & Anhid. in d. cap. ſufficit*
11 firmat non contrahi ſponſalia, † niſi conſenſus concurrat ſimultaneus, Ergò etiam in eorum diſſolutione erit neceſſarius conſenſus ſimultaneus, & hoc videtur probari *in cap. 2. de ſponſ. ibi ſin autem ſe ad inuicem admittere voluerit*, vbi *Abb. numer. 5. & Præpoſ num. 6. Rimin. conſ. 538. n. 16. & ſeq. Surd. conſ. 136. num. 18. & ſeq.*
12 De copula in iſto caſu non videtur † poſſe dubitari, quæ licèt ſit difficilis probationis, vt inquit *Honded. conſ. 15. num. 31 lib. 1.* tamen illa rectè probatur, dum teſtes pro dicta Angela examinati concludenter probant, Ioannem poſt ſponſalia illam adduxiſſe ad locum de Onnate, vt in Summario eiuſdem Angelæ *num. 1.* ibique eoſdem commoraſſe per ſpatium 40. dierum, &
13 tamquam coniuges habitos, † & ab omnibus reputatos fuiſſe, dum ad eamdem menſam comedebant, ac inſimul ſemper conuerſatione vtebãtur *Bald. in l. non ignorat num. 5. C. qui accuſ. non poſſ. Angel. inter conſil. matrim 45. num. 10. Menoch. præſumpt. 1. num. 82. lib. 3. & conſ. 199. n. 50. lib. 2. Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſum. 38. nu. 1. Rota deciſ. 143. num. 37. coram Buratto.* Quod eo magis

14 magis colligitur ex denominatione, † cum scilicet vir & mulier se inuicem conuocarent coniuges, vel maritum, & vxorem, ita scribunt *Anchar cap. 1. de spons. impub. in 6. Abb. in cap. later qui fil. sint legit. & ibi Præpos. & Luc. de Penn. in l. 3. in princ. 13. Cod. de apoc. publ. lib. 10. Cepoll. cons. 5. num. 18. in ciuil Cephal cons. 435. num. 60.*
15 *lib. 3. Surd. cons. 364. num. 5.* & Ioannes † pertractaret mulierem honorificè, eò scilicet modo, quo vxores pertractari, & haberi solent in vna, eademque domo *Castr. in l. donationes in prima ff. de donat. Felin. in cap. illud num. 10. & 11. de præs.* & vt plenius inquit *Menoch præsump. 1. num. 74. &*
16 *75. lib. 3,* & facit cessare † omnem dubitationem eorumdem cohabitatio in eodem lecto, *cap. litteris, & cap. tertio loco de præs. Surd. cons. 364. num. 5.* ibi *& quod cohabitauerint, qui congressus non potest ad aliud inferri. Lap. in allig. 53. num. 3. vers. ita in casu proposito, Alex. in l. 1. num. 19. vers. exemplum ff. si cert. pet. & cons. 19. num. 24. vol. 7. Host. Abb. & Felin. in cap. præterea dd testib. Ruin. consil. 53. num. 1. 2. & 10. vol. 5. Rimin. iun. cons. 274. num. 10. 13. & 21. vol. 2. Rota in Pacen. Matrimonij 5. Martij 1610. coram Cardinali Pamphilio,*
17 & idem est dicere † talis iacuit cum tali muliere, quantum est dicere, adulterauit eam, vt inquit *Alexan. cons. 77. num. 2. lib. 7.*

Non obstat prætensa disparitas inter Ioannem & Angelam, propter quam Ioannes præsupponitur non cogendus ad contrahendum matrimo-
18 nium, ea † ratione, quia summa illa beneuolentia, mutua amicitia concordia, & familiaritas, quæ beatitudinem quamdam inter virum,
19 & vxorem, parit, ab ipsorum coniugatorum † inæqualitate, & dissimilitudine destrui soleat, vt inquit *Menoch. præsumpt. 10. num. 40. lib. 10. Gabr. cons. 136. n. 4. lib. 2.* & quod tantum Ioannes teneatur illam dotare, dum recusat virginem, quam cognouit ducere, *text. in cap. 1. de adul. Gabr. d. cons. 186. in fine lib. 2.*

Quia dum Angela ex promissione Ioannis tradidit eisdem corpus suum, ac passa fuit deflora-
20 tionem, † partem suam adimpleuit, vnde alter tenetur etiam adimplere, etiamsi fictè contraxerit, dum ex iustitia verè contrahere tenebatur, &
21 sic fictus promissor † adimplere tenetur eam ducendo in vxorem, ita docent *D. Thom. 4. dist. 28. quæst. vnica, art. 2. ad. 4. Riccardus ibi art. 1. quæst. 3. in fine Scotus 4. dist. 30. quæst. 2. versic. respondeo stante illo dolo. Adrianus 4. quæst. 2. de matrim. ad 2. Sanch. de matrim. lib. 1. disp. 10. nu. 3. vers. secundum quia, & disput. 11. num. 4.* quod procederet etiam si promissio non fuisset mutua, quia dum
22 mulier promissioni viri innitens, tradidit corpus suum, contractus est perfectus, & sicuti ipsa iam impleuit, per consequens vir etiam tenetur perficere, illam scilicet in vxorem ducendo, vt inquit idem *Sanch. d. quæst. 10. num. 4.* & debet considerari graue damnum, quod mulieri infer-
23 retur, dum illi non permitteretur aliud matrimonium iniri, congereturque continenter viuere, vt inquit idem *Sanch. de matrim. d. disput. 11. num. 4. & 5.* nec tali casu satis est, pecunijs satisfacere, cum in propria specie posset satisfieri, & sponsalia contrahens, ac sub spe futu-
24 ri † matrimonij virginem deflorans, tenetur eam ducere, & moraliter loquendo, neque aliter iniuriam resarcire, ad quod persona institiæ
25 vinculo est alligata, nec † vnum pro alio, inuito creditore reddi potest *text. in leg. 2. §. mutui, ff. si cert. pet. Nauarr. lib. 3. cons. tit. de voto in 1. edit. cons. 6. in fine, idem Sanch. de matrim. lib. 1. disp. 10. quæstio 3. num. 20. & disput. 44. eodem lib. 1. nu. 3.*
26 vbi de communi Theologorum sententia † firmat, promittentem sponsalia non posse ab illis recedere, si fœminæ infamia sequatur, etiam copula non secuta, & talis disparitas non potest considerari in hoc casu; quia ex Summario Angelæ *num. 9.* apparet Ioannem scientiam habuisse, Parentes Angelæ fuisse macellarios; Vnde
27 dum ipse † etiam tali scientia non obstante, contentus fuit sponsalia contrahere, videtur voluisse iuri suo renunciare, & excessus donationem facere, cum debuerit sibi prospicere, sciens quali-
28 tatem, † & conditionem huius mulieris *l. si quis domum §. vlt. ff. locat. Salicet. in l. si familia in fine, vers. secundo, quod vbi res cuincitur nu. 6. C. famil. ercis. idem Sanch. lib. 1. disput. 14. nu. 2. Grat. discept. forens. cap. 205. num. 24.*

Quæ autem dicuntur de impudicitia Angelæ,
29 nec etiam visa fuerunt † releuare, quia depositio testis super illa deponentis refertur ad audi-
30 tum à tertio, qui obijt; Et clarum est, testem de auditu non probare *l. testium, C. de testib. cap. tam is, eod. tit. cap. testes 3. quæst. 9. Capueaq. dec. 278. num. 2. par. 3. Rota decis. 521. num. 4. par. 1. recen. Aquitanien. Prioratus 4. Iulij 1625. coram Vbaldo, & dec. 517. n. 14. coram Papa Greg. XV.* Et quatenus etiam talis depositio probaret tamen Ioannes te-
31 neretur eādē Angelā † in vxorem ducere tum ob superius dicta, tum ob graue damnum eiusdem mulieris, cum continenter viuere compelleretur;
32 Vltra quod isto casu Angela communiter virgo reputabatur, & honesta, vt in Summario eiusdem *n. 8 Sanch. de matr. l. 1. disp. 11. n. 6. & quæst. 14. n. 2. cap. queādmodū de iureiur. vbi Butr. n. 3. & Doct.*

Nec pariter Dominis visa fuerunt obstare ea, quæ opponebantur de inualiditate, & nullitate examinis testium ad fauorem Angelæ, & primò, quod in tali examine erat assumenda persona Ecclesiastica iuxta formam Receptoriæ; Quia commissio in hoc proposito emanata, duo continet: Alterum, quod Notarius Receptor se conferat ad locum Onnate, & recipiat iuramenta, & depositiones testium, nullo verbo existente de associando aliquam personam in dicto examine; Alterum verò, vt possit per censuras quascumque personas nominandas compellere, & ad hunc effectum assumat personam Ecclesiasti-
33 cam cuius assumptione non fuit † opus, cum non euenerit casus coactionis. Vnde cum in tali commisione fuerit facta talis mentio, illius tenor debebat obseruari, prout fuit obseruatus, *Rota in Ferrarien. Bonorum 24. Ianuarij 1600. coram Corduba, quod Machesan. de commiss. par. 1. fol. 170. Rota decis. 39. numer. 1. par. 1. recentior.*

Tantum non obstat, quod in intimatione pro examinandis testibus non fuerit expressus locus
34 examinis, † dum soleat intimari locus præcisus quando facultas examinandi est data in aliqua Diœcesis in genere *Rota decis. 23. nu. 1. par. 4. diuerso. & 118. numer. 16. coram bon. memor. Buratto.*

Quia sufficit, quod Procuratores partium consenserint decreto super expeditione Receptoriæ
35 directe ad Oppidum de Onnate, & alia loca, & sic in loco certo pro examine testium scilicet in loco de Onnate, vt in processu fol. 121. & 124. Et facta præsentatione Receptoriæ, & commissionis fuerunt personaliter citati, tum Ioannes, tum etiam eius Procurator ad interessendum, & videndum iurare testes, & in eodem Oppido, nec alibi testes
36 iurarunt, prout ibi examinati fuerunt; Vnde † in hoc examine nulla potest cadere nullitas; dum pars erat benè informata de tali examine *Gonzal. in annot. contra nullitat. & attent. num. 72. Seraph. decis. 1010. num. 3. & 4. & decis. 1439. num. 1. & in Conchen. decimarum de Infantado coram bon. mem. Andrea quæ est 686. num. 1. in fine par. 1. recent.* & ex eo magis apparet de tali scientia: dum examen Ioannis ab eodem Receptore, eodem tempore pro vtraque discedente cum simili citatione, & Receptoria, continentes easdem clausulas, & facultates, factū fuit, & sic par forma, & ordo in vtriusque partis examine fuit seruatus; Vnde per talem actum pars dicitur conualidare examen etiam nulliter citata,
37 cum † faciat præsumere, eam esse certam de eo, de quo fuit facta citatio *Seraph. decis. 1010. num. 6. vers. sed & tollitur difficultas, Gonzal. loco citato n. 73. Caputaq. decis. 293. nu. 2. par. 3. Gratian. discept. forens. cap. 694. num. 9. Rota decis. 18. num. 14. par. 7. recent.*
Et ita vtraq; parte informante, fuit resolutum.

Recessit Rota ex nouiter deductis, & probatis à resolutione, præsentis decisionis coram eodem Reuerendissimo Papien. sub die 11. Februarij 1647. Plura circa materiam præsentis decisionis deduxi in annotatione ad decis. 431. à num. 62. & seqq. part. 4. recent. tom. 3. quam Annotationem Rota sæpius secuta fuit in prædicta decisione in hac causa facta sub dicta die 11. Febr. 1647. & præsertim in §. Non obstat, ibi Add. per Rub. &c.

DECISIO CLXIV.

R. P. D. BICHIO

Bononien. Iurispatronatus de Butrigarijs.

Lunæ 16. Martij 1643.

Est Impressa inter Bichio in Tom. 1. Decis. 118.

R. P. D. CARRILLO.
Postea Præside VALLISOLETANO,

Romana Legati, seu Dotium.

Lunæ 16. Iunij 1643.

ARGVMENTVM.

Testator, si mandauerit ex bonis suæ hæreditatis, quot annis in perpetuum dotari tres puellas pauperes; in scutis 40. monetæ, & ad huiusmodi effectum, mandauit deputari, & destinari scuta 2000, si dicta pecunia fuerit inuestita in aliqua domo dato; quod deinde accidat, quod dicta domus non locetur, quantum primò locabatur, quæritur an dotes sint diminuendæ vel id sit supplendum ex hæreditate.

SVMMARIVM.

1 *Testatoris voluntas debet ab hærede ad vnguem seruari.*
Hominibus nihil magis conuenit, quàm quod vt supremæ voluntatis liber sit stylus, nu. 1.
2 *Inuestimentum factum pro assecuramento alicuius legati annui, quando ipsa bona inuestita remanent obligata, & non bona hæreditaria.*
3 *Testator si leget pro anniuersario faciendo duas summatus annona à certis personis debitas in certo loco. Tunc liberatur hæres cedendo legatario ius exigendi dd. summatas ab illis, qui eas soluere hæreditati debēt.*
4 *Legati diminutionis quæstio tunc intrat ob diminutionem rei, quando testator legauit res certa, quæ fuit legato adiecta, & num. 5.*
6 *Debitor generis, quia genus numquam perit, non liberatur ob peritionem alicuius speciei, cum idem genus possit in alijs speciebus repræsentari.*
7 *Diminutioni rei certæ legatæ quando non sit locus, quamuis ipsa res diminuatur.*
8 *Decisio 21. de testament. in antiq. in quibus terminis loquatur.*
9 *Legatum annuum, quando est inuestitum in certa re, si ea pereat, vel diminuatur, quando nihilominus remanent obnoxia bona hæreditaria, & num. 10. & 11.*
12 *Orationes dicuntur diuersæ, si quælibet à diuerso verbo regantur.*
13 *Oratio, an sit vna, vel multiplex, attendi debet an regatur ab vno, eodemque verbo.*
14 *Copula, &, non excludit diuersitatem orationis, quando singulæ sunt de per se perfectæ.*
Copula, &, quando continuet quidem, sed non coniungat orationes, num. 14.
15 *Argumentum à solito, an valeat in testamento.*
16 *Testamenti vna pars aliam declarat.*
17 *Testator, si aliquid fieri iusserit, & certum quid expendi mandauit, & si id non sufficiat hæres suppleat, tunc tenetur id facere, quia testator id expressit, alias secus.*
18 *Testamenti vna pars non potest aliam declarare, si non militet eadem ratio in vna parte, quam in alia.*
19 *Ius suum quando quis scit esse saluum, non tenetur aliquid protestari.*
20 *Hæres non liberatur ab actione personali, cedendo rem super qua soluit legatum annuum.*

DECISIO CLXV.

CÆSAR Pandinus in suo cum quo obijt testamento inter alia voluit, & mandauit (sunt verba testamenti) ex bonis suæ hæreditatis quotannis in perpetuum dotari tres puellas in Festo Sanctissimi Corporis Christi, in scutis videlicet 40. monetæ Romanæ pro qualibet, & ad huiusmodi effectum mandauit deputari, & destinari sc. 2000.

Cum autem domus in qua ab hærede fuerunt inuestita dd. scuta 2000. pro dotandis puellis decreuit in redditu, adeo quod eius pensiones non amplius ascenderent ad scuta 120. prout ascendebant de tempore facti inuestimenti pretendebatur per heredem esse quoque diminuendas dotes: quare dubitaui ad quam summam dotes sint taxandæ, & eas deberi ad rationem scut. 40. pro qualibet, iuxta taxationem factam in testamento, fuit responsum.

Ratio resolutionis fuit quia testator nitidis verbis taxauit dotes de quibus agitur in scut.40. pro qualibet, cuius propterea voluntas debet ab
1 hęrede advnguem adimpleri, cum † nihil sit quod magis hominibus debeatur, quam vt supremæ voluntatis liber sit stylus, vt inquit *Imperator in l.1. C.de sacrosanct.Eccles.* latè *Spino de testam.par.1.rubricæ num.16. cum pluribus seqq. fol. mihi* 11. & fuit dictum in *Tiburtina hæreditatis* 15. *Martij* 1638. *coram me*.

Nec visa fuerunt obstare verba illa, ibi, *& ad huiusmodi effectum mandauit deputari, & destinari scuta* 2000. quasi quod secuto inuestimento dicto-
2 rum scutorum † 2000. in domo, istius domus tantum pensiones dicantur obligatæ, non autem alia bona hæreditaria, ad quod comprobandum allegabatur inter alios *decis.21. de testam. in antiq.* vbi
3 firmatur, quod si testator legat † pro anniuersario faciendo duas summatas annonæ à certis personis debitas in certo loco liberatur hæres cedendo legatario ius exigendi dd.summatas ab illis, qui illas soluere hæreditati tenetur.

Quia dupliciter fuit responsum. Primò, quod
4 tunc cadit quæstio diminutionis legati, † ob diminutionem rei, quando decreuit res certa quæ fuit legato adiecta. In casu autem proposito do-
5 mus cuius fructus diminuti dicuntur non † fuit adiecta legato, sed benè destinatio scut. 2000. & sic pecunia in genere, quæ & si reinuestita fuerit ab hærede in domo, non ideo sequitur quod ob peritionem fructuum domus liberetur hęres. Nam
6 debitor † generis, quia genus nunquam petit, non liberatur ob peritionem alicuius speciei, cum idē genus possit in alijs speciebus repræsentari, *l. incendium, C.si cert.pet.in l.in naue, ff.locat. Trentacinq. var. resolut. lib.3. tit.de solut.resolut.11.num.1.& 2. Ciriac.controuers. 26.num 5.& 6.Rot.decis.76.nu.3. inter impress. post consil.Farinac.*

Secundo quod quatenus versaremur in terminis diminutionis rei certæ legato adiectæ, adhuc non esset locus diminutioni legati. Quia res ex qua solui debet legatum nempè destinatio scutor.2000. non est posita in vna, ac eadem oratio-
7 ne † cum ipso legato, quo casu staret taxatiuè, & per consequens hæres cedendo, aut assignando rem destinatam liberatus remaneret, etiam si redditus rei assignatæ, seu ipsa res postea diminueretur,
8 vel periret, † in quibus terminis loquitur *decis.11.de testam.in antiq.* cum omnibus alijs in contrarium allegatis. Sed est posita in diuersa, ac de se perfecta oratione, & sic censetur stare demonstratiuè adeo quod licet ipsa destinatio scut.2000 decresceret, vel periret, nihilominus tamen alia
9 bona † hæreditaria remanent obnoxia pro supplendis, seu soluendis dotibus scutorum 40. pro qualibet puella sicuti in pręcedenti, & quidem pa-
10 riter † perfecta oratione testator expressit: textus est expressus in *l.quidam testamento 96. ff de legat.1. & in l.Paulo Callimaco 27. §.fin.ff.de legat.3.Bart.in l.inter stipulantem, §.sacram, ff.de verbor.obligat.& in l.Lucius, num.3.ff.de alim.& cib. legat. Castrens.cons. 338.num.3.vers.sunt duæ, & vers.interdum vna, lib.1 Mantic.de coniectur.lib.9.tit.3.num.30.* benè *Lara de Cappellan.à nemine citatus lib.1.cap.15.num.20.& 21 Gratian. discept.forens.cap.256.num.56.* vbi quod
11 semper ad hunc effectum est † attendenda diuersitas orationis; & idem declarauit *Rot.in d.dec.11. num.8.& 9.de testam.in antiq. & iterum in decis.365. num.35.cum seqq.part.5.recent.*

Quod autem destinatio scutorum 2000. pro soluendo legato dotium in præsenti sit posita in diuersa oratione probatur ex testamento, vbi leguntur duę diuersę orationes separate, & perfectę, vna scilicet pro legato, altera pro destinatione ipsius
12 solutionis, & vnaquæque † oratio regitur à suo verbo vt de prima, ibi, *voluit, & mandauit, &c.dotari tres puellas in scutis* 40. & de secunda, ibi, *& ad huiusmodi effectum mandauit deputari, & destinari scuta* 2000.*&c.* ad cognoscendum enim an oratio
13 sit vna, vel multiplex, † attendi solet an oratio regatur ab vno eodemque verbo, iuxta *theoric. Bart.in l.in repetendi num.1. ff. de legat.3. Rot.coram Gregor.XV.decis.390.num.2.* & alibi sæpè, neque illa copula, &, excludit diuersitatem orationum,
14 quando † singulæ sunt de per se perfectæ; nam tunc continuat quidem, sed non coniungit orationes, vt ex *Paris.cons.38.num.26.lib.2.* & ex alijs declarat *Modern. Lusitan. de diction. vsu frequent. diction.110.num.32.*

Argumentum sumptum ex alijs legatis factis pro maritanda nepte, & construenda Cappella, in quibus Testator dixit, quod in euentum in quem
15 summa legata non sufficeret deberet hæres † supplere, vnde inferebatur, quod idem fecisset in legato dotium, si hæredem ad supplendum vltra scu-
16 ta 2000. grauare voluisset, † cum vna pars testamenti aliam declaret, *l.si seruus plurium, § fin.ff de legat.1 l.qui filiabus, ff.de legat.3.* non fuit habitum in consideratione; quia in alijs legatis agitur de augumento sortis, quod debebat pernecesse de-
17 clarari, † cum hæres alias nullatenus teneretur vltra certam summam legatam; hic verò agitur de fructibus, ac de euitanda diminutione legati specificè taxati per Testatorem in scutis 40. pro
18 qualibet puella, & ideo † cum militet eadem ratio in vno, quam in alio casu, non potest vna pars testamenti aliam declarare, vt aduertit *Menoch. cons.220.num.9.* quem sequitur *Rot.coram sanct.memor.Gregor.XV.decis 514.num.8.*

Prout nihil releuat quod Archiconfraternitas Sanctissimi Corporis Christi in Basilica Sancti Petri de Vrbe, ad cuius requisitionem sunt soluendę dotes de quibus agitur institerit coram Iudice, vt scuta 2000. inuestirentur iuxta formam testamenti; quia non ideo petijt inuestiri in hac domo, adeo quod liberata remanerent alia bona hæreditaria, & licet, non contradixerit inuesti-
19 mento in dicta domo facto, hoc euenit ex quo † sciebat ius suum esse saluum super omnibus bonis hæreditarijs, & se habere contra hæredem actionem personalem tam ex testamento, quàm ex transactione cum ipso inita super solutione earundem dotium, ad rationem pariter scutor.40.
20 quæ quidem actio personalis non euitatur, ex eo quod hæres vellet cedere domum in qua pecunias inuestiuit, vt ex *Bald.in l.creditor 28.in princip.ff.si cert.pet.* comprobat *Ciriac.controuer.440.num.17.*

Et ita decisum vtraque, &c.

DECISIO CLXVI.

R. P. D. BICHIO
Romana Donationis.
Lunæ 16. Martij 1643.
Est impressa inter Bichio in Tom. 1. Decis. 119.

REVERENDISS. P. D. CERRO.

SACRÆ ROTÆ DECANO,

Romana Saluiani,

Veneris 17. Aprilis 1643.

ARGVMENTVM.

Saluianum interdictum quibus concurrentibus intret. Bona quantumuis sint prohibita stricte alienari, & hypothecari, &c. nihilominus immissio potest concedi super commoditate percipiendi fructus donec, & quousque, &c.

SVMMARIVM.

1 *Creditum cum hypotheca, probandum venit in iudicio Saluiani.*
2 *Stipulatio releuationis indemnitatis, quando dicatur commissa.*
3 *Possessio de tempore obligationis probanda venit, vt obtineatur in iudicio Saluiani.*
4 *Item possessio aduersarij de tempore motæ litis, quæ probatur ex ipsa litis substentatione.*
5 *Domus, si sit prohibita quoquomodo vendi, aut alienari irrequisito proprietario sub pœna caducitatis, tunc super ea non potest constitui hypotheca.*
6 *Alienatio etiam latissimè sumpto vocabulo, hypothecam etiam comprehendit.*
7 *Venditio, & alienatio quid comprehendat.*
8 *Per Hypothecam simplicem bona non alienantur, sed remanet in bonis hypothecantis.*
9 *Immissio potest concedi super commoditate percipiendi fructus.*
10 *Commoditas percipiendi fructus venit in generali obligatione, & semper remanet hypothecabilis, quamuis omnis hypotheca prohibita fuerit.*
11 *Quod procedit etiam in materia feudali.*
12 *Fructus percipiendi, qui habet facultatem, & commoditatem, alienare non dicitur obligando illos.*
13 *Saluianum etiam intrat, ratione commoditatis percipiendi fructus cadentis, seu obligatione generali.*
14 *Et conceditur immissio creditori, in possessionem rei prohibitæ alienari, & ad quem effectum.*
15 *Immissio, quando conceditur super commoditate percipiendi fructus, non tangitur substantia rei, aut vtile dominium.*
16 *Domino directo nullum præiudicium inferatur, si alius habeat vtile dominium, & iste alteri fructus consignet, vt sibi satisfaciat de suo credito.*
17 *Fructus percipiendi facultas, quando non sit perpetua, nec ad hæredes extraneos transitoria.*
18 *Emphyteusis, quando est hæreditaria, tunc primus acquirens potest illius fructus, ne de eius vita durante, sed perpetuo etiam hypothecare in præiudicium emphyteutæ, & quorumcumque hæredum, & successorum.*
20 *Emphyteusis acquisitio, quando fuit facta ex titulo oneroso, tunc sanè primus acquirens potest præiudicare cæteris, & num. 21.*

DECISIO CLXVII.

ANNO 1580. Vincentius de Vetera super vna eius domo dotali imposuit annuum perpetuũ censum scutorum 35. sortis principalis scutorum 500. ad fauorem filiorum, & hæredum bon. mem. Hieronymi Verospij sub fideiussione q. Lutij Lilij, quam dictus Vincentius impositor releuare, & indemnem seruare promisit sub obligatione Camerali, *Summar.* illorum de Vetera *num. 1.*

Decessit postmodum dictus Lutius fideiussor instituto sibi hærede vniuersali Torquato de Vetera eius nepote, cui quandocunque decedendi substituit primum filium masculum Valerij, si vocabitur Lutius Lilius, sin minus secundum, seù illum, cũ qui huiusmodi nomen, & cognomen habuerit, cũ facultate illud assumendi, eodem *Summario num. 3.* Vnde cum per obitum Torquati factus fuerit locus substitutioni præfatæ in fauorem Lutij Vincentij Lilij secundi geniti dicti Valerij, & ab Ersilia Zimenes cessionaria creditorum census fuisset euicta vna domus hæreditaria dicti Lutij Lilij fideiussoris, fuit pro releuatione indemnitatis introductum Iudicium Saluiani à Lutio Vincentio Lilio substituto contra Petrum Paulum Rosciolum detentorem vnius domus olim spectañ. ad q. Vincentium principalem debitorem dicti census, & sententiam fauorabilem immissionis super cõmoditate fructuum à Iudice ab A.C. deputato obtinuit, à qua commissa tantum in deuolutiuo causa appellationis in Rota, dubitaui, an immissio sit reuocanda, vel confirmanda, & Domini confirmandam esse dixerunt.

Quia cum de validitate dubitari non possit, & legitimatio personarum insinuetur in actis ex fide de obitus Torquati primi hæredis instituti, & ex testibus deponentibus Lutium Vincentium Liliũ esse filium secundogenitum Valerij, eiusque cognomen assumpsisse statim, ac notitiam habuit de obitu Torquati, primogenitum vero dicti Valerij ante obitum d. Torquati ingressum fuisse Religionem Canonicorum Lateranen. ibique Professionem emittendo diminue nomen, & cognomen Testatoris quod habebat. Iustitia patet ex concursu trium extremorum ad obtinendum in hoc Iu-
1 dicio, Creditum enim † cum hypotheca probatur ex Instrumento census, in quo Vincentius sub obligatione Camerali promisit releuare indemnem Lutium fideiussorem iuncto alio Instrumento im-
2 missionis obtentæ ab Ersilia pro fructibus d. census super domo hæreditaria Lutij, per quam fuit commissa stipulatio releuationis, *Rota in recent. decis. 456. num. 2. part. 2.* Possessio vero domus, de qua
3 agitur † de tempore obligationis probatur ex Instrumento acquisitionis factæ per Vincentium ab illis de Naris, à quibus fuit inuestitus de d. terreno, super quo domum postea fabricauit, dicto *Summario num. 6.* Iunior autem possessio Rosciolo
4 satis probatur † ex litis substentatione, *Capuss. quen.*

quen.decis.369.par.2. Cæsar.de Graff. decis.4.de restitut.spoliat.

Non obstat defectus hypothecæ ex eo, quod domus hæc emphyteotica prohibita quoquomodo vendi, aut alienari irrequisito proprietario sub
5 pœna † caducitatis. Quia præter quod non fuit
6 expressè prohibita hypotheca, nec alienatio latissimè sumpto vocabulo, quæ hypothecam etiam compræhenderet, *glos. in l. final. verbo, vel hypothecam, C. de rebus alien. non alienan. Soccin. consil. 75.*
7 *num. 2. lib. 1.* sed solum venditio, & alienatio, † per quam scilicet ius illud emphyteoticarium, in alterum transferatur, quæ nullo modo capit simplicem hypothecam per quam bona non alienantur
8 sed remanent † in bonis hypothecantis, *l. pignus, C. de pignor. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 28. num. 51. cum duobus sequentibus. Rot. diuers. decis. 426*
9 *num 6. & 7. part. 1.* Immissio † fuit solum concessa super commoditatem percipiendi fructus, quæ venit in generali obligatione, & semper remanet
10 hypothecabilis quantumuis omnis † hypotheca prohibita fuerit, vt post *Bartolum in l. si is qui, §. vsusfructus nu. 2. ff. de pignor. tradit Negus. eo titulo 2. membr. 5. part. num. 9. ante med. vers. Tamen hoc non obstante, Aym. consil. 213. num. 2. Menoch. consil. 1022. num. 6. vers. tertia est dubitatio, & num. 7. & 2. cum pluribus seqq. Gratus consil. 54. num. 14. & seqq. lib. 1. Giurba ad consuetud. Messan. cap. 1. gloss. 2. par. 1. n. 110 Gratianus discept. forens. cap. 43. num. 11. cum seqq. Rota coram Put. decis. 111. lib. 3. in correct.* Quod idem
11 in materia feudi tradunt *Ioan. Faber. in §. Item seruiana num. 26. vers. sed fructus instit. de actio. Isernia in cap. Imperialem num. 3. ibique Aluarott. & cæteri communiter de prohibit. feudi alienan. per Federicum Alex. consil. 18. num. 4. ante med. versic. sed hanc obligationem lib. 5. Clarus attestans de communi, §. feudum, quæst. 31. num. 9. Rosental. de feud. cap. 9. conclus. 10. num. 4. versic. hoc omnibus placet, Scrader. eodem tract. par. 8. cap. 1. num. 25. ad fin. vers. licet feudum, Coler. de process. execut. par. 2. cap. 3. num. 289. cum pluribus seq. & præcipuè num 295. Kapper. decis. German. 39. nu. 12*
12 *cum seqq.* qui enim habet facultatem, & commoditatem percipiendi fructus alienare non dicitur illos obligando, *Molin. de primogenit. Hispan. lib. 1. cap. 20. num. 10. cum seqq.*

Et ratione huius commoditatis cadentis sub
13 obligatione generali intrat Saluianum, † & conceditur immissio creditori in possessionem rei prohibitæ alienari ad effectum, vt immissus tan-
14 diu fructibus, & commoditatibus † fruatur donec sibi de suo credito satisfiat, *Specul. de pignor. §. 1. num. 30. in fin. vers. creditor tamen, Coler. dicta par. 2. cap. 3. num. 29. cum seqq. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. glos. 7. num. 49. cum sequent.* & dixit *Rota in Romana Saluiani 15. April. 1622. coram bon. mem: Merlino, impress. apud Cincium de censibus in ordine 403. num. 7. 8. & 9.* Non enim modo immissio da-
15 tur in ipsa re, vt tangatur † eius substantia, aut vtile dominium ad hoc, vt Domino directo inuito alter introducatur, sed ad effectum dumtaxat percipiendi commoditates ex quarum perce-
16 ptione nullum Domino directo præiudicium infertur, *Coler. vbi sup. cap. 3. num. 297. Kopper. d. dec. 39. num. 11.*

Minus obstat, quod huiusmodi facultas per-
17 cipiendi fructus non sit perpetua, † nec ad extraneos transitoria, sed restringatur ad vitam obligantis, & tandiù duret, quandiù durat ius obli-
18 gantis: Obiectum enim † procedit in emphyteusi ex pacto, & prouidentia, secus in merè hæreditaria, prout hæc acquisita à laicis pro se, & hæredibus, in hac enim primus acquirens potest illius fructus nedum eius vita durante, sed perpetuo obligare, & hypothecare in præiudicium
19 emphyteutæ, & quorumcumque hæredum, & successorum, & ab eis causam habentium, vt distinguendo tradunt, *Ruin. cons. 176. num. 13. & 14. lib. 1. Alexand. cons. 173. num. 3. & 4. lib. 2. Roland. cons. 55. num. 39. cum seqq. lib. 3. Caldas. de emphyt. extinct. lib. 4. cap. 5. num. 75. Scapucc. de Saluian. lib. 2. quæst. 10. num 3. Gratian. discept. forens. cap. 43. n. 15. Rota in Cæsenaten. emphyteusis 14. Decembris 1635. coram bon. mem. Merlino.* Præsertim, quia acquisitio fuit facta titulo oneroso, dum Vincentius
20 non solum promisit prositu infructifero annuum canonem soluere, sed domum suo proprio ære fabricare, quo casu reputatur sicut reliquum pa-
21 trimonium, & primus † acquirens potest absq; difficultate hæredibus successoribus, & ab eis causam habentibus præiudicare, *Marescott. variar. resolut. lib. 1. cap. 74. num. 3. & 4. Rota in Perusina de Alphanis 4. Decembris 1624. & 2. Maij 1625. coram bon. mem. Coccino.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. CARRILLO.

postea Præside VALLISOLETANO.

Fanen. Prædij.

Lunæ 20. Aprilis 1643.

ARGVMENTVM.

Iustam causam litigandi fouens, non solet condemnari in expensis, & licet iusta causa satis probetur, dum quis duas obtinuit sententias fauorabiles, tamen id non procedit, quando fuerunt reuocatæ. Litium expensæ viuæ, quæ dicantur, Rota in taxandis honorarijs Aduocatorum, & Procuratorum, quid seruet. Expensæ accessus Iudicis ad locum differentiæ sunt reficiendæ.

SVMMARIVM.

1 *Iudex secundæ instantiæ condemnans victum in expensis, censetur etiam condemnasse in expensis primæ instantiæ.*
2 *Quamuis de expensis primæ instantiæ nulla fuerit facta mentio.*
3 *Sententias duas pro se habens, præsumitur habere iustam causam litigandi.*
4 *Causam iustam litigandi haberi solet excusari à redditione expensarum.*
5 *Sententia fauorabiles aptæ sunt ad inuitandam præsumptionem causæ iustæ litigandi, intellige quando fuerunt reuocatæ, illa non releuant.*
6 *Rota non attendit iustam causam litigandi ad condemnationem expensarum litis.*
7 *Litium expensæ viuæ nuncupantur, nempe registri, citationum, examinis testium, extractionum scripturarum, & similium.*

Rota

8 *Rota in condemnatione expensarum, in taxandis honorarijs Aduocatorum, Procuratorum, &c. non condemnat ad totam summam.*

9 *Sed tantummodo alicuius quantitatis Iudici bene visæ & quæ resiquisita sint respicienda.*

10 *Iudicis expensæ ob accessum eius ad locum differentiæ sunt reficiendæ.*

11 *Finis litium, quando ventilatur plurimum iuuat inspectio loci, & euidentia rei.*

12 *Probatio, quæ fit per euidentiam rei, cæteris omnibus præfertur probationibus.*

13 *Expensæ factæ, pro accessu Iudicis ad locum differentiæ dicuntur iudiciales, quare debent refici.*

14 *Iudicis accessus potest dici à parte aduersa approbatus dum à decreto desuper emanato non appellauit.*

15 *Accessus Iudicis ad locum differentiæ, quando per partem fuit approbatus, approbata etiam dicitur expensa, eius occasione facta.*

16 *Consequens, qui vult censetur etiam velle antecedens.*

DECISIO CLXVIII.

PEtro Paulo Leonardo petenti, taxari expensas contra Comitem Petrum Aloysium condemnatum per tres sententias conformes Rotales, reuocatorias aliarum duarum de partibus obijciebatur expensas partibus non deberi, vel saltem non in eadem quantitate contenta in listis pro d. Leonardo exibitis. Quare dubitaui an expensæ prædictæ debeantur, & pro qua summa, & eas deberi fuit responsum in summa, de qua infra.

Quandoquidem quantum attinet ad primam inspectionem, nimirum, an expensæ præfatæ de-
1 beantur, † certum est, eas deberi, quia quando Iudex appellationis victum condemnat in expensis, illum condemnasse intelligitur, etiam in expensis primæ instantiæ, quamuis de expensis pri-
2 mæ instantiæ nullam † fecerit mentionem. *Felin. cap significauerunt num.7.de except.Marsil.in l.patre, vel marito num.71.ff.de quæstion. Asin. in praxi iudic. §.32.ampliat.7.Menoch. lib.2. præsumpt.88. num. 1. Castill.decis.86.num.5.& 6.*quos, & alios refert, & sequitur *Giurb.decis.81.num.1.*

3 Nec in præsenti releuat, quod primæ duæ sententiæ de partibus fuerint propitiæ dicto Comiti Aloysio, qui propterea habuerit iustam causam
4 litigandi, quæ excusare † solet à restitutione expensarum *l. qui solidum §. etiam, ff. de legat. 2. vbi Bart num.1.& in l.properandum, §.sicut etiam in princip.C.de iudic.Alexan.cons.119.num.12.lib.2.*

Quia, cum illæ duę primæ sententiæ fuerint ex eisdem actis in Rota reuocatæ, non sunt aptæ ad
5 excusandum ab expensis, *vt ex Innoc.in cap.finem de dol.& contum.& ex Ioann Monach.in cap.cordi de appellat.verb.in expensis lib.6.in indiuiduo fuit dictum in decis.10.de dol & contum.in nou.*& declarat *Vestr. in prax.lib.8.cap.2.nu.10.* Nec alias nostrum Tri-
6 bunal attendit iustam causam † litigandi ad effectum vt videre est apud *Cæsar.de Graff.decis.5.n.10 de restit.spoliat.* & apud *Cassad. decis.2. nu. 2. de rescript.*& sequitur *Put.decis.246 lib.2. & decis. 373. n.2.lib.2 in correct.cum alijs cumulatis per Add. ad Buratt in decis.921.n 9.*

Quantum verò pertinet ad quantitatem expensarum, quæ est secunda inspectio, Domini dixerunt, eas esse taxandas in scutis 120. monetæ, quia ex listis in actis exhibitis, apparet, expen-
7 sas processales, viuæ nuncupatæ, vt potè † registri, citationum, examinis testium, exactionum scripturarum, & similium, ascendere ad scuta 47.& b.48.& propterea omnes sunt reficiendæ *l. properandum, §.fin.autem, Cod. de iudic. vbi Iason. num.14. Rota decis.283.num.1.par.1. recent. & decis. 161.num. 2 coram Vrgellen.* Reliquæ autem respicientes honoraria Aduocatorum, & Procuratorum, & accessum Iudicis Maceratæ ad locum differentiæ, vna cum Notario, & famulo, licet in listis calculatę in maiori summa, moderatæ fuerunt ad scuta 72. & b.52 attendendo stylum Rotæ in hac materia seruari solitum, id est de
8 non † decernenda restitutione totius summæ erogatæ in honorarijs Aduocatorum, & Procuratorum, sed tantummodo alicuius quantitatis Iu-
9 dici † benè visæ, habita ratione requisitorum, de quibus *in l.1.§.in honorarijs, ff de var. extraord. cognit.Vestri in paxi lib.8.cap.2.n.11.*& fuit dictum in *Lunen. Sarzanen. expensarum 28. Maij 1627. coram bon.mem.Coccino, relata in dicta decis.161.n.3.in fin. coram Vrgellen.*

Nec hæsitatum fuit, quin expensæ factæ pro
10 dicto accessu † ad locum differentiæ, debeant quoque refici, quia cum quæstio esset circa fines
11 prędij, plurimum † iuuabat inspectio loci, & euidentia rei *l.si irruptione 8.vbi glos.ff. fin. regund. Rota coram Gregor.XV.dec.575.*vbi quod talis pro-
12 batio cæteris quibuscumque † præfertur, & ideò dicitur actus necessarius, maximè cum de eo fuerit habita ratio in decisione causæ emissa *sub die 10.Decembris 1638.coram Reuerendissimo D.meo*
13 *Dunozet. Decano*, vnde expensæ eius † occasione factæ, dicuntur iudiciales, ac vti tales debent victori restitui, ex notatis per *gloss.in cap.statutum §.insuper verb. moderatas de rescript.in 6.*& in terminis similis accessus, dixit *Rota in Firmana Fortis 28.Nouemb.1612.coram bon.mem.Pirouano.*

Vltra quod sufficeret dicere, talem probatio-
14 nem fuisse à parte approbatam, dum † Iudex præuio decreto, mandauit fieri accessum, & ab hoc decreto non fuit appellatum, ex notatis in *l.ab eo, C.quom.& quan.Iud.benè Giurb.dec.70.n.12.* vbi plures concordantes allegat. Si igitur appro-
15 bata fuit probatio † proueniens ex accessu ad locum differentiæ, approbata quoque censetur impensa eius occasione facta, iuxta vulgatam regulam, quod, qui vult consequens, vult etiam antecedens necessarium ad illud *cap. præterea, vbi glos.verb.simpliciter de offic.de legat. l.cui iurisdictio, vbi Bart.in fin.Ias.n.2.ff.de iurisdict.omn.iud.*

Et ita decisum, vna tantum parte informante, altera sæpe sępius citata, diuque expectata, ac informare, non curante &c.

REVERENDISS. P. D. CERRO

SACRÆ ROTÆ DECANO.

Romana Fideicommissi de Iuuenalibus.

Lunæ 20. Aprilis 1643.

A R-

ARGVMENTVM.

Fideicommissarius non potest petere immissionem vigore *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. tollend.* quando non constat de possessione de tempore obitus, Simulatio perperam dicitur probari, si deficiat causa ipsa simulationis etiamsi ad sint coniecturę, ex quibus solet probari, & induci præsumptio simulationis, & conquassantur plures adductæ coniecturæ.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum conceditur etiam ex instrumentis de nouo repertis.*

2 *Restitutio in integrum aduersus sententiam conceditur etiamsi iniustitia non sit notoria, cum ad hunc effectum sufficiat qualibet iniustitia.*

3 *Et hoc eò magis, quando agitur de vnica sententia.*

4 *Fideicommissarius non potest obtinere immissionem vigore l. fin. C. de edict. Diu. Ard. tollend. deficiente possessione de tempore obitus.*

5 *Contradictor legitimus ad impediendam immissionem vigore l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll. quando quis dicatur.*

6 *Cessio, quando est simulata, & effectum non sortita, non iuuat.*

8 *Coniecturæ non releuant ad probandam simulationem quando non fuit doctum de præcedenti causa simulationis.*

9 *Simulatio in cessione arguitur, quando credens remansit in possessione rei cessę*

10 *Clausula*, constituti, *elidit præsumptionem simulationis, ex continuatione in possessione.*

Cedens, si continuet in possessionem rei cessæ, non ex hoc præsumitur simulatio, si talis continuatio, sit iure familiaritatis inter affines. nu. 10.

11 *Declaratio facta super re, quæ ab animo declarantis pendet, est attendenda.*

12 *In possessione, quando quis est iure familiaritatis, omnes actus possessorij ab eodem facti, præsumuntur eodem iure facti.*

13 *Actui alicui interueniens ex aliqua dispositione municipali, huiusmodi consensus sibi non præiudicat.*

15 *Consensus præstans non simpliciter, sed cum clausula præseruatiua*, sine præiudicio &c. *ius suum ei remanet illæsum.*

16 *Consensus præstitus cum clausula præseruatiua, est conditionalis, itaut stante præiudicio, non dicitur consensus præstitus.*

17 *Clausula*, non alias, aliter, nec alio modo, *remouet consensum ab actu, perinde, ac si non esset actus gestus*

18 *Enunciatiua emanata incidenter ad alium finem, & effectum non probat in diuerso casu.*

Et maximè si agatur principaliter de veritate enunciati.

19 *Coniecturæ præponderantes elidunt alias coniecturas, & destruunt.*

20 *Bona non sufficit, quod fuerint descripta in inuentario, dum constat male fuisse descripta.*

21 *Mandatum de manutenendo non conceditur, nisi possessori.*

22 *In Dominum, & possessorem quando non possit dubitari, quod quis fuerit recognitus.*

23 *De cessionis effectuatione, quando satis dicatur constare.*

DECISIO CLXIX.

DOMINI dixerunt constare de causis restitutionis in integrum ad fauorem Isabellæ Menichellæ, & sic recedendum esse à decisis coram me sub die v4. Ianuarij 1642.* quia sententia de qua agitur, iniusta detegitur ex instrumento
1 hodie producto, † quod sufficit, vt restitutio sit concedenda *Soccin. iun. conf. 128. num. 158. lib. 1. vbi de magis communi. Cephal. conf. 180. num. 12. vers. sed his non obstantibus lib. 2. Rota coram Caputaq. decis. 94. part. 3. & coram Reuerendiss. Vrgellen. decis.*
2 137. *num.* 7. etiamsi iniustitia non esset † notoria, cum ad hunc effectum sufficiat qualibet iniustitia. *Rota in recent. decis. 635. num. 4. in fin. par. 2. & decis. 345. num. 1. par. 6. & decis. 50. num. 2. par. 7. coram Card. Caualer. dec. 164. num. 1. vers. & quod iniustitia, & coram bon. mem. Buratto dec. 452. num 6.* &
3 eo facilius † cum hic agatur de vnica sententia *Fontanell. decis. 272. num 22.*

Iniustitia autem deducitur, quia conceditur immissio Confraternitatibus SS. Apostolorum, SS. Trinitatis, & S. Marię Consolationis, ac Monasterijs Pauperum Puellarum Dispersarum, & S. Catharinæ de Funarijs super medietate domus magnæ positæ in platea S. Mariæ de Monticellis, ac super alijs domunculis illi contiguis, cum supposito, quod sint subiectæ fideicommisso q. Cęsaris Iuuenalis ad fauorem dictorum locorum piorum purificato, quod tamen in facto non subsistit, quia licet dd. domus ab initio possiderentur à Cæsare fideicommissario communiter, & pro indiuiso cum Alexandro eius fratre, tamquam bona paterna, & materna, vt apparet ex inuentario bonorum paternorum, & maternorum confecto à Mario filio Alexandri hærede Cæsaris producto à dd. locis pijs, attamen ex dicto instrumento nouiter reperto constat; quod Cæsar cessit Alexandro fratri omnia iura sibi cōpetentia super bonis maternis, & paternis pro solutione debitorum scutorum quatuor millium auri, quæ ipse debebat Alexandro pro debitis hæreditarijs ab ipso solutis de proprio, & pro alijs, quę Cæsar restituere debebat occasione administrationis bonorum communium, *vt in Summ. Isabellæ num. 1.* vigore cuius cessionis portio spectans ad Cæsarem fuit acquisita ab Alexandro, qui in totum euasit Dominus, & possessor dd. domorum, & per consequens cum prædictæ domus exierint de dominio, & possessione Cæsaris fideicommissarij antequam ille moreretur, & transierint ad Alexandrum authorem Isabellæ, non poterant dd. loci pij tamquam fidei-
4 commissarij Cæsaris obtinere † immissionem super illis ex remedio *l. fin. C. de edict Diu. Adr. toll.* deficiente primo extremo huius iudicij, scilicet possessione de tempore obitus *Castr. cons. 155. num. 1. lib. 1. Bursatt. cons 372. num. 1. lib. 1. Decian. respons. 76. num. 1. lib 3. Rota decis. 599. num. 1. par. 3. recent.* & fuit dictum *in Ariminen. fideicommissi 28. Iunij 1641. coram me §. Iniustitiam pariter,* vbi in specie agebatur ac effectum restitutionis in integrum:

grum, præsertim contra Isabellam, quæ, cum tamquam hæres Alexandri iusto titulo supra-
5 dictæ cessionis possideret, erat legitima contradictrix ad impediendam immissionem. *Rota in Bononien. de Florauant. 18. Iunij 1601. coram Lancellotto, & in Romana Palatij 5. Iunij 1602. coram Sacrato, & Romana fideicomm. de Zuccaris coram Reuerendissimo D. meo Dunozetto Decano.*

6 Non obstat, quod ista cessio dicatur † simulata, & effectum non sortita. Quia coniecturæ ad hun effectum adductæ non docto de præcedenti
7 causa simulandi, † nihil operantur, vt est inconcussa Doctorum sententia, quorum magnum numerum refert *Farin. de falsit. & simulat. quæst. 162. num. 130.* & perpetuò tenuit *Rota, & signanter post 2. vol. cons. eiusdem Farin. decis. 297. num. 4. & in recent. decis. 307. in fin. par. 1. & decis. 344. num. 3. par. 4 & coram Buratto decis. 99. numer. 1. & decis. 365. numer. 3. & vtrobique Adden. sub littera A.*

Præterea omnes sunt leues: quia prima, &
8 principalis, quod Cæsar non obstan. cessione facta Alexandro continuauit in possessionem dd. domorum vsque ad obitum, non releuat ex
9 duobus. Primo, quia in instrumento cessionis † adest clausula, constituti, ad fauorem Alexandri, per quam clausulam eliditur præsumptio simulationis oriens ex continuatione possessionis. *Menoch. de arbit. iud. cas. 39. num. 6. Tiraq. de iure constit. limit. 9. numer. 4. & seqq. Mantic. de tacit. lib. 11. titul. 31. num. 56. cum alijs per Farinac. dict. quæst. 162. num. 233. & Rota coram Card. Caualer. decis. 13. num. 4. & post Pacif. de Saluian. decis. 40. num. 5.* quia stante præcedenti acquisitione Ale-
10 xandri continuatio possessionis † Cæsaris eius fratris simul cum eo conuiuentis, & cohabitantis præsumitur iure familiaritatis, ex qua propterea nulla potest elici coniectura simulationis, vt in puncto *Socc. sen. consil. 62. num. 4. lib. 1. Mar. Antonin. var. resolut. 88. num. 14. versic. præsumptio quarta, Grat. decis. Marchiæ 90. num. 16. & 17. Rota coram bon. mem. Gregor. XV. decis. 401. numer. 16. & in Feretrana prædij 1. Iulij 1641. coram R.P.D. meo Bichio.*

Et huius facti veritatem aperuit Alexander, qui in mandato procurę facto in personam Horatij de Fabijs ad petendam manutentionem dd. domorum asseruit, & declarauit, quod ipse motus pietate, ac iteratis precibus Cæsaris fratris consensit, quod iste possit cum eo cohabitare, vt subleuaretur ab expensa alterius habitationis. Quæ declaratio facta super re depen-
11 dente † ab animo Alexandri est attendenda, *Menoch. vbi supra cas. 86. num. 6.* & actum dictæ habitationis quatenus esset dubius declarat *Buratt. decis. 279. num. 17.* & hinc educitur etiam responsio ad secundam coniecturam desumptam ex locationibus dd. bonorum, & exactionibus pensionum factis à Cæsare post cessionem: quia
12 dum ex prædictis conuincitur, quod † Alexander erat Dominus, & verus possessor, & Cæsar possidebat solum iure familiaritatis, locationes, & exactiones prædictæ præsumuntur factæ à Cæsare eodem iure familiaritatis, vt in proposito respondit *Negusant. consil. 8. num. 53. versic. potest etiam, & seqq. Ruin. consil. 34. num. 13. lib. 1.* benè *Curt. iun. consil. 108. num. 26. Menoch. vbi sup. cap. 160. num. 15.*

Minus obstat tertia deducta ex eo, quod Marius filius Alexandri eo præsente, & non reclamante descripserit in Inuentario bonorum hæreditariorum Cæsaris medietatem dictarum domorum tamquam spectantium ad hæreditatem Cæsaris. Quia vltra quod ex Inuentario non
13 apparet, quod Alexander † interfuerit illius confectioni, sed solum eius consignationi, placuit responsio, quod ipse interfuit tamquam pater præstando consensum iuxta dispositionem Stat. Vrb. lib. 1. cap. 152. ad effectum vt Marius eius filius cum eius consensu posset validè adire hæreditatem Cæsaris: & ideo cum non consenserit nomine priuato, sed ratione, & obtentu officij
14 à iure municipali, & statutario sibi commissi, huiusmodi consensus sibi non præiudicauit, iuxta *text. in l. cum quædam, C. de administrat. versic. per quem text.* ita in specie respondit *Bald. cons. 101. numer. 2. lib. 2.* quem sequitur *Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloss. 9. num. 141.*

Præsertim cum Alexander consensum simpliciter non præstiterit, sed cum clausula præseruatiua *sine præiudicio omnium, & quorumcumque Iu-*
15 *rium suorum*, quæ præseruat † illæsa omnia iura, *Rota decis. 785. numer. 4. par. 1. diuers.* & reddit actum conditionalem, adeout si inferatur præiu-
16 dicium habeatur † pro non facto *Paris. consil. 23. num. 142. lib. 1. Put. dec. 34. sub num. 1. lib. 2. in correct. & in recent. decis. 340. num. 12. par. 5. & in alijs per Rub. singular. par. 4. clausula 754. num. 6. fol. 459.* addita etiam clausula, *& non alias, aliter, nec alio*
17 *modo*, quæ † remouet consensum ab actu perinde, ac si non esset gestus, *Grat. consil. 138. num. 13. lib. 1. Caputaq. decis. 82. num 4. par. 3. Rota in recent. decis. 115. numer. 6. circa med. par. 1. & decis. 104. num. 34. par. 6.*

Denique non releuat quarta in eo fundata, quod Alexander ratificauerit impositionem census factam super vna ex prædictis domibus à Mario cum enunciatiua, quod illa esset eiusdem Ma-
18 rij. Quia talis enunciatiua emanauit † incidenter ad alium finem, & effectum, & ideo hodie non probat dum principaliter agitur de veritate enunciati *Rota coram Buratt. decis. 349. num. 4. & in recent. decis. 279. num. 5. par. 5.*

Et eo facilius Domini inclinarunt in hanc sententiam, cum Isabella non nitatur solum dicto Instrumento cessionis, sed vlterius pro ea con-
19 currant actus positiui, † & coniecturæ preponderantes, quæ contrarias elidunt, & destruunt. Constat enim, quod Alexander eius auctor statim habita notitia, quod Marius eius filius descripserat in inuentario dd. domus tamquam hereditarias Cesaris, constituit Procuratorem ad petendam eius nomine manutentionem super illis
20 ad effectum, vt ex illa descriptione † non posset vllo vnquam tempore sibi inferri preiudicium, & vt in Summario *num.* 4. qui prior illam petijt, & ser. ser. obtinuit, vt in Summario secundæ positionis *pariter num.* 4. Hinc enim apparet, quod Alexander non solum consensit dictę descriptioni dum illam impugnauit, sed quod ea non obstante suam possessionem continuauit, dum obtinuit
21 mandatum de manutenendo, † quod non conceditur

ceditur nisi possessori, *Rota coram Card. Caual. decis. 217. num. 2. & decis. 101. num. 1. cum pluribus allegatis per Buratt. decis. 221. num. 2.*

Et quod plus est, Marius post hæc locauit vnã ex prædictis domibus nomine, & tamquam Procurator Alexandri: ex quo manifeste conuincitur, quod ipse cognouit Alexandrum pro Do-
22 mino, & † possessore, dum eius nomine, & tanquam Procurator illius locationem fecit, *vt in Romana successionis 28. Iunij 1641. coram Reuerendiss. D. meo Decano*; Et hinc patet subsistere, quod dicebatur de ineffectuatione dictę cessionis: quia dum ex prædictis apparet, quod Alexander eius vigore acquisiuit possessionem, & eam
23 † semper continuauit, nulla maior potest haberi effectuatio.

Et ita vtraque &c.

Decisio ista emanata coram eodem Reuerendissimo Decano 24. Ianuarij 1642. erit infra in Appendice.

R. P. D. CARRILLO.

Postea Præside VALLISOLETANO.

Romana Dotis.

Lunæ 20. Aprilis 1643.

ARGVMENTVM.

Executiue licet non sit procedendum contra tertium possessorem, cum tunc sit agendum via ordinaria, tamen id non procedit, quando agitur vigore statuti Vrbis lib. 1. cap. 85. dantis viam executiuam contra tertium possessorem in materia dotali sub generali obligatione bonorum veniunt etiam bona emphyteotica hæreditaria.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ validitas colligitur ex reuolutione actorũ.*
2 *Contra tertium possessorem, non datur via executiua.*
3 *Statutum Vrbis cap. 85. lib. 1. concedit viam executiuam etiam contra tertium possessorem, in materia dotali.*
4 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 85. cum sit decisorium seruandum venit in omnibus Tribunalibus Vrbis.*
5 *Creditum dotale benè iustificatur ex publico instrumẽto obligatione Camerali vallato.*
6 *Clausula*, constituti, *benè probat possessionem constituentis contra singularem successorem, causam ab eo habentem.*
7 *Præsumptio l. fin. C. de præscr. 30. vel 40. annor. stante cursu 30. annor. intrat.*
9 *Præscriptio contra vxorem, quoad bona dotalia; non currit viuente marito.*
10 *Præscriptio non currit contra minorem, & quatenus currat conceditur restitutio in integrum.*
11 *Surd. in decis. 105. num. 2. & alij per eum allegati in quibus terminis loquantur.*
12 *Dotis solutio potest argui, ex pluribus, & vrgentibus coniecturis id suadentibus.*
13 *Prohibita alienari, etiam lato sumpto vocabulo non possint comprehendi sub generali obligatione omniũ bonorum.*
14 *Emphyteusis dicitur mera hæreditaria, si sit concessa pro se, & hæredibus quibuscumque.*
Clausula, pro se, & hæredibus quibuscumque, *æquipollet clausulæ*, & quibus dederit, *num. 14.*
15 *Clausula*, ex quibus dederit, *facit, vt in concessione censeantur inclusi quicumque hæredes etiam extranei.*
16 *Clausula*, & quibus dederit, *facit, vt concessio dicatur alienabilis irrequisito Domino, & sine eius consensu.*
17 *Et ideo potest primus acquirens rem emphyteuticam obligare, etiam in præiudicium vocatorum.*
Sub obligatione dotali veniunt etiam bona emphyteutica hæreditaria, num. 17.
18 *Emphyteusis hæreditaria comprehenditur sub generali dispositione.*
19 *Quod procedit etiamsi ad sit pactum de non alienando in contrarium appositum, quia intelligitur ad fauorẽ Domini.*
20 *Pactum de non alienandis bonis emphyteuticis, non alterat naturam emphyteusis hæreditariæ transitoriæ ad quoscumque etiam extraneos.*
Itaut per dictum pactum non impeditur primus acquirens, ne illam obligari possit, maxime fauore dotis. num. 20.
21 *Verba quando importent similitudinem quoad omnia.*
22 *Prohibitum quoad vnum, quoad cæteros dicitur permissum.*
23 *Via executiua concessa à statuto Vrbis fauore dotis, procedit etiam contra bona emphyteutica.*
24 *Emphyteusis, est quid diuersum à materia dotali.*
25 *Agentis paupertate stante hoc casu non videtur æquã attendere ad vnguem rigorem, & formalitatem iudiciorum.*

DECISIO CLXX.

MAndatum A. C. relaxatum ad fauorem Petri Eutitij creditoris scutis 500. monetę occasione dotis maternę contra Dominicum Lucatellum possessorem vineæ hæreditarię Rosati dotis promissoris dixerunt DD. exequendum fore vti validum, & iustum.

1 Validitas enim apparet ex reuolutione processus, nec ea potest infrigi ex eo, quod d. Eutitius egerit executiuè contra Lucatellum dictæ vineæ emptorem, quasi quod contra eum vti tertium
2 possessorem non potuerit † dari via executiua, iuxta notat. per *Alex in l. à Diuo Pio, §. si super rebus, num. 28. versic. & pro hoc benè facit, ff. de re iudic. Aretin consil. 86. in fine. Rota coram Greg. XV. decis. 330. num. 2. & decis. 59. num. 1. coram Durano.* Quia hoc cessat quando prout hic fuit
3 actum pro consequutione dotis, † pro qua Statutum Vrbis in cap. 85. lib. 1. concedit in specie viam exequutiuam, etiam contra tertium, *Rota decis. 161. numer. 4. par. 4. recent.* Quod quidem Statutum cum sit decisorium seruatur in
4 omnibus Vrbis Tribunalibus, vt de stylo testatur *Salust. Tib. in prax. A. C lib. 2. cap. 35 num. 13.* & ad effectum de quo agitur dixit *Rota in Romana dotis de Millinis 17. Februarij 1578. coram Robusterio, quæ est la 51. in ordine inter impress. per Modern. glossat. Brasichellen. ad Stat. Vrb.* & magis de recenti fuit dictum in *Romana dotis 14. Februarij superioris anni corã Reuerendiss. P. D. meo Dunoz. Decano.*

Iustitia verò probatur ex eo, quod creditum dotis scutorum 500. promissæ à Rosato Margaritæ eius sorori ex qua natus est Euritius, vt plenè concludunt testes iustificatur
5 † ex publico instrumento dotali, obligatione Camerali vallato; dictumque Rosatum possedisse vineam, de qua agitur, pariter probatur ex instrumento venditionis factæ per eum dicto Lucatello, cum clau-
6 sula constituti, † quæ benè probat possessionem constituentis contra singularem successorem causam ab eo habentem, *Angel. in leg. quædam mulier, ff. de rei vendic. Tiraq. de iur. const. par. 3. lim. 3. num. 11. in fin. & num. 23. Ruin. cons. 169. in fin. lib. 1. Grat. consil. 42. num. 12. & 13. lib. 2. Natt. consil 439. num. 3. Rota coram Greg. XV. decis. 362. num. 1. & 2. coram Durano decis. 49. num. 3.*

Non obstat, quod ab anno 1604. quo fuit celebratum instrumentum dotale vsque ad annum 1641. quo fuit mota lis, effluxerint anni 30. &
7 vltra, † & sic intret præscriptio, *l. sicut in rem 3. cum concordan. C. de præscript. 30. vel 40. annor.* vel præsumpta dotis solutio cum non præsuma-
8 tur maritus negligens in exigenda dote, dum † sustinet onera matrimonij, ex allegatis per *Surd. in decis. 105. num. 2.* Quia matrimonium durauit ab anno 1604. vsque ad annum 1614. de quo tempore obijt maritus superstite dicto Eutitio filio tunc in infantili etatæ constituto, qua propter
9 sicut † præscriptio currere non potuit contra mulierem constante matrimonio. *l. in rebus, §. omnis, C. de iur. dot. Fulgos. cons. 216. num. 1. versic. secundum verò, Abb. consil. 32. num. 1. vers. ad diem lib. 1. Alex. consil. 83. numer. 11. versic. benè fateor lib. 6. Rota coram Caualer. decis. 213. num. 7.* ita nec valuit aduersus pupillum, *d. l. sicut de præscript. 30. vel 40. annorum, vers. sed pupillari,* cum
10 ibi notatis per DD. & quatenus † cucurrisset daretur aduersus eam restitutio in integrum ex capite ignorantiæ, *Rota decis. 573. num. 1. in fin. par. 3. recent. & coram bon. mem. Coccino decis. 50. n. 10.* & fuit dictum in similibus terminis in *Spoletana Saluiani 3. Iuly 1639. coram bon. mem. Merlino.*
11 *Surdus vero in dicta decisione 105.* & † cæteri DD. per eum congesti non fundatur in sola negligentia mariti, sed in alijs pluribus, & quidem
12 vrgentibus præsumptionibus, & † coniecturis solutionem dotis pernecesse concludentibus, & ideo non applicantur huic casui vbi tales præsumptiones, & coniecturæ non adsunt.

Nec aduersari visum fuit, quod vinea, de qua agitur, sit sub directo dominio Ecclesiæ, & in instrumento inuestituræ adsit pactum de non
13 alienando etiam latè sumpto vocabulo, & propterea non potuerit comprehendi sub generali obligatione omnium bonorum Rosati, vt in terminis dotis, ait *Rota in decis. 555. num. 1. par. 1. rec.* Quoniam inter cæteras responsiones datas per
14 Informantes placuit illa nempe, † quod in præsenti versamur in primo acquirente, ac in emphyteusi merè hæreditaria cum sit concessa cum clausula (pro se, & hæredibus quibuscumque) quæ æquiparatur clausulæ quibus dederit *Rip. in l. quæsitum, §. si quis num. 5. de priuileg. credit. Rolan. cons. 69. num 34. lib. 1. Seraph decis. 559. num. 8.* clausula autem quibus dederit, facit vt in confessione
15 includantur quicumque hæredes extranei *Curt. iun. cons. 4. num. 4.* cum alijs relatis per *Caldas. de nominat. emphit. lib. 2. quæst. 10. num. 14. & quæst. 23. num. 30. & 31. eod. lib. Rot. decis. 50. num. 1. par. 3. recent. & decis. 293. num. 2. coram Caualerio,* & con-
16 cessio dicatur alienabilis irrequisito Domino, & sine eius consensu, *Dec. cons. 390. num. 8. Socc. cons. 7. num. 24. lib. 3. Paris. cons. 2. num. 23. & 29. lib. 1. Mantic. de tac. & ambig. lib. 22. tit. 19. nu. 24. Grat.*
17 *disceptat. forens. cap. 481. num. 60.* & ideo benè † potuit primus acquirens eam obligare etiam in præiudicium aliorum vocatorum, *Menoch. cons. 431. num. 46. & 47. Surd. cons. 305. num. 32. 35. & seqq. Caualer. decis. 219. num. 15.* & in terminis obligationis dotis, *Corbul. de iur. emphit. de caus. priuat. ob alienat. lim. 20. num. 4. & 5. Gratian. disceptat. forens. cap. 511. n. 10.*

Idque procedit etiam si obligatio fuerit generalis omnium bonorum sine expressione huius
18 vineæ emphyteuticæ, quia emphyteusis † hæreditaria comprehenditur sub vniuersali dispositione, *Menoch. consil. 129. num. 15. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit. 9. num. 5. in fin Caualer. d. decis. 293. num. 1. vers. & sic erat.* Absque quod releuet pactum de non alienando in contrarium appositum cum illud concernat solum fauorem Domini di-
19 recti, qui de hoc in præsenti non opponit, nec est in lite, nec ob dictum pactum alteratur natura emphyteusis hæreditariæ transitoriæ ad quoscumque etiam extraneos, itaut impediatur primus acquirens ne illam obligare possit maximè fauore dotis ex superius allegatis, & tradit *Andr. dec. 105. num. 13.*

Vlterius prohibitio huiusmodi non videtur absolutè concepta quoad omnes personas, sed so-
21 lum quoad personas prohibitas ponderando illa verba, *ò altra persona prohibita,* quæ denotant similitudinem inter omnes *Alex. cons. 76. num. 14. vers. non obstant illa verba, lib. 4. Osasch. decis. 167. nu. 7. Surd. cons. 21. num. 14.* & ideo quoad alias personas non videtur expresè prohibita, vt tradunt *Alex. cons. 173. n. 5. in fin. & n. 6. lib. 2. Ruin. cons. 213. n. 6. lib. 1. Rota in Cesanaten. emphyteusis 14. Decemb. 1635. coram bon. mem. Merlino.*

Quod autem via executiua concessa à statuto
23 pro dote procedere possit etiam contra † rem emphyteuticam visum est satis subsistere cum non fuerit actum super validitate inuestituræ, sed aut super comprehensione, vel actione reali, sed
24 super credito dotali, qui articulus est ab † ipsa inuestitura, & re emphyteotica satis alienus itaut intret *decis. 296. num. 14. & seq. par. 6. recent.* maximè
35 stante paupertate † agentis, quo casu non videtur æqum attendere vnguem ad rigorem, & formalitatem iudiciorum ad tradit per *Rot. decis. 72. num. 7. par. 1. diuers.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. ROIAS

postea Episcopo TERRACINEN.

Romana prætensæ Nullitatis Contractus.

Veneris 24. Aprilis 1643.

ARGVMENTVM.

Auus licet non possit dare tutorem nepoti impuberi, tamen si eum hæredem instituat, & prohibuit, ne vsumfructum in dictis bonis habeat eius pater, & tunc stante tali institutione in hæredem potest dare ei tutorem. Testator, si plures tutores pupillo reliquerit, censentur insolidum dati, quod procedit etiamsi dati sint cum dictionibus taxatiuis, quia ad hoc requiritur expressa prohibitio testatoris, vt vnus sine alio non possit administrari.

SVMMARIVM.

1 *Auo regulariter non est permissum tutorem dare nepotibus in patris potestate recasuris.*
2 *Pater, si per expressam probibitionem statuit, vt filius non modo vsumfructum, sed etiam administrationem bonorum suorum in quibus hæredem suum instituit eius nepotem ex dicto filio.*
Et tunc licitum est dicto Auo relinquere alium tutorem d. nepoti, & id quilibet alius extraneus facere potest, & num. 3. & 4.
5 *Pupillum, quando quis facit hæredem potest ei relinquere tutorem, etiamsi pupillus sit sub patria potestate.*
6 *Pater respectu bonorum filio relictorum in quibus ei fuit prohibitus vsusfructus, reputatur, ac si esset extraneus.*
Tunc enim videtur cessare effectus patriæ potestatis circa administrationem dictorum bonorum.
7 *Tutor datus filio, ab eo, qui eum hæredem instituit, & prohibuit ne eius pater habere vsufructum in dd. bonis.*
Certè talis tutor confirmandum venit per Iudicem, cum tunc instituens habeatur loco patris. num. 8.
9 *Tutor quilibet ex pluribus tutoribus datis, potest solus administrare.*
Tutores plures dati, censentur dati in solidum. n. 9.
10 *Quod procedit, etiamsi in constitutione adsint dictione, & clausulæ cnmplexiuæ, nisi etiam adsit voluntas Testatoris, & num. 11.*
11 *Tutores plures dati, censentur in solidum dati, nisi expressa Testatoris probibitio adsit, ne vnus sine alio administret.*
Vnde dictiones, simul, coniunctim & similis, vel referuntur ad actum ipsiusmet testatoris nempe nominationis, vel ad ipsam administrationem, ne scilicet diuidatur, num. 12. 13. & 14.
15 *Tutor, si potuit facere aliquem actum, licet sine plures tutores, frustra ponitur in controuersiam, an solus potuit se gerere tamquam administratorem.*
16 *Tutores plures, quando vnus sine alio non possit actum aliquem facere.*
17 *Testatoris prouisio non debet extendi de vno casu ad alium.*
18 *Aretin. in cons. 26. n. 5. quo casu loquatur, & n. 19.*
20 *Irresolutio est perniciosa in rebus agendis.*
21 *Interpretatio illa non est admittenda, quæ inducit probibitionem administrandi per vnum dumtaxat.*
22 *Interpretatio illa sumi debet, quæ probibitionem reijcit.*
23 *Mater pupilli, quando existit in medio, tunc non est locus alterius tutoris, vel administratoris.*
24 *Text. in auth. matris, & auiæ, C. quand. mult. tutel. offic. non solum procedit in tutela, verum etiam in cura.*
25 *Mater non est exclndenda à tutela filij impuberis, licet testator solam matrem non nominauerit in tutorem.*
26 *Maater, si communiter reputebatur, tamquam tutrix filij impuberis, tunc non est dubitandum de actibus ab ea gestis ad fauorem pupilli.*
27 *Tutor etiam non legitimus, dum publicè babebatur pro legitimo si contraxerit ad fauorem pupilli valet talis actus.*
28 *Reputatio communis facit ius.*
29 *Litium multarum superuenientia excusat, si non adimpleatur præceptum testatoris, deducendo impuberem in aliquo loco.*
30 *In litibus exercendis, vtilior esse solet, & quasi necessaria præsentia Domini.*

DECISIO CLXXI.

CONSTARE de legitimatione personæ D. Mariç Cattaneæ Costæ responderunt Domini siue vti tutricis Philippi impuberis sui filij vti potius administraticis bonorum eiusdem Philippi: Dominam enim Mariam fuisse ab Octauio Costa dicto Philippo suo nepori deputatam, & à Iudice confirmatam tutricem, & rursus ab eodem Octauio nominatam Administraticem constat ex aperta dispositione eiusdem Octauij in eius cum quo decessit testamento, necnon respectiuè ex Iudicis decreto, neque hoc pro parte Abbatis Ambrosij conuertebatur, sed cum tota quæstio reduceretur ad duo; Primum scilicet, An dictus Octauius poterit testamento dare tutricem Philippo suo nepoti adhuc viuente D. Benedicto patre dicti Philippi, & filio d. Octauij: Alterum verò, An cum fuerit dati plures administratoris potuerit sola D. Maria altera ex ipsis administrare, & consequenter gerere contractum de quo quæritur DD. in vtroque capite tenuerunt sententiam affirmatiuam.

1 Nam quoad primum licet regulariter non sit Auo permissum tutorem dare nepotibus in potestate patris recasuris, *§. permissum instit. de tutel.* Nihilominus quia Octauius Auus per repetitam, & expressam voluntatis suç declarationem prohibuerat filio Benedicto non modo vsumfructum,
2 sed etiam administrationem suorum † bonorum, in quibus hçredem suum instituebat Philippum ex dicto Benedicto nepotem, non est dubitandum quin respectu dd. bonorum (quorum administrationem palam est, quod posset vnicuique confer-
3 re, eam prohibendo Benedicto † patri instituti per text. expressum *in §. 1. auth. vt licet matri, & auiæ*) potuisset etiam vti quilibet alius extraneus
4 eidem † impuberi instituto designare tutricem *ad text. in l. pater hæredi 4. ff. de testam. tutel.* quæ accedente Iudicis confirmatione verè sit tutrix, *l. si Patronus 4. ff. de confirmat. tut. vel curat.* etiamsi
5 † impubes institutus sit sub patria potestate, vt benè decisum refert *Mastrill. decis. 59 num. 4. 5. & 8.* & notant *Thesaur. iun. quæst. 74. num. 1. in fin. vers. & hoc habet locum lib. 4. qui sub num. 3. sequitur dictam decis. Mastrill. Grat. discept. 680. num. 4. vers. nam extraneus, ac Giurb. ad consuet. Messanen. cap. 7. glos. 3. par. 1. n. 54.*
6 Et ratio est euidens, quia cum pater † respectu

bonorum in quibus non habet administrationem
reputetur, ac si extraneus *ex not. per Bart. in l. his
nulla, num. 9. ff. de iudic. Menoch. de recuper. remed.
9. num. 86.* cum alijs per *Pascal. de virib. patriæ po-
test. par. 1. cap. 2. num.* 84. videtur quodammodo
cessare effectus patriæ potestatis circa administra-
tionem dd. bonorum, merito quoad ipsam sit
substinendus tutor à Iudice confirmatus, & datus
impuberi ab instituente eum, quasi quod insti-
8 tuens respectu † suæ hæreditatis habeatur tunc
loco patris, vt ex *l. nemo* 58. *de hared.instit.* notant
*Bald. in d. l. si Patronus in fin.& ibi Addent.ad Bart.
litt. D. ff. de confirmat. tutor.* cum cæteris per *Grat.
dict. discept.*680.*nu.*4.*vers.quo casu.*

Quo vero ad secundum regula est affirmatiua,
9 quod quilibet ex pluribus tutoribus † potest solus
administrare, quia censentur insolidum constituti
ad *text. express. in l si plures* 3.*l.decreto* 25.*§.si duo-
bus, ff. de admin.tutel.l.*1.*C.si ex plur.tutor. cum simil.
per Rotam coram bon. mem. Coccino decis.*378.*num.*7.
10 neque ab hac regula † est recedendum per solas
dictiones, & clausulas complexiuas adhibitas in
eorum destinatione nisi vlterius concurrat etiam
11 † expressa prohibitio, ne vnus absque alio admi-
nistret *Specul.titul.de instr. addit.num.*47.*vers.vel di-
stingue, Bart. communiter receptus cons.* 147. *per tot.
lib.* 1. & sequuntur *Capr. cons.* 54. *num.*1.*ad fin. &
num.* 2. latè *Castill. decis.*116. *per tot. cum aliis per
Gratian. discept.* 812.*num.*27. *&* 28.*Buratt dec.*389.
12 *per tot.* quia tunc † dd. dictiones coniunctim, si-
mul, & huiusmodi vel referuntur ad actum ipsius-
met testatoris nempe nominationis, vt voluit
*Bart.d.cons.*147.*num.*2.*versic.respondeo* quem sequi-
tur *Gratian. d.discept.*812.*num.*6. *vers. tamen ista*,
vel ad ipsam administrationem ne scilicet diuida-
13 tur † inter plures nominatos, vt considerauit *Ca-
still. d. decis.*116.*num.*9.

Neque in præsenti casu poterat elici similis
prohibitio, ne vnus absque alio administraret ex
eo, quod Octauius in nominatione sex admini-
stratorum voluerit, quod in casu discordiæ præ-
14 ualeat sententia duorum, in quam venerit D.
Commendator à Puteo iuxta *trad.per Aretin.cons.*
26. *num* 5.*vers.sed in casu nostro,* quia prætermisso,
quod cum dicta dispositio annexa nominationi
administratorum non sit applicabilis præcedenti
dationi tutorum expressa absque dicta considera-
15 tione casus discordiæ, itaut dum sola vti tutrix
potuit gerere actum de quo quæritur, frustra po-
natur in controuersia, an sola potuerit etiam ge-
rere vt administratrix, ad trad. per *Ruin. cons.* 89.
num. 11.*& seq. lib.*5. Placuit responsio, quod non
videtur procedere tale argumentum, in casu di-
scordiæ præualeat sententia vnius partis, ergo
vnus ex eis non potest solus absque alijs admini-
16 strare, si quidem dispositio emanata in casu di-
scordiæ sicut præsupponit, quod omnes alij actu
administrarent ita minimè est trahenda ad alium
casum, in quo per non administrationem aliorũ
cesset tale suppositum, quia prouisio testatoris
17 non debet extendi de casu ad casum, vt in his
terminis *Crauett. cons.* 699. *num.* 8. *& seq. & Ca-
still. d. decis.* 116.*num.* 9. ad propositum *Calderin.
cons.* 45.*vers. item ille tit. de testam. Franc. in cap fi-
nal.§. sanè num.* 5. *ante fin. de testam.in* 6, *Panormit.
cons.*65.*num.*3. *in* 3. *dub. lib.* 2. *Sanchez cons. moral.
lib.*4.*cap.*1.*dub.*44 *sub num.*4.*Cancer.var.resol.par.*1.
cap. 7.*num.* 34.*in nouiter impress., Ioseph. de Sess. de-
cis.* 51. *num.*2.

18 Nec *Aretin. d. cons.* 26. aliud suadet † stante
diuersitate casuum in illo enim cum testator con-
cessit tribus ex pluribus nominatis facultatem
administrandi occasione qua cæteri recusassent,
vel obijssent, vel essent impediti, supposuit non
omnium administrationem Octauius vero Costa
omnibus generaliter administrationem concessit,
item in illo necessariò erat dicendum, quod testa-
tor concesserat tribus facultatem, quia noluerat
administrationem geri à minori administratorũ
19 numero, quàm trium ex pluribus nominatis, in
hoc autem Octauius non alia de causa videtur
disposuisse, quàm quod in casu discordiæ præua-
leret sententia eorum, in quam iuisset Dominus
Commendator à Puteo, nisi ad euitandam perni-
20 ciosam in rebus agendis inresolutionem (quæ ar-
gumento textus in *l. ille à quo, §. tempestiuum ff. ad
senat.cons.Trebell.* propter æqualem dissentientium
potestatem prouenit à parium votorum discordi
21 sententia,) vt inde meritò sit excludenda alia
interpretatio, quæ inducat prohibitionem admi-
nistrandi per vnum dumtaxat ad tradit. in specie
per *Bart.d.cons.* 147.*num.*2.*vers præterea,lib.*1.& ge-
22 nerale est, quod ea interpretatio sumi debet, quæ
prohibitionem reijcit ex congestis per *Surd. cons.*
383.*num.*19.*& seqq.* cum simil.

Preterea ex abundanti fuit etiam considera-
tum, quod quatenus ex voluntate testatoris pro-
hibentis simpliciter, & absolutè administratio-
nem Domino Benedicto patri huius infantis cer-
tum sit opus esse tutore, vel curatore in bonis ab
eodem testatore relictis, ideo aut Octauius testa-
tor voluit omnes posse insolidum administrare,
& potuit sola Domina Maria, aut voluit quod
vnus absque alijs nominatis non possit admini-
strare, & tunc quia per non administrationem
vnius cessasset facultas omnium, vtique ad D.
Mariam solam spectaret hoc munus tamquam
23 matrem impuberis qua existente in medio non
esset locus dationi alterius tutoris, seu admini-
stratoris, *auth.matri, & auiæ, C. quan.mul.tutel.offic.*
24 cuius dispositio procedit † etiam in cura vt ibi
aduertit *glos. verb. tutel. & Bart. num.* 7. nec esset †
25 excludenda ex eo quod testator solam matrem
non nominauit ad bene *trad. ad proposito per Bald.
cons.* 308. *per tot. lib.*2. *& in l. cum magistratus n.* 2.
C. quand.pronoc.non est necesse quem refert, & sequi-
tur *Gratian.d. discept.*812.*num.*29.*& seq.*

Ideoque cum sola D. Maria meritò tanquam
mater communiter reputetur pro tutrice, seu ad-
26 ministratice dicti filij impuberis † iniquum vide-
retur dubitare de validitate contractus ab ea in
vtilitatem sui filij, etiam si solemniter, seu legitimè
non esset talis qualis reputatur, vt in specie matris
se gerentis pro tutrice firmauit *Soccin.sen.cons.*153.
*n.*5.*vers. respondeo in primis vol.*2., & generaliter de
27 quolibet tutore non legitimo, † dũ tamen publicè
se gerebat pro tali, & contraxerat ad fauorem pu-
pilli alias dixit *Rota decis.* 89.*nu* 9. *par.*2. *diuers. &
decis.* 47. *num.* 2. *vers. quod eo magis par.* 3. *recent.*
28 nam tali † casu communis reputatio facit ius, vt
in specie animaduertit *Caputaq. decis.* 323. *num.*4.
par. 3.

Et

Et nihil obstare visum fuit, quod D. Mariæ fuerit priuata tutela, & legatis in casu, quod infra annum non peteret Ciuitate Albinghæ, quia stante superuenientia plurium litium excusatur
29 si non † adimpleuit præceptum testatoris ex quo huiusmodi præcepta semper intelliguntur dummodo non superueniat iusta causa *Panormit. in cap. 1. num. 5. ante med. versic. & hoc verum qui matr. accus. posses. Rebuff. de priuil. scolar. priuil. 76. nu. 6. Tiraquel. ad l. connub. glos. 1. num. 39. in fin. Capic. decis. 135. sub num. 2. Gomez. var. resolut. tit. 2. cap. 10. num. 24. vers. addo tamen, Molin. de rit. nupt. lib. 1. cap. 23. num. 52. vbi de commun. Soccin. de matrimon lib. 1. disput. 40. num. 6. Palaez de maior par. 1. quæst. 57. num. 47. ad med. & sequent. Guttier. de matrim. cap. 23. num.* 18. & talis iusta causa visa
30 fuit DD. occasio † tot litium in quibus exercendis vtilior esse solet, & quasi necessaria præsentia Domini, vt admonet *Bursat. cons. 294. n. 14. & 15. & Duran. C. de vxor. milit. col. 2. in fin.*

Et ita vtraque parte informante. &c.

REVERENDISS. P. D. CERRO.
SACRÆ ROTÆ DECANO.

Recanaten. Manutentionis.

Veneris 24. Aprilis 1643.

ARGVMENTVM.

Hæres tenetur capere possessionem bonorum defuncti, cum eius possessio in eum non continuetur. Vsusfructus statim mortuo vsufructuario ministerio legis, transit in proprietarium, etiam ignorantem, vsufructuarius licet dicatur habere mandatum in re sua, & agere possit sine mandato proprietarij, tamen id intelligitur, quo ad vsumfructum quo ad proprietatem. Vsumfructuarius æquiparatur hæredi grauato, quoad alienationem.

SVMMARIVM.

1 *Possessio defuncti non continuatur in hæredem absque noua apprehensione.*
2 *Ex Possessionis defectu non potest fieri consolidatio bonorum defuncti in hæredem.*
3 *Possessionis naturalis consolidatio cum ciuili per obitum vsufructuarii, non exposcit factum hominis, sed fit ex ministerio legis, etiam contra ignorantem. n. 4.*
5 *Et tunc id potius fit per viam consolidationis, quam trasmissionis.*
6 *Clausula,* constituti, *eueniente casu restitutionis, operatur retrotranslationis promissionis, ne dum naturalis, sed etiam ciuili, & n. 8.*
8 *Manutentio, numquam datur constituenti, vel ab eo causam habenti, etiam si actualiter possiderit aduersus constitutarium cuius nomine ab initio se possidere constituit. & n. 9.*
10 *Vsufructum ad hæredem non potest vsufructuarius transmittere, cum eiusdem morte extinguatur.*
11 *Vsumfructum alicuius rei retinens videtur se constituere possidere nomine proprietarij, vnde illius hæres etiam stante clausula* constituti, *non potest prætendere manutentionem.*
12 *Vsufructuario mortuo, competit manutentio non hæredi eius, sed proprietario.*
13 *Vsufructuario, quando competit aliqua retentio, per mortem ipsius vsufructuarij, non consolidatur vsufructus cum proprietate.*
Vnde proprietario non est danda manutentio, sed hæredibus vsufructuary, num. 13.
14 *Ad hæredis manus, quando constat ingentem pecuniarum summam peruenisse, præsumitur sibi satisfecisse de suis creditis.*
15 *Prælegata facta à marito vxori, cedere non debent in satisfactionem suæ dotis, & num. 16.*
17 *Vsufructuarius an possit retrouendere census hæreditarios.*
18 *Vsufructuarius non potest propria authoritate veteres census hæreditarios extinguere, & nouos creare.*
19 *Vsufructuarius, licet dicatur procurator in re sua, & agere possit absque mandato proprietarij.*
Tamen id intelligitur in his, quæ respiciunt vsumfructum cum in alijs, quæ respiciunt proprietatem non habet aliquod mandatum.
20 *Hæres grauatus, potest censum hæreditarium extinguere, intellige, quando retrouenditio est necessaria, & coacta num. 21.*
22 *Vsufructuarius equiparatur hæredi grauatur saltem in concernentibus facutatem alienandi.*
23 *Vxor defuncti, sufficit, quod habuerit aliquam summam pecuniarum, pro satisfactione suæ dotis, vt non competat retentio.*
Retentio competere non potest pro credito turbida, & illiquido.
24 *Vsufructuario mortuo vsufructus redit ad proprietarium.*
Bona in quibus defunctus habuit, nedum vsum fructum, sed etiam proprietarium, transeunt ad eius hæredes, num. 24.
25 *Per venditionem, & assignationem rei omnis possessio omittitur.*
26 *A possessione, quando, qui cecidit facto proprio, non potest prætendere manutentionem.*

DECISIO CLXXII.

Iterum responsum * fuit manutentionem super corporibus hæreditarijs Marmilij concedendam esse Thomæ Monaldo, Ioanne Baptistæ Costantino, alijsque hæredibus substitutis à Marmilio, exceptis tamen duobus censibus scutorum 370. in sorte principali, qui fuerunt consignati Cinthiæ in satisfactionem sui crediti ab hæredibus substitutis, *Summ. Mariæ. num.* 10. & exceptis alijs, qui fuerunt Assignati Benedicto Melchiorio primo viro Mariæ Alemannæ in satisfactionem legati scutorum bis mille sibi à Marmilio relicti ab & postea ab eodem Melchiorio venditi eidem Cinthiæ, dicto *Summ. nu.* 11. & 12.

Moti fuerunt Domini ex eisdem fundamentis primę decisionis, quia scilicet mortuo vsufructuario possessio naturalis existens apud vsufructuarium consolidatur cum ciuili existente penes proprietarium, & eius ratione proprietarijs, eorumque hæredibus competit manutentio, vt latè dictum fuit sub die 27. Iunij 1642.

Non obstant tria de nouo excitata ad impediendam huiusmodi consolidationem.

Primum enim quod tempore obitus Cinthiæ non viueret Antonius proprietarius, nec Iulius Monaldus substitutus, sed solum hæredes substituto-

tutorum, quos non docetur hæreditatem adiuisse,
minusuè nouam possessionem apprehendisse,
1 adeo, vt cum in hæredem non † transferatur, nec
continuetur possessio defuncti sine noua appre-
hensione, *l. cum heredes, & l. qui vniuersas, §. quod*
per Colonum, ff. de acquir. hæred. Mond. cons. 18. num.
41. lib. 2. Surd. cons. 117. sub nu. 7. Marescott. var.
resol. lib. 2. capit. 116. num. 1. & seqq. Cyriac. controu.
forens. cap. 247. num. 15. Rota diuers. decis. 27. nu. 13.
part. 1. & in recent. part. 2. decis. 392 na. 2. & 3. & in
Anconitana bonorum coram Litta, penes Marches. par.
1. fol. 989. nu. 1. Ex defectu possessionis non potue-
rit fieri consolidatio, quæ tota pendet ab attra-
2 ctione, quam possessio, ciuilis facit de naturali,
vt subtiliter more suo docuit *Bald. in l. 1. num. 38.*
ff. de rer. diuis. Menoch. cons. 139. num. 16. Aldouin.
cons. 76. num. 24. cum alijs adductis per Gratian. di-
scept. forens. cap. 779. num. 6. Thomat. decis. March.
118. num. 9. Cessat ex facto, & ex Iure. Tum quia
ex iuribus datis pro hac parte in actis constat
Antonium primum hæredem proprietarium ex-
cepisse actualem possessionem bonorum hæredita-
riorum, eiusque substitutos pariter actualiter pos-
sedisse, & demum hæredes substitutorum fuisse
semper vti possessores approbato à Cintia. Tum †
3 quia consolidatio possessionis naturalis cum ci-
uili per obitum vsufructuarij non exposcit factum
hominis, nec traditionem, aut transmissionem,
4 sed fit ex solo † ministerio legis etiam in ignoran-
tem, *Castil. Soto maior de vsufruct. lib. 1. cap. 61.*
num. 7. & 8. Fontanell. de pact. nupt. clauf. 4. glos. 22.
num. 35. Grat. discep. forens. capit 779. sub num. 5.
in fin. Thomat. d. decis. March. 118. num. 9. Cardinal.
Mantich. decis. 167. sub num. 7. vers. absque tradi-
tione, Rota in Anconitana bonorum 3. Iunij 1628. co-
ram bon. mem. Merlino, potius per viam consolida-
5 tionis, quam transmissionis, *Rota Tudertina præ-*
dij coram bon. me. Ortembergo, impressa per Posth. post
tractat. de manut. decis. 119. sub num. 5.

Secundum quod in constitutione dotis fauore
6 Cintiæ fuerit apposita clausula constituti † quæ
eueniente casu restitutionis operatur retrotansla-
7 tionem possessionis † vsque à die promissionis, nè
dum naturalis sed etiam ciuilis, ex *l. quadam mu-*
lier. & ibi glosa verbo possessionem, ff. de rei vendic.
dixit Rota in Mediolanen. donationis de Porris coram
bon. mem. Card. Pamphilio sen. & in Ciuitatis Castel-
li bonorum coram bon. mem. Motmanno, penes Posth.
in ordine decis. 85. num. 6. & decis. 27. num. 2. Adeo
vt proinde non potuerit fauore proprietarij fieri
consolidatio, cum vtraque possessio etiam viuen-
te Marmilio constituente extiterit penes Cintiam
constitutariam. Multoque minus pretendi manu-
8 tentio ab hæredibus dicti Marmilij, cũ † hæc nun-
quam detur constituenti, vel ab eo causam haben-
9 ti, etiamsi actualiter possederit, aduersus † consti-
tutarium, cuius nomine ab initio se possidere con-
stituit, vt aduertit *Gratian. discept. forens. cap. 113.*
num. 3. Rota diuers. decis. 878. num. 3. & 4. in Bona-
nien. de Gozzadinis 4. Iulij 1618. coram Remboldo,
impressa apud Posth. in ordine decis. 145. num. 2. Fa-
cilè tollitur, quia licet Cintia vigore constituti
possideret bona Marmilij, acceptando, vsumfru-
ctum sibi à Marmilio relictum, per huiusmodi
actum renuntiauit possessioni, quam habebat, si-
10 uè potiùs declarauit, se possidere ex iure vsusfru-
ctus, quod ad hæredes non est transitorium, sed
extinguitur per mortem vsufructuarij, *Tiraquell.*
Tract. le mort. saisit. part. 3. declar. 1. num. 2. & 3. be-
nè ad propositum *Grat. discep. forens. cap. 779.*
num. 21. & 22. Capic. latro decis. 103. num. 36. Ita ut
11 per consequens hæredes Cintiæ † nullam posses-
sionem ex huiusmodi clausula consequi potuerint
vt bene arguunt *Menoch. cons. 139. num. 2. Gratian.*
dicta discept. 779. nu. 11. & 22.

Tertium, quod Cintia esset creditrix hæredita-
tis pro restitutione suæ dotis scut. 3200. nec non
pro alijs scutis 500. vt pretenditur, solutis de pro-
12 prio q. Antonio † Mattutio pro legato sibi relicto
ideoque consolidatio fieri non potuerit, minusuè
concedi manutentio proprietarijs, vt in his pun-
tualibus terminis tradit *Post. in suo tract. de manut.*
obseru. 16. numer. 42. vbi quod quando vsufructua-
rio competit aliqua retentio, per mortem ipsius
possessio naturalis non consolidatur cum ciuili
apud proprietarium nec minus eius hæredi, † da-
13 tur manutentio, sed potius hæredibus vsufructua-
rij, quod idem docuerunt *Gratian. discept. forens.*
cap. 899. num. 6. & 7. Fontanell. de pact. nuptial.
clauf. 4. glos. 22. num. 46. & seqq. vbi testatur sic quo-
que iudicasse Senatum, Franc. Marc. decis. 867. nu. 3.
par. 1. Non applicatur in facto, quia ex datis in cal-
culo DD. de Monaldis apparet ad manus Cintiæ
peruenisse ingentem quantitatem pecuniarum,
creditum dotis longe excedentem, eamque ex-
tinxisse, & retrouendisse quam plures census hæ-
14 reditarios, ex quorum pretio † præsumitur inte-
graliter de suis creditis satisfacta, vndè cessat præ-
tentio retensionis.

Nec releuat aurum argentum, & margaritas
repertas in hereditate fuisse eidem à Marmilio præ
legatas, vt dictum fuit in alia decisione veri Et
15 huic intellectui, † quasi quod propterea cedere
non debeant in satisfactionem dotis, per textum
in l. vnica, §. primum itaque, C. de rei vxor. act.
Paris. cons. 95. num. 37. vers. & propriè, ac num. 38.
par. 2. Thomat. decis. 50. nu. 105. Rota coram Burat.
decis. 291. num. 4. & in Ciuitatis Vetulæ dotis 28. Fe-
bruarij præteriti coram me. Et vlterius pecunias re-
dactas ex venditione censuum fuisse in magna
quantitate erogatas in emptione aliorum censuũ
16 ad fauorem hæreditatis. Quia, quoad † præten-
sum aurum, & argentum, prælegatum, eo etiam
secluso, Cintia consequuta fuit integram dotis
satisfactionem, *vt ex calculo dato in vltimo Summa-*
rio DD. de Monaldis. Quo verò ad alia inuestimen-
ta, præterquam de eis non docetur, nisi in modi-
dica quantitate non excedente scuta 750 non sunt
17 attendenda † ad præseruandum eius creditum,
quia licet aliqui teneant vsufructuarium posse re-
trouendere census hæreditarios, quam opinionem
defendunt *Rodric. de ann. reddit lib. 2. q. 15. num. 89.*
Ludou. Auendan. de cens. Hispan. cap. 106. num. 7.
Sess. decis. Aragon. 63. num. 3. cum seqq. Giurb. decis.
79. num. 39. verior tamen est opinio, quod vsu-
fructuarius non potest propria authoritate veteres
18 census hæreditarios extinguere, & nouos creare,
saltem sine consensu proprietarij, vt latè *Felician.*
de censib. lib. 4. c. 1. num. 7. Mastrill. decis. 47. num. 7.
& plures relati per Giurb. dict. decis. 79. num. 14. sequi-
tur Grat. discep. forens. cap. 585. num. 28. subdens
quod licet vsufructuarius dicatur procurator in †
rem

rem suã, & agere possit absque mandato proprietarij, id tamen intelligitur in his, quæ respiciunt vsumfructum, cum alijs respicientibus proprietatem non habeat aliquod mandatum. Contra-
20 ria vero opinio intelligenda † est de retrouenditione necessaria, & coacta, quæ scilicet fit à debitore census, hæc enim sicuti recipi potest ab hærede grauato, vt distinguendo inter retrouendi-
21 ditionem † voluntariam, & necessariam tradunt *Rodric. dict. quæst. 15. num. 85. cum seqq. lib. 2. Cenc. de censib. quæst. 104. num. 58. & 59. secundum nouam impressionem, latè Giurb. plures, eferens d. decis. 79. num 18. & 19. Roias in Auenionen. census 26. Iunij 1620. coram bon. mem. Remboldo, & in Romana liberationis à fideiussione 20. Nouembris 1619. coram eodem impressa apud Cenc. in ordine dec. s. 351. num. 4. & 363. num 1. cum seqq.* Ita etiam fieri potest ab
22 ipso † vsufructuario, cui hæres grauatus assimulatur, saltem in concernentibus facultatem alienandi, vt per *textum in l. fœminæ, §. illud, C. de secund. nupt. tradit. Molin. de primogen. Hosp. lib. 1. ca. sub num. 14. §. ex his tamen versic. si autem ad ius alienan. Suar. alleg. quæst. per totam, Guttierez. pract. quæst. lib. 2. qust. 17. num. 2. Monac. decis. Aragon. 17. num. 11.* Et sufficit Monaldis, & consortibus,
23 Cintiam † quãplures pecunias habuisse ad computum dotis, ad hoc, vt pro eius credito dotali, etiam non docto de integrali satisfactione, retentio interim competere non posit, tanquam pro credito turbido, & illiquido, vt sæpius dixit *Rota coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 116. sub nu. 7. cum alijs adductis in alia decis. versic. vltimo, & in pluribus relatis in Romana retentionis domorum 27. Maij 1642. coram Recerendiss. D. meo Ghisilerio.*

In alijs vero censibus, de quibus supra dictum est, manutentio dari non potest Monaldo, & consortibus, quia cum partim empti fuerint à Cintia
24 ex proprijs † pecunijs; partim assignati in satisfactionem dicti legati, cessat, quoad hos, fundamentum decisionis, & consolidationis, dicti enim census spectabant ad Cinthiam, nè dum quoad simplicem vsumfructum, sed etiam quoad plenum dominium, & proprietatem, nec per obitum Cinthię erant reuersuri ad proprietarium, sed ad Cinthiæ hæredem, imò nec minus possidebantur amplius ciuiliter à proprietarijs, cum per venditionem, &
25 assignationem omnis possessio † quæ erat apud hæredes, translata fuerit in Cinthiam assignatariam, vt docuit *Bart. in l. si constante num 47. versic. modo istud verbum, & num 98. vers. contrarium dico, ff. solut. matrim. Rota coram bon. mem. Buratto dec. 952. num. 3.* Ideoque nec consolidatio fieri potuit, nec
26 proprietarijs concedi manutentio, cum ex † proprio contractu ceciderint à possessione, *Soccin. in l. res quæ nobis num. 8. ff. de acquir. possess. Ruin. cons. 49. versic. quarto non competit. lib. 4. Menoch. de recuper. remed. 15. num. 95. Rot. decis. 2. de rer. permut. in nou. & in Romana affictus 27. Ianuarij 1627. & in Firmana domus 27. Maij 1632. coram bon. mem. Pirouano, impressa apud Posth. in ordine decis. 217. num. 27. & decis. 314. num. 4.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit standum esse in decisis, & concedendam manutentionem Monaldo, & litis consortibus super bonis hæreditarijs Marmilij, exceptis tamen ijs, de quibus supra, &c.

Sic enim fuit responsum sub die 27. Iunij 1642. coram eodem Reuerendiss. P. D. Cerro Decano, est decis. 120. supra in præsenti parte 9. recent.

R. P. D. MELTIO

Postea Episcopo PAPIEN.

Romana Pecuniaria.

Veneris 24. Aprilis 1643.

ARGVMENTVM.

Relationi peritorum à parte tacitè approbatorum standum venit sententia dicitur transire in iudicatum si intra 10. dies causa non fuerit commissa, & qualiter sit probanda diligentia desuper facta. Debitor, vt dicatur constitutus in mora consignandi debet probari, quod creditor erat paratus recipere in loco, & tempore destinato.

SVMMARIVM.

1 *Relationi periti ex officio alecti recedi non potest, si neutra pars reclamauit.*

2 *Consensus tacitus elicitur ex non reclamatione.*

Consensus tacitus efficit, vt relationi periti omnino sit standum. num. 2.

3 *Dies decem appellationis, sunt præfixi, vt infra tale tempus causa committatur.*

Sententia irrefragabiliter transit in iudicatum, si infra decem dies causa non fuerit commissa.

4 *Sententia transit in iudicatum si infra decem dies causa non fuerit commissa, nec iuuat asserere fuisse factas diligentias ad eam committendam.*

5 *Quia de dictis diligentijs constare debet in actis, quod saltem præsentata fuerit commissio infra decem dies, vel pro fidem Regentis Cancellariæ, vel D. Cardin. Vicecancellarij, vel Reuisoris.*

6 *Ex Actis omnia sunt iustificanda vt de eis habeatur ratio in iudicijs.*

7 *Ad executionem rei iudicatæ impediendam, quando non iuuet asserere sententiam esse vnicam.*

8 *Sententiæ validitas colligitur ex reuolutione actorum.*

9 *Sententia redditur nulla, dum fuit lata eodem die, quo iura fuerunt producta.*

10 *Iura non potest dici esse producta, nulla præcedente citatione ad dicendum contra iura producta.*

11 *Citationis, ad dicendum contra, defectus, reddit nullam productionem, & iura prorsus in probabilia.*

12 *Instrumentum venditionis, si fuerit inter partes celebratum, eius vigore, quis cogi potest ad implementum.*

13 *Contractus nominati pœnitentia non rescinduntur.*

14 *Ab Instrumentis celebratis, quando fuit recessum ex consensu partium tunc eorum vigore agi amplius non potest ad implementum.*

15 *Pretij restitutio, semper venit sub nomine interesse.*

16 *In Mora consignandi, quis non potest dici constitutus, nisi altera pars docuerit, se in tempore determinato fuisse paratum ad recipiendum, & num. 17.*

18 *Requisitus, quando quis esse debet ad aliquid adimplendum, tunc nisi secuta dicta interpellatione, potest dici in mora adimplendi.*

19 *Debitor minimè potest constituti in mora consignandi, vel soluendi promissum in certo loco. nisi creditor probetur paratus recipere in eodem loco.*

20 *Quod*

20 *Quod procedit etiam in casu, quo aliqua interpellatio creditores debitori fieri non debebat.*

Contractus emptionis, & venditionis, & vltra, citroque obligatorius, num.20.

21 *In Contractu emptionis, & venditionis ille prius tenetur adimplere qui prius secundum ordinem adimplere debebat.*

Hora prima, semper attendi debet, num.21.

22 *Certus, quis quando non est de consignatione, non tenetur facere expensas inanes, & frustratorias.*

23 *Paratus, quando quis non est ad recipiendum, tunc obligatus ad dandum non potest dici in mora.*

24 *Ordinem acceptans absque vlla protestatione, censetur omnia approbasse in illo contenta, & num.25.*

26 *Verba semper veniunt restringenda ad rem, & causam super qua agitur.*

27 *Ad Pretij restitutionem, benè quis potest cogi, stante illius inobseruantia contractus.*

28 *Mora, quando non possit considerari in debitore, si erat obligatus aliquid consignandi, & ex defectu aduersarij id non valuit facere.*

29 *Ex Nominum diuersitate inducta dicitur nominum, & personarum diuersitas.*

30 *Ab Instrumento dicitur recessum stante illius cessatione.*

31 *Ab Instrumento quando fuit recessum, non est in eo faciendum fundamentum.*

32 *Peritorum relationibus standum venit, in eo quod spectat ad eorum peritiam inter Mercatores.*

33 *Debitores aliquid benè informati, quando iam soluerunt alij quoque ex eadem causa debitum idem debent agnoscere.*

DECISIO CLXXIII.

FVIT hæreditas Lucæ Vitalis condemnata ab
A.C. ad restitutionem pretij soluti à Hierony-
mo Maino scilicet scutorum 945. pro quibusdam
lignaminibus, eo quia d. Vitalis considerabiles
pecuniarum summas in diuersis partitis recepe-
rat à Maino, nec debita lignamina illi consigna-
uerat, quæ pretium solutum importarent, vnde fa-
ctus debitor dd. scutorum 945. ex relatione Periti
ex officio electi, qui datum, & acceptum discussit,
1 vt in *Summar. Maini num.8.* ab illa recedi † non po-
tuit, maximè cum ab electione huiusmodi neutra
reclamante parte, eliciatur vtriusque etiam circa
2 eam † consensus tacitus, vt in *Clem.1. de Procur.
Soc.cons.291.num.13.vol.2. Dec.cons.26.num.3.* qui
consensus efficit, vt dictæ relationi omnino sit
standum ex doctrina *Abb.in c.proposuisti, num.4.*
& ibi, etiam *Felin.num.5.& 6. de prob. Rot.dec.230.
num.5.& decis.531.num.1.& decis.577.nu.8.par.1.
recentior.*

A qua sententia cum pro parte Ioannis de San-
ctis causam habentis ab eodem Vitale fuerit ap-
pellatum sub die 30. Octobris eiusdem anni, & sic
3 post lapsum decem † dierum, qui sunt præfixi pro
causarum commissione habuerunt DD. pro irre-
fragabili quod illa transitum fecerit in iudica-
tum, ex *tex.in c.ab eo in princ. vbi glos. de appell.in 6.
Clem.quamuis, §.similiter, eod.tit. Rot.decis.54 num.4.
de appell.in nou.vers.mouetur, Mant.decis.92.num.1.
& in Aquilana dotis Capellaniæ 1. Iunij 1640. coram
Reuerendiss.Constantinopolitano,* cum alijs allegatis
per *Buratt.decis.764.num.1.*

Nec ad euitandam desertionem sufficit si pro
4 parte Ioannis de Sanctis dicatur adhibitas † fuis-
se diligentias ad effectum committendi causam,
quia de huiusmodi diligentijs, scilicet quod com-
missio saltem præsentata fuerit intra terminum
decem dierum constare debet in actis, vel per fi-
5 dem Regentis Cancelleriæ, † vel Eminentiss. Car-
dinalis Præfecti Signaturæ, vel Reuisoris, *Cassad.
decis.4.num.2. de appell.* cum alijs relatis per *Add.
ad Buratt. d.decis.764.sub lit.A* de quibus cum ex
actis non constet, non releuant, etenim omnia ex
6 actis † iustificari debent, vt in iudicijs habenda
sint in consideratione, *Rot.decis.404.num.1.part.1.
& decis.49.num.11 part.5.recent.*

Ad impediendam executionem rei iudicatæ,
7 neque † releuat quod sententia sit vnica tantum,
& etiam lata extra Rotam, quia in his terminis
pro re iudicata sæpius Rota resoluit, & signanter
in *Perusina de Vbaldis 17.Iunij* 1576. *coram Hiero-
nymo Card.Pamphilio, & in d.Aquilana dotis Capel-
laniæ coram Reuerendiss.Constantinopolitano, quæ dein-
de confirmata fuit per R.P.D.meum Carrillum.*

Controuerti neque posse videntur validitas, &
8 iustitia sententiæ, nam respectu † validitatis ex
reuolutione actorum, & processuum benè iustifi-
catur, *Caputaquen. decis.260. par.2. & decis.133.
& 139.par.3.*

Casum neque facit dum ex parte Ioannis dici-
tur sententiam reddi nullam ex quo lata fuit ea-
9 dem † die, qua iura producta fuerunt, nam produ-
10 ctio emanauit † post sententiam, nec vlla præce-
11 dente citatione ad dicendum contra, † ac nulla
illorum facta admissione per Iudicem, deffectus
autem istius citationis reddit inanem productio-
nem, & iura prorsus improbabilia, secundum
*Bart.in l.Iudices in 4.notab. C.de fid.instit. Cast.consil.
382.col.2.vers.nec obstat quod Lazarus, lib.2. Seraph.
decis.697.num.8.*

Respectu vero iustitiæ de ea etiam visum fuit
12 sufficienter constare, nam licet inter † partes fa-
cta fuerint instrumenta super emptione lignami-
num, quorum vigore Ioannes conueniri tantum-
modo potuit ad implementum, & cuius loco ad
damna, & interesse, non autem ad pretij restitu-
13 tionem, cum contractus † nominati non rescin-
dantur, vt voluit, *Bart.in l.2.num.7.C.de condit.ob
caus.& in l.in ciuile, C.de rei vendic.vbi etiam Bald.
in princ. & firmauit Rot. coram Coccino decis.329.
num.4.* præsertim cum ex tenore suæ obligationis
Lucas Vitalis venditor teneri voluerit ad omnia
damna, & interesse, quæ ob non consignata ligna-
mina emptor pati potuisset, nihilominus cum à
14 contractu in dictis Instrumentis † contento fue-
rit recessum de consensu partium, vt ex *Summar.
Maini num.7.* non poterat amplius agi ad imple-
mentum, seu consignationem lignaminum, quo-
rum valor adæquaret totam pecuniam ab eo-
dem Maino solutam Vitali, sed remanebat
sola obligatio ad restitutionem pecuniarum pro
lignaminibus non consignatis, & quamuis etiam
15 à contractu non fuissent recessum, † attamen non
facta consignatione lignaminum, siue in totum,
siue in parte intrabat semper actio ad interesse, &
per consequens ad pretij restitutionem, quæ venit
sub nomine interesse secundum *Bald.in l.si traditio
quæst.4.C.de act.empt. Alex. cons.67.nu.3.lib.2. Aym.
cons.141.*

conſ.141.num.9. prope fin.lib.1. Riminald.conſil.297. num.11.& 12.lib.2.Rot.deciſ.741.num.1.par.1,diuer.

Neque releuat quod pro parte Ioannis de San-
ctis dicatur, nempè ipſum non fuiſſe moroſum
16 circa † conſignationem lignaminum, eo quia
Mainus non docet ſe poſt menſem Iunij 1639. de
quo tempore iuxta formam obligationis fieri de-
bebat talis conſignatio, acceſſiſſe, vel ſaltem mi-
17 ſiſſe perſonas idoneas † ad deſtinata loca cum
plena, & legitima facultate recipiendi dicta li-
gnamina.

Nam reſpondetur quod Ioannes non poteſt ex-
cuſari à mora, eo quia ex conuentione obligatus
erat per quindecim dies ante interpellare Mainum
ad recipiendum lignamina in loco deſtinato, &
cum conſignatio dependeret ex principali facto
Ioannis, non docto de eius interpellatione, non
18 poteſt dici † quod Mainus defecerit in adimple-
mento pro ſua parte cum non fuerit requiſitus, vt
per *Pariſ.conſ.34.num.24.lib.1.Alex.conſ.132.num.2 in fin.lib.7.*& ſic non repugnat *Rot.deciſ.219.par.5. recent.vbi ſub num.7.limitatur*, debitorem minime
19 conſtitui † in mora conſignandi, vel ſoluendi
promiſſum in certo loco, niſi creditor probetur
paratus recipere in eodem loco, quia in eo aliqua
20 interpellatio † creditoris fieri non debebat prout
in præſenti.

Accedit quod contractus tanquam emptionis,
& venditionis fuit vltro, citroque obligatorius,
qui propterea requirebat, vt prius ille fungeretur
21 officio ſuo, † qui prius ſecundum rerum ordinem
adimplere debebat, & prima mora ſemper ſolet at-
tendi, vt *Rot.* iam firmauit in *Rom.grani 15. Nouembris 1641.coram R.P.D.meo Cerro.*

Corroborantur prædicta ex eo etiam, quia non
apparet iuſtificatum à Ioanne de Sanctis, quod
poſt menſem Iunij in loco deſtinato ex conuen-
tione extarent lignamina promiſſa à Luca Vitali
eius auctore, & proinde Mainus ad effectum illa
recipiendi non debebat homines conducere, ac
22 alias impenſas facere, † cum certus non eſſet de
conſignatione, ne dd.impenſæ vti inutiles, ac fru-
ſtratoriæ redderentur, neque emptor tenetur ad
locum deſtinatum accedere quotieſcunque debi-
23 tor non eſt paratus ad † conſignationem illius
ad quod tenetur *Ioannes de Amicis conſ.152.num.2. & per tot. Rot. in ſupra alleg. Romana grani coram R.P.D.meo Cerro.*

Non obſtat, quod in ordine ſcutorum 1422. fa-
cto per Vitalem ad fauorem Card.Caietani, & di-
recto Hieronymo Maino adſit narratiua, quod
ſoluat *à conto del legname hauuto, e d'hauere, quale reſta à ſua requiſitione al foceuerde*, ex quo infertur,
24 vt † cum Mainus acceptauerit dictum ordinem
conceptum ſub narratiua exiſtentiæ lignaminum
in loco conuento, ac pecunias ſoluerit Card. Caie-
tano abſque vlla proteſtatione, cenſeatur omnia
25 approbaſſe in illo contenta, & † per conſequens
tranſmiſſionem etiam totalem lignaminum licet
per Vitalem ſolummodo narratam, *gloſ. in l.triticum, in verb.cogitauit & ibi Bart.num.2.ff.de verb.oblig. Aelx.in l qui aliena, §.is qui putabat num.5.& 6. ff.de acquir. hæredit. Rota Ianuen. deciſ.91. num.1.& deciſ.6.num.2.& 20.*

Nam reſpondetur, quod ex verbis prędictis nul-
la oritur iuſtificatio, quod in eodem loco del Fo-
ceuerde adeſſent omnia lignamina, præſertim ea,
ad quorum traditionem tenebatur vltra Inſtru-
mentum, cum ad illorum etiam computum Vita-
lis pecunias à Maino recepiſſet, quod concluden-
ter oſtendere debuiſſet, ſed d.verba referuntur ad
quantitatem correſpondentem ordini, nec vlte-
26 riorem extenſionem recipere debent cum † ſem-
per reſtringenda veniant ad rem, & ad cauſam, ſu-
per quibus exprimuntur *Surd.deciſ.215.num.6.Mobed deciſ.13. de præb.* & fuit deciſum in *Bergomen. penſionis 13.Nouembris 1626. coram Durano*, & id-
circo ex quo omnia lignamina non adfuere con-
uentus fuit Ioannes de Sanctis coram A.C.pro il-
lorum conſignatione, qui poſtmodum ad pretij
reſtitutionem benè illum condemnare potuit,
27 ſtante illius † inobſeruantia, vt per *Bald.in l.ſi traditio quæſt.4. C.de apt.empt. cum alijs relatis per Gratian.diſceptat.forenſ.cap.301.nu.1.& ſeq. & cap.692. num.18.*

Vltra quod neque ex parte Ioannis de Sanctis
dici poſſet ſufficienter ſatisfactum fuiſſe, etiamſi
in locis deſtinatis omnia habuiſſet lignamina,
quia vlterius iuſtificare debuiſſet fuiſſe factam per
28 quindecim dies ante interpellationem † ex præ-
dictis omnino neceſſariam, & vlterius quod ipſe,
vel eius miniſtri habentes legitimum mandatum
ad conſignandum acceſſiſſent ad locum conſigna-
tionis tempore deſtinato, & ex hoc non videtur,
quod aliqua mora imputanda ſit Maino, *Alex. conſ.33.num.8.lib.6. & conſil.206.ſub num.10.lib.7.*

Nec pro extinctione debiti Vitalis ſuffragantur
ordines, & receptæ pro parte Ioannis de Sanctis
exhibitæ, in quibus Vitus miniſter Arſenalis Ianuę
fatetur ſe recepiſſe lignamina aſcendentia ad va-
lorem librarum 16202. Quia cum dd.receptę non
cantent in faciem Vitalis, nec enuncient per ip-
ſum fuiſſe conſignata lignamina, ſed ſolum per
Mainum, cedere non poſſunt in extinctionem de-
biti, in quo à Perito creatus fuit debitor Vitalis,
29 ex hac enim nominum diuerſitate inducta rema-
net rerum, ac negotiorum diuerſitas, *ex text.in l.ſi idem codicilli, C.de codicill.Decian conſ.15.num.54. lib.1.Bald.in l.ex legato, C.de leg.& conſ.194.col.fin. verſic. facit etiam lib.2. Alexan. conſ.96. conſideratis num.6 lib.5.*

Nihilque refert ab Inſtrumento vltimo inter
partes facto, atque duraturo quadriennij ſpatio
ſuper emptione aliorum lignaminum fuiſſe de dd.
30 partium † conſenſu receſſum mediante illius caſ-
ſatione, & ita quod illius vigore Mainus agere
non potuerit.

Quia reſpondetur Mainum non fundaſſe inten-
tionem ſuam dicto Inſtrumento, ſed mere ſuper
ordinibus, & receptis pecuniarum factis ab eo-
dem Vitale pro lignaminibus, ad quorum tradi-
tionem ſe obligauerat extra contenta in primo
inſtrumento, quę receptę cantant pro anno 1640
& 1641. vt in *Summar. Maini num.4. & 5.* de quo
tempore primum Inſtrumentum non durabat,
cum obligatio Vitalis eſſet reſtricta in eo ſolum
ad totum menſem Iunij 1639. nec aliquid fieri de-
bet fundamentum ſuper ſecundo Inſtrumento ad
31 quatuor annos duraturo, † cum ab illo ex iam
dicti fuerit receſſum.

Et ex his cum à Perito calculatę fuerint omnes
partitæ pecuniarum receptarum à Vitale, cuius

hæreditas constituta deinde fuit debitrix scutorum 945. merito ab A.C. ad illorum solutionem condemnata fuit, quia relationibus Peritorum in
32 eo, † quod ad eorum peritiam spectat, semper deferendum est, etiamsi referant per coniecturas, & præsumptiones quando agitur inter Mercatores, *Buratt. decis. 549. num. 2. & 3.* & tanto magis creditum huiusmodi executionem mœretur, quanto Ioannes de Sanctis vti hæres Vitalis, & benè informatus iam soluit in excomputationem debiti hæreditarij scut. 200. *Rot. decis. 511. num. 1. in fine, vers. eo magis quia par. 2. recent.*

Et ita resolutum fuit vtraque parte informante.

REVERENDISS. P. D. CERRO SACRÆ ROTÆ DECANO.

Anconitana Dotis.

Veneris 24. Aprilis 1643.

ARGVMENTVM.

Executio quando dicatur cœpta, vt ea non possit impediri. Executio, vt possit impediri exceptione fideicommissi, quid requiratur, & talis exceptio non attenditur, quando sumus in terminis Auth. res quæ, C. commun. de legat. Priuilegia Dotis non transeant in extraneum, & singularem successorem, sed in filios tantum.

SVMMARIVM.

1 *Executio dicitur cœpta, quando mandatum fuit relaxatum.*
2 *Executio, quando fuit cœpta, procedendum est ad vlteriora, vt finis tandem litibus imponatur.*
3 *Contra Tertios possessores non potest agi executiuè.*
4 *Cautela Angel. in l. à Diuo Pio, §. si super n. 1. ff. de re iudic. qualis sit, & in quibus terminis habeat locum.*
5 *Fideicommissi exceptio turbida, & illiquida non potest impedire executionem.*
6 *In Hæredes transeunt omnia iura actiuè, & passiuè.*
7 *Via executiua, qua agi poterat contra aliquem eadem etiam agi potest, contra eius hæredem.*
8 *Bona libera, quando non adsunt pro restitutione dotis, tunc bona fideicommissaria sunt obnoxia tali oneri, & num. 9.*
10 *Per Exceptionem fideicommissi quando non possit impediri executio.*
12 *De Dote restituenda, quando agitur, ex fideicommisso ascendentis, & constat non adesse bona libera, tunc executio non impeditur vigore fideicommissi.*
13 *Fideicommissarij, quando non dicantur legitimi contradictores ad impediendam executionem mandati vigore dotis relaxati.*
14 *Fideicommissi exceptio, vt impediat executionem debet incontinenti doceri de eo, quod sit clarum indubitatum, & releuans.*
15 *Et ita quotidie practicatur in omnibus Tribunalibus.*
16 *Fideicommissi exceptio, quando sit efficax ad impediendam executionem.*
17 *Executiuè potest agi contra tertium, quando in actu quolibet fuit citatus, extra cautelam Castrens.*
18 *Dotis priuilegium circa prælationem non competit ad fauorem extranei, & singularis successoris.*
19 *Dotis prælationis priuilegium competit solis mulieribus, & filiis.*
20 *Mulieribus priuilegium concessum, vt in suæ dotis hypotheca præferatur omnibus mortua muliere ad solos filios transit.*
21 *Dotis hypotheca, & actio petendæ dotis vigore auth. res quæ, C. commun. de legat competit. etiam hæredi extraneo, mulieris.*
22 *Quod maximè procedit, quando viuente muliere fuit inchoatum iudicium restitutionis.*

DECISIO CLXXIV.

Postquam ad instantiam Franciscæ Lanfrancone obtentum fuerat mandatum executiuum contra bona hæreditaria q. Hieronymi Fanelli sui viri pro restitutione dotis, & præuijs pluribus decisionibus coram me firmatum Dominam Franciscam non teneri ad restitutionem mobilium quæ prætendebantur ab hæredibus d. Hieronymi, vt in decisione die 4. Iulij 1640. * confirmata sub diebus 19. Aprilis 1641. * & 7. Februarij 1642. * obijt Francisca relicta sibi hærede Diana Masseria matre, quæ dictum creditum cessit Demetrio Pieritio in satisfactionem tot debitorum Franciscæ defunctæ; vnde Demetrius pro consecutione sui crediti producta in actis cessione institit dis-
1 putari dubium, An esset procedendum ad vlteriora, & DD. affirmatiuè responderunt, quia cum per relaxationem mandati executiui fuerit iamdiù cœpta executio, *Rota in Burgen. Decimarum de Scalante 27. Octobris 1586. & in Carthaginen. Decanatus 18. Decembris 1587. coram Bubalo, cum alijs relatis in Cornetana Pecuniarum 1601. coram bo: mem. Cardin. Hieronymo Pamphilio, quæ est decisio 826. sub num. 1. vers. in casu vero de quo agitur, par 4. diuers.* conueniens est ad vlteriora procedi, vt finis tandem li-
2 tibus imponatur, *l. quidam existimarunt in fin. ff. si cert. pet.*

Nec obstat obiectum hodie excitatum, quod bona reperta in hæreditate Hieronymi sint subiecta Auito fideicommisso Galeatij, & vti talia pos-
3 sideantur ab Equite, & fratribus de Fanellis, adeo ut proinde contra ipsos tanquam tertios non possit executiuè procedi, iuxta theoricam *Alex. in l. à Diuo Pio, §. si super rebus, num. 28. vers. & benè facit, ff de re iudic.* cum præsertim sequendo cautelam *Angeli in dicto §. si super rebus num. 1.* protestati fue-
4 rint ne super his bonis vlla fieret executio, vt post *Bart. in l. ob maritorum, num. 5. vers. quæro non quid pendente dicta protestatione, l. ne vxor pro marito. dixit Rota in S. Seuerini laudi 23. Ianuarij 1638. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Cessat enim difficultas quia cum non iustificetur, nec doceatur omnia, & singula corpora reperta in hæreditate Hieronymi absorberi ab huiusmodi fideicommissis, minusque fuit discussum, & quæ bona sint subiecta fideicommisso Galeatij, & quæ fideicommisso Francisci senioris, nec demum, An ex persona Hieronymi possint super illis fieri detractiones exceptio fideicommissi tanquam
5 turbida, & illiquida non impedit vlteriorem executionem, vt firmauit *Rot. coram Card. Seraph. decis. 1200. num. 5. & 6 & in Romana legatorum de Columna 27. Ianuarij 1601. coram Sacrato impress. post Pacific. post tractat. de saluian. interdict. decis. 83. num. 10.* cum

cum seq. & alibi saepè. Praesertim quia ex datis in Summario Pieritij apparet Fanellos esse haeredes Hieronymi, & coepisse possessionem bonorum ab eo relictorum cum mandatis de immittendo obtentis tàm haereditario nomine ipsius Hieronymi, quam etiam fideicommissario Galeatij, & semper in hoc iudicio vti tales comparuisse, vnde
6 cum in haeredes transeant omnia † iura actiua, & passiua *l. pro haereditarijs, C. de haredit. act.* Eadem
7 via executiua qua † agi poterat contra Hieronymum potuit etiam agi contrà illius haeredes, *Gallesi. de obligat. Cameral. quaest. 4. num. 1. & 12. Rot. in recent. decis. 630. num. 1. par. 1. & dec. 97. num. 12. par. 7.*

Et quatenus etiam haec omnia iustificarentur
8 non releuarent, quia cum simus in † fideicommisso ascendentis, & sit inconfesso inter partes nulla alia adesse bona libera vtique eo non obstante
9 distrahi poterant huiusmodi † bona pro dotis restitutione, *Auth. res quae, C. commun. de legat. Bart. ibid. num. 4. Ias. num. 12. Couar. var. resol. lib. 3. cap. 6. num. 10. vers. propter illud. Rot. diuers. decis. 37. num. 2. part 1. & in recent. decis. 314. num. 2. par. 6* vbi in specie loquitur de bonis Aui, vnde sicut ipsi fratres de Fanelli vti successores Galeatij tenerentur ad huiusmodi restitutionem, ita multo minus per ex-
10 ceptionem huiusmodi fideicommissi possunt impedire vlteriorem executionem in istis corporibus, quod ipsimet vocarunt haereditaria Hieronymi, & fideicommissaria Galeatij.

Contraria vero procedunt quando bona possidenter alio titulo, quam haereditario, vel quàndo possessor non habet causam à debitore in qui-
11 bus casibus locum habet Angeli cautela, & loquuntur omnes allegati in dicta Sancti Seuerini Laudi, vel vbi non agitur de restituenda dote ex fideicommisso ascendentis, vel saltem vbi adhuc probatum non est alia bona non extare, tunc enim pendente probatione supersedetur in executione; vbi vero, prout hic, agitur pro rehabenda dote
12 † aduersus fideicommissaria ascendentis, & ex propria confessione haeredum probatur non existentia aliorum bonorum exceptio fideicommissi tanquam incontinenti detecta irreleuans non
13 impedit processum ad vlteriora, nec † facit fideicommissarios legitimos contradictores, cum immo ad hunc effectum sufficiat, quod incontinenti non doceatur de fideicommisso claro indubita-
14 to, & releuante, vt dixit *Rota coram Cardinali Seraphin. decis. 757. num. 1. & 2. & decis. 83. num. 11. post Pacif. de salu. interd. cum alijs relatis in dec. 185.*
15 *num. 5. & 6. cum seqq. par. 5. recent.* & ita † quotidie seruatur in praxi omnibus Tribunalibus, & in hoc praecipuè relaxantur mandata executiua contra bona haereditaria debitorum re ne mandata relaxata exequantur contra bona quae ipse possidere allegat iure fideicommissi dotis donationis, & similium, nisi doceatur de fideicom-
16 misso dote, vel donatione, † quae sit efficax ad impediendam executionem, & quae nullam patiatur difficultatem, mandatur ad vlteriora procedi dicta exceptione, protestatione, & inhibitione non obstantibus, vt dictum fuit in *Senogallien. praedij 10. Iunij 1619. coram R. P. D. meo Pirouano, & in alijs pluribus relatis in Romana seu Aesina donationis 23. Martij 1640. coram R. P. D. meo Ghisilerio.*

Idque Domini facilius amplexi fuerunt, quia DD. de Fanellis in toto hoc iudicio restitutionis dotis semper, & in quolibet actu fuerunt citati,
17 vnde licet essent tertij ex hoc solo posset † contra illos executiuè procedi, iuxta celebrem Theoricam *Castrens. in l. cum fil. fam. sub num. 3. vers. ex quibus similiter, ff. de verb. oblig.* Quam probarunt *Dec. cons. 69. num 32. lib. 2. Rum. consil. 34. in fin. vol. 5. Surd. consil. 334. num. 12. Rota plures referens in Narnien. successionis 18. Iunij 1631. coram Eminentissimo D. meo Verospio, quae est impress. post Posth. in ordine 325. & in Ciuitatis Castelli spolij 7. Maij 1638. & 10. Maij 1641. coram R. P. D. meo Ghisilerio.*

18 Nec facit quod hodie restitutio non petatur à muliere, vel filio, sed à Diana Masseria, seu Demetrio Pieritio illius cessionaria, quae licet in haeredem extraneum, & singularem successorem
19 non transeat priuilegium † praelationis solis mulieribus, & filijs competens ex dispositione, *l. assiduis, vers. exceptis, C. qui pot. in pign. hab.* vt aduertit *Alex. cons. 58. numer 4. lib. 7.* vbi quod
20 priuilegium concessum mulieribus, † vt in suae dotis hypotheca praeferatur non transit mortua muliere nisi ad filios quem sequitur *Facchin. controu. iur. lib. 10. cap. 30. §. priuilegium, circa med. vers. ad haeredes*, nihilominus transit hypotheca,
21 & actio petendi † dotẽ competens vigore, *d. auth. res quae, Gozad. consil. 97. num. 10. Add. ad Alex. d. consil. 58. num. 4. lib. 7.* & distinguendo dixit *Rota coram Card. Seraph. decis. 673. numer. 10. & seq. & in Romana Saluiani de Casalibus coram me 24. Iunij 1641. §. & in omnem casum, vers. & ea absolute est vera cõfirmata sub 11. Martij praeteriti corã R. P. D. meo Peutingero*, maximè quando, prout hic, iu-
22 dicium restitutionis ab ipsa muliere † viuente fuit inchoatum, vt eleganter prae caeteris consuluit *Menoch. cons. 33. num. 8. & 42. cum seqq. Fontanell. de pact. nupt. claus. 7. gloss. 2. par. 10. num. 48. cum seqq. Card. Seraph. decis. 618. num. 11.* & plenius in *Romana Dotis 14. Februarij 1642. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Et ita vtraque &c. resolutum fuit procedendum esse ad vlteriora non obstante fideicommisso Galeatij senioris Aui &c.

Prima haec decisio emanata in hac causa sub die 4. Iulij 1640. coram eodem Reuerendiss. D Cerro Decano est supra in praecedenti part. 8. recent. decis. 250. Aliae duae sub diebus 19. Aprilis 1641. & 7. Februarij 1642. coram eodem Reuerendissimo Decano erunt infra in Appendice, vti etiam habentur duae aliae in eadem causa emanatae coram bon. mem. Buccabella sub diebus 23. Ianuarij, & 14. Iunij 1634. Infra in hac eadem parte habetur altera decisio in hac eadem causa sub die 1. Iulij 1643. Deinde in eadem causa emanarunt plures aliae decisiones quae erunt in sequentibus voluminibus, nempe sub die 5. Iunij, & 9. Decembris 1643. coram eodem Reuerendissimo Decano, & coram bon. mem. Arguelles sub diebus 17. Iunij 1647. & 31. Ianuarij 1648. & deinde coram Eminentiss. D. Card. Othobono sub diebus 14. Martij, & 28. Iunij 1649. sunt inter eius impress. decisiones 167. & 190. Tandem emanauit altera coram R. P. D. Verospio sub die 30. Maij 1650.

R. P. D. GHISILERIO

Postea EPISCOPO TERRACINEN.

Romana, seu Ianuen. quarti dotalis.

Lunæ 27. Aprilis 1643.

ARGVMENTVM.

Bulla fel. record. Sixti Papæ V. moderatoria dotium, cum ex prœmio appareat loqui de dotibus, quæ constituuntur in Vrbe, ideoque cessat quando contractus matrimonialibus celebrantur extra dictionem Ecclesiasticam, & cum exteris ibidem habitantibus, quod latè declaratur, sicuti etiam, quod dispensatio circa dictam Bullam præsumitur ex lapsu 30. annorum sicuti in alienationibus bonorum Ecclesiæ præsumitur Beneplacitum Apostolicum.

SVMMARIVM.

1 *Beneplacitum Apostolicum ex lapsu 30. annorum præsumitur interuenisse.*
2 *Præsumptio cedit veritati.*
3 *Bulla Sixti V. moderatoria dotium non comprehendit contractus matrimoniales celebratos extra dictionem Ecclesiasticam.*
4 *Bulla Sixti V. moderatoria dotium restricta est ad dotes, quæ in Vrbe constituuntur, & num. 9.*
5 *Bulla Pij V. clarè restricta est ad dotes mulieribus cōstitutas.*
6 *Constitutio noua restringitur ad terminos constitutionis antiquæ de eadem materia loquentis.*
7 *Dictio, similis, denotat similitudinem respectu facti, modi, & qualitatum absque aliqua difformitate.*
9 *Constitutio vna benè ab alia declaratur.*
10 *Statuta, quæ principaliter diriguntur in personas, ligat subditos etiam in alieno Territorio contrahentes.*
11 *Quod tamen non procedit, quando statutentes, expressè declararunt, se nolle comprehendere subditos extra Territorium contrahentes.*
12 *Statutum, si principaliter disponat de rebus, non applicatur doctrina Bart. in l. cunctos, num. 32 C. de summ. TRINIT. & fid. Cathol. & quando intret, & num. 19.*
13 *Verborum cortex non debet attendi an statutum loquatur de rebus, vel super personis.*
14 *Bulla moderatoria dotium Sixti V. non simpliciter inhabilitat subditos ad dandam, vel recipiendam dotē, sed tantum hic in Vrbe.*
15 *Lex prohibens arrhas in Hispania, vltra decimam partem bonorum mariti, non comprehendit extraneos extra Regnum.*
16 *Statuentes censentur disposuisse super illis, qui subsunt suæ iurisdictioni, & in eorum Territorio statuentes non præsumuntur disposuisse super forensibus extra eorum iurisdictionem existentibus, etiamsi id dixissent. num. 16.*
17 *Statuentes, quando mentionem faciunt de forensibus, apparet voluisse disponere tantummodo de contrahentibus in Territorio, & non inhabilitasse personas absolutè.*
18 *Statuta loci contractus attendi debent, quando contrahitur, & non alia statuta.*
20 *Domicilia diuersa quis habere potest, scilicet originis, & habitationis, eodem tempore.*
Legibus particularibus loci, vbi contrahitur, quilibet subijcitur.
21 *Intentionis suæ fundamentum quilibet, etiam excipiēdo tenetur probare.*
22 *Replicatio sapit naturam actionis, & secundum eam regulatur.*
23 *Matrimonia possunt contrahi sine promissione dotis, & dos post incipere à traditione.*
24 *Exceptionem suam, quilibet plenè, & concludenter tenetur probare, & onus qualitates requisitas.*
25 *Statutum correctorium, vt intret debent plenè, & concludenter probari eius requisita, nec sufficiunt præsumptiones.*
26 *Mulier forensis, quæ contraxit matrimonium cum Ciue Romano, & vult vti beneficio statuti de lucro dotis, debet etiam pati præiudicium Bullæ Sixti V. moderatoriæ dotium in Vrbe.*
27 *Vnum sine alio, quando separari non possunt, tunc vnum sequitur naturam alterius.*
28 *Pars regulatur à toto integrali in quo continetur.*
29 *Ius commune attenditur, cessantibus statutis.*
30 *Quoad Dotis restitutionem, & lucrum dotale attenditur statutum domicilij Mariti, & quo ad constitutionem ipsius dotis attendi debet domicilium loci, vbi constituituitur reprobato Bald. & Afflict. num. 31.*
32 *Dotes Doctores debent intell.gi, secundum iura, quæ allegant.*
Statutum Ianuense non limitat ad aliquam summam dotium constitutionem, num. 32.
33 *Statutum Vrbis de quarto dotali aptum est de sui natura comprehendere quamcumque summam dotis.*
34 *Bulla taxationis dotium à fel. rec. Pio V. edita, an hodie dicatur in vsu.*
35 *Actus duo correlatiui non indicantur, nisi vtroque considerato.*
36 *Statutum, si probibeat recipere aliquid etiam à sponte dantibus vltra taxam, qualiter veniat intelligendum, & num. 36.*
37 *Bulla Sixti V. moderatoria dotium licet comprehendat forenses, non tamen habet locum in dotibus extra Vrbem constitutis.*
38 *Forenses quando dotem in Vrbe constituunt, tunc non intrat Bulla Sixti V. moderatoria dotium.*
Dictio, perche, est restrictiua, num. 38.
39 *Contra Bulla Sixti V. moderatoria dotium ex lapsu 30. annoorum præsumitur obtenta dispensatio, iuncta obseruantia.*
40 *Solemnitates pro validitate contractus, præsumuntur interuenisse, stante lapsu 30. annorum.*
41 *Derogatio contra aliquam Constitutionem, quod præsumatur ex lapsu 30. annorum, aliud est dicere, & aliud, quod aliqua Constitutio sit abrogata, vel vsu non recepta.*
42 *Beneplacitum Apostolicum in alienationibus rerum Ecclesiæ præsumitur ex lapsu 30. annorum.*
43 *Et tamen in extrauag. ambitiosæ de reb. Eccles. non alien. adest decretum irritans, pœna excommunicationis, &c.*
44 *Beneplacitum Apostolicum in alienatione bonorum Ecclesiæ ne dum præsumitur ex lapsu 30. annorum,*
45 *Verum etiam intrat præsumptio, derogationis, dispensationis, vel alterius tituli necessarij.*
46 *Præsumptio, quod ex lapsu 30. annorum in contractibus*

ctibus interuenerint solemnitates necessariæ, est præsumptio iuris.
47 Præsumptio iuris, æquipollet plenæ probationi, quinimo liquidissimæ probationi.
48 Solemnitates non interuenisse in contractibus, stante cursu 30. annorum asserens, id plenè, & concludenter pronbandum venit.
49 Itaut, non sufficiant probationes negatiuæ, quæ non solent admitti, quando militat præsumptio contraria iuris pro aduersario.
50 Probatio contraria, licet admittatur cõtra præsumptionem Iuris, tamen aggrauatur probatio durioribus probationibus.
51 Præsumptio, quod non interuenerit dispensatio, probatur ex diligentijs factis in eis locis, in quibus tantum expediri solent.
52 Caputaquen. decis. 45. n. 2. & 3. par. 3. quando intret.
53 Negatiua dispensationis ex quibus probationibus, & diligenijs iustificetur.
54 Possibilitas excludit necessitatem probationis, & maximè, quando pro actore concurrit aliqua præsumptio Iuris, num. 55.
56 Dispensationes, quæ per Papam fiunt mediante Chirographis, non solent registrari in libris Dataria, & Secratariæ Breuium, sed in libris Cameræ.
57 Scripturæ negatiua, non probatur ex perquisitione in illis locis, vbi deficiunt aliqui libri.
58 In Bulla Sixti V. reformatoria dotium excipiuntur derogationes concessæ, per supplicationem, motum proprium manu Papæ signatum.
59 Supplicationes de tempore Sixti V. non signabantur manu Papæ, nisi Chirographa.
60 Appellatione, motus proprij manu Papæ, signati, venit etiam Chirographum.
61 Solitum particulare, derogat solito generali.
62 Chirographa Papæ, siue concernant interesse Cameræ, siue priuatorum, solent signari, manu ipsius Papæ, & registrari in Camera. & num. 63. & 65.
64 Allegare, quòd aliquid est impossibile probare non releuat ab onere probationis.
66 Probatio negatiuæ contra triennalem possessorem, qualiter admittatur.
67 Ad probandam negatiuam alicuius Scripturæ, quando bene dicatur probata omnis diligentia.
68 Possibile, quando dicitur, quod non sit attendendum, sed solitum intelligendum venit de impossibile insolito, & suspecto.
69 Attestationes Officialium, quæ non percutiunt tempus de quo est controuersia, non releuant,
70 Stylus solet variari.
71 Stylus concedendi gratias Apostolicas vno, vel alio modo solet variari, & num. 70.
72 Decisoria omnia ea dicuntur, quæ respiciunt probationem facti, vel non facti.
73 Ad stylum probandum non sufficiunt fides extraiudiciales, sed requiritur iudicialis probatio, parte opponente.
74 Decis. in causa Romana Quarti Dotalis 17. Iunij 1641. coram bon. memor. Pirouano, quo casu loquatur.
75 Constitutio Vrbani VIII. edita de Anno 1641. circa præseruationem Iurium Sedis Apostolicæ quid disponat, & num. 76.
77 Quæ tamen non habet locum quando agitur de causa mera profana, & concernente præiudicium priuatorum.
78 Dictio, præcipuè, cætera non excludit.
79 Diligentiæ ad aliquid reperiendum, vt suffragentur, quid requiratur.
80 Præsumptio dispensationis, quando cesset.

DECISIO CLXXV.

Concessa Marchioni Andreę Iustiniano noua audientia contra tres decisiones firmantes, quartum dotale deberi D. Eugeniæ Spinulæ ad rationem suę dotis scutorum 22000. auri in auro stamparum, admisso Marchionem Vincentium habuisse Domicilium in Vrbe de tempore initi matrimonij cum d. Dom. Eugenia iterum pro parte d. Marchionis Andreæ opponebatur, Constitutionem sanct. mem. Sixti V. moderatoriam dotiũ comprehendere casum, quando Ciues, & incolæ dotem recipiunt à Muliere Forensi extra statum Ecclesiasticum, & sic casum, de quo agitur, non
1 obstante † lapsu 30. annorum, qui facit præsumere beneplacitum Apostolicum, eò quia cesset ista
2 præsumptio ex diligentijs factis in libris, vbi † registrari solent similes derogationes, vt fuit dictum in alia *Romana quarti dotalis 17. Iunij 1641. coram bon. mem. Pirouano*.

His tamen non obstantibus adhuc DD. censuerunt, standum in decisis, nam quod dicta Constitutio sanct. mem. Sixti V. comprehendat
3 casum, † de quo agitur, cessat ex facto, quia dicta Constitutio non comprehendit cõtractus matrimoniales celebratos extra dictionem Ecclesiasticam, & cum Exteris ibidem habitantibus, & dotem constituentibus, cum manifestè legatur
4 restricta ad dotes, quæ in Vrbe † constituuntur, vt colligitur. Primo ex prohemio constitutionis in principio, ibi, *cum in vnaque rectè instituta Ciuitate soleat sumptibus ciuium moderatio aliqua adhiberi, præcipuè hoc ipsum obseruandum est in hac Alma Vrbe*. Secundo ex rubrica Reformationis, ibi, *Delle doti, & altre spese da osseruarsi in quest' Alma Città di Roma da ciascuna persona*. Tertiò, quia SixtusV. fatetur se edere huiusmodi Constitutionem ad exemplum, similis Constitutionis editæ à prædecessore suo sanct. mem. Pio V. ibi, *Huiusmodi Prædecessorum exemplo sibi cordi fuisse similibus*
5 *remedijs vti*, vnde cum † Constitutio relata sanct. mem. Pij V. 39. clarè limitata sit ad dotes Mulieribus in ipsa Vrbe constituendas, vt legitur in illius principio, ita pariter Constitutio Sixti V. referens Constitutionem Pij censeri debet restri-
6 cta ad dotes in constituendas, & Constitutio † noua restringatur ad terminos antiquæ de eadem meteria loquentis *Roman. cons. 3 15. num. 20. Surd. cons. 177. num. 33. Gonzal. super regul. §. 7. probem. num. 74. Rota Bonon. decis. 54. num. 22.* præsertim
7 cum illa dictio † *similibus remedijs* denotet similitudinem cum Pragmatica Pij respectu facti, modi, & qualitatum absque vlla difformitate *Gratian. diction. 244. Mandel. cons. 71. num. 9. Rota decis. 327. num. 1. par. 1. & decis. 36. num. 12. par. 5. recent. Cavaler. decis. 162. num. 2.* Quartò id totum apertius declaratur ex altera Constitutione Innocentij IX. tom. 2. in ordine 1a 2. quæ benè decla-
8 rat, Constitutionem Sixti loqui tantummodo † de dotibus in Vrbe constituendis, ibi, *De ijs, qui in Vrbe cum ampliori dote matrimonia contrahunt*, &

dispo-

disponit pro gratia derogationis nolle solui vllā
compositionem, ex hoc autem manifestè digno-
scitur, præcedentem Constitutionem Sixti loqui
9 tantum de dotibus † in Vrbe constituendis, de
quibus loquitur sequens Constitutio Innocentij
ex allegatis *in vltima decis. §. quod clarius, Gabr.
cons. 11. num 21. lib. 1. Rota in Valentina iuris seden-
di 12. Iunij 1634. coram hon. mem. Merlino.*
Hinc non aduersatur doctrina *Bart. in l. cunctos
populos. C. de summ. Trinit. & fid. Cathol. num. 32.
vers. Aut statutum est prohibitiuum in personam*, vo-
10 lentis, statuta † quæ principaliter diriguntur in
personas, ligare Subditos etiam in alieno territo-
rio contrahentes, locum enim habere non potest,
vbi Statuentes expressè declararunt, se nolle com-
11 prehendere † Subditos extra territorium contra-
hentes, sed legem solum imponere contractibus
in loco statuti celebrandis, & propterea cum
12 Constitutio † principaliter disponat de rebus,
non potest applicari prædicta doctrina *Bart.* quæ
procedit solum, quando absolutè, & simpliciter
inhabilitatur Persona secus quando simpliciter
non inhabilitatur, *Soccin. iun. cons. 25. num. 12. ad
fin. vers. Nam ad primum lib. 3. Rimin. iun. cons. 437.
nu. 38. post med. vers. quia prædicti, & num. 47. Cephal.
cons. 309. à nu. 47. ad 60. & num. 75. & 76. lib. 3.
13 Surd. cons. 257. num. 15.* Ad quem effectum † non
cortex verborum an sin directa in Personam, vel
contractum, sed intentio inspici debet, vt tradunt
*Ruin. cons. 201. num. 8. ante fin. versic. & ideo etiamsi
verba lib. 1. Rimin. iun. dict. cons. 437. nu. 12. Alder.
Mascard. de statut. interpret. conclus. 6. num. 26. &
27. Rota coram bon. me. Buratto, decis. 27. num. 5. & in
recent. decis. 238. num. 6 & 7. par. 6.* Sixtum autem
non inhabilitasse simpliciter, & absolutè subditos
ad dandam, & recipiendam dotem, sed tantum
14 disposuisse circa dotes dandas, & recipiendas in
Vrbe, fuit latè comprobatum supra, vt in simili
statuto considerat *Nauarr. cons. 4. nu. 13. tit. de const.*
& facit, quod notat *Palaez de maior. par. 1. qu. 58.
num. 121. vers. & circa istam.* Vbi dicit, quod lex
15 prohibens arrhas in Hispania vltra † decimam
partem bonorum Mariti, non comprehendit Ex-
terum promittentem arrhas extra Regnum, licet
in Regno petantur, Statuentes enim censetur di-
sposuisse super illis, quos sub eorum dominio ha-
16 bent, † & in eorum territorio, & non super foren-
sibus extra eorum ditionem permanentibus, etiāsi
de forensibus expressam mentionem faciant, vt
tradunt, *Corn. cons. 194. num. 3. lib. 4. Soccin. iun. cons.
49. num. 27. lib. 1. Menoch. cons. 74. num. 1. & seqq.*
17 immò ex mentione Forensium apparet † voluisse
disponere tantummodo, de contrahentibus in
territorio, & non inhabilitasse personas absolutè,
vt dixit *Rota in Romana prætensæ donationis coram
Orano impress. per Pic. post statut. Vrb. decis. 4. num. 5.
& 6.*
Vltra quod bon. mem. Marchio Vincentius
contraxit Genuæ, vnde trahebat originem anti-
18 quam, † & ideo quoad contractum ibi celebra-
tum attendi debent Statuta eiusdem loci, & ius
ibi vigens, non autem Statuta Vrbis, quia alle-
gata doctrina *Bart.* procedit quando Ciuis inha-
19 bilitatus † contrahit in alijs locis tanquam aduena,
& subiectus, secus autem, quando subijcitur
legibus Statuti loci contractus, quia non est no-
uum, quem diuersa habere domicilia, & originis,
20 & habitationis, † eodem tempore, ita vt in quo-
libet loco existens subijciatur legibus particula-
ribus loci contractus. *Salicet. in d. l. 1. nu. 11. vers.
& hoc satis puto, C. de summ. Trinit. Alex. cons. 155.
sub num. 4. lib. 7. Ias. cons. 80. sub nu. 11. lib. 3. Gabr. de
statut. conclus. 8. sub num. 11. Cephal. cons. 414. num. 77.
vers. ad hec Lancellot Gall. ad cons. Alex. præfat. 8.
nu. 16. & seqq.*
Neque subsistit, quod non constet, contractum
dotis, de qua agitur, fuisse factum extra territo-
rium, & proinde dici non possit non comprehen-
sus à Constitutione, & tamen D. Eugenia, quæ
agit, & allegat, instrumentum dotale fuisse cele-
21 bratum Ianuæ pro excludenda Constitutione †
prohibente excessiuas dotes, etiamsi asserat per
viam replicationis, tenetur tamen probare fun-
damentum suæ intentionis ad tradit. per *Rot. co-
ram sanct. mem Gregor. XV. decis. 535. sub num. 15. &*
22 17. Vbi quod † replicatio sapit naruram actionis,
& secundum eam regulatur. *Alex. in l. fin. num. 25.
vers. sed Azo, & alij, C. de eden. & ibi Curt. iun. sub
nu. 14. Paris. cons. 95. num. 36 lib. 1.* cum ibi allega-
tis; Quia quousque non docetur de contrario,
D. Eugenia habet intentionem fundatam in in-
strumento traditionis dotis, & promissæ restitu-
tionis celebrato Genuæ etiamsi non ostendatur
23 instrumentum promissionis dotis, cum sit † cer-
tum, matrimonia posse fieri sine hac promissione,
& dotem posse incipere à traditione, prout ince-
pisse in hoc casu probat tam d. instrumentum pro-
missæ restitutionis, quam ipsamet restitutio dotis,
facta à Marchione Andrea, itaut non applicentur
prædicta, nam D. Eugenia petit dotem traditam
Genuæ, & ita fuudat suam intentionem, Mar-
chio Andreas excipit de constitutione Sixti, quæ
vt dictum fuit restricta est ad dotes in Vrbe con-
24 stitutas, & ideo tenetur † plenè, & concludenter
probare suam exceptionem, & omnes qualitates
requisitas ad hoc, vt Constitutio intret *Surd. cons.
45. num. 14 cons. 248. num. 19. & dec. 275. nu. 2. Rot.
apud Mant. decis. 258. nu. 6. in rec. decis. 402 num. 4. in
fin. par. 2. & decis. 116. num. 6. par. 5.* licet sit reus
excipiens de Bulla *Rota decis. 219. num. 11. & 12.*
25 *par. 5. recent.* & præsertim cum versemur in statu-
to correctorio, quia debent plenè, & concluden-
ter probari, nec sufficiunt præsumptiones. *Crauett.
cons. pro genero, num. 125. Surd. cons. 130. nu. 1. post
med Bursatt. cons. 307. num. 38. Rota decis. 469. nu. 2.
part. 3. recent.*
Nec obstat æquiuocum per informantes pro
Marchione Andrea denuo repertum, quod dum
Mulier forensis, quæ contraxit matrimonium cum
26 Ciue Romano, seu incola, vult vti beneficio
statuti Vrbis de lucro dotis tenetur etiam pati
præiudicium Constitutionis moderatoriæ dotis,
quia primum vti accessorium separari ab altero
27 nost potest, & de necessitate illius naturam se-
qui debet ex tradit. *Aymon. cons. 632. num. 2.* Eo
enim ipso quod per Constitutionem est limitata,
seu diminuta dos, de necessitate sequitur, quod
etiam illius pars limitata, seu diminuta rema-
28 neat, cum pars reguletur à toto integrali in quo
continetur, *l. quæ de tota ff. de rei vendic. l. si alij ff.
de vsufruct. leg. Bald. cons. 153. in princ. lib. 1. Cal-
der. con. 10. post med vers. ad secundum de feud.* adeout
in

in presenti casu, vel sit attendendum Statutum,
quod asserebant, limitatum ad quartam partem
dotis scut. 5500. iuxsta constitutionem prædictam,
vel saltem dispositio iuris communis, quę cessan-
29 te statuto attenditur, §. 1. *instit. de iur. nat. gent. &*
ciuil. cum similib. Quia placuit responsio firmata in
vltim. decis. §. non obstat. nempe quoad restitutio-
30 nem dotis, & lucrum attendi domicilium Mariti,
quoad constitutionem dotis attendi locum con-
tractus, vt vltra *Ant. Fab. & alios ibi allegat.* benè
etiam distinguunt *Felin. in cap. 1. num. 23. & 24.*
de sponsal. Cassan. cons. 7. nu. 3. & 4. Iac. Gall. cons. 1.
nu. 35. in fin. & 36. Molphes. in consuet. Neapol. tit. de
31 *bon. quæst. 12. n. 14.* & reprobato *Bald. Afflict. decis.*
236. num. 5. vers. 3. pro hac parte, & trib. seqq. & ibi
Hieron. de Mart. in addit. Giurb. verò incontrarium
allegatus *ad consuet. Messanen. cap. 1. glos. 1. num. 65.*
intelligendus est secundum Doctores, quos citat,
32 qui loquuntur in restitutione, & lucro dotis, nec
aliter esset contra communem attendendus. Et
ideo in casu nostro, quoad constitutionem dotis
33 attenditur statutum Ianuen. non limitans ad ali-
quam summam; At quò ad quartum attenditur
Statutum Vrbis, quod ex sui origine aptum na-
tum est ad quamcumque dotem comprehenden-
dam, cum tunc non esset taxata ad aliquam quan-
titatem, imò ex promulgatione eiusdem fuit reuo-
34 cata præcedens taxatio sanct. mem. Pij V. vt di-
xit *Rot. coram. san. me. Gregor. XV. decis. 267. per tot.*
in Romana Casalis Aguzzani 27. Iuny 1640. coram
R.P.D. meo Roias, §. nec extat, & decis. 741. n. 4. p. 1.
recent.

Nec releuat Constitutionem prohibere etiam
receptionem dotium, quia intelligitur correspe-
ctiuè quatenus datio sit prohibita, & contra con-
stitutionem, nempe, factam ab Vxore in Vrbe, siue
Extera, siue incola, vel à Ciue extra in fraudem
Statuti, secus autem quando datio est facta à per-
35 sona non prohibita, quia duo actus correlatiui
non iudicantur nisi vtroque considerato. *Surd. de-*
cis. 308. num. 15. in fin. & 16. Et ideo in simili de
statuto prohibente recipere aliquid etiam à spon-
te dantibus vltra taxam, quod intelligatur, quan-
do recipiunt à personis ordinarijs taxæ subiectis,
secus verò si à Magnatibus, vel alijs, quos non est
36 verisimile fuisse comprehensos, & contemplatos
à Statuentibus, dum taxam ordinarunt declarant
Rodriq. in Summar. par. 2. cap. 2. num. 1. vers. possunt
etiam recipere Clauis Reg. lib. 12 cap. 25. num. 18. vers.
secundus casus P. Lugo de iust. & iur. tom. 2. disput. 41.
sect. 2 num. 19. vers 4. addunt.

Neque repugnat, quod Pragmatica dicat, esse
comprehensos Forenses, dummodo vnus ex con-
trahentibus sit Ciuis, aut incola Vrbis, quia non
37 inde † tollitur, Bullam disponere solum de doti-
bus in Vrbe constituendis, vt supra, neque ex his
verbis ampliatur, sed restringitur dispositio Bullæ,
nam vltra qualitatem constitutionis dotis in Vrbe
ab Extera etiam ibidem habitante, & contrahēte,
requiritur etiam altera qualitas, vt alter ex cōtra-
hentibus sit Romanus originarius, Ciuis aut In-
cola, noluit enim illas prohibere, quando duo
38 Forenses etiam in Vrbe dotes constituerent ex-
cessiuas, & sic restringitur, nō ampliatur disposi-
tio Bullæ, vt patet ex ipsis verbis (*siano compresi*
forastieri, purche vno delli contrahenti sia Romano ori-
ginario ò vero fatto Cittadino, ò pure incola di Roma)
quia dictio, *purche*, est restrictiua *Sim de Pret. cons.*
61. numer. 37. Rota decis. 247. numer. 26. par. 5.
recent.

Præterea, quatenus dicta constitutio Sixti V.
haberet locum in præsenti, præsumeretur obten-
39 ta illius derogatio ob lapsum 30. annorum, &
vltra cum obseruantia inconcussa subsequuta, vt
fuit firmatum in decisionibus in hac causa factis,
40 nam stante lapsu temporis præsumitur interue-
nisse beneplacitum Apostolicum, omnesque alias
solemnitates requisitas pro validitate contractus
ad *glos. in c. peruenit, & ibi Io. de Imol. num. 10. &*
12. de empt. & vend. Gonzadin. in cons. 73. num. 20.
& 21. qui testatur de communi *Curt. iun. cons. 100.*
num. 31. & cons. 213. num. 97. lib. 3. non obstante
decreto irritanti in dicta constitutione apposito,
41 quia non dicitur dictam Constitutionem fuisse
abrogatam, vel non vsu receptam, seu ex lapsu
temporis eius obseruantiam, esse præscriptam,
quo casu procederet obiectum, vt fuit pondera-
tum *in Maioricen. indultorum 11. Aprilis, & 27. Iu-*
nij 1639. coram bon. mem. Merlino, sed tantum præ-
tenditur ex lapsu 30. annorum præsumi interue-
42 nisse beneplacitum Apostolicum † prout præsu-
mitur in alienatione rei Ecclesiæ *Seraph. decis. 671.*
num. 1. Rot. dec. 179. num. 1. par. 2. aduers. dec 169.
num. 4. par. 1. recen. & decis. 694. num. 5. par. 1. &
tamen in Extrauag. *Ambitiosæ de reb. eccles. non alie-*
nan. adest *decretum irritans*, & pœna excommuni-
43 cationis, vt in §. *si quis autem*, quod eò facilius
est in proposito dicendum, cum contra Hanc
Constitutionem taxatiuam dotium facillimè be-
placitum Apostolicum concedatur, vt dixit *Rota*
in Romana dotationis 26. Iunij 1637. coram bo. mem.
Buccabella.

His positis, cum D. Eugenia habeat intentio-
44 nem fundatam in lapsu temporis vltra † 30. an-
nos, qui iuncta obseruantia inducit pręsumptio-
nem nedum beneplaciti Apostolici, vt fuit dictum
in alienatione rerum Ecclesiæ, sed etiam deroga-
45 tionis, dispensationis, & alterius, † cuiuscumque
tituli necessarij. *Isern. in cap. 1. §. illud il 1. num. 66.*
de prohibit. alien. per Frider. Schrader. de feud. par. 9.
cap. 6. num. 55. Vasq. controu. illustr. lib. 2. c. 65. num. 1.
46 *& c. 84. num. 25. & seqq.* Vbi latè † materiam
ampliat, & exornat; & hęc sit præsumptio iuris
Vasquez d. cap. 84. num. 83. cum Menoch. lib. 3. præ-
sumpt. 132. num. 73. vers. cæterum cum alys allega-
tis in præced. decis. §. præterea quæ æquipollet ple-
47 næ † probationi, quin immò operatur liquidis-
simam probationem ad tradit. per *Ciriac. controu.*
204 num. 43. ex text. in l. licet Imperator, ff. de leg. 1.
l. tutor. cum ibi not. ff. de peric. tutor Menoch. de præs.
lib. 1. præsumpt. 36. n. 3. Aym cons. 156. nu. 15. Mar-
chio Andreas allegans derogationem non fuisse
48 obtentam † tenetur æque plenè concludenter pro-
bare hanc negatiuam *l. siue possidetis, C. de probat.*
l. quintus Mutius, ff. de donat. inter vir. & vxor cap.
fin §. sanè, & ibi glos. verb. probationem, de iur. iur.
cap. 2. de restitut. spoliat. Innoc. in cap. cum in iure
num. 4. versic. si dices de offic. deleg. cum alijs pluri-
bus allegatis à Pacia de probat. cap. 8. num. 1. lib. 1.
& à Lotter. de re benefic. lib. 2. q. 48. numer. 283.
49 Itaut non sufficiant probationes negatiuæ, † quæ
admitti solent, quando non militat contraria
præ-

præsumptio iuris pro aduersario, prout erat casus decisiones *in d. Romana quarti dotalis coram bon. mem. Pirouano*, sed requirantur pleniores, & rigorosiores *Larre dec. Granat. 48. n. 54. in fin. post Farinac. de testib. qu. 63. num. 239. Garz. de nobilit. §. 1. glos. 2. num. 38. & glos. 12. n. 52.* & ante hos *Abb. in cap. quia verisimile in 2. notab. de præsumpt.* vbi quod licet contra † præsumptionem iuris admittatur probatio in contrarium, tamen aggrauatur probans durioribus probationibus, *idem Pacian. de prob. lib. 1. cap. 51. num. 17.* vbi quod requiritur, quod tales probationes sint pleniores, & clario-
51 res solitis, & ordinarijs probationibus. Non itaque suffragantur diligentiæ in Registris Datariæ, & Secretariæ Breuium, etiam quod regulariter, vbi non concurrit contraria præsumptio
52 iuris, releuarent, † in quibus terminis procedit *dec. Caputaq. 45. n. 2. & 3. par. 3.* quam posteriores sequuntur, sed, vt negatiua probetur oportet per-
53 quirere † etiam alios libros in quibus talis derogatio potuit registrari. *Ruin. cons. 35. num. 19. lib. 1. Seraph dec. 1307. n. 3. Rota in recent. dec. 149. n. 5. & 6*
54 *par. 5.* Nam possibilitas ista excludit necessitatem probationis ex aliquorum librorum reuolutione resultantem, vt in terminis probationis negatiuæ firmauit *Rota dec. 88. sub num 6. par 4. recent. dec. 216. num. 13. par. 6 & dec. 29. n. 70. & 72. par. 7.* quæ decisiones eo fortius procedunt, quando pro
55 actore † concurrit præsumptio iuris, quod etiam admittit *dec. 286. num. 4. coram sanct. mem. Greg. XV.* quando aliunde potuit haberi dispensatio, prout haberi potuit in casu nostro per Chirographum,
56 qui † non registratur in libris Datariæ, & Secretariæ Breuium, sed in libris Cameræ.

Vnde semper verum est dicere, probationem negatiuæ non concludere, cum perquisitio facta in actis Notariorum Cameræ sit imperfecta, ex quo ante annum 1600. deficiunt aliqui libri, &
57 in altero folia, in † quibus potest esse, quod huiusmodi derogatio per Chirographum obtenta registrata fuerit, vt in decisione, quæ reuidetur *in §. vltimo*.

Quod autem expediri potuerit per Chirographum, probatur tum ex ipsa Constitutione Sixti de qua agitur, in qua Potifex excipit derogatio-
58 nes † concessas per Supplicationem, vel alium Motum proprium manu Papæ signatum, ibi, *per supplicationem, aut alium motum proprium nostra, seù Romani Pontificis pro tempore existentis manu signatum derogatio fuit concessa, &c.* sed certum est,
59 quod præter † supplicationes tunc non signabantur manu Papæ, nisi Chirographa, ergo de illis loquitur Sixtus, & appellatione *motus proprij manu Papæ signati*, venit etiam Chirographum,
60 quod eo facilius impetrare potuit Marchio Vincentius, qui contraxit matrimonium de tempore Sixti, & tunc habuit fratrem Thesaurarium generalem Papæ postea Cardinalem, aliasque gratias per Chirographum impetrauit, vnde solitum hoc particulare in dicto Marchione obtinen-
61 di gratias per Chirographum † præualet cuicumque solito generali in contrarium, *Bald. in l. si certis annis sub n. 11. vers. credo autem, C. de pact. Anchar. cons. 255. num. 3. ad fin. vers. sua, & specialis, & num. 4. Fabr. de Ann. cons 2. num. 4. in fin. num. 10. & pluribus seqq. vbi in fin.* dicit, ita fuisse iudicatum *lib. 1. Bertazol. claus. 4. glos. 36. in fin. Mascard. de probat. conclus. 1249. num. 11. Rbt. dec. 169. n. 9. par. 5. recent.* Et Chirographa siue concernant interesse
62 Cameræ, siue priuatorum solent signari manu Sanctissimi, & registrari in Camera, vt est notum & ostensum fuit pro parte D. Eugeniæ; Tum ex
63 diligentijs factis in his terminis † in libris Cameræ, tàm in alia causa *Romana quarti dotalis coram bon. mem. Pirouano*, quàm in hac ipsa à Marchione Andrea, qui propterea cum iudicialiter insteterit pro deputatione Notariorum Cameræ ad effectum faciendi dictam perquisitionem, & & successiuè ipsorum relationes in actis reprodu-
64 xerit agnouit † hanc possibilitatem registrationis in Camera, vt in similibus terminis agnitionis partis deducit *Rota in Romana, seu Ianuen. locorum montium 28. Iunij 1641. coram Reuerendiss. D. meo Decano in fin.* quam gratis in præsenti negat, postquam ex libris Cameræ non potuit intentionem suam probare: Et allegare, quod sibi sit im-
65 possibilis † probatio negatiuæ per libros Cameræ non releuat ab onere probandi negatiuam *Gemin. Butr. Abb. Bald.* & alij quos refert, sequitur *Pacian. vbi sup. lib. 1. cap. 51. num. 31. Lotter. de re benef. lib. 2. d. quæst. 48. num. 289.*

Simile de probatione negatiuæ contra posses-
66 sorem triennalem, pro quo † adest præsumptio iuris, non facit in contrarium, quia tàm in casu *decis. 5. Cassad super regul.* quàm *Caputaq. dec. 45. n. 3. in fin.* quàm in *Nullius Cantoriæ 13. Ianuarij 1603. coram Litta*, diligentiæ leguntur factæ etiam in libris Cameræ, & signanter *dec. Cassad. ante num. 5.* ex diligentijs in Cancellaria, & Camera deducit
67 omnia † possibilia facta fuisse, & quatenus *n. 6.* ait, non attendi possibile, & contingens, loquitur de possibili insolito, & suspecto, vt patet ex lectura, *Felin. verò in cap. illud num. 7. in fin. de fid. instrum*, requirit diligentias in locis, vbi expedi-
68 tiones registrarunt; Et quod dicitur, † non attendi possibile, sed solitum, intelligendum est de possibili insolito, vt benè distinguendo declarat *Bart. in l. si maior num. 1. C. de legit. hæred. Alber. in l. ex his sub. num. 5. & 6. ff. de legib.*

Non obstant attestationes officialium, & expeditorum, quod istæ derogationes soleant expediri tantummodo per Datariam, & Secretariam
69 Breuium, cum non percutiant tempus Sixti 5. & tempus anni 1590. quo fuit matrimonium contractum, prout requiritur *Rot. decis. 381. num. 8.* vbi
70 dicit rationem, quia † stylus solet variari *par. 3. recent. dec. 29. num. 73. par. 7.* & in stylo expediendi gratias Apostolicas vno, vel alio modo tradunt in specie *Felin. in cap. Rodulphus num. 22. post med. vers. vbi autem de rescript. Ferret. cons. 11. num. 10. & cons. 48. num. 19. Mandos. ad regul Cancell. 33. qu. 8. num. 4. in fin. Cassad. dec. 7. num. 4. de rescript.* & docet etiam experientia in ipsomet Marchione Vin-
71 centio, qui easdem gratias à duobus Summis † Pontificibus obtinuit per Breue, & à duobus alijs impetrauit per Chirographum. Propterea cum non versemur in ordinarijs Iudicij, seù in decisorijs, qualia dicuntur omnia ea, quæ res-
72 piciunt † probationem facti, vel non facti *Carol. de Graff. de effect. cleric. effect. 2. num. 140.* vbi allegat concordantes, non sufficit fides extraiudicialis
73 † expeditorum ad probandum stylum, sed requiri-

quiritur iudicialis probatio parte tamen oppoe-te, prout in casu isto expresse opposuit, ex allegatis *in Romana Societatis officij 1. Februarij 1623. coram bon.mem.Merlino*, præsertim propter præ-
74 sumptiones contraris supra deductas, † quæ circumstantiæ omnino deficiebant in illa causa *Romana quarti dotalis coram bon.mem.Pirouano*.

Nec applicatur Constitutio Sanctissimi Domini Nostri super præseruatione iurium Sedis Apostolicæ edita de anno 1621.in qua Sanctissimus
75 Dominus † Noster ad tollendam hanc possibilitatem declarat, & decernit, registra Apostolica semper fideliter custodita fuisse, ibi, *ideo sit in Registris Apostolicis, quæ fideliter custodiuntur*, quia procedit in concernentibus interesse Sedis Apo-
76 stolicæ, & aliarum Ecclesiarum, † vel personarum Ecclesiasticarum, vt in principio, ideo non applicatur huic casui, in quo agitur de re merè profana, & concernente præiudicium priuato-
77 rum, & Constitutio non dicit, quin faciendæ † sint diligentiæ in Camera cum vtatur sequentibus verbis, *Præcipuè per literas Apostolicas, siue sub plumbo, siue in forma Breuis, sub Annulo Piscatoris, &c.* vnde non excludit Chirographa, quæ in Ca-
78 mera registrantur, † cum dictio, *Præcipuè*, cætera non excludat *Barbos.dict. 274. nu.2.* & iam Rota pluries firmauit requiri diligentias in Camera & in specie *dec.45.num.2.& 3. par. 3. coram Caputaq.*& in alijs supra allegatis. Et ita cum ad hoc
79 vt diligentiæ suffragentur requiratur, quod nullus locus, in quo asseruari solent gratiæ Apostolicæ, remaneat non perquisitus, vt voluit *Rota coram sa.mem.Greg.XV.dec.287.num.1.* eo quia tunc
80 cessat præsumptio † dispensationis, vt dixit *Rota coram Caputaq.d.dec.45.num. 4. par.3.* propterea fuit conclusum diligentias non suffragari Marchioni Andreæ.

Et ex his placuit Dominis confirmare decisiones in hac causa factas vtraque &c.

REVERENDISS. P. D. CERRO.

SACRÆ ROTÆ DECANO.

Ciuitatis Vetulæ Dotis.

Mercurij 29. Aprilis 1643.

ARGVMENTVM

Dos constituta primo viro licet etiam censeatur constituta quoque secundo viro, itaut si vir secundus administrauerit bona extradotalia præsumatur de sua dote sibi satisfecisse, tamen id non procedit, quando dictus secundus vir ignorauit quantitatem dotis datam primo viro, quæ tamen ignorantia non præsumitur in viro sagaci, & industrioso, & præsertim cum in hoc soleant esse solliciti mariti ad sciendam quantitatem dotis. Hæres, quando dicatur particularis.

SVMMARIVM.

1 *Dos constituta primo viro, censetur data quoque secundo, limita num.3.*
2 *Maritus, si administrauerit bona extradotalia vxoris, præsumitur sibi satisfecisse de sua dote.*
4 *Maritus, quando est sagax, & industriosus, non est verisimile, quod per longum tempus non inuestigauerit quantitatem dotis sibi promissæ.*
5 *Maritus, quilibet solet esse valde sollicitus inuestiganda quantitate dotis, eoque magis dum administrat bona extradotalia vxoris, in quibus nullum habet interesse.*
6 *Maritus, dum est informatus de bonis extradotalibus vxoris, multo magis censetur informatus de bonis dotalibus, quorum fructus ad eum spectant.*
7 *Ignorantia dum est iusta, & probabilis excusat, secus verò si sit crassa, & supina.*
8 *Fructus bonorum extradotalium, quando spectant ad maritum, tunc cessat præsumptio, quod maritus sibi satisfecerit de sua dote.*
9 *Fructus bonorum dotalium, quando de voluntate vxoris percipiuntur à marito, & fuerunt consumpti in eius vtilitatem, vel communem vsum, & tunc cessat præsumptio satisfactionis dotis.*
10 *Secus verò, si ad hunc extent, & maritus factus fuit locupletior.*
11 *Fructus bonorum extradotalium maritus non lucratur sed omninò restituendi sunt vxori, vel eius hæredibus.*
12 *Debitor, si sit institutus hæres vniuersalis à creditore tunc actiones remanent confusæ, & extinctæ.*
13 *Hæres vniuersalis, quando quis non possit dici, sed potius particularis, & legatarius.*
14 *Institutio generalis in hæredem, quando restringitur ad certa bona particularia, non ideo dicitur hæres generalis, sed particularis.*
15 *Institutio semper reputabitur particularis, si non sit de integra hæreditate, vel quotæ.*
16 *Institutus in re certa, benè colligitur, quod sit hæres particularis, si postea alius hæres vniuersaliter fuerit nominatus.*
17 *Hæres vniuersalis, quando est institutus, procul dubio institutus in re certa remanet particularis, & legatarius.*
18 *Institutus in re certa particulari, tunc habetur pro hærede vniuersali, quando alius hæres vniuersalis non fuit datus.*
19 *Institutus in re certa particulari non dato alio hærede vniuersali, tunc per ius accrescendi tota hæreditas defertur instituto in re certa.*
20 *Defunctus, quando non possit dici, quod decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus.*
21 *Institutus in re certa particulari semper remanet hæres particularis dato vniuersali hærede.*

DECISIO CLXXVI.

Iterum placuit DD.respondere pro confirmatione sententiæ Rotalis ex ijsdem fundamentis, cum enim negari non possit Io: Philippo primo viro, dotis nomine vltra scuta 900.in mobilibus stabilibus, & lapidibus pretiosis soluta fuisse per Veronicam scuta 300. constituentia in totum scuta 1200. eademque ex præsumptione *l.dotem 31.& l.Diuus 41.ff.de iur.dot.* fuisse tradita Marino
1 secundo viro; vtique hæredes illius tenentur ad restitutionem, cum ex administratione bonorum
2 extradotalium, ipse præsumatur sibi de sua dote satisfecisse, vt latissimè firmatum fuit in decisione huius causæ emanata *17.Martij 1642.coram Reueren.*

Reuerendissimo D. meo Dunozetto Decano vers. quod autem, & in alia 27. Februarij præteriti coram me vers. solutio verò.

Et licet hæc conclusio limitetur quando secundus vir ignorat quantitatem doris primo viro traditam iuxta distinctionem Ruini communiter receptam *rubr. ff. sol. matrim. num. 207. quem refert, & sequitur Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 6. numer. 43.* huiusmodi tamen ignorantia non potest allegari à Marino, cum matrimonium inter ipsum & Veronicam durauerit per 15. annos, & vltra; ipseque esset Physicus, vir sagax, & industriosus, vt deponunt testes, verisimile enim non est, eum fuisse adeo supinum, & negligentem, vt tanto tempore, quo habuit vxorem, & substinuit onera matrimonij nunquam inuestigauerit dotem primo viro traditam, sibique debitam, de quo quilibet solet esse valde sollicitus, eoque ma-
5 gis dum administrauit † bona extradotalia Veronicæ, vnde sicut ex eorum administratione notas habuit facultates extradotales mulieris, in quibus nullum habebat interesse *Honded consil. 66 n. 88. lib. 1. Rota in Bononien. denegationis audientiæ 24. Nouemb. 1636. coram Reuerendissimo D. meo De-*
6 *cano*, multo magis præsumi debet informatus de bonis dotalibus, quorum fructus ad ipsum spectabant, *l. dotis fructum, ff. de iur. dot. l. pro oneribus, Cod. eod.* & in quibus agebatur de proprio interesse ad trad. *in l. quamquam, ff. ad Velleian.* limitatio autem superius adducta recipitur solum quando
7 ignorantia est probabilis, † ac iusta, secus vbi crassa est, & supina, tunc enim non excusat *Rom. cons. 340. in fin. Aretin. cons. 15. pariter in fin. Rolan. cons. 59. num. 21. lib. 4. Rot. coram bon. mem. Buratto decis. 134. num. 7.*

Non obstat fructus bonorum extradotalium spectare ad maritum, ideoque non cessisse in do-
8 tis † satisfactionem, hoc enim procedit vbi fructus de voluntate vxoris à marito percepti fuerunt consumpti in eius vtilitatem, vel in com-
9 munes vsus ad honorem † matrimonij, & communium liberorum, secus quãdo prout hic adhuc extant, ex eisque maritus fuit effectus locuple-
10 tior emendo 17. loca montium, † aliaque ad sui fauorem, vt apparet ex datis in Summario Veronicæ *num. 7.* Hos enim maritus non lucratur, sed
11 omnino restituendi † sunt vxori, vel eius hæredibus, vt distinguendo tradunt *Bart. in leg. penult. in princ. ff. ad l. falcid. Bald. cons. 276. in fin. lib 3. Socc. sen. cons. 83. sub num. 8. post med. vers. circa primum casum lib. 4. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 9. n. 6. latè Fontanell. de pact. nuptial. clausul. 6. glos. 2. par. 7. n. 18. Thesaur. decis. 187. nu. 3. Vrsill. ad Afflict. decis. 44. num. 7.*

Minusque iustificatur alterum suppositum in quo hodie valde insistebant informantes pro altera parte, Veronicam scilicet fuisse institutam
12 hæredem vniuersalem, indeque † actiones fuisse confusas, & extinctas per *text. in l. debitori, C. de pact.* quia vt aduertabatur in alia decisione coram me *vers. quatenus vero*, Veronica fuit solum instituta hæres in certis bonis sitis in Ciuitate Vetula; vnde dici non potest hæres vniuersalis, sed particularis, seu legataria, ex adductis per *DD. in l. quoties, C. de hæred. instit.* cuius actiones non confunduntur, nec extinguuntur, vt probat *Fontanell. de pact. nupt. claus. 7. glos. 3. par. 7. num. 53. cum seqq. cum alijs in dicta decisione adductis d. vers. quatenus vero.*

Nec contrarium suadent verba vniuersalia, quibus institutio concipitur, ibi, *& in his omnibus, & alijs bonis in Ciuitate Vetula ad ipsum spectan. hæredem instituit vniuersalem*, cum enim hæc vniuersalis institutio fuerit restricta ad bona certi loci,
13 nempè † Ciuitatis Vetulæ non ideo desijt esse particularis, vt probat *text. in l. vbi autem, §. illud ibi, sed qui vinum, aut oleum, vel triticum, quod in Horreo est stipulatur certum stipulari intelligitur, ff. de verbor. obligat.* sufficit enim institutionem non esse
15 de integra, † aut de quota hæreditatis, vt semper reputetur particularis, & de re certa *DD. omnes in d. l. quoties, ff. de hæred. inst. Bald. in l. cum à matre numer. 3. vers. aduerte, C. de rei vindic. Alex. cons. 175. in princ. & num. 1. lib. 6. Molin. de primog. Hisp. lib. 1. cap. 8. num. 13. vers. vt autem cum seqq.*

16 Idque sine difficultate cum subsequuta fuerit hæredis vniuersalis institutio ad fauorem alterius, ibi, *in omnibus autem suis bonis mobilibus stabilibus, semouentibus, iuribus, actionibus, vbicumque vndecumque, & qualitercumque ad ipsum testatorem spectan. exceptis bonis Ciuitatis Vetulæ relictis supradictæ Veronicæ, hæredes suos vniuersales instituit, & ore proprio nominauit Dominicum Stephani, & Catherinam Augustini*, quando alter est institutus vniuersalis
17 hæres procul dubio institutus in re certa remanet particularis, & legatarius, vt distinguendo tradunt *Alex. in d. l. quoties sub num. 5. vers. quod si videtur intelligendum, ibique Alberic. num. 3. vers. si vero instituit. Molin. de primog. Hispan. d. lib. 1. cap. 14. num. 8. vers. aut institutus fuit. Couar. var. resol. lib. 2. cap. 18. sub n. 5. §. 11. in vers. modo alius. Menoch. de adipisc. rem. 4. quæst. 19 & 20. Crass. in §. hæreditas quæst. 7. num. 7. Franc. decis. 285. num. 3. Gregor. decis. 495. num. 3. & 4. Reuerendiss. Vrgellen. decis. 224. num. 18.*

18 Et proinde non aduersantur † *Bertrand. cons. 808. lib. 8. nec Bellon. de iur. accrescen. cad. 7. quæst. 10. num. 2. cum seqq.* probantes institutum in re certa reputari hæredem vniuersalem loquuntur enim quando nullus alius datus est hæres vniuersalis, vel datus deficit, quo casu ne hæreditas remaneant in suspenso, vel defunctus partim rema-
19 neat testatus, partim intestatus tota hæreditas per ius accrescendi defertur ad institutum in re certa, vt claris verbis docet *Bellon. vbi supra in princ.* secus verò alio dato vniuersali hærede tunc enim hæreditas non est in suspenso, nec de-
20 functus † remanet pro parte intestatus cum integra hæreditas deueniat ad hæredem vniuersalem, ideoque non receden. à communi conclu-
21 sione supra firmata, sed sic institutus † semper remanet hæres particularis, vt probant omnes supra adducti, & optimè explicat. *Surd. cons. 439. num. 10. cum seqq.*

Quæ repetebantur ad inducendam compensationem cum legato DD. non habuerunt in consideratione cum abundè fuerint sublata in alijs decisionibus huius causæ adeout superuacaneum sit illis denuo respondere.

Et ideo vtraque, &c.

Deci-

Decisio ista in hac eadem causa emanata coram bon. mem. Dunozetto emanata sub die 17. Martij 1642. erit in suis decisionibus mox imprimendis. Altera vero emanata coram Reuerendiss. D. Decano sub die 27. Februarij est supra in hac parte decis. 152.

R. P. D. CARRILLO.

Postea Præside VALLISOLETANO.

Meleuitana bonorum.

Lunæ 4. Maij 1643.

ARGVMENTVM.

Testamentum conditum inter liberos minus solemniter factum tenet, etiam quoad legata facta vxori, Testium contrarietas, quantum fieri fieri potest, ab concordiam reducenda est, maximè fauore testamenti. Pagani existentis in Castris cum militibus, vt testando gaudeant priuilegijs militaribus, quidnam sit necessarium.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ validitas colligitur ex reuolutione actorum.*
2 *Testamentum factum inter liberos minus solemniter, substinetur etiam quoad legatum relictum vxori.*
3 *Testamentum factum inter liberos substinetur etiam conditum coram duobus testibus.*
4 *Et hoc maximè, si sit scriptum à patre, & in fine adsit clausula generalis significans eius voluntatem esse, vt seruaretur dicta voluntas.*
5 *Testes si asserant, quod testator de tempore testamenti ejecerit omnes de cella, contrariantur illis, qui asseruntur, se fuisse testes præsentes testamento.*
6 *Ad Testium falsitatem euitandam debet capi omnis interpretatio.*
7 *Testes dum dicunt, quod testator eijcit omnes de cubiculo, & postea condidit testamentum, id est intelligendum, quod fuerunt eiecti omnes, qui non erant necessarij tali confectioni.*
8 *Testes, si alter neget alios fuisse præsentes, alter verò affirmet, sunt reducendi ad concordiam.*
9 *Testium dispositiones fauore vltimarum voluntatum sunt coadiuuandæ, & substinendæ, quatenus fieri potest.*
10 *Hominibus nihil magis debetur, quam vt supremæ voluntates postquam aliud habere non possunt, liber sit stylus.*
11 *In Castris existens gaudeat etiam priuilegiis militaribus in condendo testamento.*
12 *Scriniarij militum non gaudent priuilegio militari in confectione testamento, nisi reperiantur in loco hostili.*
13 *Priuilegia militaria in condendis testamentis in tantum communicantur scriniarijs, & aliis paganis in quantum subeunt periculum in loco hostili.*
14 *Et sic tale priuilegium conceditur ob necessitatem, & periculum.*
15 *Priuilegia cui communicantur, non debent esse melioris conditionis, quam illi quibus à principio fuerunt concessa.*
16 *Milites testantes extra aciem, & extra locum hostilem, quamuis sint in expiditione, an gaudeant priuilegiis militaribus.*
16 *Milites otio, & cantibus vacantes, an testando gaudeant priuilegiis militaribus.*
17 *Locus hostilis ille dicitur, in quo hostes adsunt, vel bellum geritur.*
18 *Scriniarii, qui non sunt in bello testando non gaudent priuilegiis militaribus.*
19 *Milites testando gaudent priuilegiis militaribus, si moriantur in bello.*
20 *Milites existentis in loco frequenter adsunt Barbari, Piratæ, & testando gaudeant priuilegio militari, quid sit probandum.*
21 *Locus hostilis ille esse dicitur, qui ab hostibus occupatur.*
22 *In loco hostili dicitur deprehensus, qui in conflictu ita deprehensus est ab hostibus, vt effugere non possit.*
23 *In Conflictu belli, ille dicitur esse, qui est in puncto ipsius congressus, & prope concinnentibus tubis.*

DECISIO CLXXVII.

Responderunt Domini pro confirmatione sententiæ Rotalis, qua declaratum fuit testamentum Cæsaris sustineri, quia constat de eius validitate, & iustitia.

Validitas namque apparet ex reuolutione
1 processus, vbi constat seruata fuisse omnia † requisita in vulgata decisione *Caputaq. 260 par. 2.* & iustitia probatur ex decisionibus in causa factis *sub diebus 11. Aprilis 1639. & 22. eiusdē mensis 1641. coram bon. mem. Merlino.*

Quarum primum fundamentum Dominis pla-
2 cuit, nempè quod dicti Cæsaris testamentum sustineatur tanquam factum inter liberos, etiam quoad legatum relictum Mariæ vxori, licet absque integra solemnitate fuerit conditum, quia est scriptum, & subscriptum ab ipso Cæsari pa-
3 tre, † qui coram duobus testibus declarauit id ipsum, quod in eodem testamento scripserat, &
4 in fine apposuit clausulam † generalem significantem voluntatem seruandi ea, quæ dixerat, & scripserat iuxta dispositionem *textus in §. nos igitur, vers. si tamen authen. de testam. imperf. collat. 8. Anton. Gomes. in l. 3. Tauri num. 58. vers. tamen intellige. Molin. de iustit. & iure disp. 128. vers illud etiam*, cum alijs pluribus relatis in prædictis decisionibus.

Quibus non aduersatur, quod aliqui testes dicant, testatorem eijci fecisse omnes è cellula
5 in qua iacebat, dum confecit testamentum; vnde inferebatur ad contrarietatem, & falsitatem
6 testium, quasi quod impossibile sit adfuisse † testes in publicatione testamenti, si omnes adstantes testator è cellula eijci iusserat. Quia, vt benè respondit secunda decisió, ad euitandum testium
7 periurium, eiectio † perfecta intelligenda est de alijs omnibus, qui ibidem adstabant otiosi, & qui potius impedimento erant testatori non autē debet verificari in Cappellano Triremis, qui testatorem morti proximum ad fruitionem cælestis patriæ hortabatur, nec in alio, qui ipsi attramentum apponebat, vt testamentum scriberet,
8 prout in fortioribus terminis, quod saluari debeant testes, si alter neget alios fuisse præsentes

alter verò affirmet, tradunt *Bart. in l. 1. §. si quis neget sub num. 6. vers. ad contrarium ff. quemadmodum testam. aperiant. Iason. in l. 3. §. iurrare num. 21. ff. de iureiuran. Angel. consil. 275. num. 5. vers. non obstat, Corn. cons. 202. n. 2. lib. 4. Ciriac. controu. 407. n. 149.* & fuit dictum in *Romana alimentorum 28. Martij 1640. coram R. P. D. meo Bichio.*

Idque eo magis venit dicendum fauore vltimarum voluntatum, quæ coadiuuandæ, & susti-
9 nendæ sunt † quantum fieri potest, nisi contrarium pernecesse, & concludenter probetur *Alex. cons. 33. num. 15. lib. 3.* & fuit dictum *in Regien. hæreditatis 20. Aprilis 1637. coram bon. mem. Coccino,*
10 cum nihil sit quod magis † hominibus debeatur, quam vt supremæ voluntatis, postquam iam aliud velle non possunt, liber sit stylus, vt inquit *Imperator in l. 1. C. de sacrosanct. Eccles. latè Spin. de testam. pnr. 1. Rubricæ num. 15. cum pluribus seqq. fol. mihi 11.*

Secundum verò fundamentum, quo in prædi-
11 ctis decisionibus firmabatur testamentum prætatum posse quoque substineri ex priuilegio militari, eo quod Cæsar testator Scriba Triremis, non visum fuit solidum, quia scriniarij non gau-
12 dent † priuilegio militari in factione testamenti, nisi reperiantur in loco hostili de tempore confectionis, vt declarat *glos. in l. scriniarios. C. de test. milit. vbi Donell. n. 4. §. fin. ff. de test. milit. l. vnic. ff. de bon. poss. ex test. mil. Iul. Clar. lib. 3. sent. §. test. quæst. 15. num. 5.* & hoc suadetur summa ra-
13 tione, quia in tantum † scriniarijs, & alijs Paganis communicatur priuilegiò militari in quantum subeunt periculum in loco hostili, & in procintu conflictus, vt ait *Paris. cons. 32. num. 25.* vbi
14 quod illis priuilegium conceditur ob necessitatē, & periculum *lib. 2.* alias periculo cessāte ipsi iuxta leges Paganis præscripta testari tenentur, vt expresè decidit *text. in d. l. scrinarios, C. de testam. milit.* ne alioquin essent melioris conditionis gau-
15 dentes priuilegio per communicationem, quam ipsi milites priuilegiati, qui extra locum hostilē, & extra aciem, quamuis sint in expeditione tenentur testari, saltem coram duobus testibus rogatis *glo. communiter approbata in d. l. 1. ff. de testam. milit. Guttier. in l. nemo potest, num. 265. de legat. 1. Menchac. de success. creat. §. 24. num. 15. & 18. Velasq. consul. 104. num. 16. Gabr. cons. 100. num. 3. et & seqq. lib. 1.*

Cum igitur Insula S. Petri, vbi classis maritima appulerat tempore conditi testamenti non esset locus habilis, vt deponunt testes asserentes insulam prædictam subesse dominio Maiestatis Regis Catholici, ibique mlites per plures dies com-
16 moratos fuisse † otio, & cantibus vacantes, nullatenus Cęsar Scriba Triremis poterat testando gaudere priuilegio militari, quia locus hostilis
17 ad hunc effectum † dicitur ille in quo hostes adsunt, vel bellum geritur, vt in puncto inter milites, & scriniarios distinguit *Alberic. in l. milites 45. num. 4. vers. ipse autem,* vbi quod si hi non
18 sunt in bello nō possunt testari iure militari. *Rip. l. centurio num. 11.* vbi loquitur in specie de classe
19 maritima, & ait priuilegium competere, † si moriantur in bello nauali *ff. de vulg. & pupill. ex tex. in d. l. fin.* ibi, *si in hostico deprehendatur, & illico decedat, ff. de tastam. milit. in Angel. in l. quod constitutum num. 4.* ibi, *si testantur in actu belli. ff. eodem,* sequitur *Simon. de Præt. vltim. volunt. interpret. 2. dub. 1. solut. 8. n. 7. lib. 3. Franc. de Barry. de testam. milit. n. 6. Paris. d. cons. 32. n. 25. lib. 2. Magdalen. de num. test. par. 2. cap. 28. n. 67.*

Adeo quod non sufficiat, quod testes dicant in dicta Insula S. Petri frequenter adesse Barbaros Piratas, nisi probarent eos adfuisse tempore
20 conditi testamenti, itaut † necesse esset stare semper in procinctu, vt notant *Conan. Commentar. iur. ciuil. lib. 9. cap. 5. in fin. Donell. in d. l. scriniarios*
21 *num. 4. C. de testam. milit.* vbi dicitur locum hostilem esse illum, qui ab hostibus occupatur, *& sub num. 5.* asseritur in hostico dici deprehensum, qui
22 in conflictu ita circumuentus sit ab hostibus, † vt effugere non possit, & stare in procinctu, dicitur
23 quando est in puncto ipsius congressus, & † propè concinentibus tubis, vt benè explicat *Franc. de Barry. d. tract. de testam. milit. n. 4 vers. nam in acie.*

Quare Domini dixerunt Testamentum Cæsaris sustineri vti factum inter liberos, & consequenter sententiam Rotalem esse confirmandam ex hoc primo fundamento duntaxat, omisso secundo desumpto ex priuilegio militari tanquam non subsistente ex allegatis.

Edita vna tantum &c.

☞ *Decisiones istæ duæ in hac causa emanatæ coram bon. mem. Merlino sub diebus 21. Aprilis 1639. & 22. pariter Aprilis 1641. sunt inter eius impressas dec. 806. & 862.*

DECISIO CLXXVIII.

R. P. D. BICHIO

Signina Saluiani.

Lunæ 4. May 1643.

Est impressa inter Bichio in Tom. 1. Decis. 124.

R. P. D. GHISILERIO.

Postea EPISCOPO TERRACINEN.

Bononien. Census.

Lunæ 4. Martij 1643.

ARGVMENTVM.

Possessio, vt alicui præscripta remaneat, quid nam probandum veniat. Constitutum, vel præcarium, quando amplius non operentur suum effectum. Plura luculenter deducuntur circa statutum Bononien. quo ad concursum creditorum, cum in eo non fiat mentio de instrumento iurato, an ad illud extendatur maximè cum sit conditum à Laicis, super quo iuramento nullam habent iurisdictionem, & quid sit dicendum, cum statuta prædicta reperiantur confirmata à Sede Apostolica, vt fuse hic habes.

SVMMARIVM.

1 *Associatio non tenet, si fuerit facta vigore clausulæ, constituti, vel precarij, dum mortuo constituente, præ-*

prædium fuit translatum in alium, qui decennio iure proprio possedit.

2 *Ex Negligentia censetur amissa possessio, quæ in solo animo contrahentium suam habet essentiam.*

3 *Scientia occupationis possessionis, debet probari per aduersarium, vt quis dicatur negligens in expellendo possessorem, & num. 4.*

5 *Præscriptio non est inchoanda tempore, quo tertius possidet, & etiam cum titulo, ex bona fide.*

Sed tempore, quo creditor potest agere, & negligens est. num. 5.

6 *Agere non valenti, non currit præscriptio.*

7 *Præscriptio tota fundata est in negligentia creditoris different. exactionem.*

Possessionis amissio pendet, à negligentia fauore tertij, quia possessionem cœpit. num. 7.

8 *Per mortem constituentis, cessat virtus constituti.*

9 *Constituti virtus cessat stante lapsu decennij.*

Et hoc procedit ad effectum obtinendi manutentionem, non autem quo ad alia. num. 9.

10 *Debitor, postquam hypotecauit omnia sua bona, et constituit se præcario possidere &c. tunc creditor potest agere contra tertium possessorem.*

Qui possedit rem hypotecatam cum titulo, & bona fide condictione infra 30. annos ex l. fin. C. de aq. poss. num. 10.

11 *Condictio ex lege, durat per spatium 30. annorum.*

12 *Statutum fori Bononien. rubr. 79. quid disponat. & qualiter sit intelligendum. num. 14.*

13 *Per consensum alienationi præstitum extinguitur hypoca competens consentienti.*

15 *Statuto aliquo, quando quis iuuari intendit debet probare omnes eius qualitates adesse.*

16 *Consentiens alienationi fundi sibi hypotecati sibi, & habentibus causam à se, & non alijs præiudicat.*

17 *Bononiæ adest statutum Mercatorum circa concursum creditorum, quo ad bona fallitorum, quid disponat.*

18 *Et an dispositioni d. statuti subiaceant creditores habentes obligationem Cameralem.*

Statum disponens de omnibus creditoribus instrumentarijs comprehendit etiam habentes instrumenta iurata. num. 18.

19 *De Statutorum validitate disponens circa iuramenta, quando non possit dubitari.*

20 *Statuta Bononien. à diuersis summis Pontificibus fuerunt confirmata.*

21 *Statuta Laicorum regulariter loquendo, non comprehendunt iuramenta.*

22 *Statuentes Laici non possunt disponere super materia iuramenti, cum omnimoda in eis deficiat potestas.*

Laici non possunt disponere super materia spirituali. num. 22.

23 *Statuentes non censentur voluisse disponere super materia super qua non habent iurisdictionem.*

24 *Statuta Laicorum non comprehendunt instrumenta iurata.*

25 *Iuramenta non veniunt sub generali dispositione, sed necessaria est eius specialis mentio.*

26 *Et dicta opinio est communis, & sic fuit iudicatum Bononiæ, ita quoque sensit Rota Romana. num. 27.*

28 *Statutum in forma communi à Papa confirmatum, non habet locum in contractu iurato.*

29 *Statutum, dum de aliquo non loquitur, non censetur voluisse illum comprehendere.*

30 *Ex Obseruantia subsecuta, bene colligitur, qualis fuerit mens statuentium.*

31 *Statutum interpretandum venit secundum obseruantiam subsecutam.*

32 *Instrumenta fieri solent cum iuramento.*

Iuramenta de iure communi non requiruntur in instrumentis.

33 *Instrumenta plura, rogata reperiuntur Bononiæ sine iuramento.*

34 *Statutum, quando potest verificari in instrumentis, in quibus non adest iuramentum, non venit extendendum, vt etiam iurata comprehendat.*

35 *Statuta, vt intelligantur secundum ius commune veniunt interpretanda, & restringenda.*

Statuta sunt strictissimè interpretanda. num. 35.

36 *Confirmatio statutorum facta à Papa de certa scientia comprehendit etiam contractus iuratos.*

37 *Statutorum confirmatio, quando non dicatur facta ex certa scientia.*

38 *Statutorum confirmatio, quando non dicatur facta à Papa ex certa scientia, sed in frma communi.*

39 *Confirmatio statutorum facta à Papa in dubio censetur facta in forma communi, & non ex certa scientia.*

Confirmatio statutorum à Papa facta, regulariter præsumitur facta in forma communi, & non ex certa scientia nisi probetur id. num. 39.

40 *Statutorum confirmatio facta à Papa eo ipso præsumitur facta in forma communi, dum non probatur facta ex certa scientia.*

41 *Iuramentum est nota speciali dignum.*

42 *Statutorum Bononien. confirmatio facta à Iulio II. est in forma communi, non autem in forma specifica, causa cognita, & num. 50.*

43 *Clausula ex certa scientia, posita in confirmatione statutorum, facta à Papa, an operetur, si non præcesse causæ cognitio.*

44 *Statutorum confirmatio facta à Papa in forma communi, non comprehendit actum iuratum.*

45 *Confirmatio statutorum Bononien. facta à Iulio II. numquam fuit moribus vtenticum recepta, & approbata.*

46 *Decis. in causa Bononien. de Michelinis 4. Iulij 1618. & 13. Martij 1620. coram Vbald. declarantur.*

47 *Statuta Bononien. cum fuerit confirmata à Sede Apostolica in forma specifica, comprehendunt etiam iuramenta.*

Statutum est Papale, dum à Papa est confirmatum. num. 47.

48 *Statutum de iuramento, dum specialem mentionem non facit, tunc confirmatio non operatur, vt etiam contractus iuratos debeat comprehendere.*

49 *Statuta Vrbis, licet sint condita de mandato Papæ, & ab eodem confirmata, tamen non comprehendit personas Ecclesiasticas, nisi in illis casibus, vbi est facta expressa mentio de illis.*

51 *Statutum Bononien. de contractibus minorum, si cuius forma non seruetur corruit actus, etiam iuratus, & quare. & n. 54. & 55.*

52 *Ex Statuto de contractibus minorum an possit inferri ad statutum de præscriptione, & nu. 53.*

56 *Statutum Bononien de præscript. & prælation. Creditor. non facit expressam mentionem de credito, et contractu iurato, ideo ad illum non extenditur confirmatio Apostolica Iulij II.*

57 *Gozadin. consil. 16. Maluas. cons. 3. Ruin. consil. 107. num. 15. lib. 1. in quibus terminis loquantur, & num. 59.*

Statu-

58 *Statuta aliqua, si sint confirmata à Papa ex certa scientia, non inde sequitur, quod cætera sint quoque confirmata ex certa pariter scientia.*

60 *Confirmatio dat robur tantum confirmatio iuxta eius limites supplendo tantum quo ad ius, & quo ad factum, & consensum statuentium.*

61 *Statutum aliquod, si non loquatur de iuramento, confirmatio id non potest supplere.*

62 *Statutorum confirmatio non est nouum, quod in vna parte sit in forma specifica, & in cæteris in forma communi.*

63 *Inter præscriptionis casum, & casum hypotecæ, nulla est differentia cum militet eadem ratio.*

64 *Confirmatio in forma communi non comprehendit instrumentum cum iuramento perpetuante actionem.*

65 *Statutum Laicorum mandans inter creditores instrumentarios, & chirographarius fieri diuisionem per æs, & libram, non comprehendit instrumentum iuratum, & nihil ad hoc iuuat confirmatio Apostolica in forma communi.*

66 *Statuentes Laici non possunt disponere, quo ad iuramenta.*

67 *Statutum admittens concursum creditorum, non videtur disponere super iuramento, sed super actione, & modo procedendi.*

68 *Sub Statuto Laicali veniunt materiæ prophanæ, veluti actiones hypotecæ &c.*

69 *Princeps an possit per saluumconductum impedire, ne creditor agat, vel debitorem conueniat in iudicio intra certum tempus, etiam si creditum sit iuratum.*

70 *Statutum Bononien. de concurs. credit. vult. quod creditor patiatur diminutionem sui crediti ex concursu aliorum creditorum.*

71 *Literæ dilatoriæ Laicorum, & salui conductus non suffragantur contra debitum iuratum, & n. 72.*

72 *Papa, vel Imperator, licet cassent consuetudines, vel statuta per hoc non dicitur cassare statuta iuramento firmata.*

73 *Imperialis dispositio, quod maior pars creditorum possit præiudicare minori contenta in l. fin. C. qui bon. ced. poss. non procedit in præiudicium creditorum habentium instrumenta iurata.*

74 *Iuramentum non confirmat actum prohibitum, vel annullatum fauore tertij.*

75 *Gabr. de iure iur. conclus. 5. nu. 39. cum ibi allegat. in quibus terminis loquantur, & n. 76.*

77 *Statut. Bononien. de concurs. creditorum est contra ius commune, quod bona decocti diuidantur inter creditores per æs, & libram.*

78 *Hypoteca regulariter non venit appellatione pignoris, & ab illo differt.*

79 *Traditio censetur facta bonorum, ex clausula constituti, & præcarij.*

80 *Statutum loquens de pignore habet etiam locum in hypotheca.*

81 *Statutum Bononien. de concursu creditorum fuit declaratum per Cardinalem Legatum de anno 1608.*

82 *Constitutio Cardinalis Legati reducens statuta ad ius commune dicitur fauorabilis.*

83 *Constitutio, seu noua Lex regulariter respicit futura, et non præterita.*

84 *Statuta Vrbis nouiter correcta non comprehendunt actus præteritos.*

85 *Statutum correctum de nouo, non tollit ius antea quæsitum, & actus præteritos expectantes post se executionem.*

86 *Fideiussio facta vsque ad certum tempus, vltra illud non operatur, & num. 87.*

88 *Census, quando fuit creatus super fundo, qui postea reperitur fideicommisso subiectus non debentur fructus, & sic intrat actio pro damnis, & interesse, & ad quod &c. & num. 89.*

DECISIO CLXXIX.

SVB die 21. Februarij superioris Anni coram me * fuit resolutum hæredibus Balthassaris de Luparis esse dandam associationem ad Prædij S. Ioannis in Triario tunc temporis possessum per Carolum Elephantuccium, cum appareat fuisse prius in bonis Cęsaris Caiti fideiussoris Hippoliti Elephantuccij, qui sub die 3. Iulij I 606. imposuit censum in sorte libr. 4000. bononenorum ad fauorem supradicti Balthassaris de Luparis, Reproposita causa super eisdem, DD. existimantes ex deductis in alia decisione constare de requisitis necessarijs in hoc iudicio, nempè de credito dicti Balthassaris ex Instrumento, & de possessione tàm Cæsaris prædij, de quo agitur, de tempore præstitę fideiussionis, quàm tempore præsenti Caroli Elephantuccij, seu illius hæredem titulo emptionis; Resoluerunt prout antea competere petitam associationem ad supradictum Prædium Sancti Ioannis.

Nihil enim facit, quod associatio concessa vigore clausulę Constituti, vel præcarij appositæ in
1 contractu † fideiussionis factæ à Cæsare de Anno 1606 cessauerit, dum mortuo constituente Prædium fuit translatum in alios, qui per decennium iure proprio possiderunt, & non vti hæredes eius, qui constituit se præcario possidere *Bald. cons. 150. num. 7. lib. 2. Anchar. cons. 153. sub nu. 7. Craueti cons. 437. num. 3. Gabr. consil. 31. num. 13. lib. 1. Rot. decis. 634. n. 5. & decis. 694. n. 8. par. 1. sec. et dec. 34. n. 2. par. 6. recent.* Quia cum vis supradictæ conclusio-
2 nis consistat in † negligentia constitutarij postquàm possessio fuit penes tertium, cum tunc ex huiusmodi negligentia censeatur amissa possessio, quæ in solo animo contrahentium suam habebat essentiam ad *Text. in l. si de eo, § 1. & ibi Bart. ff. de acquir. possess. glos. in c. cum venisset in fin. & ibi Doct. de restit. spoliat. cum alijs per Rot. decis. 34. num. 2. & 3.*
3 *par 6. recent.* scientia occupationis prædictæ † est probanda in supradictis hæredibus Balthassaris, vt tradunt supradicti in contrarium allegati, & præcipuè *Rota d. decis. 694. sub num. 8. vers. subdit ad hunc effectum*, Et ad hoc faciunt tradita per *Pacific. de Salde manuten. obser. 20. num. 39. & per Posthuian. inspect. 3. cap 2. num. 10. Tiraquel. de constitut. part. 3. lim. 21. num. 9. vers. quod ità intelligit;* Quę negligentia excluditur in hoc casu ex quo dd. hæredes non habuerunt scientiam actionis sibi competentis super bonis Cæsaris fideiussoris, nisi postquàm detectum fuit prędium Medesani, super quo
4 impositus fuit census, esse † subiectum fideicommisso purificato ad fauorem Octauiani Iosephi Elephantuccij, vt ex sententia, & possessione ab eo obtenta in contradictorio iudicio contra alios creditores supra d. prædio Medesani vti obnoxio fideicommisso cum inhibitione nè amplius super eo molestaretur; Vnde satis est, quod petierint, & obtinuerint in partibus postquàm dictus Octauianus,

nus Ioseph notificauit prædium subiacere fidei-
5 commisso,cum † certum sit præscriptionem non esse inchoandam tempore quo Tertius possidet,& etiam cum titulo,& bona fide,sed à tempore quo Creditor potest agere,& negligens est,vt contra *Felit.de cens.cap.4.lib.3 num.12.* dixit *Grat.in addit. ad decis.Marches.15.num.5.* quem sequuta fuit *Rota decis.407.num.17.& 18.par.5.recent.ex reg.generali,*
6 quod non † valenti agere non currat præscriptio, quæ tota fundata est in negligentia Creditoris differentis exactionem, *Bald.in auth.nisi Triennale num.1.C.de bon.matern.*& nulla potest pro tempore antecedenti hæredibus Balthassaris imputari ne-
7 gligentia, † seu obliuio à qua pendet possessionis ammissio fauore tertij, qui possessionem apprehendidit *l.habere licere, l.euicta,ff.de euict.l.qui rem, C.eod.* Et in omnem casum etiam si per mortem
8 constituentis cesset virtus constituti, † & facultas retinendi ex eo possessionem, quia tunc constitutarius non dicitur amplius eam habere,illa tamen non cessat,quo ad effectum recuperandi possessionem;quia constitutario competit recuperatio,cum quod virtus constituti expirauerit per decennium procedat ad effectum obtinendi manutentionem, non autem immissionem ex alio iudicio possesso-
9 rio; † vt benè distinguit *Cyriac.controuer.258.num. 39.& 40.*vbi quod non perit,nisi quoad effectum retinendæ tantum, secus quoad alios *Gratian.decis.Marches.15.num.3.Pacific.d.inspect.3.cap.2.num. 1029.Et in Romana Saluiani 29.Ianuarij 1618.coram bo:me:Remboldo;* Et ideo dicendum est,quod quando debitor hypothecauit omnia bona sua,& constituit se præcario nomine retinere,& possidere,
10 &c. tunc creditor, vel hæres creditoris poterit † agere contra Tertium possessorem, qui possedit rem hypotheeatam cum titulo,& bona fide longo tempore intra annos 30. condictione ex *l.fin.C.de*
11 *acquir.possess.* Quia tanto tempore † durat conditio ex lege,*vt in l.1.C.de condict.ex lege,* & firmant Scribentes *in leg.exitus ff.de acquir.possess. Afflict.decis.139.num.5.Thesaur.decis.215 sub num.6.vers.nec obstat Menoch.de recuper.remed.14.num.67.*

Non obstat statutum fori Mercatorum Bonon. rub.79.disponens, quod venditiones, alienatio-
12 nes, † & dationes in solutum factæ per Sindicum intelligantur factæ, ac si factæ fuissent per cessantem, seu decoctum de voluntate creditorum; Vnde infertur, quod sicuti hæredes Balthassaris non possent associari, si verè consensissent alienationi prædij,de quo agitur;Ita neque vbi Sindicus alienauit stante presumpto venditoris consensu inducto à statuto, per quem consensum alienationi
13 præstitum, † extinguitur hypotheca competens consentienti *l.si debitor §.1.l.sicut §.si voluntate, ff. quib.mod.pign.vel hypothec.soluat. l.2. C.de remiss. pign.l.creditor,ff.de reg.Iur.Rot.coram Caual dec.528. num.3. coram Reuerendiss.Vrgellen. decis.141.num.5.* & antea *coram Seraph.decis.356.num.12.* Nam cessat obiectum,Tum quia non constat alienationem
14 fuisse factam à Sindico, † & Sindicum fuisse constitutum ad petitionem Creditorum, vel maioris partis illorum,vt opus est iuxta formam dictæ ru-
15 bricæ,quæ qualitatis sunt probandæ ab † hæredibus Caroli Elephantuccij,dum prætendunt iuuari dispositione dicti statuti *Roman.cons.204. num.12. propè fin.vers.Postremo. Cuman.cons.146.per tot.* Tū etiam, quia assignatio, seu diuisio facta inter creditores rationis Bancariæ, & chirographarios, à quorum assumptis prædium,de quo agitur fuit assignatum in solutum aliquibus creditoribus, qui vendiderunt Carolo Elephantuccio,non præiudicat hæredibus Balthassaris,qui nedum habent supradictum contractum iuratum cum hypotheca, & pacto præcarij, sed non fuerunt vocati, seu interuenerunt in supradicta assignatione,& diuisio-
16 ne,quæ potuerunt solum præiudicare consentientibus,& habentibus solam actionem personalem, *l.rescriptum 11. in fin. vbi Bart. num.4. Angel.num.1. vers.sequitur rescriptum, ff.de pact.Iason.in l.& suum hæredem, §.hodie tamen, num.2.vers.4.limita, ff.eod. Afflict.decis.288.num.14. vers.& fuit decisum. Vinc. de Franch. decis.82. num.5. vers.eo enim, & num.8. vers. mouebat me etiam, Seraph. decis.1233. num.16. vers.inde cum hypotheca.*

Maior difficultas consistit in altero statuto eiusdem fori Mercatorum Bononiæ, quo expresse ca-
17 uetur,vt omnes creditores etiam chirographarij, aut per scripta priuata, aut per partitas librorum concurrant cum hypothecarijs,& instrumentarijs in bonis Cessantium per æs, & libra, dummodo instrumenta sint celebrata intra quinquennium ante cessationem, cuius statuti dispositione attenta *Rota in Bonon. de Michelinis 4.Iuly 1618. & 13. Maij 1620.coram bon.mem.Vbaldo,*resoluit,ita indi-
18 stinctè inter creditores decocti esse procedendum per æs,& libram,& habentes etiam pro se obligationem Cameralem subiaceant dispositioni huiusmodi statuti,prout cæteri omnes, ea ratione;quia cum dictum statutum expresse disponat de omnibus creditoribus instrumentarijs includit etiam habentes instrumenta iurata,cum de potestate sta-
19 tuentium dubitari non possit attenta secunda confirmatione Iulij II. de anno 1510. in qua expressè disponitur,quod omnia,& singula statuta, & ordinamenta inuiolabiliter obseruentur,etiam si contractus,vel instrumenta contra alicuius dispositionem, & formam ad illorum validitatem
20 iuramentis firmata,& roborata reperirentur,de quia in fine voluminis statutorum Criminalium Bononiæ.

Hoc tamen statuto non obstante DD. pluries proposita causa, examinatoque strictè articulo,an dictum statutum comprehendat casum iuratum,
21 de quo agitur, negatiuam sunt amplexi, & consequenter dixerunt standum in decisis Quia cum in statuentibus laicis deficiat omnimoda potestas
22 disponendi super iuramento tamquam re spirituali iuxta notata in *cap. Cum contingat de Iur.iur. Alex.cons.27.sub num.7 lib.1. Corn.cons.224.num.2. lib 3.Rimin.iun.cons.16.num.44. Rot. in Narnien.bonorum 26 Februarij 1016. coram bon.mem.Cardinali Sacrato,*in qua recensentur aliæ decisiones;Deficit
23 etiam in ipsis absoluta voluntas cum non censcantur voluisse quod facere non poterant, metienda enim est voluntas à potestate,vt dixit *Rot. in d.Narnien.26.Februarij 1616.coram bo:mem.Cardin. Sacrato,* & patet etiam dum nullum faciunt
24 verbum de iuramento; Receptissima est enim conclusio statutum non comprehendere contractus, vel casum iuratum, cum iuramentum non
25 veniat in generali dispositione, sed necessaria est indiuidua mentio,vt cum *gloss & alijs conclusionem firmant*

firmant in terminis statuti Bononiæ Oldrad. consil.41.
num.14.lib.1.Laur.de Pinu cons.90.il 2.num.3. Bero.
cons.126.num.8.vol.1. Grat. consil.41.num.14.lib.1.
Gargiar.Patroc.10.num.12.Barz.decis.25. numer.48.
*Rot.Bonon.decis.21.num.20.& 22.*Vbi etiam sic plu-
26 ries Bononię iudicatum affirmat,& hanc opinio-
nem non solum esse communem, sed etiam in di-
cta Ciuitate canonizatam. Vlterius *Add.ad eam-*
*dem decis.21.*testantur per eamdem *Rot.Bonon.*ita
conclusum fuisse in vna *de Calderinis* 1596. & sen-
27 tentiam latam vigore *dictæ decis.21.*fuisse in gra-
du appellationis confirmatam in nostro Sac.Rotę
Romanæ Auditorio in eadem *Bonon.de Calderinis*
14.Nouembris 1598.*coram Penia.*In qua ita fuit re-
solutum ex *Grat.cons.41.lib.1. num.14.Laur.à Pinu*
cons.90.num.3.Gargiar.Patroc.10.num.12. tanquam
versatis in iure patrio Bonon.Maximè cum eorum
sententia grauissimo, & numeroso consultorum
28 suffragio nitatur asserentium simile statutum in
forma communi confirmatum non habere locum
in debito iurato, quos refert *Seraph. de priuil. iu-*
ram. priuil.22. num.53. & priuil.51. num.2.Gabriel.
*tit.de stat.concl.11.num.4.*Deinde Rota approbauit
eamdem opinionem in *Bonon.successionis 6. Decem-*
bris 1622. coram bon.mem.Vbaldo, & dicta decisio in
Bonon. successionis fuit approbata in Bonon. fideicom-
missi de Blanchis 14.Ianuarij 1636.coram R.P.D.meo
Rojas,decis.84. num.8.par.7. recent. Et propterea
29 cum per statuentes nulla sit facta mentio de iura-
mento,& Bononiæ concurrat obseruantia pro ex-
clusione contractus iurati, vt in specie testatur
Rot.Bonon.d.decis.21.num.24.& 37. Ex huiusmodi
30 obseruantia subsecuta confirmatur talem fuisse
ab initio mentem statuentium *c.cum dilectus, vbi*
Anton.de Butr.& alij de consuetud.& secundum ob-
seruantiam statutum ipsum venit interpretandum
31 etiamsi repugnaret vero intellectui statuti *Soccin.*
cons.145.col.2.lib.1.cum alijs per Surd.adductis in con-
*sil.297.num.8.lib.2.*Itaut non obstet quod statuen-
tes, dum fecerunt mentionem de instrumentis in-
tellexerint comprehendere contractus iuratos, eo
32 quia instrumenta fieri solent cum iuramento, si
quidem de iure communi iuramentum in instru-
mentis non requiritur, *Rip.in l.2.num.490 ff.solut.*
matrim.Abb.consil.33.sub num.4. ni probetur con-
suetudo de tempore conditi statuti, vt benè ad-
uertit *Amat.decision. Marches.91.num.6.& 7.* Quæ
33 consuetudo in Ciuitatæ Bononiæ nullibi hacte-
nus probata fuit,imò multa instrumenta ibi cele-
brari consueuisse absque insertione iuramenti
fuisse probatum testatur *Rot. Bonon. d.decis. 21. sub*
34 *num.32.vers.si quidem.*Et vbi statutum potest veri-
ficari in instrumentis, in quibus non adsit iura-
mentum non venit extendendum, vt etiam casus
iuratos comprehendat,quia cum dictum statutum
sit contra ius commune venit restringendum, &
strictissimè interpretandum,sufficitque quod in
35 vno tantum verificetur, vt notat *Abb.in cap.cum*
dilectus num.10.de consuet. Gozad.Grat.Osasc.Rolan.
& Honded.cons.1.num.33. quos refert, & sequitur
Rot.Bonon.dicta decis.21.num.33.

Minus censuerunt DD. suffragari secundam
confirmationem Iulij Secundi cum supposito,
36 quod emanauerit ex certa scientia, vt dixit *Rot.in*
d Bonon.de Michelinis 13.Martij 1620. coram bo: me:
*Vbaldo,*vt tradunt *Gozad.cons.16.num.16.Grat.con-*
sil.75.num.11.ad med.lib.2.Ruin.cons.55.nu.10.lib.5.
Maluas.cons.3.num.29.cum duobus seqq.& sub nu.41.
Giouagn.cons.83.num.30.& 31. lib.1. Rot.Bonon.de-
cis.59.num.15.ad med.& decis.125.num.45. Quia
fundamentum corruit ex facto cum nullibi appa-
37 reat confirmationem esse ex certa scientia ex
quo nihil adest ex ijs,ex quibus certa scientia con-
stituitur enumeratis per *Gabr.cons.183.num.13.&*
seqq.lib.2.Rot.decis.192.& seqq.part.1.recent. Vbi in
terminis contrarijs multa allegantur, quibus de-
38 ficientibus confirmatio dicitur in forma com-
muni,vt latè *Rot.decis.780.num.5.par.1.diuers.*Nam
confirmatio regulariter in dubio præsumitur fa-
cta in forma communi *cap. porrecta de confirmat.*
39 *vtil. vel inutil.* & certa scientia, vt notat *Imol. &*
Doctores in d.cap.porrecta, & in cap.2 de constit.in 6.
non præsumitur,nisi probetur *Carol.de Grass.de ef-*
fect.cleric.effect.2.num.139.Anton.de Amat.resol.100
40 *num.18.*Vnde cum præsumatur in forma commu-
ni eo ipso ac non probatur ex certa scientia se-
quitur non tollere vires iuramenti, vt in terminis
confirmationis statuti Bonon.*Aretin.cons.8.num.3*
vers.sed tamen præmissis Bero. cons.126.num.12.lib.1.
Grat. d.cons.41.num.21. & seq.cons.84. num.7.lib.1.
& cons.71. num.11. versic. nec obstat, lib.2. Maluas.
cons.13.num.84.& seq.Soccin.Iun.d.cons.32. à nu.34.
vsque ad num.48. lib.3. Gargiar. d patr.10. num.13.
Cabal. cons.180. num.30. & 31.lib.1.Rot.d.decis.21.
num.26. & decis.48.num.5. Rot. nostra in d.decisioni-
bus coram Penia, & coram Vbaldo, & demum *coram*
R.P.D.meo Roias d.decis.84. par.7. & sufficeret ad
41 excludendum eius † comprehensionem in statu-
to laicorum, quod confirmatio non faciat men-
tionem de contractu iurato,quia est speciali nota
dignus vt firmauit *Rot.in supradicta Narnien.bono-*
rum 26.Februarij 1616. coram bon.mem.Sacrato,cum
alijs supra allegatis.

Quod prædicta secunda confirmatio Iulij Se-
cundi statutorum Bononiæ sit in forma commu-
42 ni † non autem in forma specifica causa cognita
tenuerunt,*Gratian.cons.41.num.21.& cons.57.nu.5.*
lib.1. Laur.à Pinu. cons.90.3.& 12. Bero consil.126.
num.9.& 12.vol.1.Idem quæst.fam.50.numer.2.& 3.
vbi respondet clausulæ ex certa scientia in prima
confirmatione appositę,vt non operetur dum non
43 præcessit † causæ cognitio, prout requiritur *Ca-*
ball.cons.180.num.31.& 32.lib.1.Alex.cons.59.nu.4.
*cum seqq.lib.1.vbi num.8 cum seqq.*firmat confirma-
tionem esse in forma communi, & propterea non
44 posse extendi ad actum iuratum, & contra ius
commune,*Maluas.cons.13.num.82. & seqq.Gargiar.*
Patroc.10. num.13. & cons.38.num.11. lib.1. Soccin.
*iun.*qui examinat vtramque confirmationem Iulij
Secundi *cons.32.num.32.34. cum seqq. lib.3.vbi nu-*
45 *mer.44.*dicit dictam † confirmationem non esse
attendendam, quia nunquam fuit moribus vten-
tium recepta,& approbata *Rota Bononien.decis.21.*
num.26.& 27.& decis.48.num.5. Quam opinionem
comprobauit *Rota in dictis Bonon. de Calderinis co-*
ram Penia. Bonon.successionis coram bon.mem.Vbaldo,
& Bonon.fideicommissi de Blanchis coram R.P.D. meo
46 *Roias*, nec faciunt decisiones Rotæ † in *d.Bonon.*
de Michelinis 4.Iulij 1618.& 13 Martij 1620.coram
bon.mem.Vbaldo, & coram Buratto decis.201.num.2.
47 Quia firmant statutum comprehendere † iura-
mentum vti confirmatum in forma specifica, se-
cundum

eundum *conf. Gozadin.16. & Ruin.107. & Maluaſ. conſ.3.ex num.41.* qui loquuntur in terminis ſtatuti de contractibus ſpecificè confirmatis, vt infra, & mouentur ea ratione, quod ſtatutum ſit Papale, dum à Pontifice fuit confirmatum; quæ ratio non
48 afficit, nam cum ſtatutum de iuramento † ſpecialem mentionem non faciat ſicuti omnino requirebatur, confirmatio non viget, vt etiam contractus iuratos comprehendere debeat, vt in puncto confirmationis ſtatutorum Bononiæ firmant *Doct. & deciſiones allegatæ in princip. & præcedenti, §. Quod prædicta, &c.* & in fortioribus terminis de ſtatuto
49 ſcilicet Vrbis facto de mandato Papæ, † & ab eodem confirmato, quod non comprehendat perſonas, & bona Eccleſiaſtica, niſi in illis capitulis, in quibus de eis facta eſt ſpecialis mentio tenuit pluries Rota in terminis *cap.124. & 170. in Romana penſionis Prioratus 4. Februarij 1630. coram bon. mem. Pirouano apud Fenzon. ſuper ſtatut. Vrb. deciſ.69. verſ. non obſtat, quod ſtatutum,* & in terminis *cap.94. & 157. in Romana liberationis à fideiuſſione, 4. Maij 1630 coram bon. mem. Merlino penes eundem deciſ.5. per tot. & de capit.42. 124. & 154. in Romana donationis de Caſtellanis 23. Iunij 1631. coram bon. mem. Coccino, ubi ſupra deciſ.6. verſ. neque obſtat in ſtatuto,* ideo Ro-
50 ta illis non obſtantibus contrarium firmauit † in dictis deciſionibus *Bonon. ſucceſſionis coram eodem bon. mem. V baldo, & Bonon. fideicommiſſi de Blanchis coram R.P.D. meo Roias,* cum confirmationes Iulij Secundi ſint in forma communi, vt ex *Aret. Maluaſ. Bero. & alijs ſupra allegatis.* Prout nihil facit *deciſ. Bononien.50. num.15. ad med. & deciſ.126. nu.46.*
51 quia vltra quod procedunt in terminis ſtatuti † Bonon. de contractibus minorum cuius forma non ſeruata corruit actus etiam iuratus, quia Papa hoc ipſum Capitulum indefinitè confirmauit. Hinc factum fuit, quod eadem *Rot. Bononien. in d. deciſ.21 num.28.* declarauit ex dicto ſtatuto de contracti-
52 bus non poſſe inferri † ad ſtatutum de præſcriptione, & ad alia, quæ non faciunt mentionem de iuramento, & ita fuiſſe ſemper obſeruatum Bononiæ, *& d. deciſ.59.* emanauit anno 1561. vt notant *Add.* præcedens verò deciſio 21. eſt poſterior nempè de anno 1596. deinde approbata, vt fuit pluries dictum *coram Penia, & coram bon. mem. V baldo, & coram R.P.D. meo Roias.* Aliud enim eſt, quod contractus factus non ſeruata forma ſtatuti non va-
53 leat † etiamſi iuratus prout Papa mandauit in dictis litteris, aliud verò, quod ſtatutum de præſcriptione, de læſione, de compromiſſis, de actionibus hypothecis, & ſimilibus, comprehendat etiam debitum iuratum, de quo non facit mentionem,
54 nec ſtatutum, nec confirmatio; nam ſtatutum † Bonon. dat certam formam in contractibus minorum mulierum, & filiorum familias, qua forma non ſeruata annullat contractum etiam ſi iuratum, quo caſu non eſt dubium, quin iuramentum nihil operetur contra ſtatutum tanquam appoſitum ad efficaciter obligandum in fraudem ipſius
55 ſtatuti, quod tollit fidem † ſcripturis, & Papa ſpecialiter confirmauit, & ſeruari voluit etiam quod contractus iuramento eſſet roboratus, hæc autem particularis diſpoſitio non extenditur ad caſum contrarium, & ad diuerſum ſtatutum de præſcriptione, & prælatione creditorum, & ſimile ſtatutum factum ab Vniuerſitate; quod non facit
56 expreſſam mentionem de contractus, † & debito iurato, nec tollit fidem ſcripturis, ſed ſolum mandat contra diſpoſitionem iuris, quod diuiſio fiat per æs, & libram nulla habita ratione hypothecæ, & anterioritatis *Gozadin. verò conſ.16. Maluaſ conſil.3. & Ruin. conſ.107. num.15. lib.1.* loquuntur in terminis ſtatutorum Bononiæ de contractibus, qui ſine certa ſolemnitate non valent etiamſi ad-
57 ſit † iuramentum, ex quo ſtatutum annullat actum factum forma non ſeruata, & Papa idem circa hoc tantum diſponit in confirmatione, ſed non inde ſequitur, quod in reliquis confirmatio dicatur ex certa ſcientia, & quod omnis contractus
58 iuratus † cadat ſub ſtatuto non loquente de iuramento, vt diſtinguendo vnum caſum ab altero aduertit *Rot. Bonon. d. deciſ.21. num.28.*

Non obſtat, quod dicta ſecunda confirmatio expreſsè diſponat, quod omnia, & ſingula ſtatuta, & ordinamenta de cætero inuiolabiliter obſeruentur, etiamſi contractus vel inſtrumenta contra alicuius eorum diſpoſitionem, & formam ad illorum validitatem iuramentis firmata, & roborata
59 reperirentur, vt in terminis ponderat *Maluaſ. d. conſ.3. ſub num.31.* Quia intelligitur de contractibus minorum, & alijs nulliter celebratis contra formam ſtatutorum, quos noluit valere non obſtante iuramento, vt in ſpecie declarat *Monterent.* quem refert, & ſequitur *Rot. Bonon. d. deciſ.21. nu.28.* vnde non poteſt inferri ad alios contractus iuratos non celebratos contra formam ſtatutorum, de quibus ſicuti non loquuntur ſtatuta in verbis;
60 ita nec ad eos extendi debet confirmatio, quæ tantum dat robur confirmato intra eius limites ſupplendo tantum quoad ius non quoad factum, & conſenſum ſtatuentium. Ideo cum non agatur de iuramento præſtito in inſtrumento celebrato contra expreſſam diſpoſitionem, & formam ſtatutorum ceſſat diſpoſitio, & derogatio Iulij Secundi, & iuramentum, nec ſub ſtatuto de illo non lo-
61 quente, nec ſub dicta confirmatione in forma communi extra caſum ſpecificatum comprehenditur ex alias allegatis, eoque minus, quia quoad alios contractus prædicta confirmatio eſt in for-
62 ma communi, nec eſt nouum, quod confirmatio ſit in forma ſpecifica quoad vnam partem, ſeu Capitulum ſtatuti, & in cæteris dicatur in forma communi, *Seraphin. deciſ.460. num 3. & deciſ.1198. num.7. Rot. d. deciſ.339. num.5. par.2. recent.*

Nec facit ſi replicetur quod *d. deciſ. Rot. Bononien.21. & altera pecuniaria de Calderinis, 4. Nouembris 1598. coram bon. mem. Penia,* procedant in ter-
63 minis ſtatuti de præſcriptione; quia nulla † eſt differentia inter caſum præſcriptionis, & caſum hypothecæ, cum eadem militet ratio; quemadmodum enim ſtatutum tollens, & præſcribens actionem per decennium, ſub qua cadit hypotheca non habet locum in contractu iurato,
64 quia tanquam laicale, & confirmatum in † forma communi non comprehendit inſtrumentum cum iuramento perpetuante actionem *Rot. Bonon. d. dec. 21. n.21.* & fuit reſolutũ *in d. Bon. pecuniaria corã bo: mem. Penia;* pariformiter ſtatutum mandans inter creditores inſtrumentarios, & chirographarios fieri diuiſionem per æs, & libram non comprehen-
65 dit creditores † habentes inſtrumentum iuratum, cum licet iuramentum non obligat concredito-

res, ſat eſt quod laici noluerint nec potuerint de
66 eo diſponere, quæ eſt ratio † fundamentalis non
comprehenſionis.

Non obſtat, quod ſtatutum admittens concurſum creditorum non videatur diſponere ſuper iu-
67 ramento, † ſed ſuper actione, & modo procedendi, quę cum ſit res merè profana cadit ſub diſpoſitione laicali ſtatuentium, qui poſſunt diſ-
68 ponere de actione, & ſic de hypotheca tanquam re profana *ex Surd.conſ.99.num.*18. Quia quicquid ſit de opinione Surdi, Surdus loquitur in caſu diuerſo dum firmat Principem per ſaluum conductum poſſe impedire ne creditor agat, vel debitorem conueniat in iudicio intra certum tem-
69 pus † etiam ſi debitum ſit iuratum, ea ratione, quia non in totum tollit vim iuramenti, ſed eum in tempus ſuſpendit, & ſic non reſpicit ſubſtantiam obligationis iuratæ prout reſpicit ſtatutum de quo agitur, quod minuit ipſam obligationem
70 iuratam, & actionem exinde ortam dum vult, quod creditor patiatur diminutionem ex concurſu aliorum creditorum, & contra opinionem Surdi tenuerunt *Alex.conſ.*205.*n* 6 *vol.*2. in terminis dilationis in concurſu creditorum, *& conſ.* 38.*à n.*4.*vſq; ad* 8.*vol.*3. vbi quod literæ dilatoriæ,
71 & ſalui conductus non ſuffragantur contra debitum iuratum, *Afflict. deciſ.* 5. *per tot.* & præcipuè *n.*3. quod licet Papa, vel Imperator caſſet conſuetudines, vel ſtatuta per hoc non intelligitur
72 † caſſare ſtatuta iuramento firmata, *& dec.* 111. *ſub num.*14. firmat ſaluum conductum non extendi ad debitum iuratum ſi non facit mentionem de iuramento. *Gabr.de iur.iur. concluſ.* 5.*num.*21.
73 *Boer.deciſ.*296.*n.*5. & quod diſpoſitio † Imperialis, quod maior pars creditorum poſſit præiudicare minori contenta *in l fin.C.qui bon ced.poſſ* non procedat in præiudicium creditorum habentium inſtrumenta iurata tenuit *Rota coram bo.mem.Coccino dec* 440.*n.*3.

74 Minus releuat, quod iuramentum † non confirmet actum prohibitum, vel annullatum fauore tertij, *ex Gabriel.de iur.iur. concl.*5. *n.* 39. *cum alijs alleg.* Quia hic non agitur de aliquo contractu annullato fauore ipſius tertij, neque de iuramento in eius præiudicium, & fraudem appoſito, in
75 quibus terminis loquuntur † *Gabr. l. & allegati,* ſed agitur de prælatione in bonis debitoris ex Inſtrumento iurato cum hypotheca bonorum; quod non cenſetur ſublatum ex ſtatuto laicorum non faciente mentionem de iuramento, etiam ſi diſponat de ſola prælatione, & concurſu credito-
76 rum, cùm etiam hoc caſu † iuramentum operetur effectum ſuum contra bona debitoris, etiam ſi reſpiciat factum tertij, vt idem met *Gabr. declarat.d concl.* 5.*num.*40.

Prætereà dictum ſtatutum eſt exorbitans à iure
77 communi, quia mandat, quod bona † decocti diuidantur inter creditores per æs, & libram contra diſpoſitionem, *text.in l.*1.*C.qui pot.in pign. habeant.* Vnde dum exceptuat creditores habentes pignus per 12. dies ante ceſſionem debitoris, cenſetur quoque exceptuare creditores habentes
78 hypothecam, † quæ regulariter venit appellatione pignoris, & ab illo nō differt, *§.item Seruiana Inſt.de act.l.res hypothecæ, verſ.inter pignus, & l.debit. ff.de pign.l.*1.*ff.de pig.act. Hugo Donell.de pign.c.*1.*in princip.* præcipuè quando in contractu appoſitum
79 eſt pactum conſtituti, † & præcarij, vt hic nam tunc cenſetur facta traditio bonorum hypothecatorum, *l.quod meo, & l.quædam mulier, ff.de acqu. poſſ. Tiraquell.de conſtit.par.*5.*num.*2. *Oſaſch.dec.*153. & in puncto, quod ſtatutum loquens de pignore
80 habeat † locum etiam in hypotheca dixerunt, *Dec.in l.creditor.n.*4.*ff.ſi cert.petat. Rebuff.in l. Plebs* 238.*§.pignus col.*2.*verſ. ſecundus, ff. de verb. ſignif. Neguſan.de pign.par.prima princip.n.*8. *&* 9. *Odd.cōſ.* 110.*n.*18. quod etiam declarauit, & quatenus
81 opus ſit denuo † ſtatuit Cardinalis Iuſtinianus in ſua Conſtititutione ædita 17. Septembris 1608 in qua mandauit, vt ſtante dicto ſtatuto Mercatorum ſub verbo, pignoris, intelligeretur etiam hypotheca, & creditores habentes Inſtrumentum cum hypotheca per bimeſtre ante ceſſationem debitoris præferri deberent alijs creditori-
82 bus habentibus ſolam perſonalem. Quæ † Conſtitutio Cardinalis Legati reducens, ſeù declarans ſtatutum iuxta diſpoſitionem iuris dicitur fauorabilis, & propterea comprehendit etiam actus præteritos, *Felin.in c.fin.verſ. fallit.*2. *de conſtit. Rot.dec.*142.*n.*2.*par.*2.*diuerſ. Alderan.de ſtatut.interpret.concl.*13.*num.* 41. Et quamuis poſtmodum anno 1616. Cardinalis Legatus per aliud decretum loco dicti bimeſtris poni iuſſerit quadriennium. Id tamen non potuit præiudicium inferre ijs, qui medio tempore contraxerunt, prout Luparus contraxit anno 1606. biennio ferè ante decoctionem Caiti, quo vigebat dictum ſtatutum
83 exceptuans hypothecarios. Regulariter † enim Conſtitutio, ſeù noua Lex reſpicit futura, non præterita *l.leges, C.de legibus, cap.fin.de conſtitut. Cum. Card. Manman.conſ.*159.*n.*1.*&* 2. *Marta vot.*37.*n.*3. *Card. Man-*
84 *tic.deciſ* 259.*n* 4. vbi de ſtatuto Vrbis nouiter correcto, quod non comprehendat actus præteritos, & fuit reſolutum *in Balneoregien.bonorum coram bo. mem.Card. Pamphilio ſeniore, poſt Fenzon. ſuper ſtatut.Vrb.deciſ.*117. vbi quod ſtatutum correctum de
85 nouo, non tollit ius antea quæſitum, & actus præteritos expectantes poſt ſe executionem, vt in hoc caſu.

Denique non obſtat vltimum obiectum, quod Cæſar fideiuſſor reſpectu fructuum pro nouem annis dumtaxat fideiuſſiſſet, & propterea non
86 competat aſſociatio, niſi pro fructibus nouennij Quia Cæſar duas fecit diſtinctas obligationes, alteram pro ſolutione fructuum cenſus, quam limitauit ad nouennium, alteram verò vna cum Hippolyto Elephantuccio in qua promiſit cenſum hoc fore, & eſſe bonum, & pro tali perpetuò manutenere, & vtramque obligationem diſtinguendo firmat deciſio, quæ reuidetur *in §.nec facit, quod Cæſar,* & fructus decurſi non fuerunt petiti, nec prætenſi tanquam fructus, neque tanquam damna, & intereſſe ratione euictions fundi cenſiti, itaut non debeantur niſi à die euictio-
87 nis, ſed fuerunt petiti ratione damnorum, & intereſſe ob ſecundam promiſſionem, quod fundus cenſitus eſſet liber, cenſus foret bonus, & benè factus, & pro tali perpetuò manutenere. Quia ſi fundus fuiſſet liber, non ſubiectus fideicom-
88 miſſo, fructus cenſus fuiſſent habiti ex eo; ſed quia fundus apparuit ſubiectus fideicommiſſo;, fructus cenſus haberi non potuerunt, &

ſic

sic intrauit actio etiam pro fructibus in præteritum decursis loco damnorum, & interesse præ-
89 standis ab ipso Cæsare fideiussore etiam ante sequutam euictionem stante dicta obligatione. *Rota decis. 484. num. 2. & decis. 519. num. 6. apud Cenc. de censibus cum alys allegatis in dec. §. cum igitur, &c.*

Et ex his causa sæpius proposita, & articulo maturè discusso censuerunt DD. vt in alia decisione supradictis hæredibus Balthassaris competere associationem ad supradictum prædium S. Ioannis in Triario spectans de tempore fideiussionis ad Cæsarem Caitum fideiussorem.

Decisio ista emanata in hac eadem causa sub die 21. Februarij 1642. coram eodem Reuerendissimo Terracinen. est supra in hoc volumine decisio 72.

R. P. D. GHISILERIO

Postea EPISCOPO TERRACINEN.

Bononien. Aggregationis ad Collegium.

Lunæ 4. Maij 1643.

ARGVMENTVM.

Aggregandus ad aliquod Collegium, quando statuta disponunt, quod sit verus Ciuis loci, propriæ originis, & paternæ, tunc si quis sit spurius sed legitimatus per rescriptum Principis, an sit admittendus in eo. Admissus, ad effectum faciendi suas probationes, vt aggregetur ad aliquod Collegium, quando quis est quo casu dicatur acquisiuisse ius, & quando non.

SVMMARIVM.

1 *Ciuis verus, & originarius alicuius ciuitatis, spurius dici potest, nec ratione originis propriæ, nec paternæ.*
2 *Spurius honestè in patrem nominare nequit, eum à quo genitus fuit.*
3 *Statutum si negatiuè loquatur fortius stringit.*
4 *Legitimatus ex rescripto DD. de Campegijs, an possit dici, quod in eo concurrant qualitates requisitæ, vt detur ingressus in Collegium DD. Medicorum Bononiæ.*
5 *Statutum, quando requirit, vt quis sit legitimus, admittatur legitimatus ex rescripto Principis.*
6 *Ad honores, & dignitates admittuntur legitimati per Principem, quando statuta generaliter de legitimis loquuntur.*
7 *Statutum, si requirat, quod aliquis sit verus Ciuis, ista verba sunt naturalia, & non possunt verificari in qualitate ciuili acquisita per rescriptum Principis.*
8 *Aetas aliqua præcisa dum requiritur, annorum curriculis impleri debet, & non imperiali beneficio.*
9 *Princeps potest per suum priuilegium creare Ciuem exterum, qui gaudeat omnibus immunitatibus, ac si esset verus Ciuis.*
10 *Princeps non potest efficere, vt exterus si verus Ciuis, & originarius alicuius loci.*
11 *Legitimatus acquirit ciuilitatem, & originem patris.*
12 *Statuta, dum requirunt, vt quis sit verus Ciuis origine propria, & paterna, clarè excludunt legitimatū. Legitimatus non efficitur verus ciuis, sed efficitur ex post facto. num. 12.*
13 *Qualitas, vbi requiritur in origine non sufficit si superueniat.*
14 *Rota coram Card. Seraphin. dec. 1300. declaratur.*
15 *Ad probationes, vt quis ingrediatur ad aliquem locum, quando est admissus, dicitur ei ius quæsitum, vt non sine causa non possit repelli limita tamen, vt n. 16. & 17.*
18 *A voluntate alterius ea, quæ pendent, non competi partis querela.*
19 *In foro exteriori, non est quærendum de iusta causa, vel iniusta, quam non tenentur probare, qui habent merum arbitrium.*
20 *Iniuriam, quod aliqui voluerint facere alicui, non est credendum, & n. 21. & 22.*
23 *Libertas Collegialium admittendi, vel reijciendi petentes aggregationem, ex quo iustificetur.*
24 *Scrutinium, quando est liberum consequenter omne id, quod sequitur debet esse liberum, scilicet receptio, & reiectio.*
25 *De constitutionum validitate, quando dubitari non possit.*
26 *Iuramento, quando quis promisit stare declarationi alicuius, quid ex hoc inferatur.*
27 *Absolutio à iuramento non tollit confessionem, neque conuentionem, nec suffragatur aduersus iuramentum.*
28 *Absolutio à iuramento non suffragatur, quando periurium est iam commissum.*
29 *Absolutionem à iuramento, promittens cum iuramento non petere, si illud petat, dicitur periurus.*
30 *Appellare is potest, qui reijcitur à beneficio debito certo generi personarum.*
31 *Admissus ad probandum, vt in certum locum ingrediatur, non potest sine causa excludi, quia nimis læderetur in existimatione.*
32 *Limitatur tamen id, quando fuit admissus cum conditione, quod ex tali admissione non dicatur acquisitum aliquod ius.*
33 *In continenti, ea, quæ fiunt ipsi actui dicuntur inesse.*
34 *Ius nullum, quando ex admissione in aliquem locum, vt faciat probationes suas, non dicatur quæsitum. In arbitrio mero alicuius ea, quæ pendent, id liberè ed cum spectat determinare n. 34.*
35 *Collegiales, qui admittunt personas ad Collegium, non possunt aliquid facere, vt magis grauet aggregandos.*
36 *Collegium potest condere statutum in præiudicium aliorum.*
37 *Et hoc maximè stante authoritate condendi statuta.*

DECISIO CLXXX.

Rota coram bon. mem. Merlino sub diebus 23. Martij 1640. & 13. Nouembris 1641. censuit Ioannem Augustinum, Philosophiæ, & Medicinæ Doctorem, filium Antonij Cucchij Doctoris, dum viuebat Collegiati vtriusque Collegij Philosophiæ, nempe, & Medicinæ Bononiæ, esse aggregandum in supradictis Collegijs, & consequenter DD. Priores, & Doctores Collegiatos teneri, & obligatos esse, illum admittere, & recipere in eorum respectiuè Collegijs, eo quia in eo visa fuerunt concurrere omnia, quæ à Con-

Constitutionibus Collegij pro legitimo ingressu exiguntur, & consequenter non fuisse in Collegialium arbitrio absoluto eum reijcere, dum habebat requisita necessaria. Ad formam dictarum Decisionum fuit lata sententia confirmatoria alterius latæ in prima instantia coram Auditore Generali Bononiæ; Commissa mihi causa appellationis, & disputato per tres vices dubio: An talis sententia esset confirmanda, maior pars Dominorum censuit, illam esse infirmandam, stante incapacitate Ioannis Augustini, & libertate Collegialium admittendi, seù reijciendi, quem, vel admittendum, vel reijciendum iudicauerint.

Quoad incapacitatem, cum Ioannes Augusti-
1 nus non sit † Ciuis verus, & originarius ratione originis propriæ, & paternæ ex eo, quod est spu-
2 rius, qui honestè in Patrem nominare nequit eum, à quo genitus fuit *Bald. cons. 456. num. 10. volum. 5.* & Constitutiones Collegiorum Philosophiæ, & Medicinæ negatiuè loquendo disponant per hæc verba. Quod nullus Doctor, &c. possit ingredi dictum Collegium, nec admitti, &c. nisi fuerit, & sit verus Ciuis Ciuitatis Bono-
3 niæ, † ratione originis propriæ, & paternæ, &c. sed legitimatus ex rescripto DD. de Campeggis,
4 non potest dici, quod in eo † concurrant omnia, quæ à Constitutionibus Collegij pro legitimo ingressu requiruntur.

Non obstat legitimatio obtenta ex rescripto,
5 quia licet verum sit, quod quando † à Statuto requiritur, vt quis legitimus sit, admittatur legitimatus ex rescripto Principis, ex communiori opinione, de qua *Excobar. de puritat. 1. parte quæst. 4. §. 6. num. 23. Lup. de illegit. comm. 3. §. 1. num. 44. 45. & 46. & §. 4. num. 22.*] Vnde ad honores, & dignitates admittitur quando statuta
6 generaliter de legitimis † loquuntur, prædicta tamen doctrina limitatur, quando ex mente, seù verbis Statutorum contrarium apparet, vt benè ponderat *Excobar vbi supra num. 6. ex Peregrin. Fusar. & Menoch. & alijs*, veluti quando à Statuto requiritur qualitas naturalis, vtpotè, si dicat,
7 quod sit verus Ciuis, qui est casus noster quia illa verba (verus Ciuis) sunt naturalia, & non possunt verificari in qualitate ciuili, acquisita per rescriptum ex communiori sententia, quam sequitur disputando ad partem *Lara. de Anniuers. lib. 2. cap. 4. num. 95. cum seqq. & num. 196.* quam comprobat in specie *Text. in l. fin C. de his, qui*
8 *ven. ætat. impetr.* vbi ætas 26. annorum completur tantum annorum curriculis non vero Imperiali beneficio; *Mantic. de coniect. lib. 3. tit 4. numer. 15. Garz. de nobilit. glos. 21. num. 30. Auendan. respons. 23. num. 4. Roland. consil. 63. num. 19. volum. 1. Barbos. in l. 1. 3. par. numer. 21. ff. solut. matrimon.* & alij quamplurimi relati ab ipso La-
9 ra; Princeps enim, licet per suum priuilegium possit creare Ciuem exterum, qui gaudeat omnibus immunitatibus, & prærogatiuis, quibus
10 gaudent alij originarij, non tamen potest facere, vt sit originarius *Bart. in l. si is, qui pro emptore num. 23. vbi Iason. numer. 220. & Bologn. numer. 224. ff. de vsucap.* quos secuta fuit *Rota coram Seraph. decis. 1251. num. 9.*

Nec facit, quod in supradictis Decisionibus di-
11 catur legitimatum acquirere ciuilitatem, & originem patris, quia Constitutiones Collegij, dum requirunt, verum Ciuem origine propria, &
12 paterna, clarè excludunt legitimatum, quia non dicitur verus Ciuis in sui origine filius legitimatus, sed efficitur perfectionem ex post facto, &
13 vbi qualitas requiritur in origine, non sufficit si superueniat *Bald. consi. 367. numer. 1. versic. item quando lib. 5. Ruin. consil. 92. num. 13. lib. 3. Soccin. iun. cons. 12. numer. 8. post med. & seqq. lib. 4. Roland. consil. 100. num. 26. & seqq. lib. 2. Caphal. cons. 111. num. 13. Natt. cons. 602 num. 2. & 3. Decian. cons. 88. num. 12. lib. 2. Mantic. de coniect. lib. 11. tit. 12. n. 19. vers. quarto ego considero, Peregrin. de fideicomm. art. 24. num. 29. & 32. Fachin. lib. 4. controuers. cap. 54. versic. ego eorum sententiam, Rota coram Seraphin.*
14 *dec. 1300. ad fin. vers. sed vis est in probando*, Vnde Rota in illo casu mandauit; quod particulariter videretur, an constaret de matrimonio inter quendam Curtium, & Menicam ante conceptionem, & natiuitatem Titi, de cuius legitimitate dubitabatur.

Minus obstat, quod Ioannes Augustinus, ex
15 quo fuit admissus ad probationes, habeat ius quæsitum tale, quod sine causa non possit repelli, & ea non reddita, teneantur Collegiales illum admittere, quia non fuit admissus simpliciter, sed
16 sub promissione iurata, quod non acquireretur aliquod ius, vt patet tam ex libello petitionis per ipsum factæ, quam ex iurata assertione, & promissione, quod si reprobetur, non possit reclamare, neque quouis pacto, seu prætextu præten-
17 dere aliquod ius acquisitum pro ingressu, ac etiam post admissas probationes, aggregationem prætendere à mera liberalitate Collegiatorum; ideo Ioannes Augustinus nullam habet causam recusandi stare spontaneæ, & liberæ conuentioni,
18 qua se adstrinxit, minusque debet audiri, nec per viam appellationis, nec per viam recursus; In ijs enim, quæ pendent à voluntate alterius non competit parti querela, vt dicit *Lap. alleg. 6. num. 4. in fine, Rebuff. ad constitut. Galliæ to. 3. tit. de appell. art. 3. num. 3.* & in foro exteriori non est
19 quærendum de causa iusta, vel iniusta, quam non tenentur probare, qui habent merum arbitrium, *Ioan. Andr. in cap. 2. num. 2. vers. malitiæ de iuram. calum. in 6. Castill. decis. 8. n. 3. & Afflict. dec. 91. num. 5.* cum non sit credendum, quod Collegiales faciant aliquam iniuriam, & quod non mo-
20 ueãtur iuridico fundamẽto, & ratione, quã quidẽ reddere non possunt publicè, ratione iuramenti, quo adstricti sunt Electores de secreto seruando, & ita nunquam reddunt rationem de reprobatis
21 oppositoribus, nec suprema Tribunalia illam exigunt, ex quo semper credendum est, Electores
22 ex imperfectis probationibus, & ex aliis causis occultis eorum animum mouentibus, repellere huiusmodi oppositiones.

Libertas Collegialium admittendi, vel reijciendi petentes aggregationem, probatur ex
23 Constitutionibus requirentibus duplicata scrutinia secreta per fabas albas, vel nigras, primum super approbatione, vel reiectione probationum, & qualitatum, alterum super receptione, vel reiectione eius, qui iam fecit suas probationes, illudque postquam cognitum fuit super idoneitate, esset superfluum, si ex sola probatione idoneita-

neitatis deberetur, & necessaria esset receptio, seu aggregatio, sed quemadmodum liberum est
24 scrutinium, ita, & consequenter quod ex eo prouenit etiam liberum est, scilicet receptio, vel reiectio; vnde ad hoc, vt quis aggregeretur, requiruntur, nedum qualitates expressæ in Constitutionibus, sed, & requitur approbatio probationum, & qualitatum ab vtroque Collegio per vota secreta per fabas albas, & nigras, cum in Con-
25 stitutionibus, de quarum validitate hæsitari non potest, stante confirmatione Papæ, non disponatur, quod habentes qualitates sint aggregãdi, sed solum, quod non possint aggregari sine qualitatibus, & quod aggregatio dependeat à scrutinio secreto per fabas albas, & nigras, & sic excludunt necessitatem, etiam sumendo argumentum à contrario sensu, cum resoluatur in potentia,
26 quod benè declarauit Ioannes Augustinus, dum cum iuramento promisit stare declarationi Collegiatorum ingenuè fatendo, aggregationem pendere ab eorum liberis votis, nec teneri illum, etiamsi alioquin idoneum approbare, aut aggregare, nec absolutio à iuramento tollit confessionem, neque conuentionem, nec suffragatur aduersus iuramentum, quia cum iuramentum sit assertorium, & de præterito, vel præsenti, quod aggregatio dependet à libera voluntate, & libertate Collegialium, aut est verum, & est attendendum, aut est falsum, & aduersus periu-
28 rium iam commissum non suffragatur absolutio à iuramento, *Seraphin. de priuileg. iuram. priuil.* 59. *num.* 7. *versic. quod scilicet*, quod eo faciliùs procedit, quia vlterius Ioannes Augustinus promi-
29 sit absolutionem non petere, & petita non vti, *iuxta consil. Rom.* 362. *num.* 2. *versic. secundo idem rescriptum, & numer. seqq. Grammat. decis.* 66. *numer.* 11. *versic. tertio redditur, Seraphin. d. tract. priuil.* 19. *num.* 8. *vers. ita intelligo.*

Non obstat, vt supponitur in vltima decisione
30 bon. mem. Merlini, quod appellare possit is, qui reijcitur à beneficio debito certo generi personarum, quia supponit id, de quo quæritur, nempè, locum Collegij esse debitum habenti qualitates, & tamen in admissione ad probationes Ioannes Augustinus admisit, & iurauit contrarium; est enim Collegium, de quo agitur, numeratum, & dum vacant loca, possunt gratificari,
31 quibus velint, minus subsistit, quod postquam fuit admissus ad probandum, non possit sine causa repelli, eo quia nimis læderetur in existimatione, vt supponitur in dicta decisione; siquidem obiectum cessat ex facto, quia non fuit admissus simpliciter, sed sub promissione iurata, non ge-
32 nericè, & indefinitè, sed explicitè, vt non acquireretur aliquod ius; vnde non potest allegare, se ex admissione ad faciendas probationes acquisiuisse ius passiuæ aggregationis ad Collegia quia actus ille admissionis qualificatur, modificaturque à dicto iuramento, & consensu, qui
33 cum fuerit incontinenti interpositus, dicitur inesse ipsi admissioni, *l. lecta, l. pacta nouissima, C. si cert. petat. Feranad. in repet. l. pacta Conuenta cap.* 2. *numer.* 9. *ff. de contrahen. empt. Larea decis.*
34 *Granat.* 8. *num.* 6. & cum ei nullum ius fuerit quæsitum, nec in re, nec ad rem, potuit ex mero arbitrio non admitti ad Collegium *Carp ad statut. Mediolan. par.* 1. *cap.* 415. *num.* 57. nec potest assignari ratio diuersitatis, quod ex supradicta admissione, sic qualificata fuerit acquisitum ius Ioanni Augustino, & quod non fuerit acquisitum Collegio ex illius iurata assertione, & promissione, quod aggregatio dependeat à liberalitate, & liberis votis, quibus stare se obligauit.

Atque hinc non obstat, quod Collegiales non
35 potuerint aliquid decernere, vt magis grauet aggregandos, quia potuerunt decernere, quod aggregandi iurent, aggregationem pendere à mera liberalitate, & nullum ius ex admissione ad probationes acquiri admisso, etiamsi alias sit idoneus, idque tum ex dispositione iuris commu-
36 nis; vt in puncto Collegij, quod possit condere Statutum in præiudicium aliorum, *Alciat. conf.* 53. *num.* 3. *vers. sed tamen contrarium to.* 1. *lib.* 2. tum ex auctoritate statuendi sibi concessa in Diplomatibus Apostolicis, *Rota decis.* 219. *numer.* 4. & 5. *par.* 7. *recent.* vltra quod non sit vis in sola potestate, sed in consensu eiusdemmet Ioan. Augusti-
38 ni cum iuramento, propter quem, † decretum Collegij, etiamsi non teneret in vim decreti, tenet in vim pacti, *Paris. cons.* 46. *num.* 13. *lib.* 1. *Gozzadin. consil.* 98. *num.* 20. *Scacc. de sent. & re ind. glos.* 7. *quæst.* 3. *limit.* 1. *num.* 53. *Rota in Venetiarum Donationis* 9. *Decembris* 1605. *coram bon. mem. Penia impress. apud Marches. de commiss. to.* 1. *fol.* 758. *num.* 4.

Neque facit, quod cum Collegia ex statuto condito de anno 1622. semper dicantur aperta pro filijs Collegialium, quatenus habeant requisita, videatur inducta necessitas aggregandi eorũ filios, si alias sint habiles, quia apertio Collegiorum aperit quidem viam petitioni filiorum Collegialium, sed non coarctat libertatem Collegialium, quam sibi expresse reseruant in actu receptionis probationum ab eisdem filijs faciendarum, & propterea, vt pluries fuit dictum, pos-
39 sunt ad libitum † admittere, vel reicere petentes aggregationem ex natura scrutinij secreti ad illam necessarij, nec tenet consequentia, aperta sunt Collegia, ergò adest obligatio recipiendi.

Et ex his, cum maior pars DD. censuerit, Io. Augustinum deficere in probatione qualitatum requisitarum à Constitutionibus, & quod in libera potestate Collegialium existat approbare, vel reprobare etiam illum, quem admiserunt ad probationem qualitatum, præsertim cum Ioannes Augustinus per proprium iuramentum tale arbitrium in ipsis Collegialibus agnouerit, Vtraque parte informate fuit resolutum, sententiam in secunda instantia latam esse reuocandam.

Decisiones istæ emanatæ coram rec. mem. Merlino, in hac eadẽ causa emanatæ sub diebus 23. Martij 1640. & 13. Nouembris 1641. sunt inter eius impressas decisiones 792. & 832.

DECISIO CLXXXI.

R. P. D. BICHIO

Cesaraugustana de Caspe.

Lunæ 11. Maij 1643.

Est impressa inter Bichio in Tom. I. Decis. 126.

REVE-

REVERENDISS. P. D. CERRO

SACRÆ ROTÆ DECANO.

Romana Locorum Montium.

Lunæ 11. Maij 1643.

ARGVMENTVM.

Mandatum ad aliquid vendendum, quandoquis suscepit, & probata fuerit venditio per eum facta, & pretio habito, empta fuerunt tot loca Montiũ, tunc ille tenetur reddere dicta loca, cum fructibus inde perceptis, & quatenus non inuestiuerit dictum pretium tenetur Domino ad interesse, & sic ad id, quod percipi potuisset, & Testes quatenus recognoscant manus alicuius.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum ad aliquid faciendum datum, bene probatum ex instrumento procuræ.*
2 *Venditio probatur ex partita extracta libri Gabellariorum.*
3 *Epistola plenè probat contra scribentem.*
4 *Epistola, vt probet contra scribentem, debet recognosci.*
5 *Loca Montium, si fuerint empta, ex pecunijs alicuius, emens tenetur restituere d. loca, & fructus inde perceptos.*
6 *Administrator quilibet, tenetur erogare pecunias Domini ad honestum lucrum, vel illas erogare ad emptionem prædiorum.*
Alias tenetur Domino ad interesse, & sic ad id quod potuisse super lucrari nu. 6.
7 *Testes vt recognoscant scripturam esse manum alicuius, deponere debent se fuisse præsentes, quando illa scripta fuit.*
8 *Testes recognoscunt scripturam esse de manu alicuius scriptam, si ponant se habere notam manum scribentis, & hoc de stylo Curiæ.*
9 *Referens venit attendendum, & non relatum dum ibi loquitur clare de toto negotio.*
10 *Referens absque alio relato, quando attendendum veniat.*
11 *Numerus pluralis, duo satis requirit.*
12 *Oppositiones, contra testes quando sunt nullius ponderis, non veniunt attendendæ, sed spernendæ sunt.*

DECISIO CLXXXII.

ANNO 1630. D. Episcopus Pacten. discessurus ab Vrbe, constituit suum Procuratorem Abbatem Paulum de Angelis ad exigendum quamcunque pecuniarum summam, & de exactis quietandum, & in specie ad vendendum currum, & equos, quos Romæ relinquebat, Summario Episcopi *num.* 1. In quorum exequutionem absente iam Episcopo, idem Abbas, qui onus mandati susceperat, per litteras missiuas certiorauit Episcopum de venditione equorum, & currus cum subsequuto inuestimento pretij in locis Montium. Sed renuente postmodum Abbate restituere Episcopo tam litteras patentes locorum Montium, quam illorum fructus, fuit datum dubium, An D. Episcopo sint restituenda per Abbatem loca Montium cum fructibus? Et affirmatiuè resolutum.

Extrema enim necessaria ad huiusmodi restitutionem, seu condemnationem sufficienter pro-
1 bantur; quia † præcedens mandatum cum facultate vendendi equos, & currum, probatur ex instrumento procuræ rogato per Notarium publicum dato in Summario Episcopi *num.* 1. Subsequens verò venditio cum inuestimento pecunia-
2 rum in locis Montium probatur † nedùm ex partita libri gabellariorum, ex qua venditio probatur ad notata in *authen. ad hac C. de fid. instrum. Bart. in l. quædam, §. nummularios num. 3. in fin. ff. de eden.* cum pluribus per *Rotam in Romana, seu Ianuen. locorum Montium 1. Martij 1641. coram R.P D. meo Roias confirmata sub die 26 Februarij 1643. coram*
3 *R. P. D. meo Meltio*; sed clarius ex † confessione Abbatis in Epistola ad Episcopum transmissa, ibi, *D'intorno poi a'luoghi de'monti compri della vendita di carrozza, e caualli, ne hò scritto più à longo per*
4 *la mia vltima*, quæ cum sit sufficienter recognita, † plenè probat contra scribentem, *l. Publia, §. final. vbi Bartol. ff. deposit. Iason in l. admonendi in repetit. num. 139. & seqq. ibique Rip. num. 133. ff. de iureiuran. Menoch. de arbitr. Iudic. cons. 94. num. 9. Rota coram Cardin. Seraphin. decis. 996. num. 1.* Vnde aut vera sunt, quæ in epistola enunciatur, & procul
5 dubio Abbas tenetur ad restitutionem locorum cum fructibus inde perceptis: aut loca Montium empta non fuerunt, & tenetur pariter ad pretium,
6 & ad interesse † fructuum, qui percepti fuissent, si loca Montium, prout asseruit, emisset, *l. idemque, §. Procurator. & ibi DD. ff. mandat. Honded. cons. 81. num. 19. cum tribus seqq. lib. 2. Rota in Romana de Ceulis 25. Iunij 1601. & 26. pariter Iunij 1602. coram Penia, & in Romana pecuniaria 16. Iunij 1624. & 2. Februarij 1625. coram bon. mem. Remboldo.*

Nec obstat primo defectus sufficientis recogni-
7 tionis, manus ex eo, quod testes † non deponant se fuisse præsentes dum Abbas scripsit epistolam. Quia cum simus in litteris missiuis, in quibus non
8 solent adhiberi testes, vtique † de stylo Curiæ sufficit recognitio per testes habentes notam manum, vt testatur *Tiber. in sua praxi lib. 1. cap. 32. num. 10.* & distinguendo tradunt *Ruin. cons. 70. nu. 4. l. 4. Rot. decis. 345. num. 4 par. 1. d. nouiss. & coram bon. mem. Buratt. decis. 143. num. 28 ibique Add. num. 41.* & ex pluribus relatis *in Perusina dotis 12. Martij 1640. coram Reuerendissimo Domino meo Decano, & in Romana successionis bonorũ 26. Iunij pariter 1630. coram bon. mem. Coccino.*

Secundo non obstat quod epistola sit relatiua ad aliam, ibi, *Ne hò scritto più à longo per la mia vltima.* Quia cum satis in ea exprimatur, equos, & currum fuisse venditos, & pretium inuestitum in
9 locis Montium, parum releuat, quòd † enunciet se aliàs latius de hoc scripsisse. Cùm enim referens continent certam, & perfectam orationem,
10 & determinatam cõfessionem † eius de quo quæritur, probat etiam sine relato, vt latè contra *Decium* tradit *Cagnol. in auth si quis in aliquo. nu. 74. C. de eden.* & eleganter consuluit *Surd. cons. 540. num. 3. num. 5. Rota coram Cardin. Seraphin. decis. 183. & in recent. decis. 24. nu. 10. par. 7.*

Tertiò demum nihil refert, quòd epistola non expri-

exprimat quantitatem pecuniarum, ne c locorum numerum. Quia cùm loquatur in plurali de locis
11 Montium, † duo saltem loca Montium empta fuisse concludit, *ad l. vbi numerus, ff. de testib. Dec. cons. 562. nu. 3. Rot. in recent. decis. 709. nu. 6 par. 1. & in Bononien. fideicommissi 14. Decembr. 1636. coram bon. mem. Motmanno.*

Et ita reiectis ijs quæ obijciebantur contra per-
12 sonas, & dicta testium, tamquam nullius ponderis, resolutum fuit, vtraque parte informante Abbatem teneri ad restitutionem duorum locorum Montium vnà cum fructibus.

R. P. D. VEROSPIO.

Romana Pecuniaria.

Lunæ 11. Martij 1643.

ARGVMENTVM.

Controuersa licèt valdè sit in iure quæstio, an compensatio de quantitate ad quantitatem ipso iure admittatur absque alia oppositione, vel potius admittatur ex parte exceptione, attamen prima opinio palmam reportat, eamque amplectitur Rota, & maximè quando sumus in causis Mercatorum, cum, & hoc sit de stylo inter eosdem. Aliqua etiam habes iura literas cambij.

SVMMARIVM.

1 *Compensatio de quantitate ad quantitatem, an ipso iure inducatur, vel potius ex partis oppositione in iure contrauersum est.*
2 *Compensatio de quantitate ad quantitatem, quod ex iuris ministerio admittatur, multi DD. id tenent.*
3 *Compensatio de quantitate ad quantitatem non admittitur nisi à parte fuerit opposita secundum aliquos DD.*
4 *Compensatio secundum stylum Mercatorum, & consuetudinem inter eosdem admittitur ipso iure, licet creditum, & debitum procedat ex causa diuersa.*
5 *Compensatio admittitur ipso iure inter Mercatores, licet credita, & debita sint diuersa, & in diuersis libris descripta.*
6 *Mercatorum testimonio plena fides est habenda circa materiam probationis styli.*
7 *In Mercatorum causis semper eorum stylus est seruandus.*
8 *Compensatio inter credita, & debita, si inter Mercatores non admitteretur, sequerentur multa incommoda.*
9 *Compensatio, quando ipso iure admittatur, licèt aliàs admitteretur partis oppositio. & n. 10.*
11 *Literæ cambij, licet sint acceptatæ à Mercatore, quibus directè fuerunt, non liberant tamen scribentem à debito nisi donec cum effectu solutæ erunt. & n. 12.*
13 *De Mercatorum stylo est, quod per solam acceptationem literarum cambij non liberatur scribens literas cambij, nisi cum effectu illæ solutæ fuerint.*
14 *Literarum cambij acceptatio fit sub spe numerationis futuræ, nec fit contractus nouus, sed pars contractus literarum cambij.*
15 *Per Literarum cambij acceptationem videtur facta nouatio, cum contractu depositi.*
16 *Contractus cambiorum, & depositi sunt inter se diuersi.*
17 *Depositarius præsumitur soluisse penès se depositatis.*
18 *Contractus literarum cambij dicitur nominatus, cum reputetur emptionis, & venditionis.*
19 *Pœnitentiæ non est locus, quando sumus in contractu nominato, etiamsi res sit integra.*
20 *In Contractu literarum cambij acceptatio literarum fit pro pecunia soluenda non autem soluta.*
21 *Nouatio non potest dici facta, nisi contractus effectum fuerit sortitum.*
22 *Nouatio requirit implementum contractus, in eo, qui illius exceptionem opponit.*
23 *Donatio donec effectuetur remanet iura primæ obligationis.*
24 *Cambij contractus non potest dici impletus, ob non solutionem pecuniarum.*
25 *A Contractu, quamuis, nominato, quis potest reccedere, dum adimplementum ab altera parte faciendum est impossibile.*

DECISIO CLXXXIII.

Ob defectionem rationis Bancariæ Roberti primi mercatoris in Vrbe illius creditores, in quos transiuerant omnis eiusdem rationis iura, iudicium intentarunt contra Philippum Costam vti successorem alterius rationis bancariæ DD. de Herrera, & Costa pro duabus partitis, altera scilicet scutorum 3307. auri, cuius illa fuerat descripta debitrix in libro Roberti vulgo listæ nuncupato, altera verò scut. 3879. monetæ, cuius etiam cōstituta fuerit debitrix ipsa Ratio in libro vulgo quaderno capsæ appellato. Cum verò idem Philippus Rationem ostenderet descriptam creditricem ipsius Roberti in eodem libro listæ ex causa depositi pro summa longe maiori, quàm esset debitum, quod cum ipso Roberto contraxerat, cuius causa ipso iure fuisse inductam compensationum inter vtrasque partitas asseret, ad petitionem Eminentissimi Cardinalis Phamphilij, qui Iudex in hac causa deputatus voluit Rotam consulere, proposui dubium, An vtraque partita solui debeat à Philippo creditoribus Roberti; an potius illę fuerint compensatæ cum credito, quod Rationi competebat ex causa depositi, & DD. non esse soluendas responderunt; licet enim controuersa sit in iu-
1 re opinio, an compensatio de quantitate ad quantitatem ipso iure inducatur, an potius ex partis oppositione admittatur, & opinionem affirmati-
2 uam, † quod scilicet ex iuris ministerio procedat tueatur Martinus antiquus Glossator relatus à *gloss. in l. si constat & in l. vltim. C. de compensat.* quem sequitur *Tindar de compens. art. 6. num. 47. & 51. Trentacinq. var. lib. 3. tit. de compens. resolut. 1 num. 24. Molin. de contract. disput. 560. num. 3. Scacc. de camb. §. 2. gloss. 5. num. 424. Afflict. decis. 121. num. 1. Rota Ianuen. decis. 4. num. 22.* Negatiuam verò sen-
3 tentiam, quod compensatio † scilicet tunc solum admittatur, cum à parte opponitur illius exceptio tenet *Bart. in l. verum ff. de compens. num. 1.* vbi etiam *Bald. num. 1. post gl. in verb. malè peto, gl. in l. si quid in verb. eligere, ff. de compens. & in §. bonæ fidei, in verb. compens. inst. de act.* vbi etiam *Aret. nu. 8. & 9.* & notant *Dect. in l. si constat, C. de compensat. vbi Cyn. Bart. & Bald. num. 1. Salicet. num. 2. post gloss.*

in

in verb. ipso iure; & de communi testatur *Viu. opin.*
114. num. 1. Trentacinq. var. eodem lib. 3. & n. 24.
Surd. consil. 246. num. 27. & in decis. 17. numer. 4.
ex potissimum ratione, quia antequam compen-
4 satio † fuerit opposita ius compensandi solum in
potentia existit non autem in actu. Primam tamen
opinionem affirmatiuam amplexi fuerunt Domi-
ni hoc casu, quia est conformis consuetudini, &
stylo mercatorum ex cuius dispositione admitti-
5 tur ipso iure inter eius compensatio, licet debitũ,
& creditum procedat ex causis diuersis, & in di-
uersis libris fuerit descriptum, qui stylus, cum iu-
stificetur ex plurium Mercatorum attestatione pro
6 parte Philippi exhibita, quorum testimonio plena
fides in hac materia styli adhiberi solet, vt pluries
censuit *Rot. vt in decis. 368. num. 12. & decis. 416.*
num. 8. coram Reu. Vrgellen. & coram Burat. dec. 298.
num. 14. & coram Gregor. decis. 126. num. 2. & 3. &
aliàs fuerit à Rota approbatus, *vt in decis. 331. n. 4.*
par. 3. & decis. 137. num. 15. par. 5. recent. & in Ro-
mana pecuniaria 13. Ianuarij 1642. coram bon. mem.
7 *Pirouano*, in † illorum casus semper debet admit-
ti, vt tradit *Soccin. iun. cons. 27. num. 22. Corn. cons.*
319. n. 12. lib. 3. Bald. in l 1. in fin. C. quæ sit long. con-
suet. Rot. coram Greg. d. decis. 126. n. 3. & in Romana
liberationis, seu pecuniaria 6. Februarij 1643. coram
R. P. D. meo Ghisilerio.

In eandem etiam sententiam affirmatiuam in-
clinarunt Domini propter detrimentum, quod
8 Philippo contingeret, si ex iuris ministerio † se-
cuta non fuisset compensatio inter credita, &
debita ipsius Roberti, cum idem Philippus tene-
tur soluere creditoribus Roberti debitum Ratio-
nis Herreræ, & Costæ, & tamen propter eiusdem
Roberti decoctionem consequi non posset, credi-
tum, quod dictæ Rationi competebat ex causa
9 depositi, & debitum † excedebat, quo casu ad-
mitti compensationem ipso iure, licet alias requi-
reretur partis exceptio probat *text. in d. l. si constat,*
10 *C. de compensat.* & notant ibi † communiter *Doct.*
& in l. cum alteri, ff. eod. tit. gloss. in l. si quod in verb.
eligere. ff. eod. Soccin. iun. in l. Iulianus, num. 9. ff. de
condit. & demonstr. & in cons. 130. num. 20. lib. 4. Io.
Faber. in §. in bonæ fidei num. 12. vers. unde credo,
instit. de action. vbi etiam *Aretin. num. 9. Alex. cons.*
74 num. 4. lib. 5. Sebast. Medic. in tract. de compensat.
par. 1. q. 22. n. 3. Tiraquell. de retract. lignag. §. 3. glos. 3.
num. 8. & 9.

Quod verum creditum Philippi ex causa depo-
siti superet illius debitum ex causa cambij visum
fuit iustificari ex calculo ab eodem exhibito, ex
quo, si detrahatur partita scut. 15000. auri descri-
pta ad debitum Herreræ, & Costæ, & proueniens
ex litteris cambij, quæ non fuerunt solutæ, sed re-
dierunt potestatæ, apparet illius creditum exce-
dere in summa scut. 11000. quam partitam de-
trahendam esse ex eodem calculo Domini censue-
11 runt. Quia dictæ † litteræ cambij, licet fuissent
acceptatæ ab ijs mercatoribus, quibus directæ
fuerant, non poterant nihilominus liberare Ro-
12 bertum scribentem à debito, quod † cum Ratio-
ne Herreræ, & Costæ, habebat, donec cum effectu
solutæ fuissent, vt probat *text. in l. si literarum, C.*
de solut. vbi post gloss. in verbo non impleto, tradit
Bald. & Salic. num. 1. Cagnol. in l. singularia, n. 161.
vers. sed contraria, ff. de reb. credit. & ibi etiam
Soccin. sen. num. 18. Bolognett. num. 89. vers. sed in
contrarium, vbi testatur de communi, & pluries
firmauit *Rot. in vna Romana literarum cambij 12.*
Maij 1595. coram Sacrato, & in Venetiarum litera-
rum cambij 28. Maij 1583. coram Gypsio, & coram
Buratto decis. 486. num. 4. & coram Gregor. dec. 217.
num. 1. & de consuetudine mercatorum, quod sci-
13 licet per solam † acceptationem non liberetur
scribens literas cambij, nisi cum effectu illæ solu-
tæ fuerint testatur *Rota Ianuen. decis. 1. num. 2. &*
21. & decis. 8. num. 17. & 18. cum talis acceptatio
14 fiat sub spe futuræ numerationis, † nec sit con-
tractus nouus, sed pars contractus literarum cam-
bij, vt consuluit *Bald. in cons. 348. num. 1. vol. 1.*
Rota Ianuen. decis. 2. num. 10. Scacc. de camb. §. 2.
gloss. 5. num. 323.

Non obstat, quod per eam acceptationem lit-
15 terarum videatur facta nouatio † cum contractu
depositi, quod habebat Ratio Herreræ, & Costæ
16 cum Roberto, dum † vtrique contractus erant
inter se incompatibiles, vt considerauit *Menoch.*
de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 184. n. 39. Card. Man-
tic. de tacit. & ambig. lib. 17 tit. 3. num. 13. & 14.
cuius vigore nouationis cum præsumatur facta
17 solutio à Roberto pecuniarum † penes se deposi-
tarum, vt probat *text. in l. si rem, §. si duo ff. de no-*
uat. & in l. quamuis, §. interdum, ff. ad Velleian. Card.
Mant. eodem lib. 17. tit. 7. num. 5. non videtur in
contractu nominato, qualis reputatur contractus
18 † litterarum cambij, qui dicitur emptionis, & vé-
ditionis, vt testatur *Bald. in adducto cons. 348. n. 5.*
& 6. Bero. consil. 193, num. 37. lib. 1. Rota Ianuen.
decis. 1. num. 41. potuisse locus esse pœnitentiæ
post sequutum adimplementum ex parte vnius ex
contrahentibus, sed solum Philippo competere
19 potuisse † viam exequutiuam contra Robertum
pro adimplemento contractus nominati, vt probat
text. in l. ciuili, C. de rei vendicat. & l. non idcirco,
C. de contrah. empt. & firmauit *Rota decis. 517. nu-*
mer. 5. par. 1. diuers. & coram Seraph. decis. 1275.
num. 1. & 2.

Ad hoc enim obiectum responsum fuit, quod
20 in contractu cambij acceptatio † litterarum fit
pro pecunia soluenda non autem pro soluta, vt
tradit *Salicet. in l. si litterarum num. 1. & 2. ff. de*
solut. et in l. filius num. 2. ff. ad Macedon. Rota Ianuen.
decis. 2. num. 11. Scacc. de camb. §. 2. gloss 5. n. 323.
21 & ita donec cum effectu dictæ pecuniæ solutæ †
non fuerint, dici non potest facta nouatio, vt ple-
nè tradit *Mastrill. decis. 221. num. 17. Rota decis. 629.*
num. 2. par. 1. recent. dum illa requirit implemen-
22 tum contractus in eo, qui illius exceptionem op-
ponit, vt tradit *Gozzad. cons. 39. num. 9. Soccin. sen.*
cons. 21. num. 11. lib. 1. Surd cons. 385. num. 21. Sed
23 remanet iura † primæ obligationes, vt notat *Bald.*
in l. si litterarum num. 1. C. de solut. vbi etiam *Salicet.*
num. 2. et in l. si pro debito num. 4. circa fin. C. de bon.
auth. iud. possid. Marc. Ant. de Amat. decis. Ferrarien.
2. numer. 12. Rota coram Gregor. d. decis. 217. num. 2.
Et ita cum ob non solutionem pecuniarum dici
24 non possit † adimpletus contractus cambij ex
parte Roberti, poterit Philippus ab eo contractu
quamuis nominato recedere, dum præsertim
25 tale adimplementum, † per decoctionem Rober-
ti redditur impossibile, vt notat *Castren. in l. bona*
fides, num. 2. ff. de action. empt. Socc. sen. cons. 26. n. 4.
lib. 3.

lib. 3. Surd. cons. 381. n. 6. Rota coram Buratt. dec. 106. num. 7. et in Senogallien. prædij 5. Iunij 1617. coram Andrea, & in his terminis consuluit, *Bald. cons. 348.* quem sequitur *Marant. in spec. part. 6. tit. de testam. product. num. 52.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. MELTIO,

Postea Episcopo PAPIEN.

Romana locorum Montium.

Veneris 18. Maij 1643.

ARGVMENTVM.

Euictio quando generaliter, & verbis amplis fuit promissa, tunc quamuis, quando promissio euictionis fuit facta, non veniat, quando ea secuta fuit ex natura rei, tamen id non intrat, quando vt dictum est, amplè fuit promissa euictio. Ecclesia an teneatur conficere inuentarium bonorum hæreditariornm, & quare tale inuentarium fiat.

SVMMARIVM.

1 *Loca montium dicuntur bona stabilia, et num. 15.* *Loca montium, si pertineant ad aliquam Ecclesiam, non possunt alienari sine beneplacito Apostolico. num. 1. et num. 16.*

2 *Hæreditas, quando fuit adita cum beneficio legis, et inuentarij tunc hæres in nihilo potest grauari.*

3 *Mandatum relaxatum pro maiori summa, non tenet.*

4 *Possessor auctoritate Iudicis ritè, et rectè procedentis priuari potest sua possessione.*

5 *Iudex valet priuare possessorem sua possessione, illamque in alium transferre.*

6 *Remedium possessorium non datur contra factum Iudicis, nisi iniustitia, et nullitas sit ita petens, vt nulla ratione possit velari.*

7 *Venditor non tenetur de euictione si ea proueniat ex natura rei.*

8 *Euictio, quando debeatur, quamuis proueniat ex natura rei.*

9 *Promissio de euictione, quando fuit amplissima, tunc qualibet euictio promissa censetur.*

10 *Euictio dicitur promissa, quando quis se obligauit in se suscipere omnem litem.*

11 *Emptor, quando nullo modo sciuit rem emptam esse subiectam euictioni, et tunc illa ei debetur quamuis proueniat ex natura rei.* *Stante generali promissione de euictione. num. 11.*

12 *Venditor tenetur certiorare emptorem de natura rei venditæ, et num. 13.*

14 *In Officio manuali, non censetur quis voluisse erogare magnam summam pecuniarum cum altera die possit ab illo amoueri.*

17 *Alienatio quando est necessaria, non requiritur aliqua solemnitas.*

18 *Hæres, quando adiuit hæreditatem cum beneficio legis, et inuentarij, tunc executio non potest fieri in bonis hæredis, cum vltra vires hæreditarias non tenetur nec in obulo. num. 19.*

20 *Inuentarium bonorum hæreditariorum fuit inuentum ad euitandas fraudes.* *Fraus non præsumitur in Ecclesia, et ideo non tenetur conficere inuentarium bonorum hæreditariorum, et num. 20. et 21.*

21 *Hæres dum est citatus ad exhibendum inuentarium, ac bona inuentariata, dum id non adimpleuit, præsumendum est, ipse in propriam vtilitatem bona consumpsisse vnde tenetur de suo.*

22 *Ecclesia præsumitur facta locupletior ex hæreditate sibi relicta, dum bona hæreditaria, et non sua, pro seruitio Ecclesiæ impendit.*

23 *Mandatum ratione excessus, vt sit nullum, sufficit excessus etiam in minimo.*

24 *Actione exempto, quando agitur, attenditur tempus euictionis, siue res sit melior siue deterior facta.*

25 *Venditio de diuersis rebus, quando est facta simul, et vnicum pretium fuit constitutum videtur vnicus contractus, et indiuiduus.*

26 *Euictione secuta in parte, quoque illa debetur, nisi constet, quod emptor, nisi totum fuisset empturus.*

DECISIO CLXXXIV.

LOCA Montium, de quibus agitur, erant propria Monialium S. Iosephi ad Capita Domorum, hæredum Francisci Sotij, quæ fuerunt iudicialiter deliberata, & pretium Iacobo Cesio exbursatum pro euictione officij Bancheriorum Hebræorum, emptum à dicto Francisco per Michaelem Angelum Scarpellium cum pecunijs eiusdem Cesij vna cum pulpitis, fibris, protocollis, rastellis, & alijs ad dictum officium spectantibus, & cum coraminibus in apotheca, in qua exercetur existentibus pretio scutorum 3250. asserens idem venditor dictum officium esse liberum, & ad ipsum pleno iure spectare, & pertinere, nulli fideicommisso esse obnoxium, nec aliquod factum in præiudicium præsentis venditionis, eamque sibi facere licuisse, & omnem litem in se suscipere promisit, & quamcumque personam prętendentem interesse desuper facere consentire, ac in possessione dicti officij manutenere, ac generaliter de omni, & quacumque euictione generali, & particulari in forma iuris valida, & in Vrbe consueta teneri voluit, & ad prædicta se in forma Cam. obligauit, prout latius in instrumento dictæ venditionis Summario Iacobi *num. 1.* Hodie dd. Moniales prætendunt manutentionem super dd. locis Montium sub prętextu, quod tale officium sit manuale, quod dicta loca
1 Montium, cum dicantur bona stabilia, non potuerint alienari absque beneplacito Apostolico, quod executio fieri nō potuerit in bonis proprijs Monialium, cum istæ acceperint hæreditatem
2 cum beneficio legis, & tandem quod mandatum per Iacobum successorem in dicto officio mediāte venditione sibi facta à Scarpellio, & possessorem tempore euictionis ex eadem causa obten-
3 tum, fuit excessiuum, eo † quia obtentum fuerat pro scutis 4500. His tamen non obstantibus, fuit per Dominos responsum negatiuè.

Potuerunt enim dd. Moniales sua possessione
4 dictorum locorum Montium priuari † auctoritate Iudicis ritè, & rectè procedentis, *l. iustè possidet, ff. de acquir. poss. Angel. in l. clam possidere. §. qui ad nundinas, num. 2. in fin. eod. tit. Rota decis. 802. num. 7. par. 1. diuers. & 341. nu. 2. par. 3. recent. et 582. num. 4. & 5. coram Papa Greg. XV. & in rec. dec. 173. num. 2.*

5 *num. 2. par.* 1. illamque in deliberatarium † trans-
ferre, vt in *decis. 78. num. 4. eadem par. 1. recent.* ad-
uersus quam sententiam Iudicis adiudicantis ta-
6 lem subhastationem ser. ser. non † datur remediũ
possessorium, nisi iniustitia, & nullitas sit ita
patens, & notoria, vt nulla ratione possit velari,
Abb. in cap. cum causa num. 4. vers. secus de off. de legat.
Contard. de moment. poss. limit 7. num. 25. et seq. Rota
post 1. vol. consil. Farinacc. decis. 106. num. 1. Posth. de
manut. obseru. 12. num. 8. et 9. Gratian. disceptat. foren.
cap. 912 num. 53. et. decis. 646. num. 1. & 2. par. 2.
recent.

Et primo non obstat, quod tale officium sit
manuale, vt firmatur in decis. 15. post Fenzonium
ad statutum Vrbis, & nc Sotius non teneatur de
7 euictione, quæ † prouenit ex natura rei, iuxta
text. in l. si seruus venditus, in princ. ff. de euict. gloss.
Bart. & Bald. in l. si familiæ, C. famil. ercisc. Rom.
consil. 503. num. 14. Crauett. consil. 2011. numer. 6.
& Mangil. quæst. 21. num. 1. & seqq.

Quia cum venditio huius officij fuerit facta
eisdem verbis, & modo quo venditum fuerat
aliud officium Capitolinum pro eodem pretio cũ
expressa declaratione, quod ambo erant libera,
8 & ad venditorem pleno iure spectabant, iuncta
promissione de faciendo consentire omnem per-
sonam; vt superius fuit narratum, quam vendi-
tionem Cardinalis Camerarius admisit ad vitam
emptoris, vtique sub hac amplissima euictionis
9 promissione comprehenditur etiam euictio, quæ
prouenit ex natura rei, *Tiraq. de retract. lignag.*
§. 1. glos. 9. num. 55. iunctis quæ scribit ad fin. tit. 98.
Decian. cons. 55. num. 94. lib. 3. Honded. consil. 3.
num. 75. lib. 1. Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 19.
num. 32. & seq. Ciriac. controu. 283. num. 54. Rota
diuers. decis. 152. num. 5. par. 2. & in specie dicitur
10 promissa euictio, † quando quis se obligauit in
se suscipere omnem litem, vt inquit idem *Hond.*
eod. consil. vers. ac etiam, ex hac enim ampla pro-
missione Sotij clarè patet, Iacobum nullam ha-
buisse scientiam, officium supradictum esse talis
qualitatis, vt per Moniales prætenditur, & cel-
11 sante tali scientia, † debetur etiam euictio, quæ
prouenit ex natura rei per illam generalem pro-
missionem euictionis, *Surd. consil. 311. num. 27.*
12 cum tali casu teneatur † venditor certiorare em-
ptorum de natura rei, *Bald. in l. si familiæ num. 1.*
C. famil. ercisc. & cons. 443. vol. 5. Aluarot. cons. 95.
vol. 4. Corn. consil. 190. vol. 2. Crauet. consil. 83.
num. 3. Surd. consil. 145. numer. 8. & decis. 265.
num. pariter 8. & licet in decis. 15. apud Fenzon.
ad statut. Vrb. firmetur hoc officium esse venale,
13 seu vacabile tamen non inde sequitur Sotium †
noluisse teneri de euictione proueniente ex natu-
ra rei stantibus clausulis pregnantibus in instru-
mento venditionis appositis, vt in similibus ter-
minis firmat *Seraphin. decis. 468. num. 7.* & qua-
tenus etiam tale officium esset vacabile, tamen
14 ex dd. clausulis contrahentes videntur magis †
respexisse ad illorum contractum, quam ad na-
turam officij, vt firmat idem *Seraph. in decis. 468.*
in fin. cum sit inuerisimile quod quis erogare
vellet scut. 3250. pro emento officio manuali, à
quo die sequenti amoueri posset.
15 Secundo non obstat, quod Loca † Montium
inter stabilia connumerentur, vt firmauit *Rota in*
Narnien. successionis 22. Maij 1628. coram bon. mem.
Merlino, & in decis. 177. numer. 38. par. 5. diuers.
16 & sit non potuerint alienari absque beneplacito †
Apostolico, *cap. 1. de reb. Eccles. non alien. in 6.*
Clem. 1. eodem tit. Rota in Papien. bonorum 17. Maij
1627. coram bon. mem. Coccino.
17 Quia cum talis alienatio fuerit † necessaria
ex causa obligationis contractæ propter aditio-
nem hæreditatis, nulla solemnitas erat necessa-
ria *Auth. hoc ius, C. de sacrosanct. Eccl. & ibi Bart.*
& DD. communiter Rodoan. de reb. Eccles. non alien.
rubr. de casibus, in quibus fit alienatio, versic. est
etiam alienatio num. 1. & seq. fol. 260. Fenzon. ad
statut. Vrb. in annot. cap. 113. num. 20. lib. 1. Rot.
decis. 31. per tot. coram Papa Gregor. XV. Verall.
decis. 199. num. 2. par. 3. Buratt. decis. 49. num. 17.
& seqq. & 408. num. 5.
18 Tertio, nec etiam releuat, † quod talis execu-
tio fieri non potuerit in bonis proprijs dd. Mo-
nialium, quæ cum acceperint hæreditatem cum
19 beneficio legis, † non tenebantur vltra vires hæ-
reditarias, nec in obolo poterant grauari, etiamsi
non confecerint inuentarium iuxta claram dispo-
sitionem *l. fin. §. etsi præfatam, C. de iur. delibera.*
Rota decis. 181. num. 1. par. 6. recent. cum inuen-
20 tarium † fuerit inuentum ad obuiandas fraudes,
quæ videntur cessare in Ecclesia, & sic non tenen-
tur illud conficere, vt inquit *Monticul. de inuent.*
tract. tom. 8. par. 2. fol. 270. par. 2. num. 2.
Quia si bona omnia extarent hæreditatis, non
21 teneretur Ecclesia aliquid exponere † de suo, sed
dum dd. Moniales citatæ ad exhibendum inuen-
tarium, ac bona inuentariata, non adimpleue-
runt præsumendum est, easdem in ipsarum vti-
litatem res hæreditatis consumpsisse, & ideo te-
22 netur de suo, † cum dicantur factæ locupletio-
res, dum bona hæreditatis, & non propria pro
seruitio Monasterij impenderunt, *vt in l. pupillo,*
ff. de solut. Rota decis. 72. numer. 40. part. 2. diuers.
Gratian. discept. foren. cap. 720. num. 12. & seqq.
Abb. consil. 33. num. 4. versic. venio nunc ad tertium
dubium, Rot. in Sabinen. Census 21. Iunij 1641. co-
ram bon. mem. Pirouano.
Quarto tandem non obstat, quod executio fue-
rit excessiua, cum fuerit consumata pro scutis
4500. & pretio esset scutorum 3250. & vti talis
23 non possit sustineri cum ad hunc effectum suffi-
ciat excessus etiam in obolo, vt firmauit *Rota in*
decis. 198. num. 1. coram Papa Greg. XV.
Quia licet à principio tale officium fuerit em-
ptum pretio scutorum 3250. tamen probatur
quod de tempore euictionis idem officium loca-
batur ad rationem scutorum 540. correspondén-
tem pretio scutorum 4500. quo fuit emptum ab
ipso Iacobo, qui propterea in tanta summa dici-
24 tur damnificatus, pro quibus fuit relaxatum
mandatum pro euictione, & dum agitur actione
ex empto attenditur tempus euictionis, siue res
sit melior, vel deterior facta, *text. in l. re euicta*
la 2. ff. de euict. Vinc. de Franch. decis. 297. num. 1.
& seq. Seraphin. decis. 1314. num. 2. Magon. decis.
Floren. 110. num. 2. & seq. Mangil. de euict. qu. 20.
num. 28. & seq. Nec dictus excessus potest consi-
derari in supradictis mobilibus pro quibus non
fuit promissa euictio. Quia cum vnica fuerit ven-
25 ditio, & de istis in hac fuerit † facta mentio, &
vnicum

vnicum pretium fuerit constitutum, ita videtur vnicus contractus, & indiuiduus, & per consequens dicitur etiam promissa euictio pro istis mo-
26 bilibus, cum non sit verisimile † emptorem voluisse emere officium sine dd. mobilibus, pro quibus dicitur promissa euictio, dum est secuta pro negotio principali, *l. quod autem, in fine, & l. quod si vno, ff. de in diem adiect. Tiraquel. de retract. lignag. §. 23. gloss. 1. n. 5. Mangill. de euict. quæst. 133. num. 4. Soccin. iun. consil. 16. numer. 10. volum. 1. Becc. consil. 106. num. 49. Surd. consil. 359. num. 10. & decis. 296. num. 17.*

Et ita vtraque parte informante fuit resolutū.

REVERENDISS. P. D. CERRO.

SACRÆ ROTÆ DECANO.

Lauden. Iurispatronatus.

Veneris 22. Maij 1643.

ARGVMENTVM.

Beneficium, quando sumus in dubio, an sit gentilitium, mixtum, vel hæreditarium, tunc præsumendum venit esse hæreditarium cum sic apparet conforme Iuri communi, & naturæ iurispatronatus, & maximè, quando super hoc concurrunt præsentationes tanquam ad hæreditarium factæ.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus in dubio semper censetur hæreditarium, & transitorium ad quoscumque hæredes.*
2 *Iuspatronatus præsumitur hæreditarium, nisi contrarium doceatur ex tenore fundationis.*
3 *Iuspatronatus cuius qualitatis sit ex effectuatis præsentationibus, scilicet à quibus personis, & de quibus fuerint factæ inspiciendum venit.*
4 *Iuspatronatus vnum, & idem non potest diuersimodè censeri.*
Iuspatronatus idem, respectu vnius non potest censeri hæreditarium, & respectu alterius gentilitium.
5 *Quantitates gentilitiæ, & hæreditariæ in eodem iurepatronatus non possunt concurrere, cum vna destruat aliam.*
6 *Ad Iuspatronatus quoties admittuntur descendentes, & fœminis, vel extranei, cessat qualitas gentilitia, vel mixta.*
7 *Iuspatronatus gentilitium, vel mixtum, extraneos nō admittit, & num. 8.*
Iuspatronatus mixtum, vtramque qualitatem, admittit, scilicet sanguinis, & hæredis, num. 7.
8 *Iuspatronatus pernecessè dicendum est hæreditarium, quando extranei fuerunt admissi.*
9 *In iurepatronatus qualitas hæreditaria, est magis consentanea iuri communi, & naturæ iurispatronatus.*
10 *Filij, quantumuis præsentauerint ad iuspatronatus, non ex hoc tollitur qualitas hæreditaria iurispatronatus.*
11 *Et quid veniat probandum, ad hoc, vt in isto casu iuspatronatus sit gentilitium.*
12 *Qualitas iurispatronatus, quando non apponitur taxatiuè, sed demonstratiuè, quid ex hoc inferatur.*
13 *A iurispatronatus hæreditarij qualitate non est recedendum.*
14 *Interpretatio omnis dicitur violenta ad præsumendam qualitatem iurispatronatus, si sit præter naturam ipsius iurispatronatus.*
15 *Probationes, vt non attendantur sufficit, quod non concludant pernecesse.*
16 *Reo sufficit actiones actoris esse offuscatas, & turbidas, & vincere per non ius actoris.*
17 *Vocem vnam habens non potest concurrere, cum habente duas, & num. 18.*
19 *In Votorum paritate in præsentatis ad iuspatronatus ille est præferendus qui habet gratificationem à Papa obtentum.*

DECISIO CLXXXV.

Decisionem emissa *coram bon. mem. Merlino sub die 14. Iunij 1641.* * hodie coram me in illius locum suffecto DD. confirmarunt; Qualitas enim hæreditaria Patronatus, de quo agitur, in
1 quo decisionis totum sistit fundamentum, benè probatur ex natura Iurispatronatus, quod semper censetur hæræditarium, & transitorium ad quoscumque etiam extraneos, nisi de contrario do-
2 ceatur † ex tenore fundationis, vt disponitur *ex Clem. plures de Iurepatron* iunctis tribus effectuatis præsentationibus factis ab habentibus quali-
3 tatem hæreditariam, quæ arguunt Iuspatronatus esse hæreditarium, *vt dixit Rot. in recent. decis. 707. num. 6 par. 1. cum alijs cumulatis in decisione, quæ reuidetur, vers. postrema præsentatio.*

Obseruantia verò contraria super qua insistebant informantes pro Alexandro non iustificatur licet enim in vacatione anni 1504. præsentauerint aliqui sub expressione filiationis, nulla facta mentione qualitatis hæreditariæ, tunc tamen præsentarunt vero portionibus hæreditarijs Albertus Maria, & Arditius à Canibus fratres de Bisnatæ hæredes Catherinæ de Curtæ hæredis Io. Erasmi ex Capitanei de Curtæ, in quibus deficiebat qualitas gentilitia, cum essent prorsus extranei. Vnde cum vnum, & idem iuspatronatus non
4 possit diuersimodè censeri, † nec respectu vnius præsentantis esse mærè hæreditarium, respectu verò alterius gentilitium, aut mixtum, cum hæ qualitates inuicem pugnent, & vna aliam distruat, prævalere debet qualitas hæreditaria propter præsentationem factam ab extraneis habentibus so-
5 lam † qualitatem hæreditariam, *Roch. de iurepatr. verbo competens alicui n. 2. Rot. in recent. d. dec. 707. num. 6. par. 1. & 336. num. pariter 6. par. 5.* Eo enim
6 † ipso quod admittuntur descendentes ex fœminis, seu extranei, excluditur qualitas gentilitia,
7 vel mixta, cum hæc † extraneos non admittat, sed vtramque qualitatem requirat, sanguinis scilicet, & hæredes *Lotther. de re benef. lib. 2. qu. 11. num. 41. & 42. Rot. post Viuian. de iurepatr. in ordine 41 num. 21. & in Aquilana Capellæ 17. Februarij 1634. coram bon. mem. Pirouano.*

Vnde non est curandum, quod eodem anno 1504. præsentauerint etiam filij, quia cum, vt dictum est, eædem præsentationes factæ etiam
8 fuerint ab extraneis, † qui in iurepatronatus gentilitio, vel mixto non admittuntur, interpretatio potius sumenda est pro hæreditario, quæ

 perne-

pernecessè resultat ex admissione extraneorum
9 quam pro mixto, quæ præsentationem † filiorum non excludit, dummodo sint hæredes, cum præsertim qualitas hæreditaria sit magis expressa, & præcisa, ac conformior iuris communis dispositioni, & naturæ iurispatronatus, vt ratiocinatur *Rota in recent. dicta dec. 336. numer. 5. & 6. par. 5. cum alijs in decis. quæ reuidetur, versic. non obstat.*

Similiter non obstat, quod illi qui præsenta-
10 runt anno 1600. enunciauerint se † filios, quia etiam dixerunt se hæredes, & expressio filiationis non sufficit ad probandum contrariam qualita-
11 tem, nisi simul doceatur adfuisse † alios hæredes extraneos, ijsque exclusis, solos filios fuisse admissos, vt arguit *Calder. conf. 12. et 15. in fin. de iurepatron. quod Rota semper probauit in decis. 288. num. 6. par. 5. et in Pistorien. Iurispatronatus 9. Februarij 1624. et 31. Maij 1628. coram bon. mem. Merlino*,
12 Vbi quod huiusmodi expressio † non apponitur taxatiuè, sed demonstratiuè ad ostendendum eos, qui hodie sunt in quasi possessione præsentandi, *& coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 173. num. 2. 3. & 4.*

Prout minus releuat sententia lata de anno 1593. ab Ordinario Lauden. per duas Rotales coram bon. mem. Orano, & Gypsio in iudicatum transactas confirmata, in qua declaratum fuit iuspatronatus, de quo agitur spectare dumtaxat ad Luciam, Ioannem Baptistam, & Ioannem Angelum, vtramque qualitatem habentes, familiæ scilicet, & hæreditatis, cæteros verò illas non habentes, fuisse exclusos: Quia cum sententia non exprimat exclusionem prætermissorum ex defectu qualitatis familiaris, nullaque cogat necessitas ad huiusmodi interpretationem,
13 † non est receden. à natura iurispatronatus, cum æquè benè dici possit fuisse ad fauorem illorum trium pronunciatum, ex quo erant hæredes, & habebant causam ab illis, qui aliàs præsentauerant, cæteros verò fuisse exclusos, ex quo, nec vnquam præsentauerant, nec à præsentantibus
14 causam habebant, & † omnis alia interpretatio est violenta contra naturam scilicet iurispatronatus, & assistentiam iuris, vt supra dictum est.

Præter quod sufficit huiusmodi probationes
15 pernecessè non concludere, † sed esse æquiuocas ad hoc vt ex eis prætensa contraria obseruantia desumi non possit *Aretin. conf. 115. n. 3. Rot. dec. 294. n. 6. par. 2. diuers.* & in his terminis *coram Reu. Vrgellen. dec. 173. n. 5. & decis. 336. n. 5. par. 5. recent. sæpius citata*, præsertim contra Oliuerium reum, & possessorem, cui sufficit probationes actoris esse
16 † offuscatas, & turbidas, & vincere per non ius illius, *ad trad. in l. fin. C. de rei vendic. Cassad. dec. 2. de except. & alibi passim.*

Firmata autem qualitate hæreditaria consequens est, vt excluso Alexandro instituatur Oliuerius, tum quia ille non probat eos à quibus
17 fuit præsentatus, esse hæredes eorum ad quorum fauorem lata fuit sententia de anno 1593 Tum quia probata etiam hac qualitate haberet vnam tantum vocem, ideoque non posset concurrere cum Oliuerio habente duas voces, alteram Io-
18 annis Baptistæ mediante præsentatione † Christophori Tini filij, & hæredis Camillæ hæredis vniuersalis dicti Ioann. Baptistæ, alteram Luciæ mediante præsentatione Marchionis Vistarini d. Luciæ donatarij, vt pluribus firmatur *in vlt. decisione bon. mem. Merlini, vers. hoc autem iacto,* nec non Pauli Mariæ Peretti eiusdem Luciæ filij, &
19 hæredis. Et quatenus † vterque vnam tantum vocem haberet adhuc in paritate votorum esset præferendus Oliuerius propter gratificationem obtentam à Sanctissimo, vt præter allegatos in *dec. tradunt Gloss. in cap. Ecclesia vestra, verbo non consenserit, post med. vers. in casu isto, & in cap. venerabilem num. 34. verbo fauore, de elect. Fr. Sigismundus à Bononia d. tit. de elect. dub. 42. num. 9. vers. vel idem sequitur adducti in Toletana Canonicatus Pœnitentiariæ 22. Aprilis 1641. coram me, vers. & cessare visa fuit.*

Et ita &c.

Decisio ista emanata in hac eadem causa coram rec. me. Merlino sub die 14. Iunij 1641. est inter eius impress. dec. 870.

DECISIO CLXXXVI.

R. P. D. BICHII

Leodien Beneficij.

Veneris 22. Maij 1643.

Est impressa inter Bichio in Tom. 1. Decis. 128.

R. P. D. ROIAS.

postea Episcopo TARRACONEN.

Perusina Pensionum.

Veneris 22. Maij 1643.

ARGVMENTVM.

De beneficio Parochiali, si quis fuit prouisus, & pensio super eo imposita reperitur, cum solita clausula, *dummodo remaneant centum pro Rectore*, ex quibus satis dicatur probatum, quod deductis expensis, & pensione, nullatenus ad Rectorem remanet dicta summa, sed longe minus Testes; vt probent quot fructus reddat aliquod beneficium qualiter deponere debeant.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ validitas colligitur ex reuolutione actorum.*
2 *Onera debent deduci, vt cognoscatur, quantum reddat aliquod beneficium*
3 *Pro Rectore Parochiæ, si demptis oneribus, & pensionibus nihil remanet, id est contra Clausulas appositas in Bullis,* demptis centum pro Rectore, &c.
4 *Fructus decennij debent attendi, ad cognoscendum quantum reddat aliquod beneficium, & num. 5.*
6 *Testi non informato non est credendum.*
7 *Testis dum non percutit tempus de quo queritur non releuat.*
8 *Testis, dum se remittit ad examen alias factum, in eo permansisse videtur.*

9 *Testis*

9 *Testis deponens de proprio iudicio, & secundum propriam conscientiam, non probat.*

10 *Bona non semper præsumuntur stare in eodem statu, cum sint mutabilia cursu temporis.*

11 *Testis dicitur esse sibi contrarius, dum prius dixit se aliquid non numerasse, & successiuè numerasse.*

12 *Testis odiosus parti, ob litem ciuilem, vel criminalem ei motam, non est integer.*

13 *Testis, qui deponit de auditu non releuat.*
Testis si remaneat vnicus, nullius est momenti. n.13.

14 *Testis vnicus, tunc multò minus probat, quando adsunt alij testes, qui contrarium deponunt.*

15 *Testis qui non deponit de vero valore, ac quantitate reddituum Beneficij ita vt percutiat tempus reseruationis pensionis, non releuat.*

DECISIO CLXXXVII.

POstquam sub die 1. Iulij 1641. resolutum fuit coram Reuerendissimo Domino meo Decano * Parochialem S. Laurentij de qua agitur non esse capacem de duabus pensionibus reseruatis vna scutorum 40. ad fauorem Reuerendissimi Monaldi Episcopi Eugubini, altera vero scutorum 20. ad fauorem Iosephi de Americis dum de hac Parochiali fuit prouisus Christophorus de Alexandris cum clausula dummodo centum remanerent pro Rectore, &c. fuit pariter dictum ad pensionarios spectare onus probandi valorem ex adductis in dicta decisione lata sententia ad fauorem Parochi causa in gradu appellationis mihi commissa, & expeditis remissorialibus ad instantiam dictorum Pensionariorum cuius vigore fuerunt examinati sex testes, modo dubitaui an sententia Rotalis esset confirmanda nec ne, & fuit affirmatiuè resolutum tamquam valida, & iusta; Validitas deducta fuit ex reuolutione actorum
1 ex quibus patet in ea concurrere, † omnia requisita de quibus per *Verall. decis. 260. par. 2. Rota in recent. decis. 589. num. 1. par. 1. & 678. num. 1. par. 2.*

Iustitia verò desumpta fuit ex lectura dictæ decisionis in hac causa in qua benè discutitur materia, & clarè constat ex depositionibus quatuor testium fuisse per titularem probatum fructus dictæ Parochialis non excedere annua scuta 100. monetæ itaut demptis scutis 45. pro
2 oneribus necessarijs, & perpetuis prout debet *Greg. XV. decis. 273. num. 3. & 277. num. 7. & 357. numer. 4.* non remanere congruam titulari,
3 & si essent soluendæ pensiones præfatæ † nihil Rectori remaneret contra expressas clausulas appositas in Bullis, ibi, *demptis centum pro Rectore.*

Nihil obstant depositiones sex testium examinatorum ad instantiam pensionariorum, ad effectum probandi valorem d. Parochialis iuxta eorum incumbentiam cum testes non probent remanere centum pro Rectore demptis oneribus perpetuis, nec non quod fructus etiam reddantur sufficientes pro soluendis dictis Pensionibus prout esset probandum, etenim primus testis iuxta 9 ait se nescire quod fructus fuerint recollecti
4 à decennio citra, & † tamen ad effectum probandi valorem Rota solet attendere fructus decennij *Acchill. decis. 2. de valor. Put. dec. 374. nu. 2. lib. 3. in correct. Rota decis. 189. num. 4. par. 1. diuers. plenè Garz. de benef. par. 5. cap. 3. num. 228. cum seqq.*
5 & quidem proximi reseruationi pensionis *per text. in cap. si eo tempore de rescript. in 6. Felin. in cap. ad aures num. 17. eod. tit. Buratt. decis. 383. num. 3. & decis. 409. nu. 13.* & quamuis deponat se esse
6 cultorem vnius prædij tamen quia dicit † aliorum redditus ignorare tanquam non informato non venit illi deferendum *Alex. cons. 148. num. 9. lib. 5. Rot. decis. 550. nu. 3. par. 1. recent. & 269. num. 4. par. 7. Caual. decis. 283. numer. 3.*

Minus obstat secundus testis, quia eodem modo deponit dum super secundo dicit se nescire nisi pro tempore, quo fuit laborator bonorum
7 Ecclesiæ: Vnde dum † non percutit tempus reseruationis pensionis secutæ de anno 1637. nihil probat *Cassad. decis. 19. in fin. super regul. Rot. in recent. decis. 37. num. 1. & decis. 176. numer. 2. par. 2. Cavaler. decis. 383. num. 4. & fuit dictum in Feretrana Pensionis 4. Decembris 1622. coram b. me. Francisco Vbaldo.*

8 Non tertius quia aliàs deposuit † pro Rectore, & in hoc nouo examine se refert ad primum in quo permansisse venit dicendum *Abb. in cap. cum in tua num. 5. vbi etiam Felin num. 1. de testibus Viuius oppin. 911. nu. 2. & 4. Farinacc. de testib. quæst. 66 num. 39. Rot. diuers. 430. num. 4. par. 1.*

Nec pariter obstat quartus testis tamquam ignorans reddituum Ecclesiæ per decennium, prout requiritur vltra quod deponit ab an. 1629. vsque ad annum 1632. & de anno 1630. deponit
9 de † proprio iudicio, & secundum propriam conscientiam *Greg. XV. decis. 327. nnm. 5.* immo iuxta nouum ait nescire quantum Rector perce-
10 pit ab anno 1630. donec vixit vltra † quod non præsumitur esse in eodem statu, quæ sunt mutabilia cursu temporis *Caputaq. decis. 330. num. 2. lib. 3. Gregor. XV. decis. 553. num. 4. & 570. nu. 6 & in d. Feretrana Pensionis coram Vbaldo*, sicque testis
11 est etiam sibi contrarius † dum prius dicit non numerasse arbores, & successiuè numerasse *Aret. in cap. in nostra num. 5. cum seqq. de testib. Ruin. cons. 58. num. 10. lib. 5. Roland. cons. 95. num. 17. lib. 4. Farinac. de testib. quæst. 66. num. 19.*

Neque obstat quintus tamquam odiosus Re-
12 ctori ob litem † ciuilem, & criminalem *Crauet. cons 6. num. 32. Cephal. cons. 208. num. 15. & seq. Rot. decis. 84. numer. 1. par. 4 recent.* Vltra quod de-
13 ponit † de auditu à fratre; in omnem casum remaneret vnicus, & sic nullius momenti *cap. licet. cap. veniens, & cap. iuris iurandi de testibus Rot. decis.*
14 *75. num. 1. par. 3. & 272. num. 3. par. 7. recent.* præsertim stantibus † testibus pro Rectore examinatis contrarium deponentibus *Rota decis. 2. num. 3. & 270. num. 9. par. 7. recent. Buratt. decis. 768. num. 8.*

15 Vltimo nihil obstat sextus testis † quia non deponit de certo valore, ac quantitate reddituum, itaut percutiat tempus reseruationis pensionis, *Oldrad. cons. 58. nu. 1. Rot. decis. 10. de concess. præben. in antiquis Caputaquen. decis. 330. numer. 1. part. 3. Gregor. XV. decis. 13. numer. 1. & 357. num. 4.*

Et ita resolutum altera tantum, &c.

DECI-

DECISIO CLXXXVIII.

R. P. D. BICHIO
Romana fideicommiſſi de Spiritibus
Veneris 22.Maij 1643.
Eſt Impreſſa inter Bichio in Tom.1. Deciſ. 129.

R. P. D. GHISILERIO.

Poſtea Epiſcopo TERRACINEN.

Bononien Reſciſſionis contractus.

Lunæ 25.Maij 1643.

ARGVMENTVM.

Contractus ſi fuerit initus, cum conditione, quod conſenſus alicuius interueniat, tunc ſi ille non acceſſerit, perinde eſt, ac ſi talis contractus non fuerit celebratus Bona Ciuitatis, vel Caſtri, aut Villæ, ſi ſine debitis ſolemnitatibus fuerint alienata, vel in emphyteuſim conceſſa perperam dicuntur data.

SVMMARIVM.

1 *Contractus, quando non poſſit vocari perfectus.*
Conſenſus alicuius in contractu reſeruatus, eſt omnino neceſſarius. num. 1.
3 *Contractus deficit, ſi cõſenſus in eo reſeruatus deficiat.*
3 *Contractus habetur pro non facto, ſi deficiat conſenſus in eo reſeruatus.*
4 *Ex inſtrumento vno aliud ſuppletur.*
5 *In Scriptura vna, ſi aliquid fuerit omiſſum ſuppletur per aliam eadem manu factam, ſeu ſcriptam.*
6 *Scriptura vna minus plenè edita debet poſtea edi plenariè.*
7 *Notarius poſt plura inſtrumenta edere ex vno inſtrumento, vide exemplum. num. 8.*
9 *Inſtrumenta tot eſſe dicuntur, quot ſunt capitula.*
Separatorum ſeparata eſt natura & in his, quæ ſeparari poſſunt vtile per inutile non vitiatur. num. 9.
10 *Contractus debent regulari ſecundum naturam rei, de qua agitur.*
11 *Caſtrum S. Petri eſt membrum Ciuitatis Bononiæ, ac illius gubernium ſpectat ad Regimen d. Ciuitatis.*
12 *Bona Ciuitatis non poſſunt in contractum deduci, non adhibitis ſolemnitatibus neceſſarijs in alienatione bonorum Ciuitatis.*
13 *Solemnitates etiam ſunt adhibendæ in alienatione bonorum Villæ, vel Caſtri.*
14 *Solemnitates, ſi non fuerint ſeruatæ, quando conceduntur bona Ciuitatis in emphyteuſim, non ſubſiſtit talis contractus.*
15 *Contractus, quando eſt nullus, nullum parit iuris effectum.*
16 *Retentioni, quando non ſit locus, nec in ſpecie, nec in genere.*

DECISIO CLXXXIX.

COMMVNITAS, & homines Caſtri Sancti Petri Territorij Ciuitatis Bonon. conceſſerunt in emphyteuſim perpetuam, Portas, mœnia, foueas, & alia loca publica eiuſdem Caſtri Io. Baptiſtæ de Fabris de eodem Caſtro, recipienti pro ſe, & pro eius deſcendentibus, maſculis, & fœminis in infinitum pro annuo canone librarum 32. monetæ ſub explicita conditione, *mentre li ſia il placet dell'Illuſtriſſimo Reggimento*, & prætendēte Regimine conceſſionem non ſuſtineri, eo quia illam approbare recuſauit, commiſſa cauſa in Rota, & dato dubio, An contractus ſuſtineretur; negatiuè fuit reſolutum. Quia conſenſus Regiminis non fuit requiſitus per viam reſeruationis, quæ intelligi poteſt quatenus opus ſit, ſed per viam conditionis diſpoſitiuæ; conditione autem non ſequuta, contractus autem non mere-
1 tur dici perfectus, † & ſic quælibet alia diſpoſitio effectum non habet, cum conſenſus in contractu reſeruatus, ſit omnino, neceſſarius, *l. fin C. de reb. alienis non alienan. l. pecuniam, ff. ſi cert. pet. Pariſ. conſ. 8. num. 25. lib. 3. Guidop. conſ. 58. nu. 1.* faciunt tradita per *Rolan. conſil. 51. lib. 2. Rota coram ſanct. mem. Gregor. deciſ. 5‹5. num. 3. coram Buratt. deciſ. 4. num. 11. & deciſ. 241. num. 4. par.*
2 *5. recentior* & cum beneplacitum † Regiminis nondum euenerit, conſequenter inſtrumentum conceſſionis deficit, *l. 1. in fin. ff. de cond. & de-*
3 *monſtr. l. nouatione, ff. de nouat. l. nouatione, C. de fideiuſſ DD. in l. 1. C. etiam ob chirograf. pec.* & contractus habetur pro non facto; *l. hæc venditio, ff. de contrah. empt. Alex conſ. 4. nu. 3. vol. 5. Afflict. in cap. 1. num. 31. de vaſſal. qui contr. conſtit.*

Non obſtat, quod non conſtet de reſeruatione conſenſus Regiminis in Inſtrumento in actis exhibito; Quia ſatis eſt, quod dicta reſeruatio legatur in Inſtrumento inſerto in proceſſu, nulla habita ratione, quod Notarius de eo rogatus, dedit publicum Inſtrumentum ſine dicta reſeruatione, cum non inde ſequatur, quod reſeruatio non contineatur in inueſtitura originali, a qua deſumptum eſt Inſtrumentum in actis productũ,
4 † cum ex vno Inſtrumento aliud ſuppleri poſſit, vt benè notat *Bald conſ. 428. in fin.* Vbi quod reperitur in vna ſcriptura omiſſum ſuppletur per
5 aliam eadem † manu factam, ſeu ſcriptam, & *DD. in l. vbi exigitur, ff. de eden.* notant quod eadem ſcriptura minus plenè edita, debet poſtea
6 edi plenariè, fruſtra † autem ederetur ſecundò, ſi fides non haberetur. Vltra quod Notarius poteſt plura conficere Inſtrumenta ex vno Inſtru-
7 mento plura diuerſa, † & ſeparata capitula quemlibet contrahentem reſpicientia continente, ſcilicet Inſtrumentum venditionis puræ in forma
8 emptori tradendum, & inſtrumentum † pacti, & conuentionis de retrouendendo, venditori deliberandum, vt in terminis firmat *Boer. deciſ. 25. num. 5. & Alberic. de Roſat. in l. prima §. editiones num. 17 verſ. quod ſi inſtrumentum, ff. de eden* dicit
9 tot † eſſe Inſtrumenta, & capitula, quia ſeparatorum ſeparata eſt natura, & in his quæ ſeparari poſſunt vtile per inutile non vitiatur *l. ſancimus, Cod. de donat.*

Sed quatenus etiam in contractu non fuiſſet reſeruatus conſenſus Regiminis, ille tamen requirebatur de iure, ex natura rerum in contractu
10 deductarum, † ſuper quibus non poterat iniri huiuſmodi contractus ſine expreſſo conſenſu Regimi-

giminis. Cum ex Breue Nicolai V. dato Romæ 26. Nouembris 1450. pateat Castrum Sancti Pe-
11 tri esse membrum Communitatis Bononiæ, † illiusque gubernium, & administrationem pertinere ad Regimen dictæ Ciuitatis, vt propterea non potuerit Communitas d. Castri concedere in emphyteusim perpetuam, Portas, mœnia, foueas, & alia loca publica eiusdem Castri,
12 † non adhibitis solemnitatibus necessarijs in alienationibus bonorum Ciuitatis, de quibus in *l. fin. C. de venden. reb. Ciuitat. lib. 11. vbi Luc. de Pen. & Io. de Plat.* Quæ licet requirantur in alienationibus rerum Ciuitatis, & possit dici specialitatem continere, nihilominus dictæ solemni-
13 tates sunt † seruandæ in venditione rerum Castri, seu Villæ per ea quæ notant *Galiel. de Cuneo, Bart. Bald. & Salicet. in l. fin. C. de sacrosanct. Eccles.* & ponunt *DD. in d. l. fin.* ita dixerunt *Alex. cons. 1. numer. 15. vol. 4. Corn. cons. 284. num. 7. vers. licet enim vol. 4. Roland. cons. 90. num. 23. Menoch. cons. 80. num. 23. vol. 1. Capic. decis. 93. num. 2.* Quæ solemnitates cum non fuerint serua-
14 tæ, † nulla fuit concessio in emphyteusim per *d. l. fin. C. de vend. reb. Ciuit.* & talis actus nullus
15 non potuit aliquem effectum validum † operari, *cap. non præstat de reg. iur. in 6. l. 4. §. in condemnatum, ff. de re iud.* & paria sunt aliquid non fieri, vel inutiliter, & nulliter fieri *arg. l pen. in princ. ff. de suis, & legit. hæred. inst. tit. de hæred. ab intest. in princ. & l. quoties, vbi gl. & DD. ff. qui satis dare cogant.* De pretensa retentione Io. Baptistæ possessionis rerum sibi concessarum, donec fuisset de expensis, & interesse passis, reintegratus, non est habenda ratio, ex quo non
16 probata † melioratione, nec in genere, neque in specie non est locus d. retentioni. Vnde merito informante tantum Regimine fuit resolutũ contractum, de quo agitur non sustineri &c.

R. P. D. ROIAS.

Postea Archiepiscopo TARRACONEN.

Romana hæreditatis de Gratianis.

Veneris 29. Maij 1643.

ARGVMENTVM.

Rei litigiosæ vitium operatur, vt ea res perperam in alium transferatur, & dictum vitium contrahitur in actione reali, & non in personali. Legitimatus per subsequens matrimonium, vt fit capax successionis, sat est, vt de iure Canonico (quod etiam in Terris Imperij seruandum est) vt sit natus ex soluto, & soluta, inter quos de tempore conceptionis matrimonium contrahi valuerit, quidquid sit de iure Cæsareo.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rei litigiosæ non tenet.*
Executiuè non potest agi contra tertium possessorem. num. 1.
2 *Res litigiosa est expressè prohibita alienari.*
3 *Alienatio rei litigiosæ nõ substinetur & potest agi executiuè contra tertium possessorem, etiam absque nouo processu, stante vitio litigiosi.*
4 *Litigiosi vitium non contrahitur, nisi in actione reali; secus verò in personali.*
5 *Interdictum, quorum bonorum, est personale.*
6 *Possessio, vt dicatur litigiosa, sufficit litem motam esse in possessorio.*
Res, super qua, mota est lis, non potest, nec acquiri, neque in alterum transferri num. 6
7 *Alienatio rei litigiosæ, potest fieri ex causa necessaria, & num. 8.*
9 *Scientia, quando remaneat iustificata.*
Scientia etiam coniecturis potest probari. n. 9.
10 *Executionem non impedit tertius, dum sciuit causam agitari super bonis controuersi.*
11 *Inter Socerum, & generum præsumitur collusio, & ex quo doceri, seu suspicari possit.*
12 *Iudicis facto stante non præsumitur fraus interuenisse.*
13 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 41. mandat inter ciues, & incolas seruari ius ciuile; qualiter intelligatur. num. 17.*
14 *Legitimatio per subsequens matrimonium non suffragatur legitimato, dum nõ probatur eius matrem fuisse à viro retenta domi in schemate concubinatus.*
15 *Mater legitimati per subsequens matrimonium; dum constat fuisse meritricem, & in lupanaris inuolutam.*
Tunc d. legitimatio non suffragatur legitimato per subsequens matrimonium ad effectum successionis. numer. 16.
16 *Matrimonium ad effectum legitimationis, & successionis inter quas personas non possit contrahi.*
17 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 41. mandans seruari ius ciuile inter ciues, & incolas non debet intelligi in materia spirituali, quia tunc est seruandum ius canonicum.*
18 *De Matrimonio eiusque effectu quando agitur, seruandum est ius canonicum, etiam in terris Imperij.*
19 *Inter Matrimonij effectus connumeratur, etiam successio.*
20 *Papa solus disponit in materia matrimoniali eiusque effectu.*
21 *Et sic etiam in materia legitimationis per subsequens matrimonium.*
22 *In Successionis materia standum est iuri canonico etiã in terris Imperij, & reprobatur cõtraria opinio Angel.*
23 *Filij legitimati per subsequens matrimonium cum vili persona, de iure ciuili non sunt capaces successione paterna, & hoc de iure ciuili.*
Sed secus est de iure canonico, quod procedit etiam in terris Imperij. num. 23.
24 *Filij legitimati per subsequens matrimonium, fit succedant patri de iure canonico non requiritur, quod mulier retenta sit in schemate concubinatus, quod sit honesta persona.*
In Matrimonio non datur exceptio personarum. n. 24.
25 *Filij legitimati per subsequens matrimonium vt de iure canonico succedant patri, sufficit filium natum esse ex soluto, cum soluta, inter quos tempore conceptionis matrimonium validè contrahi voluerit inter eosdem.*
26 *Filij pauci, aut nulli legitimarentur per subsequens matrimonium, si daretur exceptio personarum.*
27 *Legitimatus, quando quis est per subsequens matrimonium, succedit omnibus, reiecta distinctione illa Riminald. & aliorũ de successionis, patris, vel patrui.*
28 *Legitimatus per subsequens matrimonium, de iure canonico, (quod vbique seruandum est) in omnibus*

bus est similis filijs legitimis, ac de legitimo matrimonio natis.

29 *Et hoc procedit ad quemcumque effectum, ac ad successionem tam ex testamento, quam ab intestato, etiam in feudalibus.*

30 *Legitimatio per subsequens matrimonium, tota consistit, ac pendet à matrimonio.*

Matrimonium, cum sit Sacramentum, idem semper debet operare indistinctè. num. 30.

31 *Matrimonium non potest dici nullum, si ex causa (puta infirmitatis) fuerit contractum non in facie Ecclesiæ, sed domi.*

32 *Matrimonium, sit dicat contractum in facie Ecclesiæ, non requiritur quod sit contractum in foribus Ecclesiæ, sed solum in præsentia Parochi.*

33 *Vel alterius Sacerdotis de eiusdem Parochi, vel Ordinarij licentia, & duorum, vel trium Testium præsentia.*

34 *Ad Legitimationis filiorum effectum suffragatur etiam matrimonium clandestinum.*

DECISIO CXC.

CENSVERVNT DD. mandatum de immittendo per Rotam, Relaxatum ad fauorem
Francisci Gratiani in possessionem medietatis
omnium bonorum hæreditariorum q. Octauij
Gratiani eius patrui esse exequendum tantum
super domo sita in Campo Martio, possessa à Io.
Francisco Attauante, non autem super duabus
alijs domibus. Moti potissimum ex eo, quia alienatio huius domus fuit facta lite pendente in
dictum Io: Franciscum Attauantem per Lælium
1 Gratianum, & sic tamquam facta † de re litigiosa,
& quamuis contra tertium possessorem agi non
possit executiuè, vt per *Felin. in cap. cum super, sub num. 15. vers. amplius dixi, de sentent. & re iudic. Bero. cons. 47. num. 6. lib. 1. Caualer. decis. 151. num. 1. Gregor. XV. decis. 22. n. 1. & 2.* Tamen quia alienatio facta fuit in dictum Ioan. Franciscum de re
2 litigiosa expresſè alienari prohibita † ex dispositione *text. in l. fin. C. de litig. cap. Ecclesia, vt lit. penden. Duran. decis. 88. num. 3.* Illa non sustinetur,
3 & post executiuè procedi contra dictum Attauātem etiam absque nouo processu stante vitio litigiosi, *Auth. nunc si hæres, C. litig. Bart. in l. creditoris num. 23. C. de pignor. hypoth. Couar. pract. quæst. cap. 15. nu. 6. Socc. Iun. cons. 92. num. 8. lib. 3. Cephal cons. 195. num. 14. & 15. lib. 2. Bero cons. 155. nu. 40. vol. 1. Peregr. de iure Fisc. lib. 4. tit. 6. n. 27. Cancer. var. resolut. lib. 2. cap. 12. num. 14. Borgnin. Caualcan. decis. 16. num. 7. par. 1. Duran. d. decis. 88 num. 2. Caualer. decis. 131. num. 2.*

4 Nec dicatur † vitium litigiosi non cotrahi
nisi in actione reali, secus verò in personali, vt
fuit resolutum in *Bonon. Transactionis 14. Nouembris 1636 & 8. Iunij 1637. coram Eminentiss. Verospio.* Interdictum autem quorum bonorum † in-
5 tentatum esse actionem personalem, tradit *Gloss. in l. interdictis, in verb. non retro, ff. de interdict. seu extraordinarijs action.* Quia fuit responsum, ad hoc
vt dicatur litigiosa possessio, sufficit motam esse
6 litem in † possessorio, itaut res, super qua mota
est lis, non possit neque acquiri, neque in alterum transferri, *Lancellot. de attent. lit. penden. par. 2. cap. 4. in præfat. num. 518. Rota penès Marches. de commiss. par. 1. fol. 384. num. 9. in vna Toletana Beneficij, & in Romana Saluiani 1. Martij 1627. coram Card. Vbaldo, Burat. decis. 917. num. 2. & 3.*

Nihil obstat, quod dicta domus fuerit aliena-
7 ta per dictum Lælium Gratianum † ex causa dotis debitæ d. Attauanti, & sic tamquam facta ex
causa necessaria sustineatur, iuxta limitationem,
de qua in *l. final. C. de litig.* in puncto *Duran. decis. 281. num. 3. & 5.* Quia responsum fuit, dotem
fuisse promissam à Lælio patre Casandræ nuptæ
d. Ioann. Francisco Attauanti post hanc litem
8 motam, vnde poterat idem Lælius dotem filiæ
soluere, vel ex alia medietate hæreditatis dicti
Octauij ad se liberè spectante, vel ex alijs bonis
proprijs ab eodem possessis, & cum dictus Attauantes emptor sciuerit, litem agitari in Rota,
quæ non erat super aliqua re particulari vt in casu *decision. Romanæ vineæ 27. Iun. 1640. coram bo. me. Merlino*: sed super medietate hæreditatis Octauij, ac legitimatione dicti Francisci, eaque lis
erat satis nota, dum fuit spatio 15. fere annorum agitata, fueruntque examinari testes; concurrente etiam continua cohabitatione, atque
arctissima sanguinis affinitate inter dd. Lælium,
ac Attauantem; ex quibus omnibus negari non
9 potest † quin scientia remaneat sufficienter probata in dicto Attauante, dum ea etiam coniecturis probari potest, *Bald. cons. 392. nu. 1. lib. 1. Alex. cons. 137. num. 8. lib. 1. Soccin. iun. cons. 118. num. 42. lib. 1. Cephal. consil. 114. num. 15.* cum alijs optimè congestis *in Romana diuisionis 20. Iunij 1639. coram R.P.D. meo Bichio, & in Romana successionis 6. Martij præteriti coram R.P.D. meo Carillo.* Quia
10 scientia stante, † præfatus Attauantes non valet impedire quoad d. domus executionem, *Calderin. cons. 9. tit. de re iudicat. Ancaran. cons. 333. col. 2. Crauet. cons. 503. n. 5. Surd. cons. 434. nu. 11. Boer. decis. 79. num. 3. Franc. March. decis. 338. n. 7.*
Vltra quod, cum agatur inter Socerum, & Ge-
11 nerum præsumitur † collusio, præsertim, quia
alia bona libera extabant, & tamen fuerunt data
bona litigiosa, *Decian. resp. 16. num. 1. & 6.*

Quo verò ad alias duas domos fuit meritò denegata executio, ex eo quia Io. Franciscus Attauantes eas possidet pariter ex causa dotis, præ-
12 cedente iudiciale subhastatione, † ac deliberatione: propterea dum interuenit factum iudicis,
nulla fraus potest considerari, *Bart. in l. 1. num. 4. C. de Præd. Decurion. lib. 10. & in l. frater à fratre, num. 51. ff. de condit. in deb. Specul. in tit. de empt. § nunc dicendum, il primo, n. 5. vers. & breuiter, Menoch. præs. 15. n. 55 lib. 2. Dec. cons. 466. n. 7. vers. & quia, Caputaq. dec. 163. n. 8. par. 3. Mantic. dec. 151. in fin. Caual. dec. 339. num. 6.* & fuit in terminis resolutum *in Bonon. Subhastationis 25. Maij 1635. coram Motmanno.*

Nihil obstant ea, quæ longa serie circa legitimationem Francisci Gratiani adducebantur, repetendo etiam omnia aliàs adducta pro parte
Lælij, dum fuit secuta decisio in hac causa sub
die 7. Februarij 1642. coram me; Quia quoad ea
quæ modo contra dictam decisionem fuerunt
congesta, placuerunt DD. responsiones datæ in
dicta decisione 7. Februarij 1642. Ad id verò,
quod denuo additum fuit, quod agatur inter
13 ciues, & incolas, inter quos Statutum † Vrbis
cap. 41.

cap.41.lib.1.mandat seruari ius ciuile, inde dicto Francisco Gratiano non suffragari legitima-
14 tionem per subsequens matrimonium, † dum non probatur, Olimpiam eius matrem fuisse ab Horatio progenitore retentam domi in schemate concubinatus, prout requiritur de iure ciuili, §.1.*Auth.quibus modis naturales efficiantur legitimi*, §.*vlt.Inst.de nupt.Bart.in l.concubinas*, *num.4.C.de concubin. Peregr.de fideicomm.art.24.num.53.* Immò constare dictam Olimpiam fuisse meretricem, & in Lupanarijs inuolutam, nec propterea cum
15 ea, tamquam turpi persona potuisse contrahi matrimonium de iure ciuili ad effectum legiti-
16 mationis † filiorum, & successionis, §. *sed & aliud*, *Auth.quibus modis naturales efficiantur legitimi Menoch.consil.18.n.6. Mant.de coniect.lib.11. tit. 10. num. 9.*

Quia facilis visa fuit responsio aduertendo, quod Statutum Vrbis mandans seruari Ius ciuile
17 procedit in † casibus, in quibus non agitur de re spirituali, siue de eis, quæ ex spirituali consequuntur, in quibus semper venit attendendum Ius Canonicum, vt in puncto dicti Statuti fuit dictum *in Romana Fideiussionis de repræsentando 16. Martij 1618.coram bon.mem Coccino*, §.*neque obstat.*
18 Quapropter cum a in præsenti casu agatur de matrimonio, eiusque effectibus, inter quos adest etiam successio, non venit attendendum Ius ci-
19 uile, sed † Ius Canonicum etiam vbi alias Ius ciuile esset attendendum, quamuis essemus in Ter-
20 ris Imperij; ex quo solus Papa potest † disponere de matrimonio, & de his, quæ ex eo consequuntur, vt tradunt communiter DD *in cap.1.de sponsal. Afflict.in cap.1.§.naturales*, *vers.5. num. 27. & 35.* si de feudis defuncti fuerit controuersia, & de commun. *Iason.cons.168.num.8. vers. & subdit.lib.4. Dec.cons.155.num.1.in fin. Ruin. cons.111. n.4.lib.1.Paris.cons.13.num.49.& seq.lib.2.* prout in
21 specie legitimationis per subsequens matrimonium, iuxta *text.in cap.tanta*, *qui filij sint legitimi*,
22 quod veniat standum Iuri Canonico, † etiam in terris Imperij ad effectum successionis *Gabr. cons. 21.num.14.lib.1.* vt reprobat contrariam doctrinam *Angeli cons.26.& sub num.12.& 22.* subdit, in hoc esse correctam rationem Iuris Ciuilis, ob
23 quam † legitimati excludebantur, *lib.1.Gabriel. sequitur Cecian.resp.5.n.73.& seq.num.91.lib.1.Giouagn.cons.59.num.22.lib.1.Mant.de coniectur. d. lib. 11.tit.12.sub num.8.vers.sed contrarium, Rot.dec.661 n.5.par.4.recent.*
24 At verò de Iure Canonico † non requiritur, quod mulier fuerit retenta in schemate Concubinatus, aut quod sit honesta persona, ex quo in Sacramento Matrimonij non datur exceptio
25 personarum, & sufficit, filium † natum esse ex soluto, & soluta, inter quos tempore conceptionis matrimonium validè contrahi voluerit, *glos. in cap.innotuit*, *verb. coniugata*, *de elect. Abb. in d. cap.tanta*, *num 14. qui filij sint legitimi*, *Rip. in l. si vnquam*, *num.55.C.de reuocan.donat. Gabr. de legit. concl. 1. numer. 50. Menoch. consil. 18. num. 9. & seq. Mant. de coniect. d. lib 11.tit. 12. numer. 6. Osasch. decis. 158.num.11.& 12.* Vbi subdit, quod
26 alioquin nulli, vel parui legitimarentur per subsequens matrimonium, *Giouagn. dict.cons.56. numer.21.cum seq.lib.1.*

Minus venit facienda distinctio inter successio-
27 nem partis vel patrui, iuxta ea, † quæ tradit *Rimin.iun.inter cons.matrimon.diuers.cons.80.sub nu.20* quem sequitur *Osasc.inter cons.vlt.volunt.lib.2.consil.138.sub num.8.* ex quo Ius Canonicum (quod vt dictum est seruandum venit) absolutè facit fi-
28 lium † legitimum ex subsequenti matrimonio, non secùs, ac si de legitimo matrimonio fuisset procreatus, vt expressè disponitur in *dicto cap.tan-*
29 *ta*, etiam ad quamcumque effectum ac successionem, siue ab intestato, siue ex testamento, etiam in Feudalibus. Quidquid sit in legitimitatis per Rescriptum Principis, vt optimè distinguit *Vvesembech.consil.44.sub num.43. lib.1.Giouagn.d.consil.59. num.26.* vbi rationem assignat. Quia totus effectus huius legitimationis pendet à matrimonio, quod
30 cum † sit Sacramentum, idem semper debet operari indistinctè *lib.1.* allegatque concordantes.

Vltimò non obstat prætensa nullitas matrimo-
31 nij; eo quod non sit contractum in † Ecclesia, sed domi. Quia hoc potuit fieri ex causa infirmitatis Olimpiæ. Vltra quod, vt matrimonium in faciem Ecclesię contractum dicatur, non requiritur, quod
32 sit contractum in foribus Ecclesiæ, sed † solum in præsentia Parochi, vel alterius Sacerdotis de eius-
33 dem Parochi, vel Ordinarij licentia, & duorum, vel trium testium celebretur; vt in puncto ad effectum legitimationis, *Giouagnon.d.cons.59.num.9.*
34 qui *num.13.* subdit, quod † ad effectum legitimationis filiorum suffragatur etiam matrimonium clandestinum.

Et ita resolutum vtraque parte informante, &c.

Decisio ista emanata sub 1.Februarij 1642.coram eodem Reuerendiss Rojas erit infra in Appendice. Decisiones plures in hac causa emanarunt, quæ erunt infra suo loco, & præsertim sub diebus 11.Decembris 1648. coram Reuerendissimo Papien.& 28.Maij 1649.coram Reuerendissimo P.D.Cerro Decano, & 28.Iunij eiusdem anni coram bon.mem.Bichio, & 26.Iunij 1656.coram eodem.

R. P. D. MELTIO
postea EPISCOPO PAPIEN.

Ampurien. & Ciuitaten. Conuocationis Synodi.

Veneris 29. Maij 1643.

ARGVMENTVM.

Episcopus habens duos Episcopatus vnitos, cum tunc quo ad ipsum habeatur pro vnica Diœcesi poterit in qualibet parte dictæ Diœcesis conuocare Synodum, & quando talis Episcopus dicatur esse in quasi possessione conuocandi tale Synodum vbi vult.

SVMMARIVM.

1 *Vnio Episcopatuum, quando fuit facta cum clausula, æquè, & principaliter, quid importet.*
2 *De Possessione, quando constat, non est deneganda manutentio.*
3 *Episcopo extra suam Diœcesem, Ius commune non assistit.*

4 *Collegia duo, quando sunt separata, simul conueniri non possunt.*

5 *Episcopus residendo in vno Episcopatu vnito, potest explere negotia vtriusque Episcopatus.*

6 *Episcopus habent duos Episcopatus vnitos, respectu eius reputatur vna Diœcesis.*

7 *Legatus, si constituatur duarum prouinciarum quoad ipsum censetur vnica prouincia, licet aliàs sint diuersæ quoad limites.*

8 *Episcopus habens duos Episcopatus vnitos, potest in qualibet parte eorum conuocare Synodum, & sibi benè visa, num. 9.*

10 *Et similiter etiam erigere Tribunal.*

11 *Petitorum ea, quæ respiciunt non impediunt possessorium.*

12 *Actus quilibet, etiam vnicus, sufficit, vt manutentio suam recipiat perfectionem.*

13 *Ad Locum aliquem, quando quis comparet citatus, non dicitur voluntariè accedere.*

14 *Iurisdictio concludenter dicitur probata, ex conuocatione aliquorum ad certum locum.*

15 *Ex Conuocatione Synodi, quando non dicatur quæsita aliqua possessio Episcopo.*

16 *Licentia vnica sufficit ad effectum manutentionis.*

17 *Licentia nihil aliud est, quam collatio libertatis concessa ei, qui eam non habet ex seipso seu iure proprio.*

18 *Canonici, quando dicantur deuenisse ad Synodum vti vniuersi, & non vti singuli.*

DECISIO CXCI.

CANONICI Collegiatæ loci de Tempio non acquieuerunt decisioni in hac causa emanatæ sub die 23. Iunij præteriti,* decernenti manutentionem Episcopo Ampurieñ. in quasi possessione conuocandi illos ad Synodum faciendam in Ca-
1 thedrali Ampurieñ. sub prætextu, quod vnio † Ecclesiarum Ampurieñ., & Ciuitateñ. fuerit facta cum clausula, æquè principaliter, & sic eos non posse cogi ad interessendum Synodo vltra fines Diœcesis Ciuitateñ., Nihilominùs Domini steterunt in decisis. De possessione enim Episcopi non
2 dubitatur, † vt fuit probatum in dicta decisione, & per consequens denegari non potuit manutentio, iuxta *text. in §. retinendæ de interd.*

Nec visum fuit obstare, quod Ecclesiæ Ampurieñ. & Ciuitateñ. fuerint æquè principaliter vnitę,
3 & † per consequens cesset assistentia iuris ad fauorem Episcopi conuocandi dictos Canonicos ad Synodum in Ciuitate Ampurieñ. cum tali casu dd.
4 Ecclesiæ † existimentur duo Collegia separata, quæ non debent simul conuenire *Archid. in cap. temporis, 16. quæst. 1 num. 6.*

5 Quia sicut Episcopus residendo † in vno Episcopatu potest explere negocia vtriusque Episcopatus, *Rebuff. in prax. titul. de vnion. benefic. num. 16. per Doct. Innoc. in cap. mouet, in fine, de offic. de legat. & Iacob. de Rebuff. in l. vnic. C. de Metropol. Beryto lib. 11 facit tex. in cap. & temporis, iuncta glos. in verb. vtra-*
6 *rumque 16. quæst. 1.* quia quoad Episcopum † reputatur tantum vna Diœcesis, vt in simili si constituatur Legatus duarum prouinciarum quoad ip-
7 sum censetur vnica prouincia, licet alias sint † distinctæ quoad limites, & prærogatiuas tenet *Innoc. in cap. mouit,* quem sequitur *Hostien. nu. 13. Ioan. Andr. num. 5. vers. & nota, secundum Bald. nu. 5. Abb. num. 1. & Ioan. de Annan. eodem num. 1. de offic. de legat. Paul. de Castr. Iason. Alex. Angel. & alij in l. fin. ff. de iurisdict. omn. Iudic. Bart. in l. vnica num. 12. C. eodem titul. de Metropol. Beryto, Rot. in Calciaten. Iurisdictionis 10. May 1624. coram Remboldo, & decis. 418. num. 3 coram Cardin. Canalerio,* maximè cum verse-
8 mur in † Episcopatibus simul vnitis sub vno Episcopo, qui propterea potest conuocare Synodum
9 in qualibet parte suæ Diœcesi sibi † beneuisa, iuxta *text. in cap. Abbates, iuncta gloss. in verb. vocatione, 18. quæst. 2. Boteus de Synodo part. 1. quæst. 9. num. 57. Masobr. de Synodo cap. 2. dub. 8. per tot.* & similiter
10 erigere in ea Tribunal, dummodo † sit pars Diœcesis non exempta, *Bertacch. de Episcopo par. 5. lib. 5. num. 70. Gonzal. ad regul. 8. glos. 5. § 7. num. 32. & in dicta Calciatien. Iurisdictionis coram Remboldo, & in eadem 5. May 1627. coram bonæ memoriæ Coccino.*

Quę autem replicabantur per Canonicos Collegiatę de Tempio ad effectum impediendi dictam
11 manutentionem, † visa fuerunt respicere merum petitorium, & ideo alia non indigere responsione, cum in hoc summarijssimo possessorio sufficiat
12 quilibet † actus etiam vnicus, à quo manutentio solet recipere suam perfectionem, iuxta *cap. Ecclesia Sutrina, vbi Abb. num. 23. & Rip. num. 52. de caus. possess. & propr. Mascard. de probat. conclus. 946. nu. 6. Abb. consil. 82. quamquam in fine, vers. ad prædicta numer. 7. lib. 1. Roland. consil. 47. num. 27. lib. 1. Dec. consil. 134. num. 1. Rota in Tirasonen. Præheminentiarum 3. Aprilis 1615. coram bon. mem. Pirouano, & in Romana manutentionis 12. Ianuarij 1624. coram Vbaldo.*

In præsenti autem disputatione dantur noua Iura Episcopi, vt in *Summario num 4. & 5.* ex quibus apparet dictos Canonicos Collegiatę de Tem-
13 pio accessisse ad Synodum † non voluntariè in Ciuitate Ampurieñ. sed coactè, & vigore edictorum appositorum, & publicatorum de anno 1638 & 1640. in quorum executionem, vt ij præsumantur interuenisse, comprobatum fuit in alia decisio-
14 ne, maximè dum dicti Canonici expressè † declararunt, se esse promptos obedire, ex qua publicatione nulli dubium, quod iurisdictio concludenter probata remaneat, vt per *Innoc. in cap. dilectum col. 1. in fine, de Capel. Monac. Mascard. de probat. conclus. 946. num. 4. & 25. Capic. decis. 27. num. 30. Afflict. decis. 265. num. 10.*

Non obstat, quod de anno 1640. dicti Canonici
15 de Tempio non interfuerint Synodo, † & sic nulla fuerit acquisita iurisdictio Episcopo ex dicta Synodo.

Quia ex *Summario* eiusdem Episcopi *num. 9.* apparet dictos Canonicos accessisse ad Ciuitatem Ampurieñ. ad effectum interessendi Synodo; verum cum de tempore illius celebrationem orta fuerit controuersia inter eosdem Canonicos, ac illos Cathedralis Ampurieñ. super præheminentia sedendi, Episcopus, ne impediretur celebratio Synodi; dum totus Clerus erat congregatus, dedit licentiam Canonicis de Tempio pro illa vice tantum recedendi à Synodo, præfigendo illis tamen terminum octo mensium pro recursu ad Sacram Congregationem Rituum, vt ab ea reportarent aliquam declarationem super controuersia eorum pretensę præheminentię, cum expressa tamen protestatione, quod Episcopus non intendebat præiudicare obligationi, quam Canonici de Tempio habe-

habebant interessendi Synodo in Ciuitate Am-
16 purieñ † quę licentia in hoc iudicio manutentionis sufficit, *Bartol. in l. prima, Cod. quorum bonorum, Dec. consil. 56. num. 1. Neuiz. consil. 80. num. 11. Rota decis. 136. num. 10, & seqq. & 222. num. 4. coram Burat-
17 to*, cum talis licentia nil aliud sit quam † collatio libertatis concessę ei, qui eam non habet ex seipso, siue iure proprio, *Lotter. de re benefic. lib. 2. quæst. 32. num. 88.*

Nec releuat dictos Canonicos de Tempio accessisse ad Synodum vti singulos, non autem vti vniuersos Capitulum repræsentantes.

Quia duplici responsione tollitur obiectum. Primo enim apparet, edicta pro conuocatione Synodi fuisse facta capitulariter in Sacristia, & responsionem pariter fuisse capitularem, ex quo elicitur, eosdem accessisse vti vniuersos, non autem vti singulos. Secundo de anno 1623. dum orta fuit controuersia inter Canonicos Ampurieñ & illos de Tempio super modo sedendi, & defferendi insignia Canonicalia, Episcopus sine prę iudicio amborum partium pro illa vice tantum iussit Canonicos de Tempio sedere debere in quodam scanno separato, & quod dicti Canonici Collegiatæ debeant votare immediate post Canonicos, & Beneficiatos Cathedralis, vt in *Summario* Episcopi
18 *num. 6. & 8.* quod decretum illi de Tempio † acceptarunt *Summario num. 7.* & hoc concludenter facit agnoscere, eosdem accessisse vti vniuersos, alias vti singuli non potuissent hanc præcedentiæ quæstionem excitare.

Et ita vtraque parte informante fuit resolutum.

☙ *Decisio hac emanata in hac eadem causa coram eodem Reuerendissimo Papien. sub die 23. Iunij 1642. est supra in hac eadem part. 9. recent. decis. 103.*

R. P. D. CARRILLO.

Postea Præside VALLISOLETANO.

Romana Saluiani, seu Attentatorum.

Veneris 29. Maij 1643.

ARGVMENTVM.

Ægydiana non intrat, si agatur de re spectante ad Ecclesiam, vel quando constat de notoria iniustitia, Archiconfraternitas aliqua ex quibus satis superque dicatur locus Ecclesiasticus, Hæres, si fassus fuerit se esse hæredem beneficiatum & de eo tempore erat inchoatum, & non perfectum inuentarium nec per consequens in actis non productum, an talis confessio possit dici erronea.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ lata ex vtili saluiano quando sit appellabilis.*
2 *Ægydiana non intrat, quando agitur de re spectante ad Ecclesiam.*
3 *Sententia, quando est notoriè iniusta, non intrat Ægydiana.*
4 *Iudici debet constare, quod res, de qua agitur spectet ad Ecclesiam, vt non admittat Ægydianam.*
5 *Archiconfraternitas Sanctiss. Consolationis Vrbis notorium est, esse locum Ecclesiasticum.*
Ecclesia S. MARIÆ Consolationis Vrbis habet sub se duas Ecclesias, nempè S. MARIAM in Porticu, & aliam Gratiarum, num. 5.
6 *Ecclesia satis dicitur locus Ecclesiasticus, si in ea quotidie diuina celebrentur, cadauera tumulentur, & alia pietatis officia exerceantur.*
7 *Notoria, ea, quæ sunt non egent probatione.*
8 *Iudex, vt supersedere debeat in executione sententiæ sat est, vt ei præsumptiuæ constet de causa appellationis.*
9 *Vxori dum pro satisfactione suæ dotis, aliquod prædium fuit datum, non poterit deinde Iudex illud alteri adiudicare.*
10 *Emens ab hærede beneficiato, soluendo pretium creditoribus dicitur tutus, aduersus quoscumque creditores, etiam anteriores.*
11 *Credito anteriori dotali stante, competit vxori retentio pro concurrenti quantitate, alias Iudex iniustè procedit, num. 12.*
13 *Inuentarium imperfectum, si fuerit in actis productum, perinde est, ac si non esset productum.*
14 *Hæredis creditum cum defuncto, confunditur, & remanet extinctum, quando non fuit confectum inuentarium.*
15 *Iudex benè potest se fundare in confessionem partis, contra ipsam.*
16 *Contrahens cum aliquo vti hærede, non potest dicere se non esse hæredem.*
17 *Hæres, an possit dicere, se non esse hæredem, dum non constat de legitimo, ac perfecto inuentario, in actis.*
18 *Hæres beneficiatus dum verè non est, non potest dici talis.*
19 *Inuentarium, quando fuit iam inchoatum, an habeatur pro completo.*
20 *Inuentarij termino currente si illud fuerit incæptum, hæres interim potest dici beneficiatus.*
21 *Errorem allegans debet illum probare, & num. 22.*
23 *Confessio propria semper obstat, dum non docetur de errore.*
24 *Decis. 59. coram Coccino, & alia in causa Romana fructum dotis coram Dunozetto declarantur, & n. 25*
26 *Vxor, vt dicatur satisfacta de sua dote, debet constare, quod ad eius manus peruenerit tot bona mariti, quod potuerit sibi satisfacere.*
27 *Et talis exceptio contra mulierem agentem pro sua dote danda est, non tamen allegari potest ab extraneo agente contra tertios, qui dotem præfatam persoluerunt, ex pretio rei hæreditariæ ab eis emptæ.*
28 *Indebitum soluisse si quis prætendat non sufficit id probare præsumptiuè, sed plena, & concludens probatio requiritur.*
29 *Hæredis scientia, circa creditores anteriores, & posteriores, an ea dicatur probata, ex descriptione omnium creditorum in inuentario.*
30 *Hæres soluendo creditoribus etiam posterioribus de mandato Iudicis, non sibi præiudicat.*
31 *Impedire valens, si id non fecit sibi imputet.*

DECISIO CXCII.

IN hac causa duæ emanauerunt decisiones firmantes constare de attentatis, quarum prima deducebat attentata ex eo quod sententia lata ex
1 vtili † Saluiano, ac executa intra decennium erat appel-

appellabilis ex duplici capite. Primò quia ageba-
2 tur de Vinea, cuius dominium † spectat ad Ec-
clesiam, quo casu non intrat Ægydiana constitu-
tio exclusiua appellationis in his possessorijs, Al-
3 tero, & secundò quia erat notoriè iniusta, secunda
verò relicto primo fundamento sub prætextu,
quod Iudici de tempore latæ sententiæ non con-
stiterit Venerab. Archiconfraternitatem Sanctiss.
4 Consolationis Dominam directam d. Vineæ † es-
se locum Ecclesiasticum, nitebatur solo secundo
fundamento notoriæ iniustitiæ; Cum autem hodie
iterum fuerit reassumpta disputatio super eisdem
responsum fuit standum esse in decisis, ex vtroque
fundamento.

Quandoquidem quantum attinet ad primum
fundamentum consistens in probando Archicon-
fraternitatem Sanctiss. Consolationis esse locum
5 Ecclesiasticum visum fuit † illud sufficienter pro-
bari ex eo, quod d. Archiconfraternitas vltra Ec-
clesiam S. Mariæ Consolationis, in qua residet, &
Hospitale retinet satis conspicuum; habet etiam
alias duas Ecclesias, nempè Ecclesiam B. Marię in
6 Porticu, & aliam Gratiarum, † in quibus quoti-
die diuina officia celebrantur cadauera tumulan-
tur; ac alia pietatis officia exercentur; aliaque si-
gna Ecclesiastica concurrunt, de quibus per *Fe-
lin. in cap. de quarta de præscript. & per Guttier. ca-
non. lib. 1. cap. 35. nu. 2. & seqq. & præcipuè sub nu. 25.
Fusch. de visit. lib. 2. cap. 14. num. 4. ad fin. Bursatt. con-
sil. 343. num. 12 lib. 4. Valasc. consult. 105. num. 2. & 3.
Mastrill. decis. 110. num. 15. & 16. par. 2.*

r Quæ omnia cum essent notoria debebant effi-
cere, vt Iudex hanc Archiconfraternitatem habe-
7 re pro loco pio ad effectum, de quo agitur donec
contrarium probaretur, vt in simili dixit *Rota in
Romana bonorum* 19. *Ianuarij anni currentis coram
R.P.D. meo Ghisilerio*, quia ad hoc, vt Iudex debeat
8 supersedere in executione suæ sententiæ † sufficit,
vt ei præsumptiuè constet de causa appellationis,
*Franc. in cap. interposita nu. 2. limit. 3. de appellat. Con-
tard. in l. vnica, quæst. 1. nu. 41. C. si de moment. an pos-
sess. cum alijs alleg. in 1. decis. huius causæ emanata sub
die 29. Maij* 1641.

Quo verò ad secundum fundamentum desum-
ptum ex notoria iniustitia pariter subsistere vi-
sum fuit, quia dum Primolus, & litis consortes
emerunt d. Vineam à Benedicta Appollinara hæ-
rede Beneficiata Tullij eius viri, & creditrice
9 pro † sua dote non poterat Iudex immissionem
concedere Pagnino creditori d. Tullij, tùm quia
10 emens † ab herede beneficiato soluendo precium
creditoribus est tutus aduersus alios quoscumque
creditores etiam anteriores per *text. in l. final. §. & si
præfatam versic. si verò hæredes, C. de iure deliberam.*
tum quia stante credito anteriori dotali d. Appol-
linare venditricis competebat ei saltem retentio
11 pro concurrenti quantitate absque alia cessione,
l. qui à debitore, ff. qui potior in pignor. habente cum
alijs relatis in secunda decisione emissa sub die 2.
12 Iunij 1642. & consequenter Iudex non data hac
retentione decisionem *Franc.* 272. *num.* 10. nequiuit
citra notoriam iniustitiam immittere Pagninum
in Possessionem totius Vineæ.

Non obstat quod Appollinara coram Iudice, à
quo produxerit dumtaxat initiū Inuentarij, quod
13 propterea vti imperfectum ei suffragari minimè
possit, vt dixit *Rota in decis. 59. num. 5. coram bon.
mem. Coccino*, & per consequens circumscripto In-
14 uentarij beneficio creditum dotis extinctum re-
manserit per confusionem actionum *l. stichus, §. adi-
tio, ff. de solut.* Quia non ex sola productione inuen-
tarij constitit dict. Appollinaram esse hæredem
beneficiatam, sed etiam ex Instrumento facto ab
eodem Pagnino cum ipsa Appollinara in quo
Pagninus fatetur eam esse hæredem beneficiatam,
15 super qua confessione Iudex benè potuit se fun-
dasse contra ipsum confitentem iuxta doctrinam
Bald. in l. si proponas, §. 1. ff de inoffic. testam. Dec. cons.
16 695. *num.* 2. vbi quod contrahens cum aliquo tan-
quam hærede non potest dicere ipsum non esse hę-
redem latè *Surd. decis. 104. num. 7. & seqq.*

Nec huiusmodi confessio potest dici erronea,
ex eo quod de tempore, quo fuit facta non consta-
17 ret de legitimo, ac perfecto Inuentario in actis
prout requiritur *Paris. cons. 48. num. 5. lib. 3. Cephal.
cons. 395. num. 69. & 70. Rota decis. 342. per tot. par. 2.
diuers.* & sic dicta confessione Appollinara non
18 potuerit fieri hęres beneficiata si re vera talis non
erat, vt respondit *Rota in Romana fructuum dotis 2.
Aprilis 1618. coram bon. mem. Seleucien.*

19 Quia licet biduò ante dictam confessionem
Appollinara incepisset inuentarium, & propterea
tunc produxerit illius solùm principium, sufficit
20 tamen, quod illud inceperit, & compleuerit infra
legitima tempora, quo termino currente dici de-
A buit beneficiata A ex *l. final. §. donec, C. de iure deli-
berand. Giurb. ad consuetud. Messanen. cap. 9. glos. 5.
par. 1. Vincentius de Franch. decis. 352.*

Non igitur Pagninus errauit tempore contra-
ctus, nec postea dum Inuentarium fuit legitimè
21 completum ad effectum enim iustificandi præ-
tensum errorem debuisset coram primo Iudice
docere de non legitimo Inuentario, cum onus pro-
22 bandi errorem incumbat alleganti, *Bartol. in l. non
fatetur col. final. ff. de confess. l. si post diuisionem vbi
Bald. in princip. & alij de iur. & fact. ignoran. Surd. de-*
23 *cis. 104. num. 18.* alias semper vrgebat propria con-
fessio super qua Iudex poterat se fundare vt supra
fuit ostensum,

Hincque patet non applicari *decisionem 59. co-*
24 *ram bon. mem. Coccino, nec aliam Romanam fructuum
dotis coram bon. mem. Seleucien.* Quia in prima non
25 constabat de inuentario ex † confessione partis,
nec de eiusdem Inuentarij perfectione, & in secun-
da aderat partis confessio tantum absque reali
aditione hæreditatis, ac legitimo inuentario.

Repetita exceptio præsumptę solutionis dotis
d. Appollinaræ, mediante retentione mobilium
hæreditariorum Tullij viri sublata remanet ex re-
sponsione data in secunda decisione quod scili-
cet per Pagninum non doceatur ad manum d. Ap-
26 pollinaræ † peruenisse tot bona, quorum valor
sufficiat pro satisfactione suæ dotis prout requi-
ritur *Rota decis. 275. num. 4. par. 4. recent.* & quod
hæc exceptio quatenus dari posset contra ipsam
mulierem agentem pro repetione dotis, non tā-
27 men ea allegari † possit ab extraneo agente con-
tra tertios, qui dotem prefatam eidem mulieri
persoluerent ex pretio Vineæ emptæ; tunc enim
28 non sufficit contra istos allegare præsumptam †
satisfactionem, sed requiritur plena, & conclu-
dens probatio ad docendos, eos indebitè sol-
uisse,

uisse, vt distinguit *Rota in decis. 130. num. 17. versic. cæterum par. 5. recent.*

Demum non aduersatur, quod d. Appollinara soluerit posterioribus sciens adesse anteriores cre-
29 ditores, † quia quicquid sit an talis scientia probetur ex descriptione omnium creditorum, in inuentario, sine tamen adnotatione temporis; in omnem euentum animaduersum, fuit quod non ipsa
30 soluit posterioribus, sed iudex, ad cuius dispositionem pecuniæ depositatæ fuerant citato etiam
31 d Pagnigno, qui propterea sibi imputet, si non curauit desuper obtinere sequestrum *ad text. in l. si eo tempore, & ibi glos. & Bart. C. de remissior. pignor.* Et ita vtraque &c.

Infra in Appendice in eadem causa habetur altera decisio sub die 29. Maij 1641. coram eodem Reuerendiss. Vallisoletano.

R. P. D. VEROSPIO

Viterbieñ Hæreditatis.

Lunæ 1. Iunij 1643.

ARGVMENTVM.

Statutum, si in condemno testamentum per mulierem requirat præsentiam proximorum, tunc illa minimè requiritur, si illi sint pupilli, vel minores, vel si sint maiores, sint absentes. Lex cum supponat, quid possibile, ideo cessat, si sit quid sit impossibile. Monasteria sunt exempta à iurisdictione Laicorum; ideo in eis non intrat eorum statuta.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Viterbij reprobatur annullans testamentum mulierum quod celebratur sine interuentu, & consensu fratrum.*
2 *Pupillus, cum sua negotia gerere minimè valeat, non debet aliena facere.*
3 *Quod procedit etiam si pupillus sit minor.*
4 *Authoritas alicuius dum est interponenda, pro eo, de quo est in patrimonio, tunc si ille sit pupillus, id non suppletur per Tutorem.*
5 *Statutum, si requirat præsentiam veram, non suppletur per fictam.*
6 *Statutum si requirat præsentiam alicuius ad reintegrandam præsentiam certæ personæ, tunc ea non potest suppleri per præsentiam fictam.*
8 *Statuta, si requirunt præsentiam alicuius in confectione testamenti intelligi debent, dummodo illi non sint inhabiles propter absentiam.*
9 *In testamenti confectione mulieris statutum, si requirat præsentiam proximiorum, tunc validè condi potest testamentum ab eorum præsentia, si sint absentes.*
10 *Quod multò magis procederet, si immineret periculum mortis.*
11 *Necessitas vbi intrat. silent Leges.*
12 *Dispositio legis debet esse possibilis.*
13 *Necessitas supponit, quid impossibile.*
Impossibile quando aliquid adest, cesset effectus legis. num. 13.
14 *Statutum Laicorum, non intrat quoad Monasteria ex defectu iurisdictionis.*
15 *Statutum non porrigit vires extra fines Territorij.*
16 *Locum esse extra territorium, vel intra fines, sed esse exemptum à iurisdictione statuentium paria sunt.*
17 *Fraude cessante, cessare quoque lex inducta ad euitandam fraudem, & nu. 18.*
18 *Bona aliqua, si quis ab aliqua persona habuerit, dato quod iste personam illam in eis instituerit hæredem, dicitur potius ea bona restituere, quam dare.*

DECISIO CXCIII.

CVM ad fauorem Ioãnis Latiosi relaxatum fuisset mandatum ab A. C. contra Franciscum & alios fratres de Zagris pro summa scutorum 1250. quorum illi erant debitores vti hæredes Michaelis Angeli pro restitutione dotis Vincentiæ vxoris, in qua Virginia illius filia, & hæres instituerat hæredem eumdem Ioannem suum auunculum, censerunt Domini illud esse exequendum, dum illius validitas non contrauertitur, &c. iustitia vero probatur, ex duabus decisionibus emanatis coram R. P. D. meo Ghisilerio, in quibus ex tribus fundamentis responsum fuit pro validitate testamenti Virginiæ, quorum duo tantum approbarunt in propositione huius causæ circumscripto primo in quo reprobatum fuerat Statu-
1 tum Viterbij annullans testamentum mulierum, quod celebratum fuerit sine fratrum interuentu, consensu. In hoc enim articulo: an valida, & iusta reputari debeat huius Statuti dispositio varijs, multisque rationibus, & authoritatibus, fulcitur vtraque opinio, in quo propterea nihil Domini firmarunt cum ex alijs fundamentis substineri possit dispositio Virginiæ licet in ea adhibitus non fuerit fratrum consensus, & præsentia, quæ ex dispositione ipsius Statuti pro illius validitate, & subsistentia requirebantur. Cum enim illius fra-
2 tres esset pupilli indignum videbatur, vt qui iura sua pertractare, siuè proprium testamentum condedere non poterant propter defectum stabilis mẽtis, quam in tam tenera ætate nondum adepti
3 fuerant, vt inquit *text. in l. vlt. C. de testam. milit.* consensum, & authoritate in alieno testamento præstare deberent, *l. non solum, §. libertis, ff. de excusat. tutor. §. vlt. institut. de fiduciaria tutela*, & ita præter relatos *in decisione R. P. D. mei Ghisilerij sub die 28. Martij anni 1642. tenerunt Ang. in l. fin. n. 1. C. de verborũ significatione, & in l. 1. §. & quidem n. 1. ff. quod cuiusque Vniuersitatis nomine Ias. in l. de pupillo n. 2. ff. de operis noui nunciatione, Alexand. cons. 62. n. 4. lib. 2. Ang. cons. 333. Tiraquell. ad l. connubiales glos. 8. num. 48.* & fortioribus terminis ijdem pupilli fuis-
4 sent minores tradit *Castren. in l. si cum dotem, § si patri num. 2. ff. soluto matrim. Rota in Romana Palatij 4. Iunij 1667. coram Iusto.*

Neque talis consensus, & præsentia suppleri potuerunt ex persona tutoris: Quia dum illius authoritas interponenda erat pro eo, quod non
5 est in patrimonio, vel administratione pupilli nihil poterat operari, vt haberunt *in l. ab Agnato, & l. vlt. ff. de curatore furioso, & in l. seruus furiosi, ff. de manumissionibus, Bart. in l. de pupilli num. 1. ff. de operis noui nunciatione*, vbi etiam *Ias. num. 2. Bald. in l. 1. num. 69. C. qui admitti, vbi aliam rationem reddit.* Quia scilicet Statutum requirit præsentiam
6 veram, & non fictam, *Cassand. ad consuetudines Burgun-*

gundię rubrica 4. §. 7. in verbo proximiores parentes num. 6. Tiraquell ad l. connubiales, glos. 8. num. 46. Cum talis præsentia requiratur à Statuto non ad commodum fratrum, sed ad integrandam personam mulieris *l. transactionem, C. de transact. Bald. in l. pactum quod dotali num. 24. C. de callationibus, Alex. in l. 1. §. fuit quæsitum num. 9. ff. ad Trebell. & ibi etiam Cumanus, & Imola num. 8. Iason. in l. ex facto num. 9. vers. & istud ff. de vulgari, idem Bald. cons. 60. numer. 1. vol. 5. Menoch. cons. 541 nu. 1. Pancir. cons. 187. num. 17. Marta de success. par. 4 qu. 9. art. 1. nu. 11. & art. 2 nu. 4.*

Præterea cum de tempore facti testamenti à Ciuitate abest illorum tutor, illud validè condi potuit à Virginia absque illius interuentu; quia dispositio Statuti requirentis aliorum præsentiam
8 in confectione testamenti † intelligi debet dummodo non sint inhabiles propter absentiam, & de facile possint consentire, argumento *text. in l. 1. C. de sacrosanct. Eccles. & in bello. §. medio ff. de captiuis, & post liminio reuersis, & l. si ita ff. de ritu nuptiarũ,* & in terminis Statuti requirentis proxi-
9 miores in confectione testamenti, quod illud † validè condi possit absque eorum præsentia si sint absentes, notant *DD. in d. l. transactionem, vbi Bald. num. 5. Rom. num. 8. Curt. iun. nu. 19. Castren. in fine & in l. si cum dotem, §. si patri num. 2. ff. soluto matrim. Rota coram Buratto decis. 332. num. 5.* præsertim dum imminebat mortis periculum Virginię
10 (vt constat ex depositionibus testium) cuius causa neque tutoris reditus expectandus erat cum ingrauescentis morbi necessitas solemnitates ex sta-
11 tuti dispositione requisitas excluderet, vt consuluit. *Angel. in cons. 333. Rimin. iun. cons. 759. nu. 73. Corn. cons. 53. num. 3. vol. 4.* cuius rei ea videtur
12 posse adduci ratio, quia † dispositio legis debet esse possibilis quam excludit necessitas, quæ præsupponit, quid impossibile, propter quam cessare
13 debent † eiusdem legis præcepta, vt probat *D. Thom. 1. 2. qu. 95. art. 3.* & considerauit *Bald. in l. Diuus, num. 1. ff. de petit. hæred.*

Et altero etiam decisionis fundamento visum fuit substineri posse testamentum Virginiæ consistens in Priuilegio, quod competit Monasterio, vbi confectum fuit testamentum; cuius priuile-
14 gij causa ex defectu potestatis † statuentium dictum testamentum compræhendi non potuit sub dispositione Statuti. Sicut enim eiusdem pote-
15 statis defectus impedit † vires statuti extra fines Territorij, vt fuit doctrina *Bart. in l. cunctos populos, num. 33. C. de summa Trinitate,* vbi etiam *Bald. nu. 9. Brunus de Statutis quod stantibus masculis art 8. qu. 25. num. 119.* & pluries firmauit *Rota vt coram Puteo decis. 341. lib. 1. coram Gregor. 255. num. 1. coram Buratt. decis. 188. nu. 2. & in Narnien. successionis 22. Maij 1628. coram bon. mem. Merlino, & in Romana supplemesti legitimę 18. Maij 1640. coram R. P. D. meo Cerro* Ita etiam excludere debet loca
16 sacra ab eorum iurisdictione † cum à pari procedat locum extra territorium existere, & intra fines, sed esse exemptum à iurisditione statuentium, ex notatis in *ca. cum Episcopus de Officio Ordinarij lib. 6. & cap. 1. de priuilegijs eodem lib.* & pręter relatos in *decisione R. P. D. mei Ghisilerij,* tradit *Ias. in l. fin. num. 5 ff. de iurisdict. omnium Iudicum, Io. Andrea in cap. vt animarum num. 6. de constitut.* vbi etiam *Gemin. nu. 17. & 18. lib. 6. Cald. cons. 13. de iudicijs; Feder. de Senis cons. 99. nu. 1. Roland. cons. 33. nu. 23. lib. 3. Bellett. disquisit. clerical. par. 1. de exempt. cleric. à stat. secul. §. 4. nu. 34. & 37.* quæ opinio substinenda videtur hoc casu in quo constat Virginiam accessisse ad Monasterium per plures annos antequam dum adhuc prospera vtebatur valitudine, vnde
17 licet non potest, accesserit † animo fraudandi dispositionem Statuti, qua fraude cessante, cessare debet eiusdem Statuti dispositio, vt cõsuluit *Aretin. in cons. 73. num. 8.* & alijs quos refert, & sequitur *Tiraquel. ad l. connubiales, glos. 8. nu. 221.*

Hanc autem sententiam eo facilius amplexi fuerunt DD. attenta laudabili dispositione Virginiæ, in qua Ioannem auunculum instituerat hæredem, scuta 300. fauore piæ causæ legauerat, & scuta quingenta fratribus reliquerat, quæ dispo-
18 sitio † cum facta fuerit canonicè, & prudenter, & ad fauorem coniunctarum personarum substineri potest sine solemnitatibus requisitis per Statutum vt consuluit *Negusan. cons. 514. numer. 18. Io Franciscus à Ponte cons. 148. numer. 18. & sequen. volum. 2.* Maximè cum ferè omnia bona in quibus eumdem Ioannem instituerat testatrix antea ex ipsius patrimonio receperit, quo casu eius fratres
19 nullum † videntur sentire incommodum, aut damnum pati, cum potius censeatur Virginia auunculo reddisse opes quam proprias reliquisse, vt notant. *DD. in l. ita stipulatio facta fuerit. ff. de verborum obligationibus post glos. ibi in verbo comprehensis Bart. num. 1. Iason. num. 4. Tiraquell. in l. si vnquam in verbo donatione largitus num. 192. in fine, C. de reuocandis donat. & in tractat. ad l. connubiales l. 16. glos. 3. num. 55. & 56.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. CARRILLO.

Postea Præside VALLISOLETANO.

Meleuitana de Ciantar.

Lunæ 1. Iunij 1643.

ARGVMENTVM.

Bona, quando dicantur effecta litigiosa, & qualiter scientia emptoris in his terminis sit probanda. Commissio quando non dicatur comprehendere possessorium, verum etiam petitorium.

SVMMARIVM.

1 *Scientia litis pendentiæ ex parte emptorum, qualiter sit probanda ad effectum, vt bona dicantur litigiosa.*
2 *Executoriales relaxatæ in actione reali contra eos, qui in iudicio non fuerunt vocati, quid operetur.*
3 *Actione reali quando fuit actu tunc ad effectum rei litigiosæ, requiritur scientia etiam ex parte emptoris.*
4 *Vitium litigiosi non contrahitur quando agitur super mera actione personali.*
5 *Quod procedit etiamsi in commissione clausula, quam, & quas.*
6 *Commissione, licet primum agatur de possessorio, tamen, quando dicatur concludit in petitorio.*
7 *Ob clausulas, quam, & quas, & cum omnibus incidentibus*

dentibus annexis, & connexis dicitur quoque deductum petitorium.
8 *Verba, legitimè, & Canonicè posita in commissione respiciunt petitorium.*
9 *Principaliter, quod agitur, attendendum venit, & non ea, quæ in consequentiam.*
10 *In Iudicium, quid fuerit deductum attendi debet libellus actoris, potius quam ius Rei, & num 11.*
12 *In Libello exprimi debet causa expressa actionis.*
13 *Sententia est nullla ex defectu citationis legitimi procuratori.*

DECISIO CXCIV.

Ex duplici fundamento resolutum fuit in hac causa literas executoriales, quas familia de Ciantar obtinuerat in vim rei iudicatæ contra Moniales Conuertitas Melitæ super restitutione bonorum spectantium ad hæreditatem q. Hieronymæ eiusdem familiæ esse exequendas contra Ioannem, & alios, in quos dd. Conuertitæ non nulla bona d. hæreditatis alienarunt.

Primò quia de tempore venditionis bona erant effecta litigiosa, Altero, & secundò quia emptores habuerant notitiam pendentiæ litis super dd. bonis, vt latiùs apparet in duabus decisionibus emanatis sub diebus 6. Februar. 1640. & 11. Maij 1641. coram Eminentiss. D. Cardinale Hieronymo Verospio, in cuius locum subrogatus dubitaui, an sit recedendum à decisis, & in hac secunda causæ positione standum esse in decisis fuit resp onsum.

Nam quidquid sit secundo fundamento super quo Domini non immorarunt cum ex coniecturis in dictis decisionibus ponderatis non videatur resultare illa concludens probatio scientiæ
1 litis pendentiæ,† etiam ex parte emptorum, prout requiritur ad hunc effectum *l. qui autem §. hoc edictum, ff. de his, quæ in fraud.* & firmauit *Rota in decis. 450. num. 3. 4. & 5. coram Buratto*, certum est, quod primum desumptum ex vitio litigiosi subsistit, cum lis introducta fuerit anno 1621. ad instantiam Conuertitarum, & alienationes factæ fuerint annis 1622. 1623. & 1624. quod sufficit ad hoc vt executoriales relaxatæ in actione reali ad fauorem dictæ familiæ de Ciantar exequi possint
2 contra † dictos Emptores, quamuis in Iudicio non vocatos, & pendentiam litis ignorantes, vt præter allegatos in prima decisione tenet *Cancer. var. resolut. lib. 2. cap. 12. num 15.* sequitur *Rota in decis. 917. num. 3. coram Buratto, ibique addent. nu. 6. & seqq.* & fuit dictum in *Romana Saluiani 1. Martij 1627. coram Eminentissimo D. Cardinali Vbaldo*, licet
3 secus esset dicendum, quando actum† fuisset actione personali, tunc enim requireretur scientia litis etiam ex parte Emptoris, vt declarat *Conar. pract. quæst. capit. 15. nu. 7. in princip. & in §. sed si actione personali, &c.* in quibus terminis loquitur. *Buratt. in d. decis. 450. n. 3. cum alijs in contrarium allegatis.*

Non obstat, quod his, quæ pendebat super istis bonis fuisset introducta vigore Commissionis iactationis, & iactationum pro tuenda possessione
4 dd. Conuertitarum, & sic † super mera actione personali possessorium concernente, quo casu non adest vitium litigiosi. *Bart. in l. creditores n. 3. vers. secundo casu, C. de pignor. Berou. cons. 155. num. 42. lib. 1. Dec. cons. 109. num. 7. Lancell. de attent. par. 2. lite pendente limit. 2. num. 16.* etiam si in commissione adsit clausula (*quam, & quas*) quæ cum
5 non fuerit deducta ad speciem non operatur deductionem petitorij, dum ipsa commissio est restricta ad possessorium *Seraphin. decis. 1013. nu. 3. Rota penes Pacific. de Saluiano interdict. decis. 63. numer. 12.*

Quia commissio, vt patet ex eius lectura non est restricta ad simplices iactationes, & molestationes meram possessionem respicientes, sed vlterius continet narratiuam impugnationis, ac sinistræ interpretationis, quæ, à familia de Ciantar fiebat Breui Apostolico, cuius vigore eædem Conuertitæ bona huiusmodi acquisiuerant, & licet in
6 ea primo agatur † solum de possessorio, postea tamen concluditur in petitorio, petendo vt committatur causa interpretationis d. Breuis Apostolici, ac impugnationis illius, quando autem in commissione iactationis, & iactationum continetur aliquid respiciens petitorium tunc ob clausulas (*quam, & quas, & cum omnibus incidentibus,*
7 *annexis, & connexis*) censetur † in Iudicium deductum etiam petitorium *Mandos. in regul. de subrogat. quæst. 14. nu. 6. Cassad. decis. 6. de rescript. in princip. & decis. 9. de caus. possess. & propriet. n. 9. Moedanus decis. 6 de rescript. Adden. ad Greg. XV. decis. 125. n. 18. vers. ego crederem*, benè *Rota decis. 57. n. 34. & 35. par. 7. recent.*

Quod confirmatur ex eo, quod partes prosecutæ fuerunt iudicium in petitorio, & sententia desuper lata declarauit assignationem bonorum factam Conuertitis vigore dicti Breuis Apostoli-
8 ci esse nullam, & iniustam, † quæ verba respiciunt petitorium, vt de verbis (*legitimè, & Canonicè*) tradit *gloss. in cap. constitutus verb. eiectus de fil. presbyt.* ibique *Butr. num. 7. Abb. pariter num. 7. vers. quod ageret*, cum alijs allegatis per *Buratt. in decis. 300. num. 10.*

Nec releuat, quod familia de Ciantar litem introducere nequiuerit actione reali, cum ei non liceret bona petere vti sua, sed tantummodo agere ex testamento, vt voluntas Testatricis adimpleretur adeo quod nihil referat, quod in conse-
9 quentiam huius actionis, veniat etiam † petitorium, & ipsa res petita, cum solum attendatur, quod principaliter agitur, vt ex *l. si quis nec causam, ff. si cert. petat.* & ex *Gamma decis. 202.* aduertit in terminis *Cancer. var. resolut. dict. lib. 2. cap. 12. num. 12.* Quoniam fuit responsum hoc procedere posse si lis mota fuisset à familia cui sola actio
10 personalis competebat. Verum lis mota fuit † à Conuertitis, quæ habebant dominium, & possessionem, & vtrumque iudicium deduxerunt, vt supra fuit ostensum; ad effectum enim dignoscendi quid venerit in litem potiùs attendi debet libel-
11 lus Actoris, quam iur Rei *Menoch. cons. 2. num. 96.* & contra familiam ream conuentum noluisse Conuertitas se restringere ad actionem personalem deducitur non solum ex superius ponderatis, sed
12 etiam ex eo quia in libello non expresserunt causam specificam, prout exprimere debebant, in actione personali *Cæsar. Manent. decis. 70. num. 5.*

Exceptio nullitatis processus desumpta ex de-
13 fectu citationis ad sententiam contra legitimum Pro-

Procuratorem Conuertitarum fuit plenè sublata ex responsionibus datis in prima decisione emissa sub die *6. Februarij 1640. sub §. Alia exceptio*, & ex alijs datis per Informantes pro familia, cum quibus Domini transierunt, & ideo ex prædictis responderunt standum esse in decisis. Vtraque parte audita.

R. P. D. ROIAS

postea Archiepiscopo TARRACONEN.

Conuersana Iurisdictionis.

Mercurij 3. Iunij 1643.

ARGVMENTVM.

Ordinarius cum de iure communi habebat pro se iuris assistentiam super generali iurisdictione in tota sua Diœcesi, illi conceditur manutentio, quamuis, & per Episcopum, & ab alio qui exemptionem prætendit dnceatur de collatione beneficiorum effectum sortita, cum collatione Episcopi in concursu propter d. assistentiam iuris semper præualere debeat.

SVMMARIVM.

1 *Enunciatiuæ vbi sumus in antiquis probant etiam in materia iurisdictionis.*

2 *Episcopus fundatam habet intentionem in vniuersa iurisdictione in tota Diœcesi.*

Episcopo datur manutentio stante iuris assistentia super vniuersali iurisdictione suæ Diœcesis, & num. 2. & 8.

3 *Quasi possessio iuris conferendi beneficia in Episcopo, quoad suam Diœcesim sufficit vt illi concedatur manutentio etiam in alijs actibus sub eadem specie comprehensis.*

4 *Iurisdictio Episcopi præseruata censetur ex concessione facta per Sedem Apostolicam ad fauorem Archiepiscopi super aliqua re particulari.*

5 *Confirmatio Pontificis emanata post mortem Episcopi concedentis non vocato successore illi nocere non potest.*

6 *Confirmationis natura ea est, vt semper intelligatur facta sine præiudicio tertij.*

7 *Confirmatio addit quidem robur confirmatur, non autem se extendit ad ea, quæ in illo non reperiuntur expressa.*

8 *Manutentio super exemptione vbi petitur contra Episcopum necessarium est, quod dicatur de titulo valido.*

10 *Collationes datæ per Episcopum magis attenduntur, quam illæ quæ fuerunt per Archipresbyterum exhibitæ.*

11 *Archiuium priuatum alicuius Ecclesiæ nullam facit fidem, nec dat aliquod robur scripturæ.*

12 *Scripturæ extractæ lite pendente, & à Notario nec successore in officio, nec Archiuista, vel sine citatione partis nihil probant.*

13 *Testes super exemptione à iurisdictione Ordinarij deponentes, qualiter deponere debeant.*

14 *Possessio turbida dicitur irreleuans, & insufficiens ad obtinendam manutentionem.*

15 *Archipresbyter in Ecclesia Collegiata habet pro se iuris assistentiam.*

16 *Ecclesia vt dicatur Collegiata necessarium est probare, quod Canonici habeant sigillum commune, massam, & arcam, vt exinde fructus diuidantur.*

17 *Enunciatiua quamuis antiqua non probat Collegialitatem vbi principaliter de enunciato dubitari contingit, illudque controuertitur.*

DECISIO CXCV.

CONFIRMARVNT hodie Domini decisiones in hac causa emanatas coram Reuerendissimo Durano 226. & 445. inter eius impressas, in quibus resolutum fuit esse concedendam manutentionem Episcopo Conuersano, tam quoad ius conferendi, quàm etiam quoad iurisdictionalia in Terra Rutiliani, vti existente intra fines suæ Diœcesis ex rationibus optimè in prædictis decisionibus deductis.

Non enim fuit in dubium reuocatum, quin dicta Terra Rutiliani sita sit intra fines Diœcesis Conuersanæ; de hoc etiam sufficienter constitit
1 ex antiquis enunciatiuis concessionis Episcopi Sassonis, ac Breuis Sixti IV. productis ab Archipresbyter dictæ Terræ Rutiliani, *Rota decis. 180. num. 4. par. 2. recent. & 724. num. 3. & par 6. decis. 16. num. 201. num. 7. & 105. num. 8. Gregor. XV. decis. 375. num. 11. cum alijs in d. decis. in hac causa 226. num. 4. & 5. & in Adrianen. Iurisdictionis coram bon. mem. Pirouano post Modern. de manuten. dec. 310. sub num. 3.* vbi concordantes propterea Episcopus habet pro se intentionem fundatam in vniuersa
2 † iurisdictionem ad eum spectante, tanquam ad Ordinarium in tota Diœcesi ex qua sola iuris assistentia manutentio nequit ei denegari, *cap. cum personæ, de priuileg. in 6. cum contingat, & vtrobique DD. de for. comp. Seraph. decis. 1273. nu. 1. Caual. decis. 306. num 7.* cum alijs in decisionibus hodie confirmatis.

Remansit vlterius comprobata Episcopi quasi possessio conferendi ex multiplicatis collationibus beneficiorum exhibitis, necnon ex testium depositionibus, de quibus in eius Summario *n. 15.*
3 † Vnde infertur ad quasi possessionem iuris conferendi quoad omnia beneficia, ac alios actus sub eadem specie comprehensos *Bald. in l. 1. num. 24. vers. tu dic, C. emancipat. liber. Gratian. discept. 425. num, 41. Thomat. decis. 41. num. 6.* cum alijs congestis per *Posth. de manutenen. obseruat. 63. num. 14. & 154. Rot. dec. 17. n. 3. & seq. & dec. 139. n. 12. par. 2. diuersor. Greg. XV. decis. 55. vbi Adden. num 6 & in Hispalen. Iuris amouendi Curatos 20. Aprilis 1640. coram R.P.D. meo Peutingero.*

Nec quicquam suffragatur præfato Archipresbytero Terræ Rutiliani assertus titulus exemptionis reportatæ ab Episcopo Sassone cum confirmatione subsequuta Sixti IV. quia circa hoc placuerunt responsiones in decisionibus hodie confirmatis, vltra quod concessio legitur restricta ad correctionem Clericorum, † indeque in
4 alijs censetur præseruata iurisdictio Episcopi, *Anchar. in cap. postulasti, n. 45. vers. quicquid enim de for. competen. Rot. dec. 324. n 5. par. 1. recent. Buratt. decis. 321. n. 5. & in Rossanen. emptionis 27. Iunij 1641. coram R.P.D. meo Carrillo.*

Præ-

Præsertim, quia prætensa exemptio legitur concessa per dictum Episcopum Sassonem, qui non valebat eximere in præiudicium successorum, & licet fuerit confirmata à Sixto Quarto, quia tamen confirmatio emanauit longè post
5 mortem dicti Episcopi Sassonis † concedentis, non vocato Episcopo successore, non valuit eis nocere, *Bald. in cap. 1. de confirmat. vtil. Tiraq. de retract. lignag.* §. 1. *glos.* 10. *num.* 71. *Afflict. decis.* 286. *num.* 2. & 3. & 335. *num.* 12. *Gregor. XV. decis.* 164.
6 *num.* 10. Vltra quod confirmationis natura est, † vt ea semper intelligitur facta sine alterius præiudicio, *cap. quamuis, cap. si pro te, de rescript. Bald. in cap. 1. num. 10. de confirmat. vtil. vel inutil.* & talis confirmatio solum fuit apta addere robur con-
7 firmato, † non autem se extendit ad ea, quæ non reperiuntur expressa, *Bald. in l. aduersus, C. si aduersus rem iudicatam Dec. in l. more, num. 2. & 3. ff. de iurisdict. omnium iud. Bero. consil. 7. num. 37. lib. 3. Menoch. cons. 75. num. 32.*

In omnem casum effectuatio dictę exemptionis detegitur valde turbida; vnde donec de eius viribus disputetur, & determinatio fiat, venit semper concedenda manutentio Episcopo propter iu-
8 ris † communis assistentiam, ac possessionem, vt supra probatam, *Rota post Moaern. de manuten. decis. 157. num. 5. Add. ad Gregor. XV. decis. 312. sub num. 4. vers. procedit.*

Nec dicebant Domini esse discutiendas in præsenti disputatione collationes à dicto Archipresbytero exhibitas, nam esto, quod essent in forma probanti, & sufficerent ad acquirendam quasi possessionem conferendi, non tamen exinde dicto Archipresbytero concedi posset manutentio aduersus Episcopum, cum non doceatur sitmul de titulo valido exemptionis ad effectum
9 conferendi, prout requiritur, † quando petitur manutentio aduersus Superiorem, *cap. cum personæ, §. penult. de priuil. in 6.* vbi notant omnes, præsertim *Io. Andr. num. 6. Gemin. num. 4. versic. nota, quod pendente lite, Franc. num. 2. Anchar. n. 5. Couar. pract. quæst. cap. 17. num. 6. vers. quæ quidem interpretatio*, latè *Marescott. variar. resolut. lib. 1. cap. 11. num. 23. & seq. & num. 36. cum seq. Achil. decis. 5. de restit. spol.*

Accedit vlterius, quod pro parte Episcopi fuerunt datæ infinitæ collationes, omnes effectum sortitæ, acquiescente Archipresbytero, quæ ma-
10 gis sunt attenden. † in concursu præfatarum collationum Archipresbyteri, ex quo Episcopus habet iuris assistentiam, ac titulum prout requiritur ex dispositione *textus in dicto cap. cum personæ de priuileg. in 6. cum alijs vbi proximè.*

Minus etiam probari possessionem dicti Archipresbyteri, dictum fuit, ex quo instrumenta collationum exhibita fuerunt extracta ex priua-
11 to Archiuio eius Ecclesiæ, † quod fidem non facit, nec dat robur scripturæ, *Put. decis. 186. numer. 1. lib. 3. in correct. & decis. 25. de fid. instr. Rota in Sorana beneficij 8. Martij 1627. coram bon. mem. Merlino, par. 5. recent. decis. 45. per totam.*

Extractio pariter facta legitur, lite pendente, non ab Archiuista, ac successores in officio, sed ab alio Notario absque litteris compulsorialibus,
12 ac partis citatione. Vnde non probant *cap. fin. vbi Doct. de fid. instr. auth. si quis in aliquo, Cod. de aden. Rota decis. 217. num. 1. & 362. num. 9. par. 1. recent. & 297. num. 2. par. 2.*

Nec obstant testes examinati super possessione Archipresbyteri, quia non deponunt de collationibus ante motam litem; Et de effectuatione collationum, non deponit, nisi secundus, hicque de auditu; vnde non probat, cum etiam remaneat vnicus. Nec concurrunt publica vox,
13 & fama, † vel alia adminicula, quamuis versemur in antiquis *Doctor. in cap. licet ex quadam de testibus*, latè *Gabr. conclus. 3. eodem tit. numer. 2.* vbi concordantes. Indeque stante contraria probatione facta per Episcopum super eius possessione negari non potest, quin saltem possessio
14 Archipresbyteri remaneat turbida, † & consequenter irreleuans pro reportanda manutentione, *Rota decis. 382. num. 5. par. 2. recent.*

Vltimo non obstat, quod in Ecclesijs Colle-
15 giatis † assistentia iuris communis stet pro Archipresbytero, vt per *Abb. in cap. conquerente, numer. 2. de offic. ordin. Gonzal. ad reg. 8. glos. 45. num. 46. Bisignet. decis. 8. per tot. in titulo de præben. in antiq. Rota decis. 19. eodem tit. in antiq. Coccin. decis. 283. num. 1. versic. est de iure, & decis. 358. num. 11. par. 2. recent. & par. 6. decis. 72. num. 2.* Quia præfati Doctor. ac Rotæ decisiones adducti per informantes pro Archipresbytero absolutè præfatam conclusionem non firmant, sed solum dicunt, quod collatio est simultanea cum Capitulo, & Prælato, & Archipresbyter modo non prætendit simultaneam cum proprio Capitulo, sed ipsum tantum habere collationem inde adduxit prætensam exemptionem, ac collationes præfatas per Archipresbyteros pro tempore factas.

Vlterius replicatum fuit in dictis iuribus, ac decisionibus solum determinari ius eligendi in Ecclesijs Collegiatis spectare simultaneè ad Capitulum, & Prælatum, ius vero conferendi beneficia, spectare ad Episcopum, de quo principaliter actum fuit.

Vltra, quod nec qualitas Collegialitatis in Ecclesia dicti Archipresbyteri remansit conclu-
16 denter probata, dum debuisset probari, † quod Canonici dictæ Ecclesiæ haberent sigillum commune, massam, & arcam, vt exinde fructus diuiderentur, *Caputaq. decis. 142. num. 1. par. 1. Mantic. decis. 175. num. 1. Gregor. XV. decis. 482. num. 4. & par. 5. recent. decis. 56. num. 5.* nec antiqua enun-
17 ciatiua Collegialitatem probat, † dum principaliter dubitari contingit circa enunciatum, illudque controuertitur, *Alex. cons. 21. num. 4. & 136. num. 11. lib. 1. Seraphin. decis. 1278. num. 2. & par. 5. recent. decis. 119. num. 14. Buratt. dec. 145. num. 4. & 394. num 4. & 505. num. 7.*

Præterea Ecclesia prædicta potuit erigi ex beneficijs vnitis, vel ex fructibus Parochiæ, dum in ea exercetur cura Animarum, & eo casu semper collatio spectat ad Episcopum &c.

Et ita resolutum vtraque parte informante &c.

R. P. D. GHISILERIO
Postea EPISCOPO TERRACINEN.

Leodien. Abbatissatus.
Mercurij 3. Iunij 1643.

ARGVMENTVM.

Cum attentata dicantur quæcumque fuerunt post appellationem commissa, hinc omnia quæ coram Iudice inferiori geruntur ab illorum vitio excusari non possunt, nisi forsan à tertio, qui non est in lite fuerint commissa cum ille non dicatur attentare, quod quando procedat in decisione videas.

SVMMARIVM.

1 *Attentata dicuntur omnia gesta post appellationem, & inhibitionem Rotalem.*

2 *Capitulum conuocandi munus absente, vel impedito Decano, spectat ad Canonicum, seu Canonissam seniorem.*

3 *Litteras Apostolicas à Summo Pontifice obtentas coram inferiore iustificare, aut exhibere tenetur. Inferior instare non potest, vt institutus à Superiore ostendat suum titulum, num. 3.*

4 *Amplia conclusionem, vt nec possit petere, quod quis doceat de professione fidei.*

5 *Lite pendente in Rota non licet inferioribus aliquid innouare circa administrationem eorum super quibus litigatur.*

6 *Tertius qui non est in lite non dicitur attentasse. Limita conclusionem, vt non procedat si ille tertius habeat causam à collitigante, quo casu, & attentat, & suo nocet auctor, num. 7. & seq.*

8 *Attentatorum in materia tolli debet omnis suspicio collusionis.*

9 *Attentata dicuntur ab eo gesta, qui actibus attentatis vsus fuit.*

10 *Attentatis renunciasse non sufficit, nisi etiam fructus percipti restituantur vna cum expensis, & num. seq.*

12 *Attentatorum cognitio vlteriorem impedit processum.*

13 *Iudex inhibitus supersedere debet donec Superior declaret in quibus casibus procedere possit.*

DECISIO CXCVI.

Commissa mihi causa reuocationis attentatorum commissorum in partibus post appellationem interpositam ab Isabella Liuden. Abbatissa, & pendente causa in Rota, dubitaui An constaret de attentatis, & DD. ponderando decreta, & alia gesta, nedum per Mariam Magdalenam Bolchlt, postquam fuit in Vicedecanissam, electa ab Anna de Berlo Decanissa collitigante Isabellæ, sed etiam à Iudice remissoriali, qui inhibitione Rotali, & appellatione contempta ad instantiam Annæ coegit scutatores, & Nicolaum Muno Serenissimi Principis Leodien. sigilli maiori Notarium reiecta appellatione ab eius vlteriori processu interposita declarauit incidisse in pœnas, & censuras contentas in litteris remissorialibus fuisse facta post appellationem à dicta Isabella interpositam pendente
1 causa in Rota, † & in spretum inhibitionis Rotalis resoluerunt non posse dici non attentata, vt habetur *in cap. non solum*, & notat ibi *glos. in fine, de appell. lib. 6. Rota decis. 20. eod. tit. in nou. & decis. 26. eod. tit. in antiq. Cæsar de Grass. decis. 6. num. 5. de caus. poss. & propriet.* maximè cum emanauerint contra exequutionem litterarum Apostolicarum, ac reuerentiam illis debitam.

Attentata enim est electio facta ab Anna de persona dictæ Mariæ Magdalenæ eius consanguineæ in Vicedecanissam, & administratricem Abbatissatus, cum clausula habendi ratum, quid quid ab ea dicto nomine gestum foret, quia non poterat prætextu infirmitatis, vel alterius impedimenti vices suas alteri demandare, cum impedita Decanissa administratio pertineat ad Canonissam seniorem, tam ex consuetudine immemorabili eiusdem Capituli, quàm ex disposi-
2 tione iuris communis, † quo inspecto munus conuocandi Capitulum impedito, sine absente Decano spectat ad Canonicum, seu Canonissam seniorem, vt in puncto tradit *Innoc. in cap. 1. de maior. & obed. vbi Abb. numer. 1. 2. & 4. & Felin. num. 1. Abb. in cap. auditis, sub num. 3. cum dic clarius de elect.*

Attentatum est præceptum factum Isabellæ ad instantiam dictæ Vicedecanissæ, quod exhiberet, coram ipsa, & nonnullis capitularibus realiter, & cum effectu suam prouisionem Apostolicam, vna cum totu processu, omniumque in eo contentorum, verificationem, & iustificationem infra 10. dies cum declaratione in euentum non exhibitionis, dictoque termino elapso non posse iure, & statutis Ecclesiæ attententis illam recognoscere pro legitima administratrice. Attentata est ad se aduocatio administrationis Abbatissatus eo quia Isabella in termino non comparuit, non exhibuit litteras suæ prouisionis, nec
3 illas iustificauit, † quas coram ipsis iustificare non tenebatur, *Federic. de Sen. cons. 103. in princ. vers. & video dicen. & num. 2. vers. si vero consensil, & num. 3.* qui dicit non posse inferiorem instare, vt institutum à Superiore ostendat suum titulum, sicuti etiam quod non possint inferio-
4 res instare, † vt doceat de professione fidei dixit *Garz. par. 3. cap 3. num. 47. & seqq. § non obstat in fin.* Attentatum est præceptum factum ministris, officialibus, & colonis, alijsque ne Isabellam in Abbatissam recognoscant, sub dicto prætextu, quod dictam prouisionem Apostolicam intra tempus præfixum non exhibuerit. Attentata est deputatio administratorum Abbatissatus necnon inhibitio debitoribus, & affictuarijs, ne dictam Isabellam in Abbatissam recognoscant, & nec illi de fructibus Abbatissatus respondeant, & ratio fuit. Quia omnia probantur gesta lite pen-
5 dente in Rota † non licet inferioribus aliquid innouare circa administrationem eorum super quibus litigatur, *Rot. in recent. decis. 393. per tot. par. 2.*

Non obstat, quod dictus actus non fuerint gesti ab Anna de Berlo, sed à dicta Maria Magda-
6 lena de Vicedecanissa, † quæ vti tertia habet regulam pro se, quod non attentauerit *Achil. decis. 28. num. 1. cum seqq. de appellat. sanct. mem. Greg. XV. decis. 14 num 6. Rot. coram Caual. decis. 186. num. 4. coram bon. mem. Coccino decis. 30. num. 8.*

Quia cum Vicedecanissa deputata fuerit lite pendente à Decanissa, vtique etiam ipsa tamquam habens causam, à collitigaante attentauit stante
7 limitatione dictæ regulæ, † quod tertius habens causam à collitigante, attentet, & noceat suo auctori, *Rota decis. 670. ad fin. part. 4. recent. in Beneuentana Census 13. Iunij 1594. coram Cordub. & in*

& in Vrgellen. Archidiaconatus 24. *Nouembris* 1581. *coram Gyptio apud Marches. de commiss. par.* 2. *fol.* 573. *num.* 3. vbi si aliter diceretur, aperiretur via fraudibus, & daretur via malignandi, & cum dicta Maria Magdalena fuerit deputata ab Anna cum promissione habendi ratum quidquid ab ea factū fuerit supradicta de eius ordinatione, & mandato facta esse censentur, & licet ab ea gesta non fuerint, nihilominus iure attentati reuocari de-
8 bent, est enim in hac materia tollenda † omnis suspicio collusionis, *Gregor. decis.* 503. *sub num.* 5. *Bisignet. decis.* 4. *num.* 5. *post med. vers. & cum nisi talia attentata, tit. de appellat.*

Nec huiusmodi attentata fuerunt purgata ex renunciatione, & declaratione facta ab Anna cum iuramento, in fide nobilitatis fuisse facta ipsa inscia, & nolle eisdem adhærere, seu consentire. Quia cum supradicta decreta produxerit contra Isabellam, vt apparet ex registro Rotali, & illa vsa fuerit ad impediendam manutentionem Isabellæ in disputatione dubij super manutentione in Rota propositi sub die 15. Decembris præteriti per productionem dd. decretorum
9 non potest negari confirmatio, & approbatio propter quam attentata dicuntur facta ab eadem Anna Decanissa, vt latè comprobat *Lancell. de attent. par.* 1. *cap.* 1. *num.* 47. *& seqq.* & dd. declaratio, & renunciatio contrariatur facto vsus approbatiui resultantis ex dicta productione facta in Rota. Vltra quod pro reuocatione non sufficit sola renunciatio, sed requiritur restitutio omnium fructuum Abbatissatus indebitè perce-
10 ptorum, & expensarum in procuranda reuocatione factarum, vt de fructibus tenuit *Rota coram Reuerendiss. Vrgellen. decis.* 305. cum alijs deductis in *Vlixbonen. Professionis* 27. *Martij* 1637.
11 *coram R. P. D. meo Carrillo*, & in alijs, & de † expensis passis *coram Vrgellen. d. decis.* 305. *decis.* 269. *numer.* 1. *par.* 1. *recent. & coram bon. mem. Buratto decis.* 356. *num.* 6. Necnon reuocatio prætensæ Vicedecanissæ ab ipsa contra iuris communis dispositionem, & consuetudinem Ecclesiæ substitutæ, vt fuit dictum supra.

Pariter censuerunt DD. attentatum quidquid Iudex remissorialis gessit post præsentatam sibi inhibitionem Rotalem super reuocatione attentatorum per dd. Decanissam, & Subdecanissam
12 commissorum quorum cognitio † pro purgatione vlteriorem processum impediebat, iuxta *decis. Caputaq.* 52. *num.* 2. *par.* 3. *Seraph. decis.* 1176. *num.* 4. eoque facilius post concessam facultatem absoluendi arbitrio Rotæ scrutatores à iuramento de non releuando secreta scrutinij, quo arbitrio non petito, & post appellationem ab vlteriori processu non poterat Iudex de partibus procedere ad examen, & metu censurarum dd. scrutatores cogere. Ideo omnia per ipsum gesta reuocari debent, ne Sacræ Rotæ vilescat auctoritas, & detur ansa Iudicibus inferioribus apponendi manus in causis ad Curiam deuolutis. Nec facit, quod dubitari posset, an sub inhibitione generali comprehenderentur actus quos postea gessit Iudex remissorialis, hoc debuit declarari à Rota, quæ declaratio donec petere-
13 tur, & emanaret † Iudex inhibitus debuit supersedere, *Rota decis.* 74. *numer.* 3. *decis.* 124. *in Part. IX. Recent. fin. par.* 1. *recent. & in Calaguritana Beneficiorum* 19. *Aprilis* 1613. *coram Sacrato*, & fuit dictum in *Bononien. Iurispatronatus* 28. *Martij* 1639. *coram R. P. D. meo Bichio*.

Et ita vtraque parte informante fuit resolutum &c.

REVERENDISS. P. D. CERRO

SACRÆ ROTÆ DECANO.

Pampiloneñ Vicariæ de Stella.

Mercurij 3. *Iunij* 1643.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus, quod ad aliquem pertineat, & quidem ex immemorabili possessione, quando dicatur ad impossibile probare per testes, obtentum, quando aliquid fuit per preces, id non constituat aliquem statum, ad acquirendam quasi possessionem.

SVMMARIVM.

1 *Nominandi Parochum, quasi possessio non probatur ex testibus, & instrumentis dum non concludunt de aliquo actu coactiuo, & obligatorio.*
2 *Decretum irritans, & clausula, sublata, tollunt, & inficiunt omnem possessionem, & quamcumque obseruantiam in contrarium.*
3 *Causa licet vertat super iure nominandi ad effectum tamen remissoriæ iudicatur profana.*
4 *Remissoria, quando sumus in causa prophana, vt concedatur sufficit, quod materia sit releuans.*
5 *Immemorabili, vt dicatur derogatum debet de ea fieri specialis mentio.*
6 *Immemorabilis, si sit imaginaria inuerisimilis, & penitus improbabilis, tunc denegatur remissoria ad eam probandam.*
7 *Probatio illa non est expectanda quæ verisimiliter haberi nequit cum alias partes grauentur tædio, & expensis.*
8 *Iuspatronatus, quando certum sit, quod alicui non possit competere.*
9 *Immemorabilis, quando constat de certo initio, impossibile est, quod possit probari.*
10 *Initij memoria, quod non extet id requirit immemorabilis.*
11 *Per preces obtentum, illæ non constituunt. obtinentem in quasi possessione, nec acquirit aliquod ius coactiuum, vel obligatorium.*
12 *Lis de quo tempore fuerit introducta, id probatur ex tempore datæ commissionis.*
13 *Testes deponentes de tempore immemorabili, cuius ætatis esse debeant.*
14 *Homines centum annorum, hac nostra ætate, vt experientia demonstrat, non reperiuntur.*
15 *Inuerisimilitudine, & impossibilitate stante, Rota recusat concedere remissoriam.*
16 *Commissio super aliquo iure, quod fuerit obtenta, id benè probatur ex eius lectura.*
17 *Verbum præsentandi, significat etiam nominationem.*
18 *Verba, & ponendi Vicarium, posita in commissione*

sione causæ significant, quod agitur de nominatione Vicarij.

29 *Mandati defectus, si obijciatur impetrationi commissioni ex quo diluatur.*

30 *Ratificatio æquiparatur mandato.*

DECISIO CXCVII.

DEfuncto Ioanne de Munariz Vicario Parochialis Ecclesiæ S. Ioannis Ciuitatis de Stella contendere cœperunt super nominatione noui Vicarij œconomi, & Parochiani eiusdem Ecclesiæ ex vna, & Abbas Monasterij Beatæ Mariæ de Yrace ex altera, prætendentes hinc inde Ius nominandi Vicarium ad se pertinere, super quo introducta causa coram Ordinario Pampilonensi, & exinde ad Rotam deuoluta, fuit disputatum cui ex his partibus esset concedendum mandatum de manutenendo, sed quia multa hinc inde deducebantur respicientia Petitorium, fuit ordinatum, quod videretur de bono Iure, super quo proposito dubio coram bon. mem. Merlino sub die 16. Iunij 1642. Rota, Abbate tantum informante, respondit, constare de eius bono Iure; Quia Ecclesia S. Ioannis reperitur vnita Monasterio Beatæ Mariæ de Yrace, & in Ecclesijs vnitis clara est dispositio Constitutionis sanct. mem. Pij V. 47. in Bullario nouo, quod Ius nominandi Vicarium spectet ad eos, quorum Ecclesijs facta est vnio, quam Constitutionem sæpius canonizauerunt Rota, & Sacra Congregatio Concilij, vt patet ex decisionibus, & resolutionibus eiusdem Congregationis adductis in decisione dicta die à me extensa.

Nec obstabat quasi possessio nominandi, quam Parochiani allegarunt, tum quia testes, & instrumenta, ex quibus ea deducebatur non con-
1 cludebant de † aliquo iure coactiuo, & obligatorio, prout requiritur iuxta *dec. Card. Caualer. 419. sub num.3.* Tum quia in omnem casum in constitutione Pij V. adest clausula sublata, & de-
2 cretum irritans, quæ tollunt, † & inficiunt omnem possessionem, & quamcumque obseruantiam contrariam, vt latè in eadem decisione firmatur.

Emanata hac resolutione Parochiani pro euertendis illius fundamentis articularunt se esse in ista quasi possessione nominandi à tempore immemorabili, & petierunt remissoriam pro examinandis testibus, sed contradicente Abbate proposui de more dub. An remissoria esset danda, & non esse dandam in hac quarta propositione DD. responderunt

3 Quia licet causa † vertens super iure nominandi ad effectum remissoriæ iudicetur profana, *Achill. decis. 11. de Iurepatron. Cas. de Grass. dec. 1. num. 11. de dilat. cum alijs per Add. ad sanct. mem. Gregor. dec. 164. sub num. 7.* Et in causa profana secundum ordinarias regulas iuris pro concessione re-
4 missoriæ † sufficiat materiam esse releuantem absque aliquo fumo, & talis videatur articulata immemorabilis, quia ea probata cessabit Constitutio Pij V. per quam non potest censeri subla-
5 ta immemorabilis cum de † ea non fiat mentio in dicta Constitutione, prout est opus ad effectum, vt immemorabili censeatur derogatum, *Marescott. var. resolut. lib. 2. resolut. 101. num. 4. & seq. Grat. discept forens. cap. 492. n. 5. & cap. 578. num. 10. & seqq. Gonzal. super reg. 8. glos. 33. n. 6. Rot. in recent. decis. 614. n. 1. par. 2.* & in his terminis *Sanch. super Decalog. 7. disput. 29. num. 191. vers. 3. fallit, & alij* quos allegant ipse, & *Barbos. de offic. & potest Episcopi par. 3. alleg. 72. n. 190.*

Attamen contrarium in hoc casu censuerunt Domini cum allegata immemorabilis, visa sit
6 imaginata † inuerisimilis, & prorsus improbabilis, quo casu remissoria semper denegari consueuit ne conteratur tempus, & partes defati-
7 gentur † tædio, & expensis expectando probationem, quæ verisimiliter fieri non potest, *Rota diuersor. decis. 99. num. 1. par. 4. & in recent. dec. 146. numer. 13. par. 5. & dec. 315. n. 4. par. 6. & dec. 128. n. 1. part. 7.* & dictum fuit in *Ferrarien. Parochialis 6. Martij 1642. coram me.*

Talem autem esse hanc Parochiani prætendunt posse probare ex eo liquet, quia ipsi articularunt se esse in quasi possessione iuris nominandi tamquam patroni Laici à tempore immemorabili, & tamen in facto apertissimè constat, quod ipsi non habent, nec vnquam habuerunt Iuspatronatus dictæ Ecclesiæ, cum illud ab initio fuerit acquisitum à Sancio Rege Nauarræ ex fundatione, & dotatione, & ex eo transierit ad Monasterium Beatæ Mariæ de Yrace, cui fuit concessum à dicto Rege in donatione eiusdem Ecclesiæ, quam fecit dicto Monasterio liberè absque vllo onere, & sine subiectione alicuius personæ Sæcularis, vel Clericalis, vt apparet ex Instrumento donationis, & ex illius confirmatione facta ab Ordinario Pampilonensi in Summario secundæ positionis *num.* 1. Vnde non solum est inuerisimile, quod ipsi possint probare Iusnomi-
8 nandi cum certum † sit, quod illud Parochianis non competit sine Iurepatronatu, vt post *Innoc. Io. Andr. & alios tradit Abb. in cap. quærelam, num. 2. ante fin. de elect. & Gonzal. super reg. 8. glos. 18. n. 90. vers Parochiani namque.* Sed prorsus impossibile, quod eius respectu possit probari immemorabi-
9 lis, quia dum constat de fundatione, † & sic de certo initio dictæ Ecclesiæ cessat, & excluditur immemorabilis, cum hæc requirat, quod initij
10 † memoria non extet *Rota coram sanct. mem. Gregor. XV. dec. 467. num. 6. & in recent. dec. 285. num. 4. par. 2. & dec. 56. n. 18. & dec. 137. n. 6. par. 6. & coram bon. mem. Buratt. dec. 831. n. 6.*

Nec refragantur multæ nominationes factæ à Parochianis, in quibus ipsi potissimum se fundabant, quia cum non sint factæ, nec fieri potuerint ratione Iurispatronatus, quod alijs competebat sed appareant factæ per viam petitionis, & admissæ ab Abbatibus ad preces, & supplicationem Parochianorum, non probatur ex illis ali-
11 qua eorum possessio, sed solum quædam † honorantia, & prærogatiua nominandi Vicarium gratum, & beneuolum, quæ non constituit in aliqua possessione, nec attribuit aliquod Ius coactiuum, & obligatorium *Gemin. cons. 45. n. 4. Dec. cons. 134. n. 3. vers. postremo. Ferrett. cons 33. n. 4. & cons. 212. num. pariter 4. Rocch. de Iurepatr. in verbo competens, num. 60. Gonzal. super reg. 8. d. glos. 18. num. 90.*

Sed cessat difficultas ex alio irrefragabili fundamen-

damento, propter quod Domini potissimum denegarunt remissoriam, quia videbatur inuerisimile, quod reperiantur testes tantæ ætatis, qui
12 possunt probare hanc immemorabilem, † cum enim demendum sit tempus huius litis, quæ fuit introducta coram Cardinali Seraphino, vsque de anno 1598. vt patet ex commissione causæ in Summario tertiæ positionis *litera H.* & ex alijs actibus datis in eodem Summario *litera I.* & eo
13 dempto testes ad hunc effectum † debeant habere ad minus 54. annos completos *Paris. cons. 27. num.97. lib. 1. Gabr. de præscript. conclus. 1. n. 83. Caputaq. dec. 290. par. 3. Greg. dec. 1298. num. 1.* & ibi *Add. n. 12 cum alijs per Add. ad Burat. dec. 673. n. 12.* Inuerisimile reputatur quinimo impossibile, quod possint reperiri homines tam annosi, & decrepiti, qui possint deponere de allegata immemorabili, quia deberent attingere centesimum annum
14 † cuius ætatis non reperiri homines his nostris temporibus quotidiana experientia docet, qua
15 inuerisimilitudine; & impossibilitate attenta † Rota semper denegat Remissoriam, *vt coram Card. Seraph. dec. 1450. & 1460. vtrobiq. num. 2. & in recent. dec. 235. num. 13. & 14 par. 5. & dec. 266. n. 16. & seqq. par. 6.* & passim in alijs.

Nec facit replicatio data, quod causa, quæ hodie pendet sit diuersa ab illa introducta coram Cardinali Seraphino, quæ dicebatur esse inter Abbatem, & Episcopum super iure visitandi Ecclesiam S Ioannis, non autem super iure nominandi Vicarium, quia hoc tollitur ex verbis cō-
16 missionis impetratæ † ad instantiam ipsorum Parochianorum ex quibus clarè apparet, quod causa erat non solum super iure visitandi, sed etiam super iure nominandi, vt patet ex illis verbis, ibi, *vertens super iure visitandi d. Ecclesiam necnon super iure præsentandi, seu instituendi, & po-*
17 *nendi Vicarium.* Illud enim † verbum *Præsentandi* significat etiam nominationem, vt per *Lotther. de re benefic. par. 2. quæst. 15. n. 10. & seqq.* Præsertim cum subsequantur illa verba, *& ponendi Vicarium*
18 quæ ostendunt, † quod verè agebatur de nominatione Vicarij; Et hoc efficacius probatur ex articulis ab eisdem Parochianis, datis coram Penia, super iure nominandi, ex quibus declarantur verba dictæ Commissionis.

Nec obstat, quod ista Commissio dicatur impetrata à Procuratore, de cuius mandato non constat, quia cum in actis appareat, quod Parochiani vigore eiusdem Commissionis impetraue-
19 runt compulsoriales generales, † easque præsentauerunt Iudici de partibus coram quo fecerunt plures actus, & in illius executionem causam prosecuti sint tàm coram Cardinali Seraphino, vt patet eius *dec. 1304.* quàm coram Coccino, vt in eius *dec. 81. & 121.* ex hoc vsu Commissionis satis
20 probatur mandatum, † vel saltem ratificatio, quæ mandato æquiparatur, vt in terminis gestrum à Procuratore *Gregor. dec. 176. n. 9.* & fuit dictum *in Firmana Compromissi 2. Iunij 1625. coram bon. mem. Pirouano.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. MELTIO.

Postea Episcopo PAPIEN.

Romana residui Dotis.

Lunæ 8. Iunij 1643.

ARGVMENTVM.

Dote à principio in certa, & determinata summa constituta, si deinde fuerit illa per genitores vtriusque coniugis, sinè tamen eorum consensu, in minori summa redacta, talis reductio, seù declaratio sponsis præiudicare non potest quin dotem à principio constitutam totam, & integram consequi non valeant.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum publicum facit rem certam, & manifestam.*
Amplia, quia dicitur probatio probata n. 2.
3 *Probationes, quæ contra instrumentum afferuntur debent esse concludentes, apertissimæ, & necessariæ.*
4 *Apoca priuata super quantitate dotis si de ea in instrumento posteà facto nulla fuit habita mentio censetur consulto omissa, & propterea attendi non debet.*
5 *Ab instrumento perfecto non est credendum, quod partes voluerint recedere, & mutare voluntatem.*
Voluntas non præsumitur mutata num. 5.
6 *Instrumentum illud attendi debet in quo fuit coniugibus certa summa in dotem constituta, licet deinde ex interuallo fuerit aliud celebratum in forma diuersa, & per totam decis.*
7 *Patri post constitutionem dotis ad fauorem filiæ factam nulla remanet facultas eam diminuendi.*
8 *Matrimonium contractum sicuti irritari non potest, ita nec dotis constitutio, quæ est pars illius.*
9 *Coniuges, qui cum certa dote contraxerunt, decipere æquum non est.*
10 *Dotes quandoque fictè, & simulatè pro honorificentia matrimony constituti solent.*
11 *Coniugum consensus requiritur vbi agitur de illis præiudicando super actu, in quo fuerat eisdem ius quæsitum.*
Mulier non tantum sufficit quod præstet consensum, sed etiam requiritur quod contractus sit illi vtilis num. 11.
12 *Dotium promissiones tunc fiunt ad pompam, quando dos effectum non est condecens.*
Dotium in constitutione coniugum qualitas solet attendi num. 12.
13 *Declaratio, quod dos in summa constituta fuerat ad pompam, & quod proindè de minori quantitate intelligatur fieri debet in incontinenti antè publicationem instrumenti.*
Et ex interuallo facta nullatenus suffragare potest, nec coniugibus quibus iam fuerat ius quæsitum præiudicare n. 14. & 15.
16 *Dos vt integrè soluatur in dubio iudicandum est.*
17 *Pater præsumitur, quod voluerit inter filias æqualitatem seruare.*
18 *Pater potest maiorem vni quam alteri filiæ dotem constituere.*

filiæ

Filiæ tunc æquè dotatæ dicuntur, quando æquè benè collocatæ fuerint in matrimonio, quamuis plus vni, quam alteri tradatur n. 18

Mulier potest agere pro consecutione suæ dotis vbi iudicium fuit, & ad ipsius, & viri instantiam introductum.

DECISIO CXCVIII.

De Anno 1616. de mense Decembris fuit contractum matrimonium inter D. Carolum de Aste, & D. Aureliam Costam cum dote scut. 16. mill. auri stamparum, quam D. Octauius pater mulieris soluere promisit eidem Carolo, siue D. Io Baptistæ eius patri, vt apparet, ex publico instrumento *Summ. Caroli num. 1.* & de mense Martij anni sequentis idem Octauius d. dotem exbursare promisit eidem Io. Baptistæ *vt ex eod. Summ. num. 2.* Postea verò de eodem mense Martij eiusdem anni idem Io. Baptista, & Octauius per apocam priuatam, nullo interueniente consensu coniugum, declararunt d. dotem solum fuisse in scutis 14. mill. reliqua verò fuisse apposita pro maiori honorificentia, exindeque idem Io. Baptista in præiudicium eorumdem coniugum renunciauit dictis scutis 2000. *vt in eod. Summ. nu. 3.* Proposito per me dubio, An dicta scuta 2000. pro residuo dotis D. Aureliæ debeantur, fuit per Dominos affirmatiuè responsum. Quia cum ex Instrumento supradicto appareat, dictam dotem
1 fuisse constitutam in scutis 16. mill. † illud facit rem certam, & manifestam *Bart. in l. 1. in princip. n. 8. ff. de nou. oper. nunc Bald. in l. 2. col. 2. C. quand fisc.*
2 *vel Princip.* & dicitur probatio † probata *idem Bald. in l. interest. in vlt. not. C. de solut. Dec. cons. 39. num. 2. Ruin. cons. 128. n. 1. lib. 4.* & probationes, quæ contra Instrumentum afferuntur, debent esse concludentes, appertissimæ, & necessariæ *l. cum præcibus, & ibi glos. C. de probat Bero. cons. 142. n. 34. lib. 2. Gram. cons. ciuil. 65. n. 14.* Vnde apoca priuata, quæ nunc affertur per hæredem Octauij, non videtur habenda in consideratione, quia cum illa
3 in hoc casu habeatur loco capitulorum, † nec de ea in 2. instrumento fuerit facta mentio, censetur consultò ommissa, & propterea non attendenda *cap. ad audientiam de decim. Rot. dec. 90. num. 15. coram Papa Greg. XV. confirmata in alia dec. 163. coram eodem, & ibi Adden. n. 7.* maximè cum instrumentum fuerit perfectum, vnde non est credendum,
4 † quod ab eo partes voluerint recedere, & mutare voluntatem, cum id nunquam præsumatur *c. maiores de Baptis. l. cum qui ff. de prob. l. cum his status, §. ait oratio in fin. ff. de donat. inter vir. & vxor. Natt. cons. 176. n. 5. lib. 1.* & dum per stipulationem d. instrumenti, & post consumationem matrimo-
6 nij fuit dictis coniugibus ius quæsitum † non videtur recessum per actum sequentem post quatuor mensem, & sic ex interuallo celebratum in forma diuersa *Imol. in l. quoties, §. sed si cum col. 2. vers. item secundo in quantum, ff de hæred. instit. l. item quia in fin. cum ibi not. per Doct. ff. de pact. l. cum dos, ff. de pact. dotal. l. quoties, ff. sol. matrim. Barbos. in l. 2. §. 1. num. 47. & 48. Alex. cons. 122. num. 2. lib. 1. Surd. d. dec. 70. num. 4.*

Vnde dum concludenter apparet de constitutione dotis per Octauium patrem Aureliæ, ex paterno officio, ipsam dotem ei donasse dicendum est, cui, respectu illius, adeo efficaciter fuit ius
7 quæsitum, † vt tanquam de irreuocabili donatione patri sublata fuerit facultas talem dotem diminuendi *l. quoties 30 ff. sol. matrim. l. cum dos, & l. ob æs, vers. si extraneus ff. de pact. dotal. Auth. sed quamuis, C. de rei vxor. act. Tiraq. de retract. conuent. ad fin. tit. num. 35. Giurb. ad consuet. Messanen. par. 1. cap. 1. glos. 8. n. 40. Manent. cons 65. num. 7. & seq. Menoch. cons. 279. n. 12. Hond. cons. 14. n. 55. lib. 1. Siluan. cons. 2. n. 60. & 61. tom. 1. Dec. cons. 35. num. 8. lib. 1. Vinc. de Franch. dec. 105. n. 1 Capic. dec. 176. n. 4.* & quemadmodum matrimonium iam contractum
8 irritari non potest, † quod non esset contractum sine donatione, ita nec donatio prædicta, quæ est pars ipsius, vt in specie in multis decidit *Tellius Ferdinandes super constitutione Taur. in l. 17. n. 37 vers. quod est adeò verum fol. 142. Bald. in l. Præses, C. de donat. & text. in l. bonæ fidei, ff. de pecul.* & cum ta-
9 æquum non esset, vt ibi coniuges, † qui cum tali dote contraxerunt, deciperentur *l. 3. §. 1. ff. de arbitr. l. 1. §. magistrum, ff. de exercit. act. Crauett. cons. 91. n. 11. Menoch. cons. 68. n. 23. & 261. n. 14. Surd. cons. 143. n. 33. vers. sexto animaduertendum est Rot. decis. 98. n. 3. coram Durano.*

Non obstat, quod in dicta apoca non minuatur dos, sed tantum declaretur, qualis illata principio fuerit, & sic debeat præualere dicto instrumento, ac si à principio dos esset constituta
10 solum in scutis 14. mill. † cum dotes quandoque fictè, & simulatè pro honorificentia soleant constituti, vt fuit obseruatum *in Dolana 48. apud Criuell. relata per Fontanell. de pact. nupt. col. 7. glos. 3. par. 12. n. 61. Rot. dec. 775. n. 1. coram Buratto dec. 98. num. 14. coram Durano, Maceraten. Census 16. Februarij 1641. coram R. P. D. meo Roias, & in eadem 18. Iunij 1642. coram R. P. D. meo Ghisilerio.*

Quia supradicta non possunt applicari casui, de quo agitur. In resolutione autem Criuelli debet considerari, dotem fuisse constitutam in maiori summa tantum ad pompam, & honorificentiam contrahentium, cum appareat, quod bona matris, quæ in illo casu dotem constituerat, non sufficiebant pro integra dote soluenda, in hoc autem casu Octauius pater Aureliæ erat diues, & per consequens erat soluendo etiam longe maiorem summam. Nec etiam applicatur decisio *Buratti* 775. quia apoca declaratoria dotis fuit facta eodem contextu, & veritas illius facti iustificabatur ex depositione duorum testium, vt ex eadem decisione apparet, in præsenti autem casu apoca fuit confecta post quatuor menses, & post quam ius erat quæsitum contrahentibus, nullibi enim apparet de veritate eiusdem apocę, sicut etiam in decisione 68. coram Durano apparet, apocam fuisse confectam à principio, & sic eadem ratione illa decisio non applicatur, cum etiam fuerint examinati testes deponentes, maiorem dotem fuisse constitutam ad pompam. Nec etiam applicantur dd. decisiones in Maceraten. Census, quia à tergo earumdem fuerat adnotata simulatio, quod ad pompam maior dos fuerat expressa, vt aduertit vtraque decisio. In hoc autem casu nulla adest causa ob quam esset constituenda talis dos ad pompam, nec renunciatia facta per parentes posset dictos coniuges afficere.

afficere, quibus cum esset Ius quæsitum, consuma-
11 to matrimonio, requirebatur eorum consensus, & in specie mulieris, quæ non sufficit, quod tantum præstet consensum, sed copulatiuè requiritur, quod contractus sit illi vtilis, & vno deficiente, corruit contractus *l. si mulier dotis requiritur consensus vtriusque l. si hæred. plures, ff de condit. instit. l. si mulier dotis, & l. cum maritus, ff. de pact. dotal. Bald. Nouell. in tract. de dot. part. 7. princ. priuil. 1. col. 3. vers. si autem Soccin. Iun. cons. 118. num. 11. & seqq. lib. 3 Hond. cons. 14. num. 6. lib. 1. Corn. cons. 170. num. 3. lib. 4. Grat. discept. forens. cap. 435. num. 31. & seqq. Rot. in Romana dotis 1. Iulij 1611. coram bon. mem. Coccino.*

Et sequendo opinionem Fontanellæ in loco citato, monendo Iudices, ne in causis similibus decipiantur, ad effectum, vt coniecturas contrahentium mentes tangentes diligenter perpendat, quę in hoc casu quidem non desunt, & quidem fortiores ad fauorem Caroli.

Prima enim coniectura, & totum fundamentum partis aduersæ in hac causa est, quod pro honorificentia, & pompa contrahentium posset fieri maior expressio dotis, & hoc argumentum visum fuit posse retorqueri contra hęredem Octauij, quia contrahentes non ægebant tali pompa, dum erant inter se pares, & aliæ sorores minorem dotem scutorum 16. mill. fuerunt consecutæ, & neptę fuerunt Viris non inferioris conditionis Carolo, tunc
12 enim fiunt promissiones ad pompam, quando dos effectiua non est condecens, habita ratione qualitatum coniugum, quæ in dotium constitutionibus præcipuè solet attendi, *iuxta l quæro 61. & l. cum post 70 § genere, ff de iur. dot. Menoch. de arbitr. Iud. lib. 2. cas. 140. num. 37. & 38. Paris. consil. 16. num. 7. & seq. lib. 2. Menoch. cons 251. num. 10. Rot. decis. 28. num. 15. par. 5. & 633. num 6 par. 2 recentior.* quod fuit etiam consideratum in dictis decisionibus *Maccraten. census coram DD. meis Ghisilerio, & Roias.*

Secunda coniectura potest etiam desumi ex obligatione facta per Io: Baptistam patrem Caroli deliberando à molestijs, Octauium promissorem dotis pro dicta rata scutorum 2000. Quia si à principio dos fuisset constituta tantum in scutis 14. mill. non erat necessaria talis liberatio, & declaratio Ioan. Baptistæ, maximè si in effectu dos fuisset constituta tantum in dictis scutis 14. mill.
13 talis enim declaratio debebat fieri incontinenti; & ante Instrumenti publicationem, vt quotidie practicatur in quibus terminis loquuntur *Criuell. loco cit. Buratt. decis. 775. num. 25. & Duran. decis. 98.* Dum vero ex interuallo talis declaratio emana-
14 uit, minimè dictis parentibus suffragatur *Rip. in l. 1. num. 88 ff. solut. matrim. Aym. cons. 112. nu. 12. Angel. cons. 209. num. 2. Peregr cons. 80. num. 7. vol. 2.* nec
15 etiam dictos coniuges afficit post quam eisdem fuit Ius quæsitum *Spin. cons. 44. nu. 8. ante med. Ang. d. cons 209. num. 1. & 2. Aym. d. cons. 112. num. 12. Galuan. cons. 37. num. 76. Surd. de alim. tit. 6. quæst. 8. nu. 69. & 70. & cons. 192. num. 29. & 196. num. 40.*

Tertia coniectura posset desumi ex declaratione facta à Carolo in Instrumento inito cum Octauio, in quo protestatus fuit velle consequi residuū huius dotis, & Octauius non contradixit, quæ taciturnitas reddit saltem dubiam hanc prætensio-
16 nem Philippi, quæ cum aliunde non probetur in dubio pro solutione integræ dotis est respondendum *l. in ambiguis, ff. de reg. iur.* & latè comprobant *Doct. & Cagnol. in d. l. in ambiguis, Bald. Nouell. in tract. de Dot. par. 9. priuil. 12. & seqq. Ioan. de Ann. consil. 52. Surd. decis. 298 num. 6.*

Tandem non obstat ad excludendam intentionem Caroli, quod Octauius alijs filiabus dederit minores dotes, vnde verisimile non videatur huic filiæ maiorem dotem constituere voluisse, cum
17 inter filios pater pręsumatur, quod voluerit equalitatem seruare *Grauett. cons. 133. num. 6. Cephal. consil. 733. num. 15. lib. 5. vers. quæ conclusio.*

Quia non est dubium, quod pater maiorem dotem pro vna filia, quam pro alia potest constitue-
18 re, & tunc filię dicuntur æquè dotatę modo æquè benè collocentur in matrimonio, licet plus vni, quam alteri tradatur *l. Theopompus de Dot. priuil. Alciat. de præs. reg. 1. præs. 7. num. 3. Grat. discept. foren. cap. 231. num. 27. Mantic. de coniect. lib. 12. tit. 19. numer. 26. & tit. 21. num. 35. eodem lib. 12. Bald. cons. 328 num. 3. lib. 3. Rim. cons. 56. num. 9. & 10. lib. 3. Dec. cons. 26. Paris. cons. 106. nu. 46. lib. 1. Menoch. cons 346 num. 2. Rot. decis. 63. num. 22. coram Papa Gregor. XV.*

Quæ vero replicantur de d. promissione Ioan. Baptistę, licet non sint pręsentis inspectionis, cum dos non spectat ad Carolum, sed ad D. Aureliam, quæ nihil commune habet cum hæreditate d. Io: Baptistæ, & cum iudicium fuerit cæptum etiam
19 ad instantiam ipsius Aureliæ, ista nunc posset pro consecutione suæ dotis executiuè agere *Grat. discept. forens. cap. 438. num. 16.*

Et ita vtraque parte informante fuit resolutum.

R. P. D. VEROSPIO.

Valentina iuris sedendi.

Lunæ 8. Iunij 1643.

ARGVMENTVM.

Præpositi habent ius occupandi sedes vacuas in Choro, vbi Canonici illas nullatenus occupant, & Præpositis fuerunt per Summos Pontifices eademmet priuilegia concessa quibus fruuntur Canonici.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ validitas ex reuolutione actorum remanent iustificata.*

2 *Æquiparatis idem competit ius, quod personæ, cui æquiparantur competebat, & vno eodemque iure ambo censeri debent, & num. 3. & 9.*

4 *Verbum*, immediatè, *intelligitur nullo interposito medio.*

5 *In Choro non debet esse aliqua dispersio, sed coniunctissima vnitas ad instar Ecclesiæ triumphantis.*

6 *Exceptio generalis intelligitur salua concessione antea facta.*

7 *Stallum in Choro non comprehenditur sub actibus Capitularibus.*

8 *Præpositi, quibus concessæ fuere prærogatiuæ Canonicis competentes, occupare possunt Sedes, quas valent occupare Canonici, & supra num. 2. & 3. & per totam decis.*

9 Æqui-

9 *Æquiparatio facta inter plures æqualem determinationem inter omnes operare debet, & sup. nu. 2. & 3.*

10 *Obseruantia plurimum attenditur in materia præheminentiarum.*

11 *Obseruantia litigiosa alicui nocere non valet.*

12 *Præscriptio, & obseruantia non currit contra legitimè impeditum.*

13 *Præpositi possunt nomine Præpositurarum agere, & illarum iura vendicare etiam quod aliqui ipsorum consensissent.*

DECISIO CXCIX.

CVM lata fuisset sententia coram R.P.D. meo Ghisilerio in eaque pronunciatum Præpositos Ecclesiæ Valentinæ occupare posse sedes vacuas dignitatum à Choro absentium, & causa per appellationem mihi commissa dubitaui super eiusdem sententiæ confirmatione pro qua DD. responderunt.

1 Quia illius validitas non impugnatur, & iustificatur ex reuolutione processus ex quo apparet omnia interfuisse requisita, quæ recensentur in *decisione Verall. 260. par. 2.* Iustitia verò probatur ex latè deductis in *decisione R.P.D. mei Ghisilerij sub die 5. Iunij Anni 1637.* Cum enim ex particulari Constitutione Ecclesiæ Valentinæ illius Canonici possint occupare vacuas sedes dignitatum absentium eadem facultas concessa censetur Præpositis quibus à sanct. mem. Sixto V. in limine erectionis attributæ fuerunt omnes prærogatiuæ præheminentiæ, ac priuilegia, quibus tam ex dispositione Iuris communis quam particulari Constitutionum eiusdem Ecclesiæ Canonici fruebantur, dum enim fuerunt Præpositi Canonicis æquiparati talis æquiparatio idem debet operari, ac si

2 specialiter fuisset concessum dictum ius occupandi sedes vacuas quod Canonicis competebat ex notatis in *l. princeps, ff. de legibus DD. in l. 1. ff. de legatis 1.* vbi *Alex. num. 10. Ias. num. 15. & sequent. Castren. num. 7. & 8. Rota coram Crescent. decis. 9. num. 5.*

3 ne diuerso iure censeantur ij, qui ex æquiparatione idem reputantur contra dispositionem *text. in cap. cognouimus 12. quæst. 2. & in l. eum qui edes, ff. de vsu capionibus,* & in terminis præheminentiæ considerauit *Rota in Cæsaraugustana præheminentiarum 2. Nouembris anni 1627. coram bon. mem. Coccino.*

Quæ facultas occupandi sedes dignitatum absentium præterea colligitur ex bulla erectionis, in qua illis attributum fuit. Ius sedendi immediatè post ipsos Canonicos: hoc enim iure vti non possent, nisi occuparent sedes in quibus absentibus dignitatibus manent Canonici, cum verbum il-

4 lud, *immediatè,* operetur, vt sessio Præpositorum nullo interposito medio continuatiuè copulari debeat sedibus Canonicorum iuxta doctrinam *Bald. in l. 1. num. 3. C. de condit. insertis, Capra cons. 22. num. 12. Castrensis cons. 411. num. 4. vers. 3. opponitur lib. 1.* & alij quos refert *Decianus cons. 9. numer. 12. lib. 12.* & sequuta fuit *Rota in hac eadem causa sub die 16. Decembris anni 1633. coram bon. mem. Merlino, & 27. Iunij 1635. coram R.P.D. Ghisilerio.* Quæ eo facilius admitti debet tamquam consonans, &

5 conformis Decori Ecclesiastici Rithus, quo attento in Choro non debet esse aliqua dispersio, sed coniunctissima vnitas ac instar triumphantis Ecclesiæ, vt considerauit *Rota coram bon. mem. Coccino decis. 197. num. 4.*

Et licet in gratia præposituris concessa in bulla Erectionis fuerint excepti actus capitulares, inter eos tamen comprehensa non fuit sessio in Choro, dum Bulla expresse illis sessionem concessit, & post illius concessionem capitulares actus exce-

6 pit, generalis enim illa exceptio facta censetur salua sessione antea concessa argumento *text. in l. doli clausula, ff. de verborum obligat.* vbi *Barth. & Cuman. num. 1. idem Barth. cons. 72. num. 3. vers. sed positio. Surdus cons. 456. num. 3. & sequent.* Præsertim cum hoc sit conforme dispositioni Iuris, secun-

7 dum quam stallum in Choro non comprehendatur sub actibus capitularibus, vt notat *Glos. in Clementina, vt ij de ætate, & qualitate in verbo cap. vbi etiam, Abb. num. 6. Ancharan. num. 3. Cardinalis nu. 14. Rota coram Reuerendissimo Vrgellen. decis. 198. num. 3. & in Valentina præheminentiarum 19. Nouembris 1640. coram bon. mem. Coccino, & 21. Martij 1641. coram bon. mem. Pirouano.*

Non obstat quod sedes dignitatum absentium occupari non possit ab alijs tanquam propriæ, & fixæ. Quia tales dici possent in casu quo præsentes fuerint dignitates in Choro, secus verò si illæ sint absentes; Tunc enim sicut permissum est Canonicis illas occupare ita permissum censeri de-

8 bet Præpositis quibus concessæ fuerunt ædem prærogatiuæ, quæ Canonicis competebant, vt alias respondit *Rota in hac eadem causa in decis. 252. num. 10. par. 6. & 224. in fine par. 7. recent.* Quin immo sicuti non dicuntur fixæ respectu Canonicorum, qui absentibus dignitatibus eas tenent, ita neque etiam fixæ dici possunt respectu Præpositorum, qui gaudent eodem Priuilegio Canonicorum. Æquiparatio enim inter vtrosque inducta à

9 Constitutione Apostolica æqualem determinationem inter eosdem debet operari, ex notatis in *glos. in cap. ad audientiam de Clericis non residentibus* & *in l. l. si quis seruo in verbo corrumpi, C. de furtis, & in l. quod vero circa finem, ff. de legibus. Ripa in l. si constante num. 69. ff. soluto Matrimonio, Ias. in §. ex maleficijs num. 39. Institutionibus de actionibus Roman. cons. 129 in principio, & cons. 231. num. 2.*

Non obstat quod istę sedes dignitatum quando vacare contingerent numquam possessæ fuerint à Præpositis: Adeo vt vel illis nocere debeat præscriptio temporis, vel obseruantia contraria quæ

10 potissimum attendi solet in hac materia præheminentiarum iuxta doctrinam *Bald. in cap. olim num. 1. de consuetudine,* quam sequuta fuit *Rota coram Cardinali Seraph. decis. 964. num. 1. & coram Caualerio decis. 649. num. 1. & in Placentina Præcedentiæ 27. Iunij 1633. coram bon. mem. Merlino.*

Quia cum Præpositi impediti fuerint ex facto Canonicorum (cuius causa fuit orta lis) talis ob-

11 seruantia tamquam litigiosa illis nocere non potest, vt considerauit *Rota coram Seraph. decis. 748. numer. 1. & in hac eadem causa sub die 27. Iunij Anno 1635. coram R.P.D. meo Ghisilerio,* nam tamquam

12 legittimo impedimento detenti nullo temporis cursu affici potuerunt ex notatis in *l. 1. § ne autem, C. de annalibus exceptionibus, & in cap. 1. de præscriptionibus, & in cap. diuersitatem de concessione præbendæ. Rota decis. 2. de dilationibus num. 3. in nouis, & coram Cassad. decis. 8. num. 2. de præbendis.* Quin immo permissum est Præpositis etiam si eorum aliqui consensissent obseruantiæ contrariæ agere nomine

næ Præposituraram, quibus concessum fuit hoc
13 Priuilegium, illarum Iura vindicare, vt notat *Ripa in cap. Sepæ de restitutione spoliatorum num.* 14. vbi alij DD. communiter *Abb. in cap. accedens num.* 19. vt lite non contestata *Rota in Neapolitana spolij 3. Iunij 16.1. coram Cardinali Lancellot. & in dec. 473. num. 2. par. 2. recent.* & in alijs relatis in hac eadem *causa sub die 12. Iunij 1634. coram bon. mem. Merlino.* Et ita altera, &c.

Plures decisiones emanarunt in hac causa, & primum coram bon. mem. Merlino sub diebus 16. Decembris 1633. & 12. Iunij 1634. sunt supra in part. 6. recent. decisiones 252. & 288. & inter eius impress. sunt decisiones 607. & 637. plures alia deinde emauarunt coram eodem Reuerendissimo Terracinen. nempè sub die 15. Decembris 1634. est in eadem par. 6. recent. decis. 319. & 26. Martij & 27. Iunij 1635. & 5. Iunij 1637. sunt in part. 7. recent. decis. 31. 66. & 224. & in part. 7. recent. habetur altera sub die 15. Martij 1638. coram bo: mem. Eminentiss. Card. Panzirolo est decis. 22.

R. P. D. VEROSPIO

Montis Alti Primiceriatus.

Lunæ 8. Iunij 1643.

ARGVMENTVM.

Indultum conferendi beneficia etiam in mensibus reseruatis per Pontificem antecessorem alicui concessum, derogatum censetur per superuenientem Regulam IX. Cancellariæ quas prægnantissimis clausulis à successore promulgatam, quamuis illud fuerit concessum, & personæ gratæ, & benemeritæ, cum in successore huiusmodi non cadant affectiones.

SVMMARIVM.

1 *Regula IX. Cancellariæ derogat cuicumque priuilegio, & indulto apostolico.*
Amplia conclusionem procedere etiam si indultum contineret electionem dignitatis, num. 2.
3 *Regula IX. Cancellariæ reseruatoria mensium præseruat ad fauorem Pontificis quæcumque beneficia pertinentia ad omnimodam dispositionem Ordinarij.*
Electio minus tribuit quam ordinaria Episcopi facultas circa collationem beneficiorum, num. 3.
4 *Indultum si contineat plures clausulas, & numero, & pondere prægnantes non tollitur ex superuenienti regula reseruatoria, & quando vide in num. seqq.*
5 *Regula IX. Cancellariæ, vt derogat indultis inspici solet quæ nam dispositio potentiores clausulas, & derogationes contineat.*
6 *Regulæ Cancellariæ Clementis VIII. eiusque successorum efficaciores, & potentiores habent clausulas, Pontificum præcedentium.*
7 *Regulæ Cancellariæ habent vim legis, & Constitutionis.*
8 *Leges, & Constitutiones si habeant clausulas derogatorias sufficienter derogant cuicumque indulto, seù priuilegio quibuscumque derogatoriarum derogatorijs munitis.*
9 *Clausula,* quorum tenores, *tantæ est potentiæ, vt per eam censeatur derogatum cuicumque priuilegio, & indulto, perindè ac si de verbo ad verbum illorum tenorem contineret.*
10 *Regula IX. Cancellariæ continet reuocationem indultorum, quamuis illa fuerint ita concessa, vt nunquam contineantur sub reseruationibus Apostolicis.*
11 *Indultum concessum cum reseruatione apposita aduersus regulas Cancellariæ, vt scilicet sub illis nunquam censeatur comprehensum suffragatur solum durante vita Pontificis concedentis.*
12 *Pontifices non possunt suis successoribus legem imponere, & num.* 16.
13 *Indultum concessum personis Pontifici valdè gratis, & dilectis, ac benè meritis non comprehenditur sub Regula IX. mensium reseruatoria, & num. seq. vbi vide.*
14 *Priuilegij causæ examinari non debent vbi in illius reuocatione fuerunt appositæ clausulæ derogatoriæ derogatoriarum.*
15 *Regula IX. Cancellariæ dum facit mentionem quorumcumque collatorum, vtique comprehendit etiam collatores ex priuilegio, & tam Capitula, & Communitates.*
16 *Affectio, & benemerentia Pontificis antecessoris in eius successionem considerari non potest.*
17 *Obseruantia plurimum attenditur ad interpretationem legis, & Constitutionis Pontificis.*
18 *Decretum irritans tollit quamcumque obseruantiam illi contraria operatur quod inferior contrauenire non possit sub pœna nullitatis.*

DECISIO CC.

CVM sanct. mem. Sixtus V singulari motus erga Patriam, vnde originem duxerat, charitate, in Cathedrali Ecclesia Montis Alti à se prius erecta, Primiceriatus dignitatem instituisset, eiusque electionem, quocumque mense vacare contingeret, ad Capitulum eiusdem Ecclesiæ spectare voluisset, non obstantibus quibuscunque Regulis Cancellariæ editis, vel in futurum edendis, quibus Motu proprio, ac de plenitudine potestatis derogauit, sublatis omnibus derogatoriarum derogatorijs, etiam si sub data posteriori emanassent, ac tali aduersarentur Indulto, quod quoties foret abrogatum toties voluit reuiuiscere: Cuius Indulti vigore ad eam Primiceriatus dignitatem vacantem per mortem Cornelij qui de mense Octobris decesserat, fuit electus à Capitulo Rosatus de Rosatis, Cumque illi mota fuisset controuersia à Ioanne Baptista Lucido, qui eam dignitatem vti reseruatam ratione mensis à Sede Apostolica impetrauerat; Dubitaui super validitate electionis Capituli, adeò vt ea dignitas debeat eidem Rosato adiudicari. Et Domini negatiuè responderunt.

Quia illi obstat Regula ix. Cancellariç, ex cuius dispositione Romano Pontifici sub pœna nullitatis, & Motu proprio reseruantur omnia, & singula Beneficia quocumque modo pertinentia ad collationem, seù electionem quorumcumque Collatorum, quæ præsertim in mense Octobris vacare contingerent, non obstante, & sublata quacumque contraria consuetudine, etiam immemorabili, & quocumque Priuilegio, seu Indulto Apostolico, etiam in limine erectionis concesso, & munito

quibuſcumque derogatoriarũ derogatorijs aliiſ-
que inſolitis, & efficacioribus clauſulis, quarum
tenores in eadem Regula ad effectum reuocandi
habeantur pro expreſſis cum Decreto irritanti;
1 Cuius Regulæ diſpoſitio derogare † poteſt cui-
cumque Priuilegio, & Indulto Apoſtolico, vt ad
eam notat *Gonzal.gloſ.35. num.1. & ſequent.* & fir-
mauit *Rota in Compſana Iuriſpatronatus 19. Ianua-
rij, & 3. Decembris 1604. coram Litta*, quæ confirma-
ta fuit in *Cæſarauguſtana Parochialis de Maiella 14.
Nouembris 1616. & 6. Nouembris 1617. coram bon.
mem. Coccino, & coram Gregorio deciſ. 53. num. 2. &
in deciſ. 588. num. 5. par. 1. recent.* Etiam ſi Indultum
2 contineat electionem dignitatis, † quæ ſpectet ad
Capitulum prout contingit in caſu huius deci-
ſionis, vt reſolutum fuit coram *Gregorio in deciſ.
240.* & notat *Gonzal. ad eamdem Reg. gloſ. 19. nu. 16.
in fin.* vbi rationem conſiderat, quia in Regula
reſeruantur Beneficia pertinentia ad omnimodã
3 diſpoſitionem Ordinarij † quæ efficacior, & po-
tentior reputatur quàm ſit electio, quæ minùs tri-
buit ex notat in *c. auaritiæ de elect. lib. 6. Rot. deciſ. 6.
num. 2. eod. tit. in nou.*

Et licet in Indulto fel. record. Sixti adſint plu-
res clauſulæ pondere, & numero prægnantes, quæ
4 † ex ſuperuenienti Regula reſeruatoria non vi-
dentur tolli potuiſſe, vt in ſimilibus terminis te-
nuit *Rota in vna Aſtoricen. Archidiaconatus 19. Mar-
tij 1576. coram Seraph. inter impreſſas dec. 291.*

Tamen cum in hac materia inſpici debeat quę-
5 nam diſpoſitio † contineat potentiores clauſulas,
& derogationes, vt aduertit *Garz. de benefic. 5. par.
cap. 1. num. 566. Rot. coram Greg. d. deciſ. 240. nu. 1.*
Non videtur obſtare ea Seraphini deciſio dum
loquitur in terminis Regulæ Pauli III. & aliorum
Pontificum, quæ non habebant clauſulas ita am-
6 plas, & efficaces † prout continet Regula nona
reſeruatoria à Clemente VIII. Pontifice poten-
tioribus, & efficacioribus clauſulis fulcita, vt ad
eam deciſionem Seraphini reſpondit *Rot. in dicta
Compſana Iuriſpatronatus 23. Ianuarij 1603. & 3.
Decembris 1604. coram Litta.* Quod verò effica-
ciores derogationes, & clauſulas contineat Re-
gula reſeruatoria menſium Clementis VIII. quam
habeat Indultum Sixti Capitulo Montis Alti cõ-
ceſſum, ex eo colligitur, quod illæ fuerunt appo-
7 ſitæ in Regula, † quæ vim legis, & Conſtitutionis
habet, vt conſiderauit *Lotter. de re benefic. quæſt. 36.
num. 2.* & aduertit *Rot. deciſ. 666. num. 5. in fin. par. 1.
recent.* & ideo cenſetur ſufficienter derogatum
8 quibuſcumque derogatoriarum † derogatorijs cõ-
tentis id indulto, ſeu conceſsione particulari, vt
tradit *Iaſ. in l. vltima num. 5. C. ſi contra ius, vel
vtilit. public. Felin. in cap. conſtitutus num. 5. in 2 li-
mit. de reſcript. & in cap. accedentes num. 5. de præ-
ſcript. Geminian. in cap. cum non deceat num. 6. de
elect. Conar in rub. de teſtam. par. 2. num. 20. verſic.
Quartum, Garz. de benefic. cap. 1. par. 5. num. 567.
Rota in Tiroſanen. iuris præſentan. 19 Ianuarij 1581.
coram Robuſterio*, relata per eundem *Garz. eadem
par. 5. num. 959.* & in *Cameracen. Canonicatus 4. Iu-
lij 1578. coram Lancellotto.* Præſertim cum in ea-
dem regula fuerit à Sanctiſſimo D. N. appoſita
9 clauſula, *Quorum tenores*, † quæ tantæ reputatur
efficaciæ, vt per eam cenſeatur derogatum Indul-
to Sixti perinde, ac ſi tenor dictarum litterarum
cum derogatoriarum derogatorijs, fuiſſet inſer-
tus in hac Regula, iuxta *conſil. Butrij 49.* ſæpius
approbatum in hoc Tribunali, vt teſtatur *Caſſa-
dor. deciſ. 10. num. 2. & deciſ. 38. num. 3. ſuper Regu-
lis, Put. deciſ. 415. num. 5. & 6. lib. 2. Rot. deciſ. 213.
num. 1. par. 1. & deciſ. 161. num. 1. par. 2. diuerſ. &
not. Bald. in cap. cum dilectus num. 12. de reſcript. Gonz.
ad hanc Reg. gloſ. 36. num. 29. Gomeſ. in proœm. Regul.
quæſt. 6. num. 8.*

Pręterea in ea continetur clauſula generalis re-
uocatoria Indultorum cum quibuſuis derogato-
riarum derogatorijs, & efficacioribus, & inſolitis
10 clauſulis, † quę operantur derogationem Indulto
tam in ea parte in qua continebatur, quod illud
nunquam ſub reſeruationibus Apoſtolicis com-
prehenderetur etiam ſub data poſteriori, & con-
ſiderauit *Rota in dicta Cæſarauguſtana Parochialis de
Maiella 14. Nouembris 1616. & 6. Nouembr. 1619.
coram bon. mem. Coccino inter impreſſ. par. 4. recent.
deciſ. 339. & 568. & in deciſ. 666. num. 2. par. 1. rec.*
& aduertit *Lotter. de re benef. lib. 2. quæſt. 38. n. 33.*
quàm etiam in altera parte, vt toties de nouo re-
uiuiſceret, quoties fuiſſet abrogatum, vt conſide-
rauit *Rota in dicta Compſana Iuſpatronatus 13. De-
cembris 5604. coram Litta*, & notat *Gonz. ad d. Re-
gul. 8 gloſſ. 36. num. 88*, Quinimmò talis reſeruatio
appoſita in Indutto aduerſus Regulas Cancella-
11 riæ per futuros Pontifices edendas, † ſolum ſuffra-
gari poteſt in vita Pontificis, qui illud ita conceſ-
ſit, eo vero defuncto non tuetur à Regula Succeſ-
ſoris, in qua adſit clauſula derogatoria quorum-
cumque Priuilegiorum. Quorum tenores habean-
tur pro expreſſis, vt tradit *Io. Monachus in cap. licet
Romanus num. 3.* & ibi *Prob. num. 11. de conſtit. in 6.
Surd. conſ 47. num. 11. verſ. & dicit Ioann. Monach.*
& aduertit *Lotter. de re benefic. lib 2 quæſt. 59. nu. 15.*
12 cum Antecesſor legem † Succeſſori imponere
non valeat, ex notat in *Authent. quomodo oporteat
Epiſc. in princ. & in l. digna vox*, vbi poſt *gloſſ. in
verb. iudicamus, not. Bald. num. 4. & in conſ. 161. n. 2.
lib. 3. Rota in Peruſina penſionis 12. Ianuarij 1614.
coram Sacrato, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 548. nu. 6.
& ſequent.*

Non obſtat, quod Indultum fuerit Capitulo
Ciuitatis Montis Alti conceſſum, quæ erat Pa-
tria Pontificis, & ità perſonis valdè gratis, & di-
13 lectis, vel ſaltem benemeritis, † quæ compre-
hendi non debent ſub hac Regula, *Roman. in con-
ſil. 498. num. 18. & 19. Selu. de benefic. 3. par. q. 15.
num. 23. & not. Gonzal. ad hanc. eamdem Reg. gloſ.
36. num. 70.* Dum enim in eadem Regula fuerunt
14 appoſitæ derogatoriæ derogatoriarum, † non de-
bent examinari cauſæ Priuilegij, vt aduertit *Rota
in dicta Cæſarauguſtana de Maiella 14. Nouemb. 1616.
coram bon. mem. Coccino.* Præterea cum in Regula
facta fuerit mentio quorumcumque collatorum,
15 † ſub ea comprehenduntur etiam collatores ex
Priuilegio, etiam Capitula, & Communitates, vt
firmauit *Rota in adducta deciſ. 240. num. 3. coram
Greg. & not. Garz. de benefic. 5 par. cap. 1. num. 619.
Simonett. de reſeruat. quæſt. 68. num 2. Doct. in cap.
cum Clericas §. fin. de Præb. lib. 6. poſt gloſ. in verb.
ſpectat.* non obſtante affectione, & benemerentia,
dum illa conſiderari non poterat ſucceſſore
16 † cui Antecesſor non valuit legem imponere, ex
not. in *l. digna vox. C. de legibus* cum alijs per *Lot-
ter.*

ter. de re benef. lib.2. quæst. 39. num.16.

Non obstat altera obiectio fundata in contraria obseruantia eligendi, etiam si talis dignitas va-
17 cauerit in mensibus reseruatis, † quæ obseruantia potissimum attendi solet pro interpretatione Legis, & Constitutionis Pontificis, vt dixit *Rota in decis. 50. n.1. & 2. par. 1. diuers & in decis. 455. n.1. par. 4. recent. & in Elboren. iuris conferendi 13. Nouembris 1637. coram R.P.D. meo Carrillo.*

Hæc enim obseruantia non iustificatur: & licèt probata fuisset, suffragari non posset, dum ea expressè tollitur à Regula, & Decreto Irritanti,
18 † quod annullat obseruantiam contrariam, & operatur vt inferior contrauenire non possit sub pœna nullitatis, ex not. in *cap. si eo tempore 45. de elect. lib. 6. Abb. in cap. dilecto 25. n. 14. de præben.* cum alijs per *Gabr. de clauf. conclus. 3. n. 57. & 58. coram Bellam. dec. 536. re restitut. spoliat. et dec. 302. num. 13. par. 5. recent.*

Et ita vtraque &c.

DECISIO CCI.

R. P. D. BICHIO

Bononien. Legatis.

Lunæ 8. Iunij 1643.

Est Impressa inter Bichio in Tom.1. Decis. 132.

R. P. D. ROIAS.

Postea Archiepiscopo TARRACONEN.

Eugubina Dotis.

Mercurij 10. Iunij 1643.

ARGVMENTVM.

Debitoris excussio, antequam conueniatur fideiussor, & maximè stante conuentione, vt dicatur validè facta, non debet id constare ex coniecturis, sed omnino requiritur, quod iudex ordinet duobus executoribus, quod perquirant in domo debitoris, & proclament in vicinia, ac publicis locis, an habeat alia bona mobilia, vel immobilia, & deinde facta relatione Iudici: spe citatis omnibus de quorum interesse agitur pronunciabit talem discussionem legitimè esse factam. Et reijciuntur plures coniecturæ ex quibus dicebatur probata talis excussio.

SVMMARIVM.

1 *Debitor prius excuti debet, quàm fideiussor, & hoc multò magis stante conuentione inter partes.*
2 *Excussio principalis, ad hoc vt conueniatur fideiussor coniecturis etiam potest probari.*
3 *Instrumentum diuisionis, in quo enunciatur non adesse alia bona inter diuidentes, & deseruit pro coniectura ad probandum alia non reperiri bona inter eos.*
4 *Sententia graduatoria, facit vehementem præsumptionem, quod factum ita se habeat.*
Quod multò magis procedit, si non adducatur ad effectum eam exequendi, sed tantum probandi. numer. 4.
5 *Ex saluo conducto, obtento à Principe arguitur inexigibilitas debitoris.*
6 *Confessio debitoris, si sit adminiculata venit attendenda.*
7 *Testes deponentes de inexigibilitate debitoris faciunt adminiculum ad eam probandam.*
8 *Sententia lata contra aliquem, vt dotem suæ vxoris assecuret, ex hoc dicitur stare de eiusdem inexigibilitate.*
9 *Excussio debitoris, vt dicatur non soluendo, vt legitimè dicatur facta, quid requiratur, & n. 10.*
10 *Excussio debitoris, nisi fuerit facta cum suis debitis, et legitimis requisitis, non probat debitorem esse inexigibilem.*
12 *Pignora retenta præsumuntur sufficientia pro satisfactione crediti, donec contrarium non docetur.*
13 *Fideiussoris obligatio dum est conditionata deficiente conditione, defecit quoque obligatio.*
14 *Pactum appositum per fideiussorem quando non fuit obseruatum euanescit fideiussio.*
15 *Debitoribus pluribus, quando fuit facta fideiussio, tunc omnes tamquam simul obligati sunt executiendi, vt fideiussor possit conueniri.*
16 *Sententia graduatoria debitorum, vt afficiat debet citari illi, qui habent in tali actu interesse.*
17 *Actus gesti inter alios, non nocent tertio.*
18 *Confessio dum tendit ad commodum confitentis non releuat.*
19 *Confessio debitoris, non nocet creditoribus, nisi sit pluribus adminiculis suffulta.*
20 *Testes interessati non probant.*
21 *Testes de auditu, non releuant.*
22 *Sententia lata pro assecuratione dotis in casu vrgentiæ viri ad inopiam, necessariò non refert, quod maritus non habeat alia bona.*
23 *Excussio bonorum debitoris, vt releuet debet esse rigorosè facta per Iudicem.*
24 *Excussio bonorum debitoris quando fit, debet citari omnes creditores, & fideiussores.*

DECISIO CCII.

Obligationi contractæ de anno 1592 per fratres de Sforzolinis pro scut. 300. soluendis intra quinquennium ad fauorem fratrum de Galeottis ex causa promissionis dotium accessit Pirrus Nutus, sub conditione quatenus Sforzolini non essent soluendo, & prius facta illorum excussione, & non alias aliter, nec alio modo, vnde antequã esset pulsandus dictus Pirrus, siue eius hæredes debuerunt executi Ioseph, & Federicus fratres de Sforzolinis, prout clarè constat conuentio partiũ per pactum expressum, quod esse seruandum præ-
1 ter allegata in decisione in hac causa 9. Maij 1642.* §. in casu verò coram me, tradit *Muta decis. 24. num. 27.* Quibus stantibus dubitaui hodie, An constaret de legitima, & sufficienti excussione dd. de Sforzolinis, & ad probandum factam fuisse sufficientem excussionem, fratres de
2 Galeottis adducebant nonnullas coniecturas quibus probare excussionem voluit *Caroc de excuss. par. 2 quæst. 23. nu. 10.* præsertim simul iunctis *Bald. cons. 3. num 4, lib. 3. Soccin. iun. cons. 32. nu. 24. & cons. 39. num. 14. lib. 2. Rom. cons. 7. num. 3. Ciriac. controuers. 291. num. 21. Duran. decis. 336. num. 4. & in Romana Diuisionis 15. Iunij 1640. coram R.P.D. meo Bichio,*

Prima coniectura desumpta fuit ex instrumen-
to diuisionis inter Sforzolinos debitores, in quo
enunciantur omnia bona diuidentium, quod vti
3 celebratum ante stipulationem fideiussoris contra
ipsum probat non extare alia bona præter ibi de-
scripta *Fontanell. de pact. nupt. claus. 5. gloss. par. 2.
num. 15. & 16. Caroc. de excuss. par. 2. q. 35. num. 6. Put.
decis. 185. in princip. lib. 1. in correct.*

Secunda deprompta fuit ex sententia gradua-
toria, quæ facit vehementem præsumptionem,
quod factum ita se habeat, præsertim cum non
4 adducatur ad effectum eam exequendi, sed tantum
probandi iuncto etiam, quod longo temporis spa-
tio fuit executioni demandata, *Neguf. de pignor.
par. 8. mem. 1. num. 38. Rota in Bononien. Census
21. Februarij 1642. coram R. P. D. meo Cb. filerio, §.
penultimo.*

Tertia ex saluo conducto obtento à debitori-
bus, ex quo desumpta pariter fuit inexigibilitas,
Gratian. cons. 37. n. 22. & 23. lib. 1. cum alijs per *Ca-
roc. de excuss. par. 2. q. 35. num. 5.*

Quarta ex confessione ipsius Federici alterius
ex debitoribus, quæ cum sit adminiculata venit
attendenda, *Bero. cons. 211. nu. 11. lib. 3. Rum. cons.
142. num. 4. lib. 1. Natt. cons. 547. n. 24. Surd. decis.
35. num. 5.*

7 Quinta ex testibus deponentibus de inexigibi-
litate, & decoctione debitorum.

Sexta, & vltima ex sententia lata contra vtrũ-
que debitorem pro assecuratione dotium vxorum
ob eorum vrgentiam ad inopiam.

Prædictis tamen non obstantibus fuit hodie re-
solutũ non constare de legitima, & sufficienti ex-
cussione, ex quo non constat Iudicẽ ordinasse duo-
bus exequutoribus, quod perquirent in domo eo-
rum de Sforzolinis debitorum, & proclamarent in
9 vicinia, ac publicis locis An haberent aliqua bona
mobilia, & immobilia, & deinde facta Iudici re-
latione, & citatis omnibus interesse habentibus
eum pronunciasse discussionem esse legitimè factã
iuxta text. *in l. præsenti. §. fine vers. adijcientes, C. de
his, qui ad Eccles. confug.* & melius formulam tradit
*Ang. in §. sed neque nu. 14. vers. vltimo quæritur col. 1.
in auth. de fideiuss. Bart. in tract. de excuss. pign. col. 3.
ante med. vers. potest etiam fieri, Neguf. de pignor.
hypoth. par. 8. membr. 1. num. 11. vers. ista autem,
& num. 44. vers. & vltimo, Guidopap. decis. 432.
num. 2. Angel. Aretin. instit. de act. §. item si quis in
fraudem col. 2.*

Nec fuit habita in consideratione relatio ex-
cussionis factæ, quia emanauit de mandato asser-
torum creditorum, & tamen ad hoc vt valida,
10 & legitima reputetur erat facienda de mandato
Iudicis citatis interesse habentibus, deinde erat
pronunciandum super dicta legitima excussione,
iuxta theoricam *Bart. in l. stipulatio, §. habet autem,
num. 4. vers. formo vobis vnam quæstionem, ff. de nou.
oper. nunc. vbi confutat Iacob. Butrig. contrarium te-
nentem, Angel. in l. prætor, §. hoc interdicto, num. 1. cum
seqq. & num. 4. post med. vers. tamen videtur verior,
ff. de nou. oper. nunc. Rom. qui testatur de communi cons.
91. num. 7. vers. quoad secundum, & cons. 211. num. 3.
& 4.* vbi latè *Mandos. in addit. verb. declaratoria, &
verb. excussione Parlad. rer. quotid. lib. 2. cap. fin. par. 4.
§. 7. num. 19. Neguf. de pignor. & hypoth. d. par. 8. in
1. membr. num. 11. vers. ista autem regula, Paris. con-
sil. 50. n. 45. lib. 1. Magon. decis. Lucen. 66. num. 14.
Gabr. de fideiuss.* qui alios congerit *concl. 1. nu. 51.
& 52.*

Non obstat igitur primo instrumentum diui-
sionis celebratũ inter q. Sforzolinos de an. 1593.
quia dictum instrumentum non potest denomina-
11 ri excussio † cum careat præfatis requisitis in illa
necessarijs, de quibus supra; nec remanet probata
negatiua, quod facta fuerit diuisio de omnibus
bonis, cum sufficiat potuisse extare alia bona,
vltra quod Galeotti de eo tempore non poterat
denominari verè creditores, qui pro eorum cre-
12 dito † dotali retinebant tot prædia loco pignoris,
quæ sufficientia præsumuntur dum contrarium
non docetur *glos. in l. 2. verb. redigere, C. de pign. Pa-
ris. cons. 50. n. 28. lib. 1. Couar. var. resolut. lib. 3. cap. 18.
n. 1. vers. constat, Surd. decis. 44. num. 16. Osasch. de-
cis. 159. num. 2.*

Minus secundo obstat sententia graudatoria
emanata del 1603. & sic post sex annos à die pu-
rificatæ obligationis dicti Pirri Nuti, quia ipse
solum teneri voluit post quinquennium, vnde eius
13 obligatio durabat tantum vsque ad † annũ 1597.
cum obligatio dicti Pirri fideiussoris non tantum
fuerit conditionata quatenus Sforzolini non es-
sent soluendo, & secuta prius excussione contra
eos, & non alias, quinimo emanauit cum expres-
so pacto, quod infra quinquennium prædium Ga-
leottis assignata pro dote eorum vxorum æstima-
rentur; vnde cum ad æstimationem in tempore
14 conuento deuentum † non fuerit quinimò sint
elapsi 30. anni dictus Pirrus fideiussor remansit li-
beratus ex congestis in dicta decisione in hac cau-
sa 9. Maij 1642. §. dicebant etiam Domini, &
præter in ea adductos tradunt Pirrus *Maur. de fi-
deiuss.* qui alios cumulat *par. 2. sect. 10. cap. 23. nu. 9.
cum seqq. & ibidem Petr. Bons in eius cons. impress.
post d. cap. 23. num. 7. cum seqq. Henric. de fideiuss.
cap. 20. §. 15. n. 21.*

In omnem casum dicta sententia solum lata fuit
super bonis Iosephi non autem Federici fratris, &
tamen debebat constare de notoria decoctione
15 vtriusque fratris, † cum omnes tanquam simul
obligati, ac debitores essent excutiendi *Pirr. Maur.
de fideiuss.* qui plures cumulat *par. 2. sect. 5. cap. 3. n. 1.
Henric. eod. tract. c. 27. par. 1. n. 6. Caroc. de excuss. par. 1.
q. 1. nu. 1. & 6. Magon. dec. Lucen. 66. n. 8.* nec in dicta
16 sententia fuit citatus † Pirrus, qui tanquam certus
specialiter veniebat citandus, *Alex. cons. 105. lib. 5.
n. 1. Neguf. de pign. & hypoth. par. 8. membr. 1. n. 13.* &
in puncto *Rota Senogallien. Census 29. Nouemb. 1619.
coram bon. mem. Dunozetto seniore.*

Tertio non obstat dictus saluus conductus, quia
17 non legitur concessus à Pirro, † vnde tanquam
actus gestus à tertijs ei non nocet *Surd. cons. 170.
n. 22. & 429. n. 41. & 42. Mandell. cons. 276. n. 6. Add.
ad Greg. XV. dec. 302. num. 10.*

Quarto nihil facit confessio Federici alterius
ex debitoribus in precibus porrectis sapientissi-
mo Duci Vrbini, qui emanauit de anno 1623. &
sic post annos 26 à die destinatæ solutionis, ma-
ximè etiam quia non continet aliquam excussio-
18 nem, & concernit statum alterius tantum ex
obligatis, & tendit solum ad commodum illius,
vnde nihil probat *l. qui testamenta, ff. de probat. Bart.
in l. facta, §. si hæres, ff. ad Trebell. Peregr. de fideicom.
artic. 53.*

19 *artic. 53. num. 61.* nec apta nocere eius † creditoribus nisi esset alijs, quam pluribus adminiculis suffulta *Soccin. iun. cons. 78. n. 2. lib. 4. Tiraquell. de retract. lig. §. 1. gloss. 18. n. 78. cum seq. Rot. Ianuen. dec. 13. n. 31. Buratt. dec 470. n. 5.*

Quinto non obstant testes de inexigibilitate, ac decoctione fratrum de Sforzolinis debitorum, quia nonnulli ex istis testibus sunt interessati
20 prout † est secundus, & se fundat solum in prædicta sententia graduatoria prout sunt quintus, & sextus, alij verò deponunt de auditu prout de-
21 ponunt † tertius, quartus, & quintus, vnde nihil probant *l. testium, C. de testib. cap. testes 3. quæst. 9. Farin. de testib. quæst. 69. num. 1. cum seqq. Caputaq. dec. 278. num. 2. par. 3. Mantic. decis. 317. num. 7. Gregor. XV. decis. 517. num. 14. & 572. nu. 3.*

Sexto, & vltimo non obstat sententia lata pro assecuratione dotium ex causa vergentiæ viri ad inopiam, quia ex ea non infertur necessario ad
22 non existentiam aliorum bonorum cum possent alia bona remanere, & vt dicatur constare de sufficienti excussione rigorose ad illã est deueniē-
23 dum per Iudicem nec alio modo quam vt supra dictum est probari potest *l. 1. vers. bonis eius excussis, C. de reuocat. his quæ in fraud. credit. Iacob. de Aret. & Benedict. de Barz. in tract. de discussionibus vtrobique num. 1. 2. & 3. Rom. dict. cons. 93. num. 7. & 221. num. 3. & 4. cum alijs vbi supra.* In omnem casum lata fuit dicta sententia non citatis Ga-
24 leottis qui veniebant citandi tanquam † prætensi creditores, nec citato Pirro Nuto fideiussore, vt firmatum fuit in dicta decisione in hac causa 9. Maij 1642. §. *nec etiam obstat,* & docent *Bart. in l. decem, versic. quæro in excussione, ff. de verbor. oblig. Bald. in l. auctore, num. 1. C. de euict. Pirr. Maur. de fideiussor. part. 2. sect. 5. dicto cap. 3. num. 2. Henriq. eidem tract. d. cap. 27. p. 1. n. 8. Surd. decis. 256. num. 17.*

Et ita resolutum vtraque parte informante &c.

Decisio ista emanata in hac eadem causa sub die 9. Maij 1642. coram eodem Reuerendiss. Archiepiscopo Terraconen. erit infra in Appendice.

R. P. D. CARRILLO.

posteà Præside VALLISOLETANO.

Barchionen. Parochialis, seu Vicariæ.

Mercurij 10. Iunij 1643.

ARGVMENTVM.

Vnio Ecclesiarum vbi in aliquo actu probatur effectuata, ita in omnibus effectuasse præsumitur; Hinc denegatur Remissoria ad probandam ineffectuationem illius, cuius contrarium ex alijs actibus per scripturas probatis, iustificatur.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria denegatur vbi contrarium illius, quod per testes probari prętenditur, remanet ex scripturis iustificatum, & num. 8.*
2 *Pręsentatio dicitur fructus vnionis; illusque vigore competit.*
3 *Pręsentatio referri debet ad causam vnionis vbi de alio Iurepatronatus non constat.*
4 *Vnionis titulus vniuersalis ex vnico actu tribuit possessionem quoad omnes ab illa deriuantes.*
Possessione etiam in vnico actu probata, vbi causa est vniuersalis, sufficit quoad omnes alios actus deriuantes ab illa num. 4. & 5.
5 *Vnionis probata effectuatione in aliquo actu, in omnibus illa iustificata præsumitur. & n. 6.*
6 *Vnio vbi probatur effectuata quoad aliquas Ecclesias censetur effectuata etiam quoad alias.*
Amplia conclusionem fortius procedere si omnium Ecclesiarum vnio fuerit sub vna tantum oratione concepta num. 7.
9 *Remissoria non conceditur ad probandum per testes id de quo solet confici scripturas.*
10 *Curam animarum esse puta penès Decanum satis conuincitur ex præcedenti titulo vnionis, dum ille præsentat Vicarium.*
11 *Immemorabilem ad excludendam sufficit vnius actus in contrarium.*
12 *Per Errorem, ea, quæ fiunt non nocent.*
13 *Immemorabilis in probatione requiritur quod non adsit memoria in contrarium.*
14 *Remissoria facilius denegatur quoties petitur ad retardandam executionem prouisionis Apostolicæ.*
15 *Remissoria vbi petitur aduersus prouisionem Apostolicæ, requiritur, quod procurator habeat speciale mandatum ad consentiendum sequestro.*
Et facultatem promittendi de stando vnicæ, ibidem.

DECISIO CCIII.

DENEGARVNT Domini remissoriam, quia articulatur ineffectuatio vnionis huius parochialis factæ Decnatui de anno 1324. ac præscriptio immemorabilis prouidendi eamdem Ecclesiam per concursum, cuius tamen contrarium conuincitur ex scripturis in actis exhibitis pro parte Decani, & eius Prouisi, quando autem probari
1 prętenditur per testes† id cuius contrarium apparet ex scripturis denegatur Remissoria. *Rot. dec. 1460. num. 3. coram Seraphin & dec. 351. nu. 1. coram Buratto, & dec. 453. nu. 6 coram Durano, & dec 235. nu. 11. & 12. par. 5. recent.*

Effectuatio enim dictæ vnionis probatur ex continuatis præsentationibus factis per dictum Decanum Episcopo ad hanc Parochialem, vt in eius Summario *num. 7.* quæ sufficiunt, cum præ-
2 sentatio dicatur fructus vnionis † eiusque vigore competat, vt in terminis resolutum fuit in *decis. 441. num. 5. & 6. part. 3. recent. tom. 2.* vbi quod dum de alio iure patronatus non constat præsentatio-
3 nes† referendæ sunt ad causam vnionis, & idem fuit dictum in *Barchinon. Vicariæ S. Eulaliæ 12. Decembris 1639. coram bon. mem. Coccino confirmata sub die 2. Martij 1640. coram eodem, & inter recent. decis. 204. nu. 5. & 6. par. 2. & dec. 37. nu. 7. par. 4.*

Neque ad hunc effectum requiritur probatio omnium effectuum, qui ab vnione sequuntur, sed sufficit aliquem fuisse probatum, quia propter ti-
4 tulum vniuersalem vnionis† ex vnico actu acquiritur possessio quoad omnes alios ab eadem causa deriuantes iuxta *doctr. Bald. in l. 1. nu. 34. vers. tu dic, de emancip. liber. Felin. in cap. auditis num. 18. de præscript. Marescott. var. resolut. lib. 1. cap. 11. num. 27.*

num. 27. Seraphin. decis. 1047. num. 1. & 2. Add. ad Greg. decis. 557. num. 10.

Vnde pater nihil aduersari, quod Decanus nusquam perceperit redditus huius Ecclesiæ, vel similia, quia adhuc remanet probata effectuatio
5 in actu possessiuo præsentationis, *Garz. de benef. par. 22. cap. 2. num. 290,* Iuncto maximè quod pluries fuit decisum hanc vnionem fuisse effectua-
6 tam quoad alias Ecclesias vnitas † quo fit vt in hac etiam præsumatur habuisse effectum, *Rot. decis. 87. numer. 9. coram Durano, & decis. 221. num. 7. par. 6. recent. Add. ad Gregor. in dicta decis. 557. num. 9. & seqq.* præsertim quia omnium
7 Ecclesiarum vnio † in præsenti sub vnica oratione concepta, *Rota decis. 196. numer. 10. & seqq. par. 7. recent.*

Quæ articulantur de cura animarum, & de collationibus factis per concursum nullius sunt momenti. Tum quia repugnantur scripturis extractis ex publico Archiuio Episcopali, in quibus legitur collationes fuisse factas personis per Decanum præsentatis contra quas propterea
8 scripturas † non debet admitti probatio per testes, vt supra fuit firmatum, tum quia non datur
9 Remissoria ad probandum per testes actus, † in quibus solet confici scriptura, vt in specie de collationibus ad effectum denegandi Remissoriam, dixit *Rot. in decis. 864. num. 1. coram Buratto, & in Terdonen. Canonicatus 5. Maij 1617. coram Eminentiss. D. Card. Io. Baptista Pamph.* cuius particula datur in Summario D. Decani *num. 8.* & stante præcedente titulo vnionis satis dicitur constare,
10 quod † cura sit penès Decanum, dum ipse Præsentat Vicarium, *Vital. in clem. 1. num 7. de off. Vicar. Rot. d. dec 204. num. 1. in fin. vers. tum ratione præsentationis, & sub num. 5. par. 2. recent.*

Allegata vero præscriptio immemorabilis prouidendi hanc Parrochialem per concursum pariter diluitur ex supradictis præsentationibus factis per Decanum, quarum vigore Episcopi pro tempore collationes fecerunt absque concursu ad fauorem præsentatorum spatio 200. annorum, & vltra. Ad excludendam enim præscriptionem im-
11 memorabilem † vnicus tamen actus contrarium sufficit *Cagnol. in l. semper in stipulationibus, num. 12. ff. de reg. iur. Bero. consil. 5. num. 23. lib. 1. Surd. cons. 293 num. 23. & 24. Gregor. decis. 162. nu 9 vbi Add. nu. 15*
12 & quatenus post Constitutionem Pij Quinti fuisset facta collatio per concursum non noceret Decano, quia præsumeretur facta per errorem, *Lother. de re benef. lib. 2. quæst. 31. nu. 25. Rota decis. 52. nu. 9. par. 4. recent.* & in his terminis fuit dictum in *d. Barchinonen. Vicariæ S Eulaliæ 12. Decembris 1639. coram bon. mem. Coccino. §. fin.* & stante dictis prætensionibus non potest dici, quod non adsit memo-
13 ria in contrarium, † vt requiritur in probatione præscriptionis immemorabilis, *Put. decis. 426. n. 2. & 3. lib. 2. in correct.* & fuit dictum in *d. Terdonen. Canonicatus 5. Maij 1617 coram Card. Pamphilio.*

Præterea eo libentius Domini denegarunt Re-
14 missoriam, quia † illa petitur ad retardandam executionem prouisionis Apostolicæ, *Rota decis. 212 num. 7 par. 1 & decis. 271. num. 3. part. 2. recent.* & quia procurator non habet mandatum speciale
15 ad consentiendum sequestro, † & promittendum de stando vnicæ vt requiritur in beneficialibus, *Coccino decis. 246. num. 3. Scraph. decis. 555. num. 3.* & ex vtroque capite Remissoria denegata fuit in *Elnen. Canonicatus 17. Februarij 1631. coram Eminentissimo D. Card. Vbaldo,* vt in particula data in Summario dicti Decani *num. 9.*

Et ita vtraque &c.

DECISIO CCIV.

R. P. D. BICHII

Romana Pecuniaria.

Lunæ 15. Iunij 1643.

Est impressa inter Bichio in Tom. 1. Decis. 135.

REVERENDISS. P. D. CERRO SACRÆ ROTÆ DECANO.

Romana Dotis,

Lunæ 15. Iunij. 1643.

ARGVMENTVM

Hæres de restituendo grauatus, si sibi hæredem instituit eademmet personam, cui restituere tenebatur, dicatur ne liberalitatem exercuisse, vel potius testatoris adimplere præceptum eo in casu, quo sibi disponendi facultas fuerat concessa, ad ornatum tex. in l. 1. §. vnum ex familia ff. de leg. 2. & in l. si spõsus §. si quis rogatus ff. de don. inter vir & vxor.

SVMMARIVM.

1 *Exceptiones omnes, quæ obstabant defuncto, eius obstabant hæredi,*
2 *Substitutur dicitur succedere testatori, non hæredi grauato, & nu. seqq. vbi de materia.*
3 *Substitutio facta sub conditione euanescit ob defectum illius.*
4 *Substitutus dicitur succedere hæredi grauato non testatori, quoties ille habebat facultatem relinquendi bona cui vellet. & nu. 7.*
5 *Tex. in l. 1. §. vnum ex familia ff. de leg. 2. declaratur.*
6 *Hæres grauatus relinquendo substituto non dicitur dedisse de suo, quod de alieno restituit.*
8 *Hæres de restituendo grauatus etiam quod haberet liberam disponendi facultatem, tamen si substituto reliquit, præsumitur testatoris fidem exoluere voluisse, & nu. seqq. vbi vide.*
9 *Defunctum sepè aliquid voluisse credimus, quod tamen non rogauit.*
10 *Filij in conditione positi ex statuto Vrbis vocati dicuntur.*
11 *Hæres de restituendo grauatus non potest apponere onus fideicommissi, aut aliud grauamen adiungere.*

DECISIO CCV.

Anna Crescentia tanquam hæres Lautæ Crescentiæ creditricis Maximiliani Caffarelli vsque, & de anno 1590. occasione suæ dotis iudicium

dicium pro illius recuperatione instituit, contra nonnullos creditores posteriores, qui prætiũ Casalis Tuffelli per eum venditi bo. mem. Cardinali Burghesio in locum eiusdem Casalis à sanct. me. Paulo V. subrogatum receperat cum cautione de restituendo prioribus, & potioribus, & inter alios conuenit fratres de Euangelistis, qui sex loca montium ex dicto pretio, & sub dictis vinculis empta detinebant contra quos commissa causa in Rota Reuerendiss. D.Decano, & disputato dubio an instrumentum dotale esset exequendum DD. sub die 14. Februarij 1642. affirmatiuè responderunt.

Emanata hac resolutione Com. Io.Franciscus Albanus creditor etiam Maximiliani, qui ex dicto pretio fuerat satisfactus, illudq; in tot locis Montium fidei sub eisdem vinculis inuestiuerat, necnon Leuizarij & Berlendi ad quos ex Comite hæc loca deuenerant audito quod Anna etiam contra eos supradicto nomine hæreditario Lauræ experiri satagebat eum preuenientes obtinuerunt mihi committi causam iactationis & iactationẽ ex *remed. l. diffamari C. de ingen. & manumis.* quapropter proposui idem simile dubium, An instrumentum dotale sit exequen. & non esse exequen. responsum fuit.

Quia Anna agit tanquam hæres Lauræ, & decisio Reuerendiss. D. mei Decani ad eius fauorẽ emanauit cum hoc supposito, & tamen hodie constat illam non esse talem sed esse heredem particularem Crescentij, qui ei reliquit omnia bona mobilia, quæ tempore sui obitus reperirẽtur in vrbe extra palatium, seu domum habitam per eius hæredes, ac etiam bona omnia, iura, & actiones quascumque per ipsum testastorem reperta in hæreditate Lauræ suæ germanæ sororis, ac proinde sicuti Crescentius propter obligationem in solidum cum Maximiliano fauore Comitis repelleretur exceptione *l. vindicantem ff. de euict.* ita etiam repelli debet Anna eius hæres cui obstant omnes exceptiones, quæ obstarent Crescentio eius Auctori *l. cum à matre, C. de rei vendicat. l. venditrici, C. de rer. alienan. non alienan. l. sæsa, ff. de euict. Roman. cons. 740. in fin, Rota in recent. decis. 430. nu. 4. par. 3. & decis. 48. num. 4. par. 7.*

Quod autem Anna non sit hæres Lauræ, sed Crescentij, qui est effectus præsentis disputationis deducebant DD. quia licet ipsa in testamento
2 Lauræ fuerit substituta Crescentio, † & substitutus dicatur succedere testatori, non autem hæredi grauato, *l. cohæredi, §, cum filiæ. ff. de vulgar. & pupill.* fuit animaduersum eius substitutionem non habuisse effectum, quia fuit facta sub conditione, si Crescentius institutus de illis non disposuerit iuxta facultatem amplissimam sibi à Laura tributam, quæ conditi defecit per dispositionem à Crescentio factam, & per consequens Anna non dicitur succedere Lauræ in vim substitutio-
3 nis, † quæ euanuit ob defectum conditionis, sub qua facta fuit *l. 1. C. de instit. & subst. Dec. cons. 46. num. 16. vers. vnde videndum est. Honded. cons. 78. nu. 32. & seqq. lib. 1. Simon. de Pretis de interpr. vlt. volunt. fol. 316. nu. 16. cum alys per Fusar. de subst. quæst. 444. num. 1.* sed successit Crescen-
4 tio ex cuius dispositione, † & liberalitate habuit ista bona, quæ ipse relinquere poterat, cui vellet *l. 1. §. sciendum, ff. de leg. 3. Surd. cons. 29. nu. 18. Fus. cons. 63. nu. 14. & 3. & sno tract. q. 511. nu. 2. Peregr. decis. Patauin. 106. num. 3. cum seqq.*

5 Nec aduersatur textus *in l. 1. vnum ex familia § si de falcidia ff. de leg. 2.* disponens quod si hęres grauatus restituere hæreditatem Sempronio post mensem instituat hæredem Sempronium, adhuc Sempronius bona huiusmodi restitutioni subiecta habere dicatur à grauante non à grauato, quasi
6 quod hæres grauatus relinquendo substituto non dicatur dedisse de suo, quod de alieno restituit, vt latè illum textum explicant *Paris. consil. 75. numer. 15. & seqq. lib. 2. Crauett. cons. 144. n. 1. sub vers. & pro fundamento, & num. seq. Surd. d. cons. 29. nu. 3. vers similiter sit hæres. Menoch. cons. 1107. num. 1. cum alys per Fusar.* vbi supra *d. quæst. 511 num. 5. cum seq.*

Quia præfatus textus, & DD. supra citati loquuntur de hærede grauato, qui iussu testatoris cogitur omnino restituere hereditatem & solum habet facultatem eligendi vnum ex pluribus vocatis quo casu verissimum est taliter electum non capere ab eligente, sed à primo testatore, cui successit mediante persona eligentis, facultas enim necessariæ electionis propriæ liberalitatis beneficium non est, *& nihil de suo creditur reliquisse, qui quod reliquit omnino reddere debuit*, vt sunt verba textus, secus quando prout hic hæres nulla adstringitur necessitate restituendi, sed habet liberam, & absolutam facultatem disponendi, &
7 relinquendi cui maluerit, † tunc enim si hæres habens huiusmodi absolutam facultatem instituit aliquem taliter institutus dicitur succedere ipsi hæredi disponenti, & ab eius liberalitate capere hæreditatem de qua erat in eius potestate disponere, & non disponere cuique vellet suo arbitrio relinquere, vt distinguendo tradunt *Surd. d. cons. 29. numer. 18. Fusar. & Pereg. loco supracitato.*

Prout etiam non intrat replicatio quod supradicta procederent quando Crescentius habens liberam facultatem disponendi disposuisset fauore alterius, quam substituti secus dum substituto
8 relinquit † quasi quod relinquendo substituto præsumatur potius voluisse fidem Lauræ Testatricis exoluere, quam de suo dare, vt scilicet plenius defunctæ voluntatem impleret, vt apertè decidit *tex. in l. si sponsus, §. si quis rogatus, ff. de donat. inter vir. & vxor.*

Quia licet hoc motiuum in quo totam vim suam faciebat Informantes pro Anna præseferret magnam difficultatem, & apud DD. etiam magni ponderis propter verba clara textus qui videtur hunc casum dedicere, ibi, *Si quis rogatus sit percepta certa quantitate vxori suæ hæreditatem restituere, & his sine deductione restituerit Celsus scripsit magis pleniori officio præstandæ fidei functum maritum, quam donasse videri.* & rectam rationem adiiecit; quod plerique magis fidem exoluunt hoc casu quam donant, nec de suo putant proficisci, quod de alieno plenius restituunt voluntatem defuncti sequuti, nec immerito sæpe enim credimus
9 aliquid defunctum voluisse, † & tamen non rogasse quem textum expendunt in suis terminis, *Facchineus contr. iur. lib. 5. cap. 7. cons. sed vers. cõtraria sententia. Caleas de iur. emphyt. par. 3. cap. 4. num. 4.*
cum

cum seq.Fontanell.de pact. nupt. tom. 2.claus. 5. glos. 8. num. 23.

Adhuc tamen visum fuit posse euitari non solum aduertendo differentiam inter casum dictæ legis, & nostrum ex quo in caso legis hæres tenebatur præcisè, & purè restituere hæreditatem substituto,& solum poterat deducere certam portionem, quam non deduxit in casu nostro autem Crescentius nihil cogebatur restituere Annæ, sed poterat de omnibus bonis plenè, & absolutè disponere, prout cum effectu disposuit. Vnde dici debet restituisse substituto dum ipse disponendo cessare facit, & deficere substitutionem que effectum sortiri debebat solum casu quo Crescentius non disposuisset, sed etiam (& hæc responsio magis placuit) quia Crescentius non disposuit solum, & simpliciter ad fauorem Annæ, sed etiam
10 fauore filiorum quos posuit in conditione, † & sic vocasse censetur, iuxta dispositionem *Statut. Vrb. lib. 1. cap. 142.* neque hic suam dispositionẽ conclusit, sed vlterius progrediens mandauit, vt decedente Anna sine filijs bona distribuerentur pauperibus per Comitem Franciscum Crescentium *Summ. num. 2.* Ex his enim apertè conuincitur ipsum non intellexisse purè, & simpliciter restituere Annæ; sed voluisse potius vti facultate disponendi sibi concessa, & de dictis bonis tanquam suis plenè, & in totũ disposuisse, alias enim si intellexisset simpliciter hæreditatem restituere
11 non potuisset apponere onus fideicommissi ad fauorem filiorum, nec adiungere aliud grauamen distribuendi Pauperibus, in casu quo Anna substituta sine filijs decederet *ad not. in d. l. vnum ex familia, §. sed si fundum, vbi DD. ff. de leg. 2. Molin. de primog. Hispan. lib. 2. cap. nu. 10. cum, alijs per Fusar. de substit. d.q. 511. num. 5. & per totam.*

Nec contrarium deducitur ex præcepto Crescentij de soluendis certis debitis postquam dos Lauræ fuerunt restituta, ex quo videtur inferri Crescentium agnouisse, quod bona Lauræ non erant effecta proprium Patrimonium, cum alias si fuissent effecta propria non potuisset eligere certos creditores, exclusis alijs, quia cum Crescentius instituerit Annam filiam hæredem tantummodo particularem in mobilibus, & iuribus, vt supra, hæredes autem vniuersales fecerit Fancișcum, & Antonium de Serlupis specificatio creditorum facta non fuit ad exclusionem cæterorum, quibus etiam volens Crescentius præiudicare non potuisset, sed potius ad exonerationem hæredum vniuersalium, & ad declarandum, quod intentio Testatoris erat, vt debita specificata soluerentur ab Anna ex bonis Lauræ sibi cum hoc onere relictis, vt ex verbis testamenti, ibi, *reliquit D. Annæ Crescentiæ &c. omnia bona iura &c.* per ipsum Testatorem reperta in hæreditatem Lauræ &c. cum onere soluendi debitum &c. hinc autem non eruetur animus excludendi creditores non nominatos, sed solum voluntas minus grauandi hæredes vniuersales, eosque exonerandi ab ipso solutionibus, quas specialiter Annæ iniunxit.

Demum non afficit, quod præter obligatione insolidum Crescentij ad fauorem creditorũ Maximiliani Anna illius hæres agere non potuisset pro recuperatione dotis Lauræ, quam Crescentius in primis, & ante omnia restitui mandauit, quia vendito Casali Tuffelli pretio scutor. 3700. portio scut. 3500. fuit inuestita in locis montium multiplican. vsque ad summam 28. mil. primario pro securitate emptoris, & secundario pro fideicommisso, & vocatis ad illud alia portio scut. 25. mil. fuit soluta illa Maximiliani Creditoribus, qui habebant obligatos Crescentios, præstita fideiussione restituendi prioribus, ex potioribus creditoribus Maximiliani qui haberent obligatos dd. de Crescentijs. Residuum verò scutorum 8590. fuit inuestitum in locis montium, vt ex eorum fructibus satisfieret reliquis creditoribus Maximiliani non habentibus fideiussores Crescentios. Vnde licet Anna propter exceptionem l. vindican. non potuisset auocare pecunias solutas Maximiliani creditoribus, potuisset tamen recuperare dotem Lauræ super multiplico scut. 7500. quod specialiter fuit ordinatum pro satisfactione creditorum non habentium obligatum Crescentium (quale est debitum dotis de quo agitur) cum super illo translatæ fuerint omnes hypothecæ, quibus erat obnoxium Casale Tuffelli. Vnde ex ordinatione restituendæ dotis, non arguitur Crescentium instituisse Annam potius animo restituendi dotem Lauræ, quam de proprio disponendi, & satis esse debet Crescentium in hæreditate Lauræ aeposuisse noua onera etiam fauore filiorum à Laura non vocatorum ad hoc, vt arguatur voluntas disponendi tanquã de re propria, si enim fidem Lauræ exoluere intellexisse eiusque voluntatem pinguius implere hæreditatemque simpliciter restituere, nec noua pacta apponere, nec alias personas comprehendere potuisset, ex traditis in supracitata *l. vnum ex familia* cum cæteris superius alegatis &c.

Et ita vtraque. &c.

Decisio ista emanata in hac eadem causa coram bo. me. Dunozetto sub die 14. Februarij 5642. erit inter suas mox edendas.

DECISIO CCVI.

R. P. D. BICHIO.

Bononien. Fideicommiss. de Vizzanis.

Luna 15. Iun. 1643.

Est Impressa inter Bichio in Tom. 1. Decis. 134.

DECISIO CCVII.

R. P. D. BICHIO.

Romane Hæreditatis de Fabijs.

Veneris 19. Iunij 1643.

Est impressa inter Bichio in Tom. 1. Decis. 137.

R. P. D. CARRILLO.

Postea Præside VALLISOLETANO.

Rheginen. seu Salernitana Bonorum.

Veneris 19. Iunij 1643.

ARGV.

ARGVMENTVM.

Obligatio carcerati ad fauorem sui creditoris facta, si pro illo carceratus detinebatur, nullius est roboris, vel momenti, quod procedit vbi carceratio detegitur, iniusta, vel inualida, secus si valida & iusta. Sententia quando possit ferri extra diem cadentis citationis. Absolutio à iuramento an sit necessaria in obligatione facta in carcere, & an plures requirantur absolutiones, vbi plura interuenerunt iuramenta.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio illi conceditur, de cuius anteriori possessione constat.*

2 *Clausula constituti trasfert possessionem in constitutarium etiam ad effectum manutentionis.*

3 *Obligatio facta in carcere ad fauorem creditoris, ad cuius instantiam debitor detinebatur carceratus nullius est roboris, vel momenti.*

Intelligi conclusionem procedere vbi debitor iniustè carceratus detinebatur, secus si iuridicè, & validè. num.4.& 5.

5 *Carceratio iniusta dicitur vbi iuris ordo seruatus non fuit.*

6 *Sententia lata sub die in qua non cadebat citatio, perinde est ac si sine citatione lata fuisset.*

7 *Sententia potest ferri etiam post aliquos dies cadentis citationis, absque eo quod illa reiteretur, vbi in die qua cadit citatio accusatur rei conuenti, contumacia.*

Et in hoc attenditur stylus loci circa tempus, quo illa promulgari potest. num.8. sed vide num. 11.

9 *Consanguineus, aliaque persona coniuncta admittitur in iudicio ciuili, etiam sine mandato.*

10 *Reus attenta comparatione personæ coniunctæ non dicitur contumax vbi agitur in iudicio ciuili.*

11 *Sententia licet ferri possit etiam post diem, in qua cadit citatio hoc tamen procedit vbi tantum die immediate sequenti illla promulgetur.*

12 *Stylus tantum attenditur, quantum secundum consuetum ille seruetur, ita quod nihil vltra solitam obseruantiam suppleri possit, & nu.13.*

14 *Ritus magnæ Curiæ Vicariæ Regni Neapolis, non habet locum contra clericos, & num. sequen.*

16 *Stylus, seu consuetudo repugnans immunitati Ecclesiasticæ nullo vnquam tempore præscribitur.*

17 *Corruptela dicitur non consuetudo, quæ est contra immunitatem Ecclesiasticam.*

Constitutio Synodalis non sufficit aduersus Ecclesiasticam immunitatem. n 17.

18 *Absolutio à iuramento non est necessaria vbi agitur de obligatione in carceribus facta.*

19 *Absolutiones à iuramento tot esse debent, quot sunt iuramenta.*

20 *Absolutio à iuramento, vbi plura sunt iuramenta sufficit, quod verbis generalibus fuerit concepta.*

21 *Absolutio à iuramento obtenta post sententiam suffragatur vbi antea de ea non fuit oppositum.*

22 *Creditori cui fuerunt per debitorem data bona in solutum, licet manutentio non competat ob inualiditatem dationis in solutum, competit tamen retentio.*

Intellige conclusionem procedere vbi creditum est omnino liquidum, alias secus num.23.

DECISIO CCVIII.

CONCESSA coram R.P.D. meo Peutingero manutentione in bonis, de quibus agitur, ad fauorem Ioannis Thomæ contra D. Principem Satriani, iste adiuit Signaturam, & causam mihi committi obtinuit cum facultate manutenendi, quem de iure quamobrem dubitaui, cui nam sit danda manutentio, & eam esse dandam Ioanni Thomæ fuit responsum, quia tam ex instrumento dationis in solutum horum bonorum factæ per ipsum ad fauorem Principis, quam ex depositionibus duorum testium nouiter examinatorum constat de eius anteriori possessione ob quam,
1 conceditur manutentio *cap. licet causam. de probat. Bart. in l. si duo, in princip. n.4. ff. vti possid. Couarr. pract. quæst. 16. vers. 12. in hac controuersia, latè Menoch. de retinen. rem. 3. n.723.*

Non obstat quod à dicta possessione Ioannes Thomas ceciderit facto proprio dum bona huiusmodi dederit in solutum D. Principi suo creditori cum clausula constituti, quæ transfert pos-
2 sessionem in constitutarium etiam ad effectum manutentionis *l. quod me, l. interdum, ff de acq. poss. Rota dec 551. n.4. part. 2. recent.* & fuit dictum in *Romana palatij 16. Nouembris 1639. coram me*, quia cum instrumentum dictæ dationis in solutum fuerit factum tempore quo prædictus Io Thomas prætensus debitor detinebatur in carceribus ad
3 instantiam eiusdem Principis † nullius est momenti, vt expresse decidit *text. in l. qui in carcerem, ff. quod. met. caus. l. si quis Sempronium, ff. de hæred. inst. Guttier. de iuram. confirmat. par. 1. cap. 57. & seqq. par. 6 recent.* & in terminis fuit dictum in *Neapolitana Domorum 13. May. 1641. coram Eminentiss. D. meo Card. Hieronymo Verospio.*

Et quamuis hoc non procedat, quando is qui
4 obligationem fecit in carceribus † erat valide, & iustè carceratus, vt aduertunt *Bart. in d. l. qui in carcerem, num. 1. ff. quod met. caus. & ibid. Bald. prima lectura, vers. item etiam, Alber. num. 2. Less. de inst. & iur. lib. 2. cap. 17. dub. 6. num. 36. in fin. & n.41. Rota decis. 122. num. 7. par. 6. recen.* in præsenti tamen clare constat de inualiditate carcerationis
5 ob non seruatum iuris ordinem, *Cuman. cons. 157. per tot. Guttier. de iuram. confirmat. d cap. 57. num. 7. vers. diceris; Farinac. tit. de carceribus tom. 2. par. 1. quæst. 35. num. 28. Afflict. decis. 149. num 1. Rot. decis. 26. num. 7. par 6. recent.* Actum enim fuit vigore litterarum executorialium relaxatarum in vim sententiæ latæ sub die, qua non cadebat citatio,
6 & sic perinde est ac si sententia prolata fuisset sine citatione. *Bart. in l. aut, qui aliter, in princ. & in l. vlt. §. final. ff. quod vi, aut cl, Vant. in tit. de nullitat. ex defect. cit. num. 73. Rot. decis. 252. num. 2. & decis. 340. num. 1, par. 1. recent. & decis. 546. n.6. coram Greg. XV.*

Quæ quidem nullitas non tollitur ex eo, quod accusata rei conuenti contumacia in ipsa die,
7 qua cadebat citatio, possit sententia ferri post aliquot dies absque alia citatione, *Bald. in l. cum non eo die, num 1 vers. ego contrariam consului quand. prouoc. non est necess Doct. in cap. consuluit* & præcipuè *Felin. nu. 4. vers & nota. de offic. de legat. Decian. cons. 18. num. 212. lib. 1.* attento maxime stylo Curiæ illarum partium de pronunciando per triduũ post

8 post † accusatam rei conuenti contumaciam *Rota decis. 141. n. 3. coram Durano.*

Quia hoc non procedit, quando tempore cadentis citationis nomine rei conuenti legitimè comparitum fuit prout in casu nostro factum
9 fuit per coniunctam personam, † sicuti fieri potuit in iudicio profano ad defensionem etiam sine mandato *ad text. in l. sed & hæ personæ ff. de procurat. Rota decis. 6 num. 1. vers. in profana tamen, de procurat. in nouis, ibiq. Add. & decis. 34. num. 1. eod.*
10 *tit. in antiq.* qua comparatione attenta † reus conuentus non potest dici contumax, *cap. 2. vbi glos. vers. contumaciter, de dol. & contum. l. contumacia, in princ. & §. 1. vbi etiam glos. ff. de re iud.* & in terminis dixit *Rota in decisione 409. num. 2. in fin. par. 1. recent.* Immo hunc modum proferendi sententias in contumaciam post lapsum diei, qua cadebat
11 citatio Rota aliâ reprobauit † nisi quando prolata fuisset sententia die immediatè sequenti, vt de magis communi testatur in *decis. 365. num. 4. par. 1. recent.* sententia verò in præsenti fuit lata post decem dies adeo, quod quatenus etiam adesset contumacia, & stylus exaduerso allegatus proferendi sententiam per triduum post accusatam contumaciam esset legitimè probatus adhuc non posset suffragari vltra triduum, enim stylus
12 habet de potentia, † quantum de vsu sicut dicimus de consuetudine, *Bald. in l. final. vers. vnum aliud scias, C. communis vtriusq. iudic. Cephal. cons. 26. num. 17. Roland. cons. 94. num. 17. vol. 2. Surd. consil. 424. num. 43. Rot. decis. 288. in fin. par. 1. recent.* ni-
13 hilque debet in eo suppleri † vltra solitam obseruantiam, vt inquit *Bald. in consil. 275. in fin. volum. 2. Surd. consil. 371. numer. 3. Osach. decis. 29. num. 16*

Præterea executoriales prædictæ quicquid exaduerso dicitur relaxatæ fuerũt vigore ritus magnæ Curiæ, vt patet ex lectura sententiæ, & ta-
14 men ritus magnę Curiæ, † non poterat habere locum contra dictum Io. Thomam Clericum, vt articulo maturè discusso firmatum fuit in *Baren. seu Neapolitana pecuniaria 24. Maij 1641. coram R. P. D. meo Rojas, & in Hidruntina pecuniaria 26. eiusdem mensis, & anni coram bon. mem. Merlino* allegatis in decisione huius causæ emissæ sub *die 13. Iunij superioris anni coram R. P. D. meo Peutinge-*
15 *ro*, & in hac sententia residet † Rota, vt benè examinata materia deducitur in præcitatis Baren. & Hidruntina quicquid ex abundanti fuit dictum in *Neapolitana pecuniaria 5. Iulij 1632. coram Eminentissimo Domino meo Card. Hieronymo Verospio*, ibi, *& dabat præterea &c.*

Nec releuat assertus stylus illarum partium dandi viam executiuam ritui magnæ Curiæ etiã contra Clericos, quia quatenus esset legitimè probatus non esset attendendus tamquam repugnas immunitati Ecclesiasticæ contra quam pe-
16 nitus exemptam à potestate laicali nullo tempore poterit aliquis stylus induci, seu præscribi, *cap. ad audientiam, de consuetud. cap. inter. cap. causam quæ, de elect. Carot de Grass. de effect. 1. num. 377.*
17 *& seqq.* vbi quod est corruptela, † immò nec sufficere constitutionem Synodalem fuit declaratum in *d. Baren. seu Neapolitana coram R. P. D. meo Rojas.*

Prout non officit exceptio periurij, quia vltra quod in hoc casu, vbi agitur de iuramento appo-
18 sito † in obligatione facta in carceribus non videtur esse necessaria absolutio per ea quæ tradunt *Roland. à Valle cons. 2. num. 76. & seqq.* & præcipuè *nu. 82. lib. 1. Guttier. de iuram. confirmat. par 1. cap. 57. numer. 19. vers. sed pro contraria*, & sentit *Rota in decis. 26. num. 49. par. 6. recent.* cessat penitus difficultas ex absolutione obtenta de qua in hodierno Summario *num. 5.* & quidem omnium iuramentorum in dicta obligatione contentorum, ibi, *petijt, & obtinuit à iuramento seu iuramentis in dd. instrumentis præstito, seu præstitis tot quot sint cuiusuis generis, & speciei ad effectum agendi tantum absolui &c.* adeo quod dubitari non possit quin adsint
19 tot absolutiones † quot iuramenta prout requiritur ex *Felin. in cap. constitutus, num. 14. de rescript. Paris. consil. 99. num. 18. lib. 1. Roland. consil. 240. n. 5. lib. 1. Rot. penès Zacch. post tract. Galles. de oblig. Cameral. decis. 29. num. 3. & 4.* & quod sufficiat abso-
20 lutio † verbis generalibus concepta tenet *Marescott. variar. resolut. lib. 2. cap. 84. n. 6 & seqq.* & licet absolutio obtenta fuerit post latam sententiam ab A. C. super inualiditate carcerationis, & obligationis in carceribus factæ adhuc tamẽ Io. Tho-
21 mas est audiendus, † quia nunquam fuit appositio de periurio ante absolutionem obtentam, ex benè ponderatis per *Surd. cons. 299. num. 21. & 22. Crauett. cons. 199. num. 12. vers tertio respondeo*, facit *Marescott. loco supra citato num. 16.* & sequitur *Fontanell. de pact. nuptial. claus. 7. glos. 2. par. 7. num. 7.*

Denique non facit, quod Principi nisi competat manutentio ob inualidam carcerationem,
22 & obligationem sui debitoris † competat saltem retentio pro suo credito, ex allegat. per *Surd. in decis. 46. num. 11. & 13.* quia quicquid sit, an hæc exceptio possit admitti in hac disputatione, certum est, quod creditum D. Principis non est omnino liquidum, immo est impugnatum, ac litigiosum, cum reus conuentus obtinuerit ab A. C. sententiam reuocatoriam litterarum executorialium quas pro credito prædicto princeps reportauerat quando autem creditum non est ita
23 liquidum, vt contrarium non possit probari in petitorio tunc non competit retentio, vt decidit eadem decisio *Surd. 46. in fin. & decis. 184. num. 6.* sequitur *Gratian. discep. 774. num. 13. & seq. Rota in decis. 1455. num. 1. coram Card. Seraphino, & in decis. 539. num. 1. & 6. coram Card. Caualerio.*

Et ita decisum vtraque parte informante &c.

R. P. D. ROIAS.

Postea ARCHIEPISCOPO TARRACONEN.

Ciuitatis plebis regressus.

Mercurij 10. Iunij 1643.

ARGVMENTVM.

Regressus ad beneficium per antiquum titularem reseruatus in actu impugnationis pensionis competit pensionario, quoties modernus titularis impugnat validitatem illius estò quod iuridicè impugnet, dummodò in reseruatione regressus fuerit impugnatio vetita ex quauis causa, & non alias aliter nec alio modo.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Validitas sententiæ resultat ex reuolutione actorum.*
2 *Regressum ad intentandum requiritur mandatum speciale.*
3 *Mandatum procurę speciale ex quibus verbis inducatur.*
4 *Regressui locus factus esse dicitur vbi fuit datum de nullitate pensiones sub qua fuit ille reseruatus, & nu.seqq.*
7 *Impugnatio pensionis, quoties iuridicè fit non facit locum regressui.*
Limita conclusionem, vt locum habere non possit quoties fuit impugnatio prohibita ex quauis causa n.8.
9 *Verba ex quauis causa intelligenda veniunt tàm de iure, quam de facto.*
10 *Testes concordes esse debent in materia confessionis extraiudicialis.*
11 *Regressui, vt quis renunciasse dicatur, requiritur, quod expresse de renunciatione constet.*
12 *Licentia data sub conditione conditionis adimplemento non probato suffragare non potest.*
13 *Procurator non potest remittere caducitatem incursam sinè speciali mandato.*
14 *Clausula*, sinè præiudicio iurium, *præseruat iura protestantis.*
15 *Pensiones receptæ cum clausula*, sinè præiudicio iurium, *non possunt regressum iam incursum remittere, & sup. nu.anteced.*
16 *Regressus ad beneficium an dicatur propriè pœna.*
17 *Consensus faciendi actum, plus operare non potest, quod ipse actus.*
18 *Regressus in dubio non præsumitur condonatus, & remissus.*

DECISIO CCIX.

FVit hodie resolutum sententiam A.C. latam ad fauorem R. P. D. Ciampoli super regressu ad beneficium B. Mariæ Montis Iouini resignatum D. Ioanni Petro Vgolino cum certis annuis pensionibus esse confirmandam tanquam validam, & iustam, validitas desumpta fuit ex reuolutione
1 actorum † dum concurrunt omnia requisita, de quibus per *Vall.decis.260.par.2.& in rec.decis.545. num.1.par.1. & 178.nu.1.par.2.*

Nec obstat adductus defectus mandati procu-
2 ræ specialis prout requiritur † pro intentando regressu iuxta *decis. Caputaq. 263. par. 2. & decis. 8. num.3.par.3.* quia venit dicendum mandatum procuræ exhibitum continere facultatem petendi egressum ex illis verbis, ibi, *ad petendum vigore iurium d. D. constituenti ex litteris Apostolicis quomodolibet competantium, in & super Ecclesia, &c. & ad singula alia omnia gerendum quæ ipse Dominus constituens facere posset, & si talia forent, quæ mandatum speciale requirerent*, quæ verba videntur indu-
3 cere mandatum speciale † iuncto mandato ad capiendam possessionem dicti beneficij in vim sententię A.C. latæ super regressu tradunt *Mantic.decis.227. num.2.Gregor.XV.decis.525. num. 4. & 5. & in recent.decis.103. num.13.par. 5.& 194.nu.13. par.6.& 240. num.2.par.7.& in Maceraten. Magazzeni seu manutentionis 28.Iunij 1641.coram bo. mem. Merlino.*

Iustitia vero sententiæ resultat ex eo quia in renunciatione dicti beneficij reseruatus fuit regressus in forma amplissima ad fauorem dicti R. P. D. Ciampoli casu quo daretur de nullitate pensionum reseruatarum ad eius fauorem in summa scut. 150. super diuersis titulis necnon alterius pensionis scut. 100. ad fauorem D. Ceruoni super Canonicatu Virginij Castaldi in Ecclesia
4 Eugubina, † qui casus euenit dum procurator specialis dicti Virginij Castaldi opposuit de nullitate d. pensionis scut. 100. & petijt, ac obtinuit illam ad maiorem summam reduci, ac de nullitate pensionis in specie dixit ob non factam mentionem primæ pensionis scut. 20. existentis in dicto Canonicatu prout requiritur ex *Cassad.decis. 3. & 4. vtrobique num.1.de pens. Garz.de benef.p.1. cap. 5.num.561 Caputaq.decis.301.num.1. 311.n. 4. par. 2. & in Regien.pensionis 27. Iunij 1636. coram bon.mem.Merlino*, vbi quod sufficit exhibere litteras prioris pensionis vnde fuit locus regressui
5 attenta forma litterarum Apostolicarum dantium illi normam. *Rebuf. in prax.benef.in tit.de regress.in fin. vers. vt ad rem. Lotter. de re benef. lib. 1. quæst. 40. numer. 271. Rota in Cremonen. pensionis 23. Iunij 1623.coram Vbaldo, & in Braccaren. Thesaurariæ 22.Iunij 1629.coram Pirouano in Theatina, seu nullius Abbatiæ 10. Decemb. 1640. coram Coccino, & in eadem 16. Maij 2641. coram R.P.D. meo Bichio.*

Nec pariter obstat, quod pro petendo regressu requiritur declaratio siue Iudicis siue partis, quia vtraque concurrir in pręsenti dum A. C. pronunciauerit super regressu, & D. Ciampolus declarauerit velle eo vti dum egit, nec fuit necessaria declaratio Ceruoni, cuius pensio fuit ab Vgolino siuè à Castaldo impugnata, quia dum regressus non legitur ad illius fauorem reseruatus, sed tantum ad fauorem D. Ciampoli in casu sequu-
6 tæ impugnationis siue reductionis pensionis† fuit bene locus regressui ob dictam impugnationem, siue reductionem pensionis scut. 100. ad scut. 80. *Put. decis. 81. lib.2.Lotter de re benef lib. 1. qu. 40. nu. 271.Rot. in d. Theatina seu nullius Abbatiæ 10. Maij 1641. coram R.P.D.meo Bichio.*

Minus releuat, quod impugnatio pensionis fuerit iuridica, nec propterea esse dicendum
7 viam fuisse apertam regressui † ex quo intelligitur in casum impugnationis iniustæ ex congestis *Ciarlin.controu. 36. num. 34. & 35.* dicta tamen conclusio limitatur in præsenti dum legitur pro-
8 hibita impugnatio pensionis † ex quibus causa, & cum clausula *non alias aliter, nec alio modo*, vt in proprijs terminis *Lotter de re benef.lib. 1. quæst. 40. num. 268. & seq. Rota in Placentina Decanatus 10.Nouemb. 3595.coram Penia penes Garz.de benef. par.4.cap.3.num.52.* vbi, quod ea verba, *ex quauis*
9 *causa* † veniunt intelligenda, tam de facto.quam de iure, *Maluas. cons. 12. incipit dum proponuntur num.24.lib.1.*

Non excusationem præbet prætensa licentia D. Ciampoli impugnandi, dictam pensionem, quia testes de ea deponentes patiuntur plures releuantes exceptiones, nec sunt concordes, prout requiritur cum modo annuant, modo renuant, & tamen est satis tritum, quod in hac materia
10 confessionis extraiudicialis † testes debent esse concordes.*Gabr.de probat.cōcl.1.n.7.Put.decis.466. num.*

num. 1. lib. 1. & par. 5. recent. decis. 187. num. 15. & 192. num. 22. vltra quod non deponunt fuisse
11 cassatum regressum, seu illi renunciatum, † de qua renunciatione debet expresse constare. *Paris. de resignat. benef. lib. 6. disput. 5. num. 92. Caputaq. decis. 16. par. 3.* sed deponuntur de licentia conditionali, nempe quoties pensio solueretur, & asse-
12 curaretur, † cuius conditionis implemento non probato licentia non suffragatur *ad l. qui accusare, C. de eden. Paris. cons. 5. num. 6. volum. 4. Gabr. cons. 72. num. 3. vol. 2. Paris. de resignat. lib. 1. quæst. 14. num. 9.*

Nec dicebant Domini obstare, quod fuerit remissa pœna regressus, primò ex eo quod procurator Dom. Ciampoli exegit ad computum pensionum scuta 75. secundo ex epistolis eiusdem. Ad primum enim respondebant Domini caduci-
13 tatem incursam † non potuisse procuratorem remittere sine speciali mandato, de quo non constat *Menoch. cons. 460. num. 14. Corbul. de caus. priuat. ob non solut. can. limit. 23. num. 16. Grat. cons. 2. n. 82. lib. 1. Bero. cons. 116. num. 11. lib. 1. Afflict. decis. 129. num. 6. Castill. decis. 74. num. 27.* vltra quod sola receptio pensionis compatitur cum regressa dum
14 ea sequuta fuit cum protestatione, † & sine præiudicio iurium sui principalis per quam fuerunt præseruata iura protestantis. *Corn. cons. 40. sub num. 10. vers. & etiam quia lib. 4. Cephal. cons. 222. num. 4. lib. 2. Bero. cons. 125. sub num. 1. vers. cum protestatione, & cons. 200. num. 7. & 11. lib. 2.* & in
15 materia † regressus *Gigas de pens. quæst. 73. num. 6. Magon. dec. Florent. 61. num. 20. Gratian. discept. 515. num. 7. & in puncto Rota in Cremonen. pensionis super regressu 23. Iunij 1623. coram Vbaldo, & post Cenc. de cens. decis. 535. num. 1.* & fuit etiam replicatum
16 regressum non dici propriè pœnam in † præsenti inhærentem rei traditæ, vt dixerunt *Ferdinand. à Castr. Palao oper. moral. par. 2. disput. 6. punct. 2. §. 1. n. 3. vers. si resignes. Lotter. de re benef. lib. 1. qu. 40. num. 293. Rot. in Theatin. seu nullius Abbatiæ 10. Decembr. 1640. coram Coccino, & 10. Maij 1640. coram R. P. D. meo Bichio.*

Ad secundum verò, & sic ad epistolas datas responsum fuit eas continere solum consensum
17 recipiendi pecunias, † qui non potest plus operari, quàm ipsa actualis receptio, quæ sicuti non præiudicat, vt in *dicta Cremonen. pensionis super regressu 23. Iunij 1623. coram Vbaldo,* ita in omnem
18 casum sufficit remissionem non esse claram, cum in dubio non præsumatur. *Rot. decis. 232. num. 12. par. 1. rec.*

Demum non obstat, quod actum fuerit pro cedula bancaria ad instantiam D. Ciampoli pro pensione, quia pro ea actum fuit de anno 1639. & sic antequam esset factus locus regressus.

Et ita resolutum vtraque parte informante.

REVERENDISS. P. D. CERRO

SACRÆ ROTÆ DECANO.

Toletana Canonicatus Pœnitentiariæ.

19. Iunij 1643.

ARGVMENTVM.

Tota electionis materia non minus doctè, quàm eruditè, in decisione declaratur ad quæstionem de duobus electis in paritate votorum. An ij tantum vel omnes ad nouam electionem admitti debeant. Hinc quando eligendi facultas per primam electionem remaneat consumpta, pluraque alia ad eamdem electionis materiam pertinentia declarantur.

SVMMARIVM.

1 *Electio in paritate votorum committitur Metropolitani iudicio, & quando.*
2 *Vocatio supponitur ex discussione qualitatum, & comparatione meritorum.*
3 *Electio nihil aliud est, quam vocatio personæ idoneæ ad dignitatem, vel præbendam.*
4 *Prærogatiua magis qualificati in duobus electis supponit in necessariam antecedens prælationem respectu minus qualificati.*
5 *Prælatio non datur nisi inter personas habentes ius in eo, in quo illa prætenditur.*
6 *Sortes emissæ inter habentes paria vota includunt implicitum consensum eligentium in eum in quo sors ceciderit.*
7 *Possessio beneficij non traditur nisi præcedente electione.*
8 *Decretum Capituli quod alicui tradatur beneficij possessio habet vim electionis, seu collationis.*
9 *Electio Canonicatus nullam habet formam specialem. Consensus Capituli in electione Canonicatus sufficit quoquomodo probetur num. 9. & seqq. ac etiam num. 13.*
10 *Text.* in cap. quia propter de elect. *explicatur.*
11 *Eligentium consensus vbi non seruatur forma cap.* quia propter de elect. *non minus probatur verbis, quàm factis.*
12 *Dispositio facta inter eligentes, quod ille habeatur prò electo, qui habuerit maiorem partem votorum respectu minoris, licet non respectu eligentium tenet, & valet electio.*
14 *Electio à principio nulla non conualidatur per consensum posteà præstitum.*
15 *Electio nouiter facta post electione in paritate votorum valet ex nunc quamuis secunda electio non fuerit formalis, vbi forma non requiritur, & num. seqq.*
16 *Solemnitates* cap. quia propter de elect. *vbi non seruantur nihilominus requiritur consensus collegialiter præstitus.*
17 *Nullitas si prouenit non ex defectu formæ, sed consensus, sanatur eo ipso, quod quomodolibet interueniat consensus.*
18 *Electio conditionalis, & incerta est nulla.*
19 *Qualitas maioris idoneitatis, vel nobilitatis apposita in electione non dicitur conditio, nec actum suspendit, aut substantiam illius.*
Amplia conclusionem à pariprocedere in qualitate idoneitatis requisitæ in forma dignum ibidem.
20 *Qualitas necessaria, & quæ non potest non esse non facit actum conditionalem, neque illum suspendit.*
21 *Qualitas, quæ inest actui de iure etiam adiecta per modum conditionis non suspendit electionem.*
22 *Qualitas eligendi magis qualificatum inter coelectos inest actui de iure communi.*

Quæ

23 *Qualitas maioris nobilitatis inter coelectos inhæret actualiter, & de certo licet ignoretur in quo nàm sit.*
Ignorantia qualitatis nobilitatis appositæ in electione non tollit certitudinem electionis, sed solum retrahit effectum illius, donec per examen notificetur. numer. 23.
24 *Electio genericè facta de aliqua dignitate non expressio nomina valida est, licèt persona ignoretur.*
Qualitas personæ ita habet determinare illam, sicut expressio nominis. num. 24. & 25.
25 *Nominatim etiam exprimi dicitur, quod omisso proprio nomine, nomine officij, aut alia determinatione vocatur.*
26 *Voluntas non dicitur ferri in incognitum, quoties fertur ad personam aliqua qualitate designatam.*
27 *Eligendi facultas alicui competens per electionem consumitur.*
28 *Electio facta pendente lite, & post inhibitionem superioris est manifestè nulla, & attentata.*
29 *Electio vbi fieri debet de magis idoneo, & qualificato, ac cum interessentia contradictorum requirit iudicialiter processum.*
30 *Actus quantumuis extraiudicialis in iudicialem transit si adest contradictor, & requiritur causæ cognitio.*
31 *Causa semel iudicialis facta non potest amplius fieri extraiudicialis.*
32 *Appellatio etiam suspensiua datur in electione in qua requiritur causæ cognitio, & determinatio super habilitate, & inhabitate.*
33 *Electio facta pendente termino ad appellandum dicitur attentata vbi admittitur appellatio.*
34 *Appellatio extraiudicialis licèt non soleat suspendere, si tamen offeratur probatio, eoquè fortius si illa iustificetur efficit, vt omnia reuocari debeant tanquam attentata.*
35 *Electio, vbi est valida, vel saltem non euidenter iniusta præstat impedimentum secundæ.*
Electio quoties irritari debet, venit iudicialiter cassanda. num. 35.
36 *Eligendi facultas non consumitur per electionem nullam, sed iterum ad nouam electionem deueniri potest.*
37 *Facultas siuè à lege, siuè ab homine data eatenus consumitur, quatenus actus validè, & vtiliter geratur.*
38 *Conditio*, cum nupserit, *non impletur per nuptias inutiliter contractas.*
39 *Electione legata de centum amphoris vini, si eligere debens eligat autem facultatem eligendi non amittit, sed potest deindè vinum eligere.*
40 *Paria sunt non facere, vel non iure facere.*
41 *Potestas prorogandi arbitrium non consumitur per actum prorogationis qui non habuit effectum.*
42 *Electores pendente lite possunt recedere ad alterum ex coelectis, & variare eligendo quem maluerunt.*
Intellige conclusionem procedere eo tantum casu, quo lis vertitur inter electores, secus verò vbi lis est inter electos, & electores. nu. 43. & seqq.
45 *Eligentium consensus præsumitur sufficiens, quoties capitulum actus electionis exhibere recusat.*
46 *Eligentes si vnum de duobus eligere decreuerunt, puta digniorem, tunc ad illos tantum arctatur scrutinium.*
47 *Ludentium ad taxillos illi vincit qui plura puncta proicit.*
Ludentium ad taxillas si duo eadem puncta proiecerunt, illi tantum, & non alij experiri debent. n. 47.
48 *Currentium ad Brauium si duo æqualiter metam attingant illi tantum, & non alij iterum currere debent.*
Quod tamen intellige vbi præmium est indiuisibile, quia si diuidi potest prò medietate vnicuique eorum tribuitur ibidem.
49 *Capitulum non potest se retrahere sine legitima causa ab electione magis qualificati ex duobus paritate votorum electis cum discussione meritorum magis idonei.*
50 *Electio de duobus in paritate votorum electis altero voto functo fieri debet superstite.*
51 *Collatione iniustè denegata à Magno Magistro à Rota Auditore debet concedi.*
52 *Auditor Rotæ immittendo aliquem in possessione vig.* Clem. Auditor de rescript. *videtur per prius beneficium contulisse.*
53 *Electus in paritate votorum dicitur habere ius considerabile, quoties verificauit qualitates necessarias.*

DECISIO CCX.

SVB die 22. Aprilis 1641.* me proponente, Rota respondit sententiam Rotalem adiudicantem Canonicatum, de quo agitu, Doctori Michaeli Ferrer, esse confirmandam, ex eo potissimum capite, quod electio esset valida, non obstante, quod facta fuisset in paritate votorum,
1 † ad quod allegabatur *text. in cap. si forte. 63. dist.* præcipiens Metropolitani iuditio præferendum illum, qui maioribus iuuatur studijs, ac meritis, vbi vota eligentium in duas se diuiserint partes, cum alijs concord. sed iterum proposita causa super eisdem, cum Agentes pro Capitulo acriter impugnarent fundamenta decisionis nullo modo posse subsistere, tam de iure communi, quam ex opinione, quam alias tenuit Rota; igitur in hac noua propositione, dum causa pluries fuisset dilata, tandem DD. illam reiecerunt amplectentes alia fundamenta, ex quibus hodie iterum dictum fuit constare de valida electione Michaelis. Moti sunt, quia ex datis in *Summ. d. Michaelis* apparet Capitulum, sequuta electione Ferrer; & Bezerræ in paritate vocum, decreuisse, & declarasse ex his duobus assumendum magis qualificatum, & denuo præstitisse nouū consensum in illum ex Coelectis, qui dignioribus polleret qualitatibus, & alterum in nobilitatibus antecelleret, sicque fecisse nouam electionem.

Primo enim, opposita exceptione defectus ætatis Michaelis impediente discussionem aliarum qualitatum, Capitulum deputauit Commissarium ad capiendam informationem super ætate d. Michaelis *Summ. num. 2.* & mandauit per Coelectos dumtaxat deponi scuta 800. pro salario Commissarij, & Notarij *Summar. num. 3.* prout cum effectu deposita fuerunt *Summar. num. 4.*

Secundò in executionem mandati Capitularis Commissarius super d. ætate examinauit plurimos testes, & fabricauit processum fol. 350. &, quia prætendebatur, Capitulum, à quo Commissarius fuerat deputatus, carere iurisdictione contentiosa, Ordinarius deputauit alium Commissarium, qui plures alios testes examinauit, aliumque confecit processum fol. 3000.

Tertio, in facto concordato inter Patres coram

Nota-

Notario, & testibus de mandato Iudicis, post narratam paritatem vocum inter Ferrer, & Bezerram, sit expressa confessio, quod Capitulum, vt procederet ad verificationem qualitatum nobilitatis, & traderet possessionem, cui melius illam probasset, voluit primo examinare defectum oppositum ætatis, tanquam præiudicialem. *Summ. num. 6.*

Quartò, Capitulum allegauit in electione huius Canonicatus esse obseruandum idem, quod fuit obseruatum in alijs electionibus Canonicatus Magistralis; & Scripturæ factis in paritate, signanter in electione Gabrielis de Cardenas, & Barrio, & alia Doctoris Barreiro, in quibus electus fuit magis nobilis de consensu Capituli, vt de electione dicti Gabrielis refert *Rota penes Garz. par. 5. cap. 4 num. 166.*

Quintò, in commissione causæ Capitulum fatetur, post electionem in paritate vocum fuisse deuentum ad discussionem qualitatum, & propter defectum ætatis Michaelis Bezerram fuisse iudicatum digniorem, eique traditam possessionem. *Summ. num. 7.* quæ commissio impetrata per Procurarorem in Curia, fuit in partibus ab ipso Capitulo acceptata, & Iudici, cui erat directa, & præsentata, & illius vigore obtenta inhibitio, *Summ. num. 7. & 8.*

Sextò, idem Bezerra pariter fassus fuit, post electionem in paritate suffragiorum, deueniendum esse ad discussionem qualitatum, ad hoc, vt magis qualificatus assumi posset. *Summar. num. 10.*

Septimò, idem Capitulum dixit se deuenisse ad electionem Bezerræ, quia in eo concurrebant qualitates necessariæ, quæ non aderant in Ferrer ob defectum ætatis, *Summar. num. 11.*

Octauò, Ordinarius tulit sententiam, in qua, præuia declaratione, quod constabat de legitima ætate Michaelis, remisit ad Capitulum discussionem qualitatum iuxta ipsius consuetudinem. *Summ. num. 1.*

Nonò, dictus Michael medio censurarum, & declaratoriæ pluries institit, vt Capitulum exhiberet acta electionis, in quibus expresse continebatur eius decretum, & consensus in electionem magis qualificati, & Capitulum semper renuit, vt habetur etiam *in decisione bon. mem. Coccino, §. & cessat,*

Ex his autem omnibus euidenter arguitur, Capitulum post illam electionem in paritate vocum deuenisse ad nouam electionem de eo, qui discussis meritis reperiretur magis idoneus, & qualificatus, alias enim frustratorium fuisset eligere Commissarium pro iustificanda ætate Ferrer, deponere scuta 800. pro salario Iudicis expensis vtriusque Coelecti, examinare tot testes, fabricare ingentes processus, silere durante confectione processus, & in electione post quinque menses facta de Bezerra exprimere causam defectus ætatis dicti Ferrer, illumque vti inhabilem excludere, & præferre Bezerram tanquam qualificatum, litemque adeò tenaciter spatio 13. annorum defendere, nisi Capitulum post electionem in paritate deuenissett ac nouam electionem de eo, qui discussis qualitatibus detegeretur magis idoneus, & frustratoria pariter fuisset sententia

Ordinarij, qui præuia declaratione legitimæ ætatis dicti Ferrer, remisit ad Capitulum discussionem aliarum qualitatum Coelectorum, debuisset enim potius deuenire ex integro ad nouam electionem nulla habita ratione de electis in paritate, neque de omnibus supradictis, ad quæ deuentum fuit, dum absque eis, extante electione in paritate, erat in eius arbitrio eligere, quem vellet, vnde dum nihilominus Capitulum mandauit discuti qualitates illorum, hæc omnia fuerunt gesta cum supposito, quod magis qualificatus censeretur electus, quia discussio qualita-
2 tum, & comparatio meritorum † supponit vocationem §. *præferuntur. Instit. ad Tertull. l. cum filius §. Pater, vbi Bald. ff. de leg. 2. Io. Andr. in cap. cum dilecti verbo digniores de elect. Surd. dec. 65. num. 8.*
3 Electio autem nihil aliud est, † quam vocatio personæ idoneæ ad Dignitatem, vel Præbendam, vt per *Hostien. & Io. Andr. initio tituli de elect. in 6.*
4 Et prærogatiua magis qualificati supponit † in necessarium antecedens prælationem respectu minus qualificati. *§. cæterum vers. ideo nos Instit. de legitim. agnat. succes. §. si vero neque fratres. Auth. defuncto C. ad Tertull. Bellon. iun. cons. 72. numer. 3. Rota in Romana de Pacificis. 5. Iulij 1632. coram bon.*
5 *mem. Coccino*, vbi quod prælatio non datur, † nisi inter personas habentes ius ius in eo, in quo prælatio datur *tot. tit. ff. qui potior. in pignor. habeantur.* Exemplo emissionis sortium inter habentes paria
6 vota in casibus à iure permissis, † quæ implicitè includit consensum eligentium in eum, in quem sors ceciderit eiusq; validam electionem inducit.

Quod faciliùs procedit, dum Capitulum voluit, ei, qui ex Coelectis melius probasset suas qualitates, tribui possessionem, *vt in d. Summ. num.* 6. sub hoc enim decreto est virtualiter inclusa electio, cum alias ad traditionem possessio-
7 nis deueniri non possit, † nisi præcessisset electio. *Roman. cons. 337. num. 5. Gonzal. super reg. gloss. 5. numer. 54. Garz. de benef. par. 5. cap. 4. num. 47. Rot. decis. 16. num. 2. de concess. præb. in nouis*, habet enim
8 tale decretum † vim nouæ electionis, & collationis, vt loquendo de Capitulo Toletan. dicit *Pol. decis. 119. lib. 3. in correctis Achill. decis. 4. num. 3. & 4. de preb.*

Huiusmodi verò electio de iure fuit valida, quia, cum non agatur de electione Prælati, per
9 quem Ecclesia viduatur, sed de electione Canonicatus, in qua de iure nulla requiritur forma specialis, sufficit consensus Capitularis quoquo modo præstitus. *Hostien. in cap. in Genesi, num. 14. Cardin. ibid. num. 3. sub fine 4. opposit. vers. & dic. Abb. in cap. quia propter num. 9. & in cap. Ecclesia vestra num. 3. Bald. in cap. auditis num 37. vers. item nouus, & in text. ibi conualescere, de elect. gloss. in cap. si cui, verbo præter, & verbo Concilium de elect in c. Franc. Marc. decis. 924. num. 1. par. 1. Speculator in tit. de elect. § de via inspirationis num. 10 lib. 4. par. 1. Bellam. in cap. publicato num. 22. de elect. Rota decis. 289 num. 20. & 38. par. 6. recent.* vbi quod in electionibus Canoniæ, & alijs inferioribus non
10 requiritur forma aliqua specialis, † sed sufficit quilibet eligentium consensus absque solemnitatibus *cap. quia propter*, siue manifestetur per verba, siue per facta, quia vbi non sumus in forma *d. cap. quia propter*, in qua verba sunt de substantia,

tia,non refert quoquo modo declaretur voluntas
11 eligentium, ad cuius expressionem non † minus
valet factum,quam verba, *Archid.in c.vt quis duas,*
in gloss. quis inter duos, de elect. in 6 Innoc. in c.cum
Bertoldus in glos.mirum videtur de re iudic.Abb.in d.
cap.Ecclesia vestra il 1.num.3. de elect. Rota in Tolet.
Canonicatus Scripturæ, penes Garz. par.5. cap.4. nu-
mer.166. vt post vocum paritatem fuit electio ca-
nonizata ex solo consensu Capituli postea præsti-
to in eo, qui erat nobilior, Quod idem videmus
in electione facta in discordia,quæ de iure inuali-
12 da est, † si enim eligentes faciant dispositionem,
vt habeatur pro electo, qui habuerit maiorē par-
tem votorum respectu minoris, licet non respectu
totius Capituli,tenet electio,non obstāte,quod de
iure debeat esse maioris partis respectu totius, ea
ratione, quod postea omnes consentire videntur
vigore illius dispositionis *Abb. in d.c. Ecclesia ve-*
stra n.4.de elect.Franc. Marc. d. decis. 924.n. 6. p.1.
Vnde facilius debet admitti in casu nostro in quo
adest consensus non solum maioris partis respectu
minoris, sed totius Capituli circa electionem di-
gnioris, nec electio habet iuris resistentiam,sicut
illa.

Quod magis est admittendum attenta Constit.
Gregorij XV.in qua non datur certa forma eligē-
di ad Canonicatum,de quo agitur, sed totum re-
linquitur arbitrio Capituli,& Ordinarij circa ele-
ctionē dignioris, imò nec requiritur propria ele-
ctio, sed sufficit quælibet assumptio, seu modus
assumendi magis qualificatum,seu dignum,vt de-
monstrant verba Constitutionis, ibi, *Qui iuditio*
Ordinary, & Capituli magis habiles, & idonei præ
cæteris iudicati fuerint, assumi, seu eligi, &c. tale sq.
assumpti, seu electi, &c. illa disiunctiua, *seù*, du-
pliciter repetita indicat sufficere quemcumque
modum adiudicandi Canonicatum arbitrio Ca-
pituli, cū in illius potestate sit nedum eligere, sed
assumere magis idoneum, & qualificatum, ad
13 quem effectum sufficit consensus Capituli † quo-
modocunque præstitus, vt in puncto tradit *Bel-*
lam.in d.cap.quia propter, §. statuimus n.15. de elect.
Suarez.tom.4.de Relig.lib.2.cap.5.n.7.

Nec obstat primo electionem ab initio nullam
14 non conualidari † per consensum postea præsti-
tum ex disposit. *cap. auditis, de elect.* & ideò cum
electio in paritate vocum fuerit ab initio nulla,
conualidari minimè potuerit; placuit enim res-
ponsio, quod Ferrer non prætendit ex consensu
postea præstito fuisse conualidatam electionem
illam factam in paritate, sed Capitulum post di-
ctam electionem in paritate fecisse ex integro
nouam electionem de magis qualificato ex illis
duobus decernendo discussionem qualitatum ip-
sorum,& adiudicando Canonicatum magis qua-
15 lificato, quæ noua electio non fuit in paritate, †
sed cum consensu totius Capituli, vt supra di-
ctum fuit, & sic valet prout ex nunc secundum
Bald.in d. cap. auditis sæpius citato *num. 37. verbo*
conualescere. Hostien.in cap.in genesi n.14. vers.non
tamen, & vers.ratio prædictorum est de elect.

Licet etiam dici posset, quod, vbi in electio-
ne requiritur certa forma, vel solemnitas, prout
in cap. quia propter, tunc, si electio ab initio est
nulla, non conualidatur per consensum postea
pręstitum, sed requiritur, vt cum consensu in-
terueniat eadem forma, quando verò, prout in
casu nostro, non est data certa forma, tunc licet
per consensum singulorum electio non conuali-
detur, conualidatùr tamen per consensum colle-
gialiter pręstitum, & sic valet prout ex nunc,
16 quia adest consensus, & solemnitas, pro qua re-
quiritur solum, vt consensus pręstetur collegia-
liter *Abb.in c quia propter n.9.& in cap.in genesi nu-*
mer.4. Hostien.n.14.Card.n.3. de elect.Franc. Marc.
dec.222.n.3.& decis 926.n.2. par. 1. Garz. de benef.
*par.1.cap.6.n.20.*Et regulare est, quod, vbi nulli-
17 tas prouenit non ex defectu formę, † sed con-
sensus, eo quomodolibet superueniente conuali-
datur actus. *Dec.cons.367.n.4.lib.2.Rot.in rec. de-*
cis.6[illegible].n.3.par.2.

Minus obstat secundo, quod electio ista tan-
18 quam conditionalis, & incerta sit nulla per *text.*
in c.2.de elect. in 6. conditionalis enim dici non
potest, cum qualitas maioris idoneitatis, seu
19 nobilitatis † non sit conditio, nec per modum
conditionis apposita, sed pura, ac certa in rerum
natura, licet ab examinatoribus ignorata, ante-
quam fieret discussio meritorum, imò cum non
sit qualitas pendens à futuro euentu, sed, quæ
inest de præterito, vel de pręsenti, non suspen-
dit actum, nec substantiam electionis, vt in si-
mili de idoneitate requisita in forma dignum di-
xit *Rota in Burgen.Canonicatus coram bon.mem.Car-*
dinali Pamphilio, apud Marches. de Commiss. par.1.
fol. 142. & in Abulen. Benefitij coram Litta, apud
Garz.par.6.cap.2.n.55. Et in terminis electionis
Corass.de elect.par.4.cap.3.n. 24. Bellamer. in cap.si-
gnificasti n.2.de elect.Cucch.instit. moral.lib. 4. tit. 1.
*n.216.*benè *Decian.cons.8.n.60.cum seqq.vbi nu. 75.*
quod electio facta per viam modi non facit con-
ditionem, neque suspendit actum, sed obligat
tantum ad id faciendum, quia qualitas proban-
da non tollit deliberationem consensus in certa
persona, nec inducit conditionem, quæ annullet
actum, cum respiciat qualitatem præsentem, non
futuram.

Et multo minus, quando dicta qualitas non
est contingens, nec dubio, sed omninò necessa-
ria prout est maior qualitas inter duos, tunc
enim cum, non exprimatur dubitatiuè, aut sus-
pensiuè, sed purè, & de pręsenti tanquam neces-
20 saria, † & quæ non potest non esse, non suspen-
dit *§. conditiones Instit.de verb.obligat.Sanch.de ma-*
trim.l.b.5.disp.2.n.3.

Quæ conclusio est indubitata, dum qualitas
21 inest actui de iure, † nam, etiam si adijceretur
per modum conditionis, non suspendit electio-
nem. *Viuian.in rationali. §.1.pag.155.Bellam.in d.*
cap.significasti n.2.Abb.n.6.Dec. n. 32. & 37. Innoc.
n.1.de elect.Compostell.in cap.2.de elect.in 6 Fr.Sigis-
mund.à Bonon de elect.dub.27.seu alias 28.n 5. quali-
tas autem maior inter duos Coelectos, supposita
ordinatione Capituli eligendi magis qualifica-
22 tum, inest † actui tam de iure communi, *Lotter*
*de re benef.lib.2.q.31.à num 135.*quàm etiam Con-
stitutione Gregorij statuente electionem magis
digni iuditio Ordinarij, & Capituli.

Prout etiam dici nequit incerta persona ele-
cta, nedum, quia electio fuit inter duos tantùm,
sed etiam, quia qualitas maioris nobilitatis
actualiter, & de certo inhæret, & iam est certa

in

in rerum natura, vti iam contracta per genera-
23 tionem, † vnde licet ignoretur in quonam sit,
ista tamen ignorantia non tollit certitudinem;
sed solum retrahit effectum electionis, donec tol-
latur per examen, vt dictum fuit in dictis *Burgen. Ca nonicatus*, *& Abulen. beneficij*, *Decian. d. cons. 8.*
n. 89. & 214. ac 217. Quod idem contingit, quan-
do electio fit genericè alicuius Dignitatis non
expresso nomine, quæ valida est, licet persona
24 ignoretur, † solumque retardatur effectus,
quousque ad notitiam deueniat, ea ratione, quia
illa persona genericè electa, licet nobis ignota,
in se tamen est certa, & per illam qualitatem
determinatur, sicuti si per nomen exprimeretur.
l. nominatim de condit. & demonstr. vbi quod non so-
lum per nomen, sed etiam per alias qualitates
habetur determinatio, & certitudo. *Oldr. cons. 61.*
n. 3. Card. Cauall. decis. 212. n. 5. Rota in recent. decis.
219 num. 7. par. 7. recent. Nominatim enim dicitur
exprimi, nedum quod proprio nomine vocatur,
25 † sed etiam quod nomine offitij, vel alia deno-
minatione, seu qualitatis appositione demon-
stratur, per quam ad certitudinem deueniri pos-
sit *l. 1. & 2. ff. de liber. & posth.* Nec voluntas fertur
26 in incognitum, † quia tendit in personam, prout
designatam illa qualitate, cuius existentia, est
nota, & certa, & per eam indiuiduatur persona
D Tho. in 4. sentent. disp. 3. art. 2. in respons. ad 5. Na-
uar. in summa cap. 22. n. 26. cum alijs per Sanch. de ma-
trim. lib. 7. disp. 18. n. 27. cum pluribus seqq.

Tertiò demum non obstat Capitulum post ele-
ctionem in paritate reiecto Michaele elegisse Be-
27 zerram, vt magis qualificatum, sicque faculta-
tem eligendi fuisset consumptam *per regul. text. in*
l. Boues, §. hoc sermone, ff. de verbor. signific. quia hu-
iusmodi electio lite pendente facta, & post Or-
dinarij inhibitionem. *Summ. n. 13.* fuit manifestè
28 † nulla, & attentata *l. 1. & toto tit. vt lit. pend.*

Nec quicquam releuat Ordinarium modera-
tum fuisse suam inhibitionem, quia cum mode-
ratio fuerit limitata, quoad extraiudicialia *Sum-*
mar. n. 14. suffragari non potuit pro hac electione,
quæ, cum facienda esset ex decreto Capituli de
magis idoneo, & qualificato, pro indeque re-
quireret discussionem meritorum, cæterarumque
qualitatum, cum interessentia contradictorum
29 † erat omninò iudicialis processus, vt dicit *text.*
in c. si forte 11. de elect. in 6. vbi enim adest contra-
30 dictor, & requiritur causæ cognitio, † actus etiam
extraiudiciales transeunt in iudiciales, vt pro-
bat *Lambert. de iurepatr. par. 2. lib. 1. quæst. 9. art. 12.*
n. 1. post Felin. in cap. fin. n. 27. de præsumpt. Garz. in
puncto d. par. 5. cap. 4. n. 214. Et regula est, quod cau-
31 sa semel effecta iudicialis † non potest amplius
effici extraiudicialis *Bart. in l. societatem, §. Arbi-*
trorum, ff. de Arbitr. Felin. in cap. ex officij n. 23. de
præscript. Imò cum requireretur causæ cognitio,
& determinatio Capituli super inhabilitate Mi-
32 chaelis, † à qua datur appellatio etiam suspen-
siua, *Gonzal. in annot. contra nullit. & attent. n. 187.*
cum seqq. Rot. in Meleuitana Marescialiatus 26 Maij
1642. coram Reuerendiss. D. meo Decano, eo magis
33 fuit attentata tanquam facta pendente † termi-
no ad appellandum *cap. non solum, de appell.*
in 6.

Quibus addi potest, quod Michael ad impe-
diendum electionem Bezerræ obtulit probatio-
nem suæ habilitatis *Summ. n. 13.* & concludenter
probauit se esse in ætate legitima, vt resulutum
fuit in decisionibus in causa factis; constat ex
sententijs Ordinarij, & bon. mem. Coccino, &
ideò licet appellatio extraiudicialis non soleat
suspendere, si tamen offeratur probatio, multo-
que magis, si postea iustificetur causa ipsius ap-
34 pellationis, † omnia gesta post dictam appella-
tionem extraiudicialem reuocantur vti attentata
cap. considerauimus, ibique *gloss. in verb. appellatio-*
nem de elect. Lancellott. de attenta appellat. pend. par. 2
cap. 12. limit. 3. à n. 17. cum seqq. Achill dec. 24. de ap-
pell. in nouis, & coram bo. me. Buratt. dec. 771. n. 4. & 5.

Et quatenus electio facta non fuisset prius à
Capitulo de magis qualificato, in cuius præiu-
dicium non potuit de iure fieri secunda electio,
cum illa prima fuerit valida, vt firmatum est, &
electio quando est valida, vel saltem non est eui-
35 denter nulla, † etiamsi veniat irritanda, & pro-
pterea debeat prius iudicialiter cassari, præstet
impedimentum secundæ *text. in d. cap. considerauì-*
mus, & ibi Bellam. n. 8. & in cap. cum terra n. 6. Com-
post. in cap. quod sicut de elect. Mandag. cap. 31. & 32.
de elect. Lotter. de re benef. lib. 3. quæst. 17. num. 110. &
124. cum. seq. adhuc tamen per eiusmodi electio-
nem Bezerræ nullam, & inualidam, facultas eli-
gendi residens penes Capitulum consumpta non
36 fuit, † sed iterum ad nouam electionem deueni-
ri potuisset, vt apertè disponitur *in cap. si electio*
de elect. in 6. vbi si prima vice electioni consentire
noluerit, vel renunciauerit, aut morte præuen-
tus electio effectum sortiri non potuerit, eligen-
tes denuò possunt eligare quælibet enim facultas,
37 siuè à lege data, siue ab homine; † tunc con-
sumpta dicitur, cum actus vandè, & vtiliter ge-
ritur; & ita effectum sortitur, vt menti conce-
dentis plenè sit satisfactum, aliàs secus *l. hæc con-*
ditio filiæ meæ in princip. *ff. de condit. & demonstrat.*
38 vbi conditio *cum nupserit* non † impletur con-
tractis inutilibus nuptijs *l. si maritus, § fin. ad Iu-*
liam. de adulter. l. 2. §. 1. de opt. l. vbi si is, cui electio
39 centum amphorarum vini legata sit, † acetum
elegerit, actus optionis non dicitur consumptus,
sed potuit de nouo vinum eligere, vbi *glos.* ait
nihil referre, an aliquid non fiat, vel non iure
40 fiat, *Bald. in cap. olim, ex literis de rescript.* vbi
41 quod potestas prorogandi arbitrium † non con-
sumitur per actum prorogationis, qui non ha-
buit effectum.

Prout etiam non releuat lite pendente Electo-
42 res posse accedere ad alterum ex Coelectis, & †
variare eligendo, quem maluerint iuxta opinio-
nem *Innocentij in cap. auditis de elect.* quam etiam
probauit *Bald. in cap. publicato, ibidem*, eorum
43 enim opinio procedere potest quando lis est in-
ter Electores; vt se ipsum declarat *Innoc. dicto cap.*
auditis n. 2. & 3. secus verò, quandò, prout hic,
44 lis est inter electos, & Electores, tunc enim
lite pendente est prohibitus, accessus, & varia-
tio, vt tradit idem *Innocent. in d. cap. auditis sub*
n. 2. vers. sed tamen credunt isti, & in cap. cum ve-
nissent n. 7. de in integr. restit. Lancellott. de attent. lite
pen. par. 2. cap. 4. limit. 22. n. 10. & 11. Ferrett. cons.
292. n. 15. Lotter. de re benef. lib. 3. quæst. 17. n. 123. &
142. n. seqq.

Et

Et horum etiam doctrina procedit stando in mera paritate vocum, nos autem sumus in electione facta à toto Capitulo post paritatem vocum de magis qualificato, & sic non possunt electores variare in huiusmodi electione ab eo, in quem concurrunt maiores qualitates.

Et hanc sententiam DD. facilius fuerunt amplexi propter renitentiam, & repugnantiam Capituli in exibendis actis electionis,
45 † in odium enim recusantis præsumitur constare de sufficienti consensu, adnotata per *Felin. in cap. quoniam frequenter n.7. vt lite non contestata Gozal. ad reg. 8. §.3. proem. n 36 eum seqq. Rota coram Gregor. dec. 327 num. 11 et dec. 341. n. 2. et coram bon. mem. Buratt. decis. 426. n. 7.* & firmatur *in d. dec. Coccini*.

Et demum, quia vbi etiam ex tot actibus positiuis electionem necessariò inferentibus, & renuntia Capituli in exhibendis actis, non constaret de sufficiente electione formali, certum est, quod, dū Capitulum commisit discussionem qualitatum vniuscuiusque ex Coelectis, ad hoc, vt digniori traderetur possessio, illosque grauauit in expensis, fuit illi ius quæsitū priuatiuè quoad omnes alios, & capitulum adeò se arctauit ad electionem vnius ex duobus, vt de illis amplius exire non possit,
46 sed † Canonicatus de necessitate alterutri ex duobus sit conferendus, vt expresè fatetur Capitulum *Summar. nu. 9.* dum dicit esse necessarium, quod prosequatur Capitulum suam electionem declarando alterum ex duobus tanquam verum electum, & est *text. in cap. constitutis 46.* ibi, & iuxta conscientiam suā vnum eligerent de duobus, in quos partes videbantur oculos extendisse, quem Ecclesiæ magis vtilem, & idoneum reputarent, *de appellat. Io: Andr. ibidem, num 5.* vbi quod iam ex voluntate eligentium ad illos duos arctatur scrutinium, *Præposit. ibidem num. 11. Alexand. de Nouo, num. 19. Butr. nu. 3. Franc. num. 1. Imol. num. 2. & 3. Innoc. numer. 1. Bald. num. 12. Anan. num. 3. & 4. glos. in cap. duobus verbo teneantur, de rescript. in 6.* Magistraliter idem *Bald. in proem. ff. §. itaque vers sed numquid current ij duo, & in Proem. decret. §. Rex pacificus num. 35. Fr. Sigism. de elect. dub. 50. vel 52.* secundum aliam impressionem *num. 5. vers. quod sane verissimum est. Rot. penes Garz. par. 9. cap. 2. num. 150. cum alijs cumulatis in præterita, vers maxime quia*, exemplum ludentium ad taxillos,
47 in quibus vincit plura puncta proijciens, † si enim duo eadem puncta proiecerint, ij solum duo experiri debent, & non alij, & duorum pariter currentium,
48 & æqualiter metam tangentium, † si enim præmium est diuisibile, inter eos æqualiter diuidendum est, si autem indiuisibile inter ipsos dumtaxat exclusis reliquis, est iterum cursus peragendus ratione maioris laboris, & meriti ex parte sua interuenientis, *argum. l. semper, §. negotiatores, ff. de iur. immun. cum alijs adductis in decis. dicto vers. maximè quia*.

Et ratio est euidens, quia, vbi, prout hic ex decreto Capituli, & Constitutione Gregorij sancitum est, illum dumtaxat ex concurrentibus assumendum, seu eligendum esse, qui iudicio Ordinarij, & Capituli magis habilis, & idoneus repertus fuerit, & pro verificatione qualitatum deuentum
49 fuit ad discussionem meritorum inter duos, † Capitulum non potest absque iusta, & legitima causa retrahere se ab electione magis qualificati ex duobus, vt voluit *Rota coram bon. mem. Coccino decis. 215. num. 13. & 14.* sed ex debito iustitiæ commutatiuæ, & distributiuæ, qui dignior repertus fuerit, præferendus est cæteris, & eligendus, *Marc. Anton. Genuen. in praxi. cap. 65. num. 8. Garz. de benef. par. 7. cap. 16. à num. 37. vsque ad 54. Molin. de iust. & iur. tract. 2. disput 714. nu. 9. de Rebell. oblig. iust. par. 1. lib. 1. quæst. 3 num. 18. & lib. 3. quæst. 8.*

Vnde, cum in altero ex duobus esset necessaria electio vigore consensus Capitularis antecedentis; & subsequentis electionem in paritate, & per obitum Bezerræ cessauerit omnis oppositio, & con-
50 cursus, † electio de necessitate est facienda in personam Michaelis, quatenus hucusque facta non fuerit *Dec. in cap. 1. num. 15. de elect. Abb. cons. 25 num. 2. & 3. par. 2 Menoch. cons. 1226. num. 1. Garz de benef. par. 9. cap. 2. num. 221.* & fuit dictum in *Aquitanien. Prioratus 21. Februarij 1625.* coram bon. mem. *Seleucien.* vbi etiam subiungitur, quod oppositor,
51 cui iniustè denegata fuit Collatio à Magno Magistro, illam obtinere debet à Rotæ Auditore, iuxta *Clement. Auditor de rescript.* quod etiam dixit in *Calaguritana Beneficij de Arnedo 22. Iunij 1622. coram bon. mem. Merlino, & in Pistorien. Parochialis 6. Februarij 1623. coram eodem, impressa apud Viuianum de Iurepatron. decis. 81. num. 11.* vbi quod Auditor Rotæ immittendo in possessionem vigore *dictæ*
52 *Clement.* videtur prius saltem virtualiter beneficium contulisse, cum cæteris ibidem allegatis.

Quod multò magis procedit, dum Michael verificauit qualitates necessarias, & per Capitulum
53 deuentum est ad huiusmodi actus, nam ex hoc habet ius considerabile, *Put. decis. 252. num. 3. lib. 3. in correctis Seraphin. decis. 1091. num. 2. versic. ideo, vt dicatur. Escobar. de purit. par. 1. quæst. 7. n. 106. & 150.*

Et ita, vtraque parte acerrimè sępius informante, resolutum fuit constare de valida electione Michaelis, & sic sententiam Rotalem esse confirmandam, omissis nullitatibus contra eam oppositis, cum abundè sublata fuerint in alia decisione, & latius hodie ab informantibus pro Michaele.

Decisio ista in hac eadem causa emanata sub die 22. Aprilis 1641. coram eodem Reuerendiss. D Decano est supra in hac eadem 9. recent. decis. 14. causa ista deinde ventilata fuit coram Eminentissimo D. Cardin. Otthobono, & coram eodem emanarunt quatuor decisiones, quæ inter eius impressas sunt decisiones 37. 39. 75. & 185.

R. P. D. CARRILLO.

Postea Præside VALLISOLETANO.

Romana Reintegrationis.

Lunæ 22. Iunij 1643.

ARGVMENTVM.

Locatio domus in qua quis obtinuit immissionem ad effectum sibi satisfaciendi de suo credito, præsumitur continuata, vel saltem renouata, semper cum eadem pensione, nisi contrarium probetur. Pacta & conuentiones inita inter ipsos debitores creditoribus nocere non possunt.

SVMMARIVM.

1 *Immissus in possessionem rei ad effectum sibi satisfaciendi ex fructibus, si semel illam locauit, præsumitur, quod semper cum eadem locatione continuauerit.*

Amplia quia præsumitur integras pensiones recepisse iuxtà summam in locationibus contentam, num. 2.

3 *Liquidatio fructuum probatur à solito sequendo.*

4 *Soluens partem debiti in diuisione contenti dicitur vniuersum debitum in eadem diuisione sibi obuentum agnouisse.*

5 *Vnio plurium beneficiorum, si probetur habuisse effectum quoad vnum beneficium quoad reliqua etiam præsumitur effectum sortita.*

6 *Creditor plures habens obligatos potest vnumquemque pro sui libito conuenire non obstante diuisione debiti inter ipsos facta, quæ in nihilo illi præiudicare potest.*

7 *Procurator habens mandatum ad imponendos census super bonis mandantis, eo magis potest recognoscere bonam fidem census impositi super bonis alienis.*

8 *Extinguens proprium debitum non potest pro illo aliquam prætendere retentionem, aut iurium cessionem reportare.*

9 *Fructus non debentur ex censu extincto.*

10 *Cedens censum simpliciter præsumitur facere cessionem translatiuè, non extinctiuè.*

11 *Disdicta non requiritur in emptione census, sed benè in illius extinctione.*

12 *Verbum retrocedere, & retrouendere in censu importat actum retrosimilem censum extinctiuum.*

13 *Instrumentum quoties incipit à verbis extinctionem census importantibus sequentia verba quamuis cessent translatiua intelliguntur de extinctione, non translatione.*

Actum, quod fuit principaliter semper attenditur, num. 13.

14 *Compensatio intrat inter debitorem, & creditorem pro rata debiti soluti.*

15 *Compensatio fit ipso iure ad impediendum cursum vsurarum.*

16 *Computum initum inter debitores creditori nocere non potest.*

DECISIO CCXI.

PEtentibus Michaele, & Ioanne de Burijs ex persona q. Annę eorum Matris reintegrationem ad possessionem domus, & Apothecarum de quibus agitur contra Moniales S. Ambrosij possidentes ex persona Sororis Mariæ Cherubinæ Sansoniæ, sub prætextu, quod iam essent satisfactæ de credito, pro quo concessa fuerat immissio Ioanni Tardito creditori anteriori q. Antonij de Burijs mariti d. Annæ, ac Authori Sansoniæ, & è contra excipientibus prædictis Monialibus sibi ipsis cōpetere retentionem pro alijs creditis pariter anterioribus dote eiusdem Annæ; Rota ad effectum dignoscen. an re vera Moniales essent satisfactæ mandauit fieri calculum, in quo declarauit esse ponen. ad creditum illorum de Burijs omnes pensiones domus, & apothecarum à die, qua ipsę Moniales locare cœperunt. Ad creditum verò Monialium dixit esse ponen. non solum creditum Ioannis Tarditi earum Authoris, pro quo concessa fuerat immissio, sed etiam alia tria, nempè censum scut. 300. in sorte venditum Ioan. Baptistæ de Testis accollatum à Fabritio Burio procuratorio nomine d. Antonij fratris item alium censum scut. 500. pariter in sorte impositum ad fauorem Iacobi Piccardi, & denique medietatem alterius census scut. 400. similiter in sorte impositum ad fauorem Hieronymæ Ciagliæ, vt diffusiùs apparet ex deductis in decis. emissa sub die 23. Iunij* superioris anni coram Reuerendiss. D. meo Cornelio Episcop. Patauino.

Sed neutra parte d. resolutioni acquiescente cum Moniales prætenderent ad earum creditum esse quoque ponen. alium censum scut. 200. in sorte venditum filijs, ac hæredibus Ioan. Baptistæ de Testis, & ad debitum non esse ponen. omnes pensiones domus, & apothecarum ex eo, quod non doceatur fuisse omnes ab eis perceptas, & versa vice Burij dicerent non debere ad creditum Monialium poni illos tres census supra enarratos reproposui vti subrogatus in locum D. Patauini causam super eisdem, & DD. responderunt decis. esse reformian. prout infra.

In primis etenim dixerunt, quod sicuti in dubium non reuocatur, quin ad creditum Monialium sit ponen. census Ioannis Tarditi earum Auctoris, ita ad eorum debitum sint quoque ponen. pensiones domus, & apothecarum ab eisdem possessarum occasione d. census Tarditi sibi ipsis cessi, & quidem à die 16. Iulij 1623. qua Moniales exigere cœperunt, vt probatur ex receputis, de quibus *Summario* Buriorum dato in die decis. quæ reuidetur *num.* 5. vsque ad diem earundem domorum dimissionis, & ad rationem quantitatis in Instrumentis locationum contentæ nisi contrarium exaduerso probetur, cum alioquin Burijs sufficiat docere semel Moniales fuisse in possessio-
1 ne, ac locasse ad effectum, † vt præsumatur locationes fuisse tacitè renouatas, iuxta *text. in l. Item quæritur, §. qui impleto ff. locat.* & pensiones fuisse in-
2 tegrè per locatrices perceptas † in eadem summa in ipsis locationibus conuenta *Buratt. decis. 173. num. 3. & 4. vbi sub num. 6.* firmatur fructum liqui-
3 dationem † probari à solito sequendo *decis. 22. Achil. de restitut. spoliat.* & in terminis fructuum perceptorum ex domibus locatis dixit *Rota in Romana restitutionis in integrum 7. Maij 1633. coram bon. mem. Buccabella, & in Romana seu Cesenaten. hæreditatis, 1. Februarij 1638. coram bon. mem. Pirouano.*

Secundario firmarunt DD. diuisionem debitorum communium scut. 8000. factam inter Cæsarem Sansonium Patrem d. Cherubinæ, à qua causam habent Moniales, & Antonium Burium mediante persona Fabritij Procuratoris fuisse ritè, & rectè celebratam, quia d. Fabritius non vti frater, neque sub spe futuræ ratificationis, sed vigore mandati, & commissionis ipsius Antonij contraxit, vt patet ex lectura d diuisionis, quæ cum vlt. fuerit expresè ratificata quoad censum Piccardi, vt probatur ex solutione fructuum facta per d. Antonium sub expressa mentione diuisionis cen-
4 setur approbata in totum itaut soluen. partem † debiti dicatur vniuersum debitum in eadem diuisione sibi obuentum agnouisse per *text. in l. si cui, vbi Bart. ff. de legat. 1. Rot. decis. 325. num. 5. coram Durano, cum alijs allegat. in decis. quæ reuidetur, sub §. in calculum, &c.* sicuti dicimus in simili de vnione plurium

5 plurium beneficiorum, † quæ si probetur habuisse effectum quoad alterum ex ipsis præsumitur in omnibus effectuata, *Rota decis.449. num.7. & decis.500.num.5.coram Caualer.& alibi sæpè.*

Absque quod aliquid releuet aliquando fructus censuum sic diuisorum fuisse creditoribus communibus non inde solutos, quia non inde sequitur diuisionis ineffectuatio, cum hoc euenire potuerit ex eo, quod creditores habebant actionem insolidum contra vtrumque socium, & sic quem maluissent sociorum poterant pro solutione fructuum

6 pulsare † non obstante diuisione debitorum inter ipsos facta, quæ in nihilo potuit creditoribus absentibus præiudicare, *l.si vnus, §.ante omnia, ff.de pact.l.debitorum, C.eod.titul.Bart.in l.post contractum num.17.ff.de donat. Rot.decis.460.num.1.& dec.560. num.3.par.2.recent.*

Atque hinc censuerunt ad creditum Monialium esse ponen. non solum censum Piccardi, qui est scut.500.in sorte, sed etiam alium scut. 200.pariter in sorte impositum ad fauorem heredum Ioan. Baptistæ de Testis, quia ambo isti census in d.diuisione obuenerant d.Antonio, *Summario* hodierno Buriorum *num.1.* Vnde data ratificatione diuisionis in totum ex superius allegatis non potest in parte scindi.

Subsistere quoque visa fuit collatio alterius census scut.300.in sorte venditi Ioan.Baptistæ de Testis facta à Fabritio procuratorio nomine Antonij fratris non obstante quod mandatum procuræ non cantaret præcisè ad accollan.quia sufficit quod contineat facultatem census imponen. ac accedendi fideiubendi, & recognoscendi bonam fidem in quibuscumque instrumentis impositionum, & venditionum quorumcumque annuorum censuum per quasuis personas impositorum, ac venditorum, ex benè deductis in præcedenti *decis.§.neque obstat*, vbi firmatum, quod si Procurator habet facultatem imponen.census super bo-

7 nis mandantis, † eo magis possit bonam fidem recognoscere census impositi super bonis alienis ex *Rot.decis.194.num.5.par.6.recent.*

Verum quia iste census scut.300.accollatus fuit per Fabritium ad effectum extinguen. societatem officij similis summæ, cuius pro medietate bonâ fidem agnouerat Sansonius auctor Monialium, dictum fuit cessare retentionem pro hac rata, nec

8 pro ea soluentem potuisse reportare Iurium cessionem † dum proprium debitum extinxit, *l.Nulla, C.de solut.Bart.in l.Modestinus.num.4.Ibique Castren.num.5.ff eod.tit. Vincent.de Franc.decis.55.num. 7.Caualer.decis.567. num.2.* Et sic Burij de medietate istius census, idest scutis 150.non erunt constituen.debitores.

Quo vero ad medietatem alterius census scut. 400. in sorte impositi per Antonium Burium ad fauorem Hieronymæ Giagliæ, & ab ista relictam Monacis S.Stephani del Cacco; animaduersum fuit, quod sola sors principalis consistens in scutis 200.debet poni ad creditum Monialium, non autem fructus, quia constat pro d.medietate censum fuisse extinctum à d.Anna tanquam matre, & tutrice Michaelis, & Ioannis filiorum, & hæredum Antonij Burij debitoris census mediante effectiua solutione scut.2000. facta dd.Monacis S.Stephani. Vnde licet eadem Anna Iura pro eisdem scut. 200.cesserit Ioanni Tardito auctori Monialium, non exinde sequitur, quod illæ possint petere

9 etiam fructus, † qui non debentur ex censu extincto *Caputaquen. decis.103. par.1. Caualer.decis.651. num. 5.* & fuit dictum in *Eugubina erroris calculi 10.Iunij, & 9.Decembris 1641.coram me.*

Nec subsistit, quod cessio facta à Monacis S.Stephani ad fauorem Annæ, respectu fructuum sit translatiua, quia immo ex lectura Instrumenti apparet eam fuisse census extinctiuam. Quando qui-

10 dem Monaci non cesserunt † simpliciter in quibus terminis præsumitur cessio translatiua, vt benè per *Rot.in decis.43.* per totum, & signanter sub *num.7. post addit. Cenc.ad tract. de Censib.* sed cesserunt in vim præcedentis disdictæ. Ibi, *sitque quod Illustriss.D.Anna Proida ad effectum, &c: intimari eis fecit disdictam,* & sic extinctiuè cum in emptione

11 census non requiratur disdicta, † sed benè in extinctione iuxta formam præscriptam in Constit. Pij V. *Rota impress. apud Cenc.post tractat.de censib. decis.173.num.4.& decis.176.num.1.*

Idque comprobatur ex alijs subsequentibus verbis; ibi, *volentes Reuerendi Prior, & Monaci, vt par est dicta scuta 209.recipere, & retrocessionem dicti census, &c. facere: Hinc est, &c.quod, &c. sponte, &c. retrocesserunt, &c.* verbum enim retrocedere, seu re-

12 trouendere † importat propriè actum retrosimilem censum extinctiuum, iuxta notata in *l.1. vbi Bald.& Salicet. C.quand. lit.ab emps.disc.Caualer.decis.71.num.3.* & in terminis fuit dictum in *dec 642. num.2.par.2.recent.* Et quamuis infra promittatur euictio, illa promissio cadit super domo pro cuius euictione pecuniæ redactæ ex censu erant inuestien. prout cum effectu fuerunt reinuestitæ *Summar.hodierno Buriorum num.4.*

Subsequens autem declaratio, quod iura dicantur cessa translatiuè, non extinctiuè intelligenda est respectu sortis, vt scilicet Anna soluens de proprijs pecunijs, posset summam solutam irreuocabiliter repetere à principali debitore, quoties enim instrumentum, vt in præsenti incipit à verbis extinctionem census importantibus illis sequentia verba, famulantur etiam si alioquin esse

13 possent translatiua census, † quia semper attenditur id, quod principaliter agitur, vt ex textu in *l.1.C.plus valet quod agit, & in l.si per impressionem, C.quod met.caus.& in l.si filius famil.as, §.penultim. ff.ad Macedon.* in his terminis decisum fuit *in Roffmana Saluiani 27.Maij 1619.coram bon.mem.Pirouano, impress.post addit. Cenc.de Censibus decis.45. nu.1. versic.Atque ita, cum duobus seqq.* Quam sequuta est Rota in terminis cessionis in *Rauennaten. Census 27.Iunij 1639. coram Reuerendissimo P.D. meo Dunozetto Decano, §.Non obstant verba, & 26.Nouembris eiusdem anni coram eodem.*

Ad creditum verò Buriorum pouenda sunt scuta mille, quæ ab Antonio Burio soluta fuerunt Sciarris de Rignano, quia hoc debitum obuenerat Sansonio in diuisione. Vnde intrat compensa-

14 tio proportionabiliter † cum eo, quod idem Antonius debet Sansoniæ, siue ex eius persona Monialibus, iuxta *text.& ibi glos.in l.1.ff.de compensat. Bartol.in l.Procurator ad exhiben. §.si Procurator nu. 3.ff.rem rat.haber.Buratt.decis.325.nu.11.* & quidem

15 ipso iure etiam ad † impedien. cursum vsurarum iuxta *text.in l.si consistat, & l.etiam, C.de compensat.*

Nec obstare visum fuit, quod deinde in calculo facto de anno 1611. Idem Antonius etiam dictum censum, de Sciarris in se accollauerit, & in maiori summa debitor remanserit, quia nisi probetur, quod hæc subsequuta fuerint ex causa anteriori creata, videlicet ante annum 1606. quo Anna mater, & autrix Michaelis, & Ioannis effe-
16 cta fuit creditrix Antonij viri pro sua dote † tale computum non nocet eidem Annæ, nec eius successoribus, *d.l.si vnus ff.de pactis cum alijs supra allegat.*

Adeo quod ex prædictis patet, quod in calculo facien. ad creditum Monialium debet poni primum creditum Tarditi, pro quo ei fuerat concessa immissio; Item census scutor.500. Piccardi; Itẽ census scut.200. hæredum Ioan. Baptistę de Testis; Item medietas census scutor.300. in sorte accollati per Fabritium Burium Procuratoria nomine Antonij fratris, & sic scuta 150. tantum, & denique scuta 200. ratæ sortis principalis census redemptæ à Monacis S.Stephani del Cacco, sine tamen fructibus, & è contra ad creditum Buriorum debent poni omnes pensiones domus, & Apothecarum à die 16. Iulij 1623. ad rationem quantitatis contentæ in Instrumentis locationis, detracta tamen summa, quæ probabitur exaduerso erogata in reaptatione, & restauratione domorum, & quæ probabitur ab alijs percepta; Item scuta mille soluta illis de Sciarris, quæ compensari debent cum credito Monialium.

Et in hanc conformitatem vtraque parte audita consultum fuit esse reforman. præcedentem decisionem.

R. P. D. ROIAS.

postea Archiepiscopo TARRACONEN.

Romana Saluiani.

Lunæ 22. Iunij 1643.

ARGVMENTVM.

Vxor agens contra tertium possessorem pro recuperatione suæ dotis repelli non potest exceptione præscriptionis, quando prout hic non iustificatur possessio pacifica pro toto tempore ad præscribendum necessario. Ad solutionem debiti per maritum, & patrem respectiuè contracti pro substentatione familiæ, quando teneantur vxor, & filij.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio contra vxorem agentem contra tertium pro recuperatione suæ dotis incipit currere à die vergentiæ mariti ad inopiam.*

2 *Præscriptio requiritur possessionem illius, qui præscribere prætendit.*

3 *Præscriptio currere non potest ad fauorem scientiæ adesse creditores.*

4 *Filij, & vxor tenentur in subsidium ad debitum per maritum, & patrem respectiuè contractum pro substentatione familiæ & quando vide in num.seqq.*

8 *Dotis assecurationi locus, vt esse possit, sat est quod vir incipiat tantummodo labi facultatibus.*

9 *Cessio suffragari non potest nisi pro rata soluta.*

11 *Augumentum pretij auget valorem rei, & de eo habenda est ratio ac si de pretio prius constituto.*

12 *Contractus principalis eiusdem iudicatur naturæ cuius est contractus resolutiuus.*

13 *Instrumenta eodem die celebrata, & coram eodem vocatio, & testibus dicuntur inter se correspectiua.*

14 *Correspectiua, quæ sunt vnum dicitur inesse alteri.*

15 *Actiones omnes, quæ directè competunt debitori, competunt etiam vtiliter eius creditori.*

16 *Confessio debitoris adminiculata ad fauorem cuius creditoris emanata probat etiam in præiudicium alterius creditoris anterioris.*

17 *Melioramentorum exceptio non impedit immissionem, quoties illa conceditur super re non meliorata.*

DECISIO CCXII.

VTRAQVE pars impugnabat sententiam A.C. concedentem immissionem in iudicio vtilis Saluiani Lauiniæ Ximenez pro tribus ex quatuordecim portionibus domus olim à q. Augustino Ceulo viro dict. Lauinię possessæ, nunc vero à Clemente, & alijs fratribus de Fontanis: prætendens Lauinia sibi deberi immissionem pro octo ex dd. quatuordecim partibus, non autem pro tribus duntaxat; fratres verò de Fontanis nullo modo esse illi concedendam; vnde cum validitas dictæ sententiæ non controuerteretur, neque etiam iustitia circa probationes extremorum, & crediti dotalis d. Lauiniæ; sed solum circa exceptiones deductas à dictis de Fontanis, proposito dubio an dicta sententia esset confirmanda necne, Domini pro confirmatione responderunt.

Prima enim exceptio desumpta ex præscriptione hypothecę ab anno 1614. a quo etiam constante matrimonio cœpit currere ob vergentiam ad
1 inopiam Augustini viri † d. Lauiniæ iuxta *text. in l. in rebus, §. omnis, C. de iur. dotium Cum. n. consil. 93. num. 1. & 20. Abb. cons. 22. num. 2. lib. 2. Negus. de pignor. 2. membr. 6. part. nu. 4. Bald. de præscript. par. 1 6. part. princip. num. 10. & 14. Fontanell. de pact. nupt. claus. 6. glos. 1. par. 2. num. 57. Pacif. de Saluian. inspect. 2. cap. 2. num.* 275. non fuit à DD. habita in consideratione, quia ex actibus gestis in foro Capitolino datis ab ijsdem Fontanis *in eorundem Summario num.* 5. apparebat ipsos vsque ad annum 1618. non
2 fuisse in pacifica possessione d. domus, † de qua agitur itaut nequirent præscribere *ex congestis per Menoch. de recuper. possess. remed. 16. num. 245. & Pacif. de Saluian. d. inspect. 2. cap. 2. num. 284.* Et ab inde citra quatenus adfuisset tempus necessarium hu-
3 iusmodi præscriptioni, nocuisset ea scientia † crediti dotalis Lauiniæ resultans ex eadem lite agitata in foro Capitolino inter easdem partes, vt ex communi pluribus citatis firmat in his terminis *Pacif. de Saluian. d. cap. 2. num. 286.*

Alteram vero exceptionem deductam à compensatione scut. 370. quorum debitricem prætendunt illi de Fontana esse Lauiniam pro pensionibus domus ab ea vna cum viro inhabitatæ omnino reijcierunt DD. quia d. pensionum creditum nullo modo iustificatur, & iustificatum non afficeret Lauiniam, cui domus non fuit locata, neque in subsidium ob inopiam, viri, qui eam conduxerat. Nam quicquid sit de veritate quæstionis an filij,

4 lij, & vxor † teneantur in subsidium ad debitum
contractum pro substentatione familiæ à patre,
vel viro, qui non sit soluendo, cum affirmatiuam
teneant copiosè relati à *Gratian.discept.107.per tot.*
ac Zeual.in suis commun.quæst.727.num.42. cum seq.
5 negatiuam † verò *Sanchez de matrim.tom.3.lib.9.di-*
sput.4.à nu.28.cum seqq.Blan.Florez in add.ad Gam.
decis.186.Fontanell.de pact.nupt.glos 9.par.5.à n.171
vsque ad num.179. Cost. de remed. subsid. remed.12.
num.2.vers.proinde cum seqq.& de ration. ratæ quæst.
166.à num 14.in fin. vbi etiam *quod in omnem casum*
6 *non procederet contraria opinio in vxore non habente*
alia bona præter solam dotem, certum tamen videtur,
quod ad hoc vt sit locus affirmatiuæ opinioni re-
quiritur probatio inopiæ viri, vel patris, non de
7 tempore petitionis debiti contra filios, & vxorem,
sed de tempore quo contractum fuit debitum, vel
illud versum pro alimentis, ac substentatione fa-
miliæ, *Surd.de aliment. tit.8.priuil.48 num.6.versic.*
sed sanè, & Costa in illation. ad d.remed.12. num.5.
vers.primo.

Neque inopia Augustini poterat dici probata
ex confessione eiusdem Lauiniæ emanata in libel-
lo dato in *Summar.eorum de Fontanis num.4.* vbi di-
xerat se immissam ad possessionem nonnullorum
bonorum viri ob eius vergentiam ad inopiam,
quia non inde infertur talis inopia, quæ excludat
patris, & viri obligationem alendi filios, & vxo-
8 rem, prout supponunt Doctores tenentes † affir-
matiuam, cum ad obtinendum in iudicio assecu-
rationis dotis ob vrgentiam viri ad inopiam sa-
tis sit, quod vir incipiat tantummodo labi facul-
tatibus, iuxta *§.illud, auth.de æqualit.dot.* absque eo
quod omnia viri bona effecta fuerint non soluen-
do, vt per *glos.in l.vbi adhuc verb.ad inopiam, vers.ho-*
die, C.de iur.dot. Bart.in l.si constante, num.4 ff.solut.
matrimon. Grat.discept.44.num.21. & Rot.decis.292.
num.1.par.1.recent.& in Romana dotis 21.Iunij 1638
coram bon.mem.Pirouano.

Tertiam autem sumptam ex cessionibus iurium
reportatis à creditoribus anterioribus, nempè pro
scut.600.ab hæredibus Augustini Colucci, & pro
scut.500. à Camera Apostolica DD. admiserunt
non obstantibus deductis per Lauiniam contra
cessionem Cameræ, vt infra apparebit, sed dixe-
runt dicta scuta 1100. non consumpsisse totum
pretium domus ascendens ad scuta 1400.& vltra
ideoque dictas cessiones non posse defendere re-
9 liquas tres portiones dictæ domus, † cum ne-
queant refragari, nisi pro rata soluta, *l.qui à debi-*
tore, ff.qui potior.in pignor.hab.cum alijs DD.congest.
per Rot.decis.294.num.14. part.1. recent.& decis.76.
in fin.post Pacific.de Saluian. neque valent impedire
10 immissionem in totum, † cum hæc detur pro in-
diuiso respectu quotæ remanentis, *Rota in Firmana*
Saluiani 24.Maij 1632. & 24.Ianuarij 1633. coram
bon.mem.Pirouano, & alibi sæpius.

Nec quicquam fecerunt longè petita ab infor-
mantibus pro Fontanis ad effectum demonstran-
di reliqua scut.300. non esse ponenda in calculo
pretij domus tamquam Ceulo donata, ex eo quod
illam emerat à Francischino pro scut.1100.dum-
taxat, quia cum eadem die, qua Fontana emerat
à Francischino soluisset etiam Ceulo (qui cum
pacto redimendi eamdem domum vendiderat
Francischino) alia scuta 300. nominatim & ex-
pressè (vt sunt verba aperta instrumenti) pro au-
gumento pretij domus, & iurium desuper Ceulo
competentium, conuentumque fuerit inter Fon-
tanam, & Ceulum quod Ceulus in casum, quo do-
mum redimeret, restituere teneretur vna cum reli-
quo pretio dicta scuta 300. pernecessè sequitur,
quod d.scuta 300. veniant ponenda in calculo va-
loris domus.

Tum quia augumentum pretij auget valorem
11 rei, & de eo censendum est, ac si de pretio prius
constituto, ex cumulatis à *Cephal.consil.773.num.*
42.43.volum.5.& Ciriac.controuers.452.num.49.

Tum etiam quia quemadmodum in redemptio-
ne considerarentur dicta scuta 500.tanquam pars
integralis pretij, quia illa vna cum pretio tenere-
tur Ceulus restituere lege conuentionis inter eos
initæ, ita censeri debent in prima venditione, cum
12 contractus principalis † iudicetur eiusdem natu-
ræ cuius est contractus resolutionis, *Bart. in l. &*
ideo, num.2.ff.de condit.furt. relat. à Modern.de Societ.
cap.39. sub num.109. Rot. in Ariminen.Molendini 4.
Maij 1641.coram R.P.D.meo Bichio, & vnus ex Do-
minis dicebat primum instrumentum loquens de
pretio scut.1100.& aliud de augumento scut 300
13 tanquam celebrata eadem die, † & coram eodem
Notario, ac testibus esse reputanda inter se corre-
spectiua, *Dec.cons.276.num.7.& seq.* cum alijs per
14 *Giurb.decis.85 num.8.& 19.* ac vnum etiam alteri
inesse, *l.lecta, versic.dicebam, ff.si cert.pet.cum simil. per*
Giurb.dicta decis.85.sub num.20.vers.quia vnus, Rota
decis.928.num.6.par.6.recent.

Deducta vero pro Lauinia contra cessionem
Cameræ non fuerunt habita in consideratione,
quia esto quod Camera non haberet hypotheca-
riam directam contra Ceulum in socium assum-
ptum à Bartolino Appaltatore redituum Castri
Candulphi; sed cum protestatione quod Ceulus
nolebat ad quicquam teneri, & se obligari ad fa-
uorem Cameræ. Indubitatum tamen est, quod Ca-
mera habebat saltim vtile ex persona Bartolini
cui Ceulus debebat sub obligatione Camerali
causa administrationis d. appaltus per dictum
Ceulum gestæ: omnes enim actiones, quæ directè
15 competunt debitori, competunt etiam vtiliter
eius creditori, *Surd.cons.4.num.23.post Bart.in l.no-*
men, num.4.C.quæ res pignor.oblig.at. possess. Dec cons.
349.num.10.Neguz.de pignor.3.membr.2.par.num.24.

Quod autem Ceulus hanc summam scut.500.
deberet Appaltatori, patet, quia appaltum admi-
nistrauit, & ipsemet in venditione facta Franci-
schino mandauit, quod ex pretio soluerentur Ca-
meræ dicta scuta 500. quæ confessio, & agnitio
cum sit adminiculata, tam ex præcedenti instru-
mento societatis, quam ex iudicio contra ipsum
moto à Camera, & actuali solutione per Franci-
schinum de consensu Ceuli facta, & successiuè iu-
16 rium cessione reportata † probat etiam in præiu-
dicium Lauiniæ, quamuis creditricis anterioris,
iuxta *theoric Cyn.in auth. hoc ius porrectum, Cod. de*
sacrosanct.Eccles.Surd.cons 200.num.46.& 47.& de-
cis.107.num.7.decis.325.num 5 & seq.ac Rot.dec.362
num 8.part.1.recent.

Postremam tamen melioramentorum exceptio-
nem allatam à Fontanis dixerunt DD.non impe-
dire immissionem hoc casu, quo concessa fuit su-
17 per domo † reseruato pro possessore membro
melio-

meliorato diuisibili à dicta domo *iuxt.distinct.Castrens.in cons.270.num.1.par.2.* quam sequuntur *Negus.de pignor.4.membr.5.par.num.17.* & cæteri allegati per *Peregrin. de fideicom. artic.50. num.69.* Et quod melioramenta fuissent facta super membro diuisibili à domo controuersa testatus fuit R. P. D. meus Bichius, qui dum erat Locumtenens A. C. accessit ad istam domum citatis, ac præsentibus partibus.

Immo cum Informantes pro Lauinia dent manus ad remouendas omnes controuersias, quod tres portiones dictæ domus, pro quibus ipsa est immittenda, regulentur iuxta priorem valorem, nempè ad æstimationem scut.300.ita vt rata pensionis totius domus, vel vna cum membro meliorato, vel sine debeat spectare ad Lauiniam pro quota valoris scuta 300.dumtaxat cessa quidem omnis difficultas, quia hoc modo semper sunt preseruata melioramenta, vel facta super membro distincto, vel coniuncto.

Et ita resolutum vtraque parte informante.

DECISIO CCXIII.

R. P. D. BICHIO.

Cæsaraugustana Beneficij de Linares.

Lunæ 22.Iunij 1643.

Est Impressa inter Bichio in Tom.1. Decis.138.

R. P. D. CARRILLO

postea Præside VALLISOLETANO.

Bononien. fideicommissi Bartholomæi de Bologninis.

Lunæ 22.Iunij 1643.

ARGVMENTVM.

Nepotes quamuis de legitimo matrimonio nati, ita dicuntur incapaces fideicommissi, quemadmodum erat eorum pater, etiam si ille fuisset natus ex concubina, & deinde per subsequens matrimonium legitimatus, dummodo tamen ante contractum tale matrimonium fuerit defunctus.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommisso locus factus esse dicitur eueniente casu à Testatore ordinato.*

2 *Filius naturalis quoties fideicommisso succedere non potest sic Testatore disponere, ita sunt incapaces ipsius filij ab eo peruenientes.*

3 *Descendens dici non potest qui habet principium vitiosum.*

4 *Nepotes legitimi ex filio naturali non habentur pro nepotibus aui, sed reputantur extranei.*

5 *Constitutio Pij IV. 45. in ordine Bullarij noui reuocat facultatem legitimandi quoad fidei commissa.*

Legitimatio obtenta cum clausula sine praiudicio vocatorum ex fideicommisso, illis præiudicare non valet. num.5.

6 *Legitimatio quæ fit per subsequens matrimonium suffragare non potest filio naturali prædefuncto ante illius contractum, & de ratione, num.7.*

Contrarium tenuerunt aliqui, vt num.8. sed prima opinio est verior, num.9. & seq.

12 *Fideicommissum factum de proximioribus in casu defectæ lineæ Testatoris expirat in primis, nec ad vlteriores porrigitur.*

13 *Clausula, seruandi graduum prærogatiuum tollit quidem repræsentationem, non autem extendit fideicommissum.*

14 *Vocatio proximiorum in casum defectionis lineæ effectiuæ arguit Testatorem extra illum casum vocasse lineam contentiuam.*

15 *Adoptio existentis in potestate patris facta à transuersali, vel extraneo non operatur quod adoptatus sine auctoritate Principis iura sanguinis ipsius adoptantis consequatur.*

DECISIO CCXIV.

BARTHOLOMÆVS Bologninus instituto sibi hærede Æmilio filio legitimo, & naturali Ioan. Mariæ de Bologninis ab ipso Testatore adoptato subiunxit per hæc verba, *cui Æmilio quandocumque decedenti substituit etiam vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum omnes eiusdem Æmily filios, & descendentes legitimos, & naturales masculos, & de legitimo matrimonio natos, & si contigerit ante eiusdem Testatoris mortem dictum Æmilium decedere absque filys, & descendentibus masculis, vt supra, &c. & casu quo idem Æmilius quandocumque decederet absque filys, & descendentibus masculis, vt supra, &c. eo casu, & casibus prædictis eidem Æmilio sic decedenti, vt supra instituit in dicta hæreditate, & bonis Magnificum Ioan. Mariam de Bologninis superuiuentem, &c. & si autem d. Ioan. Maria tunc defunctus esset eiusdem Ioan. Mariæ filios, & descendentes masculos legitimos, & naturales, & de legitimo matrimonio natos, &c. & deficiente linea masculorum d. Ioan. Mariæ præfatis omnibus vltimis eius hæredibus sit deficientibus, &c. substituit proximiores masculos de parentela, & agnatione ipsius Testatoris seruando tamen inter eos graduum prærogatiuam.*

Accidit quod Æmilius obijt relicto solum Ioan. Ludouico ex Lælio filio naturali prædefuncto, qui, & ipse quoque decessit sine filijs, sicuti, & ante ipsum pariter obierant sine filijs masculis omnes alij filij Ioan. Mariæ; Quare Horatius, & Valerius fratres de Bologninis vti proximiores agnati dicti Testatoris, siue potius ex eorum personis Zambeccarij eorum donatarij introducta lite in Rota contra Palmerios successores dicti Ioan. Ludouici disputate obtinuerunt. An sit locus fideicommisso dicti Bartholomæi, quod expirauerit, & per Zambeccarijs fuit responsum; quia cum tam Ioan. Maria, quam omnes eius filij prædecesserint Æmilio, qui pariter obijt filijs, & descendentibus legitimis, & naturalibus, ac de legitimo matrimonio natis non potest ambigi quin fuerit factus locus
1 fideicommisso † ad fauorem dd. Horatij, & Valerij de Bologninis proximiorum agnatorum ipsius testatoris iuxta casum ab ipso Testatore expressum *Bellon.cons.19.num.3. Rot.decis.436.nu.1.par.1. & decis.269.num.5.par.5.recent.*

Absque quod obstet Æmilium decessisse superstite dicto Ioan. Ludouico nepote; quia cum ille descenderet ex dicto Lælio filio naturali ipsius Æmilij,

Aemilij, & sic ex radice infecta non potuit succe-
dere in dicto fideicommisso in quo post Aemilium
fuerunt vocati tantummodo eius filij, & descen-
dentes masculi legitimi, & naturales, ac de legi-
timo matrimonio nati, siquidem quemadmodum
ipse Lælius tanquam naturalis erat incapax dictæ
2 successionis, † ita, & Io. Ludouicus ab illo pro-
ueniens *l. vlt. C. de nat. liber. Bald. in l. vlt. num. 4.
vers. & si non continentur, C. de verbor. signif. Rustic.
in l. cum Auus, lib. 2. cap. 15. num. 178. vers. ampliatur,
3. de condit. & demonstr. Alex. consil. 174. num. 2. vers.
quia non potest, lib. 5. Ruin. consil. 158. n. 7. lib. 1. Mant.
de coniectur. lib. 11. titul. 12. num. 15. in fin. & nu-
mer. 36. Menoch. lib. 4. præsumpt. 79 num. 25. Fusar.
de subst. quæst. 315 num. 3. Rota decis. 395. nu. 1. par. 1.
recentior.*

Adeo quod nec ex persona propria dictus Io.
Ludouicus succedere possit cum Testator non
considerauit solam personam nepotis, sed descen-
dentium Aemilij ex legitimo matrimonio praue-
nientem, qui autem habet principium vitiosum
3 † non potest dici descendens, vt bene responderũt
*Mant. d. titul. 12. num. 32. ad fin. & num. 33. cum seq.
& Menoch. cons. 318. num. 28. & seqq.* nec nepo-
tes legitimi, ex naturali filio habentur pro nepo-
4 tibus aui, † sed potius reputantur prorsus extra-
nei *Capra cons. 108. num. 25. Alex. d. cons. 174. num. 2.
vol. 5. Dec. consil. 365. num. 2. Barz. decis. 3. ferè per
tot.* quos, & alios refert, & sequitur *Ciriac. contro-
uers. 8. num. 33.*

Nec suffagari potest asserta legitimatio dicti
Lælij facta à Dominis de Campegijs; quia conti-
net clausulam *circa præiudicium vocatorum ex fidei-
commisso*, iuxta Constitutionem 45. Pij Quarti
5 impress. nou. Bullar. † quæ reuocat facultatem
legitimandi quoad fideicommissa, vt in terminis
facultatis concessæ DD. de Campegijs aduertunt
*Eugen. cons. 52. num. 65. lib. 1. & Menoch. cons. 461.
num. 34. ad med. & seqq.*

Prout non releuat, quod Aemilius matrimo-
nium contraxerit cum concubina, ex qua susce-
perat d. Lælium, quia cum idem Lælius decessis-
6 set ante dictum contractum matrimonium, † le-
gitimatio, quæ oriri potuisset ex tali subsequenti
matrimonio nullatenus suffragatur, vt ante om-
nes tenuit *Gulielm. de Cuneo in l. benignus, ff. de ll.*
quem postea secuti fuerunt ibidem *Alber. num. 3.
Bald. num. 6. & Angel. num. 2. Alex. in l. Gallus, §. si
eius, num. 9. in fin. de liber. & posthum. Castren. in
l. 1. §. cæterum, num. 2. ff. de acquir. poss. Butr. in cap.
venerabilem, num. 15. vers. requiritur tertio qui fil.
sint legitim. Dec. cons. 343. num. 2. circa med. vers. &
in simili casu, Cassan. ad consuetud. Bargund. rubr. 8.
§. 3. text. ab intest. num. 8. vers. aduerte, Iason. in l. si
quis pro emptore num. 121. ff. de vsucap. Rosell. tract.
de legit. cap. de caus. material. num. 9. tom. 8 tract. fol.
87. Ludouic. de Sard. tract. de natural. liber., cap. de legit.
per viam matrim. quæst. 5. nu. 19. d. tom. 8. tract. fol. 34.
Marsil singul. 123. Cotta in memor. verb. legitimatio,
Cremes singul. 33. Tiraquel. de primogen. q. 40. n. 115.
Boer. decis. 240. num 16. ad med. Duen. regul. 350.
limit. 2. Gabr. tit. de legit. concl. 1. num. 57. Greg. Lo-
pez partit. 4. tit 13. l. 1. num. 8. col. 2. in fin. vers. no-
ta etiam quod si mortuo, Paschal. de patr. potest. par. 2.
cap. 4. num. 123. ante med. Valentin. Forest. de suc-
cession. lib. 6. cap. 30. num. 1. Gaii. pract. obseruat. lib. 2.
cap. 141. num. 9. Menoch. consil. 1026. num. 20. vers.
tertio obijcitur lib. 11. Balthass. Thomas tom. 1. tit. 9.
num. 90.*

Et ratio est secundum eos, quia legitimatio de-
bet proficisci ab auo ad nepotem mediante per-
7 sona filij, † qui cum mortuus sit ideo extremorũ
coniunctio impeditur *l. tria prædia, ff. de seruit. ru-
stic. præd.* facit bonus *textus in l. qui Libertinus, §.
posthumus. ff. de oper. liber. & in l. diuo Marco, Cod. de
quæst.* quæ quidem opinio licet plures habeat con-
8 tradictores † recensitos per *Couar. in epitom. super
4. 2. par. cap. 8. §. 2. num. 19.* & aduertit *Guttierez. in
repetit. textus in §. fui de hæred. qualitat. & different.
9 num. 200.* attamen negari nequit † quin ea sit ma-
gis communis, vt refert idem *Guttier. d. num. 200.
circa med.* & quamuis ipse dicat sibi complacere
contrariam vti magis æquam, & fauorabilem fi-
10 lijs, † nihilominus fatetur, quod durum esset in
praxi recedere à communi, & recepta sententia
sequitur *Peregr. de fideicommiss. articul. 24. num. 61.*
11 vbi quod ista opinio est receptior, † & magis cõ-
munis, idem tenent *Rustic. in leg. cum auus in lib. 2.
cap. 16. num. 117. & num. 125. Honded. consil. 72.
num. 31. & Iordanus Vrsinus in tractat. de successʃ.
feud. par. 1. quæst. 4. articul. 5. per tot.* vbi quæstio-
nem disputat ad partes, *& sub num. 16. de rece-
ptior. testatur.*

Quod verò præfatum fideicommissum expira-
uerit in personis dd. Horatij, & Valerij probatur
ex eo, quod testator deficiente linea masculina
Ioannis Mariæ substituit simpliciter proximiores
de parentela, & agnatione ipsius Testatoris, nec
12 vlterius progressus est, † quo casu fideicommissũ
expirat in primis proximioribus, neque ad alios
extenditur, vt probat *textus in leg. cum ita legatur,
§. in fideicommisso, vbi Cuman. num. 4. ff. de legat. 2.*
quem benè expendit ad hunc propositum *Molin.
de Hispan. primogenit. lib. 1. cap. 5. num. 27.* & con-
cordant *Mantic. de coniectur. lib 8. titul. 12. numer. 34.
Crass. in §. fideicommissum, quæst. 16. numer. 8. Decian.
consil. 64. lib. 2. & consil. 10. num. 23. & seq. lib. 3. &
consil. 77. lib. 5. Crauett. consil. 161. num. 9. Petra de fi-
deicommiss. quæst 1. num. 149. Fusar. consil. 91. num. 6.
Rota dec. 426. num. 5. par. 1. & dec. 264. per totam par. 4.
& decis. 326. n. 6. par. 5. recent. & decis. 270. n. 17. co-
ram Durano inter eius impress.*

Non obstante illa clausula, *seruando inter eos
13 graduum prærogatiuam*, † quia ea tollit quidem
repræsentationem, sed non extendit fideicommis-
sum, vt in puncto explicat *Decian. dicto consil. 10.
num. 63. versic. non obstat tertium, & seq. lib. 3.* & idem
sentit *Surd. in consil. 554. num. 39. post princip. versic.
minimè vero sequitur. Honded. cons. 60. numer. 78.
lib. 2.*

Nec subsistit, quod Testator substituendo
proximiores de familia intelligere voluerit de fa-
milia effectiua, & non contentiua, de qua sunt
dd. Horatius, & Valerius Authores Zambec-
cariorum, quia immo contrarium manifestè
conuincitur ex eo, quod postquam Testator vo-
cauit, & substituit omnes descendentes istis defi-
cientibus vocauit proximiores de parentela, &
agnatione, & sic cum solum defectum lineæ effe-
14 ctiuæ vocauerit proximiores † impossibile est,
quod non intellexerit de familia contentiua, vt
benè ad propositum argunt. *Aldouin. consil. 91. nu-
mer. 61.*

mer. 61. versic. cæterum, quod Testator, Peregr. consil. 47. n. 10. versic. verum circa istorum, vol. 2. Fusar. consil. 37. n. 17. & de substit. q. 351. num. 39. Bellon. iunior consil. 11. n. 52. post med. & seqq. & Ciriac. controuers. 269. num. 63.

Denique non aduersatur obiectum adoptionis Aemilij propter quam Ioannes Ludouicus Testatori proximior dicebatur, quia adoptio existentis in potestate patris naturalis facta à transuersa-
25 li, vel ab extraneo † non operatur, quod adoptatus assequatur sine Principis auctoritate iura sanguinis ipsius adoptantis, immo nec quod exeat familiam, & iura eiusdem patris naturalis dissoluantur ad textum *in l. cum in adoptiuis, Cod. de adoption. §. sep hodie inst. eodem titul. Soccin. in l. cum auus, num. 59. in fin. ff. de condit. & demonstrat. Berou. cons. 159. num. 25. lib. 3. Giouagnon. consil. 11. num. 52. & seqq. lib. 2.* & sic ratione adoptionis prædictæ nulla considerari potest proximitas Io. Ludouici erga Testatorem adoptantem.

Et ita vtraque &c.

Supra in hac eadem causa habetur altera decisio sub die 17. Martij 1642. coram eodem Reuerendissimo Præside Vallisolitano est supra in hac part. 9. recentior. decis. 76. & infra in Appendice habetur altera sub die 4. Maij 1643. coram eodem, & infra in hoc eodem volumine habetur altera sub die 11. Decembris 1643. coram eodem, & sub diebus 26. Nouembr. 1644. & 12. Maij 1645. & 16. Aprilis 1645. coram Reuerendiss. Terracinen. In eadem causa adest alia decisio sub die 27. Februarij 1654. coram R. P. D. Celso.

R. P. D. CARRILLO.

Postea Præside VALLISOLETANO.

Firmana Prędij.

Veneris 26. Iunij 1643.

ARGVMENTVM.

Deliberatio dicitur nulla si ad illam fuit deuentum non præcedente liquidatione valoris rei, in iudicio petitæ, maximè vbi vna tantùm oblatio interuenit de tribus, quæ ad substantiam illius requiruntur.

SVMMARIVM.

1 *Concordia emanata post deliberationem nullam, facit quod res deliberata, & in concordia deducta, non alio titulo possideatur, quam transactionis.*

2 *Calculatori iudialiter electo, à cuius ralatione reclamatum non fuit, stari debet.*

3 *Sententia reintegratoria efficit reintegratos veros possessores.*

Manutentio conceditur vero possessori num. 3.

4 *Valore rei in iudicio petitæ non liquidato deueniri non potest ad subhastationem, vel deliberationem, quinimò nec ad executionem, & num. 5.*

6 *Liquidatio non fit per oblatoris voluntatem, sed requiritur communis æstimatio.*

Oblatio iudicialis non probat verum valorem num. 6.

7 *Oblatores tres saltem requiruntur vt deliberatio sustineri possit.*

8 *Creditori non licet per imaginariam personam pignus deliberatum emere.*

9 *Sententia obstare non potest vbi causa, propter quam illa fuit lata deuenit ad non causam.*

10 *Fullo si vestes amisit, quas poliendas suscepit, potest solutum repetere, si Dominus post solutionem vestes inuenit.*

11 *Possessionem qui facto proprio amisit non potest prætendere remedium retinendæ, sed tantum recuperandæ, seu reintegrandæ possessionis.*

12 *Verba sententiæ intelligi debent prout de iure.*

13 *Iudex censetur sententiam protulisse, prout de iure tenebatur.*

14 *Sententia non potest in iudicatum transire attenta notoria iniustitia.*

15 *Ratificatio non inducitur ex actis, qui possunt referri ad alium titulum, quam ratificationem.*

DECISIO CCXV.

IACOBVS, & Matthæuccius fratres de Matthæuccijs cum essent minores postquam contra eos de anno 1622. facta fuit deliberatio prædij, de quo agitur, ad instantiam Octauiani Roselli, & Ioannis Angelelli creditorum q. Baptistæ de Mattheuccis eorum Patris, mouerunt litem super nullitate dictæ deliberationis, qua indecisa pendente sub die 6. Iulij 1627. deuenerunt ad concordiam cum dd. Rosello, & Angelello mediante persona Francisci Oliuelli, qui promisit de rato pro dictis fratribus de Mattheuccijs, & Catherina eorum matre, & Curatrice, instrumentumque ratificationis se exhibitum infra quindecim dies.

In ista concordia fuit inter alia expressè conuentum, *che li detti Rosello, & Angellelo siano obligati all'hora quando saranno sodisfatti delli detti scudi 434. rilassar libera tutta la detta possessione* (super qua secuta fuerit deliberatio) *à detti heredi tanto nel possessorio, quanto nella proprietà.* Cum autem dd. Rosellus, & Angelellus licet plenè satisfacti de eorum credito adhuc continuassent in perceptione dicti prædij, ijdem Mattheuccij de anno 1636. cæperunt agere, & obtinuerunt ab A. C. mandatum de reintegrando hinc causa per appellationē ad Rotam deuoluta cum clausula, *sine præiudicio mandati de reintegrando*, dubitaui sub die 29. Maij præteriti, cui sit dandum mandatum de manutenendo.

Verùm quia informantes pro Rosello, & Consocio sub prætextu, quod dicta Concordia esset nulla ob non secutam ratificationem infra tempus in ea præfinitum dicebant suos principales possidere hoc prædium non vigore dictæ concordię, sed in vim præcedentis deliberationis mediante cessione reportata à deliberatario, & è cōtra informantes pro Mattheuccijs respondebant dictam deliberationem esse vitiosam, & propterea dd. Rosellum, & litis consortem non potuisse possidere alio titulo, quam concordiæ, Domini agnoscentes decisionem huius dubij pendere à viribus dictæ diliberationis dilata resolutione mandarunt videri, An sustineatur deliberatio, super qua hodie reassumpta disputatione responderunt deliberationem non sustineri, & consequenter Mattheuccijs dandam esse manutentionē.

Ratio

Ratio resolutionis fuit; quia data nullitate deliberationis Rosellus, & Angelellus non poterant
1 hoc prædium possidere alio titulo, † quam concordiæ alias eorum possessio esset vitiosa, vt in simili aduertit *adden ad Creg. XV. in decis. 7. nu. 13.* & ideo secuta eorum satisfactione iuxtà formam
2 eiusdem concordiæ, vt probatur ex relatione calculatoris iudicialiter deputati, † cui standum est cum ab eius relatione reclamatum non fuerit. *Bart. in l. instar num. 10. C. de iure fisci lib. 10. Buin. cons. 16. ad fin. lib. 5. Corn. consil. 43. num. 7. lib. 1. Rota decis. 393. num. 2. par. 4. recent.* Mattheuccij iure meritò debuerunt reintegrari, & sententia reintegratoria effecit reintegratos veros possessores,
3 † ita vt illis veniat concedenda manutentio *l. iustè possidet, l. qui vniuersas, §. item cum Prætor, ff. de acquir. possess. cap. in præsentia de renunciat. Rot. dec. 173. n. 1. & dec. 313. n. 2. par, 1. & decis. 199. num. 1. par. 7. recent. & allbi passim.*

Quod autem dicta deliberatio sit nulla probatur præcipuè ex triplici capite.

Primò, quia vigore mandati relaxati pro quatuor milliaribus olei ad instantiam dd. Roselli, & litis consortis fuit facta executio, necnon subhastatio, ac deliberatio super prædio, de quo agitur absque præuia eiusdem olei precij liquidatio-
4 ne; † quæ tamen erat necessaria *Bald. in l. 2. nu. 7. & 8. C. de execut. rei iudic. Crauett. consil. 321. n. 9. Surd. decis. 23. per tot. Rota decis 689. num. 3. par. 1. recent.* & in terminis deliberationis factæ pro
5 quantitate frumenti, † quod erat in obligatione extat *decis. 485. num. 8. coram Greg. XV.*

Nec pro liquidatione sufficit oblatio licitatoris, qui obtulit oleum, vel eius precium ad rationem scut. 110 pro quolibet milliario, quia liqui-
6 datio non fit per oblatoris voluntatem, † quæ verum valorem non probat, sed requiritur communis æstimatio *Bald. in l. 1. num. 65. C. de sent. quæ pro eo, & in l. 2. num. 27.* ibique etiam *Salicet. num. 32. & Cagnol. num. 233. vers. videtur etiam C. de rescinden. vendit. Alexan. in l. falcidia §. corpora sub nu. 2. ff. ad l. falcidiam. Lup. de vsur. coment. 2. §. 2. num. 114. vers. similiter si testis. Rota decis. 170. n. 2. par. 1. recent.*

Secundò; quia sub vnica tantum oblatione
7 fuit deuentum ad deliberationem, † cum tamen tres oblatores requirantur ad hoc, vt deliberatio sustineri possit *Bald. in l ordo num. 4. C. de execut. rei iudic. Gratian. discept. forens. cap. 739. num. 22. Rota decis. 113. num. 14. par. 7. recent.* & fuit dictum in *Anconitana prædij 18. Iunij 1642. coram R. P. D. meo Bichio.*

Tertio, & denique, quia deliberatio re vera facta fuit ipsis Rosello, & Angelello Crditoribus
8 † per imaginariam personam licitatoris contra expressam dispositionem *textus in leg. & qui sub imagine C. de distract. pignor. & notat ibi Fulgos.* quem ad effectum annullandi deliberationem secuta est *Rota in d. Anconitana prædij coram D meo Bichio.*

Non obstat sententia absolutoria in iudicatum transacta prolata de anno 1633. à Reuerendissimo Capuano, tunc A. C. Locumtenente ad fauorem dd. Roselli, & Angelelli cum impositione perpetui silentij; quia de eo tempore non constabat, quod ex fructibus huius prædij vsque tunc perceptis dd. Rosellus, & consocius essent integrè satisfacti, & sic dum durabat pactum in Instrumento concordiæ appositum nempè quod *possano li Roselli continuare nel possesso, e dominio di detta possessione per fruttarla sin'all'intiera lor sodisfattione*, non erat locus manutentioni tunc petitę à Mattheuccijs, & consequenter rectè fecit Iudex absoluendo Reos conuentos, sed ex quo hodie apparet de totali, imò de excessiua satisfactione cessat ius dictæ sententię, cum causa propter quam illa fuit
9 lata deuenerit ad non causam, vt probat *textus in l. si fullo, ff. de condit. sine caus.* vbi fullo qui vestem amiserat, quas poliendas susceperat, eaque de causa condemnatus pretium soluerat post solutū
10 repetere, † si Dominus post receptam solutionem vestes inuenit, benè *Surd. cons. 263. num. 14. 15. 16. & 17. Gratian.* qui plures congerit *discept. forens. cap. 408. nu. 2.*

Et impositio perpetui silentij potest, & debet verificari in illa actione manutentionis tunc malè intentata, cum attento quod Mattheucci amisissent possessionem huius prædij per concordiam
11 † eis competeret remedium recuperandæ, seu reintegrandæ, non autem retinendæ iuxta notata per *Meno h. in tract. de recuperand. in prælud. in prin.*
12 verba enim sententiæ † debent intelligi, prout de iure *l. Herennius, ff. de euict. l. miles, ff. de re iudic. Bart. in l. si fundus §. in vendicatione, ff. de pignor. Rota decis. 223. num. 3. par. 5. recent.* & Iudex cense-
13 tur pronunciasse, † vt de iure tenebatur *Crauett. cons. 188. n. 8 Greg. XV. dec. 166. n. 4.*

Alias autem si diceretur, quod dicta sententia fuisset prolata super nullitate concordiæ, & super validitate deliberationis esset notoriè iniusta, cū ex supra deductis appareat dictam deliberationē esse euidenter nullam, & per consequens attenta
14 notoria iniustitia † non potuisset transire in iudicatum *l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudic. l. ea quæ, l. vt proponis, C. quomod. & quand. Iudex. Rota decis. 260. num. 7. part. 1. & decis. 594. num 4. part. 2. recentior.*

Nec obstant actus ponderati ad docendum de approbatione, seu ratificatione dictæ sententiæ, quia omnes dicti actus emanarunt post concordiam, & ideò ad ipsius ratificationem potius possunt, & debent referri, vel saltem tamquam equiuoci sententiæ ratificationem non inducunt cum
15 ratificatio non inducatur ex actibus, † qui possunt referri ad alium titulum citra ratificationē, vt ex *Innocent. in cap. super hoc, n. 2. in fin. de renunc. & ex Bart. in l. si per vim nu. 2. C. de his, quæ vi metusue caus fin.* & ex alijs firmauit *Rota in dec. 311. num. 17. coram Greg. XV.*

Et ita vtraque, &c.

DECISIO CCXVI

R. P. D. BICHIO

Anconitana Prędij.

Veneris 24. Iunij 1643.

Est impressa inter Bichio in Tom. 1. Decis. 142.

DECISIO CCXVII.

R. P. D. BICHIO.

Cathacen. Ecclesiæ.

Mercurij 10. Iunij 1643.

Est impressa inter Bichio in tom. 1. Decis. 133.

R. P. D. CARRILLO.

Postea Præsidæ VALLISOLETANO.

Maioricen. Parochialis.

Mercurij 1. Iulij 1643.

ARGVMENTVM.

Resignãte defuncto ante quam Resignatarius suam iustificauerit gratiam coram Ordinario, non ex hoc, beneficium vacare dicitur, itaut idem Ordinarius valeat illud conferre; Quinimmo debet Resignatarius, modo tamen idoneus fuerit repertus, & gratia in omnibus iustificetur in beneficij possessionem immitti.

SVMMARIVM.

1 *Litteræ Apostolicæ vbi sunt debeant iustificatæ executioni demandari.*

2 *Gratia in forma dignum continet mandatum de procedendo, & sic ante resignationem non abdicat ius à Resignatario, quod quando procedat. vide in num. seqq.*

4 *Clausula*, quatenus idoneus repertus fuerit, *non facit gratiam conditionalem, quoad substantiam, sed solum quoad executionem.*

5 *Pensio ad fauorem Resignantis dicitur validè reseruata vbi narratiua facta in litteris non apparet diuersa ab illa facta in procura.*

6 *Valor beneficij malè expressus in resignatione vim pensione imputatur ipsi Resignanti, qui de eo notitiam habebat.*

7 *Resignatione secuta cum pensione abdicatur ius à Resignatione, etiam quod valor Beneficij fuerit malè expressus.*

8 *Resignatione non publicata infra nouem menses, beneficium vacat, & quomodo.*

9 *Resignatarius, qui prorogationem obtinuit ad publicandam resignationem, si illam in termino prorogato publicauit, perinde est ac si à principio publicasset.*

10 *Ius omne censetur in beneficialibus à principio deductam, quod vel competit, vel competere poterat.*

11 *Collatio Ordinarij vbi est inualida, non est de ea facienda mentio in gratia Pontificis.*

12 *Resignatio beneficij, quæ vigore Constitutionis Gregorianæ publicari debet in diebus festiuis, sufficit quod publicetur diebus non festiuis, vbi multitudo populi adest in Ecclesia.*

13 *Fides publicantis resignationem, nempe in Ecclesia adfuisse populi multitudinem probat.*

Factum præsumitur, quod fieri solitum est, dum non apparet de contrario. num. 13.

14 *Confessione propria nulla datur maior probatio.*

16 *Mandatum extenditur etiam ad lites futuras, quando constat de mente constituentis, dummodo non requiratur speciale.*

17 *Procurator censetur constitutus ad ea omnia, quæ sunt annexa, seu de natura iudicij principalis.*

18 *Gratia nouiter obtenta in beneficialibus prodest ad victoriam etiam sine noua seruatione terminorum.*

Amplia conclusionem fortius procedere, vbi noua gratia est à prima dependens. num. 19.

DECISIO CCXVIII.

DE anno 1640. Christoforus senior reseruata sibi pensione ducatorum 4:5. auri de Camera resignauit Parochialem, de qua agitur, ad fauorem Christofori iunioris eius nepotis, sed quia Resignatarius prouisus in forma dignũ non iustificauit gratiam coram Ordinario ante obitum Resignantis, idem Ordinarius præuio concursu eandem Parochialem contulit Iacobo, qui illius possessionem assecutus fuit; Inde orta controuersia inter Prouisos, causaque per appellationem ad Rotam deuoluta, dubitaui, An litteræ Apost. sint exequendæ, & eas esse exequendas in hac secunda causa positione fuit responsum; Quia Resignatarium esse idoneum, ac Resignantem habere bona ex quibus vna cum pensione sibi reseruata commode viuere posset, & omnia alia narrata in litteris esse iustificata apparet ex datis in Summario Christofori, quan-
1 do autem litteræ Apostolicæ sunt iustificatæ † debent executioni demandari, *cap. si capitulo, de concess. preben. lib. 6. cap. super litteris, de rescript. Rot. decis. 348. nu. 1. par. 5. recent.* & alibi sæpè.

Non obstat, quod litteræ resignationis ad fauorem Resignatarij expeditæ fuerint in forma dignum, vnde cum ante illarum iustificationem Resignans decesserit, dicebatur Parochialem vacasse per obitum Resignantis, non autem per resignationem ea præcipuè ratione; quia gratia in forma dignum continet mandatum de proui-
2 dendo, † & sic ante iustificationem non abdicat ius à Resignante, vt in terminis videbatur plures resoluisse Rota, & signanter in *Ampurion. Beneficij 18. Februarij 1625. coram bon. mem. Merlino in Colimbrien. Canonicatus coram eodem inter recent. decis. 92. num. 3 & 12. & seqq. part. 5. & coram Buratto decis. 830. num. 3. 11. & 12. & seqq. & in Leodien. Canonicatus S. Dionisij 26 Martij 1923. coram bo. mem. Coccino*, postea confirmata *sub die 25 Maij 36 6.* & rursus *sub 28. Iunij 1628. coram bon. me. Pirouano.*

Quoniam placuit responsio nempe, quod hoc procedit quando resignatio non potest habere effectum puta ob defectum idoneitatis, Resignatarij, vel ob impossibilitatem iustificationis narratiuæ factæ in litteris resignationis, vel ob secutum obitum Resignantis infra 20. dies à die
3 factæ resignationis, † secus vero quando resignatio potest suum habere effectum, tunc enim beneficium dicitur vacare per resignationem, quamuis ante approbationẽ Resignatarij Resignãs decesserit, *argument. l. quandiu, ff. de acquirend. hæredit. l. antequam, C. commun. de Success. Soccin. in l. Gallius, §. instituens, num. 2. ff. de lib. & posthum. Sarnen. de impetrat. benef. per obit. famil. Card. quæst. 10.* benè *Gabr. cons. 186. nu. 3. & 9 lib. 1. Paris. de resignat. lib. 4. quæst. 2. nu. 76. & 77.* & latè prosequitur *Lother. de re benefic. lib. 3. quæst. 14. nu. 58. & seqq.*

& seqq. & presertim *vsque ad num.* 72.
Perinde ac si prouisio Resignatarij pura fuis-
4 set: cum clausula, *quatenus idoneus repertus fuerit,*
non facit gratiam conditionalem, quoad sub-
stantiam, sed solum, quoad executionem, &
qualitas illa idoneitatis iam inierat tempore
gratiæ desiderabaturque dumtaxat eius proba-
tio, vt magistraliter in his terminis dictum fu-
it in *Burgen. Canonicatus* 28. *Aprilis* 1597. *coram*
bo.mem. Card. Hieronymo Pamphilio, impress. apud
Marchesan. tom. 1. *fol.* 358. quam decisionem Ro-
ta semper sequuta est, vt in dd. *Lodien. Canonica-*
tus S. Dionysij 27. *Martij* 1623. *coram bo. mem. Cocci-*
no. & 25 *Maij* 1626. *coram bo.mem. Pirouano. & co-*
ram Buratto decis. 867. *nu.*2. *& in Legion. Canonica-*
tus 23. *Ianuarij* 1640. *coram R. P. D. meo Roias.*
Nec dicatur resignationem non potuisse habe-
re effectum, ex eo, quod esset inualida pensio
ibi reseruata ad fauorem Resignantis ob defectũ
valoris beneficij, qui non potest dici benè iusti-
ficatus ex narratiua facta in litteris per non ex-
cessum; quia dum non apparet de narratiua di-
uersa in litteris ab illa facta in procura ad resi-
5 gnandum, † eaque fieri soleat simultaneè de
consensu Resignantis, & Resignatarij pensio di-
citur valide reseruata *Seraph. decis.* 677. *numer.* 5.
Buratt. decis. 409. *num.* 2. *&* 3. & vlterius esset im-
6 putandum Resignanti † si valor fuisset malè ex-
pressus cum ipse valorem beneficij sciret dum
Parochialem possederat per annos 25. *Paris. de*
resignat. lib. 1. *quæst.* 3. *num.* 71. *&* 118. *Rebuff. cons.*
192. *n.* 5. *Garz. de benef.* 11. *cap.* 3. *num.* 36. *& signan-*
7 *ter num.* 39. vbi quod nihilominus ius † abdica-
tum fuit à Resignante, sequitur *Rot. dec.* 25. *co-*
ram Card. Seraphino.
Prout non facit, quod dicta resignatio non
fuerit publicata intra tempus 9. mensium con-
stitutum in Bolla Gregor. XIII. nec in tempore
quo viuebat Resignans, quia non inde sequitur
8 Parochialem vacasse per obitum † cum dicta Con-
stitutio Gregorij inducat, specialem vacationem
ob non publicationem retrotrahendo eam ad
ipsam diem resignationis cum speciali reserua-
tione ad fauorem Sedis Apostolicæ, vt videre
est in eadem Constitutione *impress. in Bullar. nou.*
la 85. *in ordine*, §. 5. & aduertunt *Paris. de resignat.*
lib. 11. *quæst.* 8. *per tot. & præcipuè nu.* 6. *Garz. de*
benef. par. 11. *cap. nu.* 305. & fuit dictum in *Nea-*
politana beneficij 6. *Iunij* 1629. *coram bon. memor.*
Card. Virili Quod obiectum benè agnouit, *Rota in*
d. Leodien. Canonicatus S. Dionysij 17. *Maij* 1624.
coram. bon. mem. Coccino, sub §. *final.* sed illud eui-
tauit: quia in eo casu Ordinarius habebat indul-
tum comprehendens hanc etiam vacationem.
Vnde fit quod cum Resignatarius obtinuerit
prorogationes, ac etiam restitutionem in inte-
grum aduersus lapsum temporis dati ad publi-
candum, & subinde etiam nouam gratiam scili-
cet vti de vacante ob non publicatione habuerit
cum termiuo quatuor mensium ad publican-
dum, quem deinde ad duos menses, & rursus ad
vnum prorogari obtinuerit Summario *num.* 5.
& 13. & tandem in termino prorogato gratiam
9 publicauerit perinde est ac si in tempore debito
publicasset, vt de stylo testatur *Paris. de resign.*
lib. 11. *quæst.* 13, *num.* 39. *Lother de re benefic. lib.* 3.
quæst. 21. *num.* 3. benè *Rota decis.* 113. *per tot co-*
ram Mantica.
Et quamuis fuerit replicatum publicationem
emanasse vigore nouæ gratiæ, & ideo responde-
ri non posse pro executione litterarum primæ
gratiæ resignationis; Attamen fuit responsum,
quod præsens disputatio non est restricta ad so-
las littera resigationis, sed loquitur generice,
nempe, An litteræ Apostolicæ sint exequendæ;
quarum appellatione veniunt etiam litteræ nouæ
gratiæ; quæ licet obtenta pendente lite adhuc
tamen dicto Christoforo suffragari debet, quia
in beneficialibus censetur deductum ab initio
10 omne ius † quod competit, vel competere po-
test, vt in terminis ex *cap statuimus, de elect. in* 6.
tradit *Aegid. Bellamer. decis.* 661. quem refert, &
sequitur *Rota in Calaguritana beneficiorum de Anol*
19. *Aprilis* 1613. *coram bo. mem. Sacrato. impress.*
apud Marchesan. tom 2. *fol.* 478.
Quamuis sic stantibus non visæ fuerunt rele-
uare tres exceptiones, quæ contra hanc nouam
gratia opponebantur.
Non prima deducta ex eo, quod contineat
clausulam, *dummodo non sit alteri ius quæsitum*, &
non faciat mentionem collationis ab Ordinario
factæ medio tempore ad fauorem Iacobi, cui
propterea præiudicare non valeat ob ius sibi quæ-
situm ex dicta Ordinarij prouisione, quia cum
collatio Ordinarij sit inualida attento quod be-
neficium vacare non potuisset per obitum resi-
stente dispositione Bullæ Gregorianæ, vt supra
11 fuit firmatum, nullum ius potuit tribuere, † &
per consequens de ea nulla erat facienda mentio,
Lap. alligat. 16. *num.* 2. *&* 3. *Garz. de benef. par.* 10.
cap. 1. *num.* 51.
Non secunda desumpta ex eo, quod non fue-
rit publicata in diebus festiuis, quia etiam in
12 diebus non festiuis publicatio fieri potest † si
multitudo populi adest in Ecclesia, cum etiam
hoc modo dicatur satisfactum dispositioni dictæ
Constitutionis Gregorianæ, vt aduertit *Paris.*
de resignat. lib. 11. *quæst.* 6 *num.* 27. *vers si autem*,
& publicationem in proposito fuisse factum de
tempore, quo multitudo populi aderat constat
ex fide publicantis, qui dum testatur multitu-
dinem populi tunc solitam esse conuenire in
Ecclesia satis probat realiter tunc adfuisse: quia
13 præsumitur factum, quod fieri est solitum, dum
de contrario non appareat, *Abb. in cap. tenor,*
ibiq. Felin. concl. 2. *vers. fallit tertio, de re iud. Ro-*
man. cons. 509. *num.* 24. *Socc. sen.* 68. *num* 3. *lib.* 4.
quos, & alios refert, & sequitur ad hoc propo-
situm, *Menoch. præsumpt.* 18 *num.* 6. *lib.* 6.
Non denique tertia fundata in eo, quod hæc
noua gratia non fuerit producta citato legitimo
procuratore Iacobi: quia fuisse citatum verum
procuratorem probatur ex confessione eiusdem
Iacobi emissa in actu præsentationis monitorij
sibi factæ asserendo se habere procuratorem in
Romana Curia constitutum Ioannem Dicido,
14 qua quidem confessione nulla datur maior pro-
batio, *cap. per tuas, de probat.* licet ipsa non ar-
15 ctet citantem † quatenus confessioni stare nolit,
vt docet *Salust. Tiber. in prax. A.C. lib.* 3. *cap.* 7. *n.* 14.
16 Nec mandatum potest dici restrictum ad cau-
sam executionis litterarum resignationis dum-

texat dum ex dicti Iacobi confessione supponitur fuisse generale comprehendens etiam lites futuras, ibi, *pront coram Illustrissimo D. R. C. Apost. Auditore, latius per Nobil. D. Ioannem Dicido einsdem præfati Rectori, Iacobi &c. legitimum procuratorem ad hæc, & alia specialiter constitutum, & deputatum suo casu deducetur, &c.* Quando enim con-
16 stat de mente constituentis procuratorem, † mādatum extenditur etiam ad lites futuras dummodo non requiratur speciale mandatum, *Buratt. decis.* 226. *num.* 11. & regulariter procurator
17 censetur constitutus † ad omnia quæ sunt annexa, seu de natura Iudicij principalis, *l. qui proprio nomine, §. item quæritur, ff. de procurat. Mantic. de tacit. lib. 2. tit. 22. num.* 24. *Gratian. discept. forens. cap.* 337. *nu.* 23. *Aegid Bellam. decis.* 184. & sic in præsente censetur constitutus etiam ad nouam gratiam, quæ vt supra fuit firmatum in benefi-
18 cialibus prodest ad victoriam, † etiam sine noua seruatione terminorum, *Aegid. d. decis.* 661. maximè quia hæc noua gratia ob non publica-
19 tionem † dicitur dependens à prima gratia resignationis, *Seraphin. decis.* 1064. *vers. alterum est, & sub num.* 5.

Et ita vtraque &c.

DECISIO CCXVIII.

R. P. D. BICHIO

Calaguritana Cappellæ.

Mercurij 1. Iulij 1643.

Est Impressa inter Bichio in Tom. 1. Decis. 145.

R. P. D. GHISILERIO

Postea EPISCOPO TERRACINEN.

Ragusina Electionis.

Mercurij 1. Iulij 1643.

ARGVMENTVM.

Sequestrum apponitur in beneficialibus vbi possessio est attentata, vel vitiosa, qualis dicitur, si fuerit capta post interpositam appellationem, quantumuis extraiudicialem. Eligentes incapacem, amittunt ius electionis, illudque transferunt in alios, qui in electione non concurrerunt, quod tamen procedit vbi scienter fuerit de persona incapaci facta electio.

SVMMARIVM.

1 *Possessio quando est vitiosa, & attentata solet à Rota in beneficialibus sequestrari.*

2 *Possessio capta post appellationem quantumuis extraiudicialem dicitur attentata, & nu. 3.*

Appellatio etiam extraiudicialis operatur vt omnia gesta contra, & post illam subiaceant vitio attentatorum. num. 2.

4 *Electionem non causat votorum paritas.*

5 *Eligentes quoties scienter eligunt incapacem, eo casu ius eligendi remanet penes alios qui in electione huiusmodi non concurrerunt.*

Amplia conclusionem procedere etiam quod isti sint nimis pauciores, aut etiam vnus tantum remanserit ibid. & nu. seq.

6 *Pœna eligentium incapacem non debet afficere innocentem.*

7 *Electus in paritate votorum, potest tradere suum votum, & sic dicitur habere maiorem partem votorum.*

DECISIO CCXIX.

VAcante per resignationem in manibus Ordinarij Archipresbyteratu Cathedralis Ragusinæ, Capitulum elegit D. Annibalem Palmottam, deinde recedens ab hac electione elegit D. Draghum Georgium, quem Archiepiscopus instituit, & immisit in possessionem. Ab his appellauit Palmotta, & introduxit causam appellationis coram A. C. à quo per sententiam obtinuit declarari, electionem Draghi, & institutionem esse inualidam, electionem verò de eo factam esse validam, sibiq; deberi dictam dignitatem; A qua sententia interposita appellatione per Draghum, & commissa mihi causa appellationis, prætendens Palmotta, gesta post eius electionem esse attentata, & ideo esse apponendum sequestrum, obtinuit in Rota iuxta petita responderi pro appositione sequestri. Quia quando possessio est vi-
1 tiosa, † & attentata, vt citius lites finiantur Rota passim in Beneficialibus solet apponere sequestrum, *Cassad. dec.* 3. *num.* 6. *de restit. spoliat. Capytaq. decis.* 157. *par.* 3. *Rota decis.* 1370. *inter impressas diuers. par.* 3. *& decis.* 658. *num.* 10. *par.* 3. *recent.*

Quod autem possessio capta per Draghum sit vitiosa, & attentata, satis patet, quia illa fuit capta, postquam Palmotta iam electus appellauit à noua electione quam Capitulum facere intendebat, & illa deinde, facta, ab illa iterum appellauit, & nihilominus Capitulum post dictam primam appellationem elegit Draghum, & vlterius post aliam appellationem ab electione Draghi, ipsum etiam mandauit præsentari Archiepiscopo, qui illum instituit, & in possessionem immisit. Vnde talis possessio videtur atten-
2 tata vti capta post appellationem, † quæ licet extraiudicialis operatur, vt omnia quæ fiunt contra, & post appellationem subiaceant vitio attentatorum ad *Text. in cap. cum nobis de elect. vbi Innoc. num.* 2. *Butr. num.* 23. *Imol. num.* 8. *Io. Andr. num.* 12. *Abb. num.* 7. qui & hoc idem firmat *in cap. bonæ mem. num.* 10. *vers. duodecima differentia de appellat. vbi Dec. num.* 34. *& Franc. num.* 29. *& seqq. Lancell. de attent. lit. pend. cap.* 12. *par.* 2. *limit.* 3. *num.* 6. *& seqq.* alios cumulat *bo. mem. Buratto dec* 859. *num.* 1. *&* 5. vbi quod appellatio extraiudicialis
3 non causat attentata; nisi † possessio capta fuerit contra, post appellationem, & fuit dictum in *Meleuitana Marescallatus* 10. *Decemb.* 1642. *coram Reuerendiss. D. meo Decano*, & priùs idem censuit Rota in *Vrgellen. Archidiaconatus* 24. *Nouembris* 1581. *coram Gipsio*, coram quo Rota censuit possessionem apprehensam post interpositam appellationem extraiudicialem esse attentam, ideo ex officio Iudicis sequestrandam iuxta stylum Rotæ ex ibi allegatis, vt in copia data atque ideo possessio capta à nouo electo est sequestranda iuxta decisiones supra allegatas.

Vlte-

Vlterius censuerunt DD. iustificari causam appellationis interpositæ per Palmottam, tum
4 quia licèt electus in paritate votorum, † quæ regulariter non facit electionem, *cap. Ecclesia vestra, cap. in Genesi de elect.* cum alijs allegatis in *Pamphilonen. de Roncisualles coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in Toletana Canonicatus* nuperrimè resoluta coram *R.P.D.Cerro*, tamen quia alia medietas eligentium elegit scienter inhabilem ob defectum ætatis, Palmotta fuit canonicè electus cum vota eligentium inhabilem non computentur, & ius eligendi fuit consolidatum, in alijs electoribus, qui Palmottam elegerunt. Nam quotiescumque eligentes eligunt scienter (prout
5 hic) personam incapacem, † ius eligendi remanet penes alios, qui non concurrunt in electione incapacis etiam si sint in numero pauciores *de postulat. Prælat.cap.bon.mem.il primo cap.cum in cunctis, & cap. cum Vintoniensis, & c. dudum il primo de elect.glos.in cap.si fortè 65. destinct. Abb. in cap. cum in iure in fine de elect.* quod procedit etiam si ius
6 eligendi remaneat penes, vnum dumtaxat, † & ratio est, quia pœna eligentium incapacem, non debet afficere innocentem, *cap.quæsiuit de his, quæ fiunt à maior.par.Capit.Barbos. de iur. Ecclesiast. cap. 19.num.* 86. ita censuit Rota *in Leodien. Abbatissatus 4. Iulij 1642. coram me*, tum quia Palmotta in omnibus Capitulis asserens dignitatem sibi
7 deberi accessit suæ electioni, † quod in paritate votorum facere potuit, adeo vt dicatur, maiorem numerum votorum habuisse, vt non potuerit deueniri ad nouam electionem, *Abb.in cons. 25. num.2.circa fin.vers.hic notanter lib. 2 & in cap.cum in iure num. 5. vers. nam. & compromissary de elect. Paris.de resignat lib.9.quæst.17.num.* 108.*Franc.Marc. dec. 931. bon. mem.Buratt. dec.313 num.4.* & stante iustitia appellationis interpositæ à noua electione, quam Capitulares facere tentarunt ratione talis appellationis, attentata deinde fuit noua electio cum omnibus inde sequutis tanquam directè contraria appellationi.

Et ita pro appositione sequestri fuit resolutum &c.

R. P. D. ROIAS.

Postea Archiepiscopo TARRACONEN.

Salisburgeñ. Iurisdictionis.

Mercurij 1. Iulij 1643.

ARGVMENTVM.

De Iurisdictione quam habet Archiepiscopus circa visitationem Ecclesiæ intra fines suæ Diœcesis existentis præsens tractat decisio aduersum prætendentem exemptionem ab illo.

SVMMARIVM.

1 *Enunciatiua antiquissima probat etiam in materia iurisdictionis, maximè si recipiat fomentum ab actu, in quo emittititur.*

2 *Chrisma, & Oleum sanctum recipi debent à Diœcesano.*

3 *Enunciatiuæ vbi sunt numero plures, & emanatæ à diuersis personis imo, & ab ipsa parte plenè probant maximè in antiquis.*

4 *Pontificis, ac Cardinalium assertionibus standum est donec contrarium probatur.*

5 *Ecclesiæ præsumuntur stare in aliqua Diœcesi dum non probantur habere territorium separatum, & ad hunc effectum sufficiunt coniecturæ, & præsumptiones num.6.*

7 *Donationes factæ de pluribus locis alicuius monasterio continent quidem dominium, ac iurisdictionem temporalem, non autem mutant situationem Ecclesiæ in illis existentis.*

8 *Donator territorij, vel Castri si est laicus non potest disponere de iure Diœcesano, cuius prorsus est incapax.*

9 *Iurisdictio spiritualis non infertur ex iurisdictione temporali*

10 *Pontifex tātùm valet separare territorium à Diœcesi.*

11 *Archiepiscopus fundatum habet intentionem de iure communi super iure visitandi Ecclesias positas intra limites sui Archiepiscopatus.*

12 *Ius visitandi est annexum illi parti iurisdictionis, cui subiacet curam animarum.*

13 *Ius visitandi quoties non exprimitur in transactione facta super iurisdictione inter Episcopum, & alios semper censetur præseruatum.*

14 *Sigilli omisso non tollit fidem scripturæ nisi probetur partes expressè conuenisse, quod instrumentum absque sigillo non valeret.*
Sigillum in dubio præsumitur requisitum ad maiorem firmitatem nu.14.

15 *Scriptura informis plenam facit probationem stantibus adminiculis.*

16 *Scriptura axtracta ex alicuius Archiuio plenè proba contra illum.*

17 *Scriptura etiam informis, seu exemplum plenum facit probationem aduersus eum qui eam exemplari fecit.*

18 *Confirmatio si remanet plenè iustificata, eo ipso dicitur iustificata veritas rei confirmatæ.*

19 *Scriptura vera in parte præsumitur vera in totum.*

20 *Obseruantia dat robur scripturę quamuis informi.*

21 *Concordia in parte effectuata præsumitur effectuata in totum.*

22 *Exemptio generalis non comprehendit exemptionem à visitatione.*

23 *Territorium separatum non resultat ab exemptione.*

24 *Enunciatiuæ emanatæ ad instantiam partis, & de recenti nullum faciunt probationis gradum.*

25 *Ordinario censetur reseruatum totum illud, quod per priuilegium non admittitur.*

26 *Transactio habet vim rei indicatæ, & perpetuum imponit silentium.*

27 *Sententiæ, aliaque acta remanent sublata per subsecutam transactionem.*

28 *Visitationes clandestinè factæ sine scientia, & patientia Archiepiscopi illi non præiudicant.*

29 *Ius Territorij separati, & distincti non acquiritur ex præscriptione, sed ex solo Priuilegio Principis.*

30 *Archiepiscopus in his qui concernunt curam animarum, & administrationem Sacramentorum habet ius visitandi etiam loca exempta.*

31 *Abbates quamuis habitant iurisdictionem quasi episcopalem subyciuntur Ordinario circa visitationem Ecclesiæ in his quæ concernunt curam animarum, & administrationem Sacramentorum.*

13 Plan-

32 *Planta confecta lite pendente, & sine partis citatione nullam habet subsistentium.*

DECISIO CCXX.

Constare de bono Iure Reuerendiss. D. Archiepiscopi Salisburgen. fuit hodie resolutum, eumq; posse visitare Ecclesias Parrochiales in Kalteñ, Chircheñ, in Afflanz, in Hoffa in Cellis, in Vretischa, in Lesniz, in Suffring, de quibus in Dubio, ex quo constitit illas extare intrà fines propriæ Diœcesis Salisburgeñ, vt videre est in Priuilegio Innocentij Tertij pro partis Abbatis S. Lamberti Aduersarij producto, ibi, *A Salisburgensi Episcopo, in cuius Diœcesi estis &c.* propterea
1 dicta enunciatiua eò magis probat, cum † sit antiquissima, dum excedit metam 200. annorum, & recipit fomentum ab actu, in quo emittitur *Achill. decis. 7. de iurepatr. Put. decis. 149. lib. 3. in correct. Rot. decis. 148. num. 3. & 224. num. 4. in fin. par. 1. recent. & in Theatina Iurisdictionis S. Ioannis in Venere 4. Maij 1612. coram bon. mem. Coccino;* in dicto Priuilegio enim demandatur dicto Abbati S. Lamberti, vt recipiat à præfato Archiepiscopo
2 Salisburgeñ Chrisma, & Oleum sanctum, quod esse recipiendum à Diœcesana tradunt *text. in cap. Presbyteri, qui Diœcesanos 123. de consecrat. distinct. 4. Cald. cons. 4. de priuileg. fol. mihi 99. incipit, Concessio potestatis, in fine libri.*

Hancque veritatem comprobarunt multiplicatæ enunciatiuæ desumptæ tam ex litteris Apostolicis Ioannis XXII. directis Archiepiscopo Salisburgeñ, ibi, *Nuper pro parte Ortulphi Monachi Monasterij S. Lamberti tuæ Diœcesis, &c.* quàm etiam ex Bulla Alexandri VI. emanata super confirmatione Concordiæ initæ inter dict. Archiepiscopum, & Abbatem S. Lamberti ad eorundem petitionem emanata, ibi, *Pro parte Archiepiscopi Salisburgen. ac dilectorum filiarum Ioannis Abbatis, & Conuentus Monasterij S. Lamberti Ordinis S. Benedicti Salisburgen. Diœcesis &c.* necnon etiam in literis Cardin. S. Susannæ directis Corrado Episcopo, Seccouien: super reuocatione attentatorum, in quibus expresse enunciatur d. Monasterium Salisburgen. Diœcesis; Vlterius ex alijs litteris Cardinalis Camerarij Vrbis directis Ludouico Episcopo Magdolenen. super obseruatione literarum Innocentij III. cum eadem enunciatiua, quod d. Monasterium, & Ecclesia essent Salisburgeñ Diœcesis, & demum ex alijs literis Pauli II. Sixti IV. ad supplicationem Imperatoris, ac Abbatis concessis, in quibus non solum legitur enũciatiua Salisburgeñ. Diœcesis, Verum etiam legitur concessa facultas audiendi Confessiones confiteri volentium intra septa Monasterij, ac singulis Ecclesijs dicto Monasterio vnitis etiam in casibus Ordinarij locorum reseruatis, sine tamen præiudicio illorum, Vnde Abbates remanserunt subiecti Ordinarij Salisburgeñ. quæ omnes à dicto Abbate S. Lamberti fuerunt productæ, quibus propterea enunciatiuis tãquam numero plu-
3 ribus, & emanatis à diuersis personis, imò ab ipsomet Abbate, necnon antiquissimis mortalium memoriam excedentibus plenè venit credendum, *Rota decisio 180. num. 4 par. 2. & decis. 120. num 6 par. 4. & decis. 261 num. 7. par. 6. recent. Andreas decis. 54. num. 1. Duran. decis. 266. num. 4 & 5. & 446. & fuit coram me resolutum in Conuersana iurisdictionis 3. Iunij proximi præteriti, & alibi passim.*

Hic etiam concurrunt assertiones Papæ, Cardinalium, ac partium; vnde remansit indubitatum Ecclesias de quibus agitur extare sub Diœ-
4 cesi Salisburgen. cum veniat standum prædictis assertionibus donec contrarium probetur *Rota decis. 344. num. 1. & 405. num. 1. par. 1. recent. & par. 2. decis. 656 num. 3. cum alijs per Adden. ad Buratt. decis. 621 num. 24.*

Accedit vlteriùs, quod nullus alius Episcopus concurrit, qui prætendat Ecclesias controuersas esse in propria Diœcesi, præsumptio autem generalis est quod in aliqua Diœcesi sitæ extent,
5 dum non probatur habere territorium separatum, *cap. omnes 16. quæst. 7. cap. cum personæ de priuileg. in 6. Felin. in cap. graue num. 2. vers. imò videtur de offic. Ordin. Bald. in capit. cum olim num. 1. de*
6 *præscript. Buratt. decis. 578. num. 24 & 13.* vbi, quod ad hunc effectum sufficiunt coniecturæ, & præsumptiones, *& decis. 310. num. 2. & post tract. modern. Perus. de manut.*

Nec contrarium desumitur ex assertis donationibus huic Monasterio S. Lamberti factis à Duce Charintiæ de diuersis locis, quia illæ con-
7 tinet quidem dominium, ac iurisdictionem temporalem non autem mutant situationem, *Vital. in Clem. 2. nu. 44. de priuileg. Franch. in cap. 2. §. statuto, vers. sed aduerte, de constit. in 6. Rota decis. 324.*
8 *n. 4. p. 1. recent.* Nec disponunt de iure Diœcesano, cuius donatores erant prorsus incapaces tamquam Laici, *cap. decernimus, de iudic. cap. sacrosancta, cap. Messana de elect. cap. causamque de præscript.* neque à finibus iurisdictionis temporalis
9 potest inferri ad spiritualem ex latè congestis in *Sabinen. Decimarum 30. Aprilis 1599. coram bo. me.*
10 *Card. Hieronymo Pamphilio* cum solus Papa valet Territorium separare à Diœcesi, *Hostien. in cap. cum contingat. num. 1. de for. compet vbi Butr. num. 11. Panormit. nu. 18. Bellam. nu. 15. cum alijs per Rotam dicta decis. 324. num. 2. par. 1. recent.*

Prædicta situatione posita præfatarum Ecclesiarum intra limites d. Archiepiscopatus Salisburgen. venit optimè dicendum d. Archiepiscopum habere fundatam intentionem de iure com-
11 muni ex sua propria Ordinaria iurisdictione super iure visitandi dd. Ecclesias, de quo in *capit. conquerente de offic. Ord.* vbi in specie agitur de Ecclesijs spectantibus ad Monasterium S. Benedicti, *cap. sopitæ 14. de censibus Marescott. variar. resolut. lib. 2. cap. 15. num. 1. Rota decis. 186. num. 1. par. 1. diuers. & decis. 396. num. 1. par. 1. recent. & decis. 67. num. 1. decis. 68. num. 2. post 3. tom. Tamburin. de iure Abbatiss. & fuit coram me resolutum in dicta Conuersana iurisdictionis 3. Iunij prox. præt.* eoque magis stante concordia inita inter Archiepiscopos Salisburgen. & Abbatem pro tempore Sancti Lamberti de anno 1420. & à Sede Apostolica confirmatã de anno 1493. in qua disponitur, quod Abbas debeat petere, atque recipere ab Archiepiscopo commissionem, & auctoritatem instituendi, & curam Animarum committendi, neque possit se intromittere in casibus Episcopalibus nisi ab Ordinario fuerit hoc specialiter illi concessum, quodque instituti ab Abbate ad has Ecclesie-

clesias sint quidem priuilegiati quoad personas
eorum; sed ratione Populi, & personarum teneantur
in omnibus, & per omnia parere Ordinario,
quæ verba sunt amplissima, & meridiana luce clariora,
ità præseruando Archiepiscopo auctoritatem
curæ animarum comprehendant ius visitandi,
12 ex quo est annexum illi parti iurisdictionis cui
subiacet cura Animarum, *Felin. in cap. super literis
num. 20. de rescript. Marsil. singul. 251. ad med.
vers. & faciunt, & cons. 84 num. 18. Mandell. cons.
322. num. 24. & 45. Lotther. de re benef. lib. 1. qu.
25. num. 26. & 27.* & sufficit quod de iure visitan-
13 di mentio facta non sit ad hoc vt censeatur Episcopo
ius præseruatum, vt in terminis concordiæ,
*Rota decis. 62. num. 3. & seqq. & decis. 163. per tot.
par 1. recent.*

Nec obstat, quod dicitur d. Instrumentum
Concordiæ non esse in forma probanti ob passam
læsionem in sigillis. Quia huiusmodi omissio sigil-
14 li non tollit fidem scripturæ, nisi probaretur partes
expresse conuenisse quod Instrumentum absq;
sigillo non valeret, alioquin enim præsumitur requisitum
ad maiorem firmitatem, vt in his terminis
perbellè distinguit *Hostien. in cap. inter dilectos
sub num. 3. vers. cum ergo videtur, de fid. instrum.*
quem sequitur ibidem *Butr. num. 24. Card. num.
10. versic. & quod dixi, Rota in Vercellen. Vnitatis
Capituli 24. Aprilis proximi præteriti coram Reuerendissimo
Domino meo Decano*, in omnem casum legitur
confirmatum in alio simili Instrumento Concordiæ
initæ de anno 1493 accedente confirmatione
Apostolica, quorum Instrumentorum fides
15 redditur certa ex multiplicitatis adminiculis, quibus
concurrentibus scriptura etiam alioquin informis
probationem facit, *Menoch. cons. 924.
num. 35. Caputaquen. decis. 274 num. 2. par. 1. Buratt.
decis. 243. num. 2.* & alibi sæpius præsertim
contra d. Abbatem, qui cum Archiepiscopus ob
rebellionem subditorum Archiuium Archiepiscopale
quam plura Instrumenta continens (& inter
cætera hæc) amisisset transumptum authenticum
de proprio Abbatiali Archiuio, Archiepiscopo
16 tradidit cum toto Conuentu, vndè illud plenè
probat iuxtà theoricam Barth. communiter à
DD. approbat. in *Auth. si quis in aliquo num. 42.
C. de eden. vbi Dec. num. 20. Felin. in cap fin. num.
4. vers. regula de fid. instrum. Rain cons. 131. num.
5. lib. 5. Didac. Couar. pract. quæst. cap. 21. num. 5.
vers. poterit tamen, Menoch. cons. 924. num. 28. lib.
10.* cum scriptura etiam informis, seu exemplum
17 aduersus eum, qui exemplari assensus est plenam
faciat probationem, vt per *Alexand. Fælin. Dec. &
alios congestos per Menoch. d. cons. 924. num. 28.*

Adminicula autem in præsenti non desunt, eaque
desumpta fuerunt ex ipsomet originali confirmationis
Apostolicæ super dicta concordia extracto
ex regestis Palatij. Vndè dum verificia re-
18 manet confirmatio, approbata venit veritas Concordiæ
confirmatæ, vt aduertit *Rota in Pistorien.
Archidiaconatus 15. Ianuarij 1629. coram bo. me. Pi-
19 rouano.* Scriptura autem in parte vera præsumitur
vera in alia. *Surd. decis. 199. nu. 3. Rot. decis.
190. num. 10. par. 6. recentior.* & obseruantia in
20 præsenti dat robur scripturæ, licèt esse informis,
*Bald. cons. 402. num. 9. lib. 5. Crauett. cons. 101.
num. 4. & 411. num. 16. Rota diuers. decis. 375. nu.
4. part. 1. Buratt. decis. 10. num. 21. & 243. num.
6. & par. 5. recent. decis. 230. num. 5. & 146. num.
2 par. 7.*

Obseruantia desumpta fuit ex pluribus concessionibus
exhibitis factis à dicto Archiepiscopo
ad instantiam d. Abbatis super cura animarum, &
absolutione à casibus Episcopo reseruatis cum expressa
relatione ad tenorem Concordiæ, quam
sufficit probari in parte effectuatam ad hoc, vt to-
21 talis effectuatio probetur, *Garz. de benef. par. 12.
cap. 2. num. 294. Add. ad Gregor. XV. decis. 557.
num. 9. in fin. Caual. decis. 403. num. 6. & 449. nu. 7.*

Nec pariter dicto Abbati suffragantur prætensa
22 Priuilegia exemptionis, dum sub generali exemptione
non comprehenditur exemptio à visitatione,
*Maresc. variar resolut. lib. 2. cap. 15. num. 2. &
3. Gratian. discept 870. num. 7. Lotther. de re benefic.
lib. 1 quæst. 25. num. 15. Rot. decis. 2. de cens. in antiq.
Achill. decis. 2. de exempt. Rot. diu. decis. 186. num. 2.
par. 1.* Vltra quod legitur reseruata denominatio
Diœcesis Salisburgen. & Mandatur Abbati,
quod recipiat Chrisma, & Oleum sanctum ab Ordinario
Salisburgen. Summario Abbatis *num. 2.*
nec adest Territorium separatum, quod non re-
23 sultat ab exemptione, *Felin. in cap. graue num. 2 de
offic. Ordinar. Rot. decis. 207. num. 2. part. 2. diuers.
& decis. 324. num. 1. & 3. par. 1. recent.*

Non obstant modernæ enunciatiuæ, de quibus
in literis Gregor. XV. & S.D.N. in quibus dicta
Abbatia Sancti Lamberti appellatur Nullius, quia
emanarunt ad instantiam partis interessatæ, &
24 sunt de recenti, vnde nullum faciunt probationis
gradum. *Achill. decis. 8. nu. 1. de iurepatr. Buratt.
decis. 570. num. 4. & 8. Caual. decis. 61. num. 1. &
2. & in Colonien. Canonicatus 24. Maij 1619. coram
Manzanedo.*

Minus ad inducendam libertatem sufficiunt
verba illa, quod Monasterium sit sub protectione
B. Petri, & in signum libertatis soluat Ecclesiæ
Bizanzium vnum annuum ex quo quando Priuilegium
habet in ventre aliquam limitationem, vt
habetur in *cap. si Papa de priuil. in 6.* quicquid per
25 Priuilegium non admittitur censetur Ordinario
reseruatum, *Rota decis. 324. num. 5. par. 1. & 291.
num. 9. par. 5. recent. Buratt. decis. 321. nu. 5.*

Et id totum optimè declararunt tam dicta subsecuta
obseruantia, quàm Transactiones initæ
dum solemus dicere eas vim habere rei iudicatæ,
26 & perpetuum imponere silentium litibus, *l. non
minorem, l. frat es, l. causam, C. de transact. Rota decis.
414. num. 2. par. 2 recent. & 218. num. 1. par. 6.
Duran. decis. 219. num. 6.*

Prætereà non obstant prætensæ sententiæ, &
alia gesta ante annum 1420. ex quo non percu-
27 tiunt ius visitandi, & remanserunt sublata per
subsequentes transactiones, *l. 1. ff. de transact. l. si
pro fundo, C. eodem Roland. cons. 28. num. 16. lib. 4.
Gregor. XV. decis. 286. num. 6.*

Nihil obstant asserta Visitationes factæ per d.
Abbatem post annum 1600. quia sunt actus clan-
28 destini, qui non præiudicant Archiepiscopo, cum
non probetur ipsum sciuisse, & succubuisse, *Cald.
cons. 13. de iurepatr. Rot. decis. 20. num. 8. post Viuian
de iurepatr. Lotther. de re benefic. lib. 2. quæst.
14. num. 38.* Nec ius Territorij separati, & distincti
valuit acquiri ab Abbate longi temporis præ-
scriptio-

29 scriptione, cum ex solo Priuilegio Principis competat *Rota decis. 394. nu. 4. par. 1. recent.* sed quatenus exemptionem aliquam probare valeret præ-
30 fatus Abbas adhuc tamen non sufficeret quin dictus Archiepiscopus Ordinarius non posset visitare præfata loca saltem tanquam Sedis Apostolicæ delegatus ex dispositione *Sacri Concilij Tridentini sess. 7. cap. 8. sess. 21. cap. 8. & sess. 24. cap. 9. omnes de reformat. Marescott. variar. resolut. lib. 2. cap. 15. num. 5. Barbos. de potestat Episcop. alleg. 74. num. 7. Lotther. de re benef. lib. 1. quæst. 25. num. 19. cum seq. Rot. decis. 396. num. 1. & 3. p. 2. recent.* Nec non ex *Constitutione Gregor. XV. la 18. Bullar. tom. 4. ex cuius dispositione in §. 4.* subijciuntur quomodolibet exempti etiam Regulares omnimodæ iurisdictioni Visitationi, & Correctioni Ordinariorum in omnibus concernentibus curam animarum, & administrationem Sacramentorum, ex quibus verbis
31 comprehendi Abbates habentes iurisdictionem quasi Episcopalem firmat *Lotther. de re benef. dicto lib. 1. quæst. 25. num. 24.* & censuit *Sacra Episcoporum Congregatio impressa post dictam Bullam in 4. declaratione d. Bullar. par. 4. fol. 101.*

Vltimò, non obstat Planta exhibita pro parte dicti Abbatis, quia lite pendente, & sine partis ci-
32 tatione confecta legitur, & nullam habet subsistentiam, vt in terminis Plantæ censuit *Rota in Nullius, seu Aprutina Iurisdictionis 10. Martij 1624. coram bon. mem. Archiepiscopo Dunozetto, & in Camerinen. Domus 1635. coram bon. mem. Merlino.*

Et ita resolutum vtraque parte informante.

☞ *In eadem causa infra habetur sequens decisio, quæ est super Remissoria.*

R. P. D. ROIAS

posteà Archiepiscopo TARRACONEN.

Salisburgen. Iurisdictionis super Remissoria.

Mercurij 1. Iulij 1643.

ARGVMENTVM.

Remissoriæ denegationem præsens concludit decisio, ex eo quod illa patebatur ad probandum contrarium eius, quod ex publicis documentis apparebat; hinc plura in materia immemorabilis discutiuntur.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria concedi non debet ad probandum per testes contrarium eius, quod per scripturas probatur, & num. vlt.*
2 *Obseruantia, & adminicula operantur vt veniat præstanda fides scripturis extractis lite pracedente, & sine citatione partis, aut aliàs informibus.*
3 *Immemorabilem per testes probare impossibile est vbi requirerentur testes tam annosi, quorum vita hodie non inuenitur.*
4 *Transactio tollit immemorabilem sicuti res iudicata.*
5 *Transactio est apta impedire litis ingressum.*
6 *Remissoria non datur habenti contra se rem iudicatam, vel transactionem, & num. seq.*
7 *Immemorabilis excluditur eo ipso, quod datur certum initium.*
9 *Remissoria non conceditur vbi articuli continent inuerisimilia.*
Amplia conclusionem fortius procedere vbi non datur fumus materiæ articulatæ, num. 10.
11 *Ius visitandi est annexum illi parti iurisdictionis, cui subiacet cura animarum.*
12 *Transactio confirmata à Summo Pontifice ligat etiam successores.*
13 *Præscriptio ad affectum acquirendi ius territorij separati, ac distincti nihil suffragatur, dum illud à solo Summo Pontifice potest obtineri.*
14 *Gesta sine scientia & patientia partis nihil operantur ad eius præiudicium.*
15 *Plantam ad verificandam concedi solet Remissoria.*
16 *Testes probare non possunt contrarium illius de quo clarè constat per publica documenta. vt supra nu. 1.*

DECISIO CCXXI.

DENEGARVNT hodie Domini Remissoriam petitam pro parte Abbatis S. Lamberti super quatuor articulis exhibitis, in quibus articulatum fuit Ecclesias, de quibus agitur extare in Territorio separato Nullius Diœcesis ab immemorabili tempore, & D. Abbatem habere Iurisdictionem quasi Episcopalem priuatiuè ad Reuerendissimum D. Archiepiscopum Salisburgen. & ab immemorabili tempore easdem Ecclesias visitasse.

Moti ex eo, quia Abbati præfato semper obstant Transactiones initæ cum Archiepiscopo Salisburgen. de anno 1420. & confirmatæ ab Alexandro Sexto de anno 1493. in quibus expressè disponitur totum contrarium, quod modo intenditur probari per Testes; Vnde non venit concedenda Remissoria ad probandum contrarium
1 eius † quod probatur per scripturas, *Cæsar de Graff. decis. 1. num. 6 de dilat. Rot. decis. 589. num. 1. par. 2. recent. & par. 6. decis. 212. num. 10* præfatasque scripturas plenam mereri fidem; satis comprobatum fuit in decisione in hac causa hac eadem die emanata coram me ad fauorem D. Archiepiscopi super bono Iure, stante præsertim obseruan-
2 tia, necnon adminiculis, † quæ operantur vt veniat fides præstanda scripturis extractis lite pendente, & sine citatione partis, vel alias informibus, *Bald. cons. 204. num. 7. lib. 3. Rot. dec. 198. nu. 6. & 310. num. 7. par. 1. recent.*

Quibus transactionibus præsuppositis; necnon confirmatione Apostolica, vel immemorabilis modo deducitur ante eas, vel post, si ante transactiones hoc probare remanet impossibilis probationis, ex quo necessario desiderarentur testes an-
3 norum circiter 200. † Vnde sicuti impossibile est reperire testes tam annosos, ita impossibile est probare per testes immemorabile præfatum, ex quo capite Rota aliàs denegauit Remissoriam, vt in *decis. 266. num. 15. & 16. & decis 319. num. 16. par. 6. recent. & coram me in Forosempronien. bonorum 16. Martij 1640. § his tamen, Seraphin. decis. 1460. nu. 2. & in Burgen. Iurisdictionis 3. Iulij 1595. coram Litta. Duran. decis. 196. num. 5. & in recent. decis. 271. par. 5. num. 7.* & quia per dd. transactiones eadem imme-
4 morabilis, † & quodcumque ius, inde prouenien- reman-

remansit sublatum non secus, ac per rem iudicatam, *l.non minorem, vbi DD. omnes, C. de transact. Cephal.cons.210.num.71.Surd.cons. 418.num.12.Rota decis. 402. num.2. par. 5.recent.* dictaque transactio
5 est apta impedire litis ingressum, *cap. 1. de lit.contest.in 6.l.causas, C.de transact.Surd.cons.451. nu.16. Duran.decis.121.num.* 9. Idcirco sicut habenti con-
6 tra se rem † iudicatam non datur Remissoria, *Caputaq.decis.51. par.3.Rot.decis. 406.num.2.circa med. par.1. recent.* ita pariter venit deneganda Abbati
7 habenti contra se transactionem, *cap. 1.extra, de transact.Rota decis. 414.num.2.in fin part.2.recentior. Duran. d.decis.121.num.11.*

Aut verò immemorabilis deducitur post tran-
8 sactionem, & excluditur † dum datur certum initium, de quo clarè constat per easdem transactiones. *Gregor.XV. decis.467. num. 6.Buratt.decis.831. num.6. Rota decis.56. num.20.in fin.par.7.recent.*
9 Articuli etiam continent inuerisimilia, † quo casu non esse concedendam Remissoriam est satis tritum *Gregor XV. decis. 414. num. 3. Caualer.decis. 87.num.3. & par.5. recent. decis.325.num.23. & decis.73. num.7. par.7.& in Æsina Bonorum 11. Ianuarij 1636.coram bon.mem.Buccabella, & in d. Forosempron.Bonorum 16. Martij 1640.coram me,* cum non
10 detur fumus † materiæ articulatæ, *Rota decis.23. de testib. in antiq. & decis.99. part.4. diuersor. Gregor.XV. dicta decis.414.num.4. & par.6.recentior.decis 276.num.9.*

Non obstat, quod dicitur dictam transactionem esse restrictam ad certas, & limitatas res, nempè, quod Abbas debeat petere & recipere ab Archiepiscopo auctoritatem instituendi, & curam Animarum committendi, neque possit se intromittere in casibus Episcopalibus nisi ab Ordinario fuerit hoc specialiter concessum, quod instituti ab Abbate sint priuilegiati quoad personas, sed ratione populi teneantur parere Ordinario, quia responsum fuit in transactione adesse verba apta comprehendere Ius Visitandi, ex quo illud est an-
11 nexum illi parti iurisdictionis, † cui subiacet cura Animarum, vt per *Lother.de re benef.lib.1.quæst. 25.num.26.* cum alijs deductis in dicta decisione in hac causa hac eadem die emanata; & dum tran-
12 sactio legitur confirmata à Summo Pontifice † ligat successores, *cap.veniens de transact. Ferrett.consil.230. num. 2. cum alijs in decis.222. num.9. par.7. recent.*

Nec pariter obstat vltimus articulus super reiectione Archiepiscopi volentis visitare ab anno 1618. quia à dicto tempore nondum fuit elapsum tempus sufficiens ad præscribendum toto titulo, *ff.& C.de præscript.30.vel 40.annor.* Vltra quod nec in præiudicium mensę Archiepiscopalis satis esset præscriptio ad effectum acquirendi Ius Territorij
13 separati, ac distincti, † dum solum à Summo Pontifice potest obtineri ex eius speciali priuilegio, *Hostien.in cap.cum contingat, nu.1. de foro compet.vbi Butr. num.11. vers.de consuetud. Abb. num.18. Gratian.discept.212.num.17.Rot.decis.324.num.2.& decis.394.num.4.par.1.recent.*

Nihil obstant Testes deponentes de iurisdictione Ordinaria Abbatis, necnon quod loca controuersa sint Nullius Diœcesis, & quod enunciatiuæ, quæ faciunt ad fauorem Archiepiscopi fuerint emissæ in actibus priuatis Abbatum, inscio Archiepiscopo; quia dd. Testes fuerunt examinati sine citatione partis, & sine scientia, & patientia
14 Archiepiscopi. † Vnde quicquid gestum fuit, nullum illi attulit præiudicium, *Calderin.cons.13. de iurepatron.Lother.de re benef.lib.2.quæst.14.nu.38. Rota decis.30. num.8. post Viuian. de iurepatron. & par.7.recent.decis.18.num.14.*

15 Demum non obstat Planta exhibita, ad quam verificandam Rota alias concessit Remissoriam, vt in causa *Brixien. siue Nullius Iurisdictionis 19. Aprilis 1638.coram R.P.D.meo Carillo, & in Nullius seu S. Angeli Lombardorum Iurisdictionis 10.Februarij 1640.coram D.meo Peutingero,* quia ponderabant Domini in casu præfatarum decisionum non adfuisse in contrarium concordias à Papa confirmatas, necnon tot enunciatiuas plurium Summorum Pontificum ex quibus clarè constat Ecclesias controuersas extare intra limites Diœcesis Salisburgen. nec propterea posse modo probari contra-
16 rium per Testes, cuius contrarium clarè extat probatum per publica documenta, *Ægyd.decis.9.num.2 Seraph.decis.1460.num.3. Rot.decis.271.nu.3.part.5. & par. 6.decis.212.num.10.& par.7.recent.decis.217 num.1.* vt alibi passim.

Et ita resolutum vtraque parte informante, &c.

In eadem causa est præcedens decisio sub eodem die, & anno super bono iure.

DECISIO CCXXII.

R. P. D. BICHIO

Narnien. Vnionis.

Mercurij 1. Iulij 1643.

Est impressa inter Bichio in Tom.1. Decis.140.

DECISIO CCXXIII.

R. P. D. BICHIO

Firmana Pensionis.

Mercurij 1. Iulij 1643.

Est impressa inter Bichio in Tom.1. Decis.150.

R. P. D. CARRILLO.

Posteà Præside VALLISOLETANO.

Anconitana Cambiorum.

Mercurij 1. Iulij 1643.

ARGVMENTVM.

Pecunias accipiendi ad cambium vbi alicui conceditur facultas in certis casibus, vt camabia debeantur, probari debet, & conditionis euentus, & quod ille fuerit debitori intimatus.

SVMMARIVM.

1 *Cambiandi, & recambiandi facultas in certis casibus concessa, illis non euenientibus nihil operatur.*
2 *Facultas accipiendi pecunias ad cambium conditionaliter*

liter alicui data, vt suum operetur effectum, quæ probari debeant.
3 *Denunciatio conditionis euentum, sum. qua fuerat concessa facultas accipiendi pecunias ad cambium probari debet maximè respectu fideiussoris.*
4 *Cambia vt licitè debeantur de realitate illorum cum effectu constare debet, per partitas nempè librorum, aut literas nuncupatas*, de spacci.

DECISIO CCXXIV.

Consules Mercatorum Ciuitatis Anconæ pro definienda controuersia, quæ coram eis vertitur inter Ioannem Sturanum Administratorem deputatum ab Angelo Grimaldo in appaltu olei dictæ Ciuitatis ex vna, & Darium Scalamontem releuatorem eiusdem Sturani ex altera, consuluerunt nostrum Tribunal super dubijs sequentibus, nempe.

An D. Ioannes Sturanus fideiussor, & administrator appaltus reddiderit rationem de datis, & receptis Domino Angelo Grimaldo principali, ipso viuente, & posito quod non, An possit hodie consequi suum creditum contra D. Darium Scalamonte, & an debeantur cambia, & recambia.

Cum autem in positione habita sub die 29. Nouembris 1641. Domini mandassent, quod Sturanus redderet rationem citato etiam Scalamonte, fuerunt in partibus eo citato exhibiti libri administrationis; & postea iterum posita causa sub die 24. Aprilis anni currentis, quia visum fuit ex datis in summarijs vtriusque partis non constare de realitate crediti dicti Sturani responsum fuit eligantur Periti, verùm ex quo Consules prædicti reseruando sibi hanc cognitionem verificationis crediti supplicarunt, vt credito supposito decideretur, an cambia, & recambia debeantur hodiè proposui hoc dubium, & negatiuè fuit resolutum, scilicet cambia, & recambia non deberi.

Ratio resolutionis fuit, quia licèt Angelus principalis conductor appaltus dederit prædicto Sturano administratori facultatem accipiendi pecunias ad cambium, attamen hæ facultas, restricta fuit ad duos casus tantùm scilicet; quatenus pecuniæ retractæ ex pretio olei sibi consignati non sufficerent pro soluendo partito olei tunc empti à Bettis, & quatenus idem Angelus non
1 prouideret de oleo necessario in futurum, quò † fit, vt non constito prædictos duos casus euenisse dicta facultas cambiandi vti conditionalis nihil operetur *ad l. cedere diem, ff. de verbor. signif. l. necessaria, §. quod si pendente ff. de peric. & commod. rei vendit. l. pecuniam quam*, & ibi *Alex. n. 4. ff si cert. pet. Paris cons. 8. n. 25. lib. 3. Crauett cons. 170. n. 8. Mantic. dec. 343. n. 1. Gregor. XV. dec. 428. n. 3. Rota decis. 173. n. 1. par. 6. recent.*

Quinimò quatenus etiam purificata fuisset cõditio, sub qua concessa fuit facultas accipiendi
2 pecunias ad cambium, † deberet ostendi Sturanum accepisse re vera pecunias ad cambium in d. causam, & eidem Angelo denunciasse conditionis euentum, ad effectum, vt certè sciret debitum esse sub vsuris, & ab eis se liberare posset in futurum si voluisset soluendo, quod debebat, vt in speciè dixit *Rota in dec. 52. n. 2. & 3. par. 1. recent.* vbi allegat concordantes. Quod eò magis ve-
3 nit dicendum † quoad Scalamontem fideiussorem *Rota dec. 19. & 20. impress. apud Cenc. post addit. ad tract. de censib.*

Præterea aduerterunt Domini, quod in summario non apparet de realitate assertorum cambiorum, prout apparere debet, & quidem per
4 partitas librorum, † & per literas nuncupatas spacci verè transmissas ad nundinas, ad hoc vt cambia licitè debeantur. *Lup. in tract. de vsur. consul. 3. §. 2. n. 23. Azor. moral. instit. par. 3. lib. 10. tit. de cambijs cap. 10. vers. 1. quando. Scacc. de camb. lib. 1. qu. 7. par. 3. limit. 5. n. 1. Seraph. dec. 946. n. 1. Rota d. dec. 52. n. 3. par. 1. & dec. 559 n. 2. par. 2. recent.* & fuit dictum *in Romana cambiorum 4. Iulij* 1642. *coram R. P. D. meo Peutingerio.*

Et ita vtraque, &c.

DECISIO CCXXV.

R. P. D. BICHII

Florentina Horti.

Mercurij 1. Iulij 1643.

Est impressa inter Bichio in Tom. Decis. 149.

R. P. D. CARRILLO.

Postea Præside VALLISOLETANO.

Fanen. Prædij.

Mercurij 1. Iulij. 1643.

ARGVMENTVM

Æquitas l. curabit C. de act. empt facit condemnare emptorem, qui rei emptæ pretium non soluit ad solutionem fructuum, qui dummodo de contrario non appareat ad rationem quinque prò centenario taxantur.

SVMMARIVM.

1 *Emptor qui rei emptæ pretium non soluit condemnari debet ad fructus recompensatiuos ex æquitate legis.*
2 *Depositum acceptare videtur, qui à decreto de deponendo non appellauit, quinimò illud sibi consignari curauit, secùs si impugnauit num. 3.*
4 *Fructus bonorum stabilium taxantur ad rationem quinque pro centenario, vbi contrarium non probatur*

DECISIO CCXXVI.

Cvm Comes Petrus Aloysius condemnatus fuisset per tres conformes ad solutionem prædij, de quo agitur vna cum fructibus recompensatiuis ad fauorem Petri Pauli Leonardi dicti prædij venditoris, dicebat ad fructus recompensatiuos non teneri, stante deposito de pretio facto in partibus, vel saltem, eorum taxationem non debere excedere summam scutorum quatuor pro centenario, supponendo, fructus bonorum stabilium de tempore venditionis dicti prædij in loco contractus, non excessisse dictam summam, pro-

propterea dubitaui, à qua die debeantur fructus, & ad quam summam.

Et Domini, quoad primam dubij partem dixerunt, fructus deberi à die aduentus solutionis; Cum igitur d. Aloysius in instrumento emptionis promiserit soluere pretium in moneta Papali, vel Vrbinatensi in tribus paghis æqualibus, quarum prima fieri deberet statim sequuta æstimatione, ac facta terminatione, reliquæ verò duæ infra biennium, & æstimatio cum terminatione sequuta fuerit sub die 24. Septembris 1633. sequitur, vt pro pagha, fructus debeantus à dicta die, & pro reliquis duabus paghis, à die quo elapsum fuit biennium vsque ad diem effectualis solutio-
1 nis pretij promissi: Æquum enim non est, vt emptor retineat rem, & pretium cum iactura venditoris, & ideo debet condemnari ad fructus recompensatiuos, iuxta dispositionem *l. Iulianus, §. ex vendito, ff. de action. empt. & l. curabit, vbi Doct. C. eod. tit. Couarr. variar. resolut. lib. 3. cap 3. n. 2. Rota decis. 33. n. 1. & seqq. coram Durano inter eius impres.*

Non obstat, quod d. Aloysius deposuerit paghas debitas pœnes Montem Pietatis, & sic non subsistat, quod retinuerit rem, & pretium, imò ex quo venditor non appellauerit à decreto de
2 deponendo, & depositum ipsum sibi consignari curauit, videatur illud acceptasse *Rota coram Sanct. mem. Gregorio XV. decis. 480. n. 7.* Quia venditor tęlè depositum potiùs semper impugnauit, vt apparet ex processu causæ, & illud, tanquam non in-
3 tegrum, neque purum, ac liberum in gradu appellationis obtinuit per Rotam declarari, non suffragari, vt in decisionibus emanatis, tam coram *Reuerendissimis Dominis meis Dunozet. Decano 27. Iunij 1636. & Patriarca Panzirolo 13. Iunij 1640. & 23. Ianuarij 1641. coram me 9. Maij 1642.*

Adeo quod licet póstea eius consignationum procurauerit in vim exequutorialium Rotalium, hoc fecit ad effectum sibi satisfaciendi de suo credito pecunias depositatas recipiendo ad computum pretij, & summæ in eisdem exequutorialibus contentæ, non autem ad effectum approbandi depositum ab initio.

Quo verò ad secundam partem, scilicet ad quam summam sint taxandi prædicti fructus cum dictus Aloysius nullibi probauerit, de tempore venditionis huius prædij, fructus bonorum stabilium non excessisse summam scutorum quatuor
5 pro quolibet centenario, prout prætendit, DD. attendendo dispositionem iuris, censuerunt, eos esse taxandos ad rationem quinque pro centenario, *iuxta glos. in auth. prætcrea, C. de sacros. Eccles. Ias. in l. si fundum n. 5. vers. item adde, ff. de legat. 1. Paris. cons. 60. n. 19. lib. 1. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. glos. 6 n. 19. Couar. variar. resolut. lib. 3. cap. 9. n. 6. Rota dec. 182. n. 1. & dec. 192. n. 1. & 2. coram Durano inter eius impressas, & fuit dictum in Cesenaten. dotis 27. Iunij anni præteriti coram R. P. D. meo Meltio.*

Et ita vtraque parte informante fuit decisum.

R. P. D. MELTIO
Postea Episcopo PAPIEN.
Romana pecuniaria.
Mercurij 1. Iulij 1643.

ARGVMENTVM.

Societas si super re particulari, vel certa, & determinata summa fuerit contracta, quidquid extra rem, vel summam in societate deductam fuerit per socios acquisitum non societati, sed ipsi proprio nomine acquiritur.

SVMMARIVM.

1 *Nomen debitoris etiam futuram comprehenditur sub obligatione camerali omnium bonorum præsentium, & futurorum.*
2 *Creditor contra debitorem debitoris agit ne dum actione hypothecaria, verum etiam actione vtili personali, & n. seq.*
4 *Apoca in qua aliquis se facit debitorem alterius probat creditum illius.*
5 *Societate inita in certa, ac determinata summa non prohibetur socius proprio, & particulari nomine contrahere.*
6 *Socius præsumitur potius emere ex propria, quam ex sociali pecunia.*
7 *Socius quidquid acquirit etiam proprio, & particulari nomine societati acquirit, vbi societas esset omnium bonorum.*
8 *Contractus initus per socium proprio nomine, quamuis cum pecunia comuni, ipsi acquiritur non societati.*
9 *Partita adnotata in communi catasto societatis, omnibus socijs dicitur acquisita.*
10 *Creditum satis dicitur probatum per literas à creditore debitori transmissas, in quibus debitor respondendo debitum fassus est.*
11 *Confessione propria nulla datur maior probatio.*
12 *Audiri non debet, qui venit contra propriam confessionem.*
13 *Resolutiones Rotales inter alios emanatæ non præiudicant personis in causa non existentibus.*
14 *Obligatio cameralis continet fauorem cuiuslibet habentis interesse.*
15 *Liberatio facta à creditore debitori ipsi tantum eiusque nocet hæredibus, non autem cæteris illius creditoribus.*
16 *Liberatio facta per socium ad fauorem socij quantumuis verbis vniuersalibus concepta, ad rem, & causam societatis restringitur.*
Verba generalia restringuntur ad speciem contractus præcedentis n. 16.
17 *Præscriptio remanet interrupta ex confessione debitoris.*
18 *Præscriptionem ad interrumpendam, quilibet actus, & interpellatio, quamuis extraiudicialis, & per epistolas emanata iudicatur sufficiens.*

DECISIO CCXXVII.

INita societate rationis bancariæ inter DD. Petrum Enriquez de Errera, Octauium Costam, & Abbatem Io. Antonium filium Octauij, fuit postea de anno 1614. contractum matrimonium inter eumdem Petrum, & D. Aloysiam Costam, Octauij filiam cum dote scut. 15. mill. quæ idem Petrus in contanti recepit, illaque in omnem casum restitutionis cum obligatione Camerali, & hypotheca omnium suorum bonorum, vt ex publico Instrumento Summ. Aloysiæ num. 1. restitue-

ſtituere promiſit. De anno 1617. idem Petrus
contraxit ad ſui fauorem cambium ſcutor. 2115.
cum d. Abbate, qui ſub obligatione Camerali il-
la cum cambijs reſtituere promiſit, *vt in dicto
Summ.n.2.* Obijt dictus Petrus de anno 1634. con-
dito Teſtamento, in quo inter alia declarauit ſe
eſſe creditorem dicti Abbatis Io. Antonij in ſu-
pradicta ſumma, contra quem à R.P.D. Cecchi-
no, ab A.C. deputato, fuit relaxatum manda-
tum pro medietate cambij ſcutorum 2115. ſine
præiudicio tamen alterius medietatis, inſtante
D. Ioanne filio, & hærede eiuſdem Petri. Pro
conſecutione autem alterius medietatis fuit mi-
hi cauſa commiſſo cum facultatibus eiuſdem
A.C. nomine Aloyſiæ, agentis pro reſtitutione
ſuæ dotis, & diſputato dubio. An eſſet relaxan-
dum mandatum exequtiuum, nec ne fuit per Do-
minos affirmatiuè reſponſum.

De conſtitutione, & ſolutione dotis non du-
bitatur, & per conſequens cum euenerit caſus
reſtitutionis illius, viſum fuit non poſſe denega-
ri tale mandatum contra eumdem Abbatem, vti
debitorem Petri, qui pro tali reſtitutione ſe obli-
gauit in forma Cameræ cum hypoteca generali
omnium bonorum præſentium, & futurorum,
1 Vnde dicitur etiam comprehenſum nomen debi-
toris etiam futurum ad *l. nomen, C. quæ res pign.
oblig. poſſ. l. 2. C. quando fiſc. vel priu. Doct. in l. 3. C. de
hæred. act. Surd. conſ. 4. n. 22. & 23.* cum alijs cumu-
latis *à Pacif. de Saluian. inſpect. 3. cap. 2. n. 195. & ſeq.
Decian. conſ. 113. n. 7. verſ. 3. Magon. dec. Floren. 146.
n. 1. Rot. in Romana domus 25. Febr. 1641. coram R.P.
D. meo Cerro*, & conſequenter d. Aloyſiæ pro re-
cuperatione ſuę dotis non ſolum competit vtilis
2 hypotecaria in bonis eiuſdem Abbatis debitoris
Petri quemadmodum ipſe directam habebat, *l. 1.
C. de Saluian. Neguſ. de pignor. & hypot. membr. 3. par.
2. n. 24. & ſeqq. Rota in Rauennaten. Saluiani 12. Fe-
bruarij 1618. coram bon. mem. Remboldo, & 15. De-
3 cembr. 1621. coram bon. mem. Merlino.* Verum etiam
actio vtilis perſonalis, *Surd. d. conſ. 4. n. 23. Rot. dec.
733. n. 1. par. 2. & 703. n. 2. par. 3. recent.*

De credito Petri nec videtur ambigendum,
dum illud concludenter probatur ex apoca per
eumdem Abbatem, & nomine proprio ſubſcrip-
4 ta, vt in dicto *Summar. n. 2.* in qua ſe debitorem
eiuſdem Petri in dictis ſcutis 2115. pro totidem
ab ipſo receptis, declarauit, ibi, *Per altri tanti
hauuti da ſua Signoria contanti, & mi obligo in forma
Camera Apoſtolica di reſtituirglieli aſſieme con li cam-
bij, Bart. in l. emptor, §. Lucius. n. 2. ff. de pact.* vbi
etiam *Iaſ. n. 2. Pariſ. con. 47. n. 6. lib. 1. Aymon. conſ. 73
n. 40. Rota in Meleuitana Prioratus Nauarræ 14. Iunij
1628 coram bon. mem. Card. Vtrili, & in Romana do-
tis 14. Februarij 1642. coram Reuerendiſſimo D. meo
Decano*. Nec informantes pro Abbate negant ta-
le debitum, ſed ſolum conantur probare Petrum
ſuum creditum contraxiſſe cum pecunijs ſociali-
bus, non autem proprijs tamen ex proprijs pecu-
nijs Petri illud fuiſſe contractum; fuit per Domi-
nos reſponſum.

Conſtat enim, quod Petrus vltra capitale poſi-
tum in ſocietate inita cum Octauio, habebat
ſcut. 20. mill. auri in ſuo computo à parte, vt ex
d. Summ. n. 6. quę ſeparatim negociabat à ſocieta-
te, & ad proprium, & priuatum eius commodum
licet ſub nomine rationis bancariæ, quod tamen
faciebat, vt ſeruaret pactum ſpeciale conuentum
in capitulis ſocialibus ſcilicet, quod nullus ex
ſocijs poſſet cambiare, nec alia negocia propria
facere ſub nomine proprio, ſed illa facere tene-
retur tantum ſub nomine rationis bancariæ ſub
pœna ibi expreſſa. Vnde dum apparet in ſocie-
tate ſupradicta fuiſſe à ſocijs appoſitam certam
ac determinatam pecuniarum quantitatem, be-
5 nè potuit Petrus dominium ſibi acquirere de di-
cto cambio, tanquam contracto proprio, non
autem communi, & ſociali nomine, *l. ſi patruus
C. communia vtriuſque Iud. l. cum duobus, §. Pipinia,
ff. pro ſoc. Menoch. conſ. 122. n. 20. verſ. & nunc res,
Mantic. de tacit. & ambig. lib. 6. tit. 16. n. 41.* Maximè
6 cum prę ſupponatur, quod ſocius emere velit po-
tius ex propria quam ex communi pecunia, *l. ſi
defunctus arb. Tut. l. ſi ventri, §. vlt. ff. de priuil. cred. l.
cum proponat, C. pro ſoc. Petr. de Vbald. de duob. fratr.
par. 5. n. 33. Corn. conſ. 122. n. 8. lib. 2. Soccin. ſen. conſ.
24. n. 2. lib. 2. Crauett. conſ. 834. n. 1.* Contrarium verò
eſſet firmandum, quando ſocietas eſſet omnium
7 bonorum, quia tali caſu quidquid ſocius acqui-
reret etiam nomine proprio iudicio, ſocietatis
conferre cogeretur, *l. ſi quis ſocietatem, ff. pro ſoc.
Bald. in l. ſi ſocius, ff. ſi cert. pet. & conſ. 120. n. 3. &
verſ. & ſi dicatur lib. 1. & conſ. 451. n. 2. ad fin. lib. 3.
Rom. conſ. 291. n. 10. & conſ. 413. n. 19.* Et licet tale
cambium eſſet contractum ex communi pecunia,
8 nomine autem proprio, nihilominus Petrus do-
minium in totum ſibi ipſi acquiſiuiſſet, ita ſenſit
*gloſ. in l. qui ſocietatem contraxit, ff. pro ſoc. Rom. conſ.
3. n. 1. Anchar. conſ. 31. n. 2. Mantic. de tacit. & ambig.
lib. 6. tit. 11. n. 28. verſ. quamobrem, & tit. 16. num. 19.
Bald. conſ. 97. lib. 1. Menoch. conſ. 122. n. 20. & con. 419
n. 5. Rot. dec. 80. n. 2. par. 5. diuerſ. Surd. dec. 304. n. 3.*

Non obſtat partita, quæ hodie datur *in Sum-
mar.* Abbatis *num. 3.* ex qua præſumitur tale cam-
bium, licet fuerit contractum ſub nomine Petri
fuiſſe tamen ſocietatis, cum ex eadem partita
appareat, illud fuiſſe commune cum ſocietate
ob expreſſionem nominum Herrerę, & Coſtę,
ibi, *detto Gio. Antonio deue ſcudi 2115. datigli à cam-
bio miei Herrera, e Coſta, ſotto nome del mio Pietro à
parte G. &c.* maximè cum fuerit adnotatum in
9 communi cataſto, ex quo præſupponitur omni-
bus ſocijs quoad illud etiam dominium acquiſi-
tum, *Bald. in l. Cenſualis, C. de donat. Mantic. de con-
tract. lib. 6. tit. 16. n. 30. Gratian. diſcept. foren. cap. 547.
num. 13. Rot. dec. 183. num. 7. par. 7. diuerſ.*

Quia difficultas, quæ poſſet oriri ex ſupradicta
partita, cantante ſub nomine communi Herreræ,
& Coſtæ tollitur tam ex litera ſcripta à dicto Pe-
tro eidem Abbati ſub 1. Auguſti 1633. *Sum.* Aloy-
ſiæ *n. 3.* per multos annos poſt diſſolutam ratio-
nem bancariam, ex qua apparet tale creditum
ſpectare, & pertinere ad eundem Petrum, non
autem ad rationem bancariam, dum in illa le-
guntur hæc præciſa verba, *Della poliza nella qua-
le V. S. ſi obligò al principale, e cambij delli ſcudi
2115. che io gli accommodai*, quam ex reſponſione
eiuſdem Abbatis data ſub die 2. eiuſdem menſis
Auguſti, *vt in d. Summ. n. 4.* ibi *Declarans ſe habere
pro interpellato al pari, che ſe l'iſtanza foſſe giudicia-
le, e per tale io la reputo, &c.* quæ verba cum im-
portent tacitam confeſſionem, controuerti non
po-

potest d. Abbatem mediante tali responsione recognoscere voluisse eumdem Petrum vti verum, & particularem suum Creditorem, non autem societatem bancariam, ad quam si tale credi-tum spectasset, hoc ei rescribere non omisisset, maximè cum d. Abbas tamquam socius de rebus socialibus esset valde informatus, & propterea dum literas Petri continentes tale creditum recepit easque legit, & non solum contra easdem nihil protestatus fuit, sed respondendo debitum fassus est, concludenter illud dicitur probatum
10 ad fauorem Creditoris literas mittentis, *l. si filius fam. la 2. ff. ad Maced. l. cum tabernam, §. 1. in fin. ff de pignor. Gabr. de pres. concl. 2. n. 1. Grat. discept. for. cap. 599. n. 33. Alex. conf. 78. vol. 1. & conf. 147. n. 12. vol. 2. Abb. cons.* 88 *vers. si autem interuenit scientia vol. 1. Rot. dec. 811. n. 9. par. 1. diuers.* & sic per Petrum, siue per causā ab eo habentes pro iustifica-
11 tione talis crediti, nulla maior probatio potest afferri, quam propria confessio eiusdem Abbatis debitoris, *l. 1. C. de confess. l. cum te, C. de transact. Rot. dec 405. n. 7. par. 5 tom. 2. & dec. 49. n. 4. par. 7. diuers.* Et cum dictus Abbas venire intendat con-
12 tra propriam confessionem nullo modo est audiendus, *l. 1. cum vulg. de seru. fugit Paris. cons. 11. n. 39. & 40. lib. 3. Rot. in Rossanen. Decimarum 28. Nouembris 1639. coram R. P. D. meo Bichio.*

Nec etiam obstat, quod defecerit ratio bancaria, & illius iura, & actiones transierint in creditores, & in eorum locum in Octauium dd. creditorum cessionarium, & deinde idem Octauius amplissimam liberationem legauerit eidem Abbati ab omnis, & quocumque debito societatis, & tale debitum fuerit declaratum esse sociale, vt in decisione in hac causa emanata 1. Iulij 1641 coram bon. mem. Pirouano, & per consequens d. Abbas illius occasione non possit amplius molestari vigore dictæ amplissimæ liberationis.

Nam decisio cum emanauerit inter Abbatem ex vna, & hæredem Octauij ex altera, non debet
13 præiudicium inferre Aloysiæ, quæ in causa audita non fuit, *Ias. in l. si vnus, §. ante omnia, de pact. Castr. in l. si actionem, C. eodem l. inter alios, C. res inter alios act. Gratian. discept. foren. cap. 49. n. 2. & capit. 736. num. 5. Rot. dec. 97. n. 15. par. 7. recent.* & eo ipso, quod Abbas promisit restituere Petro dicta scut. 2115. simul cum cambijs fuit ius quæsitum super huiusmodi nomine debitoris Aloysiæ, maximè cum talis promissio fuerit roborata obliga-
14 tione Camerali continente fauorem cuiuslibet habentis interesse *Zacch. ad Galles. de oblig. Camer. quæst. 5. n. 6. Rot. dec. 663. in princip. par. 1. diuers. & decis. 99 n. 7. apud eundem Zacch. Duran. dec. 270. nu. 5. Rot. dec. 397. n. 5 par. 5. & 44. n. 19. par. 6 & 46. n. 7. par. 7. diuers.* & talis liberatio facta per Octauium ad fauorem Abbatis, debet procedere in præiu-
15 dicium Octauij, & suorum hæredum tantum, non autem Aloysiæ creditricis anterioris, *l. 1. C. debit. vendit. pignor. imped. non poss. Neguf. de pignor. par. 6. membr. 3. num. 11. Surd. dec. 286. n. 1. & dec. 62. n. 5. coram bon. mem. Buratto*, & liberatio facta per Octauium ad fauorem Abbatis vti socij quamuis amplissima, & ex quacunque occasione, debet
16 tamen intelligi ratione societatis, quia semper verba generalia restringuntur ad speciem contractus præcedentis, *l. si ex plurib. de solut. Abb. cons. 114. lib. 2. Gratian. discept. forens. cap. 292. n. 15.*

Præscriptio tandem, quæ ad fauorem Abbatis posset opponi, nec etiam releuat. Quia cum in responsione facta literis transmissis à Petro eidem Abbati; ipse suum debitum agnouerit, il-
17 lud apertè confitendo, ex tali enim confessione interrupta remansit quæcumque præscriptio, *l. cum notissimi, §. 7. imò, & illud versic. sed & si quis debitorem, C. de præscript. 30. annorum, Bald in l. 1. C. de furt. Aretin. in l. creditori colon. penult. ff. de leg. 1. Natt. cons. 402. n. 64. Grat. discept. forens cap. 994. n. 10* Ad inducendam enim interruptionem præscriptionis sufficit quilibet actus, & quælibet interpellatio, etiam extraiudicialis, & in hoc casu
18 Petrus specificè interpellauit in suis literis Abbatem pro satisfactione sui crediti ad effectum impediendi præscriptionem, quæ inducebatur ex cursu sexdecim annorum, *Abb. cons. 19. col. 2. lib. 2. Felin. cons. 2. n. 6. Bald. in tract præscript. in 3. par. 6. part. princ. Rot. in Florentina affrancationis 1. Februarij 1634. coram Durano in ordine inter impressas 526. n. 22. & 26. & decis. 281. n. 16. par. 7. diuers. & dec 8. vbi Add lit. C. n. 10. coram bon. mem. Buratto.*

Et ita vtraque parte informate fuit resolutum.

REVERENDISS. P. D. CERRO.

SACRÆ ROTÆ DECANO.

Anconitana Dotis,

Mercurij 1. Iulij 1643.

ARGVMENTVM.

Hæredes Mariti obligati ad dotis restitutionem non tenentur soluere mulieri aliqua interusuria stante deposito ipsius dotis facto de ordine iudicis, quod eo magis procedit si & ipsa mulier, quę dotis erat creditrix, erat etiam debitrix de aliquibus bonis viri ad ipsam peruentis, quæ per illam ante dotes restitutionem eisdem hæredibus consignari debebant hinc plura de deposito, & obligatione dicuntur.

SVMMARIVM.

1 *Hæredes mariti durante anno luctus non tenentur restituere vxori dotem in pecunia consistentem, sed tantum illi præstare alimenta.*

2 *Statutum potest taxare alimenta vxori debita durante anno luctus.*

3 *Interusuria dotalia non debentur vxori ob retardatam illi dotis solutionem si non concurrit mora hæredum.*

4 *Oblatio iudicialis cum subsecuto deposito habet vim solutionis, & liberat deponentem.*

5 *Oblatio verbalis sufficit stante recusatione partis.*

6 *Oblatio verbalis, vt debitorem liberet stante recusatione partis non requiritur expressa, & specifica recusatio, sed etiam tacita sufficit.*

7 *Taciturnitas creditoris post oblationem illi factam habetur pro recusatione.*

Litis substentatio à creditore facta post oblationem debitoris inducit recusationem, num. 7.

8 *Dare, & recipere, vbi quis vna simul tenetur, tenetur*

netur prius dare vel offerre quod debet, si vult recipere, quod ei debetur, & num. seq.

9 *Vidua si ex vera parte est creditrix dotis, ex alia verò debitrix aliquorum bonorum maciti, tenetur prius bona restituere, & postea dotem sibi debitam petere.*

Aduerte, quod ante restitutionem non potest prætendere interusuria dotalia ibidem.

Hæredes mariti non tenentur ad solutionem aliquorum interusuriorum dotalium si mulier primo bona mariti penes ipsam existentia non restituit n. 9.

10 *Verba prolata per ablatiuum absolutum inducunt conditionem.*

11 *Conditionis ea est natura, vt illa adimpleatur antequam dispositio suum sortiatur effectum.*

12 *Depositum, vbi non est integrum, non suffragatur, sed vide in n. seqq.*

13 *Creditori, vt dicatur licuisse distraere pignora sui debitoris requiritur, quod ille sit creditor in maiori quantitate, quam important pignora.*

14 *Depositum dicitur integrum etiam quod non fuerit factum de tota summa, si tamen integra rata liquida fuit depositata.*

15 *Debitor excusare se non potest à mora, & culpa sui facto cantata.*

16 *Petitio plus debito facit, quod debitor non dicatur in mora etiam ad effectum vt illi non curat interesse, & 17.*

17 *Depositum iudiciale non vitiatur ex conditione per Iudicem appositam.*

DECISIO CCXXVIII.

FVit responsum non deberi interusuria Dotalia hæredibus e. Franciscæ Lanfranconæ, quia aut petuntur pro anno luctus, & cum Dos consisteret in pecunia, & mobilibus nulla debentur interusuria, quia hæredes viri durante dicto anno non tenentur restituere dotem in pecunia, & mo-
1 bilibus consistentem, † sed solum præstare alimenta, & interim faciunt fructus suos iuxta opinionem quam originaliter tenuit *glos. in l. vnic. §. exactio, C. de rei vxor. act.* & communiter sequuntur DD. vt ibi notat alia *g. oss. addit,* & patet ex relatis per *Honded. cons. 36. n. 1. lib. 2.* & latius per *Surd. de alim. tit. 1. qu. 44. n. 11. 29. & 30.* & approbauit *Rota coram sanct. mem. Gregor XV. dec. 462. num. 2.* alimenta autem præstita fuerunt, & quidem in quantitate sufficienti, quia illa taxantur à statu-
2 to Anconæ in solis scutis 60. † quæ taxatio de iure licita est, & debet attendi, *Abb. in cap. saluhriter num. 6. Surd. d. qu. 44. n. 3.* & tamen Francisca habuit quantitatem longe maiorem retractam ex fructibus censuum pensionibus Domorum, venditione certorum mobilium, & ex alijs multis de quibus in Summario illorum de Fanellis *num. 6.*

Aut verò petuntur interusuria pro tempore post annum luctus, & ab inde citra decursa, & ista pariter non debentur, cum nulla possit con-
3 siderari † mora in hæredibus Hieronymi mariti Franciscæ sine qua huiusmodi interusuria non debentur. *Alciat. cons. 59. num. & cons. 113. num. 5. lib. 5. Surd. cons. 211. num. 9. & Rota in recent. dec. 132 num. 17. par. 6.*

Cum enim dd. hæredes statim, ac dies solutionis aduenit fecerint in iudicium plures reales oblationes, & actuale depositum quantitatis debitæ, vt eorum *Summar. num. 4. 6. 10. & 13.* Cessat quæcumque mora cum similes oblationes fa-
4 ctæ in iudicio, † & depositum habeant vim solutionis, & inducant liberationem, *Surd. cons. 86. num. 28. & 29. & cons. 142. num. 8. & cons. 331. n. 9. & seqq. et decis. 262. num. 2. et 3. Gratian. discept. forens. cap. 38. n. 32. et cap. 686. num. 2.* vbi quod quando versamur in oblatione iudiciali, quod tali casu indubitanter habet vim solutionis, *Natt. cons. 631. nu. 6 post med. Roland. cons. 7. n. 29. lib. 3. Cephal. cons. 207. n. 44. et pluribus seqq.* Qui tres consuluerunt in eodem casu, & alios allegat *Cyriac. controuers. 228. n. 19. & 35.* & sequitur *Rota in rec. decis. 219. n. 13. par. 5.* & de deposito *Rota decis. 291. n. 13. post Cenc. de censib. secundum nouam impress.*

Quæ multo magis procedunt in casu nostro cum Francisca semper recusauerit recipere, quo
5 casu non solum sufficit oblatio realis, † sed immo etiam sola verbalis, vt per *Surd. d. cons. 86. n. 29. & d. cons. 331. num. 39. & alij per Cenc. de cens. quæst. 3. num. 30. vers. nisi creditor expressè recuset, & Rota coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 108. coram bo. me. Buratto decis. 517. nu. 3. & 4. coram Gregor. dec. 214. num. 1. in recent. decis. 137. num. 1. par. 2.*

Nec ad istum effectum requiritur expressa, &
6 specifica recusatio, sed sufficit quod constet creditorem recepturum non esse *Bart. in l. prætor ait; §. si quis paratus in fin. ff. de nou. oper. nunc. Bero cons. 196. num. 3. lib. 1. Cephal. cons. 207. num. 54. & seq.* vbi optimè distinguit, & *Surd. d. cons. 86. num. 30. & cons. 142. sub num. 8. & cons. 331. nu. 39. ante fin.* Qui ampliant id procedere etiam si creditor audita oblatione, taceat, & non accep-
7 tet, quia secundum eos, talis taciturnitas habetur pro non acceptatione, & sufficit sola litis substentatio, *Natt. dict. cons. 631. sub num. 3. Rota coram Duran. decis. 198. nu. 5.*

Quibus etiam accedit, quod dicta Francisca tàm ex forma mandati Aud. Cam. quam ex forma mandati Rotalis tenebatur restituere dictis hæredibus in actu solutionis mobilia ad eos spectantia, quæ ipsa apud se retinebat, & tamen ipsa non solum mobilia non restituit, sed nec etiam obtulit, quamuis fuerit sæpius interpellata, vnde tanto minus potest imputari mora dictis hæredibus, qui non tenebantur soluere, nisi facta in eis prius oblatione, & successiuè restitutione suorum mobilium, sed potius Francisca fuit in mora, dum ipsa non obtulit mobilia prout tenebatur ex lege vtriusque mandati, cum semper
8 vbi quis debet dare, & recipere, † prius debeat dare, vel offerre id quod tenetur si vult recipere id quod ei debetur iuxta celebrem *glos. in l. ediles in fin. in verbo præstet, ff. de edilit. edict.* quam sequuntur *Dec. cons. 421. num. 10 & Roman. cons. 244. num. 4.* Qui precisè in nostris terminis consuluit de quam vidua, quæ recusabat restituere certa bona, quæ ad eam peruenerant de bonis mariti, quod illius hæredes non tenebantur ei soluere
9 dotem per supradictam rationem quod illa debebat prius dare, vel offerre si volebat recipere, & sub num. 5. subiungit, quod cum hæredes mariti obtulerint velle soluere cum hoc, quod illa vidua faceret ea, ad quæ tenebatur, quod interim non po-

poterat, dici in mora, & *Add. ibi citat. alios concordantes.*

Præſertim cum onus reſtituendi mobilia fuerit iniunctum Franciſcæ per viam conditionis, vt apparet ex illis verbis, *Reſtitutis omnibus mobilibus in inuentario deſcriptis*, quæ verba tanquam
10 prolata per ablatiuum abſolutum conditionem indicunt *l. ab emptione, & ibi Bart. num. 1. Caſtrenſ. nu. 13. & alij ff. de pact. Rota coram Buratt. deciſ. 695. nu. 2.* Vnde tanto magis debebat procedere reſtitutio, vel ſaltem oblatio mobilium cũ propriũ
11 conditionis ſit, † vt prius impleatur antequam diſpoſitio ſortiatur effectum, & exequutionem, *Bart. in l. quibus diebus 40. §. Termilius numer. 1. in fin. verſ. hoc dico ad doctrinam conditionis, ff. de condit. & demonſtrat Bald. conſ. 219. ſub num. 5. lib. 2. Crauett. conſ. 59. numer. 1. Corn. conſ. 102. numer. 19. lib. 2. Cephal. conſ. 207. num. 52. Menoch. conſ. 131. Honded. conſ. 58. nu. lib. 2. Rota in recent. dec. 268. num. 1. par. 1.*

Nec obſtant ea quæ in contrarium objciuntur, & primo quod non fuerint depoſitata, niſi
12 ſcutor. 850. & tamen creditum dotis eſſet † ſcutorum 3502. & ſic depoſitum tamquam non integrum non ſuffragari, vt reſponſum fuit in hac cauſa ſub die 7. Februar. 1642. coram me; quia in dicta deciſ. hoc dictum fuit ad effectum excuſandi delictum Franciſcæ vendentis pignora, & ſic agebatur de damno vitando ad quem effectũ ſufficiebat, quod Franciſca eſſet creditrix in maiori quantitate, ad hoc vt ſibi licere diſtrahe-
13 re pignora in ſatisfactionem ſui crediti, *§. 1. inſtitut. quibus liceat, alim. vel. non l. ſi conuenerit, ff. de pignorat. act.* ſed hodie cum de hoc principaliter agatur pro captando lucro ex mora debitoris non ſoluentis ad hunc effectum dixerunt. DD. ſatis eſſe, quod eo tempore dos non eſſet liquida in maiori quantitate ad hoc vt mora non dicatur incurſa, licet enim integra dos eſſet ſcutorum 3052. b. 54. de tempore tamen oblationis erat ſolum liquida in ſcutis 2250. pro quibus Signatura reſcripſerat ſine præiudicio, vnde cum ex his Franciſca iam fuiſſet conſequuta ſcuta, 1400. redacta ex tot cenſibus hæreditarijs. ſubhaſtatis remanebant ſolum liquida ſcuta 850. oblata, & depoſitata. Reliqua verò ſcuta 802. b. 54. erant illiquida, cum Signatura quod ea reſcripſiſſet cum clauſula ſi quid exequendum. Adeoq. depoſitum ſcutorum 850. licet non integræ ſummæ fuit validum, & ſufficiens cum pro ea ſolum rata Dos eſſet liquida, nec aliqua potuit incurri mora reſpectu reſidui non depoſitati, quia cum
14 eſſet illiquidum opus erat expectare illius liquidationem, & poſtea deponere prout dicti hæredes fecerunt *Ripa in l. quod te, n. 67. in fin. ff. ſi cert. petat. Bald. conſ. 461. num. 3. lib. 2. Riminal. ſen. conſ. 361. nu. 6. & 10. lib. 2. Soccin. ſen. conſ. 107. n. 2. lib. 1. Anchar. conſ. 135. nu. 2. Crauett, conſ. 89. nu. 5. Surd conſ. 331. nu. 42. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gloſſ 19. nu. 1. Rota coram Cardin. Seraphin. deciſ. 473. numer. 2. & in recent. deciſ. 331. num. 6. in fin. par. 1.*

Nec reſiſtit, quod hæc poſterior ſumma dicatur remanſiſſe illiquida, culpa, & facto dictorum hæredum, qui diu litem ſubſtinuerunt, & varijs prætextibus, & diffugijs ſolutionem diſtulerunt ex quo infertur ipſos non poſſe excuſari à mora eorum culpa, & facto cauſata ex adductis per *Tiraquel. de vtroque retract. §. 6. gloſ. 3. n. 3. & 2.*

Quia placuit reſponſio, quod immo hæc ſumma remanſit illiquida culpa, & facto ipſius Franciſcæ quæ dedit anſam liti, & illius continuationi petendo plus debito nempe ſcuta 4. mil. cum tamen verè non eſſent debita niſi ſcuta 3052. & b. 54. vt competjt Rota, quæ abſoluit dictos hæredes à ſcutis 947. & b. 46. quæ plus debito petebantur cum condemnatione Franciſcæ in expenſis, vt in *Summ. num. 9.* & ſic non poteſt dici dictos hæredes hoc reſpectu fuiſſe in mora, quia dum ab eis plus debito petebatur habuerunt iu-
15 ſtam cauſam litigandi quæ excuſat à mora etiam ad iſtum effectum ne poſſit peti intereſſe, *Ripa in d. l. quod te nu. 55. ff. ſi cert. petat. Aretin. conſ. 149. num. 9. Soccin ſen. d. conſ. 107. ſub. num. 2. lib. 1. Roman. conſ. 244. num. 5. vbi Add. alios citat.* & in his
16 terminis, quando plus debitum fuerat petitum, *Surd. conſ. 142. nu. 6. & 7. Tiraquell. de retract. lignag. §. 6. gloſſ. 2. nu. 1.*

Denique non obſtat quod depoſitum non fuerit liberum, ſed cum vinculis, & conditionibus, quia alia non adfuit conditio, niſi quod reſtitue-
17 rentur mobilia, quæ conditio cum, fuiſſet, appoſita à Iudice in decreto, tanquam intrinſeca non vitiat depoſitum, *Sacc. de Camb. §. 2. gloſ. 1. num. 5. verſ. contingit. Cenc. de cenſ. quæſt. 3. nu. 29. in fin. Add. ad Gregor. deciſ. 165. num. 12 & idem Gregor. deciſ. 347. numer. 12. Rota diuerſ. deciſ. 81. num. 1. par. 4. & coram Durano deciſ. 421. num. 8. & Add. ad Buratt. deciſ. 429. num. 7. & coram Coccino deciſ. 15. num. 3.*

Et ita vtraque. &c.

REVERENDISS. P. D. MELTIO

Poſtea Epiſcopo PAPIEN.

Romana Dotis.

Mercurij 1. Iulij 1643.

ARGVMENTVM.

Creditor ſortis, & vſurarum, primo in extinctionem fructuum, deindè ſortis dicitur recepiſſe, Depoſiti natura examinatur, vt ſcilicet illud non dicatur vniculatum, ſed liberum per appoſitionem conditionis, quæ ipſi ineſt actui ad differentiam conditionis extrinſecæ, & ad quam pars compelli minimè poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Lucrum Dotis, & acconcium uſdem gaudeat priuilegijs quibus ipſa dos.*
2 *Creditor ſortis, & fructuum vbi ſimpliciter recipit in cauſam fructuum recipere dicitur, & num. ſeq. & num. 5.*
4 *Fructus dotis debentur donec illa reſtituitur.*
6 *Creditor poteſt compelli ad iurium ceſſionem faciendam.*
7 *Ceſſio iurium licet in limine contractus non fuerit nominata, tamen facultas illam petendi eſt inſerta in ipſo contractu.*

Ceſſio

Cessio iurium est de natura actus nu.7.
8 *Cessio iurium dicitur in mandato inclusa.*
9 *Conditio quæ ex venit natura actus dicitur intrinseca.*
Depositum non vitiatur per expressionem conditionis quæ venit ex natura actus, nu.9.
10 *Depositum dicitur vinculatum ex appositione conditionis extrinsecè ad quam pars compelli non potest.*
11 *Vsurarum cursum ad euitandum non solum sufficit depositum, sed etiam oblatio quamuis extraiudicialis.*
12 *Depositum solui non debet nisi secundum formam conuentam.*
13 *Depositum, vbi quis recipere recusat quinimo, & illud impugnat talis recusatio, & impugnatio illi solum nocere debet.*
14 *Oblatio sola sufficit quoties aliquis recipere recusat.*
15 *Creditor non potest cogi suum recipere creditum minutatim.*
16 *Creditor instando pro consignatione depositi illud dicitur acceptasse itaut amplius impugnare non possit.*
17 *Acceptatio nihil aliud, est quam mentis declaratio.*
18 *Depositum factum parte citata, & iuxta formam à iudicee traditam dicitur iudiciale.*
Depositum iudiciale impedit cursum vsurarum n.18.

DECISIO CCXXIX.

Plures emanarunt decisiones in hac causa tam pro restitutione dotis ad fauorem Illustriss. D.Dimitillæ Cæsiæ, quam pro immissione in possessionem Castri, & Terrarum Grafignani in Saluiano eidem concessa ad eumdem effectum, vt recuperaret dotē consistentē in summa sc.28.mil. computato tamen lucro, & acconcio, quæ pror-
1 sus gaudent ijsdem priuilegijs, † quibus gaudere solent dotes *Paris. cons. 95.nu.13. lib.2. Gratian. discept.forens.cap. 498 num.58. Rot. in Rom. acconcij 28. Octob. 1611. coram bon.mem.* Coccino *Seraphin.decis. 132. num. 1. & 2. & 72. num. 4. part.2. recent. 403. numer.14 par.5.diuers. & 80. Vbi Add. num. 11. coram Papa Greg. XV.* Cum autem ab Illustrissima D. Iulia Balleona Matre, & hærede bon. mem. Adriani Viri d. Dimitillæ sub 27. Febr. 1632. fuerit factum depositum parte citata iuxta decretum Rotæ in causam per eandem declarandam, *vt in Summar.eiusdem D. Iuliæ num.1.* in Sacro Monte Pietatis scut. 18. mil. vt illa solueretur ad computum dotis eidem D. Dimitillę, de quibus re vera ipsa non recepit nisi scuta 12. mil. cum alia sex mille recepta ad cambium à Franceschino illo medio tempore ob delictum ab eodem patratum fuerint confiscata. Recusauit d. D.Dimitilla idem depositum recipere ad computum dotis ex eo, quia illud non erat liberum, & ipsa erat creditrix quarti dotalis, & fructuum dotis, quo circa prætendebat tale deposi-
2 tum esse recipiendum in fructuum extinctionem attentata iuris dispositione iuxta *l. in ijs verò, § Imperat. ff. de solut. l. cum ea sortis, ff. de pignor. act. Gratian.discept. forens. cap.224.nu.21. Rot. in Rom. spolij Casalis 23. Iunij 1634. coram Durano, & in Mediolanens census 17.Maij 1641.coram Eminentiss. Card.Verospio.* Tamen coram bon. mem. Pirouano fuit resolutum D.Domitillam recipere debere d. depositum in causam per Rotam declarandam, *vt in Summ. R. P. D. Malatesta Balleoni à d. D.Iulia causam habente num.3.* prout eadem D. Dimitilla sub d. conditione recepit non solum dd. scuta 12. mil. sed etiam alia scuta 2. mil. quæ vsque de anno 1634. depositata fuerunt in Monte Pietatis ad creditum hæreditatis dict. Adriani prouenientia ex pretio lineæ margaritarum, *vt ex Summ. D.Dimitillæ nu* 8. 9. & 10. Nunc verò instante eodem R. P. D. Baleone pro declaratione scilicet in quam causam cesserint dicta scuta 14. mil. soluta fuit sub hac die per DD. responsum, quoad summam scut. 11814. illa cedere in causam fructuum, quo verò ad residuum continens summam scut.2186. illa cedere in diminutionem sortis.

Pro cuius resolutionis maiori declaratione præmittendum est, D. Dimitillam occasione fructuum dictæ suæ dotis esse creditricem in scutis 9204. vt fuit resolutum in decisione in hac causa emanata sub 4. Iulij 1635. coram bon. mem. Pirouano; Ab anno autem 1628. vsque ad annum 1633. qui fuit factum depositum, creditum eiusdem ascendit ad scuta 6825. quæ in totum constituunt summam scut. 16039. fructus autem dicti Castri fuerunt calculati ad rationem scut. 1300. quolibet anno, donec per Baleonos contrarium probaretur, vt in eadem decisione 4. Iulij 1635. fuit firmatum, & cum appareat, eamdem D. Dimitillam, antequam fuisset factum depositum, recepisse tantum scuta 4225. ex redditibus eiusdem Castri, quibus detractis ex d. summa scuta 16039. eadem remanebat creditrix ex causa dd. fructuum in scutis 11814. Vnde cum concludenter appareat, eamdem D. Dimitillam ex deposito recipisse tantum scuta 12. mil. in vna partita, & bis mille in alia, quod non negatur per informantes per eamdem, dicta scuta 11314. debebant cedere in causam fructuum, residuum verò scut.
3 2186. in causam sortis, † quia dum ex solutione tam scuta 12. mil. quam aliorum bis mille non poterat etingui debitum scut. 28. mil. illa solutio debebat censeri facta in extinctionem fructuum, non autem sortis *Bart. in l 1.de solut. num. 6. vers. quæro qualiter, Cyn. in l. C. de solut. Gratian.discept. forens. 222.num.30. & seqq.& cap.671 num.1. Ruin. cons.1;6.num.14.vol.4. & consil. 162.num.17.vol.5. Surd. cons. 290. num.61. Gabr. cons. 151.nu.3.vol. 1. Rota decis. 284. num.4. coram Buratto, & decis.556. num. 6. par. 5. diuers. tom.2.* Verum cum D. Dimitilla antequam fuisset factum depositum recepisset fructus d. Castri spatio quatuor annorum, & isti fuerint per Rotam taxati ad rationem sc 1300. quolibet anno, vt superius firmatur, Dominam verò Dimitillam asserat recepisse tantum sc.4 25. de errore calculi clarè constat, cum ad d. taxam scut. 1300. quolibet anno constituatur summa scuta 5200. Vnde tam pro tali errore calculi, quam pro alijs partitis, quæ per R. P. D. Baleonum prætenduntur omissæ, poterit particulariter considerari.

Non obstat mandatum relaxatum per bo. me. Pirouanum contra bona hæreditaria Adriani pro summa scut. 43. mil. *vt in Summ. Dimitillæ num. 7.* sine præiudicio residui, & aliorum iurium eiusdem, cum ipsa prætenderet suum creditum ascendere ad scut 46670. & b. 81. hoc est scut. 28. mil. pro sorte principali dotis, & lucri, vt fuit resolutum *coram bon. mem. Pirouano sub die 4. Iulij 1635.* alia verò scuta 18670. & b. 81. pro residuo fru-
ctuum

quum eiusdem, & depositum à D.Iulia factum à
principio non fuisse liberum, sed conditionale,
& in decis. in hac causa emanata 10. *Decembr.* 1632.
coram bon. mem. Pirouano, inter impressas in ordine
161. *num.*28 *par.*6.*diuers. &* 4. *Iunij* 1635.*coram eo-*
rum, quod propterea ipsa minimè consequi potuit,
& per consequens dum dos non fuerat restituta,
4 † fructus debebantur *Gabr. cons.* 57. *num.* 6. *vol.* 1.
Rot. decis. 246.*num.* 1.*par.*2. *recent.* qui fructus cum
à die interpellationis pro dotis restitutione, & à
die facti depositi excederent d. summam scutorum
14. mil. videbatur dicendum illa omnia esse im-
5 putanda non in extinctionem sortis, † sed in solu-
tionem fructuum iuxta doctrinam *Bart. in l.*1. *n.*6.
vers. quæro, qualiter de solut. & ibi, *Imol. col.* 3. *in*
*princ. Cin. in l.*1. *C. de solut. nu.* 3. *vers. quæritur cir-*
ca legem.

Quia licet à principio tale depositum præten-
deretur esse conditionale propter illa verba appo-
sita. *Per douergli pagare di ordine della detta Signo-*
ra Giulia all' Illustrissima Signora Dimitilla Cesi in con-
to della restitutione della sua dote, quale nell' atto del
pagamento dourà cedere le ragioni à detti Signori Sa-
uelli per maggior sicurezza di detto censo, vt in Summ.
D. Dimitillæ num. 2. Tamen vsque ab initio idem
depositum fuit liberum, cum talia verba nullam
importent conditionem nam etiam si non fuissent
6 apposita, † Attamen dicta D. Dimitilla ad talem
successionem Iurium faciendam compelli poterat
Dyn. in l. fideiussorib. ff. de fideiussor. Surd. cons. 536. *nu-*
*mer.*10. *versic. non etiam obstat*, quia licet à princi-
pio nihil esset conuentum de tali cessione, tamen
facultas illam petendi videtur inserta in ipso con-
7 tractu, ex † quo cessio est de natura actus, *l. Mo-*
destinus, ff. de solut. l. in creditore, ff. de euict. Crauett.
8 *cons.* 748. *num.*15. vbi infert cessionem videri † in
mandato inclusam *Surd. d. cons.* 536. *n.*9. *Dec. cons.*
104. *vol.* 1. *Menoch. cons.* 513. *nu.* 17. *Vinc. de Franch.*
decis. 55. *num.*5. *& decis.* 347. *num.* 15. *coram Papa*
Gregor. XV. Vnde dum talis conditio fuit intrin-
9 seca, quæ ex natura contractus potuit apponi, † il-
lius expressio non potuit vitiare depositum *Bald.*
*in l. acceptam num.*14. *C. de vsur. Neguś. de pignor. in*
2. *par.*3. *membr.*5. *partis principalis num.* 10. *Crauett.*
cons. 705. *num.*13. *Rota decis.* 15. *num.*3. *coram Coccino*
decis. 347. *vbi Add. num.*12. *& decis.* 505. *num.*11. *co-*
ram Papa Gregor. XV. & 912. *numer.*1. *par.*4. *diuers.*
Si autem talis cōditio esset extrinsecam ad quam
10 D. Dimitilla cogi non posset, † tunc depositum
diceretur vinculatum, & non liberum, & sic vi-
tiaret *Gratian. discept. forens. cap.* 260. *num.*8. *&* 515.
num. 1. *Neguś. de pignor. par.* 5. *membr.*3. *num.* 10. *Ia-*
*son. consil.*9. *num.*15. *lib.* 1. *Thomat. decis. Macerat.*
94. *num.*28. *Rot. decis.* 71. *num.* 9. *par.*2. *diuers. & d.*
decis. 912. *vers. aut vero*, sed cædula postea data
ab eadem D. Iulia directa Ministris Sac. Montis
Pietatis, in qua eisdem ordinabatur, vt d. depo-
situm soluerent in causam per Rotam declaran-
dam, facit cessare omnem difficultatem, eo quia
videbatur recessum à natura primi depositi, qua-
tenus fuisset vinculatum, maximè cum idem de-
positum fuerit postea à d. D. Dimitilla acceptatū
vigore secundi ordinis, & prius sub die 2. Iunij
eiusdem anni in quo fuit factum depositum, ipsa
institerit pro consignatione, ideo solutio vsque
tunc debet haberi pro facta, vt euitetur cursus
vsurarum cum ad hunc effectum non solum suffi-
11 ciat depositum; † sed etiam oblatio debitoris
quamquam extraiudicialis, *l. illud de periculo, &*
comm. rei vendit. & l. si seruum, §. vlt. ff. de verb.
oblig. Menoch. de arbitr. cas. 232. *numer.* 1. *Gratian.*
*discept. forens. cap.*726. *nu.* 10. *Natt. cons.*631. *col.*3.
vers. ad prædicta lib. 3. Vnde ex his videtur firman-
dum fructus currere desijsse à die facti depositi ex
quo illud fuerat liberum.

Non obstat, quod Procurator D. Domitillæ
institerit apud Ministros Montis Pietatis pro so-
lutione dicti depositi, nec exigere potuerit, ex eo,
quia illud esset conditionale scilicet ad computū
dotis, & cum obligatione cedendi Iura *Summ. d.*
*D. Dimitillæ. num.*2. Secundus verò ordo D. Iuliæ
esset, vt illud solueretur D. Domitillæ in causam
per Rotam declarandam cum legitima quietan-
tia, & cessione Iurium ad fauorem Iuliæ cum
adimplemento conditionum, quæ in partita de-
positi emanarunt, & & stante tali contrarietate,
noluerint dd. Ministri depositum soluere, quod
12 restituendum erat secundum formam conuentā,
vt fuit resolutum in *Romana census* 8. *Martij* 1641.
coram Reuerendissimo D. meo Decano.

Quia in partita depositi nulla aderat alia con-
ditio, quam cessio Iurium, & dum per Rotam
fuit ordinatum eamdem esse faciendam, sibi im-
putet D. Dimitilla, si in continenti hoc est de
anno 1632. non accepit depositum, sed distulit il-
lud recipere vsque de anno 1638. Vnde cum talis
mora prouenerit ex mera culpa, & facto eiusdem
D. Dimitillæ, quæ impugnabat, & recusabat de-
positum tanquam non liberum ob d. cessionem
13 petitam † illi soli debet præiudicium inferre *l. qui*
*decem cum ibi notat. per Bartol. & Paul. de Castr. n.*3.
ff. de solut. Tiraquel. de retract. conuent. §. 4. *gloss.* 6.
*num.*34. *Marescott. variar. resolut. lib.* 1. *cap.*7. *nu.*6.
Alex. cons. 75. *in causa, & lite num.* 5. *& seq. lib.* 7.
Dec. cons. 668. *numer.* 3. *Mantic. de contract. lib.* 10.
*tit.*5. *num.* 16. & tali casu ad inducendam libera-
14 tionem D. Iuliç sufficiebat † sola oblatio eiusdem
l. si debitor, offerret 30. *l. qui decem* 72. *ff. de solut.*
Alexan. in l. si mora num. 5. *vers.* 5. *fallen. ff. solut.*
matrim. Menoch. de arbitr lib. 2. *cent.* 3. *cas.* 232.
num. 16. *Neguś. de pignor. in* 2. *par.*3. *membr.*5. *part.*
princip. num. 7. *Surd. cons.* 86. *num.*29. *Boer. dec.* 124.
*num.*29.

Nec releuat, quod depositum non esset integrū
habita ratione quātitatis dotis, lucri, & fructuum
& sic D. Dimitilla non teneretur illud recipere,
15 cum † creditor non possit cogi ad recipiendum
suum creditum minutatim *Rota decis.* 373. *num.* 6.
par. 1. *recent.*

Quia cum D. Dimitilla conata fuerit habere
immissionem in d. Castro ex Saluiano, cuius vi-
gore creditori datur immissio ad effectum vt sibi
satisfiat ex fructibus de suo credito, non debebat
sub illo prætextu non integri depositi exactionem
differre, imo contrarium apparet ex facto eiusdem
16 D. Dimitillæ, & illud acceptasse dicitur, † dum
pro illius consignatione institit, nec amplius po-
tuit de illius inualiditate opponere *Crauett. consil.*
106. *num.* 2. *Surd. cons.*86. *in fin. Natt. cons.* 131. *n.*4.
Menoch. cons 664. *num.* 9. *Rot. post. tractat. Cenc de*
censib. decis. 291. *num.*3. *Gratian. discept. forens. cap.*
311. *nu.* 20. *Rota in Perusina bonorum* 5. *Maij* 1617.

coram Manzanedo,& decis. 480. vbi Add. nu. 7. coram Papa Grugor. XV. cum talis acceptatio nihil aliud
17 sit, † quam mentis declaratio *Dec. cons. 194. & 317. Paris. cons. 117. num. 10. par. 4.* Quare cum tale depositum fuerit factum parte citata, & secun-
18 dum formam à Prætore præscriptam, † dicitur Iudiciale, & per consequens sufficit ad impendiẽdum cursum vsurarum *Alberic. in l. acceptam nu. 8. C. de vsur. Faber. in suo Codice lib. 4. tit. 41. defin. 2. num. 17. & lib. 8. tit. 30. defin. 9. Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 3. cas. 232. num. 28. Caroc. de depos. in 2. par. quæst. 69. Tiraquell. de retract. conuent. §. 4. gloss. 7. num. 11. Surd. cons. 385. num. 4. Rota decis. 102. n. 5. par. 2. recent.*

Et ita vtraque &c.

Plures decisiones in hac causa emanarunt coram bon. mem. Durano, quæ inter eius impressas possunt videri.

R. P. D. CARRILLO

Postea Præside VALLISOLETANO.

Aquilana Cappellaniæ.

Veneris 13. Nouembris 1643.

ARGVMENTVM.

Lis super iure conferendi beneficium quoties inter solos prouisos, non autem inter collatores existit, sola quasi possessio est sufficiens, quę satis probata remanet etiam ex vnico actu effectum sortito, qualis dicitur si beneficium vacauit per mortem personæ, cui fuerat anteà collatum. Recognitio scripturæ, quæ in actu productionis non fuit apposita potest fieri quandocumque etiam post sententiam.

SVMMARIVM.

1 *Quasi possessio conferendi attenditur quando lis versatur tantum inter prouisos, non autem inter Episcopum, & Capitulum.*
2 *Collatio beneficij effectuata probata eo ipso, quod per mortem beneficiati fuit alter prouisus, & n. 5.*
3 *Collatio beneficij effectuata etiam vnica tribuit quasi possessionem.*
Quasi possessio ex vnico actu acquiritur. num. 3.
4 *Visitatorum assertionibus, quoad statum Ecclesiæ multum defertur.*
6 *Consilium Oldradi 229. habet etiam locum in resignatione.*
7 *Causa possidendi vbi est vniuersalis ex vnico actu porrigitur ad omnes alios, qui sunt eiusdem speciei.*
Causa facti magis inspicitur, quam factum ipsum, eiusque exercitium. num. 7.
8 *Ius conferendi ad Ordinarium spectare non dicitur, quoties per ipsum de aliqua collatione non docetur.*
9 *Testes quamuis extraiudicialiter examinati, præstant tamen veritatis fumum.*
10 *Testes nulliter examinati inclinare debent animum iudicis alijs concurrentibus.*
11 *Lis vbi non est inter collatores, sed solum inter prouisos, sufficit sola quasi possessio conferendi.*
12 *Scripturæ de partibus transportari debent præuia compulsoria Rotali, ac formiter recognosci.*
13 *Scripturæ originaliter exhibita nulla eget compulsoria.*
14 *Recognitio scripturæ non opposita de tempore productionis, non dicitur necessaria.*
15 *Iudex parte non opponente potest validè sententiam ferre etiam iuribus non recognitis.*
16 *Scriptura potest etiam recognosci post sententiam imò, & quandocumque iuxta stylum Rotæ.*
17 *Resignatio regulariter fit in manibus eius ad quem pertinet collatio.*
18 *Permutatio beneficij requirit auctoritatem Episcopi quamuis collatio spectet ad Capitulum.*
19 *Episcopus vbi beneficia permutata ad ipsum spectat, ipse confert vtrumque beneficium.*
20 *Assertio Notarij dicentis se successorem officij probat: Scripturæ extractæ à Notario successorem officij probant absque alia compulsoria, & citatione partis, & num. 21.*
22 *Prouisus à Capitulo approbari debet præuio examine ab Ordinario iuxta præscriptum Concilij.*
23 *Examen necessarium non est ad obtinendum beneficiũ simplex, vbi quis iam anteà fuerat ad sacros ordines promotus.*
24 *Beneficium curatum etiam, quod conferatur personæ in sacris existenti, adbuc nouum requirit examen per concursum.*

DECISIO CCXXX.

EPISCOPVS Aquilanus contulit Antonio Pezzopane Cappellaniam Sancti Ioannis, sitam in Ecclesia Cathedrali Aquilana, vacantem per obitum Francisci Conerij de mense Decembris anni præteriti, Capitulum vero dictæ Ecclesiæ de eadem Capellania prouidit Alexandrum Sbardellã, subsecutaque possessione sub eadem die ad fauorem vtriusque prouisi, ac introducta per eos lite in Rota, dum quærebatur, cui nam ex ipsis esset danda manutentio mandatum fuit, vt videretur de bono iure, quamobrem dubitaui de cuius bono iure constet, & constare de bono iure Alexandri à Capitulo prouisi fuit responsum, quia probata remanet eiusdem Capituli, quasi possessio
1 conferendi, † quæ sola attenditur ad hunc effectum, quando prout hic lis non est super iure conferendi inter Episcopum, ac Capitulum, sed inter prouisos ab eis iuxtà *cons. Calder. 23. de præb.* quem Rota passim sequitur, *vt in decis. 8. de priuileg. apud Mohedan. & in decis. 39. num. 1. & 2. par. 3. recent.*

Quod autem hæc quasi possessio probetur, patet ex collatione per Capitulũ facta de huiusmodi Capellania de anno 1612. ad fauorem dd. Frã-
2 cisci Conerij plenè effectuata, † vt iustificatur ex eo, quod per eiusdem Francisci obitum fuerunt prouisi ipsi collitigantes iuxta celebre *cons. Oldrad. 229. num. 2.* sæpius à Rota canonizatum, *vt in decis. 100. num. 1. & decis. 124. num. 2. in fin. & decis. 669. num. 3. par. 3. & in decis. 132. num. 7. par. 5. rec.* quæ quidem collatio sic effectuata licet sola suf-
3 ficeret † in proposito cum quasi possessio etiam ex vnico actu acquiritur, *cap. cum Ecclesia Sutrina, vbi gloss. verbo trium Abb. num 22. Ripa num. 91. de caus.*

cauſ. poſſeſs. & propriet. Alexand. conſ.74. num. 16. lib. 4. Dec. conſ. 134. *num.* 1. *Rota deciſ.* 423. *nu-*1. *par.2.recent.* attamen vlterius coadiuuatur ex pluribus.

Primo, ex Viſitationibus Epiſcoporum pro tempore, ac Vicariorum Apoſtolicorum reſpectiuè, & ſignanter ex illis factis de annis 1526. 1582. & 1585. in quibus aſſeritur collationem huius Cappellaniæ ſpectare ad Capitulum his

4 enim Viſitatorum † aſſertionibus quo ad Statum Eccleſiæ multum deferendum eſt, *Rota deciſ.*371. *num.* 2. *par.* 1. *& deciſ.*573. *num.*4. *par.*2. *deciſ.*573. *num.*4. *par.* 3. *recent. & deciſ.* 23. *num.* 5. *coram Durano*.

Ex eo magis in præſenti cum probetur etiam effectuatio eorum, quæ in dd. Viſitatoribus aſſeruntur, ſi quidem in viſitatione anni 1582. legitur, quod Marcus Antonius Conerius tunc poſſeſſor Cappellaniæ controuerſæ eam habuerat à Capitulo de anno 1565. vt docuit per exhibitionem Bullarum à Capitulo præfato expeditarum,

5 & hæc iuſtificatur habuiſſe effectum † ex eo quod Franciſcus Conerius per cuius obitum incidit poſtrema vacatio hanc Cappellaniam habuit ex reſignatione ſibi facta à d. Marco Antonio præuia expeditione Bullarum à Capitulo obtenta,

6 *Oldrad. d. conſ.* 229. *num.* 2. quod habere locum etiam in reſignatione dixit *Rot. in dec.* 147. *num.* 1. *par.* 6. *diuerſ. & in deciſ.*423. *num.* 2. *verſ. tamen poſtea par.*2. *& in deciſ.* 735. *num.* 8. *par.* 3. *recent.* vbi aliæ concordantes referuntur.

Secundo; ex quamplurimis collationibus cæterarum Cappellaniarium eiuſdem qualitatis in eadem Eccleſia exiſtentium factis per Capitulum, & plenarium effectum ſortitis; Etenim, quia

7 cauſa poſſidendi eſt vniuerſalis † ad cætera beneficia, quæ ſunt eiuſdem ſpeciei porrigitur, cum magis inſpiciatur cauſa facti, quam factum ipſum eiuſque exercitium, *Bald. in repetit. l* 1. *n.*25. *verſ. tu dic, C. de emancip. liber. Felin. in cap. auditis num.* 29 *ad fin. verſi. & dicit, Bald. de præſcript.* & dixit in ſpecie *Rota in dec.* 320. *n.*6. *coram Mantic. & in dec.*238. *num.*4. *coram Caualer. & in dec.*226. *n.* 3. *coram Durano*.

Tertiò, ex quo per prouiſum ab Ordinario nulla penitus oſtenditur collatio, nec iſtius, nec de tot alijs Cappellanijs eiuſdem ſpeciei (exceptis duabus diuerſæ ſpeciei nempe de iurepatronatus) ſignum euidens, quod Ordinarius non

8 habeat ius conferendi eas, † alias enim tanto temporis ſpatio oſtenderetur aliqua collatio, vt conſiderauit *Rota in Aprutina Iuriſdictionis* 19. *Martij* 1607. *coram Eminentiſs. D. Cardinali Pamphilio*.

Quartò, & denique ex duobus teſtibus examinatis ad perpetuam rei memoriam deponentibus ius conferendi omnes Cappellanias exiſtentes in Eccleſia Cathedrali ſpectare ad Capitulum ab immemorabili tempore ſcientibus, & conſentientibus Epiſcopis pro tempore hocque in Ciuitate Aquilana eſſe publicum, & notorium apud om-

9 nes, qui quidem teſtes † licet ſint extraiudicialiter examinati, præſtant tamen veritatis ſumum, *Ruin. conſ.*46. *num.*10. *lib.* 4. *Cravett. conſil* 194. *n.*11.

10 vbi quod teſtes nulliter † examinati inclinare debent animum Iudicis alijs concurrentibus, *Rota deciſ.*18. *num.* 3. *par.*2. *recent. ſequitur add. ad Greg. XV. in deciſ.* 562. *num.*6. *in fin.*

Quibus ſic poſitis Primo non obſtat iuris aſſiſtentia pro Epiſcopo, tum quia quando lis non

11 eſt inter collatores, ſed inter prouiſos † ſufficit ſola quaſi poſſeſſio conferendi, vt dixit *Rota in d. deciſ.* 147. *nu.*2. *par.* 1. *diuerſ. & d. deciſ.*39. *num.*1. *&* 2. *par.* 3. *recent.* vbi quod hoc caſu ſuperfluum eſt requirere an probetur præſcriptio quadragenaria, & numquid talis probatio ſit neceſſaria. Tum etiam quia quatenus opus eſſet in propoſitó quadragenaria non deficit, cum imò ex omnibus ſupra ponderatis conſtet de continuata poſſeſſione Capituli non ſolum 40. ſed 77. annorum incipiendi ſaltem ab anno 1565. quo fuit facta prouiſio Marci Antonij Conerij plenum effectum ſortita, vſque ad annum 1642. quo incidit vltima vacatio.

Secundo non obſtat, quod Bulla expedita ad fauorem Franciſci vltimi poſſeſſoris prædefuncti fuerit tranſportata de partibus abſque compulſo-

12 ria Rotali, † & non fuerit recognita parte citata, prout requiritur, *Rota deciſ.*71. *num.*1. *coram ſanct.*

13 *mem. Gregor. XV.* quia dum ipſa fuit originaliter † exhibita non egebat alia compulſoria, vt fuit dictum *in Romana ſucceſſionis* 4. *Iulij* 1642. *coram me*,

14 & eius recognitio non fuit neceſſaria attento † quod de ea non fuerit appoſitum de tempore productionis, *Rota deciſ.*18. *num.*24 *coram Durano*. Iu-

15 dex enim parte non opponente poteſt † validè ſententiam proferre etiam iuribus non recognitis, *Soccin. in auth. Si quis in aliquo num.*18. *Dec. ibid. num.*27. *verſic. ſi verò Iudex, C. de eden. Rota dec.* 487. *num.*6. *par.* 1. *recent.* vltra quod hæc recognitio po-

16 teſt hodie fieri, † imò quandocumque etiam poſt ſententiam iuxta ſtylum Rotæ, vt videre eſt *in deciſ.*522. *num.*7. *par.*3. *recent.*

Tertio non aduerſatur quod Bulla facta fuerit ex cauſa permutationis ſecutæ coram Epiſcopo inter ipſum Franciſcum tunc Canonicatum obtinentem in altera Eccleſia, & Marcum Antonium hanc Cappellaniam poſſidentem. Vnde inferebatur, quod quatenus eſſet in forma probanti coadiuuaret potius intentionem Epiſcopi, quam Capituli. dum in ea exprimitur reſignationem huiuſmodi Cappellaniæ fuiſſe libere factam per Franciſcum in manibus Ordinarij, cum regulariter re-

17 ſignatio fiat in manibus eius, † ad quem pertinet collatio, *Imol. in cap. ad audientiam num.*4. *de his quæ vi met. cauſ. Vitalin. in Clement. multorum num.* 59 *de rer. permut.* & in ſpecie *Rota in deciſ.* 124. *nu.*2. *par.*3. *recentior.*

Quia præterquam quod in actu permutationis

18 requiritur auctoritas Epiſcopi † etiam ſi collatio ſpectet ad Capitulum, iuxta doctrinam *Archidiac. in cap. venit, ante nu.*1. *verſic. tuam collationem, de rer. permut.* in præſenti caſu ex alio quoque capite requirebatur Epiſcopi auctoritas nempè quia Franciſcus permutabat ſuum Canonicatum in alia Eccleſia exiſtentem cuius collatio non ad Capitulum, ſed ad Epiſcopum pertinebat, quam veritatē benè agnouit Epiſcopus dum ipſe collationem Canonicatus permutati fecit ad fauorem Marci Antonij, & permiſit quod Capitulum faceret collationem huius Cappellaniæ ad fauorem Franciſci, alias enim idem Epiſcopus cuilibet collatio- nem

19 nem † de beneficio permutato fecisset, prout facit quando ad ipsum dumtaxat spectat collatio, *Gonzal. ad reg. 8. gloss. 14. num. 33. Modern. Lusitan. de offic. & potest. Episcop. alleg. 69. num. 11. & 51.*

Quarto, non facit quod prædictæ visitationes fuerint extractæ lite pendente absque compulsoria, & citatione partis, quia cum fuerint extractæ à Notario Actuario in officio successore, vt pro-
20 batur ex eiusdem Notarij assertione, † cui de stylo Rotæ standum est, *Rota decis. 27. num. 1. vers. & de tali deputatione par. 2. recent. & decis. 640. num. 3. coram Caualer. & decis. 88. num. 4. coram Coccino*, pro-
21 bant etiam absque alia compulsoria, & † citatione partis, *Bart. in l. si quis ex argentarijs, §. 1. num. 3. ff. de eden. Alexand. in auth. si quis in aliquo num. 5. in fin. C. eod. vbi etiam Ias. num. 5. versic. 19. fallit. Felin. in cap. fin. num. 7. de fid. instrum. Rota d. decis. 27. num. 1. versic. vltra quod par. 2. recent. & decis. 1334. num. 4. coram Seraph. & d. decis. 640. num. 2. coram Caualer.* nec subsistit quod careant die, mense, & anno, ac subscriptione Notarij, quia contrarium conuincitur ex earum lectura *Summar. Sbardellæ num. 4. & seqq.*

Quinto, & vltimo non releuat, quod non doceatur Alexandrum à Capitulo prouisum fuisse
22 approbatum præuio examine ab Ordinario iuxta præscriptum *Sac. Concil. Trident. sess. 7. cap. 13. & sess. 25. cap. 9 de reformat.* quia cum idem Alexander fuisset iam longè antea ad sacros Ordines
23 promotus † non requirebatur aliud examen pro obtinendo beneficio simplici, iuxta *textum in capit. accepimus, de ætate, & qualit. vt testatur Gonzal. super reg. 8. gloss. 4. num. 88.* quidquid esset dicendum
24 si ageretur de beneficio curato † in cuius prouisione requiritur pro forma examen per concursum, vt ex mente Congregationis Eminentissimorum DD. Sacr. Concilij Interpretum declarat *idem Gonzal. vbi supra num. 90.*

Et ita vtraque &c.

DECISIO CCXXXI.

R. P. D. BICHIO.

Bononien. Dotis.

Lunæ 16. Nouembris 1643.

Est Impressa inter Bichio in Tom. 1. Decis. 151.

R. P. D. GHISILERIO.

Postea EPISCOPO TERRACINEN.

Bononien. Prædij de Nascentorijs.

Lunæ 16. Nouembris 1643.

ARGVMENTVM.

Emphyteusis ecclesiastica, quæ secundum illius naturam ad extraneos transire non potest, quamuis illa perpetuò concedatur, cum talia verba intelliguntur vsque ad tertiam generationem, tamen quoties ex alijs verbis, & clausulis inuestituræ resultat contrahentes etiam extraneos in ea comprehendere voluisse, tunc, & eo casu illos complecti dicitur clausulas autem, & verba ex quibus hoc deducitur in decisione videas.

SVMMARIVM.

1 *Clausula,* ad habendum, *facit emphyteusim ecclesiasticam transire ad extraneos, & nu. 6. ac infra n. 14. & seqq. vbi vide.*
2 *Emphyteusis ecclesiastica regulariter non est ad extraneos transitoria.*
3 *Res Ecclesiæ dum dicitur posse concedi in emphyteusim perpetuam, intelligitur vsque ad tertiam generationem. Intellige conclusionem ita demum procedere quoties contrarium non suadent verba, & clausula inuestituræ, num. 4.*
5 *Verbum,* perpetuum, *appositum in emphyteusi ecclesiastica facit illam esse ad extraneos transitoriam.*
7 *Consensus Domini directi præsumitur ex taciturnitate temporis decem annorum.*
8 *Obseruantia subsecuta declarat mentem contrahentium, etiam circà concessionem emphyteusis ecclesiasticæ, an illa fuerit ad tertiam generationem, vel perpetuam.*
9 *Locatio perpetua, etiam de re ecclesiæ de sui natura dicitur transitoria ad extraneos.*
10 *Quantitas pro affictu promissa si est ingens, & in magna quantitate declarat contractum esse potius locationem, quam emphyteusim, & num. 11. & 12.*
Solutio Canonis, quæ fit pro emphyteusi est, quid minimum in signum recognitionis directi dominij, nu. 10. & seqq. vbi vide.
11 *Pensio correspondens fructibus soluitur in locatione, & supra num. 10. at infra num. 12.*
13 *Pensio magna potest etiam solui in emphyteusi pro recognitione directi dominij.*
14 *Clausularium Bononiæ in causis Bononiæ, seruandum est.*
Clausularium Bononiæ declarantur, num. 14. & seqq.
15 *Clausula,* ad habendum, *apposita in emphyteusi ecclesiastica non alteret illius naturam.*
16 *Dispositio qualibet, constitutio, seu lex respicit futura tantùm non præterita.*
17 *Relatum præsumitur stare in referente cum suis omnibus qualitatibus.*
18 *Verbum,* possit, *affirmatiuè prolatum, etiam in legibus non semper importat necessitatem præcisam, sed aliquando facultatem, & num. 19.*
20 *Contrahentes præsumuntur voluisse contrahere iuxta extentionem clausularum præsumptam à lege.*
21 *Legatus non præsumitur aliquid statuere voluisse contra voluntatem contrahentium.*
Amplia quia nec præsumitur illis voluisse præiudicare aut alteri ipsorum tollere ius quæsitum, ibidem.
22 *Clausulæ,* & quibus dederit, *æquipollent verba,* & quidquid conductori videbitur ea placuerit perpetuo faciendum, & disponendum.
23 *Singula singulis sunt semper congruè referenda.*
24 *Repugnantia, & contrarietas ne sequatur laborandum est.*
25 *Obseruantia subsecuta declarat qualis ab initio fuerit mens contrahentium tam in contractibus, quam testamentis.*

DECISIO CCXXXII.

Reassumpta coram me disputatione super eo, An Angelo esset danda immissio in Prædio nuncupato della Torre concesso in emphyteusim Ioanni Raynerio de Nascentorijs à Rectore Cappellaniæ

pellaniæ Sancti Antonij, cuius immissio fuit reseruata particulariter in disputatione dubij, An ei esset danda immissio in bonis hæreditarijs dicti Ioannis Raynerij, Domini confirmando decisionem coram me factam 23. Martij 1640. post plures propositiones affirmatiuè responderunt, eo quia ex firmatis in alijs pluribus decisionibus, concurrunt omnia requisita pro immissione, nempè fideicommissum, illius purificatio ad fauorem Angeli, & quod Prædium controuersum erat in bonis dicti Ioannis Raynerij testatoris, illudque quamuis emphyteoticum, cum ex lectura inuestituræ probetur transitorium ad hęredes extraneos, & alienabile cadit sub fideicommisso, fuit enim concessum Ioanni Raynerio pro se, & hæredibus, & successoribus cum clausula, *Ad habendum*, cœterata in parte dispositiua; † quæ clausula facit,
1 quod emphyteusis ecclesiastica sit transitoria ad hæredes extraneos secundum opinionem, quam Rota sequuta fuit in pluribus decisionibus relatis in supradicta decisione sub die 23. Martij 1640. *in §. his tamen non obstantibus*.

Et licet in hoc articulo regula sit, quod emphy-
2 teusis Ecclesiastica † non est transitoria ad hæredes extraneos, *vt probatur in §. emphyteus. Auth. de non alienan. DD. in l. etiam, ff. solut. matrimon. cum alijs per Couar. var. lib. 7. cap. 17. num. 5. vbi declarat text. in §. licentiam*, quo probatur posse res Ecclesię dari
3 in emphyteusim perpetuam † intelligi iuxta formam *text. in dicto §. emphyteusis*, vt perpetua intelligatur ad tertiam vsque generationem, & ita tenuit *Rota pluries, & præcipuè in Bononien. bonorum 24. Maij 1630. coram bon. mem. Coccino, quæ est decisio 381. par. 5. recent.* Nihilominus limitatur hæc
4 conclusio, † quando aliter suadent verba, & clausulæ ipsius inuestituræ, *vt fuit dictum in Mediolanen. emphyteusis, seu bonorum 15. Aprilis 1641. coram bo: mem. Merlino*; & simul concurrit obseruantia subsequuta.

Quod autem in præsenti concurrant verba denotantia emphyteusim esse hæreditariam, & sic transitoriam ad extraneos, ac proinde comprehensum prædium in dispositione per Ioannem Raynerium de omnibus bonis suis facta, constat ex lectura Instrumenti inuestituræ, & signanter in ea parte, ibi, *pro se, & suis hæredibus, & successoribus stipulanti, & conducenti Tornaturas 140. Terræ &c. & hoc ad habendum, vtendum, & fruendum in emphyteusim perpetuam, & iure perpetuæ emphyteusis, &c.*
5 ponderato illo verbo perpetuam, † quod facit emphyteusim transitoriam ad extraneos, vt consuluit *Curt. iun. cons. 4. num. 23. vers. Ex cuius dictis, Paris. cons. 84. num. 3. volum. 4. Seraph. decis. 868. num. 3. Cardin. Caualer. decis. 293. num. 3.* & quod clausula,
6 *ad habendum*, † apposita in dispositiua inuestituræ perpetuæ emphyteusis suadeat emphyteusim esse transitoriam ad extraneos, dixit *Rota in dicta decis. 293. num. 1. vers. quæ omnia coram Caualer. & in alijs allegatis in decisione, quæ reuidetur*.

Et quatenus interpretatio istius inuestituræ esset dubia declaratur ex obseruantia subsecuta; cum semper fuerit habita pro perpetua, & transitoria, ad quoscunque extraneos, ex quo post concessionem factam anno 1581. supradicto Ioanni Raynerio, secuta morte illius anno 1591. Prædium de quo agitur, transiuit in Dominos de Blanchis extraneos, qui etiam concessionem ad eorum fauorem renouarunt, Canones, à dicto tempore vsque ad annum 1636. soluerunt, & alia similia fecerunt, in quibus per Rectorem Dominum directum pro emphyteutis tenti, & reputati fuerunt; eo enim ipso, quod prædium post mortem Testatoris immediatè transiuit ad auctores illorum de Blanchis, & de præsenti etiam remanet penès illos, qui non sunt descendentes Testatoris, sicque sunt extranei; obseruantia remanet probata, quia etiamsi non probetur expressus consensus Domini directi, probatur tamen tacitus mediantè supradicta renouatione, & Canonum receptione, iuncto spatio 49. annorum, quo temporis spatio præsumitur, cùm etiam ad hoc longum tem-
7 pus decem annorum † sufficiat, & præsumatur, Dominum directum præstitisse consensum, *Alex. cons. 113. sub num 9. lib. 4. Dec. cons. 185. num. 14. vers. nam si ille, Tiraquell. de præscript. §. 1. glos. 4. num. 16. versic. 3. non binc longè abest. Corbul. de alienat. irrequis. Dom. limit. 13. Menoch. lib. 3. præsumpt. 132. n. 48.*
8 quam obseruantiam † in terminis emphyteusis ponderat *Cephal. cons. 347. num. 31. in fin. vers. decimotertio, & secuta est Rot. in d. Mediolanen. emphyteusis, seu bonorum 17. Iunij 1641. coram bon. mem. Merlino, & supradicta decis. 381. num. 5. par. 5. recent.* & ratio est, quia obseruantia subsecuta declarat qualis fuerit mens contrahentium ab initio.

Vlterius DD. ponderata qualitate contractus, censuerunt, non agi de emphyteusi, sed de locatio-
9 ne perpetua, † quæ est sui natura transitoria ad extraneos, *Bald. in l. 1. num. 13. C. de iur. emphyt. vbi Ias. num. 36. Aym. cons. 757. num. 4. vers. 4. Cephal. cons. 9. num. 12. Gabr. cons. 170. num. 24. & seqq. Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 6. num. 24. vers. sed aduertendum, & dicto lib. 22. tit. 19. num. 27. Rot. in Tiburtina prætensæ deuolutionis 18. Decembris 1615. coram bo: mem. Card. Fabritio Verospio, & coram Buratt. decis. 334. num. 4.* Quia annua quantitas librarum 72. pro affictu promissa, non est minima, qualis pro emphy-
10 teusi soluitur, † cum pro emphyteusi soluatur, quid minimum pro recognitione directi domini *DD. in l. 1. C. de rei vendic. in cap. potuit de locat. Natt. cons. 89. num. 7. Clar. in §. emphyteusis quæst. 1. propè fi-*
11 *nem*, in locatione verò soluitur † annua pensio correspondens fructibus *Bart. in l. 1. C. de iur. emphyt.* sed est magna correspondens fructibus prædij, quod licet sit tornaturarum 140. tamen in instrumento concessionis dicitur in Montaneis, & satis verisimile est, quod esset admodum infructuosum, & sterile antequam esset amelioratum tempore primæ concessionis. Quando autem quá-
12 titas promissa non est minima, † sed magna correspondens fructibus concessio saltem in dubio dicitur locatio, *iuxta opinionem Bart in d. l. 1. num. 4. & ibi, Bald. in 2. lect. num. 27. vers. quæro in quo, C. de iur. emphyt.* quam communem veriorem, & à Rota receptam post relatos dixit *Rot. coram bon. mem. Buratto decis. 334. num. 1. eamque sequitur Rot. in Romana Laudemij 10. Februarij 1631. coram me, quæ est decis. 14. num. 24. & seqq. par. 6. recent.* & ista opinio procedit etiamsi annua pensio non omnino fructibus correspondeat sed illis aliquanto minor existat, etiamsi verba concessionis promiscua sint ad emphyteusim, & locationem, vt latè in supradictis duabus decisionibus coram bon. mem. Buratto,

ratto, & coram me, in quibus respondetur omnibus coniecturis contrarijs. Eoque magis in hoc casu præsumitur locatio, quia partes in pacto affrancandi conuenerunt, quod conductor in casu francationis traderet Ecclesiæ bona eiusdem redditus librarum 70. Vnde conuincitur, quod etiam bona concessa non pluribus reddunt; Quia de iure francatio fieri debet cum re æquiualenti in proprietate, & redditu, nè alioquin Ecclesia sit in damno. Neque subsistit allegatus redditus librarum 5. pro qualibet Tornatura. Prout non obstat,
13 quod in emphyteusi possit magna pensio † solui in recognitionem directi Dominij. *Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 2. sub nu. 11.* Quia hic non fuit dictum vt solutio fieret in recognitionem directi Dominij, sed potius pro vsu, & fructibus rei locatæ, ibi, *& hoc ad effectum vtendi, & fruendi, &c.* & ibi, *dictis bonis locatis vtendi, & fruendi, &c.* & infra, *in libera, &c. facultate vsus, & vsusfructus, &c.* & ibi, *pro affictu, &c.*

Supradictis non obstant duo potissimum in contrarium adducta; non primum, quod clausula *ad habendum*, extensa iuxta formam clausularij
14 Bononiæ; † quod in causis Bononiæ obseruandum censuit, *Rota in decis. 696. num. 7. part. 2. recent.*
15 *& coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 49. nu. 8.* † non alteret naturam emphyteusis Ecclesiasticæ, quæ non est transitoria ad extraneos ex quo facultas concessa emphyteotæ per clausulam, *ad habendum, & quicquid de bonis locatis placuerit faciendum*, restricta sit iuxta subiectam materiam, & prout de iure licet, ibi, *& prout de iure, licet ex natura præsentis locationis, & illam in aliquo non alterando, &c.* & ideo dum non potest alterari natura emphyteusis, illa restringatur ad solos comprehensos in inuestitura iuxta naturam emphyteusis, Ecclesiasticæ, & sic ad hæredes, & successores sanguinis lineæ inuestitæ ex allegatis per *Rot. d. decis. 211. n. 3. & 4. par. 2. recent.* Quia cum non doceatur expresse dictum formularium fuisse factum pro extendendis clausulis Instrumentorum anteà rogatorum intrat communis conclusio, quod quælibet dispo-
16 sitio, constitutio, seu lex respiciat futura, & non præterita, iuxta *text. in l. leges, C. de legib. & in cap. fin. de constit.* præterquam in eodem formulario hoc idem expresse cauetur, vt talis extensio solum procedat in Instrumentis de cætero celebrandis, ibi, in rubrica, *extensiones clausularum Instrumentorum per Notarios in instrumentis per eo, de cætero rogandis ponendarum*, & in corpore extensionis, ibi, *Statuit, decreuit, & ordinauit has præsentes clausularum extensiones in Instrumentis, de cætero celebrandis à quibuscumque Notarijs dictæ Ciuitatis illiusque Comitatus, & districtus inuiolabiliter obseruari debere*, quæ propterea extensio publicata anno 1582. locum habere non potest in hac inuestitura stipulata anno 1581. quæ ideo per annum præcesserat hanc formularij constitutionem; maximè cum ista inuestitura se referat ad antiquas inuestituras, & præcipuè ad inuestituram anni 1552. in qua clausula ista ad habendum reperitur extensa *ad habendum, tenendum, alienandum, &c.* itaut sit transatoria ad extraneos; & sic cum relatum præsumatur sta-
17 re in referente † cum omnibus qualitatibus, *l. asse toto, ff. de hæred. instit. l. si ita scripsero, de condit. & demonstrat. l. institutio talis, ff. de condit. instit.* Sequitur, quod dum illa inuestitura continebat clausulas indicantes emphyteusim esse transitoriam ad extraneos, idem sit dicendum de hac, de qua agitur. Et quamuis Cardinalis Legatus, qui dictam extensionem ædidit, decreuerit etiam Notarios in extensione Instrumentorum iam per eos rogatorum, dictum formularium posse exercere in his tamen clausulis, in quibus illud adaptari potest, tàm in extensione, quàm in abbreuiatione, &c. est tamen intelligendum, partibus volentibus; sed non contra illarum voluntatem, & hoc colligitur ex eo, quia Legatus quoad futuros contractus præcipit absolutè seruari formularium, at in præ-
18 teritis vsus fuit verbo, *possit*, † quod affirmatiuè prolatum etiam in legibus non importat semper necessitatem præcisam *Ias. in l. Gallus, num. 19. ff.*
19 *de liber. & posthum.* sed aliquando † facultatem, *l. non quicquid, ff. de iudicijs Cuman. cons. 143. sub nu. 4. vers. ex aduerso autem, Soccin. cons. 193. lib. 2 iuxt. gloss. in l. 1. in verbo sponte, C. de testamen. tut.* Et ratio diuersitatis, ob quam Legatus discretiuè, ac diuersimodè locutus est de futuris, & de præteritis est, quia in futuris semper concurrit voluntas con-
20 trahentium; cum censeantur voluisse contrahere iuxta extensionem præsumptam à lege *Ancharan. cons. 125. num. 5. vers secundo principaliter Decian. cons. 46. num. 65. lib. 2. Rot. coram bon. mem. Coccino decis. 137. & in recent. decis. 255. num. 17. par. 1.* Quæ ratio cessat in contractibus rogatis ante legem, nec Legatus in dubio præsumitur aliquid statuere voluisse contra voluntatem contrahentium,
21 aut † Iuri iam quæsito alteri ipsorum præiudicare, *l. 2. §. si quis à Principe, ff. ne quis in loc. public. cap. super de offic. de leg. Gemin. in cap. quamuis num. 3. de rescript. in 6. Nauar. cons. 14. num. 8.* de voto, succedunt enim tritissimæ iuris conclusiones exclusiuè voluntatis Principis in tertij præiudicium, vltra quod dicta facultas data Notarijs non adaptatur huic casui ex supra deductis.

Placuit etiam Dominis sequentia verba extensionis, *Prout de iure, licet ex natura præsentis locationis, & illam in aliquo non alterando, &c.* intelligi non quoad facultatem alienandi in extraneos, quæ etiam verbis eiusdem extensionis comprehenditur, ibi: *Et quicquid conductori videbitur, & placuerit perpetuò faciendum, & disponendum, &c.* quæ ad istū
22 effectum æquipollet clausulæ, *& quibus dederit Aym. cons. 256. num. 4. vers. breuiter puto, Rota decis. 152. num. 1. decis. 294. num. 3. par. 2. recent. coram Cavaler. decis. 219 num. 11. cum alijs cumulatis per Barbos. claus. 4. num. 3. & 4.* Sed quoad alia pacta expressa, quæ contractui conuenire possunt, nempè ad consensum Rectoris Ecclesiæ, ad solutionem Laudemij & similia, cum semper singula singulis
23 sint † congruè referenda, *l. quoties, ff. fam. ercisc. gloss. in l. qui in futurum, ff. de pact. Aym cons. 870. n. 8. & 904. num. 9. Surd. cons. 431. num. 62. Rot. coram san. mem. Gregor. XV. decis. 197. num 9. & coram eodem*
24 *decis. 433. num. 9.* & nè sequatur repugnantia, † & contrarietas *l. non ad ea, & ibi gloss. & DD. ff. de condit. & demonst. Surd. cons. 445. num. 32. & seqq.* & facit, quia benè simul stare possunt, quod res sit alienabilis in extraneos, & tamen in alienatione seruari debeant ea, quæ ex natura contractus seruari debent, hoc est vt fuit dictum supra, quod in alienatione emphyteusis requiratur consensus Domini directi,

directi, soluatur Laudemium, & similia.

Non secundum, quod obseruantia, de qua supra in facto non sit probata, & in iure non releuet, cũ attendatur tempus testamenti, quo inspecto, nulla aderat obseruantia. Quia quicquid exaduerso dicatur, apparet, Prædium emphyteoticum, de quo agitur, deuenisse ad manus hæredis Ioannis Raynerij fideicommittentis, & successiuè ad alios hæredes extraneos, ab illisque fuisse pacificè possessum ab anno 1591. vsque ad annum 1634. quod non fuisset passa Ecclesia, nisi qualitas hæreditaria inesset Inuestituræ, & nihil facit, quod huiusmodi obseruantia non releuet, ex quo non aderat tempore testamenti, quia obseruantia subsecuta regu-
25 lariter declarat, † qualis fuerit mens contrahentium ab initio, sicque tempore contractus, & testamenti, vt firmauit *Rota coram bon.mem.Coccino dec. 77.num.4.& in Camerinen.bonorum 14.Martij 1633 coram bon.mem.Motmanno.*

Et ex his DD. articulo maturè discusso, iterum censuerunt dandam Immissionem in supradicto Prædio de la Torre Angelo, vtraque parte informante, & causa per plures vices proposita.

Decisio ista emanata in hac eadem causa sub die 23. Martij 1640. coram eodem Reuerendiss. Terracinen. erit infra in Appendice.

R. P. D. ROIAS

posteà Archiepiscopo TARRACONEN.

Oritana Beneficij.

Mercurij 2. Decembris 1643.

ARGVMENTVM.

Præsentatus ab eo, qui erat in quasi possessione præsentandi institui debet, quoties constat, & de clericatu illius, & de vacatione beneficij, ac denique de existentia iuris patronatus, quod ex continuatis præsentationibus effectum sortitis plenè remanet iustificatum.

SVMMARIVM.

1 *Clericatus probatur ex testibus de communi reputatione, ac de publica voce, & fama deponentibus.*
2 *Litteræ edictales probant vacationem beneficij.*
3 *Vacatio beneficij probatur ex testibus deponentibus de morte beneficiati in possessione illius.*
4 *Beneficium vacasse probat quod venit ex vacatione illius.*
5 *Testes deponentes per non excessum plenè probant valorem beneficij.*
6 *Onera deduci debent in probando valore beneficiorum.*
7 *Testes deponentes de publica voce, & fama beneficij probant valorem.*
8 *Probationes leuiores sufficiunt, imò qualibet admittitur in probando valorem beneficij per non excessum.*
9 *Iuspatronatus remanet plenè iustificatum ex continuatis præsentationibus effectum sortitis.*
10 *Præscriptio quadragenaria sufficit ad probationem iuris patronatus, vbi agitur de familia priuata.*
11 *Præsentatus à maiore parte patronorum dicitur ille, qui fuit præsentatus ab vnico patrone descendente à fundatore.*
12 *Ius præsentandi, quod donanti competebat, per donationem in donatarium transfertur.*
13 *Præsentatio etiam vnica sufficit ad tribuendam quasi possessionem præsentandi, vbi de illius effectuatione constat.*
14 *Descendentiam primo fundatore præsumitur ex descendentia à persona, quæ erat in quasi possessione præsentandi.*
15 *Scriptura dicitur informis si est sumptum de sumpto, nec indè aliquam facit probationem.*
16 *Scriptura tardè producta debet vehementem suspicionem falsitatis, vbi quid releuans continet.*
17 *Obseruantia in contrarium diminuit fidem scripturæ.*
18 *Præsentatus ab eo, qui reperitur in quasi possessione præsentandi institui debet quoties clare non constat de proprietate beneficij ad fauorem alterius.*

DECISIO CCXXXIII.

GRatiam Iacobi Antonij Granafei esse iustificatam Domini resoluerunt. Constat enim de cle-
1 ricatu ex testibus de communi reputatione, † ac de publica voce, & fama deponentibus, *Verall.decis.277.num.8 par.1.Rot.decis.14.de prob.in antiq & par.4.recent.decis.544.num.1.& par.5.decis.126.n.2. & 161.num.7.*

Vacatio verò beneficiorum S.Eligij, ac S.Mariæ Angelorum de quibus agitur, per obitum Caroli Granafei vltimi possessoris probatur nedum ex
2 litteris edictalibus occasione † vacationis huius beneficij emanatis. *Rota in Oueten.Parochialis 27. Iunij 1655.coram bon.mem.Merlino.* Verum etiam ex claris testium depositionibus super obitu dicti Caroli † in possessione præfatorum beneficiorum. *Garz.de benefic. par.11. cap.1. num.12.Put.decis.87. lib.3.in correct.Duran.decis.85.num.3.* & quoad beneficium S Eligij sat est, quod Capitulum Orita-
4 num aduersarium † Granafei veniat ex eadem vacatione, *Put.decis.171.num 1.lib.3.in correct.Bellam. decis.26 .Mant.decis.13 2.num.1.& 12.recent.dec.10 num.2.par.2.Burat.decis.931.num.1.*

Valor eorum, quod non excedant 24.ducatos
5 de Camera probatur ex testibus † benè deponentibus per non excessum, vt cantat narratiua, *Rota diuers.decis.293.numer.1.par.1.& decis 45.numer.5. par.2. Duran. decis.263. num. 8. & par.5.recent.decis.385.num.15.& par.6.decis.92.num.9.* Deductis
6 tamen oneribus, † prout requiritur, *Put.decis 201. lib.3.in correct.Gregor.XV.decis.357.num.4.Caualer. decis.383 num.2.*

Quo verò ad valorem legati pij, quod dictus Iacobus Antonius obtinet in titulum simplicis beneficij non excedat 24.ducatos de Camera, pro-
7 batur † ex eisdem testibus de publica voce, & fama deponentibus, *Caputaq.decis.277.num.7 par.1. Gregor.XV.decis.35.num.2.& decis.78.nu.3.& 471. num. 9.* Vltra quod in hac materia leuiora suffi-
8 ciunt, † & quæcumque solet admitti probatio, *Rota in recent. decis.37. num.3. par.2.Caualer.decis.33. num.2.Gregor.XV.decis.13.num.6.*

Et quod prædicta duo beneficia sint de iurepatronatus laicorum ex fundatione, & dotatione familiæ de Granafeis clarè constat.

Et

Et primo deueniendo ad beneficium S. Eligij iuspatronatus desumptum fuit ex pluribus continuatis præsentationibus effectum sortitis vna post alteram ab anno 1561.1584.1597.1603.& 1627. quæ fuit vltima in personam dicti Caroli Granafei per cuius obitum dictum beneficium hodie va-
9 cat, † ex quibus iuspatronatus remanet exuberanter iustificatum, dum vnus successiuè post alterum legitur præsentatus, & admissus siue per obitum, siue per renunciationem iuxta vulgatum *cons. Oldrad.* 229. communi DD. calamo receptum, ac per Rotam commendatum, *Lambert. de iurepatronat. lib. 2. par. 1. quæst. 10. artic. 7. Rota par. 1. diuers. dec. 545 num. 2. & 598. num. 9. & par. 5. recent. decis. 401. nu. 2. & par. 7. decis. 87. num. 6. Duran. decis. 23. num. 3. & decis. 87. num. 4. & in Romana iurispatronatus 4. Iulij 1635. coram bon. mem. Merlino, & coram me in Auersana Cappellaniæ 27. Iunij 1639.* & alibi passim; concurrunt etiam testium depositiones super dicto patronatu de publica voce, & fama, ex quibus omnibus dictum iuspatronatus remanere concludenter probatum cunctis patet, immo dicebant
10 Domini sufficere quadragenariam, cum † versemur in familia priuata, *Achil. decis. 6. de iurepatr. Mantic. decis. 318. num. 5. Rota decis. 77. num. 2. & 148 nu. 1. par. 1. recent. & decis. 29. nu. 4. & 491. n. 1. par. 5.*

Remansit pariter iustificatum, quod dictus Iacobus Antonius fuerit præsentatus à maiori parte patronorum dum respectu beneficij S. Eligij fuit ipse præsentatus à Scipione eius progenitore vni-
11 co patrono, † qui descendit à fundatore, vt testes comprobant ad tradita per *Rotam decis. 148. nu. 2. par. 2. recent. & in Compostellana Parochialis 12. Nouembris 1629. coram bon. mem. Merlino*; præsertim dum idem Scipio donationem reportauit ab Alfuente, qui solus præsentauerat de anno 1603. per
12 quam in eum transiuit ius præsentandi, † quod eidem Alfuensi donatori competebat, *cap. cum seculum de iurepatron. Bero. cons. 66. nu. 29. & cons. 78. num. 2. lib. 3. Abbas in d. cap. ex litteris nu. 12. Seraph. decis. 725. per tot.*

Hæcque sine scrupulo procedunt concurrentibus non tantum testibus deponentibus, d. Scipionem esse vnicum patronum, immo constat ipsum tanquam talem præsentasse de anno 1627. secuta
13 effectuatione † quod sufficit, quamuis sit vnicus actus, *Ripa in capit. cum Ecclesia Sutrina num. 91. de caus. possess. & propr. Roman. cons. 311. num. 7. Oldrad. cons. 312. num. 2. Dec. cons. 17. num. 2. Garz. de benefic. par. 5. cap. 5. num. 59. Rot. decis. 763. nu. 3. par. 5. recent. Et in Cæsaraugustana beneficij de Linares 22. Iunij 1643. coram R. P. D. meo Bichio.* qua possessione stante non requiritur alia probatio descendentiæ suo-
14 rum † Auctorum, siue à primo fundatore, quia illa ex dicta quasi possessione præsumitur, *Seraph. decis. 1334. in fin. & in recent. decis. 146. num. 2. & 274. num. 8. par. 2. & decis. 276. num. 7. par. 3. adden. ad Gregor. XV. decis. 349. sub num. 6.*

Secundo verò quoad beneficium S. Mariæ Angelorum præfatus Iacobus Antonius fuit præsentatus à Petro de Granafeis, quem esse solum patronum probant testes, necnon multiplicatæ præsentationes effectuatæ ab anno 1603. vsque ad annum 1627. tam ex propria persona, quàm ex persona Iacobi Antonij eius patris, quod ex prædictis sufficit.

Nec quoad beneficium S. Eligij obstat scriptura Codicillorum stabilis de Auersa, in qua continetur vocatio dicti Capituli Oritani, deficiente linea masculina, & fœminina Euangelistę de Granafeis, quia talis scriptura fuit reputata informis
15 vti sumptum desumpto, † nec inde aliquam facit probationem, *l. 3. cum ibi not. C. de diuers. rescript. Dec. in auth. si quis in aliquo num. 2. C. de eden. Alexand. cons. 138. nu. 4. lib. 1. Marescott. var. lib. 1. cap 81 num. 15. Rota in recent. decis. 187. nu. 4 par. 5. & 201. num. 14. par. 7. Gregor. XV. decis. 432. num. 1. Buratt. decis. 290. num. 9.*

Accedit vlterius vehemens suspicio eorundem
16 Codicillorum prouenienss ex tarda † productione illorum post tot vacationes dicti beneficij spatio ferè centum annorum, *l. si quis fortè, §. 1. ibi, Nec enim debebat tam magnam rem tam diù reticere, ff. de pœn. Crauett. cons. 28. num. 6. Cephal. cons. 287. nu. 32. & seq. Oldrad. cons. 183. num. 10 Meuoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 91. num. 5. & lib. 3. prumpt. 122. n. 94.*

Et demum stante contraria obseruantia admissionis masculorum legitimorum, ac naturalium
17 familiæ de Granafeis † in præsentando remanet diminuta fides eorumdem Codicillorum, *Rota in puncto, decis. 703. num. 8. in fin. part. 2. recent.* Propterea cum euidenter non appareat de proprietate ad fauorem Capituli per rem iudicatam, vel ex concessione partis, vel ex publico, & authentico instrumento fundationis, semper venit responden-
18 dum ad fauorem præsentati ab eo, † qui reperitur in dicta quasi possessione præsentandi, vt censuit *Rota in dicta decis. 362. nu. 4. & 5. vers. quoniam, par. 5. recent.* In præsenti autem casu tantam abest, quod prædicta concurrant, quinimo totum contrarium ex supradictis.

Et ita resolutum, &c.

R. P. D. CARRILLO.
Postea Præside VALLISOLETANO.

Leodien. Decimarum.

Mercurij 2. Decembris 1643.

ARGVMENTVM.

Decimarum iura quæ laici non possunt habere, post Lateranense Concilium nisi, vel ex priuilegio Pontificis, vel ex immemorabili cum fama priuilegij, nunquam compræhenduntur in concessione facta per Ecclesiam ad fauorem laicorum de dominio temporali alicuius loci etiam cum suis appendicijs, & pertinentijs.

SVMMARIVM.

1 *Decimandi ius est spirituale, cuius sunt laici penitus incapaces.*
2 *Laici dicuntur incapaces iure decimandi, nisi probent infeudationem antè Lateranense Concilium.*
3 *Episcopi alijque Prælati inferiores poterant antè Concilium Lateranense infeudare decimas laicis.*
4 *Laici decimas retinere non possunt post Lateranense Concilium absque priuilegio Apostolico.*
5 *Immemorabilis cum fama priuilegij suffragetur laicis super iure decimandi.*

6 *Ius*

6 *Ius decimaudi comprahendi non potest in oppignoratione bonorum Ecclesiæ ad fauorem laicorum.*
Laici retinere non possunt decimas ipsis ab Ecclesia quamuis cum generalitate bonorum concessas, nu.6.
7 *Decimæ non dicuntur concessæ ex concessione facta de dominio temporali alicuius loci, sub quo illæ comprahendebantur.*
Decimæ alio iure quam temporalis dominij detinentur etiam ab Ecclesia, num.7.
8 *Donatio facta ab Episcopo de villa, seu territorio cum omnibus suis iuribus decimas non comprahendit.*
9 *Donationes decimarum factæ à Laicis cum consensu Episcopi ad fauorem Ecclesiæ sunt validæ.*
10 *Decimæ retrodonatæ Ecclesiæ à Laicis reassumunt primæuam naturam.*

DECISIO CCXXXIV.

ABBAS, & Conuentus Sancti Lamberti Ordinis Cisterciensis Diœces. Leodien. aliàs oppignorarunt dominium temporale de Pleneuaulx cum suis appenditijs, & pertinentijs ad fauorem laicorum, qui ne amplius rei oppignoratæ recuperationi locus esset instrumentum oppignorationis suppresserunt, vt probant testes, & vlterius decimas territorij oppignorati occuparunt, quamobrem dicti Abbas, & Conuentus introducta causa in Rota hodie disputare obtinuerunt. An propter oppignorationem dicti dominij temporalis olim factam detineri possint occupatæ decimæ, de quibus agitur, & negatiuè fuit responsum; quia ius
1 decimandi est spirituale, cuius laici de iure redduntur incapaces vti habetur in *cap. decimas 16. quæst.7. & in cap. causam de præscript. cap. fin. de rer. permut. cum alijs relatis per Couar. variar. lib.1. cap.17 num.5. & per Monet. de decimis cap.5. quæst.3. num.57 Diu. Thom. 2.2. quæst.87. artic.7. Azor. moral. par.1. lib.7. cap.34. quæst.7.*
2 Nisi ostenderent earum infeudationem † ante Concilium Lateranense celebratum de anno 1179 sub Alexandro III. siue secundum alios sub Vrbano II. de anno 1088. vt notant *Balboa lib.2. decretal. in d. cap. causam 7. de præscript. num.14.15. & 16. cum seqq. & Ciaccon. de Vit. Pontific. pag.430. & 566.* de quo tempore poterant Episcopi, & alij Præla-
3 ti † inferiores decimas laicis infeudare, *vt in cap. cum Apostolica de his, quæ fiunt à Prælat. Hostien. in summ. tit. de decim. §. tertio quæritur circa fin. cap.1. Episcopum, vel Abbatem in vsib. feud. Guttierez lib.1. practic. quæst.15. per tot.* & signanter *num.4. Rebuff. de decim. quæst.13. num.79. & 80. Monet. de decim. cap.5. d. quæst.3. num.66. cum seqq.*
4 Vel priuilegium † Apostolicum exhiberent *cap. ex parte il 3. de decim. cap. à nobis cap.2. §. Statuimus eod. tit. in 6. Guttier. lib 1. practic. quæst.14. nu.1. & 2. Balboa. in d. c. causam de præscript. num.30. & 51. Monet. de decim. dict. cap.5. quæst.3. num.83.*
5 Vel denique immemorabilem † cum fama priuilegij probarent *Hostien. in d. cap. ad Apostolica num.7. Abb. num.12. de his, quæ fiunt à Prælat. Gabriel de præscript. conclus.1. num.23. Rebuff. de decim. d. quæst.13. num.68. Rota decis.215. par.2. diuers. & decis.1102. num.4. coram Seraphino.*
Vnde cum hæredes Guidonis de Fisen rei conuenti non doceant, nec de infeudatione ante Concilium Lateranense, nec de priuilegio Apostolico,

nec de immemorabili cum fama priuilegij neutiquam possunt decimas, de quibus agitur occupare, siue illę fuerint compręhensę in dicta oppignoratione siue non.
Nam si oppignoratio comprehenderet hoc ius
6 spirituale decimandi irrita foret, nec laico exinde competeret retentio per generalitatem *text. in cap. quamuis, & cap. prohibemus, de decim.* cum alijs supra allegatis, si verò oppignoratio ius decimandi præfatum non comprehendit, tunc sumus extra omnem disputationem, & quod reuera non fuerint compræhensæ decimæ, probatur ex eo, quod concesso dominio temporali alicuius loci cum suis appenditijs, & pertinentijs non dicuntur conces-
7 sæ decimæ spirituales de iure diuino debitæ, cum cum illæ alio iure, quam temporalis dominij detineantur, vt determinat *Innocent. in cap. ex litteris, sub num.1. vers. imo plus dicimus extra de iurepatr.* vbi quod si Episcopus donasset villam, vel territoriũ, cum omnibus iuribus suis, vel cum omnibus iuri-
8 bus, quæ ibi habet, non tamen intelligetur donasse decimas, vel alia iura verè spiritualia, nec illa verba debent referri ad ea, quæ sunt alterius penitus separati iuris ab eo, quod principaliter donatur, quod temporale est, sed in eodem genere sunt intelligenda, sequitur *Baid. in eisdem terminis consil.32. incipien quidam nobilis, sub num.3. vers si autem Episcopus lib.1.*
Nec obstat quod ipsi quoque Abbas, & Conuentus Sancti Lamberti decimas præfatas habue-
9 rint ex donationibus laicorum, quia tales donationes factæ, prout hic ad fauorem Ecclesiæ cum consensu Episcopi à laicis validæ sunt, vt respondit *Innoc. III. in dict. cap. cum Apostolica circa med.* ibi, *taliter respondemus, de his, quæ fiunt à Prælat. & notat glos. in cap cum & plantare 3. verb. Ecclesias igitur vers. decimas quas habent, de priuileg.* & quod de-
10 cimæ retrodonatæ Ecclesiæ à laicis reassumant primæuam naturam tradit *Rebuff. de decim. quæst.10 num.50. vers. & vbi decimæ sunt feudales.* & pluribus comprobat *Monet. de decim. d. cap.5. quæst.3. num.71. vers. si decimæ cum seqq.*
Et ita vna tantum parte resolutum fuit altera parte citata per contradictas.

DECISIO CCXXXV.

R. P. D. BICHIO.

Cæsaraugustana Beneficijs de Linares.

Veneris 4. Decembris 1643.

Est impressa inter Bichio in Tom.1. Decis.154.

R. P. D. MELTIO

postea EPISCOPO PAPIEN.

Romana Pecuniaria.

Mercurij 11. Decembris 1643.

ARGVMENTVM.

Appellatio quando remaneat deserta, & Rota in dubio semper inclinat ad excusandam causarum desertionem. Ratificatio gestorũ quando æquiparetur mandato, & quando non. Ordinem simpliciter acceptans censetur in totum illum approbare. Cassatio instrumenti, quid operetur.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio interposita post decem non impedit, quod sententia non transeat in iudicatum.*
2 *Rota in dubio inclinat pro exclusione rei iudicatæ, & desertione causæ.*
3 *Causa in Curia, quando non possit dici deserta.*
4 *Desertio causæ, an inducatur si breue aliquod tempus fuerit elapsum.*
5 *Res iudicata, quando non possit impediri.*
6 *A Causæ desertione, vt quis excusetur, sufficit qualiscumque diligentia.*
7 *Sententia, quando à nullitate non possit saluari.*
8 *In Causa quando dicatur nulliter processum ex defectu mandati.*
9 *Protestatio, quando nemo audiatur nisi docto de legitimo mandato hæc protestatio operatur nullitatem gestorum, etiamsi iam fuerat factum mandatum sed non productum.*
10 *Ratificatio gestorum, retrotrahitur, & mandato æquiparatur.*
11 *Ratificatio gestorum, non operatur suum effectum, quando antea iam fuit protestatum de mandato.*
12 *Protestatio, quod nemo audiatur nisi docto de mandato, facit, vt actus sine eo gestus peccat in substantialibus.*
Et per consequens gesta ratificare nequeant.
13 *Sententia iniusta in iudicatum non transit, & nu. 14.*
15 *Ordinem acceptans absque vlla protestatione censetur illum in totum approbare, & nu. 16. & 18.*
17 *Sententia excessiua non potest transire in rem iudicatam.*
Sententia in totum dicitur nulla, si in parte appareat nulla, & inualida.
18 *Soluere anticipatè est plus soluere.*
19 *In solutionum materia semper attenditur, quod est verisimile.*
20 *Creditor non præsumitur voluisse consentire cassationi instrumenti, si remansisset adhuc creditor.*
21 *Ex Instrumenti cassatione per Creditorem permissa, totalis debitoris liberatio à debito oritur.*

DECISIO CCXXXVI.

SVB 24. Aprilis præteriti coram me * fuit in hac causa resolutum, sententiam latam ab A. C. ad fauorem Hieronymi Mayni sub 22. Semptembris 1642. contra Ioannem de Sanctis, vti hæredemq. Lucæ Vitalis, pro scutis 945. de quibus dictus Vitalis remanebat debitor, ob non consignationem lignaminum, iuxta formam suæ obligationis, vt in instrumento inito sub 4. Februarij 1634. fecisse transitum in iudicatum, ex eo quia non fuerit interposita appellatio infra decem dies, sed tantum sub die 30. Octobris
1 eiusdem † anni, quæ propterea ad euitandam rem iudicatam non suffragatur. *Auth. hodie, de appell. c. quoad consultationem de re iud. c. Romana §. 2. de appell. in 6.* Causa hodie super eiusdem reproposita, & cum pro Ioanne de Sanctis fuerit probatum, appellationem fuisse interpositam infra debitum tempus decem dierum, fuit ab eadem decisione recessum, & firmatum non con-
2 stare de re iudicata, nec † de desertione causæ, pro cuius exclusione in hoc Tribunali in dubio semper inclinatur *Paul. de Castr. in leg. 1. ff. si quis caut. Vestr. in prax. lib. 3. cap. 5. num. 4. in fin. Cassad. dec. 4. in fine. & dec. 9. de appellat. Put. decis. 364. nu. 3. lib. 2. Mascard. de probat. concl. 117. num. 1. lib. 1. Rota dec. 156. num. 3. part. 2. recent. & dec. 26. num. 17. coram Buratto* & in Curia non potest dici causa
3 deserta, † nisi quando agitur coram Summo Pontifice, de cuius persona non potest haberi copia, secus autem coram alij Iudicibus, vt firmauit *Rota dec. 25. num. 2. de appell. in antiq.*

Ex deductis igitur in hac noua propositione apparet, appellationem fuisse interpositam infra decem dies, cum fuit appellatum sub die 30. eiusdem mensis Septembris, vt ex contractu fol. 215. sub die verò 15. Octobris eiusdem anni fuit etiam præsentata commissio, & licet huiusmodi præsentatio facta appareat non in termino decem
4 dierum, sed eo elapso, † hoc tam breue tempus aliquam non inducit desertionem, vt in his terminis firmat *Lancellott. de attent. appell. pend. in præf. num. 72. Put. decis. 379. num. 1. lib. 2.*

Non obstat quod talis commissio non fuerit signata sub 15. Octobris eiusdem anni, vt per Maynum demonstratur in suo Summario præteritæ
5 positionis *num. 12.* & sic extra tempus decem dierum à Iudice præfixum, & per consequens res iudicata non possit euitari *Rot. decis. 41. in fine versic. cum igitur intra terminum de appell. in nou.*

Quia non controuertitur inter partes, dictam commissionem fuisse signatam sub die 15. Octobris, sed verum est etiam, & apud omnes est notissimum, quod commissiones semper aliquo tempore retinentur apud Reuisorem, coram quo infra alios decem dies à die interpositæ appellationis fuit citatus Hieronymus Maynus ad videndum illam relaxari, & expediri & die 15. dicti mensis Septembris fuit in incapsata, & præsentata, vnde clarè patet, illam commissionem fuisse signatam sub dicta die, est etiam in claris, eamdem commissionem fuisse eidem Reuisori anticipatè præsentatam, & tali casu etiam si commissio non fuisset signata, nec expedita infra terminum, excusatur nihilominus appellans per
6 † hanc diligentiam à desertione, cum ad hunc effectum qualiscumque diligentia sufficiat *Vestr. in prax. lib. 7. cap. vltim nu. 5. Lancellott. de attentat. appell. pend. in præfat num. 70. Scacc. de appell. lib. 3. cap. 2. quæst. 14. num. 34. & eod. lib. 3. cap. 2. quæst. 15. n. 147. Rota decision. 764. & ibi Adden. littera A. coram Buratt. & in Romana nullitatis deliberationis Iunij 1642. coram R. P. D. meo Ghisilerio.*

Nec etiã videtur subsistere, quæ in præterita decisione, in hac causa emanata, deducuntur pro validitate, & iustitia sententiæ condemnantis Lucam Vitalem in scutis 945. Quia hodie ex nouiter deductis in hac propositione tolluntur, &
7 primo de nullitate eiusdem sententiæ † non dubitatur,

bitatur, quia à principio fuit per Ioannem de Sanctis protestatum, neminem audiri, nisi docto, de legitimo mãdato procuræ, & ser.ser.vt extract. fol. 66. & in Summario Ioannis de Sanctis. *num.* 5. nihilominus hac protestatione minimè ob-
8 stante, fuit in † causa processum absque legitimo mandato procuræ, quod in lucem prodijt tantum post citationem ad sententiam, vt in eod. extractu fol. 143. Vnde non potest dubitari de
9 tali nullitate vigore dictæ protestationis † quæ operatur nullitatem gestorum, etiam si mandatum re vera antea fuisset factum, sed non productum *Aym. cons.* 108. *Alexand. cons.* 78. *num.* 12. *lib.* 3. *Guidopap. decis.* 288. *Rota dec.* 196. *num.* 1. *part.* 4. *diuers. & 296. num. pariter* 1. *&* 683. *num.* 6. *coram Buratto.*

Nec obstat quod fuerit productum manda-
10 tum cũ ratificatione gestorum, &† talis ratificatio retrotrahatur, & mandato æquiparetur, vt in *dec.* 78. *num.* 12. *par.* 7. *diuers.*

Quia dum actus in hac causa emanati, fuerunt facti non à verò procuratore dum ante finem actus fuit oppositum huiusmodi defectus manda-
11 ti † non potuit amplius aliqua gestorum dari ratificatio *Pinell. in l.* 1. *par.* 3. *num.* 33. *in fin. C. de bon. matern. Ias. in leg. licet num.* 3. *C. de Proc. Felin. in c. cau. in primo*, quod est 11. *colũ.* 4. *in fine vers. & nõ obstat quod Aduersar. de iud. Grat. disce. for. cap.* 573. *n.* 51. & talis protestatio operatur, vt in hoc casu
12 actus peccet† in substantialibus, & per cõsequens quod ratificatio gesta conualidare nequeat *Bart. in l. obseruare in fin. ff de off. Procons. Felin. in cap. nonnulli* §. *sunt & alij numer.* 3. *in fine in* 5. *ampl. de rescrip. Grat. discep. for. cap.* 933. *n.* 17. *Surd. cons.* 28. *num.* 122. *& cons.* 183. *nu.* 34.

Iniustitia sententiæ A. C. etiam patens, quæ
13 propterea non potuit† transire in iudicatum. Lucas enim Vitalis vigore Capitulorum tenebatur singulo anno conducere lignamina in instrumento conuenta alle foce verde per totum mensem Iunij, imò si antea duxisset Maynus tenebatur illa recipere, dummodo per quindecim dies ante Lucas eundem Maynum monuisset de tali transmissione, & tali casu Maynus tenebatur
14 soluere residuum pretij, † vnde dum Maynus sub 9. Augusti 1641. recepit ordinem pro vltima paga de scutis 1422. ad effectum illa soluendi bonæ memor. Cardinali Caetano, cantantem pro lignaminibus consignatis, ibi, *Signor Girolamo Mayno gli piacerà pagare al Signor Cardinal Caetano scudi 1422. sono per resto de gli alberi tagliati nelle selue di Cisterna, e V.S. gli pagarà à conto del legname da me hauuto, e d'hauere, quale resta à sua requisitione alle foce verde, che con riceuuta, &c.* quæ verba ordinis concordant cum pacto instrumenti, ibi, *E che il detto Luca non sia obligato guardarlo, ne farlo guardare, ma che s'intenda come se d. Luca l'hauesse consegnata.* Hinc sequitur, quod dum ipse Maynus acceptauit dictum ordinem sub hac narratiua existentiæ lignaminum in loco
15 conuento, & effectiuè † pecunias soluit eidem Cardinali absque vlla protestatione, censeatur approbasse transmissionem lignaminum, & talem solutionem fuisse factam vigore præcedentis conuentionis, & illius ordinis secundum *Alex. & alios in l. quia in aliena. C. mandat. Aym. cons.* 158 *num.* 13. *Ruin. cons.* 297. *numer.* 1. *Rota Ianuen. decis.* 6. *num.* 2. *& decis.* 301. *num.* 3. *par.* 1. *recent. decis.* 293. *nu.* 1. *part.* 5. *&* 93. *nu.* 12. *par.* 6. *diuers.* Vnde si peritus ex officio Iudicis electus constituisset eundem Lucam creditorem de sum-
16 ma lignaminum: quæ iam fuerant † per ipsum transmissa alle foce iuxta formam suæ obligationis, non potuisset eumdem constituere debitorem in supradicta summa scutorum 945. cuius vigore fuit lata sententia ab A. C. contra hæreditatem dicti Lucæ, quæ condemnata remansit in
17 dicta summa, quæ sententia vti excessiua non potuit transire in iudicatum, cum in totum dicatur nulla, & inualida, nec possit sustineri. *l.* 1. §. *hæc verba ff. ne ius fiat. Bart. in l si non sortem* §. *si centum ff. de cond. indeb. Grat. disceptat. forens. cap.* 960. *num.* 44. *Rota decis.* 198. *coram Papa Gregorio XV. & decis.* 411. *num.* 4. *par.* 5. *diuers.*

Et prædicta confirmantur ab eodem instrumento inter eosdem contracto, in quo ordinatum fuit, quod Maynus non teneretur residuum pretij soluere, nisi prius Lucas omnia lignamina consignasset, vt in Summario Ioannis *num.* 1. & ideo si cum effectu lignamina, *che stauano à sua requisitione*, non ascendisset ad ista scuta 945. & Lucas pro parte sua non adimpleuisset contractum, vtique Maynus post duos menses, in quo
18 Lucas tenebatur pacta in † instrumento apposita adimplere, non fuisset, acceptando ordinem cum dicta declaratione *del legname, che ha d'hauere, e che stà à sua requisitione*, nec est verisimile, quod Lucas, qui tenebatur primò adimplere, & promissa non adimpleuisset Maynus soluisset anticipatè enim soluere esset plus soluere, & in
19 † materia solutionum semper attenditur, quod est verisimile, *l. ex pluribus la* 2. *ff. de solut.* §. *fideiussores in fin. institut. de fideius. l. si cui* §. *fin. & ibi glos. ff. de verb. signif. Gratian. disceptat. forens. cap.* 224. *nu* 93. *Corn. cons.* 29. *num.* 2. *lib.* 3. *Alex. cons.* 8. *nu.* 3. *lib.* 7. *Surd. dec.* 23. *num.* 14. *Magon. decis. Lucen.* 9. *num* 13. *Rot. decis.* 633. *num.* 7 *par.* 2. *recent. & decis.* 65. *nu.* 3. *coram Papa Gregor. XV.*

Tandem cessat omnis difficultas, ex qua posset desumi aliqua probatio pro iustificatione dicti crediti in summa scutorum 945. ad fauorem Mayni, qui cum passus fuerit cassari instrumentum, in quo Lucas erat obligatus, cum declaratione post illius mortem, quod eius hæres ad obseruantiam contentorum in eodem instrumento nõ teneretur, vt in Summario dicti Ioannis *num.* 20. illud annullando, & clarè patet, quod si dictus Maynus fuisset creditor in præ-
20 dicta † summa scutorum 945. cassationi dicti instrumenti non consensisset, nec eodem à contentis in eodem absoluisset ex hac enim cancellatione, per creditorem permissa, totalis debi-
21 toris † liberatio à debito oritur *Ias. in l.* 2. *nu.* 2. *ff. de pact. Abb. in cap Ecclesia il* 2. *num.* 17. *vt lit. penden. Menoch. de præsumpt. quæst.* 4 *num.* 2. *lib.* 1. *& præsumpt.* 141. *nu.* 19. *lib.* 3. *Gratian discept. forens. cap.* 593. *nu.* 17. *Mascard. de probat. conclus.* 475. *nu.* 1. *Aym. cons.* 500. *nu,* 12. *Alex. cons.* 59 *n.* 6. *lib.* 2.

Et ita vtraque parte, &c.

Decisio ista in hac eadem causa emanata sub die 24. Aprilis 1643. coram codẽ Reueren. Papien. est supra vt in hac eadem parte decisio 173.

R. P. D. CARRILLO.

Postea Præside VALLISOLETANO.

Bononien. fideicommissi de Bologninis.

Veneris 11. *Decembris* 1643.

ARGVMENTVM.

Executionem sententiarum conformium nostra concludit decisio, quantumuis in aliqua parte discordent, cum non valeat particularis discordia impedire executionem in eo, quod sunt conformes: Hinc de mixtura, quando illa censeatur in sententia causata pluraque etiam de detractionibus ab hærede grauato allegatis ad impediendam immissionem fideicommissario discutiuntur.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ sunt exequendæ in ea parte qua sunt conformes, quamuis in altera discordent stante statuto.*
2 *Clausula*, deductis deducendis, *importat conditionem.*
3 *Sententiæ tot esse dicuntur, quos sunt capita.*
4 *Verba subsequentia qualificant, & restringunt antecedentia.*
5 *Mixtura non inducitur ex allegatione tituli enunciatiuè facta ad colorandum possessorium.*
6 *Sententia in qua aliquid certè non determinatur, sed in genere quatenus de iure, vel prout de iure non dicitur continere mixturam.*
7 *Illatio fieri non potest stante diuersitate.*
8 *Condemnatio fructuum facta per capita separata non causat mixturam, proindeque non retardat executionem sententiæ.*
9 *Statutum Bononiæ circa executionem sententiarum conformium habet locum etiam impossessorys mixtis.*
10 *Hæres grauatus tenetur probare in sufficentiam bonorum fideicommissi vniuersalis, vti suas possit facere detractiones super bonis fideicommissi particularis, sed vide n.13. cum seqq.*
11 *Detractiones, quas in subsidium potest facere hæres grauatus super bonis fideicommissi particularis, locum habere non possunt quoties vnus, & idem est ad vtrumque fideicommissum vocatus.*
12 *Detractiones hæredis grauati redduntur illiquide stante alienatione, & omissione inuentarij, & nu. seqq. vbi vidi.*
19 *Hæres grauatus, vbi retinet penes se bona pro suis detractionibus sufficentia, non debet in alys bonis immissionem impedire.*
20 *Exceptio de iure tertij allegare non potest.*
21 *Sententia dicitur appellabilis quoties mandat exequi sententias de sui natura appellabiles.*
22 *Indiuiduum illud dicitur, quod in partibus diuidi nequit.*
23 *Sententia dicitur diuidua si refert se ad sententias diuidnas.*
24 *Constitutio Rotæ Bononiensis 389. super executione sententiarum, quarum appellationes non fuerunt intra biennium terminatæ est valida.*

DECISIO CCXXXVII.

STeterunt in decisis sub die 4. Maij præteriti, qua declaratum fuit non constare de attentatis, quoad bona fideicommissi particularis per Iannem Mariam de Bologninis constituti, quia vt decisione tunc extensa dictum fuit, primæ duæ sententiæ concedentes immissionem ad fauorem Bartholomæi, & Taddei de Bologninis respectu bonorum particulari fideicommisso subiectorum sunt in substantia conformes, & ideò benè poterāt exequi citra vitiū attētatorū, stante statuto Bononien. *lib. 2. sub rubr. de appell. vers. præterea dicimus. fol* 292. quo cauetur in huiusmodi possessorijs semel tantum licere appellare.

Cuius quidem statuti dispositio locum sibi
vindicat non solum quando sententiæ in omnibus sunt conformes, sed etiam quando in aliqua
1 parte discordant † cum in ea parte, qua conueniunt sint exequendæ *iuxta glos. in clement. vt calumnijs, vers. alicuius ex eis, de re iudic.* & latè comprobat *Crauett. cons.* 183. *num*, 2. *Couar. pract. qu.* 25. *nu*, 6, *vers. ego verò. Surd. cons.* 101. *per tot.* quam opinionem sequitur *Rota vt in decis.* 241. *nu.* 4. *par.* 1. *diuers.* & fuit dictum in *Ferrarien. attentatorum* 7. *Maij* 1629. *coram Durano, quæ est decis.* 198. *num.* 10. *inter eius impress.* vbi fuit resolutum executionem quoad partes conformes non esse attētatam.

Non obstat igitur primò difformitas desumpta ex eò, quod prima sententia concedat immissionem simpliciter cum supposito; quod detractiones essent consumptæ per alienationes, & secūda immissionem decernat cum clausula, *de-*
2 *ductis deducendis*, † quæ conditionem, importat *Rota decis.* 232. *num.* 5. *par.* 4. *recent.* quia hæc clausula fuit adiecta immissioni bonorum fideicommissio vniuersali subiectorum, vt legitur in eadem sententia *versic. Item eosdem Dominos, &c.* & proinde non causat difformitatem quo ad immissionem in capitulo separato concessam super
3 bonis fideicommissi particularis, cum tot dicantur sententiæ, quot capita *Lancell. de attent. cap.* 12, *limit.* 2, *num.* 12. *Rebuff. de senten. prouis. art. gloss.* 4. *tom.* 1. *ad l. Regn. Rot. coram Grag. XV. decis.* 552, *num*, 1, *cum alijs allegatis in decis. quæ reuidetur*, §. *vnde etiam fit.*

Et quamuis in eadem secunda sententia, fuerit etiam declaratum, quod detractiones fierent super bonis fideicommisso particulari subiectis, quatenus alia bona essent insufficientia. Attamen prædicta declaratio non fuit pura, sed qualificata ex verbis immediatè subsequentibus, ibi *Ita tamen quod interim non retardetur immissio in possessionem dictorum bonorum, in dicto testamento de-*
4 *scriptorum*, proculdubio qualificant, † & restringunt antecedentia, *l. ita tamen. & ibi DD. ff. ad Senat. C. Trebell. Osasch. decis.* 128, *num.* 16. *Rota decis.* 515. *num.* 2. *par.* 1. *recent* sicuti ponderatum fuit in *præceden. decis* §. *quo verò.* Secundo non subsistit allegata mixtura deducta ex complicatione, & approbatione tituli testamentarij detractionum, alienationumque, & condemnatione fructuum: Quia mentio illa testamenti facta fuit enunciatiuè ad colorandum possessorium, de quo

folum

solum agebatur, non autem ad effectum petito-
5 rij, vsque titulus testamenti canonizaretur, & propterea non inducit mixturam iuxta notata per *Dec. in con. 28. num. 3.* quem in puncto sequuta est *Rota in Bononien. fideicommissi de Turri 15. Ianuarij 1627. coram bo. mem. Merlino*, vbi aliæ concordantes referuntur, nec minus fuit aliquid certe determinatum circa alienationes, seu detractiones, sed solum quod detractiones fierent qua-
6 tenus de iure fieri deberent quod sane non sufficit vt ratione mixturæ sententia dici possit appellabilis, licet absit implicita complicatio ex allegatis per *addan. ad Greg. XV. in decis. 232. cum alijs relatis in dec. causa. §. nec obst. t.*

Atque hinc patet non applicari decisiones hodie nouiter in contrarium allegatas præter alias declaratas in præcedenti decisione sub §. *nec obstat.* Nam decisio 235. apud *Pacif. de Saluian.* loquitur in diuersis terminis nempe de sententia, quæ mandabat exequi testamentum super certis bonis & *decis. 187. num. 19. par. 7. recent.* loquitur in casu quo concessa fuerat immissio actori, non solum in vim donationis, sed etiam vti donatario, & sic canonizando principaliter ipsam donationem, qua diuersitate stante non potest
7 fieri illatio † ab illis ad istum casum *vulg. in l. Papinianus exuli ff. de minor.*

Condemnatio verò fructuum facta fuit per caput separatum, & idcirco non retardat executio-
8 nem sententiæ quoad reliqua, conueniunt ex allegatis in principio, & tradit *Contard. in l. vnic. limit. 1. num. 34. & seq. C. si de mom. possess.*

Vltra quod aliqui ex Dominis dicebant per huiusmodi mixturæ exceptiones impediri non
9 posse dispositionem dicti statuti Bononień † quæ etiam in possessorijs mixtis locum habet, vt latè probat *Rota Bononien. decis. diuers. 74. numer. 26. vers. verum tamen, & seqq.* nec obstare decisiones in contrarium allegatas in decisione huius causæ emissa, sub die 15. *Martij 1641. coram bon. mem. Merlino*, quia illę non loquuntur in terminis statuti prædicti Bononiensis.

Tertiò non obstat iniustitia fundata in eo, quod prædictæ sententiæ concedant immissionē non obstantibus detractionibus hæredi grauato competentibus, quas non fuisse consumptas admittit secunda sentētia; quia prætensæ detractiones, quatenus de iure essent faciendæ debebant prius fieri in bonis fideicommissi vniuersalis, & deinde in subsidium in bonis fideicommissi particularis, non retardata interim immissione in possessionem bonorum particulari fideicommisso subiectorum, & ideo cum constet hæredem grauatum plures fecisse alienationes, & omisisse
10 inuentarium † onus probandi insufficientiæ bonorum fideicommissi vniuersalis spectat ad hæredem grauatum, vt in specie *Natt. in cons. 199. num. 9. vers. accedat, quia, & seqq. signanter sub nu. 11. & 12. & in cons. 238. num. 8. Peregr. de fideicomm. art. 39. versic. si autem Rota coram sanct. me. Gregor. XV. decis. 262. sub num. 6. & decis. 126. sub. n. 29. & 33. par. 7. recent.*

Licet enim talis subsidiarius modus detrahendo seruari non debeat, quando prout hic vnus,
11 & idem est ad vtrumque fideicommissum vocatus ex vniuersale substitutione sed tunc hæres possit eligere, super quo corpore bonorum velit detractiones facere, vt notant *Ias. in l. filius familias, §. diui, in 2. lect. num. 3. Rip. num. 29. Curt. num. 16. ff. de legat. 1. & Castrens. in cons. 247 num. 4. vol. 1. Gabr. cons. 138. num. 29. & 30. lib. 2.* Attamen hoc non procedit quando hæres grauatus plures fecit alienationes, & omisit inuentarium,
12 exinde namque detractiones redduntur illiquidæ, quæ propterea immissionem retardare non valent, vt dixit *Rota coram Caualerio in decis. 573. num. 7. & decis. 47. num. 13. par. 5. recent.*

Nec applicatur distinctio inter hæredem agētem, vel excipientem relata *Ciriac. controuers. 5. num. 3. & seqq.* & signanter sub *num. 6.* quasi quod dum hæres est reus spectat ad fideicommissarium
13 agentem onus probandi sufficientiam aliorum bonorum pro detractionibus iuxta *glos. in l. cum de lege, ff. de probat.* Quia illa procedere potest
14 quando hæres confecit inuentarium, vel † aliqua alia præsumptione iuuatur, secus vero è conuerso, vt benè declarat *Peregr. de fideicom. art. 39. nu. 14.*
15 vbi quod secundum magis communem opinionem *gloss. in dd. cum de lege*, intelligenda est quando hæres grauatus confecit inuentarium, aut ali-
16 quam aliam habet præsumptionem pro se, † & hanc sententiam perpetuo amplexa fuit Rota, vt in decisionibus supra allegatis, & in fortioribus terminis est *decis. 485. in fin. par. 4. diuers.* & latè discusso articulo fuit firmatum in *Auximana fideicommissi 31. Ianuarij 1642. coram Reuerendiss. D. meo Dunozetto Decano*, & retorquetur *decis. 35. part. 6. recent.* vbi id ipsum admittitur in possessorio, licet reijciatur in summariissimo manutentionis.

Idque eò magis procedit, quando prout hic
17 detractiones prætenduntur † ex bonis expresse alienari prohibitis, vt aduertit idem *Ciriac. dict. controuers. 5 num. 11.* & notant *DD. in d. l. filius familias, ff. de legat. 1.* quid quid esset dicendum in
18 casu † quo non processissent alienationes, & hæres inuentarium confecisset, in quibus terminis loquitur *Gabr. in d. cons. 138. num.* cum alijs contrarium allegatis

Nec releuat quod ex transactione inita inter Bologninos, & illos de claris super omnibus bonis Ioan. Mariæ appareat non obstantibus alienationibus adhuc superesse detractiones ascendentes ad libras 4500. ex quibus Palmerij hodie prætendant libras 1500. Quia ex inspectione instrumenti exequutionis nuper factæ per Palmerios in vim mandati de manutenendo ei concessi, appareteos possidere quam plura corpora bonorum fideicommisso vniuersali dicti Ioannis Mariæ subiectorum longè exceden. valorem dictarum detractionum ab eisdem de Palmerijs
19 prætensarum, † Quando autem hæres grauatus retinet penes se bona sufficientia pro suis detractionibus non debet in alijs bonis immissionem impedire, vt pluries respondit Rota, & præcipuè *in decis. 47. num. 13. & decis. 77. num. 16. & decis. 391. num. 5. par. 5. recent.* & fuit dictum in *d. Auximana fideicommissi 13. Ianuarij 1640. coram Reuerendiss. D. meo Dunezetto Decano.*

Quartò non aduersatur excessus elicitus, ex eo quod tertia sententia Altouiti mandat exequi duas præcedentes sententias concedentes Bologni-

gninis immissionem in medietate bonorum Io. Mariæ cum tamen de eo tempore ijdem Bolognini tertiam partem horum bonorum recuperassent a dictis de Claris; quia quoad ipsos Bologninos nullus adest excessus, cum contra eos fuerit facta executio in medietate bonorum Ioannis Mariæ per eum possessorũ, prout fieri debebit ex forma præcedentium sententiarum, nec Clari restituerunt ex causa fideicommissi præterquam duas vncias, aliæ enim duæ vnciæ restitutæ fuerunt in vim transactionis pro certo pretio, & quatenus re vera fuisset per Claros aliquid restitutum vltra quantitatem debitam, hoc non infringere sententias latas contra Palmerios, seu eorum, in quibus illi de Claris non fuerunt citati, nec in eo iudicio transactio fuerit producta, & propterea ijsdem de Palmerijs noui licet
20 allegare exceptionem tertijs, nempe Claris competentem contra *l. 2. vbi Bart. ff. de excep. rei iudic. Surd. cons. 415. num. 2. Pereg. de fideicommiss. art. 48. nu. 46. Buratt. decis. 227. n. 13.*

Minus subsistit, quod prædicta tertia sententia Altouiti sit indiuidua, & tanquam concepta sub vnica verborum structura, & ideò dum mandat exequi præcedentes sententias, quæ respectu fi-
21 deicommissi † vniuersalis, & fructuum sunt appellabiles, dicatur & ipsa quoque appellabilis etiam respectu fideicommissi particularis ratione indiuiduitatis ex alleg. per *Rot. in decis. 297. n. 15. post Modern. de manuten.* super quo fundamento hodie plurimum insistebatur.

Quoniam satis diuidua apparet sententia, dum mandat simpliciter exequi procedentes in partibus conformibus, ibi, *Dicimus &c.* executionem duarum sententiarum in casu fideicommissi olim Ioannis Mariæ de Bologninis latarum petitam in partibus illarum conformibus fore, & esse concedendam, & relaxandam, ponderatis præcipuè illis verbis *in partibus illarum conformibus*, quę repugnant indiuidui qualitati cum in-
22 diuiduum sit illud, quod in partes diuidi nequit vt per *DD. omnes in l. 4. §. Cato, ff. de verb. obligat. Rota decis. 992. num. 5. coram bon. mem. Coccino inter eius impress.*

Sicuti igitur sunt diuiduæ primæ duæ senten-
23 tiæ † ita dicitur diuidua hæc tertia ad illas se referens iuxta notata in *l. asse toto, ff. de hęred. instituen. Paris. cons. 56. nu. 5. & 8. lib. 2. Crauet. cons. 45. num. 4.* cum allegatis in decisione, quæ reuidetur, vbi in fine demonstratur ex eadem sententia, nec etiam resultare nouum grauamen, eo quod mandet dari cautionem pro detractionibus, quatenus de iure faciendis, quia hoc non respicit fideicommissum particulare, quod Bolognini consequi poterant non obstante exceptione detractionum, sed fideicommissum vniuersale, de quo nunc non agitur.

Prętereà aduerterunt Domini executionem prædictarum sententiarum substineri etiam posse ex eo, quod appellatio interposita à prædicta sententia Rotæ Bononien. vsque de anno 1633. non fuerit terminata intra biennium, vt cauetur in constitutione eiusdem Rotæ Bononien. 389. in qua disponitur, quod sententiæ, quarum appellationes non fuerunt infra biennium terminatæ exequutioni demandentur per inde ac si in iudicatum transiuissent (sunt verba ipsius constitutionis) *absque remedio reuocationis executionis huiusmodi etiam in vim attentatorum, aut cuiuscumque alterius iuris, & modis priuilegiatis &c. & non obstante aliquo prætenso iure compensationum sub prætextu melioramentorum vel aliorum quorumcumque in primis pro ipso appellante, reclamante, seu querelante, deducente, & detrahente etiam si in sententia aliquid pro ipso succumbente, appellante, reclamante, & seu quærelante expressè reseruatum feret in primis detrahendum, & deducendum esse, &c.* † cuius constitutionis validitas comprobatur ex *Rota Bononien. in eius decis. diuers. 106. nu. 23. vsque ad fin.* & fuit quoque canonizata in nostro tribunali in illa *Bononien. de Pannolinis 5. Maij 1610. quæ est decis. 81 par. 4. recent. & 1. Iulij 1611. coram bon. mem. Marzanedo.*

Nec obstat quod constitutio prædicta mandet per obtinentem executionum caueri de reponendo omnia in pristinum in casu retractionis, & reuocationis sententiarum, quia etiam in hoc eius dispositio fuit adimpleta per Bologninos, dum cautionem præstarunt de restituendo Palmerijs quidquid esset reducendum, sicuti ordinatum fuerat in præfata tertia sententia exequutoriali.

Ex quibus omnibus conclusum fuit standum esse in decisis vtraque parte audita.

Supra in eadem causa habetur alia decisio sub die 17. Martij 1642. coram eodem Reuerendissimo Præside Vallisoletano est supra in hac parte decisio 76. Decisio quæ hic allegatur sub die 4. Maij 1643. erit in appendice. Vide infra alteram decisionem sub 29. Febr. 1644. coram eodem.

R. P. D. VEROSPIO

Meleuitana Antianitatis.

Lunæ 14. Decembris 1643.

ARGVMENTVM.

Gratia ex quibus reddatur subreptitia, & ex quibus non, & an subreptio excludatur ex generica notitia Principis. Morbus, ingrauescente ætate, corpus debilius reddit, ac viribus destituit. Ordinatio Religionis Hierosolimytanæ 9. de offic. Fatr. an seruetur.

SVMMARIVM.

1 *Gratia redditur subreptitia, si narrata in breui non fuerint iustificata.*
2 *Testes numero plures præferuntur paucioribus.*
3 *In gratia ea, quæ non narrantur, non sunt iustificanda.*
4 *Testes deponentes de certa scientia satis probant.*
5 *Gratia Apostolica à dispositione iuris recipit interpretationem.*
6 *Infirmitas, quæ debilitauit corpus Equitis Hierosolymitani, excusat à munere Carauanæ, quæ corpore impleri debet.*
7 *Infirmitas tunc eo magis corpus debilitat, dum infirmus ætate ingrauescit, & nu. 13.*

8 *In-*

8 *Infirmitas ob ingrauescentem ætatem, magis corpus reddit imbecillius.*
9 *Attestationi Medicorum circa debilitatem corporis, est credendum tamquam peritis in arte.*
10 *Medicorum attestationi in spectantibus, ad eorum exercitium, est deferendum.*
11 *Tempora sunt distinguenda, vt concordentur attestationes.*
12 *Gratia redditur subreptia si fuerit tacitum, id quod reddidisset Principem ad gratiæ concessionem difficiliorem.*
14 *Subreptio excluditur ex generi, & notitia Principis.*
15 *Aeques Hierosolymitanus non admittitur ad confectionem quartæ Carauanæ, si sit ætatis quinquagenariæ.*
16 *In Gratia, id quod non fuit expressum, non dicitur concessum.*
17 *Ordinatio Religionis Hierosolymitanæ 9. de offic. Fratr. ex amplissima derogatione fuit derogatum.*
18 *Derogatio facta cum clausula quorum tenores &c. quid importet.*

DECISIO CCXXXVIII.

Reproposito per me dubio super capacitate Equitis Ioannis de Aniorrant pro consequutione Commendæ, cuius in præterita fuit declaratus habilis ex vi dispensationis Apostolicæ, quam à Sanctissimo Domino Nostro obtinuerat, cum illa de subreptione argueretur, eam non obstare Domini censuerunt, & sic confirmandam esse decisionem factam coram me sub die 1. Iulij præteriti,

* Deducitur enim ea subreptio ex eo, quod non iustificatur infirmitas Equitis narrata in Breui,
1 & † quidem continua, ac talis qualitatis, quæ præstaret impedientum perpetuum *iuxt. doctr. Felin. in cap. quoniam num. 6 ad fin. vt lit. non contest. Rot. Rot. coram Verall. decis.* 240. *num.* 2. *par* 1. *& coram Buratt. decis.* 228. *num.* 2. quinimo contrarium probatur ex testibus deponentibus de pedestri incessu
2 ipsius Equitis, & Equitatu in Galliam, qui† tamquam numero plures præferri debent alijs adductis pro probanda infirmitate Equitis *iuxt. text. in l. ob carmen, §. vlt. ff. de testib. & in cap. in nostra eodem tit.*

Sed ea subreptio tolli visa fuit ex narratiua ipsius Breuis, ibi, *Tu ob debilitatem dimidiæ partis tui corporis ab humeris deorsum ex paralisi, qua 30. circiter ab hinc annis in Conuentu Hospitalis Sancti Ioannis Hierosolymitani correptus fuisti, contractam, ad dictum Conuentum pro facienda quarta Carauana, quæ tibi deficit, & petenda, ac obtinenda antianitate accedere non possis*. Quæ narratiua non indiget ali-
3 qua iustificatione infirmitatis † continuæ, siue considerato contextu verborum, in quibus ea non legitur narrata, ac propterea iustificari non debet, sed eo tantummodo verificari, quo enun-
4 ciata fuit, à 30. nempe annis à prædicta † infirmite fuisse correptum, vt tradit *Garz de benef. par.* 6. *cap.* 2. *num.* 205. *&* 206. & plures censuit *Rota vt coram Egid. decis.* 116. *in fin. decis.* 9. *num.* 10. *par.* 2. *diuers. &* 410. *num.* 4. *in fin. par.* 1. *recent. & coram Buratt. decis.* 778. *num.* 8. prout plenè probant testes de certa scientia, deponentes, ponderati in præ-
5 terita siue inspecta dispositione † Iuris, à qua gratia Apostolica recipere debet interpretationem *iuxt. text. in cap. Ecclesia nostra* 57. *de elect. & aduertit. Roman. in cons.* 228. *num.* 10. *versic. nec etiam præsumendum est*, & ponderauit *Rota in Lauden. Pensionis* 30. *Aprilis* 1635. *coram Reuerendissimo D. meo Decano*, quod scilicet, infirmitas prædicta debili-
6 tauit Corpus Equitis, † quæ debilitas excusat à munere Carauanæ, dum corpore impleri debet *iux. text. in l.* 2. *§. corporis debilitas, ff. de vacat. & excusat. muner. Felin. in cap. quoniam num* 6. *vers. dum dicitur vt lit. non contest. vbi etiam Innocent. num.* 2. *Butr. num.* 7.

Ex his etiam resultat iustificatio alterius partis narratiuæ, quod scilicet, ad conuentum pro facienda quarta Carauana accedere non possit,
7 cum satis sit † probare corporis debilitatem ratione morbi, qui inter increscentes, hoc est, inter eos, qui cum ætate augescunt appellatur ab Hippocrate in Empidemicis, & partes corporis quan-
8 tò ob auctam ætatem † imbecilliores euadunt, & altiùs imprimitur, vt aduertit *Ludou. Mercat. de inter morb. curat, lib.* 1. *cap* 14. *tit. de paral. §. periculosissimus, Petr. Forest. obseru. medicin. lib.* 10. *obseru.* 82. *num.* 11. *Io. Heurnius de morb. cap.* 24. *col.* 3. *vers. certè omnis neruorum affectus*, & attestantur Medici Parisienses per viginti dies ante obtentam
9 dispensationem † de qualitate eius morbi, qui de die in diem propter ingrauescentem Equitis ætatem tale capit incrementum, vt illum reddat in-
10 habilem ad maritimam† expeditionem pro conficien. quarta Carauana, cui attestationi plena fides in hac materia adhiberi debet *iuxt. text. in l. septimo mense ff. de statut. hom. & in l. semel, C. de re milit. lib.* 12. *notat Bar. in l.* 2 *num.* 3 *ff. de testam. Rota decis.* 620. *num.* 3. *par.* 1. *diuers. & decis.* 45. *num.* 19. *par.* 6. *recent. & coram Buratt. decis.* 778. *numer.* 2. quę nec aduersatur alteri attestationi Medicorum
11 Messanensium, † quia isti deponunt de morbi periculo, illi verò de morbo iam aucto, & incurso, & sic de tempore diuerso, & ambæ attestationes concludunt corporis debilitatem in persona ipsis Equitis.

Neque ea corporis debilitas tollitur ex factis tribus præcedentibus Carauanis ab eodem Equite, quarum etiam notitia; sicuti potuisset red-
12 dere difficiliorem, & Pontificem ad concessionem gratiæ, ita earum omissio reddit gratiam subreptitiam, ac nullam, vt voluit *Felin. in cap. super litteris num.* 8. *de rescript. Cassad. decis.* 12. *num.* 4. *&* 14. *de præben. cum alijs per Menoch de arbitr. cas.* 201. *num.* 24.

Quia cessat obiectio, considerata natura ipsius
13 morbi, qui ingrauescente ætate, † corpus debilius reddit, ac viribus restituit, vt attestantur *Galen.* 3. *de locis affectis cap. vlt. circa medium Rondoletius in Methodo curandorum morb. lib.* 1. *cap.* 23. *in fin. Capiuacc. lib.* 1. *cap.* 24. *circa med. §. licet paralisis, Gordon. de morb. curat. cap.* 27. 2. *colum. §. si in puero*, quæ debilitas pro causa concessionis huius gratiæ ponderata fuit à Sanctissimo prout constat ex præcitato tenore ipsius Breuis) qui dum concessit dispensationem super quarta Carauana,
14 quæ deficiebat Equiti, † notitiam habuit saltem in genere de tribus alijs iam peractis ex qua notitia generica excluditur subreptio, vt probat *text. in l. qui iure militari, ff. de testam. milit. Felin. in cap. nonnulli num.* 18. *de rescript. post med. vers. quia sufficit*;

Rota coram Cassad. decis. 12. num. 6. de præben. decis. 38. num. 3. & decis. 210. num. 5. par. 1. rent.

Non etiam argui potest obreptio ex taciturnitate ætatis quinquagenariæ, † quam compleuerat Eques, cuius causa admitti non poterat ad confectionem quartæ Carauanæ vigore ordinationis *9. de offic. fratr.* quasi ea ordinatio dici non
16 possit ab ipsa dispensatione † sublata, dum in gratia expressa non fuit, vt in his terminis firmauit *Rota coram Gregor. decis. 109. num. 8. & 739. numer. 5. par. 1. recent.*

Quia tollitur ex pluribus sententijs exhibitis pro parte Equitis, ex quibus apparet de non vsu eius ordinationis, sicuti etiam ex admissione facta à Venerabili Lingua de persona Equitis, licèt quinquagenarij ad quartam Carauanam, & re-
17 mouetur † ex amplissima derogatione Statutorum, consuetudinem, stabilimentorum vsuum, ac ordinationum capitularium, quomodolibet huic gratiæ obstantium, apposita in eodem Bre-
18 ui cum clausula; quorum tenores, &c. † ex qua sublata fuerunt omnia obstacula, quæ nocere possent Equiti *iuxt. consf. Butr. 49.* sæpius approbatum in hoc Tribunali, vt testatur *Cassad. decis. 10. num. 2. & decis. 38. num. 3. super reg. Rot. coram Put. decis. 415. num. 5. & 6. lib. 3. & 191. num. 6. par. 1. recent.* & in similibus terminis *in Meleuitana indultorum 26. Iunij 1628. coram bon. mem. Card. Virili.*

Et ita vtraque &c.

Decisio ista in hac eadem causa emanata sub die 1. Iulij 1643. coram eodem R. P. D. Leone Verospio, erit infra in Appendice. Infra in eadem causa habetur altera decisio sub die 4. Iulij 1646. coram eodem R. P. D. Verospio.

R. P. D. ROIAS.

Postea ARCHIEPISCOPO TARRACONEN.

Bononien. fideicommissi de Nascentorijs.

Lunæ 11. Ianuarij 1644.

ARGVMENTVM.

Quando soleat per Rotam denegari Remissoria, vbi agitur de probando per testes id, quod posset per scripturas probari, in hac decisione firmatur, quod eo magis procedit si illa post plures decisiones, & sententias Rotales petatur.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria non conceditur ad probandum contrarium illius, quod non extat probatum.*

2 *Remissoria denegatur si per testes probari prætenditur id, quod potest per scripturas probari.*

3 *Remissoria non conceditur quoties articulata materia est inuerisimilis.*

4 *Res iudicata dicitur finem litibus imponere.*
Probationes, quæ per testes fieri prætenduntur, post rem iudicatam non admittuntur. num. 4.

5 *Remissoria denegatur vbi agitur de re metam annorum centum excedente, & testes de certa scientia deponere deberent.*

6 *Remissoriam solet Rota denegare stante impossibilitate inueniendi probationes.*

7 *Probatio, quæ resultat ex publicis documentis prævalere debet depositionibus testium.*

7 *Probatio facta in causa status, etiam tertio præiudicat.*

9 *Descendentia cum aliquo probata suffragatur etiam contra alium.*

10 *Statutum ordinatorium non attenditur extra illius locum.*

11 *Remissoria nunquam denegatur in prima instantia, vbi causa agitatur in Curia.*

12 *Remissoria non datur contra decisiones, & sententias Rotales in iudicatum transactas.*

DECISIO CCXXXIX.

DEnegarunt hodie DD. remissoriam petitam per DD. de Maluetijs, ex quo articuli à primo ad vltimum tendunt ad elidendam probationem antea factam ab Angelo de Manzis circa eius descendentiam à Hieronyma de Nascentorij canonizata per tot decisiones præsertim *coram bon. mem. Motman. sub die 18. Decembr. 1637. & 19. Decembr. 1638. coram R. P. D. meo Ghisilerio in §. quo verò, & in §. non obstat*; hæcque remanent comprobata ex pluribus enunciatiuis, vt instrumentis annorum 1536. 1537. 1552. datis, vnde remissoria petita redditur improbabilis, cum ea non so-
1 leat concedi ad probandum contrarium illius, † quod iam extat probatum *Egid decis. 9. Seraphin. decis. 1460. num. 3. & in recent. decis. 319. nu. 18. par. 6. Duran. decis. 196. num. 3.* Nec ad proban-
2 dum per testes, quod per scripturas potest probari. *Felin. in cap. 1. num. 4. de appell. Rot. decis. 10. num. 6. de offic. de leg. in nou. Egid. decis. 384. Rot. in recent. decis. 314. sub num. 1. par. 1. & decis. 414. num. 5. & 589. num. 1. par. 2. Duran. d. decis. 196. numer. 2.* vnde dicitur calumniosè peti, & materia
3 articulata inuerisimilis, quo casu non solet concedi *Specul. de probat. §. nunc dicendum num. 1. Rota decis. 23. de testib. in antiq. & par. 1. recent. dec. 424. num. 1. & par. 2. decis. 471. num. 2. Gregor. XV. decis. 414. num. 3.* & fuit coram me resolutum in *Forosempronien. bonorum 16. Martij 1640.* Maximè quia hæc omnia fuerunt comprobata per tres sententias conformes in Rota contra Moniales Sanctæ Mariæ Nouæ hæredes Pirri vltimi defuncti grauati necnon aduersus alios tertios possessores, ac etiam exequutionem factam; vnde stante re iudicata, quæ dicitur finem litibus imponere,
4 probationes vlterius non recipiuntur, *cap. cum Bertoldus de re iudic. Caputaquen. decis. 61. part. 3. Seraph. dec. 1308. n. 1. Greg. XV. dec. 184. n. 2. & 211. num. 1. Caualer. decis. 208. n. 1. & 250. nu. 3. par. 2. rec. decis. 406. num. 2.*

Accidit vlterius, quod materia articulata excedit metam centum annorum, quo casu impossibile est reperire testes tam annosos, qui possent
5 deponere rem tam antiquam, † prout esset necessarium, ac de certa scientia, prout fuit dictum in *Hispalen. decimarum de Almonte 27. Iunij 1639. coram bon. mem. Pirouano, & coram me in dict. Forosempronien. bonorum 16. Martij 1640.* qua impossibile

6 bile † stante Rota alias denegauit remissoriam, vt par. 5. recent. decis. 235. num. 13. & par. 7. decis. 217. num. 9. & coram me in d. *Forosempronien. bonorum*, & alibi sæpius, vltra quod talis probatio adhuc esset irreleuans, quia non posset præferri probationibus resultantibus ex tot publicis docu-
7 mentis,† ex quibus descendentia præfata remanet concludenter iustificata, *l. generaliter, C. non numer. pecun. cum alijs per Buratt. dec. 952. num. 9.*

Nec fuit in dubium reuocatum, quin probationes factæ suffragentur aduersus DD. de Mal-
8 uetijs quamuis tertios, † cum agatur in causa status iuxta *l. ingenuum. ff. de statu homin.* vt de descendentia loquitur *text. in l. 1. §. fin. & l. 2. & seq. ff. de liber. agnosc. Peregr.* qui loquitur in causis fideicommissarijs *art. 33. num. 44. Seraph. decis. 753. per tot. & in Bonon. fideicommissi de Pancaldis 10. Iunij 1642. coram R. P. D. meo Cerro.*

Nihil obstat, quod ex dispositione statuti Bononiæ in causis primæ instantiæ veniat concedenda remissoria absque alia iustificatione, quod materia articulata releuet, quia fuerit responsum,
10 tale statutum tanquam ordinatorium non attendi in *Rota Greg. XV. decis. 352. num. 7. & in addit. ad eundem decis. 282. num. 8.*

Minus fuit habita in consideratione replicatio, quod talis remissoria non soleat in prima in-
11 stantia denegari cum sit durum, quod causæ prioris instantiæ discutiantur in Curia, & tollatur facultas probandi in partibus, vt dixit *Rota coram Greg. XV. decis. 403. num. 4. & coram Buratt. decis. 821. num. 1.* Quia vt supradictum fuit, cum descendentia Angeli fuerit per tres sententias conformes approbata inde causa super descendentia nō potest dici noua, & si ea concederetur, esset dare remissoriam contra decisiones, & sententias Ro-
12 tales transactas in iudicatum, quæ non datur *Rota decis. 39. num. 11. par. 2. diuers. & in recent. decis. 136. par. 2. & 246. num. 1. par. 2. & par. 7. decis. 217. num. 2.* Decisiones verò Gregor. & Buratt. præfatæ procedunt in diuersis terminis, prout ex earum lectura manifestè liquet, ibi enim causa erat in prima instantia, in quibus terminis nos non versamur; vnde multo fortiùs fuit denegata remissoria vtraque parte informante, &c.

Decisio ista emanata sub die 19. Decembris 1638. in hac eadem causa emanata coram Reuerendissimo Terracinen. est supra in præcedenti par. 8. recent. dec. 98. vbi in fine pluries decisiones in hac celebri causa factæ annotaui.

DECISIO CCXL.
R. P. D. BICHIO
Bononieñ Fideicommissi de Vizzanis.

Veneris 15. Ianuarij 1644.

Est impressa inter Bichio in Tom. 1. Decis. 180.

REVERENDISS. P. D. CERRO.

SACRÆ ROTÆ DECANO.

Romana de Mellinis.

Veneris 15. Ianuarij 1644.

ARGVMENTVM.

Actio familiæ herciscundæ sit locus quidnam requiratur. Representationis ius ex quibus excludatur. Legitimatus amplissimè, quando multò magis dicatur excludere substitutum. Fideicommissum, quando venit restituendum, quæ detractiones veniant faciendæ per hæredem, & quæ non, & quando dicantur consumptæ.

SVMMARIVM.

1 *Actio familiæ herciscundæ non competit, nisi probato dominio, & possessione.*
2 *Filij in conditione positi, censentur vocati, non solum ad portionem partis, sed etiam patruorum.*
3 *Filij in conditione positi secundum statutum Vrbis lib. 1. cap. 142. censentur dispositiuè vocati, sed non extenditur ad portionem patruorum, & ista est verior opinio.*
4 *Contraria tamen opinio procedit quando adsunt in contrarium coniecturæ in contrarium.*
5 *Fœminarum vocatio repugnat directè voto conseruandæ agnationis.*
6 *In Fideicommisso ascendentium datur representatio.*
7 *Representatio cessat, quando adest particularis dispositio.*
8 *Representationis exclusio, quando intret.*
9 *Glosæ sunt intelligendæ secundum terminos textus.*
10 *Succedere non valens iure propriæ vocationis, nec representationis, multò magis succedere valebit iure transmissionis.*
11 *Fideicommissum conditionale, nec ad filios transmittitur, quando pater conditione pendente decessit.*
12 *Glos. in l. is, cui, in verb. creditorem esse. ff. de action & obligat.*
13 *Pro transmissione admittenda est valde leue argumentum illud, quod positus in conditione sit vocatus ad portionem patris.*
14 *Quia intelligitur quidem prædilectus omnibus in portione patri relicta, sed non in portione patruorum.*
15 *Legitimatis defectus non potest obijci illi, qui in amplissima forma fuit legitimatus.*
Legitimatus, quando quis est an suffragatur etiam ad effectum excludendi substitutum. num. 15.
16 *Legitimatus, quando quis est, sine clausula venientium ab intestato, & non fuerunt exclusi legitimitati, quid ex hoc inferatur.*
17 *Legitimatio, quando facilius suffragetur ad effectum excludendi substitutum.*
18 *Mulieres honestissimæ, & nobilissimæ præsumuntur magis abhorrere ab illegitimis, & proinde non censentur de illis sensisse.*
19 *Legitimatus, quando quis fuit amplissimè perinde habetur, ac si de legitimo matrimonio esset natus.*
20 *Bulla Pij IV. prohibens fieri legitimatione in præiudicium vocatorum, comprehendit solum legitimatos volentes succedere contra voluntatem testatorum, non autem secundum voluntatem eorum.*
21 *Legitimatus, cum clausula, sine præiuditio venientium ab intestato, non excludit substitutos.*
22 *Præscriptio allegari non potest, quando adest defectus temporis.*
23 *Ignorantia probabilis semper in hærede præsumitur, Restitutio in integrum datur ex capite ignorantiæ probabilis.*

24 *Ignorantia probabilis eo magis præsumitur stante absentia, & num. 25.*

26 *Æs alienum, dicuntur expensæ funeris.*

27 *Expensæ funerum, sunt taxandæ inspecto tempore solutionis, non autem tempore restitutionis fideicommissi.*

28 *Fideicommissum, quando restituitur, sunt detrahenda legata à fideicommittente relicta, & ab hærede soluta.*

29 *In Fideicommissi restitutione non sunt detrahenda, quæ non fuerunt relicta vnica vice, sed annuatim, cum sint soluenda ex fructibus hæreditatis.*

30 *Fideicommissum, quando restituitur filius debet detrahere legitimam, & Trebellianicam,*

31 *Trebellianica non amittitur ob non confectionem inuentarij & ista est verior opinio. num. 32.*

32 *Fideicommissarius, si asserat in hæreditate adfuisse aliqua bona, tenetur id probare, alias cessat præsumptio satisfactionis. num. 33.*

34 *Mulieres præter dotem aliud habere non præsumuntur.*

35 *Detractiones faciendæ per hæredem in restitutione fideicommissi præsumuntur consumptæ ex alienationibus per ipsum factis.*

36 *Hæres alienando bona fideicommissaria censetur elegisse ea, pro detractionibus ei competentibus.*

37 *Donationi consentiens, censetur consentire remissioni hypotecæ, quam habet tantum super rebus donatis.*

38 *Mulier consentiens alienationi certorum bonorum viri, quo ad ea bona sibi præiudicat, non cæteris.*

39 *Hæres alienans bona fideicommissaria, qualiter censeatur alienare.*

DECISIO CCXLI.

Hieronymus Mellinus, dum viuebat, prouocauit ad diuisionem DD. Vrbanum, & fratres de Mellinis, hæreditatis maternæ, & auitæ, cæterorumque fratrum: & coram R. P. D. meo Bichio pluries proposita Causa, præuijs duabus Decisionibus lata fuit Sententia, in qua fratres de Mellinis fuerunt absoluti ab impetitis, & declaratum non esse locum diuisioni petitę per Hieronymum. Causa postea in gradu appellationis ad me deuoluta, *sub die* 10 *Iunij* 1641. fuit resolutum, Sententiam Rotalem esse confirmandam: ex eo potissimum fundamento, quia Hieronymus nullo vnquam tempore bona controuersa possederat;
1 cum tamen actio familiæ herciscundæ non competat, nisi probatis dominio, & communione, vt apertè probat text. *in l. 1. vers. sed si is qui possidet, & ibi glos. in verb. exceptionem, ff. famil. hercisc.* cum alijs adductis in decisione coram me emanata.

Verùm, cum moto iudicio obierit Hieronymus, & Benedictus filius & hæres, agnoscens remedium diuisionis sibi non competere, mutato consilio, petierit immissionem ex remedio *legis final. C. de edict. D. Hadr. tollendo*, & respectiuè, *Quorum bonorum*; Domini, dilata resolutione, *sub die* 5. *Decembris* 1642. ordinarunt vt videretur, An Benedicto esset danda immissio, & super quibus bonis. Quo dubio proposito per binas vices, & non resoluto, *sub die* 22. *Maij* 1643. fuit dictum, vt informaretur strictè super detractionibus. Et delata causa ad trutinam *sub die* 1. *Iulij eiusdem anni*, nec capta resolutione; hodie tandem fuit resolutum, Benedicto dandam esse immissionem super domo Marij Mellini Senioris, nuncupata Torre Mellina, pro residuo dotis Hersiliæ, quæ fuit in totum scutorum 274. monetæ. Pro residuo verò dotis Hortensiæ, quæ fuit scutorum 6249. 98. monetæ, dandam pariter esse immissionem in bonis Marij iunioris eius viri, hypothecatis pro dicta restitutione dotis; nimirum in Casaletto ad Montem Marium, & in Canonibus scutorum 260. circiter: Et vltra dotem prædictam, super domuncula ab eadem empta pro scutis 494. 40. monatæ; Et super altera medietate domus ab eadem pariter empta pro scutis 850. monetæ; factis tamen detractionibus vt infra.

Fundamentum resolutionis fuit: quia cum tam Hersilia, quam Hortensia, in testamentis, sub quibus decesserunt, hæredes vniuersales pro æquali portione instituerint Petrum, Septimium, Io. Garziam, olim huius Sacri Tribunalis Auditorem, & postea S. R. E. Cardinalem, Paulum, Hieronymum, & Antonium Equitem Hierosolymitanum, eosque inuicem substituerint vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, quandocunque sine filijs legitimis, & naturalibus decesserint; postea verò sine prole decesserint ab intestato primo loco Petrus, inde Eques Antonius, & successiuè Paulus, relictis dictis Vrbano & fratribus, ex Portia vxore susceptis; & postmodum pariter defecerint sine filijs Cardinalis, & Septimius superstite solo Hieronymo: sicut in ipsis personam purificatę fuerunt omnes reciprocæ substitutiones vtriusque fideicommissi, ita consequens est, vt Benedicto eius filio, & hæredi debeatur immissio vigore dictæ legis finalis.

2 Nec obstat, quod cum dicti fratres in vtroque testamento fuerint in conditione positi, censeantur proinde vocati nedum ad portionem Pauli patris, sed etiam ad portiones patruorum qui sine filijs decesserunt. Quia licet ex Statuto Vrbis *lib. 1. cap.* 142. filij in conditione positi, censean-
3 tur dispositiuè vocati; Eorum tamen vocatio restringitur ad portiones patris, cui sunt in conditione positi, sed non extenditur ad portiones patruorum, vt notant Doctores *in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell. Ripa in l. Centurio, num. 166. in fin. ff. de vulg. & pupill. & in l. 1. vers. vltimo declarandæ, C. de pact. Castrens. cons. 355. ad fin. lib. 2.* cum pluribus latè congestis à *Fusar. de substitut. q. 440. num. 1. & seqq.* & vti veriorem sequuta fuit *Rota coram Card. Seraph. decis. 1231. nu. 3. & in recent. decis. 100. num. 3. par. 1. & decis. 667. num. 8. par. 2.* & in alijs.

4 Contraria vero opinio tunc solum recipitur, quando pro altera parte concurrunt vehementes coniecturæ: scilicet, votum conseruandi agnationem, & bona in familia, cum similibus, de quibus *in dec. 266. num. 15. & 16. & decis. 320. num 17. cum seqq. par. 1. recent. & coram Gregor. dec. 337. num. 6. & 7. vers. rursus, vbi Add.* Quæ tamen in casu nostro prorsus deficiunt cum Hortensius, institutis inuicemque substitutis filijs, ad vlteriores substitutionum gradus non processerit: Hersilia verò
5 nedum extraneos vocauerit, sed etiam fœminas, qua-

quarum vocatio repugnat de directo voto con-
seruandæ agnationis, vt aduertit. *Grauett. cons.*
306.num.3.& 4.Rota coram Card.Seraph.dec.1014.
num.5.ad fin.verf.nec coniectura, Card. Caualer.dec.
125.num.10.& in recent.dec.538.sub num. 3. & dec.
667.sub num.10.par.2.& dec.118.num.3.par.3.

Prout minus obstat, quod in fideicommissis
ascendentium detur repræsentatio, ratione cuius
6 illi † de Mellinis ex persona patris adspirare pos-
sint ad portiones patruorum præmortuorum, vt
notauit glossa communiter recepta *in l. cum ita §.*
in fideicommisso, ff.de legat.2.Odd.cons. 39. num. 27.
7 *& 36.*Quoniam cum † ambæ testatrices hæredi-
bus nominatim institutis sine filijs quandocumq;
decedentibus substituerint superstitem, cessat re-
præsentatio per *text.in l.qui plures, ff. de vulg.* tra-
dunt in his terminis, *Curt.iun cons.57.num. 9. Pa-*
ris.cons.57.num. 54. & 70. lib. 2. Mantica de coniect.
*vlt.volunt.lib.8.tit.9 num.5.*egregiè *Card.Seraph.de-*
*cis.1281.num.1.*Eoque magis, quia Hieronymus
vocatus fuit nomine proprio, nepotes verò fue-
8 runt in † conditione positi sub nomine appellati-
uo: quod pro exclusione repræsentationis valde
ponderant Doctores *in d.l.cum ita,§.in fideicommis-*
so, ff.de legat.2. l. hæredes mei, §. vlt. ff. ad Trebell.
Curt.iun.d.cons.57.num.1.& cons.161.num.7.verf.ex
præmissis, vbi quod *glossa in d. §. in fideicommisso*,
intelligitur secundum terminos textus, quando,
9 scilicet, omnes † vocantur nomine collectiuo, ex
ex quo dignosci non potest, testatrices vnum ma-
gis quam alterum dilexisse. Et ita consuluit.
Ruin.cons.25 num.24.lib.1.& cons.134.n.23. & 24.
lib.2 Rota diuers.dec.482.nu.3.par.4.& coram Card.
Seraph.d.dec.1281.num.1.in fin.& dec.1479 sub n. 2.
verf.verum huic regulæ.

Et hinc est, quod cum dicti fratres non possint
10 succedere iure propriæ vacationis, † nec repræ-
sentationis, ex prædictis, ita multo minus succe-
dere possint iure transmissionis, cum simus in fi-
deicommisso conditionali, quod nec ad filios
11 transmittitur, quando, prout hic, pater † pen-
dente conditione decessit, glossa communiter ap-
probata *in l.1.verb. derelictis, C.de his, qui ante*
aper.tabul.Bart.in l. hæredes mei, §. cum ita, num.2.
ff.ad Trebell.Bursatt.cons.1.num. 4. Rota coram Card.
Seraphin.d.dec.1479.n.5.& in recent.d. dec.100. n. 2.
12 *par.1.* Et † reprobata opinone *glossa in l. is, cui,*
verb.creditorem esse, ff.de act.& oblig. tradunt *Bart.*
in l.1.num.9.ff.de legat.1.Bald.cons.115.& cons.146.
num.1.lib.5.Ruin.cons.183.num.3.lib.3.Gabr.conclus.
2.num.10.de hæred.instit.Mantica de coniectur.lib.11.
tit.20.num.1 Peregrin.de fideicommiss. art. 31. num. 6.
Et in terminis statuti Vrbis, *Gabr.cons.91.num.6.*
*& 7 lib.2.*dicens, nimis leuem esse coniecturam
13 pro inducenda transmissione, † quæ sumitur ex
eo, quod vocati sunt à Statuto ad portionem pa-
tris: quia intelliguntur quidem prædilecti omni-
14 bus in portione patri relicta, sed non in portio-
ne patruorum, *ad tract.in l.cum auus, & l.cum acu-*
tissimi, C.de fideicommiss.Card.Seraphin. d. dec.1014.
num. 3.

Et hæc eo fortius procederent, si, vt aliqui ex
Dominis aduertebant, opponi non posset Benedi-
cto defectus legitimatis, propter Legitimatio-
15 nem in amplissima † forma, quæ videbatur illi
suffragari, etiam ad effectum excludendi substi-
tutum, *§. quoniam, & §. reliquum, auth. quib. mod.*
natur.effic.sui, & notat *Bald.in l.cum acutissimi, n.12.*
C.de fideicommiss Rustic.in l.cum auus, lib. 2.cap.15.
num.82.cum seqq.ff.de condit.& demonstr. Peregrin de
fideicommiss.art. 23. num.41. in fin. Menoch. de præ-
sumpt.lib.4. præsumpt.79.num.103.& pluribus rela-
tis, *Rota coram Card.Seraphin.dec.880. num.5. & in*
*recent.dec.100.num.5.& 6.*Præsertim, quia Legiti-
matio non fuit facta cum clausula præseruatiua,
16 † sine præiudicio venientium ab intestato, nec
testatrices vocauerunt filios legitimos, & natura-
le, cum qualitate, quod essent ex legitimo ma-
trimonio nati, nec aliter constt de contraria vo-
17 luntate testatricum. His enim † cessantibus, Le-
gitimatio facilius suffragatur, vt distinguendo
tradunt *Eugen.cons.52.n.66.cum seqq. Laderch. cons.*
23.num.23. Rota in recent. decis. 388. num.1.& 2.
part. 1.

18 Et licet fideicommittentes essent † Mulieres
honestissimæ, & nobilissimæ, quæ præsumuntur
magis ab horrere ab illegitimis, & proinde non
censentur de illis sensisse, vt notant Doctores *in*
l.ex facto, §.si quis rogatus, ff.ad Trebell. Huiusmo-
di tamen limitatio non videbatur recipienda.
quando, prout hic, legitimatus specialiter est re-
stitutus ad dignitatem, honorem, & nobilita-
tem, ita quod efficiatur, & sit Nobilis de Do-
mo, Familia, & Prosapia de Mellinis, & habea-
tur perinde ac si legitimus esset, ac de legitimo
19 matrimonio natus, vt respondendo huic limi-
tationi, consuluit. *Alex.cons.2.n.19.verf. denique*
per legitimationem lib.1.Ruin. cons. 76. n. 13. versic.
quod ex alio lib.3.Menoch.cons.459.n.13.verf.respon-
deo secundo, dicens hanc esse receptam sententiam
& præsumt.79.num.11.lib.4. Mantica de coniect. vl-
tim.volunt.lib.11.tit.10.num.37.& 41.Fusar.de sub-
stitutione, plures referens *quæst.408.num. 46.*plenè
*Giouagnon.cons.21.n.30.lib.1.*qui *n.38.* subdit, Bul-
lam Pij Quarti prohibentis fieri legitimationes
20 in præiudicium vocatorum, comprehendere †
solum legitimatos volentes succedere contra vo-
luntatem testatoris, non autem secundum illius
voluntatem. Quod idem, alijs relatis, firmauit
Rota in recent.d.dec.388.n.1.cum seqq. par. 1. & de-
*cis.100.n.55.& 56.part.1.*Authoritates verò, quæ
in contrarium allegari possent, vel sunt intelli-
gendæ in casu, quo testator vocasset tantummo-
do filios legitimus, & ex legitimo matrimonio
notos. Vel quando legitimatus succedere vellet
21 contra † voluntatem testatoris, vt dictum est:
Vel demum, quando Legitimatio facta esset cum
clausula, sine præiudicio venientium ab intesta-
to; vt declarando *decisionem Card. Seraphini 880.*
num. 5. dixit *Rota in recen. decis. 667. num.5. in*
fin. part. 1.

Obiectum præscriptionis cessat, quia cum in
vtroque testamento fuerit dispositum, quod vl-
timus ex vocatis superueniens succedat in tota
hæreditate, & huiusmodi conditio in persona
Hieronymi purificata non fuerit nisi post obitum
Septimij sequutum de anno 1637. à quo tempore
citra fuit illi aperta successio ad totam hæredita-
22 tem; Vtique † ex defectu temporis sufficientis
præscriptio opponi non potest, cum illius effe-
ctus reseruetur in fine triginta annorum, & non
antea, *Bart.in l.ab hostibus 9.§ sed qui simpliciter*

sub num.8.ad fin.vers.quædam sunt præscriptiones, ff. ex quib.caus.maior. in integr.restit. Ias. in l. is qui puta, num. 12 & 13. ff. de acquir.possess.

Et in omnem casum succurrendum illi esset
23 ope restitutionis in integrum, ex capite † probabilis ignorantiæ, quæ semper in hærede præsumitur. *Alex.cons. 71. à num. 3. vsque ad 8. lib.1. Odd.de restitut.in integr.quæst. 90.art.5. Afflict. dec. 33.n.1.& 2.*vbi de communi. *Rota dec.257.nu.3. & seq.& dec.258.num.2 & 3.& dec. 259.num. 6. & 7.post Pacific.de saluian.Interd.& coram Buratto decis.457.n. 2. & in Bononien fideicommissi, 22. Iunij 1639.coram R.P.D.meo Bichio*. Attenta præsertim eius absentia ab Vrbe, spacio continuato anno-
24 rum triginta nouem, † propter quam in eo facilius præsumitur ignorantia, vt notat *Bald.in leg. Titius, § Lucius, ff de lib.& posthum.Dec.cons.460. n.26.*cum alijs per *Gabr.de præsumpt. conclus.6 n.3.* Decisione autem huius causæ, in quibus allega-
25 tur præscriptio, loquuntur de bonis † donatis, non autem reseruatis, super quibus hodie cadit disputatio.

Quo verò ad detractiones competentes Mellinis contra Benedictum. Dixerunt Domini, primo loco detrahendas esse impensam funeris Har-
26 siliæ, & † Hortensiæ, quæ dicitur æs alienum. *l.in restituenda, C.de petit.hæred.l.impensa, ff. de religios.& sumpt.funer.leg Papinianus, §.quarta, ff. de in offic.testam.Gabr.cons.95 n.4.lib.2.Gregor.dec.421. num.1.* Cuius quantitatem, cum pro parte illorum de Mellinis non iustificetur, & Hersilia obierit de anno 1572.Hortensia verò de anno 1584. Do-
27 mini arbitrati sunt in scutis centum † pro vnaquaque earum, inspecto tempore solutionis prout fieri debet, non autem restitutionis fideicommissi *Surd.consil.291.n.12.circa fin.& dec.92.n. 40. Menoch.cons. 83.n.35.cum seqq. Rota dec. 267. num. 2. par.1.recent.*

Secundò dixerunt, esse detrahenda legata à
28 fideicommittentibus relicta, & ab † hæredibus soluta, *l.2.& l vlt C.ad Trebel.l.irritum, & l.in imponendo C.ad leg.Falcid.Fusar.de substitut. qu. 667. num.7.cum seqq.Rota dec.199.num.8.* Quæ ex relictis ab Hersilia ascendunt ad scuta 257. 50. & ex testamento Hortensiæ ad alia scuta 150. monetæ.

Legatum verò eiusdem Hortensiæ scutorum 900.pro tot.Missis singulis diebus celebrandis, non est habendum in consideratione, nec detrahendum in restitutione fideicommissi. Quia
29 cum † non fuerit relictum vna vice præstandum, sed annuatim, & dietim, soluendum est per hæredem cum fructibus. *l.liberto §.1.ff. de ann. legat. Doctores in l.deducta, §.qui post ff ad Trebell. Peregrin.de fideicommiss art.4.n.24.in fin. & art.34. n. 9. Fusar.de substit.qu,667.n.5.& cons 77. n. 1. Rota in recent.dec.432. num. 17.par.4 & d.dec.399.num.38. part. 5.*

Tertio, ex bonis Hersiliæ detrahendam esse legitimam Marij filij, & ex bonis Hortensiæ, legitimam filiorum, dempta sexta parte pro por-
30 tione spectante ad Hieronymum, † cum rata legitimæ Antonij fratris ab intestato prædefuncti *l.scimus, § cum autem l. cum antiquioribus, & l. ex tribus, C.de in offic. testam. l.si pater, vbi gloss. & DD.C.de instit & substit.* Prout etiam Trebellianicam *cap.Raynaldus, & cap.Raynutius, extra de testam.Gregor.dec.266.num.4.*

Quibus non obstat, quod cum hæredes non confecerint inuentarium, vel amplius non possint detrahere Trebellianicam, vel satisfacti præsumantur ex iocalibus, alijsque mobilibus repertis in casum hæreditate. Quia, quoad primum, verior, & communior est opinio, quod
31 ob † non confectionem inuentarij non amittatur Trebellianica, vt de veriori tradit *Bart.in auth. sed cum testator, num.12.vbi adden.C.ad l.falcid.& in l.Marcellus, in princ.num.8.vbi Angel.num.2.Alex. num.16.Ias.num.57.& 68.* vbi quod ab hac opi-
32 nione in consulendo, & iudicando non est † recedendum. *Alex.cons.67.num.2.lib. 4. Gabr. cons. 128.num.14.lib.2.Vasq.de success.creat.§.8. num. 15. lib.1.Cassad.decis.3.num.6.de testam. Rota diuers. decis.519.ante num.1.part.4.& coram Gregor. dec. 266. num.5.& in recent.dec.432.num.3.part. 4. et d.decis. 399.num 5.et 6.par.5.*

33 Secundum verò † procederet, quando Benedictus probasset, dicta iocalia, & mobilia in hæreditate ipsarum remansisse. *Peregr. de fideicommiss.art.35.num 24.& dec. 5. num. 7. et 9. Fusar. de substitut.qu.670.num.15,* Alias, hoc non probato, cessat præsumptio satisfactionis; cum præsertim
34 agatur de hæreditatibus Mulierum, † quæ præter dotem nihil aliud habere præsumuntur *l. 3. § sed vtrum, in fin ff.de minor.Angel. cons. 81. num. 2. post med.vers.primo; quia Honded.cons 16. num. 18. lib.2.Gregor.dec.358.num.5.Rota in Recent.dec.231. num.2.par.6.et in Interamnen. prætens. fideicommissi, 2.Decembris 1643.coram R.P.D.meo Melzio.*

Verum, quia Benedictus per Instrumenta publica ostendit, in hæreditate Hortensiæ, vltra dotem, de qua nunc agitur, & prædicta bona stabilia, ad fuisse alia bona ingentis valoris, & in specie tertiam partem bonorum hæreditario-
35 rum, q. Iacobi de Iacobacijs, quę per dictos hæredes grauatos fuit alienata mediante consensu præstito donationi dictorum bonorum, factæ ab eorum patre Paulo filio, & fratri respectiuè, contemplatione matrimonij, vt dictum fuit in alijs decisionibus huius causæ, Detractiones vi-
36 dentur abundè consumptæ ex huiusmodi alienationibus. *Rota dec. 2.num. 14.post Merlinum de legit.* Hæres enim, alienando corpora bonorum fideicommisso subiectorum, illa censetur elegisse pro detractionibus sibi competentibus, iuxta text.*in l.Marcellus, §. res quæ*, vbi Bart. & cæteri scribentes, *ff.ad Trebell.Surd cons.71.num.1. Fusar. de substitut.qu.543. num.19.Rota dec.747.num.2.p 1. diuers.*

Nec satisfacit responsio, quod fratres consentiendo huic donationi remiserint tantummodo hypothecam, quam habebant super bonis donatis eorum consensu donatis, sed non præiudicauerint sibi, quominus super alijs non donatis consequi possent suas detractiones, vt de muliere
37 consentiente alienationi certorum bonorum viri probat textus *in l.iubemus, C.ad senat.cons.Vellcian.* Et generaliter etiam extra causam dotis, probat text. *in l.si vnus, §. ante omnia*, vbi *Ias. in fin. Fulgos.in l.creditor, §.fin.num 1. ad fin. ff. qui pot. in pign.hab.Barbos.in l.1.par.5.num 6.ff sol.matrim. Castr.cons.70.num.1.lib.2 Boer. decis. 23. num. 9. vers. quem-*

quemadmodum . *Magon.dec.Lucen.55.num.14. verf. quod declarat.* Quia, vt aliquis ex Dominis aduertebat, Doctores allegari loquuntur in consentiente alienationi rei alienæ sibi hypothecatæ, quo casu sibi non præiudicat in cæteris non alie-
38 natis. Hinc autem sumus in alienatione rei propriæ, quia bona donata Paulo intuitu matrimonij, erant propria dictorum fratrum consentientium, & ad eos deuenta ex testamento Hortensiæ. Ideoque non sumus in simpliciter consentiente, sed in alienante, qui semper præsumitur res alienatus in computum detractionum elegisse ex iuribus supra deductis.

Super hoc tamen Domini nihil firmare voluerunt. Et ideò tam de hoc, quam etiam de quarto dotali, per fratres de Mellinis prętenso ex dote eiusdem Hortensiæ, quod expresse Domini reseruarunt, poterit particulariter videri.

Idest sub diebus 20. Iunij 1639.et 15. Iunij 1640. sunt in præcedenti part.8.recent.decisiones 153.et238 Altera verò emanata coram eodem Reuerendiss. P. D. Decano sub die 10. Iunij 1641.est supra in hac eadem part.dec.30.

R. P. D. VEROSPIO.

Romana Saluiani.

Veneris 15. Ianuarij 1644.

ARGVMENTVM.

Sententia, seu mandatum per pupillum contra tutorem ad redditionem rationis, & reliquatus restitutionem, potest executioni demandari, mediante tamen iudicio Saluiani contra tertium possessorem, tutoris bona detinentem, eique benè illa præiudicat, dummodo causa fuerit cum legitimo oppositore agitata.

SVMMARIVM.

1 *Pupillo acquiritur actio contra tutorem prò redditione rationis, ac reliquatus restitutione à die susceptæ tutelæ, et num. 15.*

2 *Hypotheca expressa anterior præfertur expressæ posteriori, quamuis illa sit pro dote.*

3 *Immissio in Saluiano conceditur quoties adest creditum cum hypotheca, possessio debitoris, et rei conuenti vna cum identitate bonorum super qua illa petitur.*

4 *Mandatum contra debitorem relaxatum illius creditori non citato præiudicare non valet.*

5 *Calculus factus contra debitorem eius creditori nocere non potest, si in eo creditor citatus non fuit, lim. vt. num. seq.*

6 *Mandatum relaxatum contra debitorem, qui causam acerrimè patrocinauit, etiam illius creditoribus præiudicat, quamuis non citatis.*

7 *Sententia, vt noceat alijs non litigantibus nec vocatis satis à DD. reputatur si illa cum legitimo contradictore fuerit agitata.*

8 *Contradictor, seu defensor legitimus dicitur ille cuius defensio causæ principaliter interest.*

9 *Mandatum relaxatum contra debitorem stantibus adminiculis præiudicat etiam eius creditoribus, quinimò, et cuilibet tertiò non citato.*

Confessio debitoris adminiculata eius etiam creditoribus præiudicat num.9.

10 *Scriptura priuata si non reperitur trino teste signata non concurrit cum instrumento publico, quamuis illud sit tempore posterius, et de ratione num. 11.*

11 *Fraudes facile admitti possunt in scriptura priuata ex appositione antidatæ.*

12 *Scriptura priuata quamuis non fuerit trino teste munita, nihilominus si aliundè eius veritas iustificetur tamen plenè probat etiam contra publicum instrumentum.*

13 *Emptione per aliquem facta si deinde alius semper in rei emptę possessione permansit, arguitur emptorem non nisi nudum, et simulatum nomen habere.*

14 *Donatio alicui facta sub conditione si donator de re donata non disposuerit, remanet confirmata per mortem illius sine aliqua dispositione.*

16 *Donata res si antea erat ad fauorem alicuius hypotecata donata censetur cum eodem vinculo hypotecæ.*

17 *Tutoris bona post susceptam tutelam in alios translata transeunt cum vinculo hypotecæ ad fauorem pupilli.*

18 *Donationis titulus si est turbidus, et altiorem requirit indaginem reicitur à iudicio Saluiani, et ad petitorium remittitur.*

DECISIO CCXLII.

CONfirmarunt Domini decisionem factam in hac causa coram me sub die 15. Iunij superioris anni, * in qua decreta fuit immissio vigore Saluian. super vinea modo possessa à Francisco de Quirieis fauore Hyacinti Antonij Vitalis, quia proprium creditum iustificauerat ex publico instrumento susceptæ tutelæ per Paulum de anno 1605. à quo tempore orta fuit hypotheca, & actio ad fauorem ipsius Hyacinti pupilli
1 † pro redditione rationis, & reliquatus solutione *iuxt.text.in l.pro officio C.de adm.tut.vbi post glo. in verb.obligato* tradunt *Cin. num. 3. Bald. et Salyc. num.1. Aym consi 230.num 4. Decian.cons.37. num.7. lib.2. Neguf.de pign.4 memb.2.par.num.12. Mont. de tutell.cap.31.num.20.* Præsertim cum expresse hypothecasset pro huiusmodi administratione omnia sua bona, quæ hypotheca tanquam expressa,
2 & anterior † præferri debet alteri hypothecæ licet expressæ posteriori, quam Helena de anno 1610. pro suo credito dotali in bonis eiusdem Pauli contraxerat, *Salyc.in l.assiduis num. 30. Bald. num.9. C.qui pot.in pign.hab. Soccin Sen.in l.1.n.109. Ripa num.1. et Barbos.num.16.ff. sol. matr. Bald. nouell.de dote par.10.priuil.1. et 2.* vbi de communi *Couar.var.resol.lib 1.cap.7.num.2. Font.de pact. nupt. claus.7.glos.2. par.3.num.2. Rota dec.150.num.3. p.7. recent.* Eiusdem verò crediti quantitatem probauerat ex mandato ab A.C. relaxato contra Paulum in summa scut.9702. quod tanquam iustificatam ex concordi peritorum relatione deseruire poterat ad probandum creditum certum in ea summa, sicut etiam anteriorem possessionem Pauli debitoris, & posteriorem Francisci rei
3 Conuenti vna cum identitate eiusdem vineæ, † quibus concurrentibus concedi solet immissio in hoc iudicio. *gloss.in l.1.C de prec.& salu. interd. Bart.*

Bart.in l.1.num.3. ff.eod.tit.Menoch.de adimp rem.3.
num. 161. & seq. eum *alijs*, qui referuntur in *Ro-*
mana de Casalibus 17. Nouembr. 1637. coram bon.
mem. Buccabella 23. May 1642. coram bo. me. Mer-
lino, & 21. Iunij 1641. coram R. P. D. meo Cerro.

Non obstat, quod mandatum relaxatum con-
tra Paulum probare non debeat contra Helenam
eius creditricem, dum citata non fuit neque in
relatione Peritorum; neque in relauatione man-
4 dati † & ipsa ante illius expeditionem hypothe-
cam super bonis Pauli iam acquisiuerat iuxta
notata per *DD. in l. sepæ ff. de re iud. Bart. in l. si*
superatus num. 1 ff. de pign. Excob. de ratioc cap. 34.
num.3. & 7. & in terminis calculi facti contra
5 debitorem, quod nocere non debeat alteri cre-
ditori, si in eo citatus non fuit pluribus probat
Surd.dec.2 6.num.5. & seq.

Cum enim ex instantijs factis à Hyacinto con-
tra Paulum pro redditione rationum; alijsque
actis iudicialibus, & ex electione Peritorum,
eorumque iudiciali relatione, ac demum ex pro-
ductione libri tutelaris facta ab ipsomet Paulo
tutore, cæterisque actis plenè iustificatis in Sum-
mario Hyacinti constet principalem debitorem
non remansisse indefensum, immo causam fuis-
6 se ab eo accerrimè patrocinatam, † tale propte-
rea mandatum probare potest contra eadem
Helenam tertiam creditricem, licet eius occa-
sione citata non fuerit. *Alex. in d. l. sæpe num. 76.*
& 85. Imol. num.41. ff. de re iud. Ang. in l. de vno-
quoque num.8. ff. eod. tit. id Alex. cons.84. num.4 lib. 3.
Dec. cons.342. num. 7. Paris. cons.28. num.16. lib.1.
Gab. cons. 42. num. 20.35. & 41. lib.2. Quia vt sen-
tentia nocere debeat alijs non litigantibus, nec
7 vocatis † satis esse reputatur à DD. si illa cum
legitimo defensore agitetur, vt notant in *d. l. de*
vnoquoque ff. de re iud. post glos. in verb. quos causa
Ias. in l. decem nu. 38. ff. de verb. oblig. Couar pract.
qu.c. 13. num.6. vers hoc ipsum Pereg. de fideic. art. 53.
num.53. in fin. & num. seq. Mastrill. dec.114. num.27.
8 qualis dicitur is, † ad quem defensio causæ prin-
cipaliter pertinet ad tradita per *Alex. in d. l. sæpe*
num. 70. & 77. ff. de re iud. Cou. pract. qu.c.23. nu. 6.
& 7. Tiraq. de nobil. c. 37. num. 5. Præterquam ex
ipso libro tutelari, qui repetitus fuit in hoc iu-
dicio vna cum alijs actis coram A. C. gestis iu-
stificatur hoc debitum reliquatus. Nec aduersa-
tur. *Surd. decis. 256.* dum fundatur in collusione
patris cum filio, vt patet ex num. 11. nec in ea
concurrebant adminicula superius ponderata,
quibus existentibus mandatum præiudicare debet
alteri concreditori, & cuilibet tertio non citato
9 vt in terminis confessionis debitoris adminicu-
latę tradit *Salyc in l. mater. num.1. C. de contr empt.*
Surd. cons. 290. num.47. & in dec.55. nu.3. Rota dec.
362. num.8. par. 1. recent.

Non obstat alterum obiectum excitatum
contra possessionem Pauli quasi illa probata di-
ci non posset ex recognitione bonæ fidei facta à
Raphaele fratre, dum hęc emanauit in priuata
10 scriptura, quæ non fuit trino teste signata; † nec
propterea probare possit in præiudicium Helenæ,
cuius creditum fundatur in publico instrumento,
licet posteriori in data *iux. tex. in l. scripturas §. fin.*
autem ius pignoris C. qui pot. in pig. hab. Neguś. de
pign.5. p.2. memb. n.47. Gabr. de probat. concl.10. n.22.

Quia dum dispositio eius legis subscriptionem
tertij testis in priuata scriptura requirit non pro
11 forma, sed ad euitandas fraudes quę facile ad-
mitti possent ex appositione antidatę, vt consi-
derauit *Bald. in d. l. scripturas num.11. Mant. de tac.*
& amb. lib.11. tit.24. nu. 2. Rota coram Burat. dec 995.
num.4. & coram Caual. dec.446. num. 7. tamen po-
12 test huius scripturæ veritas aliunde iustificari, † &
ea fraudis suspicio tolli ex pluribus adminiculis,
quę hoc casu concurrunt, vt considerauit *Bald. in*
d. l. scripturas num. 15. vers. vt hic plenius. Fulgos.
num.3. idem Bald. in cons. 198. num.5. lib 1. Menoch.
cons. 787. num.7. Decian. cons.11. nu.140. & pluries
censuit *Rota coram Seraph. dec. 879. nu. 2. & 3. &*
1221. num.1. & in Romana de Ghettis 5. Decembris
1634. coram Eminentiss. D. Card. Panzirolo, & in
Aesina bonorum 1. Iuly 1639. coram R.P.D. meo Bi-
chio, & visa fuerunt iustificari ex actis iudiciali-
bus pro habenda recognitione prædicta decreto
Iudicis pro conficiendo instrumento iuxta for-
mam declarationis, & illius obseruatione, pau-
pertate Raphaelis, qui bonum fidem recognouit,
pluribus epistolis à Paulo eidem transmissis, datis
in Summ. Hyacinthi ex quibus constat ipsum
Paulum consueuisse transmittere plures pecunias
ad eundem Raphaelem, vt proprio nomine eme-
ret, ac res emptas acquireret, ac demum ex te-
stibus deponentibus de continua Pauli possessio-
13 ne in hac vinea, † quod est validissimum argu-
mentum simulati nominis Raphaelis, & veræ
acquisitionis ad fauorem Pauli *l. sicut §. superua-*
cuum ff. quib. mod. pig. vel hyp. sol. & notat ibi *Bart.*
num. 5. & in l. post contractum num. 4. ff. de donat.
Alciat. in l. si maior num. 4. C. de trans. Bald. cons.70.
numer.3. & seq. lib.1. Dec. cons. 659. num. 3. Afflict.
decis.40. num. 18.

Non obstat, quod ea recognitio bonæ fidei
contineat donationem Pauli ad fauorē Raphae-
lis in casu quo idem Paulus de Vinea non dispo-
suisset, vt constat ex ijs verbis apocæ, *Che il no-*
me di Raffaello vi è stato posto, acciochè morendo det-
to Paulo senza disporre di dette cose restino libere à
detto Raffaello. Ita vt talis donatio confirmata
14 dici debeat per mortem Pauli † dum de ea vinea
non disposuit, vt tenent DD. relati per *Grat. disc.*
foren. cap.539. num.26. & disc.221. num. 14. & con-
siderauit; *Rota in Romana scriptoriæ 5. Iunij 1609.*
coram Card. Marq.

Quia cum ex eo instrumento tutelæ, quam
Paulus susceperat de ann. 1605. cum obligatione
15 omnium suorum bonorum, quæsita fuisset hy-
potheca Hyacinto super hac vinea postea à Pau-
lo empta, & in omnibus alijs bonis post d. tute-
lam acquisitis *iuxt. tex. in l. fin. C. quæ res pig. obl.*
pos. vlt. post glos. in verb. pertinentum Bar. num. 1. & 2.
Bald. & Salic. num.1. Surd. decis.97. num.2. Rot. decis.
294. num.2. par.1. recent. Hæc vinea licet de anno
1607. donata fuisset Raphaeli, donata censeri
16 debet cum eodem vinculo hypothecæ, quem rem
ipsam sequitur eiusq. possessores concomitantur
l. æris alien. § si itaque C. de don. l. debitorem pactio-
nibus C. de pactis. & l. pignoris, persecutio, ff. de
pign. cum alijs relatis per Rot. in dec.563. num.2. par.2.
rec. & coram Burat. dec. 62. num. 3. & in his termi-
nis de bonis tutoris post susceptam tutelam in
17 alios translatis, † quod cum eodem hypothecæ
vin-

vinculo transeant probat *tex. in l. vn. C. rem. alien. ger. vbi post glos. not.* communiter DD. & tradit *Munoz. de Eschoch. de ratioc. c. 39. num. 2. vers. hinc est.* Præterquam hæc donatio tanquam turbida,
18 & altioris indaginis † reijci debet ab hoc iudicio Saluiani, & discuti in petitorio *l. fin. C. quorum bonorum l. 2. C. de edict. & not.* & ibi communiter *DD. Rot. in Bononien. dotis 3. Iun. 1605. cor. Litta, & Bononien. de Lambertinis 20. Februarij 1612. coram Manzanedo post Pacif. de Salu. dec. 61. num. 1. & 295. num. 7.*

Et ita vtraque &c.

Decisio ista emanata coram eodem R. P. D. Verospio sub die 15. Iunij 1643. erit infra in Appendice.

R. P. D. ROIAS.

Postea Archiepiscopo TARRACONEN.

Romana Depositi.

Sabbati Rota Martiniana 23. Ianuarij 1644.

ARGVMENTVM.

Pecunias quas recepit creditor vigore ordinis sui debitoris alicui banco directi nullatenus ille restituere tenetur, quamuis appareat pecunias solutas debitoris minimè fuisse, idque nec in subsidium locum habere potest, quoties soluenti contra dirigentem ordinem remanet actio.

SVMMARIVM.

1 *Creditor, qui vigore ordinis sui debitoris ab aliquo pecunias recepit simpliciter, & absque vlla conditione non potest ad restitutionem condemnari.*
2 *Depositarius, qui vigore ordinis debitoris, pecunias creditori soluit, valet tantum contrafacientem ordinem per suas actiones dirigere, non contra recipientem pecunias.*
3 *Repetitio non datur contra eum qui suum recepit, quantumuis ab alio, quam à suo debitore pecunias recipiat.*
4 *Repetitioni locus esse debet si solutio ex falsa causa emanauit.*
5 *Solutio facta de ordine creditoris perindè est ac si ipsi creditori facta fuisse.*
6 *Pœna incurri non potest stante bona fide.*
7 *Pecunia alicui soluta incontinenti fit accipientis itaut nullatenus condici, aut vendicari possit.*
8 *Creditor recipiens pecunias vigore ordinis sui debitoris, quæ tamen illius non erant, quando in subsidium illas restituere teneatur, & nu. 9.*
10 *Remedium subsidiarium non datur quoties competit ordinarium. & num. 11.*
11 *Actio extraordinaria non conceditur vbi alicui competit ordinaria, & sup. num. 10*
12 *Actio extraordinaria ad restitutionem pecuniarum non datur aduersus eum qui recipit, quod sibi vere debebantur, & bona fide consumpsit.*

DECISIO CCXLIII.

Post plures decisiones in hac causa emanatas coram Reuerendiss. D. meo Decano in quibus resolutum fuit Sac. Mon. Piet. teneri ad restitutionem depositi scut. 15000. facti per bon. mem. Io. Antonium Vrsinum Ducem S. Gemini, & successiue lata sententia, quæ fuit coram me confirmata, & reseruatum videre An Mons posset dicta scuta 15000. repetere ab hæredibus q. Flaminij Razzantis cui fuerunt soluta de ordine DD. de Acquauiua debitorum Razzantis, & ad quorum fauorem cantabat depositum. Dubitaui hodie An hæredes dicti q. Flaminij Razzantis teneantur reportare in Banco Sac. Mont. Piet. dicta scut. 15000. per eundem Flaminium extracta, & DD. negatiuè resoluerunt.

Quia cum Razzantes dictas pecunias exegerit à DD. de Acquauiua eius debitoribus pro extinctione proprij crediti, & sic titulo oneroso, nec vllum vinculum reperiatur appositum in manda-
1 to reportato, † inde ad aliquam restitutionem non potest Razzantes condemnari vt probant *text. expressi in l. 51. 15. 11.* vbi DD. communiter *l. qui hominem. 34. in princip.* ibi (non Titio sed tibi partem nominis concedet) vbi *glos. & in l. si alieni 78. ff. de solut. Dec. in l. singularia num 6 ff. si cer. pet. Ioseph. Ludouic. decis. Lucen. 25. num. 4, Buratt. decis. 2. num. 1. cum seqq. cum alijs per Rotam decis. 77. num 3. par. 6. recent.*

Indubitatum est enim Montem Piet. purè, & simpliciter acceptasse ordinem illi directum à præfatis DD. de Acquauiua ad hoc vt Razzanti soluere dicta scuta 15000. depositata ad eorum fauorem per quam acceptationem venit dicendum Montem voluisse sequi fidem illorum, vn-
2 de si Mons malè vel indebitè soluit † valet tantum actionem dirigere aduersus præfatos DD. de Acquauiua ordinem facientes non autem contra Razzantem. *l. si procurator in fin. ff. de condict. indeb. Surd. cons. 4. num. 10. & cons. 528. num. 18. vers. si igitur soluerunt, & num. 29. Gratian. discept. 304. n. 1. Menoch. cons. 300. num. 30.* cum repetitio non de-
3 tur contra eum qui suum recepit † licet ab alio quam à suo debitore pecunias recipiat *l. repetitio 44. ff. de condict. indeb.* vbi optimè Faber in rationabili, *Canal. decision. 460. num. 4.*

Nec obstat, quod Ministri Sac. Mont. soluerint dicta scuta 15000. indebitè, siue ex falsa causa, prout remanet iustificatum ex decis. emanatis aduersus eundem Montem coram Reuerendiss. D. meo Decano ad fauorem Excellentiss. D. Ferdinandi Vrsini ducis S. Gemini propte-
4 rea † esse locum repetitioni *argum: tex. in l. eleganter 23. ff. de condit. indeb.* quia Ministri Sac. Montis soluerunt ex falsa causa DD. de Acquauiua aduersus quos competit actio repetitionis indebiti non autem contra Razzantem verum, & legitimum creditorem DD. de Aquauiua, de quorum mandato fuit q. Flaminio Razzanti facta so-
5 lutio, quo fit vt perinde habeatur siue reputetur, ac si præfatis DD. de Aquauiua siue eorundē procuratori persolutum fuisset, *l. vero procuratori l. qui hominem, §. si Titium ff. de solut. Add. ad Greg. XV. decis. 139. n. 7. versiculo ad exigendum, Rota decis. 227. nu. 1. par. 6. recent.*

Remansit etiam indubitatum Razzantem etiam ignorasse solutionem faciendam per Mon-
6 tem de scutis 1500. fuisse indebitè factam † qua bona fide stante non valuit aliquam in pœnam incurrere *argum. text. in l. quicumque, vbi glos. in ven-*

verbo incusare C. de seru. fugit. l si quis absentis supra. vers. longe magis ff. de action. & obligat l. si procuratorem. §. si ignorantes ff. mandat.

Dicebant etiam Domini, quod cum solutio facta Razzanti non fuerit facta nomine proprio Montis, sed nomine debitorum Razzantis, & ad effectum dictum debitum extinguendi, ita vt dicatur sequuta commixtio pecuniarum bona fide, & successiuè consumptio facta rei propriæ inde restitutionem pulsari nullatenus posse,
7 cum pecunia statim alteri soluta † incontinenti fiat accipientis, & ita taliter vt condici, aut vendicari non potest, *l. si alieni nummi 78, ff. de solut. l. singularia. ff. de reb. credit, & si cert. pet. vbi Bart. & Angel. num. 7. Menoch. consil. 300. num. 32. Surd. cons. 4. num. 10. & cons. 528. num. 16. & 29. Rot. decision. 77. num. 31. part. 6. recent.*

Neç dicatur Razzantem teneri ad restitutionem pecuniarum saltem ex æquitate, & subsi-
8 dium iuxta *text. in l. si me, & titium, ff. de rebus credit. & si cert. pet.* quia obiectum procederet si Razzantes dicta scuta 15000. recipisset titulo lucratiuo, quo casu contra eum fortasse daretur
9 dicta actio subsidiaria, secus vero dum dictas pecunias recepit titulo oneroso in extinctionem proprij sui crediti præcedente quietantia, ac iurium cessione, quo casu nulla de iure comperit actio subsidiaria, *Alex. cons. 92. num 6 lib. 1. Menoch. de recuper. remed. 4. num. 2. & 4. Costa de remed. subsid. remed. 12. num. 4. vers. secundum est, Surd. cons. 528. num. 21. Rota dec. 77. num. 23. cum tribus sequen. par. 6. recent. Buratt. decis. 874. num. 9.*

Sed in præsenti cum detur remedium ordinarium aduersus DD. de Acquauiua ad fauorem Montis cessat vtique subsidiarium quod non da-
10 tur, nisi quando quis reperitur destitutus omni alio iuris auxilio, & aliunde parti consulere non possit *d. l. si me, & Titium, vbi Socc. Rimin. & Alexan. Costa de remed. subsid. prælud. 7. num. 9. & remed. 12. num. 5. Surd. cons. 528. num. 19. & 20. Giouagn. cons. 72. n. 38. lib. 1. Rota in recent. decis. 351. num. 9. par. 5. & decis. 77. nu. 27. par. 6. & in Anconitana censuum 24. Februarij 1643. coram me.*

Nihil obstat, quod Monti veniat tamquam minori concedendam restitutio in integrum aduersus solutionem perperam factam, quia cum vt supra dictum est habeat actionem ordinariam aduersus mandantes, quibus solutio facta fuit
11 non autem Razzanti habeti causam ab illis, cessat inde quæcunque restitutio siue exactio extraordinaria, *Menoch. cons. 244 num. 56. Odd. de restit. in integr. quæst. 17. art. 2. numer. 1. & artic. 1. num. 48*, cum ea non detur aduersus eum, qui re-
12 cepit quod sibi vere competebat, & bona fide consumpsit Rot. quæ alios refert *d. decis 77. nu. 30. & 31. par. 6. recent.*

Et ita resolutum vtraque parte informante &c.

☞ *Decisiones plures in hac causa emanatæ coram bon. me. Dunozetto Decano, videri poterint inter eius decisiones mox imprimendas.*

REVERENDISS. P. D. MELTIO
Episcopo PAPIEN.
Anagnina beneficij.
Mercury 27. Ianuarij 1644.

ARGVMENTVM.

Gratiosè subrogatio conceditur adiudicatio beneficij, quamuis alius in illius possessione permanserit, si de titulo sufficienti contra subrogationem gratiosam non docuerit.

SVMMARIVM.

1 *Gratia Pontificis executioni demandari debet quoties est iustificata.*
2 *Cedens per cessionem dicitur à se abdicare omne ius, illudque in cessionarium transferre.*
Cessionarius in omnibus, & per omnia repræsentat personam cadentis. num. 2.
3 *Subrogatio gratiosa operatur, vt omnia priuilegia, & iura in eum transeant, in quem fit subrogatio.*
4 *Possessori sufficit vincere per non ius aduersarij.*
5 *Possessor non iustificans titulum suæ possessionis in ea confoueri non potest contra iuris alterius gratiosam habentis subrogationem.*
6 *Possessio sola non facit aliquem legitimum contradictorem aduersus habentem gratiosam subrogationem.*
Possessor non sufficit, quod contra habentem titulum, & ipse alleget titulum, nisi suum titulum releuantem esse doceat. num. 6.

DECISIO CCXLIV.

☞ De Anno 1642. * sub 27. Iunij coram bon. mem. Merlino, fuit resolutum Beneficium, de quo agitur esse adiudicandum Sellario prouiso Apostolico per obitum q. Camilli Collettæ, in Romana Curia defuncti, eo quia iustificasset omnia narrata in gratia, & præsentationem hujus beneficij spectare, & pertinere ad Monasterium Fratrum S. Francisci ex persona q. Fratris Leonardi Serratij, ea scilicet ratione; quia licet tale beneficium originariè sit de' iurepatronatus laicali tamen dum transfertur in Ecclesiam efficitur Ecclesiasticum; & sic non attenditur prima origo fundationis, sed qualitas personæ, in quam transfertur, & per consequens tale Iuspatronatus, quamuis ab initio laicale, cadit sub regula octaua, hodie noua, Cancellariæ, nec amplius illud est liberæ præsentationis Patronorum.

☞ De anno autem præterito sub 21. Maij * coram me in eadem causa fuit per Dominos recessum à prima decisione, & responsum, ius huius beneficij existere pœnes Claudium Loccium, ex eo, quia illud esset liberæ præsentationis Patronorum, nec caderet sub regulis Cancellariæ, eo quia laicale esset, non autem Ecclesiasticum; dum illud non transiuit irreuocabiliter in personam Ecclesiasticam, scilicet in dictum Fratrem Leonardum, sed tantum eius vita durante, cum Liuia testatrix post mortem eiusdem Fratris vocauerit Veronicam, & eius filios, quo casu non visum fuit tale beneficiú mutasse eius naturam, nec effectum fuisse Ecclesiasticum, sed remansisse merè laicale.

Causa hodie denuò proposita, & disputato dubio; quæ nam decisio esset confirmanda, censuerunt DD. standum esse in primo loco decisis, quia cum in vacatione alias secuta per obitum Vincentij Colettæ, defuncti in mense Augusti, Sedes Apostolica beneficium contulisset Camillo Collettæ, &

& ad præsentationem dicti Fratris Leonardi, Ordinarius instituisset Claudium Loccium, Sellarius habet prouisionem Apostolicam, tam per obitum Camilli Colettæ, quàm per resignationem dicti Claudij Loccij, cum gratiosa in eius iuribus subrogatione, vndè ius Sellarij non potest controuerti, & dum Sellarius omnia in supplicatione narrata
1 instificat † gratia illi concessa de huiusmodi beneficio, vti iustificata est executioni demandanda, *cap. si quando de reseru. cap. si capitulo cum glos. in verb. exequatur de concess. præb. in 6. Sarnen. in tract. Breu. num. 4. Mohed. decis. 13. vt lit. pend. Gig. de pens. quæst. 81. num. 2. Rot. decis. 506. num. 1. & 558. num. 2. par. 1. recent. & decis. 258. num. 1. par. 7. diuers.*

An autem tale Iuspatronatus sit Ecclesiasticum, vel laicale non videtur cadere sub præsenti inspectione, quia cum Clericus Antonius Sellarius hodie veniat non tantum ex qualitate eiusdem patronatus, sed etiam ex resignatione iuris sibi facta ab eodem Claudio Loccio, qui à Fratre Leonardo fuit præsentatus, *vt in Summar. eiusdem Sellarij nu. 2.* non potest eidem Sellario denegari adiudicatio dicti beneficij, cum per talem cessionem iurium
2 dicatur cedentem è se abdicasse omne ius, † & illud in cessionarium translatum, qui personam cedentis in omnibus, & per omnia repræsentat *l. fin. C. de priuil. fisc. l. emptor, & ibi Bald. in princ. C. de hæred. vel act. vend. Surd. cons. 22. numer. 16. & consil. 82. num. 13. Rot. decis. 264. num. 6. coram Buratto. Romana pecuniaria 1. Iulij 1626. coram bon. mem. Merlino, & in Legionen. Canonicatus 28. Martij 1639. & 27. Ianuarij 1640. coram R. P. D. Rojas*, maximè accedente
3 gratiosa subrogatione, † quæ operatur, vt in gratiosa subrogatum censeantur transijsse omnia priuilegia, & iura tam actiua, quam passiua, quæ ei, in cuius locum fuit facta subrogatio, competebant *Coccin. decis. 47. num. 17. & decis. 262. num. 7. & seq. par. 6. diuers.*

4 Non obstat quod Chrisantes Pelagatta sit possessor, & per consequens illi sufficiat vincere per non ius Sellarij actoris, vt fuit resolutum *in hac eadem causa sub 21. Martij anni præteriti coram me.*

Quia cum Pelagatta non iustificet titulum suæ possessionis non est confouendus in sua possessio-
5 ne in præiudicium iuris dicti Sellarij, † & eius gratiosæ subrogationis, & non habeat possessionem titulatam, & sic non sit præferendus, *glos. in cap. si testes in glos. magna circa medium, versic. plures refert 4. quæst. 3. Gabr. de testib. conclus. 4. num. 82. Mont. post alios de retin. remed. 3. num. 374. Perusin. in tract. de manuten. decis. 64. num. 17. Paris. cons. 107. num. 77. lib. 1. Rot. decis. 730. numer. 8. coram Buratto, & decis. 214. num. 17. par. 7. diuers. & decis. 249. num. 5. coram Gregor. XV.* nec sola possessio Pelagattæ facit illum legitimum contradictorem ad impediendam ad-
6 iudicationem vigore gratiosæ subrogationis, sicut nec quælibet tituli allegatio cum releuans esse debeat ad effectum, vt aliquid operetur, vt firmauit *decisio in Ferrarien. Præbendæ 11. Maij 1637. coram bon. mem. Pirouano, quæ est in ordine 608. nu. 8. & 9. par. 5. diuers. num. 2.*

Et ita Sellario tantum informate resolutum.

Decisio ista in hac eadem causa emanata coram bon. mem. Merlino sub die 27. Iunij 1642. est inter eius impress. decis. 896.

Altera vero emanata coram eodem Reuerendiss. P. D. Episcopo Papien. sub die 27. Maij 1643. erit infra in Appendice.

R. P. D. GHISILERIO.
Postea Episcopo TERRACINEN.

Lucana Iurispatronatus.

Veneris 29. Ianuarij 1644.

ARGVMENTVM.

Iurispatronatus præsumptio vsurpationis non intrat, quando cessat potentia, vel iurisdictio, & tunc quando cessat talis præsumptio, non est necessaria probatio Iurispatronatus requisita per Concilium Tridentinum sess. 25. cap. 9. de reformat. Et plura deducuntur circa ordinariam probationem Iurispatronatus, & alia circa prædictam materiam latè deducuntur.

SVMMARIVM.

1 *Iurispatronatus vsurpatio, quando intrat, tunc illud est probandum, vel per centenariam, aut quadragenariam iuncta fama.*
2 *Iuspatronatus, quando prætenditur ab Vniuersitatibus, vel à Dominis locorum, intrat præsumptio vsurpationis, & qualiter veniat probandum.*
3 *Iuspatronatus, quando non prætenditur à tota Vniuersitate, sed ab aliquibus de vniuersitate tunc non intrat præsumptio vsurpationis.*
4 *Præsumptio vsurpationis iurispatronatus, vt intret, est consideranda potentia, vel iurisdictio.*
5 *Timor vsurpationis iurispatronatus, ex quibus dicatur cessare.*
6 *Iuspatronatus si prætendatur à tota Vniuersitate præsumitur ex vsurpatione, quamuis sit parua.*
7 *Parochianorum certa pars, quando prætendit iuspatronatus non militat præsumptio iurispatronatus.*
8 *Iurispatronatus præsumptio vsurpationis, quando non intrat, cessat dispositio Sacri Concil. Trident. cap. 9. sess. 25. de reformat.*
9 *Concil. Trident. sess. 25. cap. 9. de reformat. quid disponat.*
10 *Iuspatronatus satis probatur ex pluribus præsentationibus antiquis, & effectum sortitis.*
11 *Quod procedit etiamsi non adesset instrumentum fundationis, & dotationis, vel constructionis.*
12 *Iuspatronatus, quando non est suspectum de vsurpatione, tunc iuxta præscriptum Concil. Trident. benè probatur per præsentationes plures effectum sortitas.*
14 *De Præsentatione, quando non constat, qualiter id suppleatur.*
15 *Iuspatronatus ex quo necessario suppleatur.*
16 *Actus confirmationis iurispatronatus, non compatitur se cum electione, vel præsentatione.*
17 *Electio, seu præsentatio ad iuspatronatus, si non probetur à quo fuit facta, id suppletur ex sequentibus præsentationibus factis, & num. 18.*
19 *Beneficij prouisio, quando fuit facta cum præseruatione iurispatronatus, non tanquam de beneficio libero, non inducitur nouus status.*
20 *Beneficij collatio, quando fuit facta, vti de deuoluto non inducit statum libertatis.*

21 *Ordinariorum sententijs plurimum defertur ad probationem iurispatronatus.*
22 *Quod maximè procederet, si esset antiquissima.*
23 *Sententia lata super statu facit ius, quoad omnes contrarium prætendentes, in omni tempore etiam contra non citatos.*
24 *Sententia non potest dici suspensa per appellationem, si viua voce fuit appellatum cum facultate appellandi in scriptis.*
25 *Si talis appellatio in scriptis nunquam fuerit facta, cum tunc appellatio in voce remaneat inualida.*
26 *Appellatio, quando non fuit prosecuta, nec fuerunt prorogata fatalia, sententia remanet deserta.*
27 *Effectum ea qua non habuerunt, non immutant statum antiquum.*
28 *Præsentationes, quando non sunt veræ, sed potius simplices electiones aliquorum, qualiter ab Ordinarijs censeantur acceptatæ.*
29 *Præsentationes ad iuspatronatus, quando patiuntur aliquam exceptionem, non suffragantur ad probandam centenariam.*
30 *Verbum electio, in materia iurispatronatus, sumi etiam potest, pro verbo præsentationis.*
31 *Medium inhabile, non potest impedire, quin extrema coniungantur ad effectum probationis.*
32 *Personis priuatis ad probandum iuspatronatus sufficit quadragenaria possessio, cum publica voce & fama, siue cum adminiculis, & quæ sint ista adminicula, num.33.& 34.*
35 *Prouisiones Apostolicæ non immutant statum beneficij in præiudicium patronorum, nisi expresse explicetur, & num.40.*
36 *Papa non voluisse præsumitur immutare statum beneficij, quod multo magis præsumitur, si prouisio Apostolica fiat ex causa resignationis.*
37 *Papæ prouisio, vt immutet statum beneficij, quid requiratur, num.38.*
39 *Ecclesia, vt præscribat libertatem beneficij, quid requiratur.*
41 *Probationes æquiuocæ, & quæ tolluntur per declarationem partium non iuuant.*
42 *Probatio, quæ capit omne tempus, non sufficit ad probandum tantum tempus anterius, si de præsenti contrarium prætendatur.*
43 *Ecclesia requirit residentiam, ergo est parochialis, ista consequentia non est valida, & quare num.44.*
44 *Beneficia etiam simplicia possunt commendari.*
45 *Sepulturam, quis potest sibi eligere in qualibet Ecclesia, habente ius tumulandi.*
46 *Sepeliendi actus non concludit pernecesse Ecclesiam esse parochialem.*
47 *Parochiani, quando concurrunt ad præsentandum, non vti omnes, sed vti vna pars, quid ex hoc inferatur, num.48.*
49 *Præsentationum continuatio, quando fuit probata per 100.& amplius annos, est valida probatio, etiam in personis suspectis de vsurpatione.*
50 *Immemorabilis licet non probetur per scripturas, secus tamen est, quando concurrunt 100. tantum anni.*
51 *Centenaria præscriptio, quando non includat rei initium.*
52 *Præscriptio immemorabilis non probatur per scripturas, nisi in illis enuncietur.*
53 *De Præscriptione immemorabili probanda, quando agitur, quid admittatur, & num.54.*
54 *Probatio, quando fit per instrumenta continentia factum affirmatiuum, & continuum, id habet implicitam negatiuam sui contradictorij.*
55 *Concil. Trident. sess. 25. cap. 9. de reformat. quid innouauerit circa probatione iurium patronatus.*
56 *Instrumenta, dum sunt documenta authentica, probant.*
57 *Beneficium, quando est dotatum per subsequentes assignationes non fit præiudicium patronis.*
58 *Cum ad prædictum effectum necesse sit, quod beneficium sit penitus de pauperatu.*
59 *Iuspatronatus, quando est penitus de pauperatum, tunc vt alius per dotationem illud acquirat, id prius debet intimari patrono.*
60 *Iurispatronatus probatio ex effectuatis præsentationibus, ex quibus remaneat magis clara.*
61 *Probatio iurispatronatus ex effectuatis præsentatibus facta, non secus est, ac si exhiberetur titulus dotationis, & fundationis.*
62 *Papa, dum derogat iuripatronatus, necessario est dicendum illud adesse, & num.63. amplia num.64.& 65.*

DECISIO CCXLV.

VACANTE, de mense Februarij 1641. per obitum Pauli Acatini, simplici Beneficio, seu Ecclesia sine cura Sancti Andreæ, in loco nuncupato Pellaria, quæ est vnum de brachijs, seu contratis, vel vijs, Parochiæ SS. Ioannis, & Reparatæ, Lucanæ Ciuitatis. Parochiani dictæ contratæ, vel viæ, vicini dictæ Ecclesiæ, tamquam Patroni elegerunt, & nominarunt in Rectorem supradicti Beneficij, seu Ecclesiæ Alexandrum Trentam, illumque successiuè præsentarunt coram Vicario Lucano. In termino Edictorum se opposuit Collegium Beneficiatorum Cathedralis Lucanæ, & vigore vnionis à sanct. mem. Gregorio XV. eidem Collegio factæ, postquam per cessum, seu decessum Rectorum vacauerint Ecclesiæ SS. Andreæ, ac Quirici, & Iulittæ, sine cura, ad hoc, vt tenuitati distributionum, & decenti Beneficiatorum substentationi consuleretur, obtinuit ab eodem Vicario sententiam fauorabilem, in qua fuit pronunciatum, non constare de Iurepatronatus, & dictum Trentam præsentatum à Parochianis, vt supra, non esse instituendum. Deuoluta causa ad Rotam in gradu appellationis interpositæ, pluries fuit propositum dubium. An constet de dicto Iurepatronatus, ita ut Trenta sit instituendus, illoque maturè discusso, fuit resolutum de eo constare, & consequenter præsentatum à Parochianis esse instituendum. Quia in huiusmodi Iurepatronatus, non est locus dispositioni sacri Concilij Tridentini sess. 25. c. 9. de reformat. dum loquitur de personis suspectis de vsurpatione Iurispatronatus, sed est locus probationi centenariæ, seu quadragenariæ cum fama,
1 quæ † satis esse reputantur in priuatis, iuxta *consil. Federic. de Sen. 234. nu. 3. vers. ad propositum. Gabr. consil. 198. num. 5. lib. 2. Paris. consil. 114. num. 4. lib. 4. Dec. cons. 174. num. 4.* secundum quam opinionem verissimam, & vsu receptam, Rota sæpissimè iudicauit, & iudicat, *Cassad. decis. 2. num. 5. & 6. & decis. 4. de probat. Rot. decis. 254. num. 10. vsque ad fin. lib. 3. par. 3. diuers. in recent. decis. 211. num. 1. dec. 312. num. 4. & seqq. part. 1. decis. 290. part. 5.* & fuit resolutum in *Lucana Iurispatronatus 27. Iunij 1617. coram bon. mem. Seleucien. in Parmen. Prioratus 23. Iunij 1621.*

coram

coram eodem, cum alijs relatis in Pistorien. Parochialis 10. May 1641 coram Eminentiss. Card. Verospio, atque ita pluries declarauit Sacra Congregatio Concilij. Siquidem etiamsi Concilium vbi supra,
2 quando Iuspatronatus † prętenditur ab Vniuersitatibus, & Dominis ita potentioribus, vt præsumi possit vsurpatio, pleniorem, & exactiorem probationem ad docendum verum titulum requirat, nec quod immemorabilis tẽporis probatio aliter eis suffragetur, quam si præter reliqua ad eam necessaria præsentationes etiam continuatę non minori saltem, quam quinquaginta annorum spatio, quæ omnes effectum sortitæ sint, authenticis scripturis probentur, nihilominus illius dispositio non applicatur huic casui, cum iuspatronatus non pertineat ad vniuersos Parochianos Ecclesię Sancti Ioannis, sed ad vnum brachium, contratam, seu viam, quæ probatur esse partem, non autem
3 totam, quo casu † ex dispositione Sacr. Concil. non reputatur potens, vt considerauit *Rota dicta decis. 290. part. 5. recent.* vbi quod sacra Congregatio declarauit, Concilium non intrare, quando non tota Vniuersitas, sed certa pars illius, prætendit iuspatronatus; & ratio est, quia nulla in ea
4 potest considerari siue potentia, siue iurisdictio, prout ad effectum præsumendæ vsurpationis, iuxta dispositionem Concilij requiri, firmauit *Rota eadem decis. 290. num. 20. & antea in Cracouien. Parochialis 24. Ianuarij 1628. coram bon. mem. Merlino*, tali enim casu nulla potest considerari formido in Ordinario quin ipse haud difficulter beneficij
5 libertatem vindicare potuerit, † & ita cessare debeat timor vsurpationis, vt firmat *eadem decis. 290 num. 22.* Nec videtur ad hunc effectum obstare resolutionem *Rotæ in Cremon. Capellaniæ 8. Aprilis 1601. coram bon. mem. Coccino, confirmata coram eodem in alia Ferrarien. Archipresbyteratus 26. Iunij 1628. quæ est decis. 297. par. 5. recentior. vbi num. 36.* firmatur, iuspatronatus Vniuersitatis etiam paruę, & sine iurisdictione in loco, ac etiam Parochianorum præsumi ex vsurpatione, & ita sæpè cen-
6 suisse sacram Congregationem † ibi refertur; Quia procedit, quando agitur de iurepatronatus prætenso à tota Vniuersitate, licet illa parua sit, vt habetur in dd. decisionibus. Non autem, quando
7 certa pars Parochianorum prætendit † iuspatronatus, quia in istis non militat illa præsumptio, vt declarauit sacra Congregatio 18. Iulij 1602.

Vnde cum ex supradictis non agatur de iurepatronatus spectante ad aliquam Vniuersitatem nec ad vniuersos Parochianos Ecclesiæ S. Ioannis, sed ad Parochianos vicinos Ecclesiæ S. Andreæ, nec
8 intret suspicio, seu † præsumptio vsurpationis, cessat dispositio sacri Concilij, iuxta declarationem sacræ Congregationis eiusdem Concilij, quod in hoc casu nihil innouauit, sed illius pro-
9 bationem reliquit † in dispositione iuris communis, vt sæpè dixit Rota, & signanter in *Tudertina Iurispatronatus 13. Iunij 1572. coram bon. mem. Cardinali Lancellotto, in recent. decis. 312. num. 2. par. 1. & 360. num. 2. par. 2.* quas secuta fuit *Rota in Ianuen. Abbatiæ 14. Martij 1635. coram me*. Sufficien-
10 tem verò, & superabundantem † probationem adesse de iure communi, censuerunt Domini, ex pluribus præsentationibus antiquis, & effectum sortitis à centum & amplius annis, quibus con-

currentibus, etiamsi non detur instrumentum fun-
11 dationis, dotationis, vel constructionis remanet sufficienter probatum iuspatronatus, iuxta *consil. Oldrad. 229.* sæpius à Rota canonizatum, etiam iuxta præscriptum sacri Concilij Tridentini vbi
12 supra volentis, † quod in personis non suspectis probetur per documenta præsentationum multiplicatarum per centum annos, & quæ fuerint effectuatæ.

Nam de anno 1362. datur præsentatio, & institutio in Rectorem dictæ Ecclesiæ Sancti Andreæ de persona Presbyteri Benedicti Ciuccij electi, &
13 quamuis † dicatur, non constare de præsentatione facta de eo, attamen cum vltra instrumentum institutionis prædictæ, extet aliud præcedens instrumentum præsentationis factæ per dictum Benedictum de seipso, in quo enunciatur eius ele-
14 ctio, stante antiquitate temporis, dicta † enunciatiua facit plenam fidem, concurrente confirmatione Episcopi, cum possessione dicti Benedicti, quæ necessario præsupponit iuspatronatus; neque confirmasset Episcopus electionem, sed prouidisset,
15 si † beneficium fuisset liberæ collationis, cum idem non possit eligere, & confirmare, *cap. fin. de instit. Dec. cons. 129. num. 5. vers. non obstat quod licet*,
16 actus enim † confirmationis non compatitur se cum electione, vel præsentatione, *vt in d. cap. fin. de instit.* & si dicatur non probari à quibus facta fuerit talis electio, suppletur ex subsequentibus præsentationibus postea factis, & præsertim ex imme-
17 diatè subsequenti anni 1418. per obitum eiusdẽ Benedicti, vt in puncto fuit dictum in *Papien. Archipresbyteratus 19. Februarij 1601. coram bon. mem. Cardin. Pamphilio.*

De anno 1418. vacante dicta Ecclesia per obitum supradicti Benedicti de mense Septembris,
18 à maiori parte, & saniori vicinorum Parochianorum fuit nominatus, & præsentatus Ordinario, seu eius Vicario, presbyter Nicolaus Ioannis Benedicti, qui fuit institutus.

Postmodum de anno 1431. vacante beneficio per obitum dicti Nicolai, Ordinarius Lucanus stante negligentia Patronorum in non præsentando, ne per diutinam vacationem reciperet læsionem, contulit de iure deuoluto Gherardo Fon-
19 dere, & sic cum † preseruatione iurispatronatus non autem tamquam de beneficio libero, prout requirebatur ad inducendum statum libertatis, *Rot. decis. 109 num. 9 par. 2. diuers. coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 74. num. 59. & in Romana Iurispatronatus 5. Decembris 1601. coram Iusto*, vbi autem
20 fit collatio de deuoluto talis collatio non mutat naturam, & qualitatem Beneficij, *Felin. in cap. cum accessissent. num. 18. de constitut. cum alijs per Modern. de iurepatronatus lib. 14. cap. 6 nu. 24.* & fuit dictum *in Lucana Iurispatronatus 10. Martij 1606. coram Cardinalis Lancellotto*. Et cum per illius obitum de anno 1462. per Parochianos fuerit nominatus, electus, & præsentatus Petrus Antonius de Collodio, fuit per Ordinarium institutus. Nec obstat, quod non petierit institui ex necessitate iustitiæ, sed ex gratia, ibi, *Dignaremur de dono nostræ gratiæ tibi misericorditer, &c.* Quia etsi hęc essent verba pręsentati, ipse non ideo potuisset præiudicare patronis, qui simpliciter præsentarunt, & quorum præsentationem Ordinarius non asseruit se ad-

mittere ex dono gratiæ; verius tamen est, prædicta verba esse de Ordinario stylo, ac formulis talium litterarum. Et dicti Petri Antonij institutio remanet iustificata ex vacatione beneficij de anno 1491. per obitum eiusdem, cuius occasione fuit à prædictis Parochianis, tamquam Patronis dictæ Ecclesiæ Sancti Andreæ, præsentatus Bartholomæus de Sandonninis, qui in contradictorio iudicio cum Hieronymo de Balbanis à Sede Apostolica prouiso, reportauit sententiam fauorabilem ab Ordinario Lucano, in qua fuit pronunciatum dictum Bartholomæum præsentatum per Parochianos esse instituendum, & confirmandum ad dictam Ecclesiam, nullumque ius competere dicto Hieronymo, vigore reseruationis Apostolicæ, quæ sententia cum in ea agatur de interesse Ordinarij, multum facit ad canonizandum Iuspa-
21 tronatus, † ex illa vulgari ratione sæpius in Rota canonizata, quod sententiæ Ordinarij plurimum tribuitur ad probationẽ iuspatronatus, iuxta *decis. 11. de iurepatr. in nou. Paleott. decis. 23. Rota coram Seraphin. decis. 1141. num. 8. in recent. dec. 197. in fin. par. 4. & decis. 87. num. 7. par. 7.* Præsertim
22 † cum sit antiquissima, iuxta not. per *Abb. in cap. ex literis, & in cap. si verò de iurepatron.* & tamquam lata super statu beneficij facit ius, quoad omnes contrarium prætendentes in omni tempore, &
23 etiam non citatos, *l. ingenuum, ff. de stat. hom. Achill. decis. vnic. de stat. benefic. Put. decis. 98. num. 11. lib. 1. Crescent. decis. 12. de probat.* quas sequuta fuit Rota *in Comen. Cappellaniæ 17. Iunij 1591. coram bon. mem. Penia*, quam refert *Garz. de benefic. par. 5. cap. 9. num. 94.* Nec in facto subsistit, quod
24 dicta sententia † fuerit suspensa per appellationem ab ea interpositam ab Angelo Nucchellio cum ille numquam fuerit in illa causa, sed tantum fuit interposita viua voce, & non in scriptis, cum reseruatione appellandi in scriptis à Procuratore
25 supradicti Hieronymi, quod tamen † cum non fuerit factum appellatio illa, viuæ vocis remansit inualida, nulliusque roboris, *cap. cordi de appellat. in 6. Guidopap. decis. 16. Angel. cons. 257. circa med. vers. hoc præmisso, Specul. in titul. de appellat. §. qua-*
26 *liter, in princip.* & quatenus † etiam fuisset interposita in scriptis, illa tamen prosequuta, nec prorogatis fatalibus sententia fecit transitum in iudicatum, *Seraphin. decis. 457. numer. 1. Rota coram Reuerendissimo Vrgellen. decis. 71. numer. 1. in recent. decis. 665. num. 1. par. 3.* Et ex resignatione cum reseruatione pensionis de anno 1499. facta per Sandonninum Nocchellio asserenti habere quamdam expectatiuam generalem ad beneficia spectantia tantum ad collationem Episcopi Lu-
27 cani, † & postea obtinenti ad beneficium, de quo agitur, gratiam *si neutri*, cum derogatione iurispatronatus, qui deinde existens in pacifica possessione alienauit quædam bona Ecclesiæ de anno 1507. probatur effectuatio præsentationis, & sententiæ Sandonnini, dum Nucchellius non vigore expectatiuæ, vel gratia *si neutri*, iustificatæ, sed vigore præfatæ resignationis possedit.

Non obstat, quod aliquæ ex dictis præsentationibus suffragari non possint, vti factæ ad electionem Patronorum, & ideò cum non veræ præ-
28 sentationes sint, † sed potius simplices electiones Parochianorum censeantur ab Episcopo acceptatæ ad faciendam rem gratam eisdem Parochianis, non autem ex necessitate, vt aduertit *Gonzal. super regul. 8. glos. 18. num. 90. ex Dec. cons. 129. sub num. 2. Ferett. cons. 33. & cons. 212. vtrobique num. 4. cum alijs allegat.* Ideoque cum dd. præsentationes
29 † patiantur defectus non suffragentur ad probadam centenariam, vt per *Gonzal. vbi supra, gloss. 45. §. 2. num. 38. & seqq. Rota coram bon. mem. Buratto decis. 178. num. 11. & coram bon. mem. Pirouano in Vicen. Beneficij 6. Februarij 1637.* Quia vltra quod omnes dd. præsentationes fuerunt in processu de anno 1491. examinatæ, & approbatæ, nihil facit, quod in confirmationibus, seu institutionibus Or-
30 dinarij dicatur ad electionem, † & non ad præsentationem Patronorum, cum verbum illud electio, in hac materia habeatur pro præsentatione, vt in indiuiduo dixit *Rota in alia Lucana Iurispatronatus, quæ est decis. 26. sub num. 21. post Vivian. de iurepatron.* Prout nihil faciunt ea, quæ deducuntur ad probandum, quod sit tollenda de medio supradicta collatio de anno 1431. facta ab Ordinario iure deuoluto, quia non subsistunt ex supradictis; & in omnem casum ab anno 1362. quo cœpit prima præsentatio vsque ad annum 1491. quo emanauit vltima, & præsentatus possedit vsque ad annum 1499. decursi fuerunt anni 137. ex quibus detractis ann. 31. decursis ab anno 1431. vsque ad annum 1462. quo temporis spatio durauit effectus dictæ collationis, adhuc supersunt an. 106. & dicta collatio iure deuoluto præseruans iuspa-
31 tronatus, † vti medium inhabile non potest impedire, quin extrema coniungantur ad effectum probationis, vt in terminis iurispatronatus tenuit *Rota coram Seraphin. decis. 1141. num. 3. & 1334. numer. 3. & coram Buratt. decis. 17. num. 10. & decis.*
32 *875. num. 3.* Præterquamquod in personis † priuatis ad probandum iuspatronatus, sufficit etiam quadragenaria possessio, cum publica voce & fama, siue cum adminiculis, *Cassador. decis. 7. de iurepatron. Achill. decis. 7. eod. tit. cum alijs allegat. per Adden. ad Buratt. decis. 142. num. 16. & in Regien. Beneficij 27. Aprilis 1640. coram me.* Pro adminiculis autem inseruiunt ipsa collatio tamquam de
33 deuoluto, † cum explicita præseruatione iurium Patronorum; aliæ præsentationes factæ vltra tempus quadraginta annorum; partita quaderni Beneficiorum Diœces. vbi enunciatur iuspatronatus; & supradicta sententia plusquam centenaria Ordinarij, canonizatoria iuspatronatus,
34 cui † sententiæ multum deferri solet ex allegat. supra, eo magis cum fuerit lata ad fauorem præsentat.

Non obstat prouisiones Apostolicæ à dicto an-
35 no 1499. citrà factæ, quia non mutarunt † statum Beneficij in præiudicium Patronorum, nisi expressè hoc in eis explicetur, quia numquam præ-
36 sumitur Papam voluisse † mutare statum beneficij *Calder. cons. 26. in fin. de præben. Rota decis. 359. num. 8. par. 1. diuers. & coram Seraph. decis. 1301. n. 2.* Tum quia emanarunt ex causa resignationis, vt in puncto *Paris. de resignat. lib. 2. quæst. 4. num. 3.* Tum
37 etiam quia † non probatur scientia, & patientia Patronorum, vt requiritur per ea, quæ tradit *Lotter. de re benef. lib. 2. quæst. 14. num. 38.* & in fortioribus terminis *Rota apud Viuian. de iurepatr. dec. 29. num. 4. & decis. 30. num. 7.* vbi quod requiritur, quod

38 † quod Patroni voluerint præsentare, & non fuerint admissi; Ideoque non obstat, quod à dicto tempore citrà, non fuerit facta aliqua præsentatio, ita vt Parochiani amiserint omne ius, & Ecclesię
39 præscripserit libertatem ex allegatis per *Rotam in Barchinonen. vnionis 5. Decembr. 1597. coram Gypsio, & decis. 109. à num. 1. ad 6. par. 2. diuersor.* quia in illis decis. non constabat, successiuas vacationes euenisse per resignationem, & prouisum fuisse per
40 litteras Apostolicas desuper emanatas, quæ iuxta allegat non mutant statum beneficij.

Tandem non obstant adminiculæ, & enunciatiuæ deductæ ab Informantibus pro Beneficiatis ad probandum statum antiquum Parochialitatis
41 Ecclesiæ, de qua agitur, vt † per consequens intret præsumptio vsurpationis. Quia sunt æquiuocæ, & tolluntur per declarationem iudicialiter per ipsosmet Beneficiatos in processu factam scilicet in tantum vocari Parochialem, in quantum deseruit Ecclesiæ Parochiali sub qua posita est, ponderando verba ipsius declarationis, quæ ca-
42 piunt omne † tempus tam præteritum, quàm de præsenti, & per narratiuam eorumdem Beneficiatorum in prætensa vnione. Sed in contrarium facit, qualitas omnium Institutionum factarum ad præsentationem Patronorum, nullo præcedente examine in Parochialibus requisito, in quibus leguntur hæc verba, *Beneficium simplex sine cura*. Ad hoc faciunt visitatio facta ab Ordinario de anno 1424. quæ apparet facta simpliciter ad rectorem, non autem ad Sanctissimũ Sacramentum, vti solet fieri in Parochialibus curatis, *Fusch. de visit. lib. 2. cap. 2. num. 6.* assertiones Ordinarij in institutione anni 1462. in edictis anni 1491. & in sententia eiusdem anni, cum quibus omnibus concurrunt depositiones testium. Vnde sequitur, quod antiqua illa denominatio fuerit impropria, & abusiua, prout interdum in hac materia euenire solet, vt inquit *Feder. de Sen. consil. 49.* Quare cum appareat de statu simplicis beneficij per annos centũ, & vltra, in concursu præsentationum; tale iudicandum est beneficium prædictum, vt bene probat *Ancharan. consil. 162. per tot.* Hinc non releuat licentia concessa Benedicto, quod possit abesse ab Ecclesia, dummodo prouidere dictæ Ecclesiæ, & Parochiæ de Sacerdote idoneo, quia potuit esse necessaria licentia, atque deputatio idonei Sacerdotis ratione seruitij, quod hæc Ecclesia præstat Parochiali, tamquam illius brachium; nec
43 tenet † consequentia, Ecclesia requirit residentiam, ergo est Parochialis, cum etiam alioquin potuerit esse seruitoria ex lege fundationis, ex particulari Constitutione, vel consuetudine. *Abb. in cap. vltim. sub num. 5. vers. nam gratia, de Cleric. non residen. Zabarell. cons. 3. sub num. 5. Rota decis. 489. num. 2. par. 2. recent. & in Regien. Beneficij 9. Decembr. 1739. coram R. P. D. meo Bichio.* Nec quod vacante Ecclesia, de qua agitur, de anno 1430.
44 per obitum Nicolai, fuerit commendata ab Ordinario, concludit, quia etiam beneficia simplicia possunt commendari, *cap. qui plures 21. quæst. 1. cap. dudum, de elect. Garz. de benefic. par. 4. cap. 4. num. 16.* vbi allegat Concordantes. Prout æquiuoca est electio sepulturæ facta à Bartholomæo
45 Forteguerra, quia † cum possit eligi in qualibet Ecclesia, habente ius tumulandi, *cap. cum liberum de sepultur. Rota decis. 552. num. 6. par. 5. rec.* Actus
46 sepeliendi non concludit pernecessè Ecclesiam esse Parochialem curatam, *Federic. de Sen. consil. 135. num. 2. Gambar. de offic. & potest. Legat. lib. 5. cap. an Legatus possit plura beneficia vni conferre, numer. 13. Gonzal. ad regul. 8. glos. 6. n. 53.*

Sed etsi dicta Ecclesia esset de per se Parochialis curata, eò fortius vrgeret declaratio Sacræ Congregationis Concilij, quoniam isti, qui præ-
47 sentant, concurrunt non vti omnes, sed tantum vti vna pars; nempè Parochiani vicini dictæ Ecclesiæ Sancti Andreę. Cumque veniant vti vicini pernecesse sequitur, quod extent quoq; Parochiani minus vicini, & Parochiani remoti, talis enim
48 qualitas vicinitatis est † inter hos distinctiua, aliàs esset superflua, quod non est dicendum, ad congesta per *Surd. cons. 127. num. 2. Ioseph. Ramon. cons. 110. num 429.*

Quamquam vlterius ex abundanti ponderando
49 continuationem præsentationum † per centum annos & vltra, animaduertebatur, adesse quamlibet probationem in personis de vsurpatione suspectis requisitam. *Paris. de confid. quæst. 23. num. 260. Achill. de iurepatronat. decis. 4. num. 6. Put. decis. 205. lib. 1. Garz. de benefic. par. 5. cap. 9. num. 110.* &
50 quamuis alioquin, immemorabilis non probetur per scripturas secus est, quando concurrunt centum anni, *Put. decis. 204. num. 3. vers. & immemorabilis, lib. 2. in correct. Garz. de benefic. par. 5.*
51 *cap. 9. num. 119.* dum talis centenaria non includit rei initium. *Seraph. decis. 533. num. 10. par. 4. diuers.*

52 Nec facit, quod immemorabilis non probetur per scripturas, nisi in illis enuncietur. *Gregor. decis. 52. num. 8.* Quia hoc procedit, quando agitur de
53 probanda immemorabili per enunciatiuas, quæ testibus æquipollent, vnde ad minus duæ esse debeant; non autem quando probatio fit per instrumenta continentia factum affirmatiuum, & con-
54 tinuum, quod habet implicitam negatiuam sui contradictorij per ea, quæ notat *Abb. in cap. cum nobis. num. 5. de præscript. Ricc. in prax. nouiss. iurispatr. resol. 70. Viuian. de iurepatr. lib. 11. cap. 5. n. 44.* Et demum tunc dicitur adimpleta dispositio Sac.
55 Concil. quando vna cum immemorabili, constat per authentica documenta de continuatis præsentationibus per 50. annos, in quo solum innouatum fuit. *Gonzal. ad reg. 8. gloss. 18. num. 65. Rota decis. 798. num. 4. par. 1. diuers. & decis. 374. num. 1. par. 2. recent. & decis. 290. num. 10. par. 5.* Hic au-
56 tem de omnibus præsentationibus supradictis fuerunt exhibita instrumenta, quæ sunt documenta authentica. *Dec. consil. 423. num. 10. Paris. cons. 54. num. 3. vol. 1.*

Neque DD. visæ fuerunt obstare assignationes redditūum factæ ab Ordinarijs de ano 1357. necnon vnio facta de anno 1431. de Ecclesia S. Mariæ de Sclauæ Ecclesiæ Sanctæ Andreæ, de qua agitur, eo quia habebat fructus modicos non sufficientes pro Rectore, atque ita redotata ex bonis Ecclesiasticis sine reseruatione Patronatus acquisiuerit libertatem, quia vltra responsiones datas per Informantes, quod non probetur supradicta assignatio ante annum 1357. eo quia in Instrumento solum confirmatur licentia retinendi quasdam possessiones, cum obligatione satis-

satisfaciendi oneri celebrationis Missarum pro anima illius, qui legatum reliquerat; & quod dicta vnio Sanctæ Mariæ de Sclaua fuerit tantum ad vitam tunc Rectoris Ecclesiæ Sanctæ Andreæ,
57 ex eisdem assignationibus apparet, quod beneficium iam erat dotatum, licet deinde temporis cursu eius redditus exigui effecti fuissent, quod
58 non sufficit, vt per subsequentes assignationes, Patronis fieret præiudicium, cum ad hunc effectũ requiratur, quod beneficium sit penitus depauperatum, *Rota decis. 528. numer. 3. par. 1. diuers.*
59 imò debuisset Patronis intimari prius, vt Beneficium iterum dotarent.

Sublata Parochialitate, & consequenter cessante supposito initij antecedentis libertatis Ecclesiæ, remanet tanto magis clara probatio, de-
60 sumpta ex præsentationibus effectuatis per spatium centum annorum, & vltra ab anno 1362. vsque annum 1499. & non obstan. omnibus in contrarium deductis, conuincitur existentia
61 iurispatronatus non secus, ac si exiberetur titulus fundationis, & donationis *Put. decis. 206. num. 4. & seqq. lib. 1. in correct. cum alijs, quæ passim allegantur.*

Ad comprobandum dictum iuspatronatus vl-
62 tra supradictas multiplicatas præsentationes, multum facit Bulla Alexandri VI. cum gratia *si neutri*, expedita de anno 1491. in qua Nucchellius impetrauit benificium, de quo agitur, cum
63 expressa derogatione iurispatronatus; ex tali autem enunciatiua, & ex expressa derogatione per Pontificem facta, necessario venit dicendum, di-
64 ctum iuspatronatus exeitisse, & extare, vt arguit *Bursatt. consil. 324. num. 3. vers. rursus, lib. 3.* eoque magis hoc comprobatur cum dictus Nucchellius, nunquam potuerit consequi possessionem beneficij, nisi obtenta prius à Sandonnino, tunc præsentato resignatione ad sui fauorem cum pensione.

Et ita vtraque parte informante, pro Patronatu fuit resolutum, & Alexandrum Trentam esse instituendam, tamquam præsentatum à legitimis Patronis.

DECISIO CCXLVI.

R. P. D. BICHIO.
Marsiceñ Iurisdictionis.
Lunæ 26. Ianuarij 1644.
Est Impressa inter Bichio in Tom. 1. Decis. 160.

R. P. D. MELTIO
Postea Episcopo PAPIEN.

Romana Pecuniaria.

Veneris 1. Ianuarij 1644.

ARGVMENTVM.

Socius celebrans aliquem contractum circa materiam societatis, quando teneatur communicare cum alijs socijs, & ad hoc solet adferri illa distinctio, aut societas est generalis omnium bonorum, & tunc teneatur communicare, aut est partis bonorum, & non tenetur. In casu tamen præsentis decisionis, contrarium deciditur, vt quantumuis non sit generalis, nihilominus veniat facienda talis communicatio.

SVMMARIVM.

1 *Socius aliquid emens, an sit suum, vel cum socijs debeat communicari.*
2 *Socius, si aliquid acquirat, etiam, vti proprium, an teneatur id cum socijs communicari.*
3 *Societas, quando est omnium bonorum, tunc socius, quidquid acquirit etiam nomine proprio, est communicandum cum socijs, & num. 4.*
4 *Societas, quando est partis bonorum tunc si socius aliquid acquirat ex communi pecunia, non tenetur communicare cum socijs, & est acquirentis, & nu 6.*
7 *Quod procedit etiam si contractus fuisset celebratus nomine societatis.*
8 *Contractus, dum proprio nomine fuit stipulatus per socium, præsumitur de suis proprijs bonis contraxisse.*
9 *Socius partis bonorum, præsumitur semper emere potius nomine proprio, quam sociali.*
10 *Quod multo magis est dicendum, dum socius non emit occultè, sed palam, & sciente altero socio. Socius emens aliquid ex pecunia sociali censetur nomine proprio emisse, & non tenetur communicare socijs. num. 10.*
11 *Socius dum proprio nomine cambium contraxit, præsumendum est de propria pecunia contraxisse, & num. 12.*
13 *Contractus initus à socio extra naturam, & causam societatis ille non est communicandus cum socio.*
14 *Liberatio facta de omni debito ratione societatis, & ex quacumque ratione, causa, aut titulo intelligitur solum ratione societatis.*
15 *Clausulæ generales appositæ in liberatione, restringuntur ad expressè specificata.*
16 *Liberatio generalis extenditur etiam ad incognita, & minimè cogitata.*
17 *Liberatio facta ex aliqua causa, habet vim transactionis.*
18 *Liberatio facta cum verbis prægnantibus generaliter venit intelligenda.*
19 *Liberatio, quando est generalis valde, & cum verbis prægnantibus facta, vti generalis non debet restringi tantum ad specificatas causas, limita, vt num. 19. & declara, num. 20.*
21 *Genus non restringitur per species postea enumeratas. Species post genus enumeratæ, ideo non restringunt genus, quia censentur positæ, ex causa declarationis. num. 21.*
22 *Verba apposita in liberatione, quando dicantur amplissima, ita vt ampliora esse non possint.*
23 *Verba generalia, quando non patiantur aliquam restrictionem.*
24 *In Liberationis materia stricta fieri debet interpretatio, vt id solum censeatur remissum, quod est expressum.*
25 *Verba liberationis, seu legati, tunc latè sunt interpretanda, quando sunt facta consanguineis.*
26 *Patris mens ad fauorem filij latissimè venit interpretanda.*
27 *Interpretatio legati, vel liberationis recipere debet interpre-*

terpretationem, à qualitate personæ, cui fuit facta liberatio, vel legatum relictum.

29 *Liberatio, quando fuit facta ex causa, non potest dici simplex liberatio, sed potius retinet vim permutationis.*

30 *Liberatio ne restringatur, facienda est interpretatio.*

31 *In Creditores statim, & ipso iure bona, & iura decocti transeunt.*

32 *In Creditorum iura, succedit ille, ad cuius fauorem creditores iura sua cesserunt.*

33 *Compensationes passim æquiparantur veræ solutioni respectu solutionis.*

DECISIO CCXLVII.

DVO in hac causa patebantur per D. Abbatem Ioannem Antonium Costam, Alterum scilicet, quod cambium scutor. 2115. quod fuit creatum à D. Petro Henriquex Errera sub eius proprio nomine, vno ex Socijs Rationis Bancariæ initæ de anno 1614. cum D. Octauio Costa Patre dicti Abbatis alterius ex socijs, esset sociale. Alterū verò, quod idem cambium esset cōprehensum sub generali, & ampla liberatione facta per eundē Octauiū ad fauorē Abbatis, qui prius contemplatione eiusdem Octauij renunciauerat iura suæ legitimæ. Duæ in hac eadem causa diuersis temporibus etiam emanarunt decisiones inter se de directo contrariæ, altera scilicet sub 6. Februarij 1643. coram R.P.D. meo Ghisilerio * in qua fuit resolutum dictum cambium scutorum 2115. licet creatum nomine proprio Petri esse tamen sociale & spectare ad rationem Bancariam, & per consequens fuisse comprehensum sub dicta liberatione. Altera verò emanauit sub prima Iulij præteriti coram me, * in qua fuit per DD. responsum idem cambium esse proprium Petri, nec esse comprehensum sub dicta liberatione. De ordine DD. fuit vtraque decisio sub hac die examinata, & per eosdem resolutum cambium esse proprium Petri, & in hac parte esse recedendum à prima parte decisionis coram R.P.D. meo Ghisilerio sub dict. die 6. Februarij, & standum in decisis coram me sub die 1. Iulij, Quo verò ad secundam partem tangentem dictam liberationem, responderunt ijdem Domini, Hæredes Octauij teneri liberare dictum Abbatem in supradicta summa scut. 2115. vigorem eiusdem generalis, & amplæ liberationis, & in hac secunda parte standum in primæ decisione, & per consequens à secunda coram me emanata recedendum.

1 Est controuersia inter DD. an quod † socius emit, sit commune, & cum socijs debeat communicari, vt refert *Card. Mant. de tacit. & ambig. lib. 6. tit. 16. n. 15. Corn. cons. 122. n. 6 lib. 2.* nec absit occasio dubitandi quin socius, quod acquirit

2 etiam † vti proprium teneatur communicare *l. si quis Societatem la piccola, ff. pro Soc. Bald. cons. 125. Quidem Ioannes in princ. lib. 5. Angelus de Perus. cons. 60. Morte dicti Filij n. 2. Anchar. cons. 302. n. 7. & seq. vers. venio ad secundum Alex. cons. 34. Visis dubijs in fin. vers. super alio verò lib. 1.*

3 Tamen in hac materia est † distinguendum. Quia aut societas est omnium bonorum, & tunc Socius quidquid acquiret, etiam nomine pro-

4 prio; tenetur † communicare, *l. si quis Societatem contraxerit, ff. pro Soc. Bald. in l. si vt proprius num. 6. vers. ista vera sunt, C. de re vend. Mant. de tacit. lib. 6. tit. 16. n. 21. Petr. de Vbald. de duob. fratrib. par. 5. n. 3. vers. 1. quero Alex. cons. 49. n. 12. & 15. lib. 1. Alciat. cons. 48. n. 16. lib. 9.* Aut societas est partis bono-

5 rum † prout vnius hæreditatis, vel certorum bonorum, vt in hoc casu cum à principio dicta Societas inter Octauium Costam, & Petrum Erreram fuerit tantum contracta super scutis 24. mil. quo casu Socius si aliquid acquirit ex communi

6 pecunia proprio nomine † non tenetur communicare, & est acquirentis, *§. Igitur liberi Institut. per quas personas nobis acquiritur, l. si quis societatis, ff. pro soc. Card. Zabarell. cons. 27. orta lite num. 5. vers. sed non obstantibus Alex. cons. 49. maturè ponderatis num. 11. vsque ad finem vers. quoad vltimum lib. 1. Rom. cons. 43. in princ. Barbat. cons. 22. scripsit lib. 1. Angel. cons. 85. in Themate in princ. Castr. cons. 350.*

7 *ex dic. n. 2. lib. 1.* etiamsi contractus † fuisset celebratus nomine societatis, & ex causa societatis. *Text. in l. sed & si pupillus, §. conditio num. 2. ff. de Instit. Paul. de Castr. in l. 1. §. non autem n 4. ff. de exercit. act. Bal. cons. 125. n. 2. vers. sed si fuisset probatum lib. 5. Anchar. cons. 332. n. 4. vers. similiter, & modificatio, & num. 6. vers. postremo præsupposito* vnde cum inter partes non controuertatur dictum Petrum vltra

8 capitale appositum † in dicta societate pro sua portione habuisse etiam alia scut. 20. mill. dum proprio nomine fuit stipulatus præsumitur etiam de proprijs pecunijs idem cambium contraxisse *l. & magis, §. 1. de solut. Bart. in l. titium, §. Altero n. 2. vers. 3. casu, ff. de adminiss. & peric. Tut. et Cur. et in l. 2. num. 2. C. pro soc. Alex. cons. 78 num. 4. lib. 2. Crauett. cons. 131. num. 12. Cephal. cons. 475. num. 11. lib. 4. Corn. cons. 122. num. 7. vol. 2. Rota dec. 244. num. 1. p. 6*

9 *diuers.* quo casu socius † præsumitur semper emere potius nomine proprio, quam sociali, *l. si ita stipulatus, § Chirographus, ff. de verborum oblig. l. Titium, et Meuium, §. profect. ff. de administ. Tut. Rot. dec. 183. n. 1. par. 7. diuers. Rom. pecuniaria 29. Ianuarij 1644. coram me*, maximè dum iste Petrus non contraxit istud cambium occultè, sed scien-

10 te eodem Octauio, vnde † dum egit nomine proprio, etiamsi fuisset contractum ex communi pecunia, non tenetur communicare *l. sed et si socius, §. si absente, et l. actione. §. diximus vsque ad §. renunciare, ff. pro soc. Rom. cons. 291. num. 10. vers. 3. hi contractus Alex. cons. 49. col. fin. vers. firmat hoc etiam lib. 1 et num. 11. vers. sed præmissis Anchar. cons. 31. num. 3. Bald. cons. 97. quidam Ioannes lib. 1. Ruin. cons. 216. num. 4. lib. 1. Ant. de Butr. cons. 71. circa med. vers. et si dicatur.* Vnde cum de existentia † dictæ

11 propriæ pecuniæ non dubitetur etiamsi non appareret ad cuius fauorem fuisset dictum cambiū contractum, dum proprium nomen fuit adhibi-

12 tum, dicitur de propria pecunia † contractum *l. cum duobus, §. item respondit fratres, ff. pro soc. l. cum proponas eod. tit. Rom. cons. 43. ad primum, et cons. 291. num. 6 Barbat. cons. 22. scripsit lib. 1 Dec. cons. 21. col. penult. et cons. 255. col. 2.* Et cum appareat d. cam-

13 bium extra naturam, † & causam societatis obuenire, non debebat Petrus cum Octauio illud communicare *Felin. in cap. cum ordinem n. 15. de rescript. l. cum in duobus, §. duo argentarij, et l. 3. §. de illo loquitur, ff. pro soc. Corn. cons. 122. n. 6. et 7. lib. 2.*

Quod

Quoad secundam partem circa liberationem
ab Octauio Patre ad fauarem Abbatis Filij fa-
ctam, cum continere videatur tantum debita
contracta ab eodem Abbate occasione dictæ So-
cietatis, vel quomodocumque ab eadem Socie-
tate prouenientia, ibi, *E per ciò à maggior cautela
d'hora per sempre l'assoluo, e libero dal pagamento di
esso, e da qualsiuoglia altra spesa da lui fatta, ò dena-
ri per esso pagati, e da tutte le molestie, spese, e dan-
ni, che in qualsiuoglia modo, ò pretesto potesse haue-
re da qualsiuoglia persona per causa, et occasione di
ragione bancaria*. Nec possit dubitari quin d.cam-
bium sit tantum Petri, non autem Societatis, vti-
que talis liberatio eidem Abbati non deberet suf-
fragari; quia liberatio facta de omni debito ra-
14 tione societatis, & † ex quacunqee ratione, vel
causa, aut titulo, intelligitur solum ratione so-
cietatis, vt in his proprijs terminis inquit, & fir-
mat *Bero cons.159.n.41.vol.2.Abb.cons.114.in que-
stione mouenda lib 2.Ruin.cons.140.num.3. lib.1*. Et
quamuis in eadem liberatione adsint clausulæ
15 generales, tamen referuntur, † & restringuntur
ad expresse specificata, & secundum ea, quæ
præcedunt sunt restringendæ, *l. non est nouum, ff.
de legibus l.hæres meus, §.1.deleg.1. Corn. cons. 172.
lib.2.Rot.in Romana Salarij, seù pecuniaria 27. Apri-
lis 1640.coram R.P.D.meo Carillo.*

Verum diligenti, & accurato studio perpensa,
& examinata eadem liberatione contraria vti ve-
rior, & probabilior amplexa fuit opinio. Est
enim præmittendum, quod quatenus huiusmodi
cambium non fuisset cognitum Octauio tamen
cum illius liberatio ad fauorem Abbatis fuerit
concepta verbis amplis, ibi, *E per qualsiuoglia
altra causa ancorche non expressa*, potuit etiam idem
16 cambium comprehendere, † cum talis liberatio
generalis extendatur ad incognita, & minimè
cogitata, *l.si de certa, C.de transact. vbi Bart.col.2.
vers.si vero loquimur Menoch.consil.496.num. 58*. Et
cum fuerit ab eodem Octauio etiam facta ad fa-
uorem Abbatis in recompensationem renuncia-
17 tionis, factæ suæ legitimæ, † quæ habet vim
transactionis in eadem etiam incogitata deduci
potuerunt *Soccin.sen.cons.103.col.penult.lib.3.Paris.
cons.150.num.11.lib.4.Granat.dec.66.num.62*. Et ita
cum dicta liberatio sit multum generalis, & am-
pla, & cum verbis prægnantibus facta, generali-
18 ter venit intelligenda, † dicta enim verba ope-
rantur, vt generalis liberatio, non restringatur
ad causas specificatas *DD.in cap. 1. de transact. et
per text.et DD.l.Emptor, §. Lucius, ff.de pact.l.Au-
relio, §.Caius num.4.ff.de libert.leg. Gabr. conclus. 4.
num.27.de reg.iur.Menoch.præfat.151.num.19.et seq.
lib 3.Alex.cons.11.num.12.et 15.lib. 2. et cons. 186.
num.1.lib.6.Crauett.cons.227.num.11.vers.7.facit, et
num.12.et 297.num.3.Rol.à Valle cons. 49. num. 42.
lib. 1. Ruin. cons. 25. num. 9. lib.1. Surd. dec. 217.
num. 9.*

Non obstat, quod in hac liberatione prius fue-
rit expressa certa causa, & deinde sequatur libe-
19 ratio, & per consequens restringatur ad causam
expressam, quamuis verbis generalissimis fuerit
concepta, vt in puncto *Galeott.cuntrou. iur. lib. 1.
controu.40.num.10.*

20 Quia id non procedit quando ante omnem ex-
pressionem certæ causæ processit liberatio gene-
ralis, vt benè distinguit *Valenz.cons. 21. num. 39.
et 98 lib.1.ex doctr.Bart.in l.Aurelius, §.Caius n. 9.
ff.de liber.leg.et in l.si de certa in antiqua lectura*, Ibi
semper restringitur ad petita vbi pactio præces-
sit, *C.de transact.* & ratio ea semper esse potest,
21 quia genus non restringitur per species postea
enumeratas, cum enumeratæ censeantur maio-
ris declarationis gratia, non autem restrictionis
*Cephal.cons.372.num.15.Surdus cons. 352. num. 14.
Greg.dec.257.n.9.et ibi Add.num. 12.* & hic est ca-
sus de quo agitur. Nam liberatio incipit gene-
raliter, ibi, *Gli lascio la liberatione, et assolutione
di tutto quello, che io, e l'infrascritto mio herede po-
tessimo pretendere da lui, etc.* & deinde sequitur ex-
pressio certarum causarum, ibi, *Tanto per la rele-
uatione d'indennità, ò cessione di ragioni, e per qualsi-
uoglia causa qui non expressa, etc.* ponderando præ-
sertim hæc posteriora verba, quæ generaliora,
& ampliora esse non possunt, & per consequens
cum talis liberatio sit simplex, & generalis, de
22 quocunque debito etiam non expresso non vide-
tur restringenda ad debita contracta occasione
tantum dictæ societatis, *l. pluribus, ff. de accept.
Bart.in l.emptor, §. Lucius, ff de pact.* & in his pro-
prijs terminis liberationis *Eugen.cons. 13. n. 11. et
seq.lib.1.Cephal.cons.36.n.13.et seqq.Valenz. d.cons.
21.num.36.et Corn.in suo cons.236.n. 7. vers. primo
circa ipsam legitimam* tractando de transactione
facta occasione legitimæ ob cuius renunciatio-
nem fuerat facta generalis, & ampla liberatio li-
cet in illo casu primo loco fuisset concessa libera-
tio occasione legitimæ, & postea fuisset etiam
concessa generalis tamen idem Corn. firmat talia
23 verba secundo prolata non esse restringenda tan-
tum ad legitimam, quia fuissent superflua si es-
sent restringenda, *l.si quando de leg. 1. et cap.si Papa
de priuil.in 6.*

Non obstat, quod in hac materia liberationis
24 siue legati stricta debeat fieri interpretatio, & id
solum videatur remissum, siue legatum, quod
maius est, vt inquit *Honded.cons.57.n.23.vol.2.*

Quia hoc non solum non procedit in libera-
25 tione facta Consanguineo siue in legato eodem
relicto, cum ad illius fauorem huiusmodi libe-
rationes, & quietationes latè debeat interpretari
*Text.in l.si Seruus plurium, §.vlt.ff de leg.1.l. Aure-
lius, §.Titius, vbi Bart.ff.de liber.leg. Grat. discept.
forens.cap.136.n.49.Mant.de coniect.vlt.vol.lib.0.tit.
11.n.23.vers.tamen adhuc.Riminald cons. 501. nu.38.
lib.5.Crauett.cons.297.n.1.versic.nam etiam faciendo
Surd.cons.72.n.16.Menoch.cons.1126. n. 47. Gozad.
26 cons.42.n.12.* & eo † minus id procedit in filio, ad
cuius fauorem mens Patris latissimè interpretan-
da, & intelligenda venit *l. Aurelius, §. Titius de
liberat.legat.Bart.in l.Aurelio, §. Caius vers. quæro,
ff.eod.tit.Cephal.cons.244.num.24.lib.1.Menoch.cons.
140.n.11.& cons.282.n.29.Dec.cons.601. nu. 6. Ri-
min.cons 492.n.32.lib.1.Crauett.cons.297.col.2.ver-
sic.in qua re*. Quia ratio sanguinis inducit præ-
27 sumptionem † & coniecturam, vt talis libera-
tio amplietur *text.in l.alienata. vbi Bart.in fin.ff.de
alim.& cib.leg.l.Aurelius, §.Titius, ff.delib.leg.Paris.
cons.80.n.44.vol.2.Crauett.cons.297.num.1.vers.sed
præmissis non obstantibus Rol.à Valle cons.16.num.38.
vol.3.Mantic.de coniect.vlt.vol.lib.6.tit.11. num. 23.
versic.sed ratio sanguinis*, & interpretatio similis li-
bera-

berationis siue legati recipitur à qualitate personæ cui talis iiberatio fuit facta *l. si seruus plurium, §. vlt. ff. de leg. 1. Ias. in l. si domus num. 6. vers. item ex qualitate eod. tit. Gabr. cons. 98. col. 1. lib. 1. Menoch. cons. 329. n. 13.* quod eo magis procedit hoc casu, quia Octauius illam non fecit Abbati vti dicebam, vti socio, sed vti filio, quia iura suæ legitimæ eidem patri renunciauit, & per consequens
29 non potest dici simplex liberatio, sed potius retinet vim cuiusdam permutationis vti facta ex causa onerosa *Text. in l. sed, & si, §. consuluit, ff. de perit. hæred. l. quia de mutua in fine cum seq. ff. mandat. Feder. de Sen. cons. 250. num. 2. versic. præterea num. 3. Fulgos. cons. 89. in quæstione Ioannis in fine.* Et dato etiam, quod cognitio huius liberationis esset dubia est tamen amplissime interpretanda, cum talis ampliatio faueat liberationi, & semper fit
30 interpretatio, vt liberatio non restringatur *l. Arrianus, ff. de act. & oblig. & l. fauorabiliores, ff. de reg. iur. Bald. in l. ne casu, C. de discurs. lib. 10. Menoch. cons. 1207. num. 5. Mandell. cons. 289. nu. 32. lib. 2. Paris. cons. 92. num. 41. vol. 1. Surd. cons. 352. n. 15.*

Vnde cum ex supradictis firmatis tam in prima, quam in secunda parte decisionis appareat, d. cambium licet Petri, esse tamen comprehensum sub generali, & ampla liberatione facta ab Octauio ad fauorem Abbatis negari potest quin rupta societate huiusmodi creditum transiuerit
31 in Creditores in † quos statim transeunt ipso iure bona, & iura Decocti cuius sunt singulares successores *l. item si vnus, ff. de recep. arbitr. & l. is, qui bonis, ff. de cess. bonorum Gratian. discept. forens. cap. 391. n. 44. Rom. Pecuniaria 3. Decembris 1595. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio relata per Pacific. de Saluiano in ordine 43. num. 2. & decis. 8. num. 8. coram Buratto.* Et cum isti Creditores cesserint ad fauorem Octauij omnia iura sua, idem Octauius
32 mediante tali cessione † successit in omne ius illorum, *l. emptor vbi Bald. C. de hæred. vel. act. Surd. decis. 308. num. 1. & post Cenc. de Censib. dec. 183. n. 4.* Vnde fateri debet, eundem Octauium vti cessionarium potuisse illud creditum Petri exigere vti hypothecarum creditoribus, & ab eisdem eidem Octauio cessum, sicuti ijdem Creditores exigere potuissent. Quare cum talis liberatio appareat facta occasione renunciationis legitimæ Abbati debitæ meritò in eadem liberatione debet comprehendi huiusmodi debitum, quod debet solui per hæredes Octauij, cui per talem renunciationem videtur voluisse quicquid idem Abbas erat obligatus occasione dicti Cambij erga eumdem Petrum, & per consequens D. Aloysię pulsanti Abbatem pro solutione dicti crediti pro supplemento suæ dotis obstat exceptio compensationis
33 initæ inter Octauium, & Abbatem ob d. renunciationem legitimæ, † quæ compensatio passim æquiparatur veræ solutioni respectu liberationis *l. si debitor, ff. qui po. in pign. Tiraquell. de retract. Tus. ang. §. 3. glos. 3. num. 2. Surd de alim. titul. 8. priuil. 53. num. 1. Gratian. discept. forens. cap. 728. n. 9. Rota Ianuen. dec. 26. n. 32 & dec. 104 n. 3. & dec. 342. n. 1. & ibi add. n. 6. coram Papa Gregor. XV.* & dicti hæredes Octauij tenentur vigore d. liberationis Abbatem liberare à quocunque debito quomodocumque contracto.

Et vtraque parte informante placuit Dominis resolutionem hanc amplecti circa supradictas decisiones in hac causa emanatas inter se pugnantes.

Decisio ista emanata sub die 6. Februarij 1643. coram Reuerendissimo D. Terracinen. est supra in hac part. decis. 148.

Altera verò emanata sub die 1. Iulij eodem anno 1643 coram Reuerendissimo Papien. est pariter supra decis. 226.

DECISIO CCXLVIII.

R. P. D. BICHIO.

Romana Vineæ.

Veneris 19. Februarij. 1644.

Est impressa inter Bichio in Tom. 1. Decis. 161.

DECISIO CCXLIX.

R. P. D. BICHIO

Calaritana Cappellæ.

Mercurij 19. Februarij 1644.

Est Impressa inter Bichio in Tom. 1. Decis. 162.

R. P. D. CERRO.

SACRÆ ROTÆ DECANO.

Cæsaraugustana Parochialis de Maella.

Mercurij 24. Februarij 1644.

ARGVMENTVM.

Quomodo, & quando agitari debeat processus per audientiam contradictarum contra eum, qui in principio causæ fuit personaliter citatus præsens discurrit decisio, vbi etiam de habente recursu ad iudices laicos, vel alias se citari impedientes, quod scilicet habeantur prò legitimè citatis.

SVMMARIVM.

1 *Citatus personaliter in principio causæ si est contumax potest contra illum procedi per contradictas.*
2 *Citationes per contradictas, quæ contra personaliter citatum fiunt, dicuntur potius fieri ex vrbanitate, quam ex necessitate.*
3 *Citatio noua requiritur vbi noua adest commisso, nec sufficiens reputatur citatio facta vigore primæ commissionis.*
4 *Citatio, quæ fit in beneficialibus in principio causæ dicitur comprahendere omne ius, quod citanti competebat.*
5 *Commisso noua tunc diuersificat iudicium quando est independens à prima, vel prima fuit nulla alias secus.*
6 *Citatus personaliter in principio causæ debet venire vel mittere procuratorem ad Curiam sufficienter instructum ad ea omnia, quæ contra eum possent prætendi.*
7 *Processus per contradictas facilius admittitur si pars cita-*

citata comparuit, & postea ab Vrbe recessit nullo dimisso procuratore.

8 *Citatio facta domi, & per affixionem ad Valuas sufficit contra eum, qui latitat, & personaliter haberi non potest.*

9 *Notario creditur sinè testibus, vbi ita de stylo seruatur.*

10 *Citatus ille dicitur, & quidem legitimè, si se citari impediuit.*

11 *Recurrens ad iudices laicos, vt sic se citari impediat habetur pro citato.*

DECISIO CCL.

VAcante de mense Maij 1638. Ecclesia Parochiali Oppid. de Maella Cæsaraugustanæ Diœcesis Marchio, & Marchionissa de Torres Domini temporales dicti loci prætendentes se Patronos præsentarunt Augustinum Pedro, qui successiuè mediantibus recursibus habitis ad Consilia Regia per dd. DD. temporales, institutionem extorsit ab Ordinario, & possessionem apprehendit, quam adhuc retinet.

Sed quia vacatio contigerat in mense Maij, qui est perpetuo reseruatus Sedi Apostolicæ; fuit de eadem Parochiali prouisum Fr. Hyacintho de Alos Ordinis S. Ioan. Hierosolymitani, qui ad partes expediuit subrogationẽ gratiosam ad ius, & possessionem Dominici Fortes vltimi possessoris, & coram bon. mem. Coccino tunc Rotæ Decano Exequutore specialiter deputato in litteris Apostolicis petijt immissionem citatis Augustino, & Marchionissa, vt ex citatione data in *Summar. num. 1.* qua in actis reproducta, & longo tempore vtroque iustorum expectato ob contumaciam fuit contra vtrumque decretus processus per audientiam contradictarum, & Fr. Hyacinthus obtinuit sententiam diffinitiuam super exequutione litterarum gratiosæ subrogationis, & subinde mandatum de immittendo.

Appellauit Augustinus, & Signatura Iustitię rescripsit in Rota Eminentissimo DD. Cardinal. Panzirolo tunc Auditori cum clausula non retardata exequutione litterarum Apostolicarum arbitrio, & disputato dubio An intraret arbitrium, Rota sub die 3. Iunij 1641. * negatiuè respondit; & crescente Augustini contumacia fuit successiue deuentum contra ipsum ad inuocationem brachij secularis, vnde Augustinus recessit à Curia nullo dimisso Procuratore, & adhuc insordescens in censuris per annum, & vltra, Sacramenta, & cætera ad curam Animarum pertinentia per Vicarium administrat.

Ideo ad occurrendum his malis fuit pro parte Fratris Hyacinthi adita Signatura Gratiæ, & à Sanctissimo impetratum rescriptum vt procederetur appellatione remota, & istius vigore contra vtrumque expedita citatio cum inhibitione, quæ contra intrusum fuit benè exequuta, nempè per affixionem ad valuas Ecclesiæ Parochialis, & dimissa copia domi Rectoris, contra vero Marchionissam non potuit exequi, quia ipsa sciens se fore citan. pro impedienda huiusmodi citationis exequutione adiuit Consilium Regium, & per istius Ministros curauit subtrahi à Notario commissionem originalem, vt patet ex attestatione Officialis maioris Consilij facta sub die 22. Augusti 1643 *Summar. num. 3.* & cum iterum pro parte Hyacinthi instaretur ab alio Notario personaliter præsentari copiam authenticam eiusdem commissionis, secundò adiuit præfatum Regium Consilium, & curauit hanc quoque copiam subtrahi, vt in relatione Notarij, & Ministri Regij *num. 4.* ex quibus licet sufficeret citatio sic exequuta ad effectũ decernendi contra vtrumque processum per audientiam contradictarum; placuit tamen Dominis propter grauitatem causæ de hoc specialiter dubitare, & me proponente vti subrogato in locum Eminentissimi D. Cardinalis Panziroli fuit affirmatiuè responsum, quia cum tam Marchionissa, quam Augustinus in principio causæ fuerint per-
1 sonaliter citati, † potest contra illos ob contumaciam in comparendo procedi per contradictas, vt de stylo testatur *Vestr. in praxi lib. 1. cap. 5. sub nu. 4. vers. si quis legitimè citatus, Rot. apud Put. decis. 371. circa fin. lib. 2. in correct. Gregor. decis. 430. num. 1. ibique Adden. numer. 5. Reuerendiss. Vrgellen. decis. 94. num. 3.* Immo quando citatus personaliter non
2 comparendo fit contumax, † reliquæ citationes per contradictas fiunt potius ex vrbanitate Palatij quam ex necessitate *Rot. coram Put. vbi supra in fin. Gregor. pariter vbi supra num. 6* vbi quod posset procedi etiam absque alia citatione.

Nec releuat quod cum citatio fuerit exequuta in iudicio possessorio quod agebatur vigore subrogationis gratiosæ, suffragari non possit in hoc iudicio diuerso, quod agitur in petitorio vigore prouisionis Apostolicæ, & in quo adest noua com-
3 missio, † quæ operatur, vt sit opus noua citatione, nec sufficiat semel facta vigore primæ commissionis *Achill. decis. 13. de dolo, & contumac. bon. mem. Coccin. decis. 6. num. 1.*

Quia cum in citatione nedum fuerit insertus tenor subrogationis gratiosæ, sed etiam prouisionis Apostolicæ, & facta fuerit super omnibus in dd. litteris contentis benè suffragatur præsertim
4 in beneficialibus, † vbi per citationem omne ius censetur ab initio deductum, *cap. statuimus de elect. in 6. Ægyd. decis. 66.* quem sequuta fuit *Rota in Calaguritana beneficiorum de Aruel 9. Aprilis 1613. coram bon. mem. Sacrato impressa apud Marchesi. de commiss. tom. 2 fol. 478. coram Coccino decis. 443. num. 2. & in Maioricen. Parochialis 1. Iulij 1643. coram R. P. D. Carillo.*

Noua verò commissio tunc diuersificat iudi-
5 cium, quando est independens à prima, † vel prima fuit nulla, in quibus terminis loquuntur decisiones Achill. & bon. mem. Coccin. ac quotquot possunt ad propositum allegari, secus vero quando à prima dependet, tunc enim iudicium remanet idem, nec opus est noua citatione, cum citatus à principio debuerit venire, vel mittere Procura-
6 torem † ad Curiam sufficienter instructum ad omnia, quæ possint occurrere, vel contra eum impetrari in causa, *Rot. decis. 15. de rescript. in nouis, & in Romana Vineæ de Fabris 24. Maij 1612. coram bon. mem. Litta impress. apud Marchesan. tom. 2. fol. 239. num. 2.* cum alijs allegatis *in Meleuitana hæreditatis 26. Ianuarij 1637. coram Eminentiss. D. meo Cardin. Panzirolo,* vbi in specie agebatur de causa cœpta coram vno Auditore, & continuata coram subrogato, vt in casu nostro.

Et

Et hoc sine difficultate dixerunt DD. procedere in hoc casu, Tum quia vltrà dictam citationem personaliter ab initio exequutam Augustinus re-
7 cessit à Curia nullo dimisso Procuratore, quo † casu facilius admittitur processus per contradictas *Vestr. vbi supra sub d. num. 4. vers. si quis semel comparuerit, Rot. apud Gregor. decis. 110. vbi Adden. num. 7.* plures cumulat; Tum quia fuit citatus domi dimissa copia; & per affixionem ad Ianuas Ecclesiæ Parochialis, quam occupat, ex quo factis diligen-
8 tijs nusquam fuit repertus, quod † pariter sufficit contra eum qui latitat, & personaliter haberi non potest, iuxta *text. in clem. causam de elect. glos. final. in clem. vnica, vbi Cardin. num. 23. de renunc. Paris. de resignat. lib. 9. quæst. 26. num. 11. Rot. in recent. dec. 130. num. 29. cum sequen. par. 6. & in Ianuen. separationis thori 16. Februarij 1632. coram bon. mem. Coccino, §. sed huic fundam.*

Marchionissa vero semel, atque iterum per recursum habitum ad Consilia, & substractionem commissionis impediuit, nec citari posset, vt con-
9 stat ex attestatione Notarij, cui de stylo illarum partium creditur sine testibus, vt admisit *Rota coram bon. mem. Coccino decis. 404. num. 5. & decis. 146. num. 3. & 4. coram bon. mem. Buratto.* Vnde in odium
10 impedientis † habetur pro legitime citata *cap. quoniam frequenter, §. porro, vt lit. non contest. glos. in c. si Capitulo, vbi Ancharan. num. 2. vers. quæro, post glos. de concess. præbend. in 6. Gonzal. ad regul. 8. §. 3. proœm. num. 41. Cresc. decis. 18. num. 5. de sent. & re iud. Add. ad decis. Gregor. 584. num. 6. vers. prout regulariter, Rota in Corduben. Archidiaconatus apud Marches. fol 89. num. 1. par. 3. & in Hispalen. Legitimitatis post 2. volum. consil. Farinac. in ordine decis. 348. num. 3.* & in
11 specie recurrentis ad Consilia, † & sic impedientis se citari, dixit *Rota coram Cardin. Seraph. decis. 1094. num. 1. 2. & 3.* Itaut si postea legitimè non comparuerit, valeat processus per audientiam contradictarum.

Idque tanto magis, quia hodie fuit delatum ad Curiam Instrumentum authenticum citationis, & intimationis personaliter exequutæ contra modernam Marchionissam dominam temporalem d. loci prætensam patronam; & sic cessat omnis difficultas.

Et ita informante solum Fratre Hyacintho.

Decisio ista emanata coram bon. memor. Cardin. Panzirolo in hac eadem causa sub die 3. Iunij 1641. erit infra in Appendice.

DECISIO CCLI.

R. P. D. BICHIO.

Leodien. Attentatorum.

Mercurij 24. Februarij 1644.

Est impressa inter Bichio in Tom. 1. Decis. 163.

R. P. D. CARRILLO.

Postea Præside VALLISOLETANO.

Vlisbonen. nullitatis Professionis.

Veneris 24. Februarij 1644.

Par. IX. Recent.

ARGVMENTVM.

Remissoria quæmuis semel fuerit concessa nihilominus est locus secundæ vbi articuli sunt magis distinctè, & specificè concepti, quod eo fortius procedit si illa ab actore petatur, & causa reperiatur commissa cum clausula, appellatione remota.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria denegari non debet vbi materia articulata est releuans, & sufficiens pro victoria causæ.*

2 *Causæ reputatur prophana eo ipso, quod non agitur super titulo beneficijs.*

Remissoria in prophanis indistinctè conceditur absque alio fumo data releuantia articulorum. num. 2.

Releuantia vnius articuli suffragatur in prophanis ad obtinendam remissoriam super omnibus. num. 2.

3 *Articuli dicuntur releuantes quoquo modo faciant ad causam siue directè, siue indirectè, & quamuis egeant adminiculis, ac leuem faciant præsumptionem.*

4 *Remissoria, quamuis dubium sit an materia articulata faciat ad causam semper conceditur ne interim quod de illius releuantia disputatur probationes pereant.*

5 *Remissoria semel data, non debet amplius super eadem materia concedi.*

6 *Remissoria secunda denegari non debet etiam super eadem materia, quoties articuli, ne dum in corticè verborum, sub etiam in substantia sunt magis specificè concepti.*

7 *Testium publicatio non obstat secundo examini super articulis nouis, & magis specificis,*

8 *Probatio vnius non excludit probationem alterius.*

Amplia conclusionem procedere etiam in terminis concedendæ remissoriæ num. 9.

10 *Testium effrenatus numerus cohibendus quidem est super eisdem articulis, sed non impedit nouæ remissoriæ concessionem, & num. 11.*

11 *Remissoria secunda venit ex causa concedenda.*

12 *Remissoria semper concedi solet vbi præsumptio calumniæ ex iuxta remouetur causa.*

13 *Remissoriæ adinuentæ potius ad euertenda fundamenta decisionum, ac protrahendam causæ expeditionem, quam ad veritatem probandam locus esse non debet.*

14 *Ignorantia iuris, & sic Concilij Trid. præsumitur in fœminis.*

15 *Suspicio protrahendi in longum causæ expeditionem in petente remissoriam cessat vbi ille actor, & bona per aduersarius possidentur.*

16 *Suspicio calumniæ vbi in remissoriam Petente non adest parum refert quod articuli tendant ad euertenda fundamenta decisionum.*

17 *Remissoria facilius conceditur vbi causa reperitur commissa cum clausula*, appellatione remota,

DECISIO CCLII.

IN propositione huius causæ, habita sub die 16. Iunij 1642. * Domini recedendo à præcedenti decisione, emissa sub die 17. Maij 1641.* in qua dictum fuerat constare de valida professione Franciscæ, firmarunt eadem Franciscam

per vim, & metum professionem emisisse, & ratificationem in præcedenti decisione desumptam ex illis verbis ab ea prosais coram Vicario, & Notario, testibus, ibi *quamuis Monialis non esset hodie Monialis esse volebat*, non suffragari, quia in ea non interuenerat nouus consensus Monialium, prout requiri dicebatur, quando Moniales sciebant nullitatem professionis vsque ab initio, sed reproposita deinde causa super eisdem sub die 11. Maij 1643. recesserunt ab vltimo loco decisis, ea præcipue moti ratione, quia nullibi constabat de tali scientia Monialium, saltem de tempore, quo ipsæ capitulariter præstiterunt consensum super receptione dictę Franciscæ ad profitendum, prout constare debet ad hunc effectũ ex allegatis in decisione sub dicta die extẽsa.

Hinc sumpta occasione Agentes pro D. Francisca, prætendentes de tali, & specifica scientia nullitatis professionis in Moniales constare, & quidem capitulariter tam antequam eadem Francisca reciperetur ad profitendum quam in ipso actu, & post exhibitis in actis articulis ad hoc probandum disputare obtinuerunt An sit danda remissoria, & affirmatiuè fuit responsum, quia attentata opinione, quam Rota sequuta fuit sub die 16. Iunij. 1642.* idest, quod data scientia nullitatis professionis ab initio in Moniales ratificatio subsequens nullius sit momenti, sit nouo earundem Monialium consensu si modo huiusmodi specifica scientia probetur sicuti articulatur, certum est, quod Francisca reportabit causæ victoriam, quando autem materia articulata est releuens, & sufficiens pro vi-
1 ctoria causæ, † non debet denegari remissoria, vt dixit Rota pluries, vt videre est apud *Greg. XV. in decis 191. & 124. & 403. & 405 & 523. vbique sub num. 1. & inter recent. decis. 125. sub. nu. 18. & decis. 315. num. 6. par. 5.* & cum simus in materia prophana prout quælibet reputatur, dum non
2 agitur super titulo beneficij, † data releuantia conceditur indistinctè remissoria, absque alio fumo *Rota coram Greg. XV. in d. dec. 403. per tot.* vbi quod sufficit vnus articuli releuantia ad hoc vt remissoria concedatur super omnibus.

Et quamuis vnus ex Dominis replicauerit, quod sub die 11. Maij * 1643. Domini non fuerunt concordes in dicta opinione, quod scilicet hoc casu in ratificatione requireretur nouus cõsensus Monialium, & propterea ad effectum videndi de releuantia materiæ articulatæ, debeat prius firmari, an scientia nullitatis professionis, vsque ab initio annullet eamdem professionem, itaut non potuerit ex post facto, abque nouo Monasterij consensu ratificari, cum dato casu, quod possit ratificari absque dicto nouo consensu, nihil releuat, quod Moniales sciuerit metum nec ne.

Attamen dicta replicatione non obstant, adhuc alijs Dominis visum fuit pro concessione remissoriæ respondere, tum quia ab eis habitus fuit pro releuanti etiam ille articulus, qui tendit ad probandum Franciscam illa verba, *quamuis Monialis non esset bodie Monialis esse volebat* protulisse, non diuino afilante Spiritu animoque sedato, & deliberato, sed per vim, & metum potius ad se eximendum à continuis vexationibus, quibus torquebatur, per hanc litem, quàm pro ratificanda professione vsque tunc, ac imposterum semper impugnata, nam hoc probato ratificatio nullius erit momenti, quia sicuti professio meticulosa est nulla, ita quoque nulle erit ratificatio per vim, & metum extorta ex identitate rationis.

Tum quia certum est, quod ab illa opinione, requirente nouum consensuum Monialium, nondum fuit recessum, immo vltima decisio, totum fundamentum facit super defectu scientiæ nullitatis in Moniales præcisè de tempore receptionis Franciscæ ad profitendum, & ideo existimatum fuit materiam articulatam de præsenti esse rele-
3 uantẽ pro concessione remissoriæ, † cum ad hunc effectum sufficiat articulos aliquo modo directè, vel indirectè facere ad causam, & qualitercumque adminiculari, etiam leui præsumptione, *vt ex doctor. Bald. in cap. licet. causam 33. vers. dicitur tamen, de probat.* dixit *Rota in decis. 232. nu. 2. coram Caual.* & in dubio pro remissoria est respondendum *Rota apud bo. mem. Coccin. decis. 20. num. 4. & in decis. 656. num. 5. apud bon. mem. Buratt.* nec visum fuit prius diceptare super veritate dictæ opinionis, quia disceptationes maximè controuersæ in hoc Tribunali, solent protrahi in longum, & isto medio tempore possent decedere testes de hac materia informati, & exinde oriri
4 Franciscæ damnum irreparabile, † pro quo euitando danda est remissoria, vt considerauit *Rota in decis. 523. numer. 3. coram Gregor. XV.*

Non obstat, quod aliàs quando fuit concessa remissoria Franciscæ ad probandum professionem fuisse nullam, vti per vim, & metum emissam, articulata quoque fuerit hæc scientia nullitatis in Moniales, & tamen non fuerit sufficien-
5 ter probata, † ideoque non debeat super eadem materia concedi altera remissoria, vt post *Innoc. Io. Andr. & Abb. in cap. fraternitatis. num. 8. vers. sed breuiter concludo, de testibus* & alios tradit *Rota in decis. 497. num. 3. coram. Greg. XV.* quia tunc scientia fuit articulata in genere, non autem præcisè de tempore receptionis, prout requiritur, vnde sequitur, quod remissoria denegari non possit sub prætextu remissoriæ aliàs cõ-
6 cessæ, siquidem datur secunda quando † articuli, prout hic, nedum in cortice verborum, sed etiam in substãtia sunt magis specificè concepti, *Caualer. decis. 969. num. 2. Coccin. decis. 23. num. 2. Gregor. decis. XV. decis. 191. num. 3. Rot. dec. 266. num. 13. par. 6. recent.* & fuit dictum in *Camerinen. Pensionis 4. Maij. 1640. coram R. P. D. meo Bichio.*

Quod procedit etiam si dicta testium didicita fuerint, & aliud exaduerso articulatum, & pro-
7 batum, † quia publicatio testium non obstat secundo examini super articulis nouis, & magis specificis vt tradit *Bart. in authen. atqui semel. nu. 24. C. de probat Imol. in d. cap. fraternitatis num. 9. vers. nouum autem*, latè *Soccin. num. 21. in septimo principali articulo, de testib. Buratt. decis. 924 nu. 4.*
8 & vnius partis probatio † probationem alterius non excludit, *Aegid. dec. 565. num. 1. Rota decis. 785. num. 5. part. 1. diuers. & decis. 677. num. 5. par. 1. recent.* quæ regula habet locum etiam in
9 terminis† concedendæ remissoriæ, vt fuit dictum in *Calaguritana Processionum 30. Aprilis 1629. coram*

ram bo.me.Card.Virili.& decis.70.nu.9.par.6.recent.

Prout non aduersatur effrenatus numerus te-
10 stium hinc inde examinatorum, † quia ille cohibendus quidem est super eisdem articulis, in quibus terminis loquitur *text.in cap. cum causam. 38.vers.volentes, de testib. cum alijs allegat.* sed non inde sequitur quod debeat denegari examen super nouis articulis, aut magis specificatis nam
11 † tunc non incongruit plura examina fieri, datur enim ex causa secunda remissoria. *Seuer. de remissor.cap.6. num. 2. Boccac. eodem tractat.cap.3.nu. 27. Rota coram Gregor. XV. decis.367. n.2. & inter recentior.decis. 235. num.4. part.5.*

Minus obstat, quod lis diu durauerit, quo casu ob suspicionem calumniæ soleat remissoriam denegari, quia expressa ratificatio professionis deducta non fuit, nisi de anno 1640. & defectus scientię capitularis, fuit allegatus de anno præterito 1643. vnde cessat calumnia, & oritur
12 iusta executionis causa† qua stante semper concedi consueuit remissoria ex mox allegatis, & sequitur *Rota in dicta decis. 824. num.6. coram Buratto.*

Denique non facit, quod materia articulata sit inuerisimilis cum Moniales si sciuissent nullitatem professionis consensum non præstitissent, contra dispositionem *Sac. Concil.Trident. sess.25. de regular.num. 18.* adeo quod cum adinuenta sit potius ad euitanda fundamenta decisionum, &
13 ad protrahendum causæ expeditionem, † quàm ad veritatem probandam, non sit locus remissoriæ, vt fuit dictum in *Corduben.Decimarum 5. Iunij 1638.coram me.*

Quoniam obiectum inuerisimilitudinis cessat ex eo, quod in fœminis ratione sexus præsumi-
14 tur ignorantia Concilii Tridentini, vt de ignorantiæ iuris, *ex. l. regula §. 1. ff. de iur. & fact. ignor. ex Menoch præsumpt.23. nu. 17. & 19. lib. 6.* & ex aliis respondit *Rot.decis. 82.num. 12.coram Buratto*, & suspicio procuratæ dilationis exclu-
15 ditur ex eo, quod Francisca est actris † & bona possidentur ab aduersarijs, vt dixit *Rot. in decis. 816.in fin. coram Buratto*, quando autem non adest suspicio calumniæ,, & quidem vehemens
16 † parum refert, quod articuli tendant ad euertenda fundamenta decisionum, immo exinde probatur eorum releuantia, vt respondit *Rot. in decis. 338. num. 2. coram Coccino.*

Quibus accedit, quod causa reperitur com-
17 missa, cum clausula appellatione remota, † quocasu eo facilius Rota inclinat pro concessione remissoriæ, vt videre est penes *Gregor. XV. decis. 562. num. 5. ibiq. Adden. num.7. & penes Coccin. decis. 122.num.3.& inter recent. decis. 36. num. 1. part. 4. recent.* & fuit dictum in *hac causa sub die 29.Ianuarij.1638.coram me.*

Et ita vtraque parte informante fuit resolutũ.

Decisio ista emanata sub die 16. Iunij 1642. coram eodem Carrillo est supra decisio. 94

Ista sub die 17.Maij 1641.coram eodem, est penes Dianam par.6. resolut.Moral.. fol. 192.

Hæc sub die 11.Maij.1643. erit in Appendice.

Alias decisiones in hac causa emanatas congesti supra ad decis. 2.par.8.recent.

DECISIO CCLIII.

R. P. D. BICHII

Lodien Beneficij.

Mercurij 24. Februarij 1644.

Est impressa inter Bichio in Tom.Decis.164.

R. P. D. CARRILLO.

Postea Præside VALLISOLETANO.

Tulen.Prioratus.

Veneris 27. Februarij 1644.

ARGVMENTVM.

Gratia Pontificis, quæ suas habet iustificationes est necessario executioni demandanda, quomodò autem illa iustificetur in decisione videas Beneficium alicui per Pontificem in perpetuam commendam concessum mortuo commendatario vacare dicitur donec per eumdem Pontificem prouideatur in titulum, nec interim inferior potest se vllatenus intromittere in illius prouisione.

SVMMARIVM.

1 *Confessio emanata in prouisione Apostolica plenè probat contra confitentem absque alia iustificatione.*
2 *Narratiua facta in litteris quod beneficiũ non excedit ducatos 250. non contrariatur per aliam narratiuam quod non excedit ducatos 24.*
3 *Valoris beneficij non excessus sufficit quod in aliqua parte etiam modica verificetur.*
4 *Gratia vere probatur per litteras Apostolicas.*
5 *Litteræ Ordinarij plene probant Presbyteratum.*
6 *Gratia iustificata debet executioni demandari.*
7 *Gratia tempore posterior suffragari non potest.*
8 *Clausula*, dummodò tempore data præsentium non fuerit alteri ius quæsitum, *præseruat iura anterioris prouisi.*
9 *Gratia concessa cum clausula*, dummodò tempore datæ præsentium non fuerit alteri ius quæsitum, *constito quod alter legitimum habeat ius, resoluitur ac si non fuisset concessa.*
10 *Collatio beneficij in perpetuum commendati spectat ad Papam, itaut amplius inferior in illius prouisione se intromittere nequeat.*

DECISIO CCLIV.

Censuerunt Domini gratiam Petri esse iustificatam; quia omnia per ipsum narrata leguntur verificata in eius Summario.

Primo enim ipse narrauit, quod Franciscus eius Antecessor Prioratum, de quo agitur in Commendam ad sui vitam ex concessione Apostolica obtinebat, & commenda per eius obitum cessauerit, & quod idem Prioratus conuentu careat, & non excedat in redditu ducatus 250 auri, & hæc omnia fatetur etiam Marcus aduersarius in narratiua suæ prouisionis d. Sum. *num. 2.* quæ
1 quidem confessio † plenè probat contra confitentem absque alia iustificatione, vt in hac facti specie

specie dixit *Rota in decis. 190. par. 1. coram Caputaq. & in decis. 33. num. 1. coram Caualerio, & in dec. 145. num. 1. coram Coccino, & in decis. 715. n. 3. par. 1. & decis. 309. num. 1. par. 2. & decis. 236. nu. 2. par. 7. recent.*

Nec releuat, quòd in gratia Marci narretur quo Prioratus non excedit ducatos 24. in gratia vero Petri quod non excedat 250. nam exinde clarior redditur iustificatio ad fauorem Petri
2 quia si non excedit 24. † eo minus excedet 250. vt in terminis respodit *Rota in d. decis. 145. num. 1. vers. nec facit coram Coccino, & in decis. 164. num. 2. coram eodem, & decis. 931. pariter sub. num. 1. coram Buratto, & in recent. decis. 101. num. 7. par. 1.* & sufficit,
3 quod non excessus verificetur † in aliqua parte etiam modica, vt aduertit *Lotther. de re benef. lib. 1. quæst. 38. num. 53. Mantic. decis. 138. n. 2.*

Secundo Petrus narrauit, quod cura animarum exerceatur per Vicarium perpetuum, & quod idem Prioratus erat grauatus duabus pensionibus summam ducatorum, seu scutorum auri 160. in totum constituentibus, & vtrumque iustificatur ex litteris Apostolicis respectiuè
4 datis dicto Sum. *num. 3.* & 4. † qui est verus modus probandi gratias Apostolicas, vt fuit dictum in *Nullius Parochialis Castri Durantis 16. Iunii. 1624. coram bo. mem. Remboldo, & Bisignanen. Archiptesbyteratus 25. Iunii 1629. coram bon. mem. Pirouano,* & notat *Adden. ad Greg. XV. in decis. 471. numer. 12.*

Tertio, & denique narrauit se esse Presbyterum, & hoc probatur ex litteris patentibus Ordinarij d. *Summ. num. 5.* in quibus apparet eum ad ordinem Sacerdotalem fuisse promotum, huius
5 modi enim Ordinarij litteris † in hac materia plena fides adhibetur *Felin. in cap. post cessionem n. 3. & 15. de probat. Rota decis. 164. n. 1. coram Coccino, & decis. 101. num. 1. par. 1. recent.* & alibi sæpè.

Cum igitur ex prædictis appareat de omnimo
6 da iustificatione gratiæ, iure † merito illa debet exequutioni demandari iuxta *Textum in cap. si Capitulo, ibique gl. in verb. exequatur de concession. præben. in 6. Rota decis. 506. num. 1. & decis. 628. num. 1. par. 4. & decis. 228. num. 1. par 7. recent.*

Nec obstat prouisio Apostolica per Marcum
7 aduersarium obtenta; † tum quia est posterior in data *cap. Capitulum S. Crucis* cum ibi notatis per Scribentes, *& cap. tibi qui gratiam de rescript. in 6. Roman. cons. 298. num. 2.* Tum quia habet in
8 ventre clausulam, † *dummodo tempore datæ præsentium non fuerit alteri ius quæsitum &c.* per quam præseruantur iura anterioris prouisi, *Lotther. de re benef. lib. 2. quæst. 23. num. 2. Rota decis. 231. nu. 4. coram Caualerio, & decis. 1274. num. 3. coram Serafino, ac in decis. 253. num. 1. & seqq. par. 2. recent.* adeò vt statim ac constet alterum legitimum habere ius de tempore datæ posterioris gratiæ,
9 † illa resoluatur perinde ac si concessa non fuisset, vt bene probat *Rota in decis. 55. num. 1. & seqq. & in decis. 137. num. 5. & 6. coram Buratto.*

Nec eadem gratia Marci potest aliquod iuris fomentum recipere ex resignatione factę per Fratrem Ioannem Vincentium dicti Prioratus ad eiusdem Marci fauorem ante prouisionem obtẽtam per Petrum, quia resignans, qui prouisionem d. Prioratus in titulum extorserat ab Abbate Monasterij S. Apri nullũ ius aquisiuerat, cum collatio beneficij dati in Commendam perpe
10 tuam spectet ad Papam, † cuius dispositioni A remanente affectum A donec ab eo prouideatur in titulum, nec interim inferior in eius prouisione se intromittere potest, vt tradunt *Roman. cons. 350. sub num. 11. vers. cæterum Garz. de benefic. par. 4. cap. 4. num. 68. & seqq. Gonzal. super regul. glos. 52. num. 11. Rota decis. 4. de præben. coram Crescentio, & in decis. 141. per tot. par. 1. & decis. 51. num. 1. & seqq. par. 7. recent. & decis. 559. num. 5. coram Caualerio.*

Et ita decisum, altera tantum parte informãte.

R. P. D. CARRILLO
postea Præside VALLISOLETANO.

Bononien. fideicommissi de Bologninis.

Lunæ 29. Februarij 1644.

ARGVMENTVM.

Testator quando ad fideicommissum vocauit descendentes legitimos, & naturales, ac de legitimo matrimonio natos an in eo admittantur legitimati, & alia circa hanc materiam.

SVMMARIVM.

1 *Testator, quando omnibus hæredibus substitutis sine prole decedentibus substituit proximiores masculos de parentela, qualiter censeatur facta substitutio.*
2 *Filius legitimus, & naturalis, quod quis sit alicuius ex quo probetur.*
3 *Filiatio, & legitimitas alicuius probatur ex instrumento matrimonij, & ex alijs vt hic.*
4 *Filiationis probatio coadiuatur ex fide Baptismi, in qua enunciatur baptismatum esse filius alicuius.*
5 *Filiatio, probatur etiam ex institutione hæredis à patre facta in testamento, vti filio.*
6 *Filiatio, & legitimitas deducitur etiam ex eo, quod vti talis fuit admissus, vti legitimus, & naturalis, & num. 7.*
8 *Ad bona emphyteutica Ecclesiastica, quæ conceduntur descendentibus nunquam censentur vocati illegitimi.*
9 *Legitimitas probatur ex admissione ad Iuspatronatus, ad quod vocantur tantum legitimi.*
10 *Admissio ad successionem solis legitimis competens, probatur legitimitas.*
11 *Legitimitas ad effectum successionis probatur leuioribus probationibus.*
12 *Legitimitas ad effectum obtinendi in iudicio immissionis probatur leuioribus probationibus.*
Et sufficit quasi possessio filiationis legitimæ, & naturalis.
13 *Hæredum appellatione veniunt non solum descendentes, verum etiam Collaterales testatoris.*
14 *Testator dum non habebat proprios descendentes, & in defectum eorum vocauit proximiores de familia, tunc in transuersalibus tantum potest verificari, & num. 15.*
16 *Substitutus quando quis est hæredi in casu quo decedat sine filijs, & descendentibus, tunc eo decedente cum filijs cessat substitutio.*

17 *Testa-*

17 *Testator, si vocauerit filios legitimos, & naturales, ac de legitimo matrimonio natos non dicitur talis conditio purificata, si filij tantum naturales relinquantur.*
18 *Filius non potest dici legitimus, & naturalis, ac de legitimo matrimonio natus, si sit legitimatus, & num.19.*
20 *Eugen. cons.52.nu.66. & alij in quibus terminis loquantur.*
21 *Clausula sine praiudicio venientium ab intestato, posita in legitimatione, quid operetur.*
22 *Clausula sine praiudicio venientiū ab intestato, praseruat non solum ius quæsitum, sed etiam ius in spe competens.*
23 *Decis.in causa Bononien. Aggregationis ad Collegium 25. Martij 1640. coram Merlino, & Bononien Fideicommissi coram Lancellot. quo casu loquantur, nu.24.& 25.*
26 *De Papa potestate aliquid confirmantis.*
27 *Legitimatio per subsequens matrimonium non releuat quando filius iam mortuus est, de tempore subsecuti matrimonij.*
28 *Quæ opinio verior est, ac in praxi recepta.*
29 *Et ista opinio habet pro se DD. & numero plures, & grauiores.*
30 *Qualitates à testatore requisitas habens, admittendus est ad successionem.*
31 *Testator, dum ad successionem vocauit natum ex legitimo matrimonio, exclusus dicitur ab eodem Testatore, si non sit talis.*
32 *Testatoris voluntas, quando non vrget, tunc legitimatus admittatur, admittitur, quamuis non sit natus ex legitimo matrimonio.*
33 *Fideicommissum successiuum inter substitutos, quando dicatur constitutum, & nu. 34.*
35 *Oldrad. opinio in cons. 21. quando non procedat, & num.36.*
37 *Vocationis casus, quando non venit, tunc euanescunt omnes substitutiones.*
38 *In substitutionibus fideicommissarys successinis, si gradus vnus deficiat, alteri non euanescunt.*
39 *Et succeditur ex propria persona perinde, ac si substituti expresse fuissent vocati ex propria persona.*
40 *Testator dum substituit omnibus eius hæredibus deficientibus, quid nam præsumatur voluisse disponere, & num. 41. & 42.*
43 *Substitutio secunda declaratur ab antecedenti.*
44 *Dictio, sic, denotat similitudinem ad casus superius expressos.*
45 *Dictio, sic, vtrumque causam comprehendit.*
46 *Fideicommissum, quando dicatur expiratum, & num. 47.*

DECISIO CCLV.

ROta in hac causa sub die 22. Iunij superioris anni * firmauit constare de fideicommisso Bartholomęi de Bologninis purificato ad fauorem Horatij, & Valerij fratrū de Bologninis authorum illorum de Zambeccarijs, in eundemq; fratrum personis expirato cōtra Palmerios Reos, & possessores, vt in decisione tunc extensa.

Cum autem Bartholomæus iunior, & Thadæus frater pariter de Bologninis, qui (in alia positione non informauerant) prætenderent esse in pari gradu Testatori cum dd.Horatio,& Valerio, & sic pro medietate bona fideicommissariæ ad semetipsos spectare repropostui denuo causam super eisdem etiam ipsis auditis, & solutum fuit dd. Bartholomæum, & Thadæum esse admittendos ad fideicommissum pro æquali portione cum dd. Horatio,& Valerio,& in hac parte declarandam esse decisionem, in reliquis verò standum esse in decisis.

Ratio resolutionis fuit. Quia quantum attinet ad admissionem Bartholomæi iunioris, & Thadæi factum pro medietate,probatur ipsos per gradus distinctos descendere à Ioanne Bolognino communi stipite in æquali gradu cum dd.Horatio,& Valerio,vt in arbore data,vbi apparet ex d. Ioanne communi stipite ortum habuisse inter alios Ludouicum, Hieronymum, & Iulium ex Ludouico natum fuisse Bartholomæum testatorem, ac ex Hieronymo originem tranxisse Cæsarem, & ex Cæsare Maximilianum Patrem Bartholomæi, & Thadæi Auctorum.

A dicto verò Iulio prodijsse Io. Antonium, & ab isto Iulium Cesarem patrem Horatij, & Valerij Auctorum illorum de Zambeccarijs, vnde patet iuxta computationum iuris ciuilis tam dd. Horatium, & Valerium, quàm Bartholemæum iuniorem, & Thadæum esse Bartholomæum testatori coniunctos in sexto consanguinitatis gradu, & consequenter cum testator omnibus vltimis eius hæredibus substitutis sine prole deficientibus substituerit proximiores masculos de parentela, & agnatione ipsius Testatoris, seruando tamen inter eos gradum prærogatiuam, dicendū est ad fauorem omnium prædictorum in eodem
1 gradu existētium fuisse æquali purificatum fideicommissum iuxta *text. in l. cum ita 33. §. in fideicommisso, ff. de legat. 2. §. hęc hæreditas, ff.de suis & legitim.Bart. in l.cognatis nu.3.ff. de reb.dub.Peregr. de fideicomm. art. 22. nu.64.& 65. Fusar. de substit. qu. 356.nu.1.& seqq.*

Et quod Maximilianus Pater dd. Bartholo-
2 mæi,& Thadæi sit filius legitimus, & † naturalis d. Cæsaris, & quasi possessione d. filiationis legitimæ, & naturalis reperiatur, probatur tum ex instrumento matrimonij facto de anno 1572. inter ipsum Cæsarem, & Giliam de Bertis coniuges, ac ex testibus deponentibus, quod talis cōmuniter ab omnibus, & à Parentibus reputabatur,nominabatur,& quod è contra d.Maximilianus Cæsarem in patrem, & Giliam in matrem
3 recognoscebat, † tractabat, & nominabat,quod sufficere ad effectum probationis filiationis, & legitimitatis, ex doctrina *Baldi, & aliorum in capit. per suas de probat. & ex Surd. in cons. 1. nu. 53. lib.1.*tenuit *Rota in decis. 641. num. 1.par.3 recent.* iuncta præcipuè fide Baptismatis, in qua descri-
4 ptus † fuit filius Cæsaris *Surd. d. cons. 1. num. 45. lib. 1.Bero.cons.162.num.9.lib.2. Rota d. decis. 461. num.2.par.3.& decis.409.num.5.par.5.recent.*

5 Tum ex institutione de eo facta in † testamento dicti Cæsaris tanquam de filio legitimo,& naturali, *Paris. cons. 29.num.10 lib.2.Cæphal.cons.48. num. 18.lib.1.Peregr.de fideicommiss. art.43.num.77. Rota coram Gregor. XV. decis. 349. numer. 5. & decis. 472. num.8. par.1.recent. & decis. 45. num. 3. coram Caualerio.*

Tum

Tum, & denique, quia idem Maximilianus vti talis, nedum fuit admissus ad alia fideicommissa
6 attenatorum † de Bologninis, ac in diuisionibus bonorum fideicommissariorum factis consentiē-
7 tibus alijs, ad quos fideicommissariæ † agnatorum substitutiones deuenissent ex traditis per *Peregr. de fideic. art.* 44. *num.* 5. *Rota coram Caualerio*
8 *decis.* 575. *num.* 4. & 5. Verum etiam ad † bona emphyteotica prouenientia ex Ecclesiastica inuestitura, quæ concessa descendentibus nunquam comprehendit illigitimos, vt censuit *Bald. in leg. generaliter*, §. *cum autem num.* 2. *C. de institut. & substitut. Iason. in l.* 2. *num.* 205. *C. de iur. emphit. Corbul. eod. tract. de caus. priuation. ob lin. finit. num.* 54. & vl-
9 terius fuit admissus ad præsentandum in Iurepatronatus familię de Bologninis *Rota decis.* 331. *num.* 8. *par.* 6. *recent.* admissio autem ad successio-
10 nem solis † legitimis competentem probat legitimitatem *Bero cons.* 19. *numer.* 7. *lib.* 2. *Menoch. de præsumpt. lib.* 6. *pręsumpt.* 54. *numer.* 38. & *cons.* 490. *nu.* 13. *et* 14. *Caualer. decis.* 123. *nu.* 4.

Quæ omnia superabundant, cum ad effectum
11 successionis admittantur leuiores probationes iuxta *cons. Gemin.* 27. sæpius à Rota canonizatum etiam ex præsumptionibus, & coniecturis resultantes *Surd. d. cons.* 1. *num.* 38. & 40. *Ruin. cons.* 53. *in princ. lib.* 5. *Rota. d. decis.* 199. *num.* 2. *par.* 3. *recent.*
12 & quod ad † effectum obtinendi in iudicio immissionis vigore *l. fin. C. de edict. Diu. Andr. tollen.* sufficiat quasi possessio filiationis legitimę, & naturalis tradit *gloss. in cap. lator vers. probare qui fil. sine legitim.* ex alijs pluribus comprobat *Lup. de illegitim. & naturalib. coment.* 2. §. 3. *num.* 51.

Quantum verò pertinet ad existentia, & purificationem fideicommissi ad fauorem omnium prędictorum in ęquali gradu existentium, placuerunt Dominis fundamenta præcedentis decisionis vbi referuntur etiam verba testamenti, ex quibus apparet proximiores masculos de parentela, & agnatione ipsius testatoris fuisse substitu-
13 tos omnibus vltimis eius † hæredibus, quorum appellatione veniunt non solum descendentes, sed etiam Collaterales testatoris *l.* 1. §. *proximus*, *ff. vnde cognati Dec. cons.* 223. *num.* 3. *Peregrin. de fideicommiss. art.* 22. *num.* 33. *Fusar. de substit. quæst.* 366. *nu.* 1. & *seqq.* & *cons.* 111. *num.* 11. & *seqq.* Imò quia testator non habebat proprios descenden-
14 tes, & in defectum descendentium † institutorum, & substitutorum vacauit proximiores, de familia, & agnatione sua, in transuersalibus li-
15 neæ contentiuæ † dumtaxat potest verificari vocatio, vt latè probat *Menoch. cons.* 924. *n.* 1. & *seqq. cum alijs relatis in decis. sub* §. *penul.*

Non obstat quod tota series substitutionum à testatore ordinata dependeat ab illa conditione, nempè casu quo Æmilius primo loco institutus decederet absque filijs, & descendentibus, & propterea cum ille decesserit superstite Io. Lu-
16 douico ex Lelio † filio præmortuo nepote defecerit ipsa conditio, & consequenter subinde vniuersus substitutionum ordo expirauerit iuxta *cons. Oldrad.* 21.

Quia cum illa conditio fuerit concepta in casu quo dictus Æmilius decederet absque filijs legitimis, & naturalibus (vt supra,) idest, & de legitimo matrimonio natis) quos supra immediatè idem testator vocauerat post eorum pa-
17 trem, non deficit ob existentiam d. Ioannis Ludouici, qui à Lelio patre naturali descendebat, licet ipse ex legitimo matrimonio natus, esset vt docent *Decian. cons.* 3. *num.* 98. *lib.* 1. *Menoch. cons.* 318. *à num.* 20. & *seqq. Mantic. de coniectur. lib.* 8. *tit.* 7. *num.* 8. & *lib.* 11. *tit.* 12. *num.* 31. & post alios *Fusar. qu.* 408. *nu.* 78. *vers. ampliatur quarto, vbi sub nu.* 79. reprobat contrarium tenentes.

Nec allagatæ legitimationes suffragari possunt quia illa obtenta à Dominis de Cappegijs, vltra quod continet clausulam citra præiudicium vocatorum ex fideicommisso iuxta Constitutionem 45. Pij Quarti impress. in nou. Bullar. vt pōderatum fuit in decisione præcedenti non potest
18 suum effectum operari † ob resistentiam voluntatis expressæ testatoris, qui voluit vocare filios legitimos, & naturales, & de legitimo matrimo-
19 nio natos, quales profectò † dici nequeunt legitimati per Principis sęcularis rescriptum, *Bald. in leg. Gallus*, §. *si eius*, & ibi, *Angel. Aretin.* & *Imol. in fin. ff. de liber. & posthum. Barbat. in leg. cum acutissimi num.* 279. *C. de fideicommiss. Alex. cons.* 2. *num.* 13. *lib.* 1. *Natt. cons.* 624. *num.* 10. *Surd. dict. cons.* 1. *num.* 97. *versic.* & *quamuis regulariter*, *Molin. de Hispan. primogenit. lib.* 3. *capit.* 3. *num.* 31. vbi testator de communi *Odd. de compena substit. par.* 8. *art.* 6. *dub.* 4. *num.* 6. vbi dicit esse communem opinionem, nec ab ea consulendo, & iudicando esse recedendum, *Peregrin. de fideicomm. art.* 23. *num.* 45.

20 Quidquid sit quando non constat testatorem voluisse excludere legitimatos, in quibus terminis loquuntur, *Eugen. consil.* 52. *num.* 66. & *seqq. Laderch. cons.* 29. *num.* 23. & *Rota in decis* 388. *par.* 1. *recentior.* vel quando in legitimatione non adest
21 clausula sine† præiudicio veniētium ab intestato, vt declarando decisionem *Seraph.* 880. *num.* 5. *dixit Rota in decis.* 667. *num.* 5. *in fin. par.* 1. *recent.* vbi firmatur per clausulam (sine pręiudicio venien-
22 tium ab intestato) pręseruari ius † nedum quæsitum, sed etiam ius in spe competens vocatis ad fideicommissum: tam ab intestato, quàm ex testamento sequendo *Ruin. in consil.* 106. *num.* 10. *in fin. lib.* 3.

23 Atque hinc patet non applicari decisiones *Bononien. Aggregationis ad Collegium* 23. *Martij* 1643. *coram bon. memor. Merlino, & Bononien. fideicommissi de Rubeis* 9. *Iunij* 1597. *coram bon. mem Lancellotto*, cum alijs in contrarium allegatis, quia illa coram Merlino, & alię loquuntur de legitimatione facta absque dicta clausula restrictiua sinę pręiudicio venientium ab intestato; Illa verò coram Lancel-
24 lotto licet loquatur in casu, quo testato vocauit legitimos, & naturales, & de legitimo matrimonio natos, firmat tamen illum legitimatum succedere, quia in specie erat legitimatus ad effectum succedendi, & legitimatio confirmata fue-
25 rat à Iulio III. Pontifice. Vnde nil mirum si excludebat substitutum cum de potestate Papę confirmantis hæsitari non possit, quin potuisset pręiudicare substitutis, vt aduertit *Soccin. in d. l. Gallus*, §. *si eius in tertio casu*, *ff. de liber. & posthum.* quem refert, & sequitur *Peregr. de fideicomm. d. art.* 23. *num.* 45. *in fin. Fusar. de substitut. quæst.* 408. *num.* 81. in casu autem præsenti, nec legitimatus fuit

fuit habilitatus ad succedendum, nec adest confirmatio Apostolica.

26 Altera verò legitimatio desumpta ex subsequuto matrimonio inter dictum Æmilium, & Valeriam matrem Lælij corruit ex eo, quod de tempo-
27 re subsequuti † matrimonij iam decesserat ipse Lælius iuxta opinionem *Guglielmi de Cuneo in leg. Benignus, ff. de ll.* quam vti veriorem, & magis in praxi recepta amplexa fuit Rota in præcedenti
28 decisione sub §. prout non releuat, & cum † ea placuit etiam Dominis hodie transire non obstãte, quod per informantes pro Palmerijs plures fuerint cumulati Doctores contrarium tenentes, siquidem omisso, quod ex dictis DD. plures fatentur in praxi ab opinione Gulielmi de Cuneo
29 non esse † recedendum, ex deductis per informãtes pro Zambeccarij, & cumulatis in præcedenti decisione liquido constat dictam opinionem habere pro se Doctores, & numero plures; & grauiores.

Nec etiam obstat, quod d. Io. Ludouicus debeat admitti ex persona propria stante vocatione descendentium Aemilij à testatore facta, quasi
30 quod cum ille ab Aemilio naturaliter descendat, & habeat vtramque qualitatem legitimitatis scilicet, & naturalitatis comprehensus dicatur sub illa vocatione descendentium Aemilij; Quia dum testator vocauit descendentes legitimos, & naturales, & de legitimo matrimonio natos Ioannes
31 Ludouicus, qui est filius Lelij non nati ex legitimo matrimonio exclusus dicitur ex intentione testatoris tanquam proueniens ex radice infecta, vt per textum expressum *in leg. vltimi, C. nat. liber. ibi, sed interuentu sobolis naturalis nullum ius legitimum subesse potest* consuluit *Alex. in cons* 174. *nu.* 2. *lib.* 5, latè *Menocht cons.* 172. *num.* 20. *& seqq. vsque ad fin. & cons.* 318. *num.* 28. *& seqq.* cum alijs recensitis in præcedenti decisione sub §. *absque*
32 *quod.* Allegati verò in contrarium procedunt quãdo non vrget diuersa voluntas testatoris pront in proposito ex toties repetita qualitate natorum ex legitimo matrimonio,

Præterea animaduersum fuit, quod quatenus etiam Io. Ludouicus succedere potuisset, adhuc
33 fideicommissum in eius persona non expirasset, quia cum testator post plures substitutionum gradus omnibus vltimis eius hæredibus deficientibus substituerit proximiores de parentela, & agnatione ipsius, hinc resultat successiuum fidei-
34 commissum, alioquin, nec vltimum grauare, vel substituere potuisset nisi præsupposito antecedenti substitutionum ordine, nec eius bona ad eius agnatos contemplatos post alios nominatim vocatos peruenire potuissent, quibus stantibus non procedit opinio Oldradi, cum resistat testatoris voluntas desumpta, tum ex ipsis verbis, quę non
35 sunt relata ad primos institutos, vt in casu Oldradi, sed ad vltimos hæredes, tum ex vi rationis, & ex coniecturis *Gratian. cons.* 5. *num.* 58. *&* 85. *Paris. cons.* 7. *num.* 317. *lib.* 3. *Peregrin. de fideicommiss. artic.* 29. *num.* 41. & post alios *Fusar. de substitut. quæst.* 480. *num.* 59. *versic. similiter, & sub n.* 68.
36 *versic. declaratur*, & cum hac declaratione transiuit *Rota coram Mantic. in decis.* 375. *num.* 3. *&* 7. *& vsque ad finem, & in decis.* 269. *nu.* 2. *par.* 5. *& in decis.* 248. *num.* 9. *vsque ad fin. par.* 7. *recent.*

Nec facit, quod hæc postrema substitutio proximiorum facta fuerit in casu quo purificata fuisset vocatio Io. Mariæ, & illius descendentium,
37 quorum linea postea defecisset, qui † casus non euenit, ex quo Ioan. Maria, & eius linea defecerit ante purificatam eius vocationem, ac proinde cæteræ substitutiones subsequentes euanuerint, iuxta illud *consil. Oldrad.* 141. Quoniam hoc non procedit in substitutionibus fideicom-
38 missarijs successiuis, siquidem in illis deficiente primo, vel antecedenti vocato sequens subintrat non dependenter ab antecedenti, sed tamquam
39 ex propria persona succedens, perindè ac si expressè vocatus fuisset in locum antecedentis, vt per *textum in l. vnic. §. pro secundo, Cod. de caducit. tollen. & in l. Celsus, in principio, & si alienos, & in l. cũ pater, §. cum pater ff. de legat. & in l. si ab eo, ff. de vsufruct. legat.* & per alios plures DD. benè comprobat *Peregrin. de fideicomm. art.* 15. *num.* 22. *& seqq. Fusar. de substit. quæst* 496. *n.* 37. *& seqq. Rota decis.* 374. *num.* 1. *par.* 1. *diuersor. & decis.* 332. *nu.* 6. *et seqq. par.* 2. *recent.*

Et multo minus dici potest, quod procedat in casu isto, in quo testator dum substituit omnibus eius hæredibus deficientibus idem est, ac si dixis-
40 set cuicumque † hæredi meo vltimo loco deficienti, quæ propterea verba tàm Aemilium, ac eius descendentes, quàm Ioannem Mariam, & eius descendentes propriè comprehendunt, vt per *textum in l. Iulianus, ff. de legat.* 1. & ex alijs in specie explicat *Grat. in consil.* 5. *num.* 59. *vers. quod autem lib.* 2. & hæc interpretatio confirmatur ex eo, quod testator in eadem dispositione tàm respectu Aemilij, quàm Ioannis Mariæ pariformiter disposuit, atque substituit, siue illi decessissent, antequam eorum institutionis, ac substitutionis
41 respectiuè casus purificatus esset, siue postea, vt legitur in testamento, & proinde idem pariter disposuisse censetur in sequenti substitutione con-
42 tinuatè facta, cum circa † hoc nulla dignoscatur efficax diuersitatis ratio, *l. Lucius. §. pater puerum, ff. ad Senat. Cons. Trebell. l. vtrum ff. de petit. hæredit. Odd. cons.* 95 *num.* 76. *Honded. cons.* 78. *num.* 38.
43 *lib.* 1. vbi quod secunda substitutio † declaratur ab alia antacedenti, *Peregr. consil.* 1. *num.* 10. *lib.* 5. *Menoch. consil.* 93. *num.* 14.
44 Ponderando etiam dictionem (sic) quæ denotat similitudinem ad casus superius expressos, & per eumdem Testatorem comprehensos in alia dictione (sic) adiecta paulò super persona Aemi-
45 lij, † vtrumque casum comprehendente *§. si verò solum*, ibique *glos. verb.* (sic) *in auth. de nupt. Menoch. cons.* 232. *num.* 21. & probat *Rota decis.* 455. *num.* 10. *par.* 1. *recent.*

Quo autem ad expirationem fideicommissi in personis proximiorem de parentela, super qua tamen Bolognini in hac positione informare re-
46 cusarunt, Domini † persisterunt pariter in resolutis, stante quod testator facta eorum substitutione non fuit progressus vlterius ad *textum in leg. cum ita legatur, §. in fideicommisso, ff. de legat.* 2. *vbi Cuman. num.* 4. quem sequuntur ibi scribentes cõmuniter cum alijs deductis in decisione præcedẽti, cuius fundamenta in hac parte iterum Domini sunt amplexi.

Ex quibus omnibus patet, quod quatenus etiam

etiam admitteretur Ioannem Ludouicum potuisse succedere adhuc per eius obitum non expirauerit fideicommissum,† sed potius ad fauorem proximiorum de agnatione fuerit purificatum, & consequenter Palmerij ab eodem Ioanne Ludouico causam habentes tanquam extranei vndequaque exclusi remanent.
47

Et ita &c.

Decisio ista emanata sub die 21. Iunij 1643. coram eodem Reuerendissimo Præside Vallisoletano est supra in hac parte decisio 214.

R. P. D. VEROSPIO.

Romana Saluiani.

Veneris 4. Martij 1644.

ARGVMENTVM.

Constitutione Pij V. super forma creandi census in pecunia numerata, quod per ordinem S. Monti Pietatis directum, & à creditore acceptatum, dicatur satisfactum plenè nostra declarat decisio ad enucleationem articuli, quando cedula, vel ordo contineat solutionem in pecunia numerata.

SVMMARIVM.

1 *Clausula constituti probat constituarij possessionem.*
2 *Possessio rei conuenti in iudicio Saluiani iustificatur ex ipsa substentatione litis iunctis adminiculis.*
3 *Immissio in Saluiano conceditur quoties adest creditum cum hypotheca, ac debitoris reique conuenti possessio probatur.*
4 *Formæ defectus reddit actum ipso iure nullum quantumuis in minimo consistat.*
5 *Soluendo illi cum quo contraxit benè soluit.*
6 *Emptor rei Ecclesiæ tenetur esse sollicitus de versione si alienatio ex causa necessaria emanauit, secus si ex voluntaria.*
7 *Exceptio iuris tertij quamuis exclusiua iuris agentis à tertio opponi non potest si à parte interessata non fuit declarata.*
8 *Census imponi debet cum interuentu pecuniæ numeratæ coram Notario, & testibus, & aliter factus vitio nullitatis laborat.*
9 *Constitutio Pij V. de forma creandi census emanauit ad euitandas fraudes, & simulationes.*
10 *Census validè dicitur constitutus, si loco pecuniæ interuenit ordo S. Monti Pietatis directus, & à venditore acceptatus.*
Amplia conclusionem procedere etiamsi fuerit tradita cedula, quia per illam etiam dicitur satisfactum formæ Pianæ Constitutiones. ibidem.
Cedula habet vim solutionis in pecunia numerata numer. 10. intellige, vt num. 11.
12 *Delegationem ad inducendam requiritur acceptatio debiti per viam stipulationis.*
13 *Ordo continens solutionem ad fauorem creditoris, non liberat debitorem nisi soluatur, vel fiat descriptio crediti ad fauorem illius, & nu.15.*
14 *Ordo factus per debitorem, & à creditore acceptatus, non potest amplius reuocari.*
15 *Extinctio debiti probatur per solutionem factam in vim ordinis debitoris.*
16 *Census dicitur validè constitutus mediante ordine sacri Montis Pietatis, quamuis solutio emanauerit post aliquos dies acceptationis ordinis.*
17 *Emptor rem, & pretium retinere prohibetur.*
18 *Regula dolo petis, quod intus habet.*
19 *Accollatio debiti succedit loco pretij, & habet vim solutionis.*
20 *Verba pro residuo arguunt satisfactionem reliquæ summa præcessisse.*
21 *Deponens vigore mandati Iudicis dicitur adimpleuisse propriam obligationem.*

DECISIO CCLVI.

Responderunt Domini concedēdam esse immissionem Lazzaro Venantio agenti in iudicio Saluiani ad possessionem domus, quæ antea fuerat penes Horatium Fusorittum, deindè verò trāsiuerat in Moniales S. Mariæ Magdalenę in Monte Quirinali. Nam proprium creditum cum hypotheca in hac domo iustificauit ex Instrumento duorum censuum, quorum alterum impositum fuerat ad fauorem Iacobi Doni pro summa scutorum 500. alterum verò ad fauorem illorum de Ximenes pro eodem pretio, & eorum censuum, deinde cessionem tàm à Iacobo, quàm à Ximenes se reportasse ostenderat idem Lazzarus. Anteriorem verò possessionem Horatij probauit ex publico instrumento venditionis illi factæ à Ioanne
1 Baptista fratre cum clausula constituti,† quæ probat possessionem constituarij iuxta *text. in l. quod meo. ff. de acquir. poss. & in l. quædam mulier. ff. de rei vendic. & not. ibi communiter DD. Tiraquel. de iu. const. possess. par. 1. num. 2. Rota coram Gregor. decis. 437. & coram Caual. decis. 319. sub num. 2.* & ex alio instrumento venditionis domus factæ ab Antonio vti hærede ipsius Horatij ad fauorem Monialium posteriorem verò possessionem earundem Monialium iustificauit ex eadem clausula constituti apposita in instrumento venditionis eisdem factæ ab Antonio pro cuius probatione possessio-
2 nis satis erat substentatio litis cum adminiculis, vt tradit *Pacif. de salu. insp. 1. cap. 6. num. 7. Rota coram Cæs. de Grass. decis. 3. num. 2. de rest. spol. & decis. 220. num. 3. par. 5. recent.* Quibus omnibus
3 iustificatis † concedi solet immissio in hoc iudicio, *l. 1. ff. de salu. vbi Bart. num. 3. & in l. rem alienam, num. 5. ff. de pignor. act. contard. in l. vnic. C. si de moment. possess. limit. 14. n. 11. Menoch. de adimp. rem 3. num. 161. & seq. Negusan. de pign. 1. memb. par. 8. num. 6. & 8.*

Neque hoc creditum respectu primi census impugnari potest ex capite nullitatis cessionis, ex quo in ea adhibitus non fuit consensu Serenissimi Ducis Sabaudiæ Magni Magistri Religionis SS. Mauritij, & Lazzari, neque depositum pretium in sacro Monte Pietatis iuxta formam in illius impositione præscriptam secundum quā inde amoueri non poterat, nisi ad effectum inue-
4 stiendi, cuius formæ defectus nullas reddit † actū cessionis, etiam si in minimo consistat, iuxta *text in l. cum hi. §. si Prætor, ff. de trans. & in l. non dubium. C. de leg.*

Etenim cum in instrumento eius impositionis solus

solus requisitus fuerit consensus Serenissimi Ducis ad effectum inuestiendi, non autem in casu cessionis, cum tunc fuisse adhibitum constat ex Summ. Venantij num. 4. Nec tale onus depositi spectabat ad Lazzarum cessionarium, dum in eodem instrumento impositionis solum Iacobo venditori fuerat iniunctum, vt nisi sub ea conditione depositi, pretium, seu sortem recipere posset, & adeo contra eum agere solum potuisset
5 S. Religio, non autem contra Lazzarum, qui validè sortem restituit illi cum quo contraxerat, vt probat *text. in l. filius. C. de pact. vbi Bart. num. 1.* & alij communiter *Surd. cons. 43. num. 2. & dec. 60. num. 80. Rota in Perusina Census 5. Iunij 1616. coram Remboldo, & in Romana repetitionis indebiti 30. Aprilis 1610. coram bon. memor. Pirouano.* Sicuti nec etiam inuestimentum pretij spectare debebat ad Lazzarum, dum illius alienatio facta fuit ex causa voluntaria, quo casu emptor non debet esse sollicitus de pretij versione in vtilitatem Ecclesiæ,
6 † licet secus esset si ex causa necessaria facta fuisset eadem cessio, vt not. *DD. in cap. 1. de depos. vbi Innoc. num. 1. Card. num. 5. ve s. 2. quæro, Abb. n. 14. Couarr. var. resol. lib. 2. cap. 17. num. 3. Rota coram Seraphin. decis. 366. num. 2. & decis. 687. num. 5. par. 1. recent. & in Leodien. Census 11. Decembris 1596. coram Corduba, & in Romana censuum 18. Iun. 1599. coram Penia.* Præterea dum hæc nullitas cessionis respiciebat fauorem Religionis, licet exclusiua
7 iuris Lazzari agentis, † opponi non posset à Monasterio tanquam tertio, antequam ab eadem Religione declarata fuisset, vt not. *DD. in l. 2. ff. de except. rei iud. vbi Bart. num. 1. Soccin. num. 8. Tiraquel. in l. si vnquam, verb. reuertatur. Cod. de reuoc. donat. numer. 358. Riminal. sen. consil. 99. nu. 8. Rota decis. 22. numer. 4. par. 1. diuers. & Rossanen. Decimarum 28. Iunij 1641. coram R. P. Domino meo Bichio.*

Nec etiam impugnari potest cessio alterius census facta à Ximenes, quia in illius impositione non fuit numeratum integrum pretium coram
8 Notario, & testibus, † vt sub pœna nullitatis, & inualiditatis sancitum est in Bulla Pij V. super creatione Census in §. Rursus, vt aduertit *Cenc. de cens. par. 2. cap. 1. quæst. 1. art. 7. num. 5. Rota in Rauennaten. Saluiani 12. Ianuar. 1607. coram Manzanedo, & in Assisien. Census 5. Maij 1608. coram bon. mem. Coccino post eumdem Cenc. dec. 126. nu. 8. & decis. 120. num. 2.*

9 Cum enim ea Constitutio talem formam induxerit, vt fraudibus, & simulatis solutionibus occurreret, vt notat *Bellon. iun. cons. 92. num. 16. Nauarr. in comment. de vsur. numer. 88. circa fin. Rota in in Beneuentana Census 29. Maij 1593. coram Cardin. Pamphilio*, illi satisfactum dici debet hoc casu, quo constat de vera solutione pretij mediante ordine S. Monti Pietatis directo, & ab eodem ven-
10 ditore acceptato, vt in similibus terminis de traditione cedulæ, quod per eam satisfactum sit formæ ab ipsa Constitutione inductæ; quia habet vim solutionis in pecunia numerata, tradit idem *Cenc. de cens. par. 2. cap. 1. quæst. 1. art. 7. num. 13. et 14. Rota in dicta Beneuentana Census 29. Maij 1593. coram Card. Pamphilio, & in Romana Saluiani interdicti 10. Decembris 1599. coram Card. Loncellotto, & in Romana Census 9. Aprilis 1601. coram Iusto, & in Ianuen. pecuniaria 15. Aprilis 1611. coram eodem Lancellotto.*

Et licet vt Cedula vim solutionis obtineat con-
11 tinere debeat nouationem, † vel per viam delegationis, vel per viam extinctionis debiti, vt dixit *Rota coram Seraph. decis. 1419. num. 2. & 3. & in Romana pecuniaria 15. Iunij 1620. coram bon. mem. Card. Verospio.* Quæ nouatio per viam delagationis cōsiderari non potest in ordine directo Sac. Monti Pietatis, vt soluat, dum in eo deficit acceptatio
12 debiti per viam stipulationis, † quod est alterum requisitū pro inducenda delegatione, vt tradit *glos. magn. in leg. quamuis, §. si mulier, ff. ad Vell.* & notant communiter *DD. & in l. singularia, ff. de reb. cred. vbi Ias. num. 6. Dec. num. 27. Surd. decis. 23. num. 5.* & talis ordo continet solum mandatum de sol-
13 uendo, non inducens liberationem, † donec vera numeratio sequatur, vel descriptio crediti ad fauorem illius, cui fuerat ordo consignatus, vt dixit *Rota decis. 284 num. 8. par. 4. diuersor. & in Romana Societatis officij 9. Maij 1599. coram Peregr. post Zacch. de societ. offic. decis. 25. num. 2.* Tamen negari non potest, quin contineat nouationem per viam extinctionis debiti, talis enim ordo Sac. Monti Pietatis directus à Ximenes, postquam fuerat à Ioanne Baptista venditore acceptatus
14 † ab eodem reuocari non poterat, vt tradit *Dec. in l. singularia, num. 24. ff. de reb. cred. Castr. in leg. si cum Cornelius num. 1. ff. de solut. & in l. fin. cum fundum, num. 6. ff. de pact. Soccin. sen. in l. qui vsumfructum, num. 2. ff. verbor. obligat. Ioan. Andr. in addition. ad Specul. in rubr. tit. de depos.* & accedente quietantia debiti subsecuta probat debiti extin-
15 ctionem per viam solutionis, † vt in proximis terminis litterarum cambij, firmauit *Rota in Romana pecuniaria 27. Iuny 1633. coram Eminentissimo D. Card. Panzirolo, inter impressas par. 6. recen. decis. 227. num. 5. & 6. & in Romana Grani 24. Nouemb. 1642. coram R. P. D. meo Peutingero, & in Bononiens. Census coram Penia, inter impressas post Cenc. de cens. decis. 33. num. 12.* licet eadem solutio triduo postfacta fuerit à Ministris eiusdem Sac. Montis Pietatis in quo existere pecunias notum erat ipsis
16 venditoribus census cum ad hunc effectum non sit necesse, vt statim pecunia soluatur in ipso actu præsentationis ordinis, sed satis est, vt quandocumque ad libitum creditoris scientis ibi promptas pecunias existere pendatur, vt firmauit *Rota in Agrigentina rescissionis contractus 13. Iunij 1575. coram Blanchetto decis. 10. numer. 12. post secundum volum. consil. Farinac. & in dicta Beneuentana Census 29. Martij 1593. coram Pamphil. Bellon. in cons. 9. n. 20. & 21. Paul. Bellon. in tract. de ijs, quæ fiunt in cont. lib. 1. cap. 84. num. 6.*

Quæ validitas census eo facilius admitti debet hoc casu dum ille accollatus fuit ab Horatio auctore Monalium in partem pretij venditæ domus
17 alias enim nec pretium solneret, † nec censum loco pretij accollatum contra dispositionem *text. in l. curabit, C. de act. empt.*

Neque hoc creditum Lazzari excludit à debito maioris summæ non solutæ, quod ille contraxerat in emptione aliarum dumuncularum cum ipsis deditoribus census pro scut. 4. mill. cuius causa Moniales illius successores in hac domo possent habere regressum contra eundem Lazza-

rum detentorum, ipsumque repellere exceptione
18 dolo petis, quod intus habes, de qua in *l. dolo facit. ff. de dolo except. Rota in Romana de Cassanis 5. Decembris 1612. coram Sacrato post Zacch. decis. 18. num. 10.*

Hæc enim obiectio cessat ex facto, constat enim ex ipso instrumento emptionis ab eodemmet Lazzaro soluta fuisse scut. 3981. tum ex computando propria credita, tum accollando censum in scut. 500. ad fauorem Clementiæ Mutinæ per eosdem venditores impositum, talis enim accol-
19 latio succedit loco pretij, & vim habet solutionis *Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gloss. 14. num. 115. Mastr. decis. 37. num. 7. Giurb. decis. 53. numer. 10. in fin. Menoch. decis. Bononien. 54. num. 10. Rot. coram Gregor. decis. 386. num. 1. & 135. num. 23. par. 6. recent.* Tum denique deponendo summam scut.
20 1019. pro residuo pretij † ex quibus verbis constat satisfactionem reliquæ summæ præcensisse, iuxta not. per *DD. in l. si ex pluribus, ff. de solut. post gloss. in verb. reliquum. Iason. in l. pater tuus, num. 7. C. de hæred. instit. & in l. si quidem, num. 4. Cod. de transact. Henriq. de fideiuss. cap. 20. §. 21. numer. 33. Rota Ianuen. decis. 60. num. 6. Rota in Regien. Pensionis 20. Aprilis 1592. coram Orano, & in Spoletana Pensionis 21. Iunij 1619. coram Vbaldo post Posth. decis. 318. num. 3.* Quod depositum Lazzaro suffragatur pro totius summæ extinctione licet promisisset soluere creditoribus anterioribus, quia cum de mandato Iudicis, & ad instantiam cre-
21 ditorum residuum eius pretij disposuisset, † censetur propriam obligationem adimpleuisse, iuxta *text. in leg. acceptam*, ibi *DD. C. de vsur. Alex. cons. 75. num. 6. lib. 7. Rolan. cons. 63. nu. 2. volum. 1. Rota in Romana scut. 18. mil. 24. Ianuary 1622. coram bon. mem. Coccino.*

Et ita vtraque &c.

DECISIO CCLVII.

R. P. D. BICHIO

Cæsaraugustana de Caspe.

Veneris 4. Martij 1644.

Est impressa inter Bichio in Tom. 1. Decis. 167.

R. P. D. ROIAS.

Posteà Archiepiscopo TARRACONEN.

Florentina Iurispatronatus.

Veneris 11. Martij 1643.

ARGVMENTVM.

Ius patronatus, quod etiam mediante donatione acquiritur, dicitur transitorium ad fœminas, quamuis fuerit alicui donatum, pro se & filijs masculis, post deficientiam tamen lineæ masculinæ, quod procedit modo non fuerit agnatio contemplata.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium intelligitur prout de iure, & regulatur à iure.*
2 *Litteræ Apostolicæ habent executionem paratam ad effectum denegandi arbitrium quoties sunt iustificatæ.*
3 *Ius patronatus ex donatione acquiritur.*
4 *Donatio iuris patronatus non confirmata ab Episcopo non substinetur.*
5 *Donans ius patronatus, si donatio non fuit ab Episcopo confirmata, non dicitur à se abdicare aliquod ius.*
6 *Compatronus, vel ab eo præsentatus non obijcit compatrono, quod ille compatronus non sit, si reperitur admissus ad præsentandum, & præsentatio non fuit effectum sortita.*
7 *Ius patronatus transit etiam ad fœminas post finitam lineam masculinam quamuis illud fuerit alicui donatum pro se, & filijs masculis.*
8 *Fœminæ remanent in totum exclusæ etiam à iure patronatus vbi in illius reseruatione fuit contemplata agnatio.*
9 *Ius accrescendi, seu non decrescendi, & in iure patronatus sibi locum vendicat.*
10 *Vacatio beneficij eo ipso probatur, quod alius etiam ex eadem vacatione venit.*
11 *Expressio valoris beneficij etiam successoribus suffragatur.*
12 *Partitæ extractæ ex libris officialium deputatorum ad exactionem decimarum plenè probant valorem beneficij.*
13 *Beneficij valor probatur quibuscunque probationis etiam quod sint semplenè.*
14 *Clericatum, & habilitatem beneficiati iustificant approbationes Ordinarij, & examinatorum Synodalium.*

DECISIO CCLVIII.

Arbitrium non intrare pro retardatione litterarum Apostolicarum fuit hodie resolutum, quia
1 Arbitrium intelligitur prout de iure, & † regulatur à iure *Cæsar. de Graff. decis. 7. num. 7. & decis. 8. num. 2. de sent. & re iudic. Scrapbin. decis. 1017. nu. 1. Rota diuers. decis. 349. num. 1. par. 1. & in recent. decis. 348. num. 2. par. 5. & par. 7. decis. 264. num. 1. Gregor. XV. decis. 189. num. 3. Duran. decis. 377. numer. 7.* De iure autem litteræ Apostolicæ habent execu-
2 tionem paratam † etiam ad effectum denegandi Arbitrium, quando prout hic sunt iustificatæ, *Mohedan. decis. 13. post medium vt lit. pendent. Rota decis. 558. num. 2. par. 1. & 348. nu. 1. par. 5. & dec. 109. num. 22. par. 6. recent. & decis. 46. post Viuian. de iurepatron. cum alijs in Messanen. Archipresbyteratus 5. Maij 1642. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Iustificatio autem litterarum Apostolicarum D. Castagnæ quoad eam partem, in qua narrauit se fuisse præsentatum à medietate patronorum dum reportauit à Sanctissimo derogationem alterius medietatis desumitur ex eo, quia Castagna fuit præsentatus à Francisca Gerardina habente tertiam partem iurispatronatus, cum sit vnica hæres Vincentij habentis donationem tertiæ partis dicti iurispatronatus vsque de anno 1556. à Fidantia, Francisco, & Hieronymo cum confirmatione

3 tione Ordinarij, † cuius donationis vigore fuit in eam acquisita tertia pars dicti iurispatronatus *cap.vnic.de iurepatron.lib.6. Lambert.eodem tract.lib.1.par.2.artic.1.quæst.1. num.2.Coccin.decis.453.num.1.&464.num.7.* fuit etiam præsentatus dictus Castagna à Hieronymo, & Sigismundo de Gerardinis habentibus alteram tertiam partem iurispatronatus tanquam filijs,& hæredibus Antonij,cui fuerat illud legatum a Hieronymo Gerardino pro altera tertia parte *Summar.Castagnæ num.6.* vnde remanet clarum Iacobum Castagnam non solum fuisse præsentatum à medietate patronorum, sed imò à duabus ex tribus partibus.

Non obstat,quod Sigismundus,qui præsentauit dictum Castagnam donauerit ius præsentandi pro hac prima futura vacatione de anno 1633. Domino Laurentio de Vsimbardis, à quo præsentationem reportauit Bartholomæus Frittellius, quia cum talis donatio non legatur confirmata ab Epi-
4 scopo,† sed solum à Vicario non habente ad hoc speciale mandatum prout de iure requiritur, donatio non sustinetur, *Ferret conf.247.nu.17.Garz. de benefic.par.5.cap.9.num.73.Lotter.de re benef.lib.2 quæst.7.num.2.& 3. Rot. decis.40.num.2.post Viuian. de iurepatr.Gregor.XV.decis.420.num.2. vbi Adden. num.7.Duran.decis.415.num.3. & decis.vltima nu.2. & fuit coram me resolutum in Gerunden. beneficij 30. Aprilis 1640.* Vnde nullum ius fuit abdicatum à prædictis Hieronymo, & Sigismundo ex defectu
5 non secutæ validæ † confirmationis per Ordinarium, *Abbas in cap.cum sæculum in fine de iurepatr. Put. decis.18. par 2. in correct. Rota par.2.recent. decis.337.sub num.7.*

Nec pariter obstat, quod legatum factum à Hieronymo de tertia parte iurispatronatus, de quo agitur de Anno 1575. ad fauorem Antonij patris Hieronymi,& Sigismundi non legatur approbatum ab Episcopo;vnde eodem vitio,ac defectu laboret, quia sat est dictum Antonium à quo causam habent præfati Hieronymus,& Sigismundus, fuisse admissum ad præsentandum Ioannem de Leoncinis vltimum beneficij possessorem, per cuius obitum nunc beneficium vacauit, qua ad-
6 missione stante,non possunt alij compatroni,†nec minus præsentatus ab eis obijcere Antonio,siue eius successoribus prout sunt Hieronymus, & Sigismundus,quod non fuerint patroni, nec habuerint ius præsentandi, *Ripa in cap.cum Ecclesia Sutrina,num 93.vers.sexto requiritur de caus.possess.& propriet.Gregor.XV decis.452.num.15. & par.2.recent. decis.174.num.3. & par.3.decis.132.num.4.& par.7. decis.101.num.8.& in Florentina iurispatronatus 14. Februarij 1639.coram bon.mem.Merlino.*

Minus obstat,quod præfata Francisca vnica descendens ex stipite Vincentij,quę præsentauit Castagnam, tanquam fœmina esset incapax vocis, dum donatio facta legitur Vincentio pro se suisque filijs,& descendentibus masculis legitimis,& naturalibus per rectam lineam masculinam,adeo quod ista tertia vox ob deficientiam descendentium masculorum Vincentij donatarij fuerit reuersa ad donantes,eorumque hæredes.

Quia quidquid sit de expressione masculinitatis, An apposita in parte executiua instrumenti per Notarium valuerit immutare principalem dispositiuam, siue alterare donationem, & An expressio masculinitatis fit in parte executiua, siue potius dispositiua, dum nullum legitur pactum reuersiuum ad fauorem donantium post finitam
7 lineam masculinam † benè valent succedere fœminæ hæredes post finitam lineam masculinam. *Ancharan.cons.81. Calderin. cons.4. de iurepatr Rota par.1.diuers.decis.385.num.1.Seraph.decis.364.nu.3. & 378.per tot. & par.7. recent.decis.307.num.12.& post Viuian. de iurepatron. decis.12. num.1.Euran.decis.385.num.20.* quæ sententia eo magis DD placuit cum nulla adsit dictio taxatiua, neque appa-
8 reat fuisse contemplatam agnationem † quo casu fœminæ viderentur in totum exclusæ, *Rota post alios decis.69. numer.7. cum seqq. post Viuian. de iurepatron.*

Et in omnem casum quatenus dicta donatio haberet difficultates,adhuc tertia pars iurispatronatus fuisset acquisita per ius accrescendi,seu non
9 decrescendi † D.Camillæ Medices pro medietate, & sic Alberto Viuai eius filio, qui præsentauit Bartholomæum Frittellium,necnon Hieronymo, & Sigismundo, qui præsentarunt dictum Castagnam, *Rocchus de iurepatron.in verbo in ius quæst.6. sub num.10.vers.& ex ista conclusione, Lambert.eodem tractat.par.2.lib.1.artic.5.quæst 4.sub num.3.Rota decis.217.num.18.& seqq.part.6.recent.* Vnde semper esset verum dicere dictum Castagnam esse præsentatum à medietate patronorum, & sic quoad hoc habere gratiam iustificatam,Bartholomæum vero Frittellium solum fuisse præsentatum ab Alberto Viuai remansit indubitatum.

Quo vero ad alia narrata per Castagnam,remanent sufficienter comprobata, cum vacatio iustifi-
10 cetur ex eo, † quod dictus Bartholomæus Frittellius venit ex eadem vacatione, & iure *Ægyd.decis.-68.Caual.decis.55.num.3.Coccin.decis.145.nu.1. Gregor.XV.decis.42.num.1.& par.6.recent.dec.101. num.1.& 3.& 207.num.1.*

Valor autem expressus probatur tam ex antiqua expressione emanata vsque de anno 1517.in litteris resignationis, & prouisionis concessæ per Leo-
11 nem X.† quæ expressio benè successoribus suffragatur *Rota decis.572.num.3.par.1.recent.& dec.444. num.6. par.2.* quam etiam ex Taxa emanata pro exigendis decimis Papalibus plurium annorum extracta ex publicis libris officialium deputato-
12 rum pro illarum exactione,† quibus esse standum Rota alias censuit, *vt coram Seraph.decis.1245.numer.5. Caualer. decis.361. num.1. Buratt. decis.865. num.5.* vltra quod pro iustificatione præfati valo-
13 ris sufficit † quælibet probatio etiamsi fit minor semiplena, *Ægyd.decis.683.Seraph.decis.1199.nu.2. & par.7.recent.decis.236.num.6.* Clericatus, & ha-
14 bilitas eiusdem Castagnæ desumitur † ex approbatione Ordinarij cum examinatoribus Synodalibus, *Felin.in cap.post cessionem n.3.& 15.de probat. Put.decis.140.nu.5.cum seq.lib.2.in correct.Rota par.5 recent.decis.348.num.4.& par.7.decis.87.num.16.*

Quæ autem dicta fuerunt de nullitate, & iniustitia sententiæ latæ per executorem litterarum Apostolicarum, cum in præsenti disputatione actum non fuerit de confirmatione illius non fuerunt habita in consideratione, alia vero sunt nullius momenti,

Et ita resolutum vtraque parte informante,&c.

R.P.D.

R. P. D. MELTIO

Postea EPISCOPO PAPIEN.

Gadiceñ Beneficiorum.

Veneris 11. Martij 1644.

ARGVMENTVM.

Collectorum, subcollectorumque Beneficia semper remanent Papæ reseruata, quamuis illi tempore obitus non essent in officio, cum sufficiat quod semel tantum fuerint tales; hinc de natura Collectoriæ, vel Subcollectoriæ ad inducendam reseruationem, quod scilicet sufficiat sola deputatio absque acceptatione aut exercitio, quodque vnicus esse debeat subcollector.

SVMMARIVM.

1 *Immissio in possessionem beneficij vigore litterarum Apostolicarum denegari non potest.*

Litteræ Apostolicæ habent executionem paratam, numer. 1.

2 *Litteræ Apostolicæ motu proprio emanatæ aliqua non indigent iustificatione, sed verbo, & voluntate Papæ innituntur.*

3 *Immissio non denegatur habenti gratiosam subrogationem iustificatis tamen requisitis, reseruatione nempè obitu defuncti in possessione, ac clericatu subrogati.*

4 *Beneficia subcollectorum sunt Papæ reseruata.*

5 *Beneficia subcollectorum vt Papæ dicantur reseruata sufficit sola deputatio absque vlla acceptatione officij, aut illius exercitio, & num. seq. vbi contraria opinio reijcitur.*

6 *Impetrans beneficium vti reseruatum per obitum vnici subcollectoris probare debet illum fuisse solum.*

Quæ probatio dicitur facta eo ipso quod non apparet de contrario, num. 7.

7 *Subcollector vbi quis deputatur censetur vnicus quamuis alius per antea fuisset, quia ille dicitur reuocatus etiam nulla facta mentione reuocationis.*

8 *Gratiam motu proprio emanatam impugnans probare debet illam non esse iustificatam, non autem qui ea vtitur.*

Subcollector præsumitur vnicus, num. 8.

9 *Beneficia subcollectoris vt dicantur reseruata, sufficit quod fuerint obtenta vel ante officium, vel durante officio, etiam quod ille de tempore obitus non fuerit subcollector, & num. seq.*

10 *Beneficia collectorum, seu subcollectorum semel reseruata, semper remaneat reseruata quantumuis cesset officium, & supra num. 9.*

11 *Canonicus Coadiutor gaudet priuilegijs veri Canonici quoties verba Coadiutoriæ sunt amplissima, & non agitur de præiudicio Coadiuti, aut alterius Canonici.*

12 *Coadiutor potest esse delegatus Apostolicus, & Iudex Ecclesiasticus stantibus amplissimis verbis Coadiutoriæ.*

13 *Commendator non est verus Titularis, sed ei æquiparatur, & illius gaudet priuilegijs.*

14 *Obitus defuncti concludenter dicitur probatus si ambæ partes ex eadem veniunt vacatione.*

15 *Clericatum probant litteræ Ordinarij.*

16 *Litteræ subrogationis gratiosæ continere debent mentionem possessionis aduersariorum, alias possessio capta in vim illarum dicitur nulla.*

17 *Contradictor legitimus dici non potest, qui habet titulum illicitum.*

Mentio possessionis illius, qui non potest dici legitimus contradictor, fieri non debet in gratia Pontificis, numer. 17.

18 *Sententiæ mentio est necessaria in subrogatione gratiosa.*

19 *Mentio eorum per quæ vel Pontifex gratiam non concessisset, aut difficilius fieri debet in illa, secus de his quæ Papam faciliorem reddidissent ad concedendum.*

DECISIO CCLIX.

Beneficia, de quibus agitur, vacarunt per obitum Georgij Fernandez de Villanueua vnici Subcollectoris Apostolici in Diœcesi Gadiceñ de quibus, tanquam de reseruatis, fuit à Sanctissimo D.N. motu proprio, prouissus R.P.D. meus Carillo, vt in eius *Summar. num. 1.* qui etiam expediuit gratiosam subrogationem, eodem *Summar. num. 7.* Ab Ordinario autem Gadicen. eadem beneficia fuerunt collata in Franciscum Zolerum, & Didacum Cano, vt in *d. Summar. num. 10.* & in possessionem immissi, quibus tamen citatis sub die 7. Septembris 1639. coram Executore in partibus, idem R.P.D. Carillo obtinuit mandatum de immittendo in eorundem possessionem, cuius mandati executionem præsens Vicarius generalis Episcopi Gadiceñ non solum denegauit, verum etiam dictis Francisco, & Didaco mandatum de manutenendo concessit, non obstante quod Consilium Regium, ad quod per eosdem fuit habitus recursus, declarauerit, ritè, & rectè processisse Iudicem Ecclesiasticum, in concedendo eidem R.P.D. Carrillo talem immissionem. Fuit deinde appellatum à denegatione executionis dicti mandati de immittendo, & concessionis mandati de manutenendo, vt in *Summar. num. 5.* Et consulta Rota fuit dubitatum, An eidem esset danda immissio, & affirmatiuè Domini responderunt, cum illa non
1 posset denegari, non † solum vigore litterarum Apostolicarum, quæ habent executionem paratam, *cap. si capitulo, & ibi gloss. concess. præb. in 6. Sarnen. in tract. Breuium num. 4. Gig. de pens. quæst. 6. n. 9. Cassad. decis. 10. num. 8. de rescript. Mohed. decis. 13. Vt lit. pend. de appell. Rota in Florentina pensionis 9. Iunij 1636. coram bon. mem. Motmanno,* maximè cum
2 emanauerint motu proprio, † quo casu non indigent aliqua iustificatione, cum solum innitantur verbo, & voluntate Papæ, *glos. in Clem. 1. verb. fuisse de prob. Alex. cons. 112. num. 1. lib. 7. Oldrad. cons. 258. Gabr. de prob. concl. 2. num. 55. Achill. decis. 10 de probat. Put. decis. 101. lib. 3. in correct. Cardin. Seraph. decis. 1484. num. 10. & in recent. decis. 633. num. 3. 645. num. 2. par. 3. & 656. num. 1 par. 2. Rota in Casalen Beneficiorum 10. Decembris 1627. coram bon. mem. Merlino.* Verum etiam gratiosæ subrogationis expeditæ ad partes, quæ iustificatis tribus requisitis, nempè, Reseruatione, Obitu Defuncti in posses-
3 sione, & Clericatu subrogati, † habent pariter executionem paratam, ita vt non denegetur immissio, *Gonzal. ad reg. 8. §. 7. proœm. nu. 212.* vbi plures referuntur decisiones in hoc proposito *Seraph. decis.*

decis.1426.nu.2.103.littera A.coram Papa Greg.XV. 570.num.1. & 700. eodem num.1.par.1. recent. 09. coram Buratto, & in Signina Beneficiorum 31.Martij 1641.coram Reuerendiss. Patauino.

Reseruatio autem istorum beneficiorum est clara, cum vacauerint per obitum vnici Collectoris
4 ex Regula 4.hodie 5.Cancellariæ, † reseruante beneficia vnici Subcollectoris in qualibet Diœcesi, qualem fuisse Georgium Fernandez apparet ex deputatione Nuncij Hispaniarum secuta sub die 6.Nouembris 1635.eodem *Summar.num.8.* in d.Diœcesi Gadicen. *glos.super reg.8.glos.51.nu.67. & seq. Lotther. de re benef. quæst.32. num.158.lib.2. Ioan.à Kocchier.super hac regula num.6.Ferdinand.à Castro Palao in suo opere moral.par.2. tract.13.disp.2. dub.20.num.2.Rota decis.715. num.4.par.1.252.n.3. par.2.recent.& 263. num.1. coram Reuerendiss.Vrgellen.Valentina Decanatus 5.Iunij 1637.coram bo:mem. Coccino, confirmata sub 29.Nouembris 1638. coram eodem R.P.D.meo Carrillo, & in Aquilana Canonicatus 4.Maij 1640.coram R.P.D.meo Rojas.*

Non obstat, quod ad hunc effectum reseruatio-
5 nis requiratur exercitium officij, † & quod talis reseruatio non intelligatur inducta,nisi à die præstiti consensus per eundem Subcollectorem, *Garz. de benef.par.5.cap.1.nu.350.* & vt aliquando etiam Rota dubitauit, vt in *Florentina Parrochialis 14.Ianuarij 1643.coram R.P.D.meo Bichio.*

Quia, reiecta huiusmodi opinione,contrariam vti veriorem, & magis communem fuit eadem Rota secuta,tam in decisionibus antiquo tempore emanatis,quàm etiam in recentioribus,& reso-
6 lutum, solam deputationem sufficere, † ad effectum reseruationis,absque vlla acceptatione officij,& illius exercitio, etiam quod talis deputatio nec visa,nec recepta fuerit ab ipso Deputato, *Felin. in cap.nostra de rescript. Gonzal. ad regula 8.glos. 51.num.69.Paris.de resignat. benef.lib.2.quæst.16.numer.26.& Zerola in praxi Episcopali 1.par.verb.beneficia,§.2.fallen.8.& 2.par.verb. exempti, §.6.Selua de benef.2.part.quæst.11.10.qualitate, Garz.de benef. par.5.cap.1.num.345.& 347. Rota decis.11.in antiq. & decis.17.in nou.de præb.Cassad.decis.vnic.de verb. signif. Rota in Valentina Decanatus coram bon. mem. Coccino,& d.decis.263.num.3.Caputaquen.decis.140. & 141.par.1.& 76.par.3.Put.decis.329.num.4.lib.2. in correct.& 233.n.17.coram eodem Vrgellen.& 385. num.3.par.5.diuers.*

Non obstat, quod regula prædicta Cancellariæ ad inducendam reseruationem loquatur tantum de vnico subcollectore,& impetranti beneficia, vti reseruata per obitum vnici Subcollectoris, incumbat onus probandi,tanquam fundamentum suæ intentionis, *l.illa & ibi scribentes,de verb.oblig.*

Quia eo ipso,quod non probatur, plures fuisse Subcollectores,præsumitur eumdem Georgium
7 fuisse vnicum, † sed cessat difficultas, quia in litteris deputationis, non solum enunciatur vnicus Subcollector, verum etiam quia quando de tempore deputationis adfuisset alius Subcollector,iste, per deputationem secundi, censeretur reuocatus, etiam si de illius reuocatione nulla fuisset facta mentio, *Text.ad l.si quis,§.Iulianus,ff.de procur.* & in puncto *Bellenc.in tractat.de carit.subsid.quæst.109 in princ.Mandos.ad reg.quæst.10.num.2. Verall.decis. 138.num.2.139.num.pariter 2. & 140.eodem numer. par.1.decis.9.de offic.deleg in non.& decis.11.de præb. in antiq.263.num.9. coram d.Reuerendiss.Vrgellen.& 252.num.5.par.2.recent.& d.decis.385.num.6 par.5. diuers.* Et dum Sanctiss.D.N.concessit eidem R.P. D. meo Carrillo ista beneficia vti vacantia per obitum vnici Subcollectoris motu proprio, onus probandi iustificationem eiusdem motus proprij non incumbit vtenti gratia,sed illam impugnan-
8 ti, † cum intret præsumptio de vnicitate, *Felin.in cap.causam quæ il secundo num.3.& 4.de testib.Gabr. de probat.concl.2.num.61. Minsinger. cent.5.obseruat. 34.num.7.& seq.Garz.de benef.part.5.cap.1.nu.356. Alex.consil.112.nu.1.lib.7.vers.non procedit, Oldrad. cons.258.Caputaq.decis.77.num.4.par.3. Seraphin.decis.1484.num.11.Rota decis 633.num.3.& 715.nu.5. par.1.recent. & in Casalen. Beneficiorum 10.Decembris 1627.coram bon.mem.Merlino.* Vnde cum ex supradictis de deputatione d. Gregorij dubitari minimè possit, pariter cessat omnis difficultas.

Quoad reseruationem circa illius beneficia, cum sufficiat,quod illa obtinuerit,vel ante officium,
9 vel durante officio,licet etiam de tempore obitus non fuerit Subcollector, *Rot.decis.11.de præb.in antiq.Simonett.de reseruat.quæst.33.num.17.Rot.dec.255 num.6 par.5.& 225.num.13.par.7.diuers.* Beneficia enim Collectorum, seu Subcollectorum semel reseruata licet desinant esse Collectores,& cesset eorum officium, semper remanet reseruata, nec ali-
10 quis potest de illis disponere præter Papam, † & quotiescumque per decretum Papæ semel fuerunt affecta,affectio nunquam tollitur,nisi per collationem Papæ postea subsecutam, *Felin. in cap vestra corollario 21.de rescript.Garz.de benefic.par.5.cap.1. num.352.Rot.decis.10.& 12. circa princip.de præben. in nou.& decis.11.13.& 15.eodem titul.in antiq.& d. decis.225.num.13.par.7.diuers.*

Nec obstat,quod deputatio Subcollectoris fuerit facta in persona Georgij Fernandez tanquam Canonici Cathedralis Ecclesiæ Gadicen. qui tamen cum non esset Canonicus, sed simplex Coadiutor, prætenditur, quod non potuerit esse Subcollector. Quia quicquid sit, An in omnibus Canonicus Coadiutor gaudeat priuilegijs veri Ca-
11 nonici, † cessat difficultas in casu nostro attentis verbis Coadiutoriæ amplissimis,ex quibus clarissimè patet de voluntate Papæ,nempè quod Coadiutor gaudere debeat omnibus priuilegijs,cæteris Canonicis competentibus maximè quando non agitur de præiudicio ipsius Coadiuti, seu alterius Canonici, vt censuit sacra Rituum Congregatio in *vna Pistorien.15.Martij 1608.relata per Barbos.in tract.de vniuers.iur. Eccles.lib.3.tit.de Coadiut. cap.10. num.91. Gonzal.super reg.8.glos.5.§.9. num.97. Rota in Hispalen. præheminentiarum 8 Februarij 1619.coram bon.mem.Card.Sacrato.*

Et stantibus dictis verbis amplissimis Coadiu-
12 toriæ,visa fuit Dominis vera conclusio † firmata per *Acostam de Andrada in explicatione Bullæ Cruciatæ, quæst,75.* quem sequitur *Ferdinan.à Castropalao par.2. tractat.13. de benef.Eccles.disput.1. punct.10. num.39 fol.243.* scilicet quod Coadiutor potest esse Delegatus Apostolicus,& Iudex Ecclesiasticus, quatenus deputatio Subcollectoris regulanda esset iuxta formam *cap.statutum pe rescript.in 6.* quod tamen pro nunc Domini non firmarunt, cum ad hunc effectum sufficiat,quod attentis verbis Coadiuto-

diutoriæ, Canonicus Coadiutor non possit dici taliter persona priuata, vt non sit æquiparandus verò Canonico, qua ratione quamuis Commen-
13 dator non sit verus Titularis, † sed ei æquiparetur, & illius priuilegijs gaudeat, iuxta *decisionem Rotæ 141. nu. 6. par. 1. recent.* nihilominus potest esse Delegatus Apostolicus, *Rebuff. de pacif. poss. nu. 41. Gonzal. super regul. 8. gloss. 5. §. 8. num. 10. Barbos. ad collectan. cap. statutum num. 12. de rescript. in 6.*

Quoad obitum, vti requisitum, ad effectum, vt subrogatio gratiosa secum effectum impartiri possit, nulla potest haberi difficultas, cum Franciscus Zorelus, & Didacus Cano prouisi ab Ordinario, eadem beneficia obtinuerint ex eadem vacatio-
14 ne, † quo casu obitus defuncti concludenter probatur, *gloss. & Doct. in cap. nonnulli, de rescript. Sarnen. in reg. de impetrand. benef. viuen. quæst. 5. & in reg. de tri eunali, quæst. 38. Oldrad. cons. 136. Put. decis. 171. num. 1. lib. 3. in correct. Coccin. decis. 145. nu. 1. & 715. num. 3. in fine, par. 1. & 309. nu. pariter 1. par. 2. recent. & 236. num. 2. par. 7. diuers. & in Vicen. Parochialis de Besora 1. Iulij præteriti coram R. P. D. meo Bichio.*

Clericatus autem R. P. D. mei Carrillo subrogati probatur ex litteris patentibus Ordinarij, vt in
15 eius *Summar. num. 9.* † quæ ad hunc effectum suffragantur, *text. in cap. 2. vbi Abb. in 1. notab. de Cler. pereg. Felin. in cap. post concessionem, n. 3. & 15. de probat. Rota decis. 16. eodem tit. in antiq. decis. 263. nu. 17. coram Reuerendiss. Vrgellen. 92. n. 5. par. 6. diuers. & 78 num. 5. 190. num 6. coram Papa Greg. XV.*

Non obstat, quod in litteris subrogationis non fuerit facta mentio possessionis captæ à dictis
16 Francisco Zerolo, & Didaco Cano, † & sic possessio R. P. D. mei Carrillo dicatur nulla, *cap. licet, vbi gloss. in verb. Te non vocato, de prob. in 6.*

Quia cum Ordinarius contulerit ista beneficia, quorum prouisio, vti de reseruatis, spectabat ad Papam, possessio capta per eosdem potius dicitur intrusio, quam vera possessio, & per consequens, dum habuerunt titulum illicitum, non possunt di-
17 ci legitimi contradictores † ad impediendam talem immissionem, nec vlla debebat fieri mentio illorum possessionis, *ex l. fin. C. de edict. Diu. Adr. tollen. Bero. cons. 12. num. 4. lib. 1. & cons. 60. lib. 2. Rolan. cons. 2. in fin. num. 47. lib. 3. Chassen. cons. 20. num. 40. Gratian. discept. forens. cap. 339. num. 12. Seraphin. decis. 1060. num. 3. Buratt. decis. 209. num. 6. Fanen. Commendæ 6. Februarij 1640. coram Reuerendissimo D. meo Decano.*

Nec tandem releuat, quod in gratiosa subrogatione non fuerit narrata pendentia litis, & senten-
18 tia desuper lata in partibus in hac causa cum sententiæ mentio sit necessaria *Buratt. decis. 187. num. 1. & 2. & decis. 209 eod. num. 2.*

Quia cum sententia fuerit lata ad fauorem d. R. P. D. mei Carrillo subrogati, cessat subreptio ob illius taciturnitatem, cum sint narranda ea, ob quæ, vel Papa gratiam non concessisset, vel fuisset
19 difficilior in concedendo, † sed in isto casu quatenus etiam fuisset narratum, latam fuisse sententiam ad fauorem eiusdem subrogati, nulli dubiũ, quod Papa facilior euasisset in concedendo eamdem subrogationem, *text. in cap. super litteris, vbi notant omnes de reseruat. Sanchez de matrimon. lib. 8. disput. 510. num. 7. Cassad. decis. 12. num. 14. de præben. Rota in Leodien. Canonicatus 8. Iunij 1612. coram bon. mem. Pirouano, & in Camerinen. Pensionis 26. Iunij 1641. coram Eminentiss. D. Card. Panzirolo.*

Et ita resolutum R. P. D. meo Carrillo tantum informante.

☞ *Infra in eadem causa sub die 4. Iulij 1646. habetur altera decisio sub titulo Gadicen. fructuum, coram eodem Reuerendiss. Papien.*

R. P. D. CARRILLO.

Posteà Præside VALLISOLETANO.

Romana Legati.

Lunæ 14. Martij 1644.

ARGVMENTVM.

Tota hæc decisio versatur circa interpretationem legati, an latè vel strictè illa sumenda veniat, & propriè in casu quo alicui fuit legata prælatio certorum librorum, sub qua ille bibliotecam, & armaria, quinimo, & ius inquilinatus, nec non auuiamentum comprehensum esse dicebat.

SVMMARIVM.

1 *Legata non haben. viam executiuam secundum opinionem Rotæ.*
2 *Legatum librorum non continet bibliotecam, armaria aut scrinio in quibus libri continentur.*
Limita conclusionem vbi apparet de contraria mente Testatoris, num. 3.
4 *Legatum contenti cõprahendit etiam continens quamuis non expressum si testatoris concurrat voluntas.*
5 *Coniecturæ in materia tacita, & occulta liquidissimæ probationes dicuntur.*
6 *Legatum quid alias strictam reciperet interpretationem, latè venit interpretandum stante affectione testatoris erga legatarium.*
7 *Auuiamentum significat hominum concursum ad apotecam, vel ratione situs, aut ingenij artificis.*
8 *Legatarij qualitas multum valet ad latam, vel strictam interpretationem sumendam in legatis.*
9 *Legatum interpretari debet secundum communem vsum loquendi.*
10 *Auuiamentum est pretio æstimabile.*
11 *Legatum comprahendit totum id quod Testator destinauit ad vsum rei legatæ.*
12 *Obseruantia est optima interpres cuiuscumque dispositionis etiam in materia legatorum.*
13 *Testes prò declaratione valuntatis Testatoris circa legata benè probant, quamuis non tot sint numero, quot in Testamento requiruntur.*
14 *Testes, quibus prætenditur declarari voluntatem Testatoris non sufficit quod deponant de dictis antè Testamentum, sed de his quæ in actu testandi audiuerunt testificare debent.*
Intellige vt num. seqq. & supra num. 13.
17 *Prælatio alicui legata in aliquo quod est principale, censetur etiam legata in illius accessorio.*
18 *Inquilinatus quando dicitur esse personalissimum ita vt cedi non possit intelligitur respectu Domini non alterius.*
19 *Perito à parte electo contra ipsam stari debet.*

20 Datio

10 *Datio in solutum non probat iustum pretium, & valorem in praeiudicium tertij.*
Fraudis praesumptio intrat inter Maritum, & Vxorem, num. 20.

DECISIO CCLX.

Legauit Io. Maria Inghirlanus Bibliopola Iacobo Mellino, eius Iuueni, praelationem in emptione omnium librorum existentium in eius Apotheca per haec verba, *Item voglio, che seguita la mia morte si vendino tutti li libri, che sono nella mia Botega, & altroue di qualsiuoglia sorte, e volendoli comprare Iacomo Mellini, che di presente si troua in detta Bottega, voglio, & ordino, che sia preferito ad ogn'altro Compratore per egual prezzo &c.* Et cum Legatarius praetenderet sub dicto legato comprehendi quoque praelationem in iure Inquilinatus, seu auiamento eiusdem Apothecae, egit coram A.C. contra haeredem, & obtinuit mādatum executiuum pro traditione librorum, & cessione iuris inquilinatus Apothecae, hinc causa per appellationem ad Rotam deuoluta quo ad ius Inquilinatus, cum clausula; si quid exequen. dubitaui, An mandatum A.C. sit exequen. & Domini quia secundum opinionem nostri Tribunalis pro
1 legatis non competit † via executiua, vt in decisionibus relat. per *Adden. ad Buratt. in decis. 208. numer. 12.* attenta dicti mandati iustitia, responderunt illud esse iustum.

Iustitia namque probatur ex eo, quod licèt
2 regulariter legatis libris † non veniant Bibliothecae, neque Armaria, neque Scrinia, neque caetera, in quibus libri continentur, vt decidit *text. in l. librorum appellatione 52. §. libris autem, ff.*
3 *de legat. 3.* Attamen secus est dicendum, † quando constat de contraria mente Testatoris, vt ex sententia Nernae disponitur, in eodem *text. sub §. Chartis legatis, vers. sed si Bibliothecam*, ibi, *interesse id, quod Testator senserit*, & explicat ibi, *Bart. sequitur Castren. in l. cum Pater filius, §. mensae num. 3. cum seqq. ff. de legat. 2.* Concurrente etenim volun-
4 tate Testatoris sub legato contenti, † venit etiam contineris, licet non expressum, *l. si fundum sub conditione, §. qui fundum ff. de legat. 1. Sim. de Praet. de interpr. vlt. volunt. lib 4. dub. 7. num. 12. & 13.*

Quod autem in proposito concurrat Testatoris voluntas, colligitur ex pluribus vrgentissimis
5 coniecturis; † quae in tacitis, & occultis dicuntur liquidissimae probationes, *l. si verò, §. qui pro rei qualitate, ff. qui satisd. cogan. l. licet, ff. de legat. 1. l. si quis locuples, in fin. ff. de manum. Testam. cum concordan. adduct. per Mantic. de coniect. lib. 15. tit. 4. n. 9. post med. vers. quia illae etiam.*

Prima equidem coniectura desumitur ex affectione Testatoris erga legatarium in eadem Apo-
6 theca tunc inseruientem, benè probata ex lectura Testamenti, ac per Testes, quae efficit, vt legatum late interpraetetur, quamuis alias strictè interpraetandum esset. *Aym. cons. 297. sub num. 7. vers. non obstat tertium Facchin. cons. 65 num. 22. lib. 1. Gratian. discept. for. cap. 700. num. 14. & seqq. vers. & partim, Rota decis. 239. num. 11. & 12. par. 7. recent.*

Secunda resultat ex qualitate Legatarij, qui cum sit Bibliopola, & Apotheca careat, non potest legato librorum commodè vti, nisi simul in legato contineatur Inquilinatus, & Auiamen-
7 tum Apothecae, † quod significat hominum concursum ad Apothecam, vel rationem situs, vel ingenij Bibliopolae, *vt ex not. in l. 1. §. caupones, & ibi glos. verb. Atrarij, ff. naut. caupon. & stabular. & ex Cephal. cons. 328. num. 19. & seqq.* tradit *Rota in decis. 540. num. 7. par. 2. recent.* qualitas autem legata-
8 rij multum valet † pro interpretandis huiusmodi legatis, vt notat *Bart. in dicta l. librorum, §. chartis vers. sed si Bibliothecam sub num. 11.* ibi, sed puto ex diuersitate personarum hoc debere intelligi, *ff. de legat. 3. ex text. in l. plenum §. aequitijs, §. de vsu, & habit. Surd. dec. 150. n. 1. & per tot.*

Tertia oritur ex verbis legati, quae secundum itellectum Librariorum, vt in attestatione data, trahunt secum etiam Inquilinatum, & Auiamen-
9 tum iuxta quem intellectum, & vsum communem loquendi facienda est interpraetatio, *Corn. consil. 233. n. 6. in fin. lib. 4. Mant. de coniect. lib. 6. tit. 8. sub. num. 7. vers. & quod Rota dec. 126. sub num. 6. & 7. coram sa. mem. Greg. XV. & in dec. 156. num. 20. par. 5. & dec. 239. n. 4. par. 7. recent.*

Quarta elicitur ex qualitate personae haeredis, quae cum sit mulier, non habilis ad illud negotium exercendum, immo obligata ex praecepto testatoris vendere ipsos libros, hinc nullum sentit damnum, sed quidem commodum, ac beneficium, quia facilius, & clarius vendet alteri Bibliopolae libros cum auiamento, quòd poenes se prorsus inutile foret, quam sine illo, & nulli du-
10 bium est, quin dictum auiamentum sit † pretio aestimabile, *vt notat, Pet. de Vbald. in tract. de duob. fratrib. par. 11. n. 73. tom. 6. par. 1. fol. 169. Gratian. discept. forens. cap. 547. n. 12. & seqq. & dixit Rota in dicta dec. 540. num. 7. in fine par. 2. recent.* Et quamuis haeres nupserit Bibliopolae, non inde sequitur, quod testator eam exemerit ab onere vendendi libros.

Quinta depromitur ex eo, quod testator dictam apothecam destinauerat ad solum effectum vendendi libros, cum ipse habitationem alibi retineret, & propterea, vt aiunt testes, noluit Inquilinatui renunciare quando eamdem apothecam conduxit, vt indè melior fieret conditio emptoris librorum, quorum venditionem ex tunc animo meditabatur. Vnde intrat conclusio,
11 quod sub legato comprehenditur † quidquid ad rei legatae vsum testator destinauerat *Mart. de successione legal. par. 4. quaest. 18. art. 1. num. 41. & seq. Gratian. discept. forens. cap. 126 n. 9. & cap. 782. nu. 7. & 8.* & quod inquilinatus esset destinatus ad vsū, & commodum emptoris librorum, declarauit obseruantia subsecuta ipsius partis aduersae, quae libros cum libraria, & sic cum Inquilinatu apothecae vendidit, cum haec etenim obseruantia
12 bene deseruit pro declaratione, † cum sit optima cuiuslibet dispositionis interpraes *c. cum dilectus de consuetud. Cravett. cons. 101. n. 4. Rota dec. 14. n. 4. par. 7. recent.*

Sexta, & vltima coniectura, immo valida probatio deducitur ex testibus formiter deponentibus, quod testator voluit legare etiam auuiamentum, & inquilinatum pro remuneratione fidelis seruitutis, quam ei praestitit legatarius pro modico salario, qui quidem testes (cum verba legati non repugnent, & recipiant interpretationem ex

ex præsumpta mente testatoris) benè sufficiunt
13 ad declarandam testatoris mentem, † & verba legati licet non tot sint numero, quod in condendo testamentum requiruntur, *Gabriel. de regul. iur. conclus. 3. n. 3. & seqq Crass. in §. substitutio quæst. 31. n. 2. Mantic. de coniect. lib. 5. tit. 15. n. 9. Seraphin. dec. 1302. n. 4. & 6. & ex alijs pluribus distinxit Rota in Tiburtina hæreditatis 18. Maij 1639. coram me.*

Nec obstat, quod non sufficiat, testes depo-
14 nere de dictis ante testamentum, † sed oporteat, vt deponant de dictis in actu testandi ex allegatis per *Donat. Anton. de Marin. quotidian. resolut. lib. 1 cap. 65. n. 23.* Quia hoc procedit, quando testator
15 ante testamentum † non fuisset serio locutus, sed incidenter, vt in casu *Gabr. cons. 112. num. 30. lib. 2.* Seu quando verba testamenti repugnant, & ex testibus prætenditur reduci ex integro probatio perfectæ voluntatis testatoris; secus verò quando
16 verba sunt dubia, & apta recipere interpretationem, & declarationem ex verbis testatoris antè testamentum prolatis, vt in specie aduertit *Rota in dec. 229 n. 10. par. 3. recent.*

Præterquam quod in casu nostro testes deponunt etiam de dictis à testatore post testamentum, & alter ex illis, qui erat eius confessarius dicit se de eius ordine adnotasse in quadam schedula; quod testator non renunciauerat Inquilinatui, vt hoc prodesse venditioni librorum
17 & sic considerauit Inquilinatum, † vti accessorium ipsius venditionis; & proindè cum voluerit legatarium præferri in emptione librorum, dicendum est, eum voluisse præferri etiam in Inquilinatu vti accessorio, *ad textum in c. accessorium de regul. iur. in 6. & notat Simon. de Pret. de interpretat. vltim. volunt. lib. 4. dub. 7. num. 31.*

Minus releuat dicere, quod Ius Inquilinatus sit personalissimum, & cedi nequeat, vt cauetur in decreto Camerali; quia non agitur in concursu Domini apothecæ in cuius præiudicium, † ius
18 Inquilinatus cedi non potest, sed in concursu hæredis testatoris, qui prætendit illud ad se spectare, quo casu benè cedi potest vt dixit *Rota coram sanct. mem. Gregorio XV. in dec. 115. num. 7.*

Demum nihil aduersatur excessus mandati A. C. desumptus ex eo quod libri potuerint vendi sicuti venditi fuerunt pro scutis 3400. & Iacobo legatario fuerint destinati pro solis sc. 3277. 57. cum dimidio; Tum quia standum est æstimationi factę per Maiolinum Petrum electum ab Aduersaria non autem dationi in solutum factæ ab
19 eadem, † ex qua non probatur iustum precium, nec verus valor in præiudicium tertij, *Rota decis. 850. n. 5. coram Buratto.*

Tum quia alia quam plura bona dedit in solutum marito, quæ Catharina potuit forsan minus æstimare, vt de illo minori valore se reintegraret in isto augumento precij librariæ ad eludendum legatarium; cum enim situs inter ma-
20 ritum; & vxorem † intrat suspicio fraudis ex notatis *in l. lata in princ. C. de donat. Paris. cons. 53. numer. 78. lib. 1. Rota dec. 156. n. 7. & dec. 928. num. 3. coram Buratt.*

Tum, & denique quia in dictis scutis 3400. fuit comprehensum etiam Ius Inquilinatus, & auiamentum, quod tamen non fuit comprehensum in æstimatione facta librorum in dd. scutis 3277. 57. cum dimidio vt legitur in decreto relaxationis d. mandati, vbi vltra æstimationem librorum iam factam mandatur ius Inquilinatu per Peritos æstimari debere; Et ideò eum hoc ius Inquilinatus per Peritos æstimandum, posse augere pretium librorum ad summam scutorum 3400. nullus potest considerari excessus in mandato.

Et ita decisum vtraque parte audita.

R. P. D. CORRADO.

Posteà S. R. E. CARDINALI.

Rauennaten. Dotis.

Lunæ 11. Aprilis 1644.

ARGVMENTVM.

Solutio facta pro saldo, & remanente cum præsumantur facta computa, liberat soluentem à toto debito, ita vt nec ipse, nec eius hæredes amplius nequeunt molestari. Verba ista sunt interpretanda, ne in eodem instrumento contineant repugnantiam.

SVMMARIVM.

1 *Debitum, quando quis soluit, nec ipse, nec eius hæredes possunt amplius molestari.*
2 *Solutio facta pro saldo, & remanente, tunc omnia debita anteriora præsumuntur solidata, & soluta.*
3 *Verba illa, posita in quietantia per saldo, & vltimo pagamento, quid importent.*
4 *Verba, ne sint repugnantia, vel inter se contraria, in eodem instrumento est facienda interpretatio.*
5 *Verba, supra, & infra, quid denotent.*
6 *Verba, conuengono in principio, medio, & fine, quid operentur.*
7 *Verba, vt supra, repetunt omnes qualitates precedentes.*
8 *Verba subsequentia, declarant restringunt, & moderantur verba antecedentia.*
9 *Dictio, nisi, modificat, & restringit dispositionem, ac obligationem antecedentem.*
10 *Pronomen ipse, demonstrat personalitatem, ita vt omnes alias personas excludat.*
11 *Singula singulis referenda sunt.*
12 *Contractus simul, & semel assumunt vires, cum à partibus, quando à partibus fuit absolutus.*
13 *Formulæ diuersæ verborum, quando prouidè, ac studiosè per contrahentes adhibitæ dicantur.*
14 *Pecuniæ receptæ, pro saldo, & vltimo pagamento, quid inde importent.*
15 *Verba prolata in ipso actu solutionis, bene declarant intencionem soluentis.*

DECISIO CCLXI.

Cvm DD. de Ginannis, & alij cohæredes Mariæ instarent, non solum pro executione sententiarum Conformium contra hæredes Petri, & Ioannis Pauli de Monaldinis, verùm etiam il-

illos, ac hæredes Vincentij, & Horatij condemnati ad solutionem aliorum 250. aureorum pro residuo dotis: Ideò dubitaui, An, & quis teneatur ad illorum solutionem.

Et Domini responderunt neminem teneri.

Hæredes enim Petri, & Io: Pauli non tenentur, stante nullitate eorum obligationis quo ad hanc summam aureorum quingentorum, & ex alijs in decisione super alio dubio deductis.

Hæredes autem Vincentij, & Horatij, qui maiores erant 25. annis tempore celebrati Instrumenti dotalis, non tenetur stante pacto in eodem Instrumento conuento ibi. *Hoc pacto inter dictas partes specialiter conuento in principio, medio, & fine, quod DD. Vincentius, & Horatius non teneantur, nec sint obligati concurrere ad solutionem dd. dotium, vt supra, nisi ad summam scut. mille quingentorum, & alios scutos quingentos dd. Petrus, & Io. Paulus, ac D. Victoria eorum mater solummodo ipsi teneantur, quia sic pacto speciali inter eos actum, & conuentum extitit &c.*

Cum itaque soluti fuerinnt aurei mille quingenti, & præfati Vincentius, & Horatius amplam retulerint pro eorum portionibus absolutionem, vt apparet ex publico Instrumento sub die 6. Aprilis 1591. Ideò extincta fuit eorum
1 obligatio, † nec vlterius illi, vel eorum hæredes ex ea causa molestari possunt *l. verborum obligatio ff. de solut. l. si pupillus ff. ad l. falcid. & §. 1. Inst. quib. mod. toi. oblig. Bart. in l. si quis alienum sub num. 3. ff. de solut. cum concord. per Surd. dec.* 113. *num.* 2. *& cons.* 221. *n.* 58. *Rot. dec.* 536. *sub num.* 2. *par.* 1. *& dec.* 219. *num.* 4. *par.* 7. *recent.*

Eoque magis quia soluerunt *pro saldo, & vltimo pagamento eorum partis dotis per eos promissæ &c.*
2 quæ verba clarè denotant omnia † computa præcedentia fuisse solidata, & integram præcessisse
3 solutionem, plenamque debitoris † liberationem præseferunt *l. si ex pluribus princ. ibi gloss. in verbo reliquum ff. de solut. ibiq. Angel. sub num.* 4. *Bald. in l. ab Anastasio sub n.* 10. *in fin. vers. nam hæc verba &c. C. mand. Castr. in l.* 2. *sub num.* 3. *vers. sed quæro &c. C. de hæred instit. Rot. penes bon. mem. Buratt. decis.* 355. *num.* 19.

Et licet informantes pro Actoribus nitantur probare, quod d. pactum non referatur ad stipulatorem dotis, cuius respectu omnes fratres æqualiter se obligarunt soluere residuum aureorum 2000. (demptis sexcentis tunc solutis) scilicet aureos tercentos singulis annis vsque ad integram satisfactionem, his additis verbis videlicet *DD. Vincentius, & Horatius duas partes, & alias duas partes dd. Petrus, & Io. Paulus &c.* Sed tantum intelligatur appositum, vt operetur inter ipsos promissores, vt scilicet Petrus, & Io. Paulus tanquam principales debitores teneantur conseruare indemnes Vincentium, & Horatium pro eis tan-
4 quam in effectu † fideiussores pro ea summa aureorum quingentorum obligatos, ne aliàs ineuitabilis contrarietas, & repugnantia in eodem Instrumento resultet.

Tamen Domini existimarunt pactum prædictum principaliter respicere, ac moderari ipsam promissionem soluendæ dotis, cui immediatè annexum, fuit id enim visum fuit manifestè conuinci ex toto illius orationis contextu, ac singulis eius partibus attentè consideratis.

Nàm in principio dicitur, hoc esse pactum inter dd. partes specialiter conuentum. In eo autem Instrumento duæ interuenerunt partes, scilicet Bernardinus Socer Mariæ dotis stipulator ex vna, & fratres eiusdem Mariæ dotis promissores
5 ex altera, † ideòque ea verba ad vtramque partem referri debent, sicut & aliæ eiusdem Instrumenti clausulæ ad eas referuntur, vt legitur in Clausula *Quæ omnia &c.* & supra, ac infrà; *Rota penes bon. mem. Cardin. Seraph. decis.* 1384. *num.* 3. *& seqq.*

Deinde sequuntur ea verba *conuento in principio, medio, & fine &c.* quæ procul dubio qualificant, moderantur antecedentem obligationem, & totum Instrumenti contextum, perinde, ac si sin-
6 gulis eius partibus idem pactum fuisset † repetitum, & cum eius exceptione, ac præseruatione contracta obligatio *Bart. in l. non solum §. morte sub num.* 24. *vers. si verò &c. ff. de oper. nou. nunt. Oldrad. cons.* 132. *Titius habens filiam sub num.* 3. *vers. & hoc etiam inducit Crauett. cons.* 135. *sub num.* 17. *vers. Hoc ità præsupposito &c. Decian. cons.* 70. *sub num.* 19. *& seq. lib.* 3. *Menoch. cons.* 124. *num.* 61. *vers. Nam repetitio &c.*

Mox alia, *non teneantur, nec sint obligati concurrere ad solutionem dd. dotium, vt supra &c.* quæ manifestè referuntur, tàm ex sui propria significatione, quàm ex vi relationis ad vnicam promis-
7 sionem, ac obligationem, supra factam † ad fauorem stipulatoris dictæ Dotis, ac illam repetunt cum omnibus eius qualitatibus *l.* 1. *§. hoc edicto, ibiq Bart. in fin. ff. de Postul. Paris. cons.* 48. *n.* 14. *& seqq. lib.* 2. *Crauett. cons.* 88. *sub n.* 3. *Ceph. cons.* 311. *num.* 37. *& seqq. Menoch. cons.* 269. *numer.* 34. *Surd. cons.* 354. *sub num.* 8. *& cons.* 362. *sub. num.* 9. *Rota decis.* 709. *sub num.* 6. *in fine, & decis.* 714. *sub nu.* 3. *par.* 1. *& dec.* 74. *num* 9. *ac decis.* 169. *par,* 5. *& decis.* 179. *num.* 12. *par.* 6. *recent.*

Et demum illa, *Nisi ad summam aureorum* 1500. *et ad alios scut.* 500. *dicti Petrus, et Io. Paulus solum-*
8 *modo ipsi teneantur etc.* quæ † declarant, restringunt, ac moderantur antecedentis obligationis verba respectu dd. Vincentij, & Horatij ad aureos 1500. tantum pro eorum ratis, & quoad alios 500. ad Petrum, & Ioannem Paulum tan-
9 tum &c. ex vi dictarum Dictionum (*Nisi*) † quæ modificat, & restringit dispositionem, ac obligationem, antecedentem, quod ipsos Vincentium, & Horatium, vt notant Doctores *in l. actione C. de transact. Menoch. cons.* 5. *num.* 16. *Rota penes San. Mem. Gregor. decis.* 544. *nu.* 25. *et seqq.* Et *solummodo*, quæ restringit obligationem quod alios aureos quingentos ad ipsos Petrum, & Ioannem Paulum, & alios excludit *l.* 3. *§. cum Titio ff. de adim leg. l. his solis C. de reuoc. don. l.* 2. *C. de Patr. qui fil. distr. Bald cons.* 334. *in quæstione sub n.* 2. *vers. probatur etc. lib.* 3. *Menoch. de retinend. possess. remed.* 5. *sub nu.* 73. *versiculo Verum Surd. decis.* 291. *nu.* 19. *et seqq. Rota decis.* 425. *nu.* 5. *par.* 2. *et dec.* 272. *num.* 2. *Par.* 3. *ac decis.* 472. *num.* 6. *et seq. et decis.* 513.
10 *num.* 9. *par.* 5. *recent.* Et (*ipsi*) † quod pronomen demonstrat personalitatem, ita vt omnes alias personas excludat, *vt not. Ias. in l. filius familias §. Diui in* 2. *lect. num.* 151. *ibique Rip. et alij ff. de leg.* 1. *Nact. cons.* 163. *num.* 8. *Rota penes bon. mem Card.*

Card. Seraph. decis. 1149. num. 3. et decis. 619. nu. 3. par. 1. Recent. et penes bon. mem. Buratt. decis. 872. num. 3.

Itaque sensus illius conuentionis est quod omnes fratres Mariæ teneantur soluere residuum Dotis promissæ ad rationem aureorum 300. singulis annis, hoc scilicet ordine, vt vsque ad summam aureorum 1500. dimidiam Vincentius, & Horatius, aliam verò dimidiam Petrus, & Io. Paulus, abinde verò supra, vsque ad aureos 3000. idem Petrus ac Io. Paulus tantum ad solutionem concurrant.

Hinc que tollitur obiecta repugnantia, & contrarietas, nam ipsorum verborum sensus congruum exhibet ordinem, & declarationem, ac moderationem præcedentis obligationis, quæ ipsi rationi aprimè consona fuit sicut enim Vincentius, & Horatius paterna præcipuè directione, Petrus autem, & Ioannes Paulus strictiori sanguinis vinculo ac dilectionis affectu ad maiorem exercendam liberalitatem erga Sororem adducebantur, ità consonum fuit, vt illi ad summam tantum à Patre cæteris filiabus constitutam, isti vero soli, ad id quod susperat astringentur. Atque ità omnia in eodem Instrumento con-
31 tenta benè concordantur, † & singula singulis referuntur, vt fieri debet, cum vnum insit alteri & ad inuicem declarentur, & moderentur, vt tradit *Bart. in l. contractus sub num. 4. vers. Et ideò etc. ac seq. C. de fid. instru.* dicens, quod licet in eodem Instrumento sint apposita plura pacta, vnum primò, aliud post, ille in cuius fauorem vnum pactum est appositum non potest hoc allegare, scilicet illud esse primò conuentum. Nàm hu-
32 iusmodi † contractus simul, & semel assumit vires, cum à partibus fuit absolutus, & sequitur *Cagnol. in l. lecta sub. num. 157. vers. Præterea etc. ff. si cert. pet. Gabr. cons. 47. sub num. 7. et 8. lib. 2. Surd. decis. 107. sub num. 6. Rota penes bo. me. Card. Seraph. decis. 1384. num. 7. et 8. ac decis. 105. sub num. 4. et 5. par. 2. recent.*

Hæc autem tùm litteralis, tùm intellectualis illius conuentionis interpretatio, visa fuit Dominis comprobari ex præcitato Instrumento diei 6. Februarij 1591. in quo Bernardinus, & Alexander de Guicciolis Socer, & Maritus respectiuè Mariæ receperunt a dd. Vincentio, & Horatio aureos centum quinquaginta, his verbis *pro saldo, et vltimo pagamento eorum partis Dotium prædictæ D. Mariæ eorum Sororis, eisdem DD. Bernardino, et Alexandro per dd. Horatium, et Vincentium cum infrascriptis eorum Fratribus promissa vsque ad summã scutorum mille, et quingentorum etc.*

A dictis verò, Petro, & Io. Paulo receperunt pariter in eodem instrumento aureos centum quinquaginta, sed alijs verbis.
" *pro eorum parte, et portione sibi ipsis tangente pro pa-*
" *ga anni præsentis 1591. Dotium D. Mariæ eisdem Ber-*
" *nardino, et Alexandro promissæ etc.*

His enim differentibus verborum formulis partes prædictæ visæ fuerunt in illo absolutionis,
13 ac † quietantiæ instrumento, non quidem incautè, ac fortuito, sed proindè, atque studiosè, vt demonstrarent obligationem Vincentij, & Horatij fuisse restrictam, ac limitatam, vigore pacti antedicti, ad aureos mille quingentos; Atque ideo pecunias ab illis fuisse receptas pro saldo, & vltimo pagamento &c. illam vero Petri, & Io.
14 Pauli absolutam pro integra† summa aureorum 2000. & proinde illorum solutionem receptam fuisse, non pro saldo, & vltimo pagamento, sed pro paga anni 1591.

Ex quibus sanè, tùm verbis in d. posteriori Instrumento inter ipsasmet partes (inter quas fuerat celebratum præcedens promissionis d. Do-
15 tis) prolatis, tum ipsius solutionis actu optimè declarantur verba, & intentio earundem in antecedenti *l. sed Iulianus, §. proindè, ff. ad S. C. Maced. Crauett. cons. 211. sub n. 8. Rota decis. 571. n. 3. part. 1. diuers. & penès bon. mem. Card. Seraphin. decis. 600. num. 3. et decis. 696. num. 3. et decis. 261. sub num. 5. part. 1. et decis. 365. sub. num. 1. ac decis. 630. sub num 7. part. 2. recent. et decis. 350. sub. num. 4. ac decis. 448. sub nu. 4. part. 3. & decis. 560. num. 11. par. 5. recent. & penes S. me. Greg. XV. decis. 502. sub num 8. & 10. Mantic. de tacit. lib. 2. tit. 1. sub num. 5. vers. quarto deducitur &c. Hond. cons. 35. à nu. 43. & seqq. lib. 2. & alij.*

Atque ita fuit resolutum vtraque parte informante &c.

Infra in eadem causa, sed super diuerso motiuo habetur alia decisio sub eadem die 11. Aprilis 1644. quæ est sequens coram eodem Eminentiss. Cardin. Corrado.

R. P. D. CORRADO

Postea S. R. E. CARDINALI.

Rauannaten. Dotis.

Lunæ 11. Aprilis. 1644.

ARGVMENTVM.

Minorum obligationes pro dotibus, licet non dicantur comprehendi sub dispositionibus statutorum annullantium eorum obligationes sine certa solemnitate celebratis, attamen id intelligitur, quando agitur de obligatione soluendi dotes ex causa necessariò contractis, & sic minor ex dispositione legis, vel hominis ad id cogi poterat, qui casus ab illius statuti dispositione eximitur, secus verò si voluntariè fuerit facta talis obligatio, & quando ea dicatur voluntaria, & quid si in tali obligatione interuenerit iuramentum, & quando minor maior factus diu steterit ad dandum de nullitate non præsumatur ratificatio.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio minoris est nulla, si non sint seruatæ solemnitates.*
2 *Obligatio minoris, quando sit nulla tam ciuiliter, quàm naturaliter.*
3 *Sententia lata contra dispositionem statuti est nulla.*
4 *Obligatio ex causa dotis à minore facta an comprehendatur sub statuto prohibente obligationem minorum.*
5 *Statutum prohibens obligationem minoris comprehendit casum dotis voluntariæ.*

Mi-

6 *Minor, quando dicatur se obligasse in casu dotis voluntariæ.*
7 *Obligans se vltra dotem, in excessu dicitur se voluntariè obligare.*
8 *Dos præsumitur congrua, dum aliud non probatur.*
9 *Statutum Laicorum non comprehendit casum iuratum.*
10 *Contractus per dolum, & fraudem initi non ligantur iuramento.*
11 *Dolus re ipsa consideratur stante enormissima læsione.*
12 *Contractus à minore celebratus, quando dicatur ratificatus.*
13 *Ad Ratificationis effectum, quid requiratur.*
14 *Scientia generalis, & incerta non sufficit ad effectum ratificationis.*
Scientia ex lapsu decennij an præsumatur.
15 *Nullitatis præsumpta scientia excludatur.*
16 *Taciturnitas quando procedit ex ignorantia nullitatis non inducit ratificationem nulliter gestorum.*
17 *Contractus nullitas aliud est si deducatur agendo, & aliud excipiendo, & quæ sit differentia & num. 18.*
19 *Temporis lapsus præfixus minori ad dandum de nullitate intelligitur agendo non excipiendo.*
20 *Minor, nec cum auctoritate tutoris potest donare.*
21 *Statutum disponens in casu simplici, non comprendit casum mixtum.*
22 *Nullitas seu defectus duplex difficilius sanatur quam vnicus.*
23 *Statutum loquens de donationibus, quas comprehendat.*
24 *Statuta non præsumuntur voluisse tollere dispositiones iuris communis.*
25 *Donationis nullitas intra quod tempus dari possit.*
26 *Et quod stante dolo, vel fraude.*
27 *Minor dicitur enormissimè si obligatur ad id ad quod non tenetur, amplia num. 28.*
28 *Nullitatis scientia est probanda.*
29 *In creditis exigendis quando quis est diligens, quid ex hoc præsumatur.*
30 *Coniecturæ debent considerari coniunctim.*
31 *Ex coniecturis pluribus iunctis potest resultare efficax probatio.*
32 *Itaut nisi manifestis probationibus contrarijs tolli non possit.*
33 *Sententiæ dicuntur notoriè iniustæ, si non iustificentur ex actis.*

DECISIO CCLXII.

VINCENTIVS, & Horatius de Monaldinis fratres consanguinei, & Petrus, ac Ioannes Paulus vtrique coniuncti, Mariam eorum sororem nuptui tradiderunt anno 1588. Alexandro Guicciolo, constituta illi dote aureorum 2000. cuius parte tunc soluta, residuum conuentis terminis æqualiter soluere promiserunt, ædicto pacto, his verbis concepto.

Hoc pacto inter dictas partes specialiter conuento, in principio, medio, & fine, quod dd. Vincentius, & Horatius non teneantur nec sint obligati concurrere ad solutionem dictarum dotium vt supra, nisi ad summam scutorum 1500. & alios scutos 500. dd. Petrus, & Ioannes Paulus, ac D. Victoria eorum mater solummodo ipsi teneatur, quia sic pacto speciali inter eos actum, & conuentum extitit &c.

Defuncta verò dicta Maria anno 1629. institutis hæredibus Aurelia, & nepotibus ex Lucretia prædefuncta eius filiabus; Illi prætendentes pro residuo dotis prædictæ aureos quingentos, adhuc deberi iudicium, instituerunt in partibus anno 1633. contra hæredes dd. Petri, & Ioannis Pauli qui per tres sententias conformes fuerunt condēnati ad soluendam dimidiam dictæ summæ, ab alia verò dimidia absoluti, reseruatis iuribus actorum, contra quos de iure.

Post hæc, cum Partes ipsæ remiserint Rotæ cognitionem super executione trium conformiū, causaque fuerit mihi commissa: Hodie proposui dubium: An constet de tribus, quæ sint exequendæ.

Et Domini responderunt, sententias prædictas non esse exequendas; ea præcipuè ratione, quia ex processu constat, quod dicti Petrus, & Io. Paulus tempore instrumenti, & obligationis prædictæ per eos contractæ, minores erant 25. annis, & tamen nullæ fuerunt adhibitæ solemnitates ex dispositione statuti tàm antiqui, quàm recentio-
1 ris † Ciuitatis Rauennæ eorum patriæ, in qua fuit celebratum instrumentum sub rubr. *quæ forma sit seruanda in contractibus minorum &c.* requisitæ: Vnde resultat euidens nullitas illorum obligationis, vt expresè cauetur in eodem Statuto *in vers. quod si facti, &c.* Cuius probatio ad personas minorum directa in principio ibi, *Nullum minorem*
2 *posse &c.* apertè resistit obligationi, † tàm ciuili, quàm naturali, vt probat *Bart. in l. cum lex sub n. 4. vers. vnde lex, ff. de fideiuss. Roman. cons. 437. num. 4. versic. videndum igitur &c. Didac. in cap. quamuis pactum, par. 2. §. 4. sub num. 6. Rim. iun. consil. 260. nu. 9. & seqq. Gabr. consil. 20. sub num. 44. & seqq. lib. 2. Rota decis. 177. num. 12. par. 1. recent. & in Bononien. Census 28. Februarij 1609. coram bon. mem. Marquemontio in versic non obstat denique &c. & apud Reuerendiss. Vrgellen. decis. 18. n. 15. & seqq. & decis. 373. nu. 1. & seq. ac in alijs.*

Et per consequens manifesta nullitas, ac iniustitia dictarum sententiarum, quibus contra illius
3 statuti dispositionem fuerunt condemnati *Bart. in l. cum prolatis sub numer. 2. ff. de re iud. Io. de Imol. consil. 85. incipien. in casu præmisso sub num. 4. vers. circa tertium, &c. Alex. cons. 81. consideratis num. 1. versic. moueor lib. 2. & consil. 82. viso processu sub num. 6. vers. præterea &c. lib. 3. & consil. 164. visis num. 6. vers. quinimo, &c. lib. 7. Soccin. consil. 134. sub num. 2. & 3. vers. vnde reperio &c. lib. 1. Anton. Gabr. com. concl. lib. 2. de senten. concl. 7. & n. 5 vers. quarto amplia &c.*

Non obstat, quod obligatio ex causa dotis per minorem contracta non videatur sub huiusmodi
4 Statutorum† dispositionibus comprehensæ.

Nam id procedit, quando agitur de obligatione ex causa necessariò contracta, ad quam minor ex dispositione legis; vel hominis compelli poterat; Hæc enim ab illius statuti dispositione eximitur, non quidem ex priuilegio dotis, sed
5 necessitatis ratione; Secus † verò si voluntariè facta fuerit, vt latè probat *Gabr. in d. consil. 20. n. 1. & seqq. lib. 2. Lamberteng. de contr. eorum qui sine cert. solemn. gloss. 20. num. 9. & seqq. & Rot. dec. 117. num. 11. par. 1. recent. & in Romana donationis de Cupis 5. Iunij 1602. coram bon. mem. Cardin. Pamphilio in vers. non obstat, quod huiusmodi donatio &c. & in d. Bononien. Census coram Marquemontio in versic. non obstat, quod in causa dotis &c. & in Perusina fideiussionis,*

sionis 2. Aprilis 1612. coram Eminentiss. D. meo Card. Pamphilio in vers. minus etiam refragari & in Assisien. dotis 22. Iunij 1629. & 20. Aprilis 1630. coram Eminentiss. D. meo Card. Verospio.

In hoc autem casu, licèt prædicti fratres ex iuris municipalis dispositione tenerentur dotare Mariam eorum sororem à Laurentij communis parentis intestati defuncti hæreditate, eodem iure exclusam: Non autem ad eam quantitatem aureo-
6 rum 2000. tenebantur; † Nam ex processu constat, quod idem Laurentius eorum pater cæteris eius filiabus dotem constituit, ac respectiuè solui iussit in summa aureorum 1500. tantùm quodque ille dum viueret, atque etiam in extremis agens Victoriæ vxori, & præfatis eius filijs, ac hæredibus palam exposuit ipsius intentionem esse, quod singulæ prædictæ eius filiæ aureos 1500. pro eorum dote æqualiter consequerentur, vt subinde eadem vxor, & hæredes parendo voluntati paternæ, declararunt instrumento celebrato die 26. Maij 1582.

Quod etiam comprobatur ex eo, quia dicti Vincentius, & Horatius fratres consanguinei tantùm Mariæ, paternæ inhærentes declarationi noluerunt se obligare vltra summam aureorum mille quingentorum, Petrus autem, & Io. Paulus vtrinque coniuncti soli se obligarunt ad alios aureos quingentos, vt apparet ex relatis instrumenti verbis, ex qua sanè differenti obligatione ap-
7 paret, distinctam fuisse causam † obligandi, scilicet quoad aureos 1500. necessariam; Quoad reliquos autem voluntariam; Nam alias si necessaria fuisset obligatio, quoad integram summam aureorum 2000. omnes fratres æqualiter respexisset, sicut omnes æqualiter respiciebat eiusdem necessitatis causa *Rot. penès sanct. mem. Greg. decis. 372. num. 7.*

Proinde vsque ad eam quantitatem à parte cęteris filiabus constitutam (quæ congrua fuisse
8 Præsumitur, dum aliud non probatur *Rot. penès bon. mem. Cardin. Seraph. decis. 940. num. 6. & decis. 581. sub num. 3. par. 1. & decis. 195. sub num. 3. & 9. par. 2. recent. & penès bon mem. Buratt. decis. 894. numer. 2.*) Censuerunt Domini obligationem Petri, & Io. Pauli necessariam dici posse; In eo autem, quod excessit, fuisse voluntariam, & ex mera dictorum fratrum liberalitate processisse, ac per consequens absque solemnitatibus prædictis substineri non posse, vt benè probat in istis terminis *Castr. in cons. 468. incip. ad primum quo quæritur num. 3. vers. tertiò principaliter dubitatur &c. par. 1.* quem sequitur *Natt. consil. 558. num 3. vers. & vlterius &c. Gabr. d. cons. 20 sub num 55. & seqq. vers. sed quia præter &c.* & firmauit *Rot. in decis. præallegat. in vers. nam id procedit &c.*

Non etiam obstat, quod in dicto instrumento præstitum fuerit à partibus iuramentum, cuius
9 vigore † videatur ab illorum statutorum dispositione exemptum.

Quia cum statuta huiusmodi dicantur condita ob publicam vtilitatem, & expresse præsumant contractus, & obligationes per minores initas absque solemnitatibus per fraudem, ac dolum extortas ipso quidem iure, itaut probatio in
10 contrarium non † admittatur, vt in eis legitur; Et successiuè declarent, ipsos contractus, & obligationes nullas, ac nullius valoris, atque momenti. Ideo iuramentum super eo interpositum non operatur *Bart. in l. omnes populi sub nu. 25. vers. sed si statutum &c. ff. de iustit. & iur. Bald. in auth. Sacramenta puberum sub num. 5. vers. & ideo in multis locis &c.* & ibi, *Castr. sub nu. 11. vers. sed si quæritur &c. C. si aduers. vendit.* & latè probat *Curt. iun. cons. 118. sub num. 9. vers. sed quod fortius etc. et cons. 119. num. 6. et seqq. Honded. cons. 5. num. 40. et seqq. lib. 2. Rot. decis. 54. num. 1 part. 1. recent. et in d. Romana Cupis sub num. 5. vers. nec huic conclusioni obstat etc. et penès Vrgellen. d. decis. 18. sub nu. 2. et seqq. vers. quod etsi in d. statuto etc.* & plenè prosequitur *Aldouin. cons. 1. num. 96. et seqq.* vbi considerat etiam dolum re ipsa ob enormissimam læ-
11 sionem, † & alij relati per *Moder. Rom. ad stat. Vrbis 151. lib. 1. glos. 23. num. 5. vers. limita primò etc. et seqq.*

Nec demum officit, quod cum hæc nullitas non fuerit à prædictis Petro, & Io. Paulo deducta intra decennium à die eorum perfectæ ætatis annorum vigintiquinque, vel etiam infra à die quo maiores facti illius contractus scientiam habuerunt: Ideo dictum Instrumentum censeatur ab eis tacite, ratificatum, & approbatum, ac
12 præclusa † ipsis via dicendi de illius nullitate, sed firmum omninò remaneat vigore eiusdem recentioris statuti in *vers. si tamen prædicta solemnitas. etc.*

Quia fuit responsum. Primò quod statutum in hac parte intelligi debet, quando constat, quod
13 ille, qui ad maiorem ætatem peruenit, † scientiam habuit explicitam contractus, & obligationis in minori ætate contractæ, ac nullitatis il-
14 lius; Non enim generalis, atque confusa sufficiens est ad inducendam eius approbationem, ac ratificationē, vt declarat *Corn. consil. 207. incip. videtur prima facie sub num. 8. versic. item licet plura ect. lib. 3. Natt. consil. 162. sub num. 30. et seqq. vers. pręterea etc. Maluas consil. 86. sub num. 26. et seqq. vers. quinto dicitur etc. Gabr. cons. 36. num. 60. vers. nec enim sufficit etc. lib. 1.* & alij plures relati per *Simoncell. de decret. lib. 3. tit. 9. num. 37. et seqq. vers. declarantur supra relati casus etc. Rot. decis. 102. nu. 13. et seqq. par. 2. diuers. et penès san. me. Gregor. dec. 260. num. 15. ac decis. 473. num. 20. ac bon. mem. Buratto decis. 410. num. 11.*

Et licet videatur ex lapsu decennij eiusdem statuti vigore scientia pręsumi.

Cum tamen in hoc casu constet, quod ipsi fratres verè existimauerunt d. antecedentem contractum, & obligationem validam fuisse, vt apparet ex sequenti instrumento anni 1591 die 6. Februarij, in quo iam prope maiorem ætatem existentes, solutis dictis aureis mille quingentis conuenerunt illum in reliquis manere in suo robore, & firmitate; quæ verba proculdubio manifestam præferunt eius validitatis credulitatem,
15 ac proinde † præsumptam nullitatis scientiam excludunt ad *l. cum indebito in princ. l. penult. §. mulier, ff. de probat l. final. C. si minor, se maior dixerit, cum concordan. per Menoch. de præsumpt. lib. 1. quæst. 31. num. 4. et seqq. et Rot. penès san. mem. Gregor. decis. 416. num. 6.* propterea cessat etiam eiusdem statuti dispositio in hac parte super ea præsumptione fundata, *Rota penès eumdem Gregor. decis. 142. num.*

num.7. vers.idem dicendum &c. Nam cum minores
tacuerint, quia crediderunt contractu esse vali-
16 dum, atque ideo † illum impugnare non posse
ex illorum taciturnitate, nullo tempore argui
potest illius approbatio, ac ratificatio, vt be-
ne probat *Corn. d. cons. 207. sub d. num. 8.* & se-
quitur *Simoncell. tit. 9. sub num. 39. vers. sed pote-
rat. &c.*

Secundò, quod procedit, quando nullitas con-
tractus deducitur agendo, vt denotant eiusdem
17 statuti † verba, quibus prohiberetur post decen-
nium dici de nullitate huiusmodi contractuum,
vel peti rescissio, seu restitutio aduersus illos;
Non autem quando excipiendo, nam primo casu
imputandum est Actori, quod prius non egerit,
18 altero, † vero imputari non potest reo conuento,
quod antea non exceperit, quàm creditor eum
conueniret, ac instrumentum produceret, ex quo
tempore surgit, & ad effectum deducitur eius ex-
ceptio, atque ideo eatenus durat quatenus ipsa
actio, *l. si pactum, ibiq. post glos. Bart. & Doct. C. de
except.* & latè probat *Franch. in cap. dilecto nu. 146.
& seqq. vers. quinquagesimo quarto quæro &c. vsque
ad num. 153. extr. de appell. Alexan. cons. 82. viso pro-
cessu sub num. 12. vers. non obstat etiam &c. & seqq.
lib. 3. & consil. 59. viso titulo sub num. 14. & seqq.
versic. & si opponeretur &c. lib. 4. Dec. cons. 8. sub
num. 7. vers. secundo respondetur &c. Ruin. cons. 37.
num. 15. vers. quia primò respondetur &c. & cons. 49.
sub num. 6. vers. nec obstat &c. lib. 5. Surd. cons. 377.
num. 41. vers. quinimo &c. Vant. de nullit. titul. quo-
ties, & inter quod temp. sub num. 8. vers. aut quod
nullitas &c. Rot. penès bon. mem. Cardin. Seraph. de-
cis. 365. num. 14. & decis. 174 sub num. 11. par. 1.
diuers. ac decis. 240. num. 18. par. 5. recent.* & in spe-
cie *Anton. Galat. Maluas. in d. consil. 88. n. 21. versic.
tertio princ. & seqq.* dicens lapsum temporis præ-
fixi minori ad dicendum de nullitate contractus
excludere quidem illum ab agendo, non autem
19 exceptionem adimere, si conueniatur ex eodem
contractu, & confert *Gabr. d. cons. 20. num. 31. vers.
sed in obligationibus &c. lib. 2.*

Tertiò, quod nullitas obligationis dd. Fratrum
non solum prouenit ex defectu solemnitatum, ac
formæ d. statuti non seruatæ, sed etiam ex iuris
communis dispositione, secundum quam obli-
20 gatio minorum respectu dictæ summæ aureo-
rum quingentorum tanquam meram continens
donationem nullius erat momenti, nec curatri-
cis auctoritate conualidari potuit. *leg. 1. in fin.
princ. vers. sed si non mortis &c. ff. de tut. & rat. dist. l.
tutor. 14. § in soluendis, l. tut. 23. ff. admin. tut. l. fin. §.
cum autem, C. si maior. fact. alien. sin. decret. fact. rat.
hab.* & in his terminis probant *Bald. consil. 108. quæ-
ritur vtrum adulta lib. 1. Castr. & Natt. supracit. in
vers. proinde vsque ad eam quantitatem &c.* & vltra
eos *Maluas. dicto cons. 86. num. 24. & 31. Menoch.
cons. 338. n. 11. & seqq.* & alij relati per *Simoncell. de
decret. lib. 1. tit 2. n. 1. & seqq. & lib. 3. tit. 8. num. 95.*
vbi loquitur etiam in donatione sororis, & se-
quitur *Rota in d. Perusina fideiussionis 2. Aprilis 1612
in vers. minus etiam refragari, & dec. 385. num. 7.
par. 2. recent. ac dec. 924. num. 15. & 16 penès bo. me.
Buratt.*

Statutum autem prædictum in ea parte dispo-
nit in casu, in quo simplex adsit defectus in ob-
seruantiæ eius formæ, quem solum, & non alium
intendit sanare, vt legitur in eodem *vers. ibi.*

*Si tamen prædictæ solemnitates, & forma in prædictis
21 omissa fuerit &c.* Atque ideo non compræhendit
hunc casum, in quo duplex concurrit nullitas, vt
benè ad rem probat *Andr. Sicul. in consil. 38. exor-
diar. hanc consultationem sub num. 11. vers. itaque di-
camus &c. & seq. lib. 2.* dicens, quod statutum re-
mouens nullitatem non procedit, quando du-
22 plex concurrit nullitas, quia plures defectus ma-
gis inficiunt, ac difficilis sanantur, quàm vnus,
& sequitur *Anton. Corsett. de verb. geminat. sub nu. 8.
vers. decimoseptimo adduco &c. & Cephal. cons. 708.
num. 17. & seqq. vers. 2. respondetur &c.* & (præmissis
alijs) in hac materia idem probant *Surd. consil. 49.
num. 29. & seqq. vers. nec resistit &c. Rot. penès sanct.
mem. Gregor. d. dec. 260. n. 13. & dec. 473. n. 19.*

Et licet in principio mentionem faciat etiam
de donationibus per minores fiendis.

23 Intelligi tamen debet de illis, † quæ secundùm
leges præmissæ sunt, præuia Iudicis cognitione,
& in alijs casibus, de quibus in *l final. ff. de curat.
furios, & per glos. final. in l. tutor. ff. de admin. & pe-
ric. tut. Bald. in d. cons. 108. sub num. 1. versic. porrò
&c. Natt. cons. 166. num. 18. & consil. 173. per tot. Me-
noch. d. cons. 388. n. 13. & seqq. Surd. de alim. tit. 8. pri-
uil. 56. n. 109.* Nec enim ex eo intelliguntur exclu-
24 sæ, ac abrogatæ dispositio, & solemnitates † iu-
ris communis in huiusmodi contractibus seruan-
dæ *Paris. cons. 89. num. 63. lib. 1. Menoch. d. cons. 388.
n. 14. Aldouin. dicto cons. 1. n. 84. Rota penès sanct. mem.
Gregor. dec. 406. n. 4. & Buratt. dec. 116. n. 10. et seqq.*

Neque aduersatur, quod ea quoque nullitas
donationis ex iuris communis dispositione pro-
25 cedens post lapsum † decennij inter præsentes,
& vicennij inter absentes deduci non possit, vt
habetur in *d. l. final. C. si maior. fact. alien. sin. decret.
fact. rat. hab.*

Nam (præmissis alijs) dispositio illius legis
non procedit, quando in contractu per minorem
26 gesto interuenit dolus, vel fraus, siue verus, si-
ue, præsumptus, vt in proposito casu præsumit
dictum statutum prohibens admitti contrariam
prohibitionem, vt probat *Natt. d. cons. 162. n. 34.
Maluas. d. cons. 86. n. 15. vers. sed vbi etc. et num. 23. et
seqq. vers. quando etc.* vbi deducit dolum non solum
ex præsumptione statuti, sed etiam ex re ipsa ob
27 enormissimam læsionem minoris, dum se obli-
gauit ad id, ad quod non tenebatur *Surd. d. cons.
49. n. 38. et seqq. vers. 3. respondetur.* Et eamdem
28 sententiam, siue dolus sit verus, siue à statuto
præsumptus (quicquid alij sentiant) sequitur *Ro-
ta in d. Romana donationis de Cupis 5. Iulij 1602.
vers. non obstat, quod septimius etc.* vbi aliæ concor-
dantes referuntur *coram bon. mem. Card. Pamphilio,
et d. dec. 473. num. 18 sanct. mem. Gregor. et dec. 54.
et 293. num. 7. par. 1. recent. ac dec. 410. sub num. 10.
Buratt.*

Nec etiam procedit, quando non constat il-
lum, qui se obligauit post completam maiorem
ætatem scientiam habuisse antecedentis obliga-
tionis nulliter contractæ, vt probant *Doct. supra-
cit. in vers. 1. quod etc.* Quibus accedit *Surd. d. cons. 49
à n. 52. et seq. vers. 2. respondeo etc.*

Prætera videbantur Dominis releuantes con-
iecturæ pro Monaldinis adductæ, quod scilicet
ex

ex processu apparet, fratres prædictos fuisse faciles non solum in solutione dictæ dotis, cuius causa aureos mille qingentos in terminis conuentis exactissimè persoluerunt, vt apparet ex instrumento absolutionis illis factæ de ann. 1591. 6. Februarij, sed etiam in alijs eorum debitis dissoluendis, præfata verò Maria eorum soror diligens
29 † atque sollicita in eius creditis exigendis. Quodque à dicto anno 1591. vsque ad annum 1629. quo illa decessit, nihil aliud ratione dotis prædictæ vnquam petijt: Imò cum de anno 1598. 12. Septembris Petrus alter ex dictis fratribus coobligatis eidem Mariæ nonnulla bona valoris scutorum 300. vendidisset ipsa illi soluit integrum pretium in pecunia numerata, vt apparet ex instrumento, nulla facta mentione, imputatione vel compensatione alicuius crediti pro residuo dotis. Et vlterius ad extremum vitæ redacta in eius vltimo testamento condito de anno 1629. substituit prædictis eius hæredibus filios dd. Petri, & Ioannis Pauli, ac Laurentij eius fratrum in dicta eius dote scutorum 1500. nulla prorsus facta mentione, quod pro eius residuo illorum creditrix esset.

Ex quibus omnibus coniunctim attente per-
30 pensis † (vt fieri debet *Rot. dec. 194. num. 105. par. 5. recent.*) concurrente etiam inter prædictos sanguinis coniunctione, illud resultat, vel quod ipsæmet Partes nullitatem obligationis prædictæ quoad dictos quingentos aureos cognoscentes, eos concordi consensu remiserint; Vel si deberi existimarunt de illis satisfecerint; Nam ex huiusmodi coniecturis, ac præsumptionibus si-
31 mul concurrentibus, efficax resultat probatio etiam iuxta *l. procula, ff. de probat.* & ex alijs probant *Cephal. cons. 534. n. 10. et seqq. Bertazol. cons. ciu. 118. n. 1. et seqq. Surd. dec. 105. Sim. de Pret. cons. 68. per tot. Rota dec. 724. sub n. 9. vers. postremò par. 4. diuers. et dec. 298. num. 2. et dec. 305. num 1. & seqq. p. 5. recent.* Et hæc quidem dicitur euidens *l. licet Imperator*, ibique not. *Schrib. ff. de leg. 1. Rot. penès bon. mem. Cardin. Caualer. dec. 151. num. 11.* itaut nonnisi
32 † manifestis probationibus contrarijs tolli possit vt habetur *in l. si Chirographum*, & ibi, *glos. final. ac Doct. ff. de probat. Rot. dicta dec. 298 num. 3. part. 5. recent.*

Illæ autem, ad prædictas elidendas pro parte DD. de Ginannis adductæ visæ fuerunt Dominis longe leuiores, & minus releuantes.

Non obstat, quod prædicta ex oppositionibus hæredum Mariæ saltèm dubia, & disputabilia reddantur, ac ideò non videantur conuincere notoriam sententiarum iniustitiam.

Quia cum DD. considerantis rationibus ex vtraque parte deductis, existimauerint constare de bono iure dd. de Monaldinis, & contrarias obiectiones ipsis non officere, ac propterea
33 † sententias aduersus eos in partibus latas ex actis non iustificari; Ideò censentur notoriè iniustæ de stylo huius Sacr. Tribunalis, vt fuit dictum *in Burgen. Quindenniorum 16. Martij 1617. coram bon. mem. Andrea, inter eius impress. decis. 23. sub nu. 19. et seqq. et decis. 173 num. 2. et 3 par. 2. recent.*

Atque ita fuit resolutum vtraque parte informante.

☞ *Id est sub hac eadem die 11. Martij 1644. coram eodem Eminent. ss. D. Dard. Corrado est decisio præcedens.*

R. P. D. CERRO.

SACRÆ ROTÆ DECANO.

Valentina Parochialis.

Veneris 8. Aprilis 1644.

ARGVMENTVM.

Discrepantia vbi inter literas Apostolicas, & regestrum Datariæ inuenitur semper attenditur regestrum cum Datarius eiusque libri non possint argui de mendacio. Conditio apposita in mandato ad resignandum debet adimpleri resignatio valeat, quamuis fuerit concepta cum clausula si Sanctiss. placuerit.

SVMMARIVM.

1 *Resignatio adnotata in libris Datariæ post obitum resignantis dicitur nulla ex defectu consensus.*
2 *Regestrum Datariæ in concursu litterarum Apostolicarum debet attendi.*
Datarius, eiusque libri non possunt argui de mendacio, num. 2.
3 *Officiali Datariæ plenè creditur in spectantibus ad eius officium.*
4 *Resignatio conditionalis remanet nulla ex defectu consensus conditionibus non adimpletis.*
5 *Clausula,* non aliàs aliter, nec alio modo, *si non adimpletur reddit actum ipso iure nullum.*
6 *Valor expressus intelligitur deductis oneribus.*
7 *Fines mandati ad resignandum, sunt diligenter custodiendi alioquin procurator illos excedens nulliter resignat.*
8 *Reseruatio secundæ pensionis est nulla non facta expressione oneris perpetui.*
9 *Conditiones impossibiles contentæ in mandato ad resignandum exprimi debent in reseruatione pensionis.*
10 *Resignatio beneficij facta non adimpletis conditionibus impossibilibus contentis in mandato ad resignandum, vt substineri possit requiritur, quod procurator suas fecerit diligentias de obtinendo à Summo Pontifice illarum confirmationem.*
11 *Resignatio conditionalis cùm clausula,* si Sanctissimo Placuerit, *non abdicat ius à resignante, nisi conditione adimpleta.*
12 *Clausula,* & non aliàs aliter, nec alio modo *est resolutiua, & operatur perinde, ac si nihil fuerit actum.*

DECISIO CCLXIII.

Michael Thomas Insa Fr. Militiæ Montesiæ, die 14. Octobris 1639. constituit, duos Procuratores in solidum, ad resignandum Parochialem Ecclesiam de Moncada, ad fauorem Thomæ Insę, eiusdem Militiæ, sui nepotis. *Cum decreto tamen, quod supes fructibus, iam grauatis alia pensione duorum Cassiciorum Tritici, sibi reseruaretur noua* Pen-

Pensio annuâ duc. 200. auri de Camera liberè, & integrè soluen. etiam, literis non expeditis. Et quod Thomas Resignatarius, eiusque successores vllo vnquam tempore, inualidari, aut annullari, seu ad minorem summam reduci, etiam, ratione alimentorum eiusdem Thomæ, & successorum suorum, nec alia quauis causa petere, nec prætendere valeant. Non obstan. Constit. & Ordinat. Apostol. cæterisque contrarijs quibuscunque si ita Sanctiss. placuerit, & non aliàs aliter, nec alio modo, vt in summ. dato pro Murillo num. 1.

Thomas etiam Resignatarius, constituit Procuratores ad acceptam d. Resignationem, cum ijsdem prorsus, decreto reseruatione, &c. *Summar. num. 2.*

Obijt Michael Thomas Resignans, die 27. Septembris 1640. & Ordinarius Valentinus fecit concursum huiusmodi Parochialis, tanquam vacantis per obitum, iuxta Constit. Clem. VIII. super huiusmodi Parochialibus, eamque contulit Io. Baptistæ Murillo, eiusdem Militiæ Fratri, qui possessionem adeptus fuit 2. Febr. 1641. *Summ. num. 5.* Thomæ in positione die 18. Martij proximè præteriti.

Interim vnus ex procuratoribus ad Resignandum, deputatis, porrexit Supplicationem, in qua nullam fecit mentionem, Pensionis antiquæ, neque aliorum in mandato Procuræ, ad Resignand. sibi præscriptorum, & Sanctiss. Resignationem admisit, reseruata quidem dicta pẽsione 200. duc. Resignanti soluenda sed additis clausulis: *Vigore literarum Apostolicarum, infra nouem menses proximos, expediendarum, nec alias, alioquin reseruatio nulla sit, eo ipso. Et dummodo centum ducati remaneant pro Rectore: & quod litteræ expedirentur, tàm super prouisione, quàm super reseruationem vnico contextu, non autem separatim, alioquin tàm Prouisio, quàm Reseruatio nulla fit eo ipso, vt in supplicatione data per extensum in Summ. num. 3.*

Hinc orta controuersia, inter Thomam Insam Resignatarium, ex vna, & Io. Baptistam Murillum prouisum ab Ordinario, partibus ex altera, super validitate Resignationis, & proposito dubio coram Reuerendiss. D. meo Carillo, Domini dixerunt non costare de valida Resignatione, moti ex duplici fundamento

Primo, qua in Regestro Datariæ apparet supplicationem fuisse signatam *tertio nonas Ianuarij Pontific. anno* 18. qui correspondet anno a Nati-
1 uit. 1641.† de quo tempore cum Resignans obijsset, Resignatio remanet nulla ex defectu consensus Resignantis, *iuxta gloss. in clement. 1. in verbo quomodolibet, de renunc. Paris. de resignat. lib. 9. quæst. 24. numer. 9. & seqq. & pluries dixit Rota coram Cassad. decis. 1. de renunt. & in Seguntina Canonic 26. Nouemb. 1616 coram Manzanedo, & decis. 68. n. 5. & seqq. par. 5. recent.*

Nec obstat, quod in literis Apostolicis expeditis ad fauorem Resignatarij legatur *Data sub tertio nonas Ianuarij anno 1639. à Natiuitate Pontific. autem 17.* Quia in concursu potius est adhibenda
2 fides Regestro Datariæ, † cum Datarius eiusque libri de mendacio redargui non possint, vt firmauit *Rota decis. 888. numer. 4. & 5. coram Buratto, & coram Cardin. Caualerio decis. 255. numer. 8. cum seqq.*

Tanto magis, quia error litterarum Aduersarij conuincitur ex fide officialis data in *Summar. numer. 4.* deponentis de consuetudine adnotandi in supplicationes in libris eo anno Pontificatus, quo sunt datę & hanc supplicationem Thomæ non reperiri *sub anno 17.* sed solum *sub anno 18.*
3 expeditam, quę attestatio officialis, cum sit de spectantibus ad eius officium plenam fidem facit, vt tradit *Bart. in l. 2. num. 1. C. de pond. lib. 10. Ruin. cons. 56. num. 5. lib. 1. Gabr. de test. conclus. 5. num. 19. Rot. decis. 525. num. 5. par. 2. recent.*

Secundo, principaliter, quia mandatum datum ad resignandum erat conditionale, scilicet, *cum decreto exprimendi onus duorum Cafficiorum Tritici, raseruata Pensione duc. 200. auri de Cam. liberè & ingrè soluen. etiam litteris non expedientis, cum pacto expresso, quod de nullitate, aut inualiditate Pensionis, dari non possit, neque reductio vnquam peti etiam ex quouis capite, etiam ex causa alimentorum dicti Thomæ, & successorum suorum;* quæ tamen nõ solum non fuerunt impletæ, sed imò porrecta supplicatio, & signata cum clausulis omninò repugnantibus, nempè *reseruata Pensione vigore litterarum Apostolicarum, infra nouem menses expediendarum, & dummodo centum ducati remaneant pro Rectore, addito etiam quod aliàs, eo ipso, tàm prouisio, quàm reseruatio nulla sit, vt in supplicatione data per extensum d. Summ. nu. 3.*

Vnde resignatio est omnino nulla ex defectu
4 consensus† resignatis, qui sub illis expressis decretis, & conditionibus consensit, *Paris. de resignat. lib. 1. quæst. 2. num. 21. & seq. & lib. 9. quest. 17. num. 22. Rota coram Crescent. decis. 7. num. 3. de renunc. & decis. 293. numer. 1. & seqq. par. 2. rec. & decis. 437. num 6 & 7. decis. 512. & 830. nu. 3. coram Buratto, & in Sauonen. Cantoriæ 37. Iunij 1642. coram R.P.D. meo Peutingero confirmata 22. Iunij anni preter.*

Cum præsertim mandatum conceptum fuerit
5 cum clausula † *non aliàs aliter, nec alio modo. Rota coram Verallo decis. 82. nu. 1. par. 3. & coram Buratto decis. 431. & d. decis. 437. & 512.*

Neque obstat, quod onus perpetuum duorum Cafficiorum Tritici sit in specie, non autem in quantitate, ex quo videatur sufficere expressisse
6 valorem, † qui intelligendus sit, deductis oneribus, *Mantic. decis. 220. num. 6. Gregor. XV. decis. 357. num. 4.*

Quia cum hoc esset de mente, & mandato resignantis, sub huiusmodi conditione, quod exprimeretur, non erat relinquendum, cum fines man
7 dati sint deligenter custodiendi, † alioquin Procurator illos excedens nulliter resignat. *Paris. de resign. lib. 9. qu. 17. num. 3.* Sed quod etiam onus perpetuum necessario exprimi deberet in reseruatio
8 ne nouæ Pensionis, † adeo, vt ob non factam eius expressionem, reseruatio secundæ Pensionis sit nulla, *firmauit Rota penès Verall. decis. 314. par. 2. & post alios probat Garz. de benef par. 1. cap. 5. num. 564 cum alijs adductis per Paris. vbi supra lib. 9. qu. 2. num 47.*

Minus obstat, quod aliquæ conditiones, vti impossibiles non deberent exprimi; quia præter quod, non docetur de singularum impossibili-
9 tate † adhuc erant exprimendæ, vt in terminis clausulę, *litteris non expeditis, Paris. d. lib. 9. quest. 17. num. 54. & seqq.* vbi ita fuisse resolutum, *in vna Cor-*

Corduben. dimidiæ portionis 14. *Nouemb.* 1558. *coram Chiroga*, & allegat rationem, quia licet non sit de stylo, debet attendi mandatum, non autem stylus.

Præterea aduertebant, DD. non fuisse adhibitas diligentias per Procuratorem, ad obtinendam à Summo Pontifice confirmationem dictarum
10 rum conditionum, † prout tamen erat necessarium, vt benè probat *Paris. dict. quæst.* 17. *num.* 21. *cum seqq.*

Demum non obstat, quod conditiones huiusmodi conceptæ fuerint sub reseruatione, *si Sanctiss. placuerit*, quia præter quod non constat, quod fuerit facta diligentia pro indaganda Pontificis voluntate ex supra deductis; hoc non facit, quod si Sanctiss. non placuisset, resignatio posset fieri
11 sine illis, † sed quod ita deberet fieri si Sanctiss. placuisset sin minus non fuisse deueniendum ad resignationem, nec ius à resignante abdicandum *Paris. d. q.* 17. *lib.* 9. *num.* 42. *& seq. vers. ad secundum respondetur.*

Maximè stante clausula, *non aliàs aliter, nec alio modo*, apposita post verba, si Sanctiss. placue-
12 rit, † quæ est resolutiua, & operatur perinde, ac si, nihil actum fuerit. *Mart. de clausul. claus.* 17. *n.* 9. ex alijs ponderatis.

Et ita vtraque parte informante fuit resolutum coram R. P. D. meo Carillo ob cuius discessum ab Vrbe in eius locum subrogatus in Rota à R. P. D. Ghisilerio Prodeno decisionem extendi iuxta stylum quem præter alios casus, discendente alico Auditore seruat hoc S. Tribunal.

DECISIO CCLXIV.

R. P. D. BICHIO.

Salernitana Beneficij

Veneris 15. *Aprilis* 1644.

Est impressa inter Bichio in Tom. 1. Decis. 161.

REVERENDISS. P. D. CERRO.

SACRÆ ROTÆ DECANO,

Meleuitana hæreditatis,

Veneris 15. *Aprilis* 1644.

ARGVMENTVM.

Cum non solum iuris, sed ipsius naturæ præsumptio sit quemlibet esse sanæ mentis, qui dicit testatorem non fuisse talem, exactissimæ, & liquidissimæ probationis onere grauatur, & precisè de tempore, quo suum condidit testamentum; hinc quantumuis appareat de actibus non omnino conuenientibus homini perfecti iudicij non reputatur quis impotens factione testandi, nisi & insimul doceatur de vero furore, & dementia.

SVMMARIVM.

1 *Nullitas in prima instantia opponi debet.*
2 *Nullitas in prima instantia non opposita amplius allegari non potest, si sententia fuit in iudicatum transacta. & nu. seqq.*
3 *Res iudicata facit ius, & habetur pro veritate.*
4 *Mentis compos quilibet præsumitur.*
Amplia conclusionem etiam in sene procedere. nu. 5.
6 *Dementiam & furorem allegans plenè & concludenter suam intentionem probare debet; & grauatur onere exactissimæ probationis.*
7 *Testes deponentes de iudicio suo non probant.*
8 *Testes super dementia deponentes debent suorum dictorum rationem reddere etiam non interrogati.*
9 *Testatorem non fuisse in statu dementiæ, quæ illi testame. factionem impediret, nō concluditur si faciebat actus non omnino conuenientes homini sanæ mentis.*
10 *Sensus omnino perfecti non requiruntur ad effectum potestatis testandi, sed sufficit testatorem non fuisse in statu dementiæ.*
11 *Dispositio facta per eum qui valde mortis cogitatione præmebatur, reputatur valida, quamuis talis cogitatio solitum sensum impedire valeat.*
12 *Semimortuus testari potest.*
Mentis integritas & cerebri in semimortuo non adest. numer. 12.
13 *Viri sapientes licet aliquando faciant aliqua leuia, non ex hoc dementes reputatur.*
14 *Testamentum factum ab eo, quem constat totali vsu rationis, & intellectus non caruisse iudicatur validum, quamuis in illo concurrant aliqua signa dementiæ.*
15 *Dementiæ signa vt facultatem impediant testandi, præcisum tempus conditi testamenti percutere debent.*
26 *Testamentum facere potest habens dilucida interualla.*
17 *Dementia ad effectum impediendi, seu irritandi testamentum non remanet probata ex sola deputatione curatoris testatori facta ex capite non sanæ mentis. & nu.* 18.
19 *Curatoris datio propter dementiam probat furorem tantummodo de tempore quo ille fuit constitutus, non autem ex post.*
20 *Decisio* 8. *de testament. in antiquis declaratur.*
21 *Testibus deponentibus testatorem fuisse sanæ mentis magis creditur, quam illis, qui de insania deponunt, quamuis isti sint numero plures, & num. seqq.*
23 *Mentis sanæ nullo maior potest dari coniectura, quā illa desumpta ex qualitate testamenti.*
24 *Testamenti qualitas, scilicet quod bene fuerit ordinatum, optimè concludit testatorem fuisse sanæ mentis quoties non constat eo tempore illum fuisse fatuum.*

DECISIO CCLXV.

Sententiam Ordinarij Meleuitani declarantem secundum testamentum conditum à Federico Attardo sub die 20. Maij 1620. ad fauorem Ioannis Mariæ Attardi eius Pronepotis, & proximioris de familia præualere primo, & tertio testamentis per ipsum factis ad fauorem Catherinæ matris Andreæ Vassalli, & aliorum, ac proinde rescindendam esse transactionem per eos dolosè extortam sub falso prætextu, quod ipsi essent veri illius hæredes.

Rota præuia, vt moris est decis. ne dum confirmauit per sententiam R. P. D. mei Ghisilerij in iudicatum transactam, sed etiam postea per duas decisiones coram Eminentissimo D. Cardinali Pan-

Panzirolo emanatas respondit; Non constare de causis restitutionis in integrum.

Verum cum dictus Andreas habito iterum recursum ad Signaturam committi obtinuisset Reuerendiss. D. meo Dunozetto Decano causam nullitatis, & notoriæ iniustitiæ, ad cuius propositionem impediendam, & causæ expeditionem longius protrahendam exhibitis nonnullis articulis ad effectum probandi prætensam Federici dementiam de tempore secundi testamenti institisset pro remissoria, quæ tam ea capite irreleuantiæ, quam euidentis calumniæ bis illi fuit denagata rationibus, & fundamentis in vtraque decisione dicti Reuerendiss. D. mei Decani luculenter ponderatis. Qua propter ob eius descessum ab Vrbe proposito a me in eius locum subrogato dubio iuxta formam commissionis, an constaret de nullitate, & notoria iniustitia DD. absque difficultate responderunt negatiuè.

Nullitas enim ex defectu citationis ex eo, quod sententia Iudicis Meleuitani lata fuerit
1 die, pro qua non cadebat citatio tollitur, †quia cum de ac nullitate non fuerit specificè oppositũ in prima instantia, nec super ea institutum, prout opus erat, *vt ex alijs Rot. decis. declarat. adden. ad Gregor. decis. 176. sub numer. 16. vers. requiritur tamen*. Et sententia confirmatoria transie-
2 rit in iudicatum† non potest amplius de hac nullitate opponi, *vt per Franch. in cap. dilecto nu. 116. de appellat. Alex. cons. 111 num. 3. vers. tamen fallit, lib. 5. Gabr. cons. 49. num. 1. & seq. lib. 1. Card. Mantic. decis. 101. num. 2. adden. ad Gregor. dicta decis. 176. num. 15. latè in recent. dec. 474. n. 4. & 572. nu. 1. cum seqq. par. 2. & decis. 312. nu. 6. par. 5.* stante enim re iudicata præcluditur via dicendi de nullitate sententiæ confirmatoriæ
3 †cum ipsa sola faciat ius, & pro veritate habeatur, *cap cum inter de re iudic. Innocent. in cap. 1. n. 2. de confirmat. vtil vel inutil. Ias. cons. 101. num. 28. lib. 4. Rota in decis. supracitatis*.

Multoque minus constat de iniustitia, quia ommissa validitate tertij testamenti, super qua hodie informantes pro Vassallo amplius non insistunt agnoscentes fundamenta decisionum benè subsistere, obiectum, ad quod hodie se restringebant. Federicum scilicet de tempore secundi testamenti non fuisse mentis suæ compotem, sed dementem, ideoque primum testamentum renouare non potuisse nullius est momenti, cum indubitata sit naturæ, & iuris præ-
4 sumptio, † quod quilibet censeatur mentis compos, *l. nec codicillos, vbi Bald. Alex. & ceteri, C. de codicill. cap. fin. de success. ab intest. Rota decis.*
5 *233. num. 18. par. 7. recent.* quamuis etiam † fuerit senio confectus, *Bal. in l. senium, numer. 1. vbi etiam Salic. pariter num. 1. Castr. num. 2. in fin. C. qui test. fac. poss. Rota in Romana donationis 11. Ianuarij 1619. coram bo. mem. Archiepiscopo Seleucien. & coram bo. memor. Buratto decis. 256. num. 2* qui contrarium dicit, & dementiam, ac furorem alle-
6 gat, † tenetur concludentissimis rationibus probare, & grauatur onere exactissimæ probationis *vt notat Bart. in d. l. nec Codicillos, quem ibi sequuntur Castr. & Salic. num. 2. in fin. Fulgos. num. 1. Menoch. cons. 683. num. 1. Rota decis. 525. num. 1. par. 4. & dicta decis. 233. n. 19. & 20. par. 7. recentior.*

Talis autem probatio non affertur, quia testes pro Vassallo inducti præter plures exceptiones, quas possent pati in personis in dicto non con-
7 cludit, cum deponant de eorum iudicio, † ibi *E perciò io lo tengo, che non era piu in se*, & ibi *In quanto à mio giuditio lo tengo hoggi peggio, che mai*, & sic non probant. *Flam. Rub. consil. 5. num. 108. lib. 2. Afflict. decis. 381. num. 7. Rota decis. 380. num. 16. par. 5. recent. & coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 208. num. 13.* minusque reddunt concludentem sui dicti causam, quam tamen in isto casu etiam non interrogati reddere debuissent,
8 † cum agatur de re circa quam error facillimè committi potest, *Innoc. in. cap. cum causa de test. Bald. in. d. l. furiosum, num. 2. & 3. C. qui test. fac. poss. Soccin Sen. cons. 42. num. 4. lib. 1. Dec. cons. 448. num. 31. & 32. Paris. cons. 88. num. 54. & seqq. vbi de communi lib. 3. Honded. consil. 77. num. 70. lib 2. reprobato Curt. iun. in cons. 153. num. 8. Magon. decis. Florent. 97. num. 15. Rota decis. 557. nu. 8. par. 1. & decis. 107. num. 4. par. 2. diuers. & d. decis. 233. num. 28. par. 7. recent.*

Præterea testes isti non deponunt de actibus continuatis, & qui totalem vsum rationis remoueant, sed adducunt tantummodo nonnullos actus imbecillitatem ingenij, & memoriæ denotantes, qui propterea tollere non possunt testamenti factionem, cum possint stare simul, vt Federicus stante eius graui ætate ingenium haberet imbecille, aut actus fecisset non omninò con-
9 uenientes homini sanæ mentis, † & nihilominus quod non esset in totali statu dementiæ, quæ propterea testamenti factionem illi auferre potuerit, vt in fortiori aduertit, & comprobat *Menoch. cons. 683. num. 14. vbi in fin.* dicit, quod testator licet aliqua phrenesi laborare consueuisset, non tamen impediebatur de rebus suis liberè disponere, cum ad hunc effectum non requiratur sen-
10 sus omninò perfectus, † sed sufficiat, quod non sit furiosus, vel in statu dementiæ, vt probat *Text in l. hac consultissima, §. at cum humana fragilitas, C. qui test. fac. poss.* vbi quod mortis cogitatio
11 quamuis impediat solitum sensum † dispositio nihilominus facta per existentem in tali cogitatione est valida. *& in l. quoniam indignum C. de testam.* vbi quod semimortuus testari potest, &
12 tamen certus est in eo non extare integritatem mentis, & cerebri, & tradunt *Ias. in dicta l. furiosum, num. 2 Ferrett. cons. 207. num. 3. Corn. cons. 261. num. 12. lib. 4. Paris. d. cons. 88. num 41. lib. 3. Magon. d. decis. Floren. 97. num. 17. Boer decis. 23. num. 79. Rota d. decis. 107. num. 28. par. 2. diuers. d. decis. 334. num. 5. par 1. & d. decis. 233. nu. 23. par. 7. recent. Burat. d. decis. 256. num. 22. & seqq.* & ratio est, quia huiusmodi actus non excludunt vsum rationis, seu intellectus, nec mentis alienationem
13 inducunt, cum viri etiam sapientes, † licet quandoquidem faciant aliqua leuia non per hoc dementes reputentur *Rota dicta decis. 233. num. 24.* vnde in fortiori, quod testamentum validum fuerit, in quo quamuis concurrerent diuersa si-
14 gna dementiæ, † non tamen testator carebat totali vsu rationionis, & intellectus, respondit *Rota in Romana hæreditatis de Gracchis 5. Decembris 16 8. coram. bo. mem. Remboldo, & vt refert decis. 288. numer. part. 7. recentior.*

Idque eo magis, quia non percutiunt tempus
15 præcisum conditi testamenti, † prout opus esset
*l. 2. ff. de testam, Socc. in d. l. furiosum, num. 2. idem
Soccin. cons. 42. num. 9. lib. 1. Boer. d. decis. 23. numer. 78. Rota coram Cardin. Caualer. decis. 366. n. 7.
& d. decis 298. num. 4.* Multoque minus excludunt Federicum habuisse lucida interualla, quod
satis esset ad substinendum testamentum, cum
16 habens dilucida interualla testari possit adnotata, *per tex. in d. l. furiosum, C. qui test. fac. poss. §.
præterea, vers. furiosi, instit. quibus non est permiss. fac
test. Flam. Rub. d. cons. 5. num. 71. lib. 2.*

Nec releuat deputatio Curatoris facta per Iudicem Federico tribus mensibus ante conditum
secundum testamentum ad instantiam consanguineorum; Quicquid enim sit de validitate, &
affectione illius deputationis certissimum est ex
17 sola constitutione Curatoris † non inferri ad
mentiam ad effectum impediendi, & irritandi
testamentum, vt post *Ioan. Fab. in d. §. præterea,
instit. quib. non est permissum fac. testam. & alios tradit. Ias. in l. furiosum, num. 2. vers. 3. singulariter
limita,* vbi quod sola Curatoris datio non impedit testamenti factionem, quia licet quis sit imbecillis intellectus, & ideò etiam Curatorem
18 habeat testari tamen poterit, † quodque hoc est
adeò verum, vt nullum habeat contradictorem;
Decian. cons. 127. num. 32. lib. 3. Paris. cons. 88. numer. 40. lib. 3. Boer. d. decis. 23. num. 79. & in terminis Rota d. decision. 233. numer. 36. par. 5. recent.
vltra quod cum fuerit datus die 17. Febru. 1620.
non concludit dementiam de tempore secundi
testamenti conditi die 20. Maij. sequentis, quia
datio curatoris etiam retenta contraria opinio-
19 ne, † probat tantummodo furorem de tempore,
quo fuit constitutus, non autem ex post, *Hond.
d. cons. 28. num. 75. & seqq. lib. 2. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 50. num. 41. ad fin. vers. &
prædicta.*

20 Nec applicatur *decis. 8. de testam. antiq.* † in
qua altera pars multum insistebat, licet enim
firmet consanguineum, ad cuius instantiam fuerat datus curator seni, eo supposito, quod esset
furiosus, non posse postea ad sustinendum testamentum ad sui fauorem conditum allegare illũ
fuisse sanæ mentis, loquitur tamen in casu, quo
ille idem, qui Curatorem se dari procurauerat,
allegat postea sanitatem, & negat dementiam,
inquiens non esse admittendum ad allegandam
propriam turpitudinem, & ad probandum contrarium eius, quod ipse in constitutione, & impetratione Curatoris asseuerat, proindeque non
procedit, nec applicatur nostro casui, vbi Ioannes Maria, nec institit dari Curatorem minusq.
seipsum deputari petij, sed Curator datus fuit ad
aliorum instantiam, vt habetur *in Sum. Vassalli
num. 1. & 2.* Nec in testamento huiusmodi interuenit, aut auctoritatem præstitit; hoc enim
casu decisio non habet locum, prout illam explicando declarat, *Honded. d. cons. 78. num. 90. in fin.
& 96. lib. 2.*

Sed ex duobus dixerunt DD. cessare difficultatem, Primo ex alijs testibus pro Io. Maria
examinatis deponentibus Federicum tam antequam in actu celebrationis testamenti fuisse sanæ mentis, quibus in concursu licet essent nume-
ro pauciores, cum nitantur præsumptione Iuris
21 † magis credendum est, quam pluribus deponentibus de insania, vt tradunt *Honded. d. cons.
78. num. 73. lib. 2. Mant. de coniect. lib. 2. tit. 5. n. 6.
vers. adde quod etiam, Rota decis. 234. nu. 9. par. 1.
recent.* & firmatum fuit in hac causa, *vt in decisionib. sub die 26. Maij 1642. & 26. Ian. 1643. coram
Reuerendiss. D. meo Decano* plus enim creditur
22 duobus testibus de sana mente, † quod mille
de insania deponentibus. *Ias. cons. 2. num. 10. &
seqq. lib. 1. Honded. d. cons. 78. num. 14. Boer. d.
decis. 23. num. 93. Rota d. decis. 384. sub. num. 9.
in fin. vers. quod plus creditur.*

Secundo ex qualitate testamenti ad fauorem
Nepotis in omnibus partibus rectè, & prudenter ordinati, nulla enim maior coniectura sanæ
23 mentis dari potest, quam illa, † quæ desumitur ex qualitate testamentariæ dispositionis, vt
notat *Bal. in d. l. furiosum, num. 2. Corn. cons. 216.
num. 14. ad fin. &. 15. lib 3. Rota decis. 525. num. 7.
par. 5. recent. & coram Reuerendiss. Vrgellen. decis.
178. num. 13.* quæ coniectura licet in furioso de
tempore testamenti posset esse dubia tamen benè
24 procedit in isto casu, † quo potest dubitari Federicum tunc temporis fuisse dementem, *Rimin.
iun. consil. 376. num. 34. lib. 4.*

Firmato autem, quod per secundum testamentum fuerit primum reuocatum, quodq. tertium fuerit per vim, & metum extortum, vt in
alijs decisionibus latè dictum fuit, nullum potest
fieri fundamentum super transactione, quia
præter quod emanauit ex falso supposito substineretur, quod tertium testamentum, vt apertè dignoscitur ex illius lectura, quidquid dicant
informantes pro Vassallo facta fuit durante eadem causa metus, & sic corruit non minus, ac
ipsum testamentum præsertim quia fuit enormissimè læsiua ex quo in transactioni Io. Maria
recepit solum scuta 273. cum tamen hæreditas
ascenderet ad scuta 1000. vnde ob hanc enormissimam læsionem esse rescindenda, vt satis fuit
ostensum in dictis decisionibus.

Et ita vtraque, &c.

☞ *Vide supra in præcedenti par. 8. recent. ad decis. 150.
emanata coram bo. mem. Dunozetto Decano, quæ est
in eadem causa, vbi in fine nonnullas decisiones annotaui.*

R. P. D. ROIAS.

Postea Episcopo TERRACONEN.

Bononien. fideicommissi. de Nascentorijs.

Veneris 11. Aprilis 1644.

ARGVMENTVM.

Testator si post institutionem ac substitutionem
respectiuè quam fecit de proprijs filijs cum clausula in perpetuum, & in infinitum deuenit ad
plures gradus substitutionum cum perpetua substitutione de gradu in gradum, expressioque onere assumendi cognomen & arma ipsius testatoris,
ac pro-

ac prohibitione arctissimi de non alienando censetur voluisse constituere fideicommissum perpetuum, & successiuum non restrictum ad terminos consil. Oldradi 21. Proximitas testatoris an attendatur potius quam grauati.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum perpetuum, & successiuum ex quibus dicatur constitutum, & num. seqq.*
2 *Verba denotantia tractum successiuum, ac perpetuitatem deseruiunt pro adminiculis ad constitutionem fideicommissi perpetui.*
3 *Fœminæ dicuntur agnatæ quamuis nuptæ extra familiam.*
4 *Verbum* Cognati, *per testatorem appositum in substitutionem quando æquè respiciat agnatos, ac cognatos.*
5 *Proximitas testatoris non grauati venit attendenda quoties in substitutione legitur transitus de linea ad lineam.*
6 *Proximitas testatoris non grauati debit attendi in eo casu quo alias excluderentur illi, qui proximitate testatorem magis attingunt.*
7 *Proximiorem testatoris esse exclusum vt admittatur proximior hæredis grauati dicitur absurdum.*
8 *Expressè nominatus dicitur ille de quo verè testator intellexit.*
9 *Verba directa licet regulariter obliquari non debeant tamen vbi sunt petita in fideicommissaria substitutione obliquam recipiunt interpretationem.*
10 *Fides Parochi probat filiationem iunctis adminiculis.*
11 *Filiatio probatur ex nominatione facta per testatorem aliquem vti filium sibi hæredem instituentem.*
12 *Descendentia probatur ex pluribus enunciatiuis in antiquis instrumentis contentis.*
13 *Probationes leniores sufficiunt in antiquis.*
14 *Bona per hæredem possessa in eodem loco, in quo possidebat testator, testatoris fuisse præsumuntur.*
15 *Demonstrationes duæ sufficiunt ad probandam bonorum identitatem.*
16 *Immissio conceditur fideicommissario, siue ex remedio l. fin. C. de edict. diu. Adr. tollen. siue ex salario interdicto.*

DECISIO CCLXVI.

POst plures decisiones in hac causa emanatas coram Reuerendissimis DD mei Ghisilerio, & Carrillo, ac tres sententias Rotales super canonizatione, ac purificatione fideicommissi quondam Ioannis Raynerij de Nascentorijs ad fauorem Angeli de Nascentorijs contra Moniales S. Mariæ Nouæ, directum fuit iudicium in vim eiusdem fideicommissi contra Dominos de Maluetij possessores prædij in Communi Sancti Chierni, & disputato hodie dubio, an Angelo esset danda immissio, fuit affimatiuè responsum ex quo concurrunt omnia requisita necessaria pro ea concedenda; Etenim existentia fideicommissi benè remansit iustificata ex lectura testamenti d. Iannis Raynerij de Nascentorijs, super quo emanarunt tot decisiones, ac sententiæ Rotales, & in quo hæres scripsit eius filios legitimos, & naturales, eorumque descendentes in infinitum, quibus deficientibus vocauit descendentes masculos legitimos, & naturales Aemilij de Blanchis eius ex sorore nepotis, & in eorum defectum instituit filium primogenitum masculum proximioris cognati ipsius testatoris, processitque ad alios plures gradus substitutionum, cum perpetua substitutione de gradu in gradum, cum expresso onere assumendi cognomen, & insignia testatoris, & cum prohibitione arctissima de non alienando, ad hoc, vt bona perpetuo conseruarentur in vocatis in testamento, vnde desumitur, dictum testatorem voluisse constituere perpetuum & absolutum fideicommissum, non restrictum ad mortem hæredis cum filijs iuxta
1 terminos *cons. 21. Oldrad.* sed certè habere tractum successiui & perpetui temporis quoad vtrumque casum existentiæ, & non existentiæ filiorum, & descendentium in infinitum *Bart. in l. Centurio, n. 4. & per tot. ff de vulg. & pupill. substit. Paul. de Castr. cons. 263. num. 2. vers. attamen in casu nostro lib. 2. Dec. Cons. 477. n. 3. Rimin. iun. cons. 171. num. 76. Rota decis. 568. num. 3. 5 & 9. par. 1. & part. 4. diuers. decis. 494.* cum alijs latè adductis in decisionibus in hac causa factis, cócurrunt etiam tot coniecturæ in eis ponderatæ, ex quibus manifestè apparet fideicommissum esse perpetuũ, &
2 absolutum, cum † adsint verba denotantia tractum successiuum futuri temporis, ac perpetuitatem. *Paris. cons. 18. numer. 43. lib. 2. Trentacinque de substit par. 4. cap. 7. num. 72. vers. declaratur hæc conclusio. Surd. cons. 554. sub numer. 24. circa fin. cum alijs per Fusar. de substit. quæst. 480. num. 72. Rota decis. 221. num. 6. par. 5. recent.*

Quod verò fideicommissum fuerit purificatum ad fauorem d. Angeli resultare dicebant Domini ex eo, quia Ioannes Raynerius testator, deficientibus masculis legitimis, & naturalibus ex linea masculorum, & fœminarum Aemilij de Blanchis, (qui defectus per obitum Pirrhi vltimi grauati euenit) substituit filium masculum primogenitum proximioris agnati, & non extantibus agnatis, proximioris cognati ipsius testatoris fideicommittentis, quæ substitutionis verba benè conueniunt d. Angelo tanquam filio masculo primogenito Galeatij proximioris cognati ipsius testatoris mediante Hieronyma Nascentoria sorore patrueli d. Ioannis Raynerij testato-
3 ris, quæ licet fœmina, † nihilominus dicitur ipsius testatoris agnata, quamuis extra familiam nupta, *l. pronunciatio, §. familia in fin. ff. de verb. signific. Bald. in l. 2. C de fideic. Zabar cons. 91. nu. 2. Dec. cons. 287 num. 2. Cor. cons. 250. post nu. 21. lib 2. Ruin. cons. 53. nu. 9. lib. 2. Cephal cons. 53. n. 86. Gabr. cons. 195. n. 3. lib. 1. Surd. cansil. 140. n. 63. Gregor. XV. decis. 464. n. 5. & 6. Seraph. decis. 148. nu. 3.*

Nec venit attendenda proximitas Pirri vltimi grauati, quia attenditur proximitas testatoris, siue versemur in cognatis siue in agnatis, ex quo illa verba, ibi, *cognati ipsius testatoris,* sunt apta
4 respicere tam agnatos, † quam cognatos, omnesque pariformiter determinant *ad l. iam hoc iure ff. de vulg & pupill. iuncta l vlt. ff. de interlocut. omn. iud. Bart. in l. tit. prætor, §. eritque differentia, de vi bono. rapt. cum alijs per Rotam in hac causa 3. Decem. 1640. coram Eminentiss. Cardin. Verospio,* vltra quod in dicta substitutione legitur transitus de
5 linea ad lineam, † quo stante venit attendenda proximitas testatoris, non verò venit

vltimi grauati, quam ipse prædilexit in admissione noui status, *Cephal.cons.493.circa fin. lib. 4. Peregr.de fideicom.art.20.n.9.Mantic.de coniect.lib 8. tit.12.n. 31. Vasquez de succ..§.20.limit.31. in verb. iuxta superiora n.15.Rota dec.693.n.3.& 4.par.2.recent.* & si verba substitutionis essent intelligenda de primogenito proximioris agnati in ordine ad vltimum grauatum, sequeretur, quod Galeatius, nec non fratres filij Hieronymæ, qui erant proximiores testatoris tempore conditi testamenti,
6 & † vti tales magis dilecti nullo modo essent vocati, quod est inuerisimile iuxta *textum in l. Publius, §.2.ff.de condit.& demonstr. Menoch. cons.836. n.11.* & absurdum esse dicunt. *Socc.iun. cons. 129.*
7 *n.36.lib.3.Gabr.cons.15.n.29.30.& 31.lib.2. Seraph. ded.496.n.3.Rota dec.104.n.2.par.1.recent.*

Nihil obstat, quod cum Ioannes Raynerius tempore obitus sciret, se carere agnatis, inde dici nequeat, voluisse attendi agnatorum proximitatē, quia substitutio non legitur de agnatis, sed de primogenito proximioris agnati, in quo gradu extabat Galeatius, necnon eius fratres, propterea testator de istis intellexit, non verò de agnatis vltimi grauati, venitque eodem modo cen-
8 sendum, † ac si idem Galeatius eos expresse nominasset, *Alex.cons.29.n.1.vers.& subdit lib.1.Peregr.de fideicom.art.6 n.16.Greg.XV.dec.90.n.3.*

Nec pariter obstat, quod verba directa ciuilia instituit, nominauit, & esse voluit, quibus Ioannes Raynerius vsus fuit, possint aliquo casu operari institutionem vulgarem, nec debeant obliquari, quia ex supra relatis verbis legitur etiam expressum verbum, substituit, ibi vt supra instituit, & substituit cum clausulis vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, quæ exube-
9 rant, † & quamuis sint verba directa tanquam posita in substitutione fideicommissaria, obliquantur, *Calder. cons.9 de testam. Signor. cons. 80.* cum alijs in decisionibus in hac causa.

Nec fuit in dubium reuocatum, quin descendentia d. Angeli remanserit probata ex eo, quod ipse est filius Galeatij, vt ex partita libri Paro-
10 chi, quæ iunctis adminiculis in præsenti non deficientibus, filiationem probat *Surd.cons.1.nu. 45. Coccin.dec.229.n.5.Buratt.dec.709.n.5.* vnde remanet probatus primus gradus, secundus verò, quod Galeatius fuerit Hieronymæ filius, & Ioannis de Manzis remansit comprobatum ex testamento d.Ioannis, qui illum vna cum alijs filijs legi-
11 timis, & naturalibus hæredes scripsit, † quæ nominatio testatoris simul cum actu proportionabili institutionis, probat filiationem, *Bald.in cap. ex transmissa n.4.de restit. spol. Aret. in cap. per tuas n.23.Felin.n.17 de probat.Gozad.cons. 13. n. 7. Rota dec.57.n.1.in fin.par.4.recent.* Quod autem Hieronyma fuerit prima vxor Ioannis, & maior Galeatij, ac fratrum, deductum fuit tam ex Instrumento dotali anni 1536. inter Ioannem, & Hieronymam vxorem, quam etiam ex altero Instrumento distractionis bonorum del 1552. facto per dictum Ioannem cum consensu dictæ Hieronymæ. Nasceniorię vxoris, necnon ex Instrumento Laudi del 1575. eodem modo cantante.

Remanet tertius gradus, nempè, quod Hieronyma fuerit filia Floriani, quod pariter probatur ex dicto instrumento dotali celebrato del 1536. in quo dicta Hieronyma denominatur filia Floriani Nascentorij. Et demum probantur quartus, & quintus gradus, nempè quod Florianus fuerit filius Rayneri, & frater germanus Nascentorij ex altero Instrumento del 1518. in quo Florianus filius Raynerij denominatur, necnon ex altero instrumento anni 1527. in quo d. Florianus, ac Nascentorius pater testaroris denominantur fratres inter se, vt fuit dictum in decisione in hac causa coram bon. mem. Motmanno sub die 18. Decembris 1637. circa fin. vers. quod autem, quibus multiplicatis antiquis
12 enunciatiuis in instrumentis concurrentibus, descendentiam probatam remanere dixerunt *gloss. in cap. series verbo instrumentum de testib. Alba.*
13 *cons.83.n.13.* in antiquis † verò leuiora sufficere tradunt *Alex.cons.90.n.12.lib.6. Mandell. cons. 83. num.8.*

Identitas verò Prædij Sancti Chieni, de quo agitur positum in Communi Sancti Chierni aratiuum arboratum, vitatum, cum domo, area, & furno, & quod fuerit possessum per testatorem de tempore mortis relictum in eius hæreditate probatur ex publico instrumento diuisionis de anno 1591. factæ inter Alexandrum primum hæredem testatoris, & Andromacam eiusdem testatoris vxorem, in quo d. prædium descriptum legitur, & constat, quod successiuè transiuit in successores. Idcircò pro identitate concurrit nedum qualitas successionis, cum eo ipso, quod constat, successores possedisse bona in eodem lo-
14 co, † in quo possedit testator, pręsumuntur eadem possessa per testatorem, vt per *Bald. cons.89. n.3.et 4.lib.1. Peregrin.de fideicom.art.44. n. 4. et 22. Rot.dec.131.n.5.par.1.et dec.706.n.2.par.2.rec. Gregor.XV.dec.575.n.9.et 11.* cum alijs latè deductis *in Bononien.de Pancaldis 23. Ianuarij 1543. coram R.P.D.Cerro.*

Quibus accedunt qualitates prædictæ, quod sit aratiuum arboratum, vitatum, cum domo, area, & furno, quę qualitates cum sint plures, & huic prædio conueniant plurimum releuant,
15 cum † duo demonstrationes sufficiant, iuxta theoricam *Bart.in l.demonstratio falsa n.14.ff.de condit.et demon.Rot.decis.457.n.1.par.1.et 203. num.10. par.6.rec.*

His omnibus concurrentibus, immissio Angelo non potest denegari, vel ex remedio *l.final.*
16 *C.de edict.Diu.Adr.toll.* † vel ex saluiano iuxta stylum huius Sacri Tribunalis *Rot.dec.237.n.1.par.1. recent.et fuit dictum in hac eadem causa 22.Iunij 1643 coram R.P.D.Carrillo.*

Et ita resolutum vtraque parte informante.

Plures decisiones in hac causa emanatæ coram pluribus Auditoribus cumulaui in fine ad decis. 98. supra part.8.recent.

R. P. D. VEROSPIO

Bononien. Rescissionis Contractus.

Veneris 15. Aprilis 1644.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Possessio, quando dicatur manutenibilis, possessio nulla, & attentata, non est manutenibilis, & quando ea dicatur nulla, & attentata, sententia, lata contra procuratorem nulliter constitutum est nulla.

SVMMARIVM.

1 *Clausula, constituti, probat possessionem ad fauorem constitutarij.*
2 *Possessio probatur ex locatione de re ab aliquo facta.*
3 *Iudex, quando ritè, & rectè procedit, tribuit possessionem manutenibilem.*
4 *Reintegrationem ad possessionem petens fatetur se possessionem amisisse, & eam existere penes tertium.*
5 *Immissionem in possessionem à Iudice obtinens, priuat possessorem ciuili, & naturali possessione.*
6 *Possessio attentata, & capta in vim sententiæ nulliter latæ, non est manutenibilis.*
7 *Possessio capta, quod attentata fuerit ex quo probetur.*
8 *Commissio dicitur effecta communis, & dicitur induxisse litis pendentiam, per citationem ad dicendum contra commissionem.*
9 *Litis pendentia, vt dicatur inducta, quid requiratur.*
10 *Commissio appellationis simpliciter obienta, operatur attentata vsque ab initio, etiamsi sententia appellationem non admitteret.*
11 *Ita vt commissio appellationis retrotrahitur ad diem sententiæ, & omnia acta interim gesta redduntur nulla, & attentata.*
12 *Causam, dum Signatura committit in statu, & terminis &c. qualiter veniat interpretanda, & numer. 13.*
14 *Sententia dicitur nulla, quando fuit lata contra procuratorem nulliter constitutum.*
15 *Procurator dicitur nulliter constitutus à tutore ad defendendum pupillum, si fuerit iuramentum vtilia faciendi, & inutilia prætermittendi.*

DECISIO CCLXVI. la 2.

TErminata post quinquenninm societate inter Pompeium Tertium, & Angelam tanquam Tutricem fratruum de Salarolis contracta super capitali mercium lib. 30000. fuit ab ea idem capitale venditum ipsi Pompeio pro libris vna, & 30. mila, qui ad computum pretij dedit in solutum quædam stabilia pro libris 14. milia, eaque postea in locationem recepit pro annua responsione libr. 704. sub ea conditione, vt resolueretur ipso iure locatio, si tempore debito conuentam pensionem non soluisset; pro reliqua verò summa ad fructus recompensatiuos teneri voluit. Cum verò in huiusmodi solutione Pompeius defecisset, fuit à Iudice concessum ipsis fratribus mandatum de associando super bonis locatis, & deinde ab A.C. relaxatum alterum mandatum pro pensionibus decursis, & fructibus reliqui capitalis non solutis iuxta formam Instrumenti, à quo mandato interposita appellatione, eaque pendente in Rota cum Pompeius egisset coram eodem A.C. tam pro rescissione contractus, quam pro immissione super eisdem bonis locatis, eamque reportasset; Dubitaui cui esset conceden. mandatum de manuten. & Domini pro fratribus de Salarolis responderunt.

Quia de propria possessione docent tam ex clausula constituti in Instrumento dationis in so-
1 lutum † apposita à Pompeio, quæ probat possessionem ad fauorem constitutarij *iux. text. in l. quod meio, ff. de acquir. poss & in l. quædam Mulier. vbi post gloss. in verbo possessionem notant commun. Doct. ff. de rei vend. Tiraq. de iur. constit. possess. par. 1. num. 2. Rot. coram Greg. dec. 437. n. 1. & 5. & coram Caual. decis. 319. n. 2.* quam ex locatione eorumdem bono-
2 rum facta ipsi Pompeio, † quæ contra eum probat possessionem fratruum locantium, vt tradit *Angel. in l. quamuis, §. si conductor num. 2. vers. & si conclude, ff. de acquir. poss. vbi etiam Alex. n. 6. Felin. in cap. inter dilectos, num. 22. de fid. instrum. Gabr. de locat. conclus. 4. n. 14. Menoch. de retin. remed. 3. n. 571.* tum demum ex actuali possessione capta ab eisdem fratribus in vim mandati de associando rela-
3 xati à iudice, qui dum rite, & † recte processit iuxta formam Instrumenti locationis tribuit illis possessionem manutenibilem ex notatis *in l. iustè possidet, ff. de acq. possess.* Et ex petita re integratione à Pompeio coram A.C. contra dd. fratres, ex
4 qua † petitione fassus fuit eos possessores, & se possessione spoliatum, vt firmauit *Rot. dec. 366. n. 5. coram bon. mem. Coccino, & coram Reuerendissimo Vrgellen. dec. 23. n. 12. & in Romana domus 3. Iulij 1628. coram R.P.D. meo Ghisilerio, & in dec. 704. num. 2. par. 1. rec.*

Non obstat, quod Pompeius immissionem
5 obtinuerit ab A.C. qui tunc eosdem † fratres priores possessores tam ciuili, quàm naturali possessione priuauit, *iuxt. text. in l. clam. possidere, §. qui ad nundinas, ff. de acquir. poss. vbi notant, comm. Doct. Rot dec. 634. par. 1. rec. & in Squillacen. Abbatiæ 21. Maij 1625. coram bon. mem. Merlino.*

6 Ea enim possessio tanquam † attentata, & capta in vim sententiæ nulliter latæ manuteneri non potest *Lancell de attent. 2. par. cap. 4. num. 49. & par. 3. cap. 31. n. 65. & n. 192. Boccacc. in tract. vti possidetis, n. 10. & 21. Rot. coram Reuerendiss. Vrgellen. dec. 4. n. 6*
7 Quod verò fuerit attentata possessio † visum fuit iustificari ex commissione appellationis pendente in hoc Tribunali Pompeij nomine, à mandato relaxato per A C. super fructibus, & pensionibus decursis talis enim commissio post executam
8 citationem contra fratres fuit effecta communis, & induxit litis pendentiam quo ad vtrosque, vt firmauit *Rot. in dec. 17. n. 3. de dol. & contum. in nou. & coram Buratto dec. 405. n. 3. & in dec. 478. n 4. par. 1. rec. & in Beneuentana Salium 29. Maij 1632. coram bon. mem. Pirouano*, licet quoad ipsum Pompeium qui causam commisit, satis fuisset decretum ci-
9 tationis † quamuis fratribus non intimatum pro inducenda hac litis pendentia, *vt tradit Vestr. in prax. lib. 8. cap. 4. n. 23. Lancell. de attent. par. 2. & cap. 4. in præfat. n. 35.* & de stylo huius Tribunalis testat. *Rot. coram Mobed. dec. 1. de caus. poss. & propriet. n. 1. & coram Cassad. dec. 6. n. 3. & 14. super reg & coram Put. decis. 330. lib. 2. & decis. 4. vt lit. pend. in ant. & in Placentina decimarum noualium*

14. la-

14. *Ianuarij 1619. coram bon. mem. Pirouano.*

Sicut etiam eadem attentata iustificantur ex
10 commissione appellationis simpliciter, † quæ operatur attentata vsque ab initio, etiam si sententia appellationem non admitteret, ita vt cōmissio retrotrahatur ad diem sententiæ, & om-
11 nia acta interim gesta reddantur † nulla, ac attentata; vt notat *Gloss. in l. appellatione verb. deliberationis C. de appellat. Io. Andr. in c. si à Iudice, n. 1. de appell. lib. 6. Rot. coram Reuerendiss. Vrgellen. dec. 96 n. 4. & dec. 191. n. 5. & dec. 134. n. 7. par. 6. rec.*

Non obstat, quod Signatura commiserit etiā
12 hanc causam in statu, & terminis: quia † declarari debet, & intelligi hæc secunda commissio respectu auuocationis huius causæ factæ à R. P. D. meo Carillo, non autem quod præseruare voluerit possessionem iam captam, quo casu rescrip-
13 sisset † sine præiudicio possessionis, & subsecutæ executionis.

Quod autem nulla esset sententia, probatur ex eo quod lata fuerit contra Procuratorem, seu
14 Actorem ad lites, † qui apparet nulliter constitutus à Tutrice; dum ille in sua deputatione omisit consuetum Iuramentum vtilia faciendi, & inutilia prætermittendi ex forma specialiter re-
15 quisitum, præter † generalem obligationem, & Iudicis decretum, vt tradit *Specul. de Actor. n. 10. & 12. Vant. de nullit. ex defect. mand. n. 148. Gail. practic. obseru. lib. 2. cap. 107. n. 6. in fin. et alij relati per Ric. ad Stat. Vrbis, gloss. 7. n. 180.*

Et ita vtraque &c.

REVERENDISS. P. D. CERRO.

SACRÆ ROTÆ DECANO.

Romana supplementi Legitimæ.

Veneris 15. Aprilis 1644.

ARGVMENTVM.

Statutum Vrbis lib. 1. cap. 14. prohibentis filiæ à patre dotatę supplementum legitimæ intelligendum venit, prout etiam omnia similia statuta, quando adsunt masculi, & sic quatenus agatur de conseruandis bonis in agnatione, ideoque quatenus non ad sunt masculi, & solum adessent filiæ, & tunc tamquam deficiente statuti fundamentum, necesse est, vt corruat quoque statuti dispositio.

SVMMARIVM.

1 *Fœmina quamuis nupta in aliena familia, tamen dicitur agnata*

2 *Statuta exclusiua fœminarum facta sunt pro conseruatione agnationis illiusque fauore r et num. seq.*

4 *Agnatorum appellatione in statutis respicientibus conseruationem agnationis veniunt tantummodo masculi, non autem fœmina.*

5 *Statuta exclusiua fœminarum non fuerunt condita intuitu absolutæ potestatis parentum vt scilicet bona pro eorum libito cuiuscumque relinquere possent, sed fauore agnationis, quatenus bona masculis relinquantur.*

6 *Pater non potest fœminis minuere legitimam vbi non adsunt masculi, quod procedit etiam stante statuto exclusiuo fœminarum.*

7 *Statutum exclusiuum fœminarum ab hæreditate patris, quod admittat fœminam extraneam, et excludat propriam filiam non est dicendum.*

8 *Statuta exclusiua feminarum etiam à supplemento legitimæ dicuntur habere locum quoties fœmina petit supplementum ab agnatis masculis.*

9 *Agnatorum appellatione non veniunt fœminæ, sed soli masculi vbi in statutis viget ratio conseruandæ agnationis.*

Masculinum non concipit fœmininum in statutis respicientibus agnationem num. 9.

10 *Illatio de vno casu ad alium fieri non potest in materia exorbitanti.*

11 *Filia potest viuens sicut alia fœmina conseruare agnationem, ideò non debet ipsa excludi à successione propter aliam mulierem.*

12 *Statutum exclusiuum fœminarum non habet locum vbi propter masculorum defectum ad successionem concurrit filia dotata cum alia æqualiter dotata, quidquid dicendum sit vbi altera dotem non habuisset.*

13 *Statutum exclusiuum fœminarum propter masculos suffragatur etiam Religioso professo. Religiosus professus non conseruat agnationem n. 13.*

14 *Ratio conseruandæ agnationis intelligitur in statutis exclusiuis fœminarum propter masculos quamuis in illis non fuerit expressa.*

15 *Statutum Vrbis antiquum super exclusione fœminarum propter masculos non differt ratione à statuto nouo.*

16 *Ius petendi supplementum legitimæ, quod defuncto competebat per mortem in aliquo non minuitur, sed quale penes defunctum erat ad hæredes transmittitur.*

DECISIO CCLXVII.

Fverat decisum sub die 18. Maij 1640.* deberi supplementum leditimæ Alexandro Cherubino hæredi Mariæ Rotignæ in bonis Riccardi Rotigni eius Patris: sed reproposita causa super eisdem *sub die 22. Iunij 1643.* Rota recessit à decisis ex vnico dumtaxat fundamento Statuti Vrbis *lib. 1. cap. 141.* disponentis filiam à Patre dotatam non posse petere dictum supplementum ab illius hæredibus Agnatis, quare cum in hac decisionum diuersitate, dubitauerim hodie An sit standum in primo, vel in secundo loco decisis Domini recedendum ab vltimo loco decisis responderunt.

Licet enim prædictum Vrbis statutum prohibeat petitionem supplementi ab hæredibus Agnatis Patris, & Anna sit Agnata licet fœmina,
1 & † nupta in aliena familia *iuxta text. in l. pronunciatio ff. de verb. signif. cum alijs latè adductis in 2. dec.* Aduertebant tamen Domini simile statutum non esse intelligendum indistinctè de omnibus, & quibuscumque Agnatis, tàm masculis, quàm fœminis, sed tantummodo de masculis, quia cum huiusmodi statuta exclusiua fœminarum facta sint pro conseruatione Agnationis, † eiusque fauore, vt in terminis huius statuti consuluit *Gabr. cons. 10. n. 2. & n. 15. vers. & statutum huiusmodi*

modi lib. 1. Rot. in rec. dec. 770. num. 4. par. 2. & dec. 518. n. 4. par. 3. Et generaliter de omnibus statutis
3 † exclusiuis fœminarum cum hoc affinitatem habentibus tradit *Socc. iun. cons. 1. n. 43. & n. 44. vers. dicens quod prædicta ratio. Rom. cons. 16. n. 5. Ruin. cons. 21. n. 10. & seqq. & cons. 25. sub n. 3. lib. 3. Crauett. cons. 250. n. 2. ante fin. vers. ideo videmus*, latè *Brunus ad statut. quod stantibus masculis, art. 3. n. 12. & per tot. & art. 12. n. 128. Georg. Natt. eodem tract. qu. 1. n. 23. vers. hoc confirmo cum tribus seqq. Mart. de success. legali par. 2, qu. 4. art. 4. n. 18. & seq. & par. 3. q. 1. art. 4. bum. 22. cum seqq. Cyriac. contr. for. cap. 137. n. 15. Rot. diuers. dec. 232. n. 3 vers. alioquin. par. 1.* Vbi quod alioquin d. Statuta essent iniq†issima, nisi substinerentur ex ratione conseruandi Agnationem. Vtique necesse est, vt de solis masculis intelligantur non autem de fœminis, cum in statutis respicientibus conseruationem Agnationis
4 † appellatione Agnatorum veniant tantummodo masculi, per quos illa conseruatur, non autem fœminæ in quibus finitur *Bald. inter cons. Angeli cons. 280. col. 2. vers. nec debemus. Purpur. cons. 409. n. 6. lib. 2. Ruin. d. cons. 25. n. 3. vers. & quamuis lib. 3. Soccin. iun. d. cons 23. sub. n. 22. lib. 1. Crauett. cons. 180. n. 1. Alb. cons. 371. n. 1. & seq. vbi Add. dat. concordantes, & cons. 705. n. 3. Rimin. iun. cons. 31. n. 11. Surd. cons. 100. n. 2. vers. dum verò, & n. 3. Honded. cons. 7. n. 32. & seqq. lib. 2. Osasc. dec. 127. n. 4. & 5. vers. neque obstat. Thesaur. dec. 37. n. 7. Rot. in rec. dec. 373. n. 3. par. 3.*

Comprobatur hic intellectus. quia huiusmodi statutum non fuit conditum contemplatione liberæ, & absolutæ potestatis Patris, vt scilicet pro libito suæ voluntatis posset auferre legiti-
5 mam filiæ, & eam cui vellet relinquere, sed fauore Agnationis quatenus scilicet id quod Pater adimit filiæ, relinquit masculis, vt tenuerunt *Castren. cons. 196. n. 1. lib. 1. Dec. cons. 295. n. 6. Brun. dicto tract. art. 7. n. 23. & magis in terminis Gabr. dicto cons. 10. n. 15. in princ. & vers. non obstat quod statutum, & n. 18. & 19. in fin. Rot. diuers. dec. 265. n. 2. par. 1. quam refert, & sequitur Giouagn. cons. 41. n. 6. lib. 1.* Vnde non aliter intelligi debet quam de ijsdem masculis, quorum gratia fœminæ excluduntur, & quibus accrescere debet portio fœmi-
6 narum, non autem de fœminis, † cum deficientibus masculis non sit in facultate. Patris minuere legitimam filiæ, vt aduertit *Cyriac. d. controuersia 400. n. 49.* Ponderando præsertim quod statutum prohibet huiusmodi petitionem etiam ab extraneis, & transuersalibus, ibi: *Etiam ab Agnatis de Agnatione transuersali.* Absurdum autem esset, & iniquum, quod filia propria esset deterioris conditionis quam fœminæ extraneæ,
7 quodque † Testator posset illi, quamlibet extraneam præferre, vt post *Curt. iun. cons. 159. n. 5. firmat Gabr. d. cons. 10. n. 8. & clarius num. 19. lib. 2. Rota d. dec. 232. n. 2. vers. pro absurdo, & num. 8.* vbi quod inuerisimile est id potuisse cadere in mentem statuentium.

Et hanc interpretationem Domini fuerunt amplexi nedum ex rationibus eam conuincentibus, sed etiam ex auctoritatibus Doctorum vno ore
8 concludentium, similia statuta exclusiua fœminarum à legitimæ supplemento locum habere quando fœmina petit supplementum ab Agnatis masculis, vt in specie dixerunt *Castren. d. cons. 196. n. 3. vers. quidam verò lib. 1. Capra cons. 19. n. 13. Curt. sen. cons. 37. n. 23. Manent. cons. 3. per totum, & præcipue sub n. 29. 38. & 39. cum alys per Cyriac. d. controuersia 400. n. 23. 49. & per totam Gabr. in his terminis d. cons. 10. n. 8. vers. puto igitur, & n. 9. vers. & consequenter, & cons. 11. n. 4. & 9. vbi refert bis ita fuisse cõclusum in Rota lib. 2. Rota diuers. d. dec. 232. in princ. & dec. 142. n. 3. par. 2. & dec. 425. n. 1. par. 4. repetit. apud Modern. Foroliuien. de legit. in ordine 41. num. 2. Card. Seraph. decis. 271. n. 6. vers. & statutum, & latè in Romana de Lante 14. Martij 1635. & 11. Ianuarij 1636. coram bon. mem. Coccino penes Fenzon. dec. 99. in princ. & in §. prædictum igitur statutum, & in §. non obstat, & dec. 100. vers. 1. quod in fine.*

Nec obstant ea, quæ in secunda decisione adducebantur, & primo, quod filia dicatur Agnata, licet in aliena familia nupta sit, vnde cum illi conueniant verba statuti suffragari quoque debeat statuti dispositio, hoc enim procedit in materia indifferenti, & vbi nec verba, nec ratio suadent verbum Agnatos esse restringendum ad masculos, tunc enim indistinctè compræhen-
9 duntur, & masculi, & fœminæ, † secus in materia differenti & vbi statuta facta sunt pro conseruatione Agnationis: Cum enim per fœminas Agnatio conseruari non possit masculinum in hoc casu non concipit fœmininum, nec appellatione Agnatorum veniunt fœminæ, sed soli masculi, vt distinguendo consuluit. *Ruin. cons. 24. n. 8. lib. 2. & d. cons. 25. n. 3. vers. & quamuis lib. 3. Soccin. iun. cons. 1. n. 115. lib. 1. Crauett. cons. 180. n. 1. et cons. 250. n. 3. et consil. 188. n. 9. Ceph. cons. 490. n. 36. Menoch. cons. 807. n. 67. cum seqq. latè Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 9. n. 192. Thesaur. d. dec. 37. n. 8. vers. neque obstat, cum sequentibus. Rota coram sa. mem. Greg. dec. dec. 293. n. 15.*

Prout secundo non aduersantur *decisiones in causa Bononien. fideicommissi de Baotterijs*, in quibus dictum fuit, non obstante contemplatione Agnationis admittenda esse fœminas, quæ Agnationem conseruare, & in longius protrahere possunt, quandiù scilicet viuunt. Quantum enim ille casus distet à nostro facilè dignoscitur aduertendo ibidem agi pro admittendis fœminis ad successionem, & sic in materia fauorabili, hic autem agitur de earum exclusione à legitima iure naturæ debita, & sic in materia odiosa
10 & exorbitanti, vnde non potest de vno casu ad alium fieri illatio vulgata *l. Papianus exul. ff. de minor.* eo magis, quia eadem ratio militat in filia petente supplementum, quæ pariformiter sicuti quælibet alia fœmina potest viuens Agnationem
11 conseruare, † vnde non debet esse deterioris conditionis, vt ex hac ratione, præter allegatos tradunt *Bald. cons. 473. n. 4. lib. 5. Menoch. d. cons. 807. n. 69.* Cum præsertim Anna sit æqualiter instituta,
12 & à communi Parente dotata, quo casu multo minus intrat exclusio, ad notata per *Surd. cons. 185. sub n. 13. vers. non obstat igitur, et sequentibus,*
13 quidquid dicendum esset si Anna dotata † non fuisset vt aduertit idem *Surd. dicto cons. 100. numer. 14.*

Decisio verò *Bononien successionis coram bon. me. Vbaldo.* nullatenus applicatur, licet enim firmet statutum exclusiuum fœminarum propter mascu-

los suffragari, etiam Religioso professo, qui Agnationem conseruare non potest, eo tamen casu in Religioso aderat qualitas masculinitatis nimis expresse comprehensa in verbis statuti, & ad quam statuentes enixe respexerunt, & vlterius Religio[a], in qua professionem emiserat capax erat successionis, & bonorum in communi, vt recte firmatur in supradicta *dec. vers. Prima est, An istud statutum*, quod cessat in casu nostro cum Anna careat dicta qualitate masculina.

Nec quicquam facit in statuto, de quo agitur non legi expressam rationem conseruandæ Agna-
14 tionis, nec qualitatem masculinitatis, † quia cum ista sit ratio vnica, & finalis subintelligitur quamuis expressa non fuerit, vt in specie respondendo huic obiecto dixit *Georg. Natt. in repet. cap. quamuis n. 421. vers. An. autem hoc statutum de pactis Brun. d. tract. quod stantibus masculis d. art. 3. per totum, & præsertim n. 5.* latè *Cyriac. d. controuersia* 400. *numer. 60. vsque ad* 75.

Quod verò *Gabr.* & decisiones superiùs allegatæ loquantur in terminis statuti antiqui, non fuit habitum in consideratione, tum quia *decisiones in Romana supplementi legitimæ coram bon. mem. Card. Sacrato, post Pacific. de Saluian. inter d. dec.* 160. *n.* 4. *vers. statutum verò Vrbis, & n. 5. & dec. 161. n. 6.* loquuntur expresse de statuto nouo: Tum quia statutum antiquum non differt ratione ab hoc
15 nouo; † cum vtrumque emanauerit pro Agnationis conseruatione, licet in nouo extensa fuerit dispositio ad hæredes transuersales de Agnatione quos in antiquo non comprehendi Rota sæpius firmauerat, & propterea, dum in vtroque viget eadem ratio, neutrum potest comprehendere fœminas, quæ Agnationem conseruare non possunt ex iam deductis.

Tandem non obstat, quod Cherubinus supplementum petens sit extraneus, quia cum illud fuerit ipso iure acquisitum Mariæ in ipso mortis instanti Riccardi Patris, iudicari debet secundum illud tempus, quo Pater obijt, & Mariæ viuenti ius quæsitum fuit, adeo vt non potuerit ius hoc iam quæsitum, & radicatum alterari, aut
16 immutari ex morte subsequuta, † ideoque quale penes eam erat, fuit ad hæredes transmissum quantumuis extraneos, qui non ex propria persona, sed ex persona dictæ Mariæ agunt, & iudicari debent, vt post *Alex. & alios probat. Mantic. de coniect. lib. 7. tit. 8. sub n. 10. versic. vnde repleti, & post alios Noualis de transmiss. casu 10. n. 5. & seq. qui amplius sub n. 7.* inquit ius huiusmodi ad hæredes extraneos transmitti cum eodem priuilegio quo erat penes ipsam filiam. *Modern. Foroliuien. de legitima lib. 3. tit. 3. qu. 7. n. 1. vers. Contraria tamen opinio, cum alijs adductis in prima decisione in princ.* Et ita vtraque &c.

☞ *Decisio ista sub qua Rota stetit in decisis idest sub die 18. Maij 1640. coram eodem Reuerendissimo Decano erit in Appendice, & infra in eadem causa aderunt aliæ decisiones nempe sub diebus 26. Iunij 1646. 2. Iunij 1647. & 21. Iunij 1649. coram Reuerendiss. Papien. & 20. Iunij 1650. & 24. Aprilis 1651. coram R. P. D. Verospio.*

DECISIO CCLXVIII.

R. P. D. BICHIO.

Romana Domus ad Transtiberim.

Lunæ 18. Aprilis. 1644.

Est Impressa inter Bichio in Tom. 1. Decis. 172.

R. P. D. GHISILERIO.

Postea EPISCOPO TERRACINEN.

Romana Domorum.

Lunæ 18. Aprilis. 1644.

ARGVMENTVM.

Læsio cum sit fundamentum restitutionis in integrum, ideoque ea probata non potest denegari talis restitutio. Euictio quando fuit secuta ex culpa, & negligentia emptoris, iniuste condemnatur venditor, vt teneatur de euictione Bona emphyteutica, quando alienantur à quo debeat impetrari consensus Domini directi, & aliqua circa alienationem bonorum dotalium.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ validitas, probatur ex reuolutione actorum.*
2 *Læsio est fundamentum restitutionis in integrum.*
3 *Bona emphyteutica, quando alienantur à quo sit impetrandus consensus Domini directi.*
4 *Agens ex vna causa, succumbit si eam non probet, licet possit ex alia obtinere.*
5 *Actori nihil prodest ius, nisi aptam, & competentem actionem instituat.*
6 *Fundus si sit datus in dotem, ac promissa fuit eius restitutio, tunc non potest permutari.*
7 *L. final. ff de pact. dotal. intrat etiam in contractu permutationis.*
8 *Ex canonum non solutione intentari potest caducitas.*
9 *Consensus Domini directi impetrari debet congruo tempore, dum bona emphyteutica alienantur, & qui est in culpa, id ei noceri debet,*
10 *Bona emphyteutica antequam alienentur, debet impetrari consensus Domini directi.*
11 *Consensus Domini directi, quando alienantur bona emphyteutica, cuius sumptibus debeat impetrari.*
12 *Alienatio fundi dotalis de iure Canonico tenet, si fuerit facta cum iuramento, & n. 16.*
13 *Matrimonio constante super rebus dotalibus, nihil fieri, vel pacisci potest per ipsam mulierem in eius præiudicium.*
14 *Consensus, & iuramentum de Iure ciuili non obligat mulierem alienantem bona dotalia.*
15 *Nam lex actum prohibet, & iuramentum reijcit.*
17 *Mulier, quod non potest alienare bona dotalia, ne sexus mulieris fragilitas in perniciem substantiæ illarum redundet.*
18 *Mulieres si facile bona sua alienare possent, remanerent indotatæ.*
Mulieres ne remaneant indotatæ in hoc, secundario ladi-

læditur ius publicum, & an tali fauori per iuramentum ipsæ possint renunciare.
19 *Mulier validè obligatur cum debitis solemnitatibus.*
Pro Iudicis decreto præsumitur. n. 19.
20 *Pro pretij iustitia stat præsumptio.*
21 *De vinea, quis maiorem vtilitatem potest percipere, quam ex domo.*
Domus, vt plurimum remanent locandæ, n. 21.
22 *Mulier contra mulierem non vtitur suis priuilegijs.*
23 *Solemnitates statutariæ inter æqualiter priuilegiatos non habent locum.*
24 *Alienatio dum est necessaria non requirit consensum Domini directi, neque laudemij solutio.*
25 *Sententia debet referri ad causas, quæ de Iure subsistunt.*
26 *In alienatione emphyteusis, primum requiritur consensus Domini, & hoc ante contractum ratione, an velit præferri in emptione.*
27 *Aliàs non validè dicitur facta alienatio.*
28 *Bona emphyteutica, quando venduntur, quid præcedere debeat.*
29 *Bona emphyteutica, quando permutantur Dominus directus in eis non præfertur.*
30 *Consensus Domini directi post alienationem, quare requiratur.*
31 *Consensus secundus requisitus in alienatione emphyteusis, à quo debeat impetrari, & n. 32.*
33 *Consensus Domini directi in alienatione emphyteusis quando sat fit, quod interueniat post contractum, & n. 34.*

DECISIO CCLXIX.

PRæuijs quatuor decisionibus fuit per sententiam Rotalem in gradu restitutionis in integrum reuocata associatiò concessa per Locumtenentem Eminentissimi Vicarij Vrbis ad domos permutatas ab Horatio Colutio cum Alfonso Ferro tanquam nulla, & iniuita, impositumque perpetuum silentium Benettis, & litis consortibus possessoribus dictarum domorum, & fuit reintegratus dictus Alphonsus ad possessionem illarum. Commissa mihi causa appellationis interpositæ à dicta sententia, illa tanquam valida, & iusta fuit confirmata; Siquidem probatur valida cum interuenerint necessaria requi-
1 sita iuxta *decision. Caputaq. 26*0. *par.* 2. & iuxta ex dictis quatuor *decisionibus coram R.P.D. meo Royas emanati*, * in quibus constat de iniustitia sententiæ latæ contra Alphonsum, ex qua resul-
2 tat † læsio fundamentum restitutionis in integrum ex notatis per DD. *in cap.* 1. *de restit. in integr. Rot. decis.* 1. *eodem tit. in nou.* Eò enim ipso, quod culpa Colutij sequuta fuit euictio Vineæ ob non obtentum assensum Monasterij S. Cosmatis, qui ab eodem Colutio debebat impetrari sumptibus proprijs ex speciali conuentione apposita in in-
3 strumento permutationis † cum domibus, de quibus agitur, illius culpa non debet nocere Ferro, vt latè deductum fuit in decisionibus supradictis sub die 16. Ianuarij., & 1. Iunij superioris anni., & propterea associatio concessa Colutio ad domos permutatas, iniusta, & nulla, in primis, & ante omnia reuocari debet, etiam, ex alio capite eadem permutatio non subsisteret
4 ex vulgata regula; quod agens ex vna causa succumbit, si eam non probet, licet possit ex alia obtinere *l. habebat in princ. ff. de instit. act. l. non possumus ff. si pars hæred. pet. Alex. cons.* 179. *n.* 5. *vol.* 2. *Aym. cons.* 80. *num.* 1. *Surd. cons.* 151. *num.* 53. *& cons.* 214. *num.* 15. Nil enim prodesse po-
5 test actori ius, nisi aptam, & competentem actionem instituat iuxta *text. in cap. examinata de iudic.* § *habebat Instit. de action.*

Et quamuis ex tribus motiuis deductis pro parte illorum de Benettis, & litis consortibus prætendatur probari inista sententia Rotalis de cuius confirmatione quæritur. Primò, quia cum domus, de quibus agitur essent dotales Claricis, & in fundum dotalem traditæ Colutio promissa
6 restitutione earumdem in casum † restitutionis dotis, non potuerint à dictis Coniungibus permutari contra dispositionem Iuris communis *l. fin. ff. de pact. dotal. l. si inter virum, ff. de iur. dot. & Statut. Vrb. de contract. mulierum lib.* 1. *cap.* 151. Cuius dispositio procedit † etiam in contractu
7 permutationis ad tradita per *Lambert. de contract. mulier. glos.* 1. *nu.* 42. *Carpan. ad Stat. Mediolan. par.* 1. *cap.* 328. *num.* 49. ita *Rot. in Recent. decis.* 136. 143. *&* 167. *part.* 3. Secundo, quia vinea permutata fuit euictam per Moniales S. Cosmatis ex causa
8 Canonum non solutorum † & ex causa plurium distractionum eiusdem factarum à Portia Caputa anno 1604. in Ioannem Baptistam Guidum, de anno 16 4. in Alphonsum Ferrum, & à dicta Portia, & Alfonso de anno 1517. in supradictos Claricem, & Horatium Colutium coniunges, & sic ex culpa, & facto dd. Portiæ, & Alphonsi, non autem ex capite non obtenti consensus re-
9 seruati in instrumento † permutationis initæ inter Colutium, & eumdem Ferrum, tamen euictionibus præiudicium sequutum spectet ad eundem Ferrum, qui non impetrauit consensum Monialium pro approbatione contractus congruo tempore, etiamsi de Iure eis, qui alienat teneatur;
10 antequam tradat rem emphyteoticam, procuratore consensum Domini directi, iuxta text. *l. fin. C. de iur. emphyt.* qui grauat alienantem, non autem acquirentem, vt propterea pactum in Instrumento permutationis adiectum his verbis, *reseruato in primis, & ante omnia consensu &c.* intra legitima tempora impetrañ, & obtinen. sumptibus dd. Horatij, & Claricis, &c. sit intelligeñ prout de iure, vt sumptus spectent ad Colutium acquirentem, impetratio autem consensus sit facienda ab alienante, vt benè explicat *Bursatt. cons.* 59. *num.* 16. *&* 17. *Amad. de Laudem. quæst.* 9. *n.* 3. *Burg. eodem tract. part.* 1 *in spect.* 5. *num.* 24. Nihilominus dicta tria motiua non releuare consueuerunt DD.

Tollitur enim primum motiuum tam attenta dispositione Iuris communis, quam attenta dispositione statuti, ex quo in instrumento per
11 mutationis interpositum fuit iuramentum, quod de iure canonico facit valere alienationem fundi dotalis ad notat per DD. *in cap. cum contingat de iur. iur.* Nam licet generale sit, quod constante
13 matrimonio super rebus dotalibus nihil fieri, aut pacisci possit per ipsam mulierem in eius præiudicium *l.* 2. *& l. Attillictnus, ff. de pact. dotal.*

cum alijs per *Bald. Nouell. in tractat. de dote in 7. per priuil. 11*, & quamuis de iure ciuili, consensus,
14 & iuramentum mulieris eam non obliget ad *glos. notabilem in l. vni, §. & cum lex, in verb. alie-*
15 *naret C. de rei vxorat act.* quia ibi lex actum prohibet, & iuramentum reijcit. *l. non dubium C. de leg. & ibi notant omnes*; tamen de iure Canonico constitutum est, quod talis alienatio iuramento
16 roborata, & communita valeat *d. cap. cum contingat, vbi omnes* Ratio est, quia cum hoc sit introductum principaliter fauore mulierum, vt
17 scilicet, non possit alienare rem dotalem, ne sexus mulieris fragilitas in perniciem substantiæ illarum conuertatur, vt inquit *Imperator Institut. quibus alienan. licet vel non, in fin. princ.* Sic enim remanerent in dotatæ, licet secundario
18 in hoc etiam versetur fauor publicus, possunt vtique mulieres mediante illarum iuramento huic fauori renunciare *d. c. cum contingat*, & ita tenent omnes in *l. 1. in princ ff. solut. matrimon.* Et quod dispositionem Statuti, illam fuisse seruatam in hoc contractu apparet ex lectura instrumenti permutationis, in quo constat, fuisse ser-
19 uatas solemnitates necessarias, adfuisse causam & vtilitatem, & interfuisse decretum Iudicis, pro quo etiam præsumi debet iuxta *text. in ab ea par. ff. de Probat. Corn. conf. 109. num. 5. lib. 6. Rot. decis. 11. num. 10. & 11. & decis. 25. num. 6. inter impress. apud Pic. ad Statut. Vrb.* cum alijs relatis per *Add. ad san. me. Greg. XV. dec. 406. num. 7.* Nec obstat quod causa expressa, videlicet, quod Colutius nullum habebat exercitium, esset falsa cum esset proxeneta Ripæ & contrarium fuit expositum, dum fuit dictum, nullum habere exercitium; Quia causa principalis permutationis fuit vtilitas, quæ resultabat tam ex maiori pretio vineæ, quæ vnà cum domibus fuit æstimata,
20 & de iure præsumitur pro Iustitia pretij *Rota coram san. mem. Greg. XV. decis. 143. num. 22. Adden. ad Buratt. decis.* 199. quam ex venditione vineæ, dum Horatius, licet proxeneta, & sic de quali-
21 tatibus bene informatus, poterat forsan maiorem quæstum facere, quam ex domibus, quæ vt plurimum, remanent locandæ. Præterquam dum vterq; contractus celebratus fuit inter mu-
22 lieres super re dotali, non potest altera illarum vti Priuilegio Statuti contra alteram iuxta *text. in l. verum, §. fin. l. si apud. ff. de minor.* cum alijs adductis per *Rot. decis. 57. nu. 4. post. Pic. vbi supra*,
23 Quia inter æqualiter priuilegiatos, non est seruanda solemnitas statutaria.

Secunda, quod vinea fuerit euicta per Monialis ex causis supradictarum anteriorum alienationum factarum per Alphonsum, seu Portiam illius auctricem, non solum non iustificatur, sed contrarium apparet ex petitione, & articulis Monialium relatis in Summario illorum de Benettis sub num. 1. In quibus Moniales expresse deduxerunt contrarium dictæ permutationis initum cum Horatio Colutio, quodque illi non curarunt, nec curant debita Laudemia, & Canones soluere eiusdem Monialibus, vti ibi legitur, & licet etiam deducantur supradictæ alienationes factæ per Portiam in Io. Baptistam Guidum eius primum maritum, deinde in dictum Alfonsum Ferrum eisdem secundum virum. Ta-
24 men quia pro illis tamquam factis † ex causa necessaria non requirebatur consensus Monialiū, neque Laudemio solutio, vt firmauit *Rota sub die 9. Decembris 1641. in §. minus obstare dicebant DD. & sub die 16. Ianuarij 1643. in §. Demum non obstant aliæ alienationis, coram Reu. P. D. meo Royas in hac causa*. Ideo euictio subsecuta per
25 sententiam Iudicis, non debet referri ad eas causas, sed ad illas ex deductis, quibus de iure substineri debet, sicque ad contractum permutationis cum ipsis Colutij celebratum, & illorum negligentiam in soluendis Laudemijs, & annuis Canonibus prædictis Monialibus debitis.

Tertium denique pariter cessat, nam quidam est consensus Domini directi, qui est requiren-
26 dus † antequam contractus celebretur ratione prælationis competentis eidem Domino directo & tunc requirere, atque impetrare tenetur ipse emphiteuta, qui rem vendere intendit, alias
27 enim valide contrahere nequit, † & de hoc loquitur *text. in d. l. fin. C. de iur. emph. Bursatt. Arnad. Burge. & alij ab eis relati in locis supra citatis*. qui omnes loquuntur in contractu emphiteusis & venditionis, in quo huiusmodi consensus præ-
28 cedere † debet, & in casu *Bursatt.* facta fuerat venditio, habita licentia à Domino directo, vt ibi legitur in principio, & sub *d. num. 16. & seqq.* Hic autem non requiritur in contractu permuta-
29 tionis, quia † in illo non competit Domino directo Ius prælationis, vt notant *Doct. in d. l. fin. C. de iur. emphit. Gabr. conf. 84. sub num. 3. lib. 1. Menoch. conf. 287. sub num. 50. ac seqq.* & alij plures quos allegat *Burg. d. tractat. de leudem. par. 2. inspect. 4. num. 3. vers. qua maximè*. Alius verò est consensus, qui requiritur post contractum
30 ratione obsequij, & recognitionis † erga Dominum directum, qui nouum acquisitorem admittere, seu in possessionem inducere, seu inue-
31 stire debet, & iste consensus requiri, ac impetrari debet per ipsum emptorem, non autem per
32 venditorem, vt in contractu permutationis, probat idem *Bursat. conf. 181. sub num. 17. & seqq.* cum alijs relatis per *Caldas. de iur. emphit. lib. 4. cap. 6. sub num 16. vers. quamobrem, & per Burg. vbi sup. par. 1. inspect. 3. & seqq.* & clarius *supradicta par. 2. inspect. 4. sub num. 3. & seqq.* vbi loquens in specie de contractu permutationis supradictam distinctionem optimè comprobat post alios ibi relatos. Quare cum ex verbis Instrumenti permutationis ibi, *Reseruato in primis, & ante omnia consensus dictarum Monialium intra legitima tempora impetran. & obtinen. sumptibus dd. Horatij, & Claricis, & non alias &c.* probetur nos versari in posteriori casu, in quo consensus
33 Monialium † erat impetrandus post contractum cessat obiectum supradictum per illos de Benettis, & litis consortes excitatum. Eoque magis cum impetratio dicti consensus fuerit pacto speciali translata in personas supradictorum Horatij & Claricis, & latè fuit probatum in supradictis decisionibus factis *coram Reu. P. D. meo Royas*. Vnde cum impetratione huiusmodi consensus nulla alia requireretur industria, quàm solutio pecuniæ debitæ pro Laudemijs, & Canonibus
34 expressè † translata in dictos Coniunges, illi debebant, vt poterant, vnico contestu consen-

sum

sum Monialium, ac inuestituram impetrare, seu saltem procurare, & tamen nullas probarunt, etiam post motum iudicium fecisse diligentias prout tenebantur, vt benè firmauit *Rota in supradicta decisione coram R. P D. meo Royas facta 16 Ianuarij 1643. in §. In omnem casum*.

Et cum euictio sequuta fuerit culpa Colutij, pro confirmatione sententiæ Rotalis responderunt vtraque parte informante &c.

Supra habentur tres decisiones in hac causa coram Reuerendissimo Archiepiscopo Tarraconen., idest sub diebus 23. Iunij 1640.5. Decembris 1641. 16. Ianuarij 164 . prima decisio 242. in part. 8. recent. reliquæ duæ sunt supra in hac parte 52.& 140.

R. P. D. GHISILERIO.

Postea EPISCOPO TERRACINEN.

Romana Palatij.

Veneris 22. Aprilis 1644.

ARGVMENTVM.

In Spolio, vt quis obtineat ad effectum obtinendi reintegrationem, primum extremum exactissimis, & concludentissimis probationibus venit iustificandum, & quando illud nullatenus dicatur iustificatum mandatum de liberando, quando dicatur nulliter relaxatum. Pro validitate sententiæ stat præsumptio.

SVMMARIVM.

1 *In Spolio, vt obtineatur, quid sit necessarium.*
2 *De Ratificatione mandati procuræ, quando dicatur constare.*
3 *In Spolio primo extremum requirit exactissimas probationes.*
4 *Et quidem concludentissimis probationibus iustificari debet.*
5 *Possessio ex actu nullo non potest validè acquiri & num. 6.*
6 *Possessio legitima, in iudicio attendenda venit.*
7 *A terminis, vel confinibus designantur bona stabilia.*
8 *Periti circa solidationem computorum, quid agere debeant. & num. 9. & 10.*
11 *Mandatum de adiudicando non inseruit pro adiudicatione.*
12 *Possessio capta vigore mandati de adiudicando, non est valida si non fuerit seruandis obtentum.*
13 *Mandatum de adiudicando, quando agitur de re stabili non debet interponi, nisi infra mensem.*
14 *Possessio, quando non dicatur considerabilis, ad effectum obtinendi in spolio.*
15 *Possessio, si sit incerta ratione loci, & quotæ non potest dici valida.*
16 *Et maximè ad effectum obtinendi aliquam reintegrationem.*
17 *Possessor mediantibus sententijs contra eum prolatis, spoliatur omni possessione.*
18 *Possessionem quam quis acquisiuit authore Pratore, non dicitur spoliasse.*
19 *Remedium reiuntegratorium non competit contra possidentem authore Pratore.*
20 *Sententiæ nulliter, & iniustè prolatæ, non prosunt.*
21 *Pro Sententia iustitia, & validitate stat præsumptio.*
22 *Sententia ex processu debet iustificari.*
23 *Sententiæ nullitas, & iniustitia à quo sit iustificanda.*
24 *Pro Actus validitate stat præsumptio stante cursu longissimi temporis.*

DECISIO CCLXX.

Rota coram me sub die 29. Aprilis anni præteriti, * censuit Dominis de Cataneis hæredibus ex Testamento Liuiæ, & aliarum heredum Nicolai Pallauicini creditoris, vna cum Daniele Spinola Petri Francisci Pallauicini Episcopi Alerien. non esse concedendam reintegra-
1 tionem ad possessionem medietatis Palatij, de quo agitur, eò quia non probarunt possessionem Nicolai Pallauicini eorum auctoris, prout necessariò requiritur ad obtinendum in spolio, iuxta *glos. in l. 1. in verb. filium esse circa med. vers. tu dic. C. quorum bonorum; cum alijs allegatis in dec.*

Reproposita causa super eisdem, Domini steterunt in decisis, quia quicquid sit de sufficientia mandati procuræ Thesei de Rubeis Procuratoris constituti à Nicolao Pallauicino, & Daniele Spinola, etiamsi ex deductis ab informan-
2 tibus pro Cataneis, † posset dici constare saltem de ratificatione possessionis partis Palatij, de quo agitur, per Thesum captæ ab eodem Nicolao facta. Tum ex partitis eiusdem Nicolai manu descriptis in eius proprijs libris, tum ex publicis instrumentis. Altero scilicet 30. Maij 1577. quo eandem partem Palatij assignauit pro fundo dotali Iuliæ de Nigris, eius vxoris, eamque se illius nomine possidere constituit, cum expressa mentione, & relatione ad instrumentum possessionis captæ per dictum Theseum. Altero verò 28. Iunij 1578. ex quo constat, dictum Nicolaum eiusdem partis Palatij pensione exegisse, nihilominus ex supradictis Domini censuerunt non constare sufficienter de primo extremo ad fauorem dicti Nicolai, scilicet de illius possessione
3 de anno 1590. quo tempore † prætenditur de facto spoliatus à Marchionissa Montoria, quod quidem extremum præcipuè de stylo Rotæ, quæ in hoc requirit probationes exactissimas, & indubitatas, *Rota coram Seraph. dec. 302. in princ. dec. 952. sub n. 1. & 2. coram bon. mem. Buratto, & dec.*
4 *768. n. 7. par. 2. recent.* plenè iustificari debet † clarissimis, & euidentissimis probationibus iuxta supradictam *glos. in l. 1. Cod. quor. bon.*

Siquidem considerabant Domini, Palatium de quo agitur, siue illius partem non fuisse deliberatam supradictis Nicolao, & Danieli tamquam in licitatione plus offerentibus, sed illis immissionem fuisse decretam ibi in portione, & parte medietatis Palatij in executione capta, seu partium dicto D. Episcopo, & illius hæreditati competentium pro concurrenti quantitate, crediti infrascriptorum DD. Instantium, & pariter
5 fuisse † executam iuxta eiusdem decreti, & mandati tenorem nulla præcedente æstimatione sepa-
6 ratione, atque adiudicatione, ex tali † autem actu

actu nullo non potuit acquiri possessio legitima,
quæ in iudicio attendi debeat, iuxta *text. in l. 3.*
§.incertam, ff.de acquir.possess.l. Mæuius, §. duobus,
ff.de legat.3.Bero.cons. 159.sub n. 19. vers. præmissa
etiam lib.1. in his terminis probat *Surd. cons. 225.*
sub n.12.vers. accedat, & firmauit *Rota coram bon.*
mem.Buratto dec.952.sub n.4.& 5. vbi alię concor-
dantes referuntur. Nam incerta penitus fuisse
constat pars dicti Palatij, quæ spectaret ad præ-
dictos Pallauicinum, & Spinolam; Tum ratione
quotæ, nam illis non fuit concessa immissio in
Possessionem medietatis, vel alterius quotæ dic-
ti Palatij, sed tantum in portionem, & partem
dictæ medietatis pro concurrenti quantitate il-
lorum crediti. Tum ratione loci, quia stante
communione eiusdem Palatij inter Episcopum
Alerien. eorum debitorem, ac alios eius fratres,
quilibet eorum habebat partem in qualibet par-
7 te, itaut discerni non posset locus, ac † pars
propria singulorum ante factam partium sepa-
rationem, cum nec aliquis fuerit expressus ter-
minus, vel confinis, à quo ea portio designari
posset, vt latè explicat *Rota in Maceraten.hæredi-*
tatis 13.Iunij 1588.coram bon.mem.Card.Pamphilio,
quæ est dec.161.par.4.diuers. Stante autem tali in-
certitudine, necessarium omnino erat, cum non
interuenerint oblatores, & ipsi Nicolao asserto
creditori facta fuerit talis adiudicatio, tam ex
verbis decreti supra relatis; quàm ex ipsius rei
8 † qualitate eligere Peritos, qui æstimarent, &
separarent partem coæqualem credito Pallauici-
ni, & Spinolæ, eaque subindè illis adiudicare-
tur, iuxta tradita per *Afflict.dec.358.sub nu. 5. &*
seqq.vers.quarta ratio, & sequitur *Rota coram Sera-*
phin.dec.984.n.2. vbi firmatur, quod ea verba in
9 sententia, † vel decreto Iudicis apposita pro
concurrenti quantitate crediti &c. Important,
vt res non censeatur tota adiudicata insolutum
10 pro credito, sed tantum † pro rata iustæ æstima-
tionis, idem firmatur *coram bon.mem.Buratto dec.*
524.sub n.6.& 7.dec.725.par.2. recent. & in Spole-
tana bonorum 1.Iuly 1615. coram Remboldo, quæ est
dec.226.post Statil.de Saluian.interdict.

Vlterius considerabant Domini non apparere
nisi de solo mandato de adiudicando, quod non
sufficit, dum non constat de effectuali adiudica-
11 tione per Cursorem facta, † vt necessario requi-
ritur, eo quia mandatum de adiudicando non
inseruit pro adiudicatione, nisi doceatur de ef-
fectuatione subsecuta, *Rota in Romana Syluæ 28.*
Iunij 1628.coram Em.Card.Verospio. in qua spo-
liatiua declarata fuit possessio capta vigore man-
dati de adiudicando non expectata adiudicatio-
12 ne, † & non seruatis omnibus, quæ in ipsa erant
necessaria sequendo in istis terminis resolutio-
nem *Rota coram Caualerio dec.171.post n.4.vers. si-*
militer non putabant, & coram Buratto dec.124.n.12.
Eoque magis, quia fuit deuentum ad decretum
supradicti mandati de adiudicando, nisi ad pri-
13 mam diem, & † tamen cum ageretur de re sta-
bili, debebat fieri, nisi infra mensem de stylo
Curiæ, de quo testatur *Salust.Tiber. in prax. R.C.*
lib.1.cap.43.n.2.& n.12. Vnde quamuis ex supra
dictis inferri posset ad ratificationem possessionis
14 adeptæ per Theseum, attamen † non ex hoc se-
quitur acquisitam fuisse Nicolao aliquam consi-
derabilem possessionem pro obtinenda reinte-
gratione in hoc iudicio spolij. Quoniam sat est,
quod ex mandato de deliberando appareat non
fuisse concessam, nisi possessionem pro indiuiso
cum alijs tunc possessoribus, ac alijs credito-
15 bus, † sicque fuerit incerta ratione loci, & quo-
tæ, vt ea mediante non fuerit acquisita aliqua
16 considerabilis possessio, quæ † deseruire valeat
pro reintegratione assequenda *l.3.§.incertam, vbi*
glos.Bart.& alij de acquir.poss. cum multis adductis
per *Surd.consil.168.n.48.consil.125.num.12. lib.2.&*
cons.425.n.38.lib.3.Rota d.dec.151.sub n.1. & seqq.
par.4.diuers. & in puncto ad exclusionem spolij
Pontan.de spol.lib.2.cap.14.n.131.

His omnibus accedit, quod supradicti Palla-
uicinus, & Spinola, quibus prætenditur adiudi-
catam fuisse partem Palatij fuerunt ea priuati
per sententiam Fuscherij, qua eadem medietas
Palatij citato, & comparente eodem Theseo fuit
adiudicata omnibus creditoribus Episcopi Ale-
rien. in ea descriptis pro concurrenti quantitate
eorum crediti, non autem solis Nicolao, & Da-
nieli, quę sententia fuit executioni demandata,
cum illius vigore fuerint expedita mandata, &
facta locatio medietatis dicti Palatij, nec non
exactæ pensiones per Augustinum Iustinianum.
Post dictam sententiam Fuscherij superuenit
sententia Rattæ, qui eamdem confirmauit reda-
cta adiudicatione proprietatis eiusdem Palatij
17 ad fructus, ac pensiones illius. Propterea non
est habenda ratio possessionis captæ per dictum
Procuratorem, stantibus prædictis sententijs suc-
cessiuè prolatis, quarum vigore prædicti Pallaui-
cinus, & Spinola fuissent ea priuati, si quam le-
gitimam acquisiuissent. *Angel. in l. clam possidere*
§.qui ad nundinas, sub n. 2. in fin. ff. de acquir. poss.
quem ibi sequitur *Alex.sub.n.2.in fin.vers. dicit ta-*
men. Imol.Roman.Ias & alij adducti per Rotam dec.
802.n.7. vers. potest enim Iudex par. 1. diuers. & in
Romana Vineæ 7.Februarij 1620.coram bon.mem.Re-
uerendiss.Seleucien.

Ad exclusionem petitæ reintegrationis facit,
quod vsque de anno 1590. Marchionissa Hiero-
nyma Montoria assecuta fuit possessionem huius
Palatij, quàm in præsenti retinet auctoritate Iu-
dicis, tam ex persona propria, quàm Annę de
18 Flores matris, vt ex † pluribus sententijs, &
mandatis etiam Rotalibus ad earum fauorem
emanatis, quæ cum possideat auctore Prætore
19 non dicitur supradictos spoliasse, nec aduersus
illam competit intentatum remedium reintegra-
tionis, *l.iustè possidet, ff. de acquir. poss. Angel. qui*
vniuersas, §.item cum Prætor, ff.eodem Bald.in l.fin.
in primo art.C.vnde vi.Rota in Romana prætensi spo-
lij 2.Iunij 1634.coram Reuerendiss.Vrgellen.dec 434.
ac alibi, & licet Catanei prætendant, sententias
prædictas tanquam nulliter, ac iniustè prolatas
20 & † non citatis eorum auctoribus illis non obesse
neque excludere deductum remedium pro co-
rum parte, hoc tamen vbi agitur, vt in hoc ca-
su de spolio iudiciali, debent plenè, ac conclu-
denter probare, nec sufficiunt duo extrema soli-
ta, sed actor testium quoque tenetur concludenter
probare scilicet Iudicem nulliter, ac iniustè pro-
cessisse, nam aliàs præsumitur pro iustitia, &
validitate sententiæ, atque decreti, vt latè pro-
bat

bat *Rota dec.7.n.16.& seqq.& dec.454.n.4.& seqq.* *coram Reuerendiss. Vrgellen.coram sa.mem. Greg. XV.* *dec.485.n.3.& dec 668.sub n.1. par.3.recent.* vbi, quod nullitas, vel iniustitia, hoc casu debet esse adeò patens, vt nullo pacto colorari possint.

Demùm non obstat, quod pro parte Marchio-
22 nissæ non fuerint exhibiti processus, † ex quibus dictæ sententiæ iustificentur. Quia cum illa possideat, & conueniatur in hoc iudicio, sententiæque, ac decreta prędicta iam à quinquaginta circiter annis emanauerint, & executionis complementum vsque ad tempus huius litis motæ habuerint, inde resultat efficax præsumptio
23 sufficiens ad eius defensionem, † vt propterea ad eam non spectet illas iustificare, sed Cataneis, quorum est onus nullitatem, atque iniustitiam probare, eosdemque processus tenentur exhibere, vt plenè fuit firmatum *coram Reuerendiss Vrgellen. d.dec.7.n.16.21.& 24.*& comprobatur *dec.223.n.8*
24 *par.7.recent.* vbi † ad præsumendum omnia fuisse ritè, ac rectè facta consideratur cursus 40. annorum.

Ex quibus vtraque parte informante iterum fuit dictum non constare de primo extremo, & sic Cataneis non esse dandam reintegrationem &c.

Decisio ista emanata sub die 29.Aprilis præteriti anni 1643.coram eodem Reuerendissimo Terracinen.erit infra in Appendice.

R. P. D. GHISILERIO

postea Episcopo TERRACINEN.

Romana Casalis Aguzzani.

Mercurij 27. Aprilis 1644.

ARGVMENTVM.

Bona fideicommissaria quatenus dicantur obligata pro dotandis descendentibus. Mulieres dum dant in dotem bona fideicommissaria, qualiter censeantur data. Remedium auth. res quæ C. commun. de legat.habet tantum in subsidium.

SVMMARIVM.

1 *Bona ascendentium sunt exempta à fideicommisso pro dotandis descendentibus.*

2 *Hæredes non possunt desponere de bonis testatoris contra eius voluntatem.*

3 *Filias dotandi onus potius spectat ad patrem, quàm ad auum maternum.*

4 *Ascendentes per lineam paternam prius tenentur dotare descendentes, quam ascendentes per lineam maternam.*

5 *Mulier dum habet aliunde dotem, non sunt alienanda bona fideicommissaria.*

6 *Bona fideicommissaria propter dotem ne distrahantur, an sit habenda ratio vsusfructus, dictorum bonorum.*

7 *Leges habent oculos ante, & non retro.*

8 *Obseruantia stante, & cursu longissimi temporis, præsumitur derogatio.*

9 *Obseruantia cessat, stantibus geminatis, & iteratis actibus contrarijs.*

10 *Ex actibus subsecutis declaratur, qualis fuerit mens disponentis in præcedentibus.*

11 *Voluntas non censetur diuisa à potestate.*
Voluntas à potestate regulatur, num.11.

12 *Auth.res quæ, C.commun.de legat.remedium est subsidiarium.*

13 *Declarationes, & confessiones antecessorum, successores approbare debent.*

14 *Mulier dans in dotem bona fideicommissaria cum suis oneribus censentur illa tradere, & num. 15.*

16 *Et sic cum onere, & causa fideicommissi, & numer. 18.*

17 *Fideicommissum est onus, ideoque tamquam onus alienum deducitur.*

19 *Bona fideicommissaria non possunt alienari in præiudicium vocatorum.*

DECISIO CCLXXI.

PRætendentibus Marchione Antonio Francisco, Bernardo, & Ioanne Dominico de Maximis filijs Claræ natæ ex Victoria, & Ascanio Rebbiba, defuncto Carolo Francisco Rebibba, (qui hæredem instituit Alexandram de Blanchis à qua causam habent Patres S. Siluestri legatarij, & litis consortes) fuisse purificatum fideicommissum constitutum à Francisco Salamonio auo supradictæ Victoriæ, mouerunt iudicium super immissione in possessionem Casalis Aguzzani contra dictam Alexandram eiusdem Caroli hæredem & coram R.P.D.meo Carillo, tunc Rotæ Auditore Præside Vallisoletano electo, obtinuerunt sententiam super immissione in possessionem, & Signatura Iustitiæ causam appellationis commisit, cum clausula, sine præiudicio legitimè eyecutionis R.P.D. meo Rojas, coram quo dicta sententia fuit reuocata ad fauorem dd.legatariorum, & concessa reintegratio Lucretiæ Pagliæ hæredi d.Alexandræ defunctæ.Commissa mihi in tertia instantia causa appellationis DD. confirmando primam sententiam, iterum censuerunt, ad fauorem supradictorum de Maximis esse resoluendum.

Ratio resolutionis fuit, quia ex deductis in decisionibus, tam coram Reuerendissimo Vrgellen.sub diebus 29.Martij & 28.Maij 1632.10. Martij 1634. quam successiuè coram R.P.D.meo Carrillo sub diebus 1.Decembris 1634.1.Febr. 13.Iunij, & 18.eiusdem 1635.& in secunda instantia coram R.P.D.Rojas, sub diebus 27.Iunij 1640.16.Decembris 1641.& 4.Februarij 1643 fuit resolutum constare de fideicommisso d.q. Francisci de Salamonibus purificato ad fauorem Cleriæ matris, & dictorum DD. de Maximis eius filiorum; de descendentia dictæ Cleriæ à fideicommittente; de descendentia dictorum de Maximis, & identitate Casalis; Vnde ad vnum tantum reducebatur difficultas, nunquid d. Casale Aguzzani in diuisione inter Isifilem, Victoriam matrem Cleriæ, & Virginiam fideicommittentem neptes, ac proneptes respectiuè ex Cleria seniore eius filia prædefuncta, fuerit liberè assignatum prædictæ Victoriæ, ac per eam liberè pariter titulo dotis traditum

Asca-

1 Ascanio Rebibbæ eius viro, eaque † ratione ab huiusmodi fideicommisso aui materni exemptum, iuxta *text. in l. mulier, §. cum proponeretur, ff. ad Senat. Conf. Treb & in Auth. res quæ C. comm. de legat.* cuius quidem difficultatis solutionem censuerunt DD. colligi posse, considerata potestate, & voluntate dd Isifilis, Victoriæ & Virginiæ.

Nam quoad potestatem, certum est, quod 2 dictę† mulieres non poterant disponere de Casali prædicto contra expressam Testatoris prohibitionem, quæ legitur in Testamento ab eo condito sub die 17. Septembris 1545. in quo voluit, vt bona perpetuo remaneant in familia, quod non possint, nec valeant hæredes, & substituti prædicti, & alij ex quauis causa vendere, & distrahere aut etiam alienationis latissimè sumpto vocabulo alienare in totum, vel in parte d. Casalia, vel bona stabilia, nec pro dote, nec pro qualibet causa; & si in contrarium fiet, ille qui contraueniet, etiam gratias, seù concessiones Apostolicas obtinendo &c. cadat à dictis Casalibus, & bonis, & ab omni iure sibi super eis cõpeten. Et licet Victoriæ Testatricis, seu fideicommittẽtis descendenti, sicut & Isifili, nec non Virginię licitum fuisset ex eo dotem sibi constituere, huiusmodi tamen facultas non erat simptex, & absoluta, sed dumtaxat subsidiaria quando scilicet bona libera tam Caroli eorum patris, quam Clerię senioris matris prorsus deficerent, ad eos enim potius huiusmodi onus antea spectabat, † quam ad dictum Franciscum fi- 3 deicommittentem auum maternum, iuxta *text. in d. l. mulier. §. cum proponeretur in fin. & in d. auth. res quæ*, & in istis terminis, loquentes 4 de fideicommissis ascendentium † per lineam maternam, probant post alios *Peregr. de fideicomm. art. 42. num. 46. vers. & in subsidium, & sequen. Rota decis. 737. par. 1. diuers.* & alij relati per *Fusar. de fideicomm. quæst. 531. nu. 105. vers. idem est, & num. 108. vers. sed contra.* Cum autem in proposito casu constet, quod prædictus Carolus pater eidem Victoriæ reliquit scuta† 2000 pro dote, eademque summa à dicta Cleria matre fuerit confirmata, vt probat instrumentum celebratum sub die 15. Iunij anni 1576. in vers. *Item quia*, ibi, *& cum dicta D. Victoria pratendat, se esse creditricem dictæ Virginiæ in summa scut. 2000 pro dote sibi a D. Carolo eius patre relicta & a D. Clarice eius matre declarata*. Ac pariter constet, alia similia scuta 2000. fuisse soluta Isifili alteri eius sorori nuptæ Comiti Io. Paulo de Castellis Nobili Bononien. vt in alio instrumento sub die 23. Augusti 1575. ibi, *Item acciò che l'egualità si osserui, hauendo la Sgn: Isifile riceuto dalla Signora Contessa scudi 2000. moneta in contanti per sua dote &c. adeo d. D. Comes Io. Paulus nomine quo supra &c.* Nec non probetur, quod ad eamdem Victoriam peruenerint ex bonis maternis; seu paternis, bona allodialia in Territorijs Plani Mileti, ac Petrellæ, quæ fuerunt per eam vendita scuta 2750. vt pariter probatur in instrumento venditionis ab ea factæ sub die 26. Martij 1609. & vlterius quædam pars domus ad arcum Camigliani valoris scutorum 2566. eidem fideicommissario subiecta, vt partes conueniunt, & admittitur in decisionibus coram R.P.D. Rojas: ac demum tertia pars bonorum liberorum Cleriæ eius matris, vt probatur in supradicto Instrumento sub die 23. Augusti 1575. ibi, *essendo che per morte della sudetta Signora Contessa sua madre sia fatto luogo alla successione nelli beni del fideicommisso del detto Cap. Francesco: per vigore del testamento &c. & alla successione della detta Sig. Contessa morta ab intestato*, & infra ibi *dichiarando però, che in quanto alli beni della Sig. Contessa si possono diuidere anche le proprietà, per non esser obligati a fideicommisso*: Ex prædictis infertur, non potuisse Victoria sibi dotem constituere super hoc Casale, neque illud liberare à fideicommisso, ex supra deductis: cum vltra 6 † dicta bona libera, sit quoque habenda ratio vsusfructus bonorum fideicommissariorum in dotem assignatorum, vt in terminis dixit *Rota in Bononien. fideicommissi, impressa post consil. Giouagnon. 99. num. 47. lib. 1.* quæ omnia sufficiebant pro eius dote congrua.

Nec quidam facit, quod dicta bona existentia in territorijs Plani Mileti, & Petrellæ fuerint à Camera Apostolica recuperata, quæ illa possidebat vna cum feudo Plani Mileti, sub prætextu quod essent dicto feudo annexa, & deuoluta ex capite lineæ masculinæ finitæ, quia non subsistit, quod fuerint restituta vti annexa, & deuoluta sed probata allodialitate, & pertinentia ad Cleriam matrem, fuerunt restituta, vna cum fructibus depositatis, alias si fuissent feudalia, vti incorporata Cameræ, non potuissent cedi, vel donari, etiam mediante pretio, resistente Bulla san. me. Pij V. 35. Ideo postquam fuerunt dimissa, & relaxata ipsis sororibus, remanserunt in hæreditate eorum parentum.

Vlterius considerabant DD. quod de tempore, quo fuit contractum matrimonium, nempe de anno 1575. vigebat Constitutio 39. san. mem. Pij Quinti prohibitiua dotium excedentium summam ducatorum 4500. de carolenis, vt propterea etiam ex hoc capite non potuerit Victoria sibi talem dotem constituere in vniuersis bonis & liberis, & fideicommissarijs, præsertim quia minorem dotem in bonis parentum consecutæ fuerunt Isifilis soror nupta Comiti Io. Paulo Castello, & Virginia neptis Nec subsistit responsio data, quod dictæ Constitutioni fuerit derogatum per Constitutionem Gregorij XIII. 7 quia vti publicata anno 1588. non potest respicere tẽpus promissionis dotis, factæ anno 1575. quod attenditur, cum non retrotrahatur in præiudicium iuris alterius, ex *cap. fin. de Constit. Rota decis. 174. num. 28. par. 6. recent.* Minusque quod ex lapsu longissimi temporis cum obseruantia præsumatur derogatio: lapsus enim temporis 8 cum prætensa obseruantia, tollitur † ex facto, cum matrimonium inter Ascanium, & Victoriá dissolutum fuerit morte Ascanij anno 1593. adeo vt cesset lapsus temporis sufficiens, dum non effluxerunt à die matrimonij vsque ad obitum viri 30. sed tantum anni 18. *Add. san. mem. Greg. XV. decis. 534. n. 18. Rota decis. 160. n. 6. p. 2. diu. decis. 277. n. 5 par. 5. recen. coram b. m. Buccab. in Rom. dotatio. 26. Iunij 1617 in Romana quarti dotalis 17. Iunij 1641. coram bon. mem. Pirouano* & demum in decisionibus factis *coram Eminentiss. D. Cardinali* Pan-

Panzirolo,& coram me in Romana quarti dotalis pro D. Eugenia Spinula. Obseruantia verò cessauit
9 ex geminatis, † & reiteratis actibus contrarijs & præsertim ex præseruatione fideicommissi inter eosdem Ascanium, & Victoriam iugales, ac alias prædictas mulieres, facta in diuisionibus inter eas secutis de bonis liberis in proprietate, & de bonis fideicommissarijs, quo ad vsumfructum tantum, salua proprietate vti subiecta fidei-
10 commisso, ex † subsecutis enim declaratur qualis fuerit intentio partium in contractu præcedenti, *Mantic, de tacit. lib. 2. titul. 1. num. 4. Surd. consil. 527. num. 10. Rota decis. 26. num. 4. par. 3. recent.*

Quo vero ad voluntatem eiusdem Victoriæ consignandi Casale in dotem irreuocabiliter,
11 tant † cum sua causa fideicommissi, voluntas censeri non debet diuisa à potestate, cum ab ea reguletur, *cap. cum super, de offic. de legat. l. cum te. C. de donat. ante nupt. l multum interest, C. si quis alt. vel sibi. Bero. cons. 76. sub num. 30. lib. 1. Rota decis. 469. num. 1. par. 4. diuers.* autque ita si ex supradictis propter existentiam bonorum liberorum sufficientium pro congrua dote, non potuit dari in dotem Casale, de quo agitur, liberum
12 à fideicommisso, † cum remedium *Auth. res quæ* sit subsidiarium, vt in ea, & tradunt *Doct.* intrat præsumptio, quod Victoria grauata voluerit dicta bona dare in dotem cum eodem onere fideicommissi, cum quo possessionem acceperat in
13 executionem Testamenti, † bonaque diuiserat cum sororibus, præsente, & consentiente Ascanio viro, cui in dotem fuerunt assignata, *Peregr. consil. 38. num. 10. cum duobus seqq. vol. 4. Rota decis. 427. num. 2 vers. nec placuit Dominis, par. 4. diuers.*

Quæ præsumptio comprobatur, & apertè conuincitur voluntas Victoriæ in instrumentis supra relatis, ex quibus apparet, quod partes
14 noluerunt † derogare fideicommisso prædicto, neque bona ab illius dispositione subtrahere, vt expresse fuit declaratum in dicto instrumento sub die 23. Augusti 1575. ibi, *Præmissa in primis protestatione, & in qualibet parte præsentis instrumenti repetita, quod per præsens instrumentum, & contenta in eo, non intendunt modo aliquo præiudicare, neque contrauenire vinculis, & conditionibus fideicommissi per Capitaneum Salomonium facti, neque aliquorum proprietatem dicto fideicommisso subiectorum tangere, aut alias quomodolibet contrauenire &c.* Idque apertius declararunt, quando post ea omnia contecta, sub die 13. Septem. 1582. preces vnanimiter Isifilis, & Victoria porrexerunt Gregorio Decimotertio in quibus, exposito fideicommisso à dicto Francisco ordinato cũ prohibitione alienationis etiam ex causa dotis, eidem supplicarunt pro obtinenda licentia diuidendi Casalia, aliaque bona eidem fideicõmisso subiecta, non obstante prohibitione Testatoris de non diuidendo proprietatem sub pœna caducitatis, eamque obtinuerunt cum facultate etiam alienandi portiones sibi obuenientes, & successiuè in executionem illius licentiæ facta fuit inter supradictas diuisio. Ad hoc etiam multum faciunt Codicilli eiusdem Victoriæ sub diebus 10. Decembris 1608. & 24. Decembris 1609. in quibus disponit de suis bonis liberis fauore hæredis, exceptis tamen bonis fideicommissarijs suorum Maiorum, inter quæ aderat dictum Casale subiectum fideicommisso Francisci Aui; Nec non declarationes factæ, tam per Io. Baptistam eius filium, quam per Carolum eius Nepotem, quod successerant in Casale, de quo agitur, vigore fideicommissi dicti Francisci, sic impediendo subhastationem, quam Cleria
15 soror intentabat, Et Aduersarij † habentes causam à prædictis, tenentur Approbare præfatas declarationes, & confessiones, vt dixit *Rota in Bonon. de Poetis post Giouagn. cons. 36. num. 46. & 57. lib. 2.*

Prætera cum Victoria non dederit in dotem
16 certam quantitatem ex fideicommisso, † seu certa bona, sed omnia, & quæcunque eius bona ad eam spectantia, vt ibi; *Tutta la sua parte della casa, e del Casale, &c. e tutti, e qualsiuoglia altri beni, &c. crediti frutti, animali, &c. à lei spettanti per qualsiuoglia causa, titolo, ò successione &c.* vtique censetur sibi constituisse dotem in omnibus suis bonis, cum eorum tamen oneribus eo
17 modo, † quo erant penes ipsam Victoriam. *l. mulier bona 72. ff. de iur. dot. vbi Bart. & Bald. Chartar. decis. Ianuen. 34. num. 8. Guil. in consuet. Messan. cap. 9. glos. 7. numer. 4. Rota coram Burat. decis. 254.*
18 *nu. 2.* & sic † cum sua causa, & onere fideicommissi: *Lancell. Gall. cons. 29. num. 27. Seraph. decis. 891. num. 3. Rota d. decis. 4 7. num. 2. par. 4.*
19 *diuers.* fideicommissum enim † onus est, ideoque tamquam onus alienum deducitur ad *text. in l. irritum. C. ad leg. falcid.* & probat *Fontan. de pacto. nupt. clausul. 8. glos. 8. par. 11. num. 45. tom 2.*

Cætera quæ dicuntur de prima transactione inita die 20. Maij 1575. inter Isifilem, & dictam Victoriam sorores ante matrimonium, præseruata in sequentibus diuisionibus, & de assignatione tertiæ partis Casalium, & bonorum, cum clausula pro hæredibus, & successoribus quibuscumque ad liberam dispositionem, non releuant; Tum quia, in parte dispositiua contractus non legitur alia clausula præter illam, pro hæredibus, & successoribus quibuscunque, iuxta tamen mentem Testatoris, & tenorem Testamenti, quæ clausula fuit etiam adiecta portioni Isifilis, & vnaquæque soror recognouit suam tertiam partem pro indiuiso cum cessione iurium in forma; vnde remanet sub fideicommisso, vt prius, nec illi censetur renuntiatum, præsertim stantibus illis verbis, iuxta mentem Testatoris, & tenorem Testamenti, & cæteris actibus, & diuisionibus subsecutis, in quibus fuit semper dictũ fideicommissum præseruatum à victoria, cum protestatione non contraueniendi, præsente, & consentiente Ascanio marito; adeo vt ex hac obseruantia colligi possit, noluisse ab initio alie-
20 nare proprietatem irreuocabiliter, † sed cum sua causa fideicommissi, quemadmodum plene fuit resolutum coram *Buratt. decis. 89. per tot.* Tum etiam, quia supradictæ mulieres, etiamsi voluissent remittere fideicommissum, & ab eius nexu liberare bona paterna, id tamen efficere
21 non potuissent in † præiudicium aliorum successiue vocatorum: ex allegatis per *Fusar. quæstion. 593. num. 50. vers. declaratur septimo, & Rota decis. 110. parte prima diuer.*

Et ex his DD. vtraque parte audita, consueuerunt, confirmandam sententiam in prima instantia latam per R.P.D. meum Carrillum, &c.

Plures decisiones in hac causa emanatas annotaui supra ad decisionem 245. par. 8. recent. & 150. supra hac eadem parte.

R. P. D. ROIAS.

Posteà Archiepiscopo TARRACONEN.

Romana Censuum.

Mercurij 27. Aprilis 1644.

ARGVMENTVM.

Subhastatio, quando cum suis solemnitatibus fuit facta, & ritè, & rectè consumpta deliberatio, tunc ex nouiter repertis in causa ad eum annullandam, eo casu licitator, vel eius hæres non potest condemnari ad restituendam rem deliberatam vna cum fructibus, sed tantum competit actio ad pretium.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 180. de duabus conformibus non habet locum quando sententiæ sunt iniustæ.*

2 *Deliberatio, quando ritè, & rectè fuit consumpta, tunc si ex nouiter deductis appareat iniusta talis deliberatio, licitator non potest condemnari ad restitutionem rei.*

3 *Sed tantum competit actio ad restitutionem pretij.*

4 *Franc. decis. 120. num. 5. & 6. quo casu loquatur & num. 5.*

6 *Creditor, etiam vti extraneus post admitti ad licitandum. & num. 7.*

8 *Restitutio aduersus sententiam datur ob iura de nouo reperta.*

9 *Et quid si sententia sit consumpte mediante deliberatione, nam tum non potest agi ad ipsam rem, ad pretium.*

10 *Iudex, quando ritè, & rectè non procedit, dicitur vti priuatus procedere.*

11 *Iudex, vt dicatur ritè, & rectè procedere, inquirenda sunt deducta, de tempore iudicij.*

Iudex, quando ritè, & rectè processit tunc non debet nocere, quidquid in posterum, fuit repertum. num. 11.

12 *Cessio an reportari possit, vbi debitum soluitur de pecunijs debitoris.*

13 *Personæ plures, quando collectiuè se obligarunt, non inde censentur insolidum voluisse se obligare.*

14 *Obligatio si contineat tantum narratiuam præcedentis obligationis, non auget eam.*

15 *Obligati, quando aliqui iam sunt: in plus vt dicantur postea obligati quid requiratur.*

16 *Declarationis natura est, nihil aliud de nouo dare, vel disponere.*

17 *Obligationis causa originalis, & primordialis attendenda venit.*

18 *Socij plures obligati inter se non tenentur insolidum quamuis quo ad creditores teneantur in solidum. & num. 19.*

20 *Obligati, quando sunt plures in aliquo casu tunc si vnus ex eis efficiatur non soluendo, an pars illius accrescat alijs, & num. 21.*

22 *Actiones sibi cessas, bene quis potest exercere contra obligatos.*

23 *Obligatio ad interesse pro virili, non autem in solidum quando intret contra plures obligatos.*

24 *Ius omne per aliquem quæsitum, successiuè quoque transit in hæredem.*

25 *Circa Actorum transportationem rigor Concilij Tridentini non habet locum in prophanis.*

26 *Acta diuersi iudicij non veniunt transportanda.*

DECISIO CCLXII.

Dictum fuit non esse locum Statuto Vrbis cap. 180. lib. 1. de duabus conformibus,
1 ex † quo vtraque sententia emanata ad fauorem D. Iacobi Alberini, in gradu restitutionis in integrum detegitur iniusta, *Gratian. discept. 691. num. 27. Rota decis. 41. post Zacch. de obligat. Camer & par. 1. recent. decis. 662. num. 3. Coccin. decis. 294. in princip.*

Iniustitia desumpta fuit ex eo, quia cum deliberatio domus præfati Iacobi facta præcedentibus mandatis executiuis ab Auditore Cameræ relaxatis ad fauorem q. Cosmi Iacomelli auctoris Patrum Oratorij ex tunc productis, nun impugnetur, non debebat ex nouiter repertis condemnari d. Iacomellus extraneus licitator, siue eius hæres, ad restituendam d. domum vna cum fructibus; quia cum ritè, & rectè fuerit absoluta, & consumpta deliberatio, tantùm competit
2 debitori † actio ad pretium *Bald. in auth. & qui iurat. col. fin. vers. Sed quid si fuit processum, C. de bon. auth. iudic. possid. Alberic. in leg. fulginius §. prater ait sub num. 3. circa med. vers. si nihil fuit omissum ff. quib. ex caus. in possess. datur, Specul. de secund. decret. §. nunc dicamus nume. 22. & in puncto Vinc. de Franch. decis. 660. & prius decis. 120. num. 8.* vbi assignat
3 rationem, † quia non debet tanta solemnitas deliberationis vitiari, & tolli *Rota in Anconitana spalij 9. Iunij 1610. corem Card. Sacrato, Ferdinad. Arias de Mesa var. resolut. lib. 1. cap. 36. num. 10.* licet contrarium esset iudicandum, si d. Iacomellus tanquam purus, & merus creditor non tam-
4 quam extraneus licitatus esset, † in quibus terminis loquitur *Franch. decis. 69.* cum alijs adductis in contrarium: vel si eidem Iacomello tan-
5 quam creditori dicti Iacobi † domus controuersa fuisset adiudicata, iuxta tradita per *Fulgos. consil. 136. sub numer. 2.* vt vtramque casum distinguit *Franc. d. decis. 120. num. 5. & 7.* Nec fuit in
6 dubium a reuocatum, quin etiam creditor tanquam extraneus valeat licitare *per text. in l. 2. C. si in caus. iudic. pig. capt. sit, Surd. cons. 276. nu. 5. & 6. Asin. de exec. §. 6. cap. 7. Gratian. discept. 7. num. 7. Thesaur. iun. in addit ad dec. Thesaur. 157. lit. B. vers. & est notandum, Greg. XV. dec. 12. vbi Add.* Et hoc
7 esse tutius, & securius † creditori tradunt *Cyn. in l. 1. num. & 2. C. si antiq. credit. Bald. in l. 2. in fin. C. si in caus. iud.* dicens tutius ad effugiendas omnes opiniones circa recuperationem rei *Rip. in. l. 1. nu. 1. ff. de priuileg. credit. Surd. & Asin. vbi supra.*

Non obstat, quod ex apoca de nouo reperta
8 competat † d. Iacobo restitutio in integrum aduer-

aduersus sententiam *Imol.concl.37. n. 1. vers. contrarium,& n.2.Gratian.discept.408.num.9.cum seqq.* Quia hæc conclusio non fuit negata; sed dictum
9 † fuit, eam operari solum, vt quatenus d. restitutus victoriam reportet, valeat tantùm agere ad pretium domus deliberatæ, non autem id ipsam domum deliberatam cum omnibus solemnitatibus iurîs, *vt per Bald. in d.auth.iudic.possid.*ibi, Sed res à legitimo emptore non auocatur, *Vinc. de Franc.d.dec.120.n. 8. Rota in d. Anconitana spolij 9.Iunij 1610.coram Sacrato* quamuis contrarium
10 esset dicendum, si Iudex minus † legitimè processisset, quia tunc ille tertius causam à priuato habuisset *Afflict.dec.354.n.21. Cæs. de Grass. dec. 6. num.9.de caus.possess.& propr.cum alijs in d. Anconitana spolij.* An verò Iudex ritè, & rectè processisset, inquirenda sunt tunc deducta, iuxta, quæ
11 erat iudicandum. Sed si in facto erratum fuit,ex quo defecit iustificatio erroris, non dicitur minus rectè fuisset processum, aut commissum spolium, *Dec.cons.125.n.8.Crauet.cons.203.n.1. in fin. cum alijs relatis in Cornetana reintegrationis 16. Decembris 1641.§.non obstat.coram R.P.D.meo Bichio,* Quandoquidem ex processu ritè, & rectè gesto oritur bona fides licitatoris ementis, qua stante non debet ei nocere, quidquid in posterum superuenit, *Rota in dicta Anconitana spolij 9. Iunij 1610. coram Sacrato.*

Verum nec iniustitia prædictæ deliberationis visa fuit iustificari ex apoca de nouo reperta *data Summ.Iacobi n.5.* & in qua totum fundamentum pro eius parte fit,ad inducendam iniustitiam deliberationis, dum prætenditur, in ea declarari, quod onus extinguendi censum scutorum 1300. vna cum alijs debitis ascendentibus ad scuta 2470. spectasset ad Albertum Palearium ex diuisione debitorum contractorum occasione affictuum Rocchæ Prioris, itaut partes in ea conuenerint, quod in euentum, quod Palearius in solutione dd. debitorum contractorum occasione affictuum dictæ Rocchæ Prioris deficeret, tunc pro medietate dictæ summæ teneretur Virginia de la Citara auctrix dicti Iacobi, & ad aliam medietatem Petrus, & fratres de Americis, ita & taliter, vt per eam facta fuerit diuisio debitorum aliàs soluendorum per Palearium, cum ipse defecerit. Quamobrem cessionem reportatam per Felicem Americum obligatum non posse illi suffragari, siue d. Iacomello eius hæredi pro solutione fructuum dd. censuum, & cum per d.apocam d. Felix soluerit debitum propriam, inde
12 † ad illius fauorem cessionem remansisse in efficaciam ad effectum operandi iurium translationem, sed tantummodo iurium quietationem, & liberationem valuisse afferre *ad text.in l.nulla C.de solut.Bart.in l.Modestinus num.4. vbi etiam Paul. de Castr.sub n.4.vers.in nihilum autem, & sub.num.5. vers.non principale, ff.de solut.Salyc.in l.1.num.23. C. de actio, & obligat.Ruin.cons.88. num. 6. lib. 5 Peregr.de fideicomm.art.52.n.34.Gregor.XV.dec.68. num. 5.*

Nam responsum fuit, d.apocam de nouo repertam solum continere diuisionem debiti prædicti scutorum 2470. casu quo deficeret in solutione Palcarius pro medietate tenerentur fratres de Americis, pro alia verò hæredes Tiberij de la Citarà, vt denotant illa verba apocæ: *Madonna Virginia sia tenuta pagare la metà, e l'altra metà M. Pietro, e fratelli.* Nec ideo dici potest, quod d. Felix Americus esset insolidum obligatus tam cum Petro, & alijs fratribus, quam cum hæredibus dicti Tiberij, cum nullibi expresse legantur verbum (insolidum) siue æquipollens; Et licet
13 Petrus, & fratres de Americis collectiue† se obligauerint, non inde censentur insolidum obligati, præterquam in ordine ad principalem creditorem, sed potius pro virili, vt probant *text.in l. reos, §. cum tabulis, & ibi Ronchegal.n.21.vers.conductor, & in l.eadem num.34.vers.opus est, ff.de duob. reis,Cost.de port.rat.qu.154.num.1.Giurb. ad consuetud.Messanen.cap.9.gloss.6 n.3.Surd.cons.150.nu.36. Buratt.dec.751.n.6.Gregor. XV dec.502,n.1.*

Non obstant illa verba relata in apoca ibi. *Per la presente &c. si dichiararà &c.Essendo che in tutti i debiti, che si son fatti per il fitto di Rocca Priora, le particolarmente nelli doi sopradetti censi di scudi 2300.fosse, e siano obligati gli hæredi di M. Tiberio, e sopradetto M. Pietro, e fratello insolido &c.* Quia prædicta verba continent solum narratiuam præcedentis obligationis erga principales creditores
14 censuum, à † qua non potest inferri ad solidalem obligationem inter ipsos consocios *ad text. in l.7.§.sed Iulianus, & §.idem ait si duobus, ff.ad Macedon.Bart.in l.reos in princ.ff.de duob.reis,Gabr cons. 63.n.5.6.& 10.lib.2.Surd.cons.150. nu. 57. Cyriac. controu.327.n.69.Rot.dec.481.n. 1.cum seqq. par.5. recent.* Dicta enim verba dicuntur stare demonstratiue, & relatiue ad præcedentem obligationem erga dominos censuum in actu impositionis ad effectum ostendendi; & demonstrandi causam, propter quam hæredes de Citara, & Americi erant obligati ob decoctionem Palearij consocij, qui tenebatur dd. census extinguere, non
15 autem † ad producendam nouam obligationem, quam si voluissent de nouo inducere, exprimere non ignorassent, vt denotant verba illa *si dichiara*, cuius declarationis natura est, nil aliud de
16 nouo † dare, siue disponere; sed quid in præteritum actum sit ostendere, *Bald.in l. cum testamentum num.5.vers. item nota, C. de testam. manumiss. Dec.in l.edita num.47.C.de eden.Coccin.cons.23. numer.19. lib. 4. Rot. dec. 458. num.2. & 502.n. 15. par.1.rec.*

Vltra quod si attendatur causa finalis dictæ apocæ, nempe contractus originerius, & pri-
17 mordialis,† qui illi causam dedit, prout attendi firmant *Gregor.XV.dec.502 num.2.Gratian. discept. 320.n.42.cum seqq.* indubitanter dicta apoca habuit originem, fuitque stipulata in executionem præcedentis societatis aliàs initæ inter Tiberium della Cittara; Vincentium Americum, & Palearium, in cuius societatis commodum debitum censuum fuit contractum ad effectum soluendi d. affictum Rocchæ Prioris, & in quo d. Felix non erat obligatus, cum nullam in eo partem habuisset, & ad quod debitum præfati socij inter se ip-
18 sos non † tenebantur insolidum, sed pro virili, quicquid sit respectu creditorum, erga quos quilibet ex præfatis tenebatur insolidum, *§.si plures & ibi gloss.instit.de fideiussor.Bart.in l.eandem n.9. ff. de duob.reis, Ias.isi l.si vnus nu.2.ff.de pact.Menoch. cons.410.num.41.& 42.cum seqq.Mantic.de tacit. & ambig.*

ambig.lib.6.tit.22.num.7.in fin.Gratian. discept. 967. n.3. Rota Ianuen.dec.97.num.8.Osasch.dec.160.n.6. Vnde obligatio dicti Felicis in dicta apoca† non venit reputanda, nisi tamquam mera obligatio erga creditorem census ex superius allegatis.

Si verò attendatur causa immediata, & proxima, & sic decoctio Palearij vnius ex socijs propter quam decoctionem rata debiti ad eum spectantis translata fuit in alios socios pro viri-
20 li, † *per text.in auth hoc ita in fin.C.de duobus reis, iuncta l 3.C.de fideiuss.Cyriac.plures referens, controu.327.n.71.Ioseph.Ludou. dec. Perusin.45.n.15.& & in recent.dec.595.n.3.par. 2. recent.* inde non est verisimile, quod fuerit nouata obligatio legalis inter socios in plus se vnus obligando, quam
21 aliàs † de iure teneretur, quæ tamen debet esse expressa *ad l. fin. C. de nouat. & ibi communiter Doct.Bald.cons.329.n.1.vers.exaduerso lib.1. Afflict. dec.399.n.13 Surd.cons.84.n.54. Rota coram Gregor. XV.dec.502.num.1.& seq.& dec.392. n.3.par.1. recent & in Calaguritana Beneficij de Ainedo 22. Iunij 1622.coram bon. mem. Merlino, & coram Buratt.decis.749.n.18.*

Qua propter dum antiqua obligatio non fuit nouata, nec aucta, & Felix reportauit cessionem dd. censuum vna cum fructibus translatiuè, & non extinctiuè emendo nomen debitoris, non verò vti fideiussor siue correus obligatus in in-
22 strumento censuum absque dubio in † vim cessionis potuit idem Felix, siue Iacomellus hæres insolidum agere, ac exercere actiones sibi cessas contra alios simul obligatos, siue eius hæredes, dempta rata spectante ad d. Felicem, *Rot. dec. 859.n.2.par.4.diuers.Gregor.XV.dec.190. nu. 1. vbi Add.n.3.*

Nihil obstat, quod fuerit promissa extinctio censuum, quod factum dicitur indiuiduum, & inobligat omnes insolidum, quia animaduertebant Domini, non fuisse simpliciter promissam extinctionem censuum; sed certam quantitatem
23 pecuniarum, nempe scutorum 2300.& † in omnem casum non facta extinctione succedere obligationem ad interesse pro virili tantum non autem in solidum *Rip.in l.4.§.Cato n.12.36. & 42.ff. de verb.oblig Gratian.discept.323.n.5.*

Nec pariter obstat, quod quoad censum scutorum 200.cessio legatur factaque Marcello Muro, quia cum ille non habuerit nisi nudum nomen, vt ex subsequutis declarationibus ad fauo-
24 rem dicti Felicis emanatis, satis constitit † cessat obiectum, ex quo omne ius ad ipsius Felicis fauorem fuit acquisitum, & successiuè in dictum Cosmum hæredem, *ad text.in l.3.in princ.C.si quis alter.vel sibi, & notat Castr.in l.multum interest n.3. C.eod tit.Bald.in l.cum precibus n.3.vers. adde, C. de probat.& cons.287.n.1.vol.1.Rot.dec.806.n.2.in fin. vers.si quidem cum seqq.par.1.diuers.* Idcirco fructus decursi, & decurrendi in posterum ad dictum Cosmum spectabant, nec aliquid potest considerari excessus in mandatis.

Minus adesse excessum dictum fuit in altero mandato pro fructibus alterius census scutorum 300.cum doctum fuerit de cessione dicti Cosmi ab Hospitali B. Mariæ Consolationis de Vrbe, cessionario q. Æmeliæ Patis de Vitelleschis, *Summario Patrum Congregationis Oratorij n.13.* quamuis non fuerint acta transportata coram alijs Iudicibus; cum non fuerit per Iacobum appellatum à mandato relaxato in vim huius census, neque de
25 hoc fuit oppositum; quod sat † est in prophanis in quibus cessat rigor *Sacri Concil.Tridentini, Rota dec.561.n.12.par.1.recent.Gregor.XV.dec.508.n.11. vbi add.n.15.* Vltra quod dicuntur acta diuersi iu-
26 dicij, † quæ non veniunt transportanda *Rota decis.143.n.4.& 5.post 2.volum.consil.Farin.& dec.32. n.15.post Ludouic.Posthum.de manuten. cum vulg.*

Et ita resolutum, vtraque parte informante, &c.

R. P. D. CERRO.

SACRÆ ROTÆ DECANO.

Æsina Census.

Mercurij 27. Aprilis 1644.

ARGVMENTVM.

Tertius redimens censum pro alio cuius intentionis esse dicatur, & an actiones in eum transeant translatiuè, vel extinctiuè. Verba, cessit, concessit, & transtulit, licet importent veram translationem, tamen secundum subiectam materiam sunt intelligenda.

SVMMARIVM.

1 *Censum tertius redimens pro alio, potest acquirere iura translatiuè, etiamsi inscio debitore soluat.*
2 *Sed non potest acquirere iura extinctionis.*
3 *Ad Census redemptionem, inuitus cogi non potest debitor ad redimendum, & n.4.*
5 *Verba, cessit, concessit, & transtulit, important veram dominij translationem, & n.13.*
6 *Clausula, ponens in suum locum, quid importet. Clausulæ non sunt iudicandæ inutiles, num.6.*
7 *Tertius soluendo pro alio censum extinguit.*
8 *Rotæ decisio 368. & 369 post Cinc quo casu loquantur.*
9 *Debitor, & creditor eiusdem census quis esse non potest.*
10 *Tertius soluendo pro alio censum, cuius intentionis esse dicatur, & n.21.*
11 *Tertius soluens inscio debitore, & stipulans ad sui fauorem cessionem, qualiter censeatur facta.*
12 *Contra Census naturam est, quod sit perpetuus.*
14 *Verba sunt intelligenda secundum subiectam materiam, & n.15.*
18 *Contrahentium mens potius est attendenda, quam verborum formula.*
17 *Obseruantia subsecuta deseruit pro interpretatione.*
18 *Obseruantia subsecuta plurimum deseruit in materia extinctionis iurium.*
19 *A proprietate verborum, quando sit recedendum.*
20 *Ad voluntatem declarandum, ea, quæ deducuntur, suffragantur, licet ex interuallo deducantur.*

DECISIO CCLXXIII.

ANnuum perpetuum Censum scutorum sexdecim, quem Ludouicus Bondulus anno 1616. impo-

imposuerat super quodam eius prædio Æsino & pretio sunt 200. vendiderat Hieronymæ Ridolphinæ, eadem Hieronyma anno 1621 retrouendidit eidem Bondulo absenti, & pro eo Scipioni Baldassino præsenti, cui eiusque Hæredibus, & successoribus quibuscumque omnia iura, & priuilegia prioritatis, & potioritatis cessit, & concessit, transtulit, & renuntiauit ad habendum, &c. ponens, &c. constituens, &c. declarans hanc retrouenditionem, & cessionem facere, eo quia manualiter habuit, & recepit à d. Scipione præsente soluente, & soluere declarante de suis proprijs pecunijs pro habendis supradictis iuribus, & actionibus, & non alias, aliter nec alio modo, scuta bis centum pro sorte principali, &c. vt latius habetur ex instrumento retrouenditionis *Summario Baldassini, num. 1.*

Decessit Ludouicus census impositor, eique successit Isabella germana soror cui pariter decedenti hæres remansit Ioanna Vrsina; Scipioni verò census Redemptori successit Petrus Nicolaus Baldassinus nepos, inter quos orta controuersia super extinctione d. census, & moto iudicio coram iudice Æsino fuit ab eo pronunciatum, censum fuisse extinctum, eiusque sententia fuit ab A.C. in gradu appellationis confirmata: sed obtenta per Baldassinum comissione restitutionis in integrum aduersus prætensam rem iudicatam, fuit me proponente, dubitatum: An constet de re iudicata, seu potius de causis restitutionis in integrum, & DD. Negatiuè quoad primam Affirmatiuè verò quoad secundam partem respõderunt, ob euidentẽ iniustitiam sententiarũ.

Si quidem retrouenditio facta fuit à Scipione nedum absque mandato Bonduli, debitoris, sed eo inscio, & absente, & quod plus est, pecuniæ fuerunt solutæ non ad effectum liberandi debitorem ab obligatione Census, sed ad effectum acquirendi cessionem iurium, contra eundem met debitorem census, ibi, *soluente, & soluere declarante de suis proprijs pecunijs pro habendis supradictis iuribus, & actionibus, & non alias, aliter, nec alio modo*. Vnde videtur facta translatiuè, non
1 extinctiuè, quia † tertius redimens censum pro alio, potest quidem acquirere iura translatiuè, etiam si inscio debitore soluat, vt latè probat *Roder. de annuis redditibus lib. 2. qu. 17. n. 1. cum seqq. & plures relati per Modern. Hispan. de iudic. tom. 2. disput. 35. n. 23. Hector. Capic. latro dec. 16. n. 28. & 29*
2 sed non potest acquirere iura extinctionis, cum debitor inuitus cogi non possit ad census redem-
3 ptionem, & extinctionem † vt expressè cauetur in Bulla Piana, & de verior tradunt *Roderic. vbi supra quæst. 16. n. 7. cum seqq. quem sequuntur Auend. de Censib. cap. 106. n. 6. Felician. eodem tract. tom. 1. lib. 4. cap. 1. n. 11. vers. verum, cum alijs adductis à Cincio quæst. 105. n. 13. & seq. & dixit Rot. in Romana Saluiani interdicti coram bon. mem. Pirouano, quæ est dec. 363. n. 5. post eundem Cinc.* Aliàs cessio quam Scipio tam operc desiderauit foret inutilis, ex
4 quo extincto † censu fructus ampliùs non deberentur, & sors principalis à debitore inuito extorqueri non posset.

Idque manifestè deducitur ex Verbis cessionis ibi, *cessit concessit, & transtulit*, quæ cum veram dominij translationem importent, acquisitio-
5 nem potius † translatiuam, quam extinctiuam significant, vt ad propositum notant *Hector. Capic. Latro d. dec. 16. n. 14. 34. & 45. & Rota in decis. 368. num. 2. post Cenc.* & ex clausula *ponens in locum*
6 *suum*, quæ idem operatur *Capic. d. dec. 16. n. 55.* nec non ex clausula constituti, quæ aliàs esset inutilis vt aduertit *Cinc. quæst. 103. nu. 17. vers. mentem autem*.

Nec aduersantur auctores, & Rotæ decisiones
7 firmantes posse tertium † soluentem pro alio censum extinguere, quia vel loquuntur in soluente de consensu, & mandato debitoris, vel quando solutio fit ab Accollatario census, in quibus ter-
8 minis † loquitur *d. decis. 368. & 369. post. Cinc.* Hoc enim casu cum Accollatarius sit verus debitor non potest ad sui fauorem acquirere iura
9 translatiuè propter incompatibilitatem, † quod idem sit debitor & creditor eiusdem census, vt aduertit *eadem decisio 368. num. 2. 3. & 4 & clarius declaratur in decis. 559. numer. 18. 19. & 20. penes eundem Cinc.* vel demum loquuntur quando
10 tertius intendit solum liberare † debitorem, in quibus terminis loquitur *decisio 271. numer. 2. & 3. post eundem Cinc. & consonant tradita per Roderic. lib. 2. quæst. 17. num. 1. cum seqq.* Vbi verò tertius soluit inscio debitore, & stipulatur ad sui fauo-
11 remcessionem iurium, † cessio non potest censeri facta extinctiuè, sed translatiuè, ne vel remaneat inutilis, vel debitor inuitus cogatur ad
12 sortis restitutionem contra naturam census † de sui forma perpetui, & contra mentem expressam Bullæ, vt supra dictum est.

Hinc nullum potest fieri fundamentum super
13 illis verbis, *retrouendidit, retrocessit*, quæ † videntur importare veram census retrouenditionem, & extinctionem. Quia cum hæc, sicut omnia alia, sint intelligenda secundum subiectam
14 materiam, possent † quidem operari extinctionem in redemptione census facta per debitorem, vel extraneum, qui in se censum accollasset, vel qui non fuisset sollicitus de cessione iurium, sed curasset solum debitoris liberationem; Sed in redemptione facta, prout hic, per extraneum soluentem de proprijs pecunijs ad effectum in
15 specie † reportandi cessionem contra debitorem, non possunt intelligi de extinctione, sed de translatione, vt inseruiant menti contrahentium,
16 quæ potiùs attendi debet, † quam verborum formula, vt ad propositum arguunt in terminis *Cenc. quæst. 103. num. 17. vers. Etiam quod, Antonin. de Amat. var. resolut. resol. 7 sub num. 34. Modern. Hispan. d. disput. 35. num. 45. tom. 2. Hect. Capic. Latro d. decis. 16. num. 33. & 34. Rota decis. 366. num. 8. & 9. post Cinc.*

Comprobatur hæc interpretatio ex obseruan-
17 tia subsecuta, Isabella enim hæres Ludouici Impositoris, & autrix Vrsinæ, agnouit censum non fuisse extinctum, sed translatum in Baldassinum obligando se ad fructuum solutionem ad ipsius
18 fauorem Obseruantia autem plurimum deseruit in hac materia, vt in terminis admisit *Rot. d. dec. 368. num. 4.* Vbi quod hoc casu recedi potest à proprietate verborum; Iuncta præsertim declaratione Hieronymæ cedentis quod intellexit censum transferre non extinguere *Summ. num. 3.* quæ cum adducatur tantummodo ad proban-

dam

dam & declarandam eius voluntatem suffraga-
20 tur licet ex interuallo facta fuerit, vt distinguendo tradit *Bart. in l. non solum, §. morte in prima specie protestationis, ff. de nou. oper. nunciat* quem sequuntur *Ruin. cons. 149. numer. 14. in fin. vers. & est satis lib. 3. Merlin de legit. lib. 2. tit. 2. quæst. 25. num. 4. 5. & 6.* Verisimilius enim est tertium soluentem de proprijs pecunijs cum supradicta de-
21 claratione voluisse potius acquirere Censum, & fructus lucrari, quam illum extinguere, & simplicem pecuniæ creditorem effici, vt dixit *Rota d. decis. 366. num. 8. & 9.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. MELTIO

Postea EPISCOPO PAPIEN.

Romana Hæreditatis.

Mercurij 27. Aprilis 1644.

ARGVMENTVM.

Causa aliqua, quando ciuiliter, & criminaliter potest agitari, tunc ciuilis causa si prius fuit intentata, non obstante quod iam fuit data querela prius terminari, & quando causa ciuilis debet prius terminari, & quando causa ciuilis, & criminalis ex eodem fonte proueniunt, tunc simul non possunt agitari, ne in eodem puncto proueniant diuersæ sententiæ. Probationes liquidissimæ sunt necessariæ ad condemnandum aliquem.

SVMMARIVM.

1 *Causa ciuilis, si prius fuit intentata, quam criminalis, tunc causa prius intentata terminari debet.*
2 *Causa ciuilis prius intentata, dum terminabitur, aut dabit principium, aut finem causæ criminali, vltimo loco deductæ.*
3 *Sententiæ diuersæ in eadem causa ne sequantur obuiandum est.*
4 *Causa ciuilis, & criminalis vno, eodemque contextu non possunt cognosci.*
5 *Causa ciuilis, dicitur præiudicialis criminali, quando sententia lata in ciuili parit exceptionem in criminali.*
6 *Quæ regula impedit cumulationem fieri.*
7 *Causa criminalis, quando prius intentata fuit, quam ciuili, tunc criminalis prius debet terminari.*
9 *Querela, seu accusatio criminalis non est sufficiens ad inducendam litis pendentiam.*
10 *Causa criminalis, vt prius dicatur inducta, quam ciuilis, quid requiratur.*
Iudex ciuilis, vt possit inhibere Iudici criminali quid sufficiat. num. 10.
11 *Clausula, constituto, inducit formam quæ omnino debet seruari, & num. 12.*
13 *Causa ciuilis, & criminalis quando proueniunt ex eodem fonte, tunc eodem contextu vtraque causa non potest cognosci.*
14 *Hæres, si quis non est, non potest dare querelam de hæreditate expilata.*
15 *Contra Legatarium, qui cœpit legatum propria auctoritate, non potest de expilata hæreditate dum ad hoc habebat auctoritatem à Testatore.*
16 *Crimen non præsumptionibus, sed euidentissimis probationibus est iustificandum.*
Condemnari non potest in criminalibus ex solis præsumptionibus. num. 16.

DECISIO CCLXXIV.

Verginia del Conte mutatis tabulis editis ad fauorem Vener. Societatis Sanctissimæ Annunciatæ de Vrbe scripsit sibi hæredem Ven. Societatem Sanctissimi Crucifixi in Ecclesia Diui Marcelli, quibus testamentis etiam abolitis, sub 4. Septembris præteriti instituit sibi hæredem vniuersalem Ven. Monasterium, & Moniales S. Ambrosij de maxima, & ratione legati reliquit Leliæ Rampinelliæ domum inhabitatam per eandem testatricem, cum omnibus mobilibus existentibus in eadem domo, declarando quod sub huiusmodi legato compræhenderentur omnes gemmæ, aurum, & argentum cuiuscunquæ qualitatis, etiamsi specialem mentionem requirerent, & quod legataria legatum sibi relictum capere posset propria auctoritate, ac statim secuto ipsius testatricis obitu, non autem de manu hæredis, imò ante obitum spatio vnius horæ dedit, concessit, & transtulit possessionem, declarando se nomine legatariæ possidere, & insuper reliquit eidem Rampineliæ scuta sex quolibet mense, non solum eius vita durante, sed etiam ad vitam Marci Arronij filij eiusdem Leliæ, quod legatum fuit à testatrice relictum intuitu laborum, ac seruitiorum ipsi præstitorum per longum tempus, & maximè occasione vltimæ infirmitatis ab eadem Rampinella.

Prætendente Societate Sanctissimi Crucifixi, testamentum conditum ad fauorem Monasterij, & Monialium S. Ambrosij fuisse dolosum, secuto obitu Virginiæ, ipsa vigore testamenti ad eius fauorem facti occupauit nonnulla bona, vnde Monasterium ex vltimo testamento hæres, habuit recursum ad Signaturam Sanctissimi, & institit, vt hæc causa alicui ex Auditoribus committeretur, quo obtento Agentes pro Societate post aliquot dies porrexerunt quærelam coram Gubernatore Vrbis contra Notarium, Leliam Legatariam, & testes super falsitate vltimi testamenti, ex quibus nonnulli fuerunt etiam carcerati, quod dedit causam, vt adita deinde Signatura Iustitiæ, rescripserit, carceratos excarcerari, & constito, quod causa ciuilis præiudicet criminali, Rotam inhibere Iudici Criminali, vnde ad formam commissionis disputato dubio, An causa ciuilis sit præiudicialis criminali, Domini affirmatiuè responderunt. Quia cum Agentes pro eadem Societate in Signatura Sanctissimi à principio ciuiliter egerint, consentiendo, quod hæc causa in
1 hoc Tribunali † committeretur, non possunt hodie criminaliter agere, & sic de causa ciuili tanquam prius intentata cognosci debet *l. 1. quando ciuil. act. præiud. criminal. l. interdum in princ. ff. de publ. iudic. Cyn. in l. vnic. num. 5. vers. sed breuiter dicendum est, C. quando ciuil. act. criminal. præiud. Specul. in tit. de act. seu petit. §. sequitur num 15. Grat. discept. for. cap. 594. num. 23. Honded. cons. 109. num. 60. lib. 1. Surd. cons. 139. num. 1. Caualer. decis. 445.*

Coccin.

Cocin. decis. 123. nu. 7. Rot. in Rom. Afflictus 7. Nouembris 1617. coram bon. mem. Pirouano, euentus
1 enim causæ ciuilis primo intentatæ fortasse dabit principium, vel finem causæ criminali vltimo loco deductæ, *cap. si fortè de elect. in 6. Anchar. cons. 61. Surd. d. cons. 139. num.* 1. & id suadet etiam ratio euitandæ contrarietatis: quia si vtraque eodem tempore cognosceretur, sequi possent con-
3 trariæ sententiæ à diuersis Iudicibus contra ea, quæ notat *Innoc. in cap. cum contingat de offic. delegat Anchar. cons. 62. numer. 3. vers. item ratione*, & ideo causa ciuilis, & criminalis non possunt
4 cognosci vnico contextu, quando oriuntur ex eodem facto, *l. 2. §. ex hoc edicto, & ibi not. Bart. in princip. & nu. 1. vers. Videte, ff. de vi bon. rapt. l. vnic. vbi Azor. num. 3. C. quando ciuil. act. crimin. præced. Bors. in prax. tit. de pluribus violentijs, & num. 115. Clar. in prax. crimin. §. fin. qu. 2. vers. vlterius quæro*, & in hac materia præiudicialitatis, tunc ciuilis dicitur, ac præiudicialis criminali, quando sententia lata in ciuili pareret exceptionem in criminali quæ regula impedit cumulationē fieri. *Salic. in l. vnica nu. 10. C. quando act. Dyn. in ca. nullus pluribus de reg. iur. Gratian. discept. forens capit. 394. num. 27. Farinacc. in prax. quæst. 100. numer. 79. Natt. cons. 138. numer. 2. lib. 1. Honded. cons. 108. num. 61. eod. lib. 1. Caual. decis. 475. num. 3. Rom. Pecuniaria 28. Iunij 1604. coram bon. mem. Card. Mellino, & in Romana nullius obligationis 31. Ianuarij 1625. coram bon. mem. Merlino*.

Non obstat quod prætendatur prius fuisse in-
7 tentatam causam criminalem ob accusationem, & quærelam, & sic iudicium criminale esse prius terminandum.

Quia quicquid sit, An talis quærela fuerit data ante commissionem huius causæ in hoc Tribunali, certum tamen est, istam quærelam, siue ac-
8 cusationem † non fuisse sufficientem ad inducendam litis pendentiam, quia necessaria etiam erat transmissio citationis, & monitorij ad effe-
9 ctum, vt † posset dici prius cœpta causa criminalis. *Bald. in l. 1. num. 3. vers. secundo quæro, C. quando libell. princip. Farinacc. in. prax. quæst. 7. num. 57. & 60. Rot. decis. 685. numer. 5. & seqq. par. 2. recent. & decis. 280. num. 4. coram Burat.* & in hoc casu ad
10 effectum, vt possit † Iudici criminali inhiberi, sufficit, quod appareat causam ciuilem esse criminali præiudicialem stante clausula constito,
11 inducente formam, † quæ omninò debet seruari, & est solum consideranda præiudicialitas, vt inquit *Coccin. in d. dec. 123. num. 4. 21. & 31. & decis. 443. nu. 6. coram Card. Caualerio*.

Non obstat quod contra Monasterium non agatur criminaliter, sed tantum contra Leliam, ne dum ob falsitatem secundi testamenti, sed etiam ob expilatam hæreditatem, & per conse-
12 quens, cum causa Leliæ sit tantum criminalis, † nec tangit ciuilem, indeque sequatur causam esse diuersam, & per consequens eamdem ciuilem non esse præiudicialem criminali.

Quia negari non potest, quin in commissione ciuili nominetur etiam Lelia, nec in ea legitur talis diuisio, & separatio inter hæredes, & legata-
13 riam, sed † ambæ principaliter nominantur, & ideo dum non est diuersa causa, vnico contextu non potest cognosci causa ciuilis, & criminalis. *Bald. in l. si maritus la prima, num. 1. in fin. vers. secundo quia, C. de donat. inter vir, & vxor. Franc. Marc. decis. 496 num. 3. vers. Baldus vero, par. 1. Coccin. d. decis. 123. num. 32.* Respectu verò prætensæ expilationis hæreditatis, nec etiam contra Leliam potest criminaliter agi, quia si per sen-
14 tentiam ciuilem apparebit de validitate vltimi testamenti, per consequens Societas non erit hæres, nec poterit objcere de expilata hæreditate, *l. res hæreditarias & tot. tit. ff. & C. de crim. expilat. hæredit. Farinac. de furt. quæst. 174. num. 120.* & in hoc casu cessat præsumptio expilationis, dum
15 legataria habebat facultatem accipiendi legatū non de manu hæredis, sed ex propria auctoritate, & in materia criminali crimen non præsumptio-
16 nibus, sed euidentissimis probationibus est iustificandum, nec ex præsumptionibus quis damnari potest. *Fulgos. cons. 174. in princ. Dec. cons. 175. per tot.* maximè *num. 5. in fin. & 6. Veronen. cons. crimin. 21. Soccin. Iun. cons. 39. nu. 44. Honded. consil. 109. numer. 62. lib 1.*

Et ita vtraque parte informante, &c.

R. P. D. GHISILERIO

Postea EPISCOPO TERRACINEN.

Romana Nullitatis Deliberationis.

Mercurij 27. Aprilis 1644.

ARGVMENTVM.

Appellatio, ne remaneat deserta & præsertim, quando sumus in Curia, & quando à Iudice datus fuit terminus Iuris, quid sit faciendum, si commissio intra talem terminum non fuit signata & ex quibus dicatur constare, quod appellans fecerit suas diligentias. Deliberatio quando dicatur nulla.

SVMMARIVM.

1 *Sententia non transit in iudicatum si appellatio fuerit interposita intra legitimum tempus.*
Appellatio, quando interposita dicatur, intra legitimum tempus. num. 1.
2 *Iudex, quando in admissione appellationis, dedit terminum iuris, tunc de stylo Curiæ datur terminus 10. dierum ad committendam causam.*
3 *Iudex dans apostolos reuerentiales intra quale tempus sit committenda causa.*
4 *Causa transit in iudicatum, si appellatio remaneat deserta.*
5 *Causa ne remaneat deserta ex quo appellatio non fuit prosecuta, qualiter sit probanda diligentia facta.*
6 *In Appellationibus à sententijs latis in Curia requiritur maior diligentia in prosequendo.*
7 *Quam in alijs latis extra Curiam, nam tunc sufficit appellanti intra tempus præfixum arripere iter Romanum.*
8 *Appellatio, vt prosequatur à sententia lata in Curia, non sufficit vt intra tempus præfixum iter arripiatur ad Cancellariam, & quid sit necessarium.*
9 *Appellationis commissio, quando intra legitima tempora non fuit per Regentem Cancellariæ signata, quid sit docendum.*
10 *Appellans, vt dicatur fecisse debitas diligentias, quoad*

quoad signandam commissionem appellationis, debet id doceri.

11 *Sententiæ notoria iniustitia est concludenter probanda, ad hoc, vt releuet.*

12 *Deliberatio, quando dicatur nulliter, & indebitè facta.*

13 *Deliberatio facta contra seruatam formam rescripti, dicitur notoriè nulla.*

14 *De Iure tertij regulariter dari non potest.*

15 *De Iure tertij tunc dari potest quando ipso iure est exclusiuum Iuris agentis.*

Quia tunc non est dare de Iure tertij, sed de non iure agentis.

16 *Appellatio sufficit, quod sit interposita à die habitæ notitiæ.*

17 *De Monasterij præiudicio, quando agitur, tunc citatio exequenda est capitulariter, & non sufficit simplex citatio,*

18 *Vniuersitas si sit citanda collegialiter, dum non vult se congregari, quid sit faciendum.*

19 *Deliberatio, ex quo probetur excessiua.*

20 *Possidens domum præsumitur percipisse pensiones, toto tempore suæ possessionis nisi doceat ab alio fuisse perceptas.*

21 *Deliberatio facta in spretum inhibitionis est inualida.*

22 *Deliberatio, quando dicatur nulla, & attentata.*

23 *Subhastatio non potest iustificari ex nouiter deductis.*

26 *Emphyteutica bona, quamuis sint probibita alienari, remanet semper ius hypotecandi, seu commoditas percipiendi fructus.*

27 *Inhibitio, quando est dubia tunc facilè potest adiri Signatura pro declaratione.*

28 *Creditor possidens in vim Saluiani non sibi possidet, sed debitori.*

29 *De re iudicata, quando facilius dicatur constare. & num. 30.*

DECISIO CCLXXV.

SVb die 6. Iunij anni 1642. Rota coram me censuit, sententiam A. C. declarantem nullam, & inualidā deliberationem domuncularum, de quibus agitur, ad instantiam Catherinæ Castrucciæ deliberatarum Augustino Albertino, non transiuisse in iudicatum, ex duobus fundamentis. Primo ob interpositam intra legitimum tempus aplationem, cum sententia lata fuerit die 13. Mar-
1 tij 1641. & appellatio † die 22. eiusdem interposita, sicque intra decem dies à iure concessos ad appellandum, *cap. quo ad consultationem, de sent. & re iud. cap. Romana §. si vero, & cap. non solum de appell. in 6. Auth. hodie C. eodem*; Secundo ob notoriam illius iniustitiam in decisione probatā. Causa repropósita, super eisdem per tres vices, supradicta die pro reuocatione decisionis fuit resolum, & dictum, constare de re iudicata.

Quia etiam si interposita fuerit appellatio intra legitima tempora, nihilominus, cum Iudex in admissione appellationis dederit terminum iuris, & sub die 30. Aprilis, reuerentiales, in
2 quorum † formula de stylo continetur dilatio decem dierum ad causam committendam, dum commissio fuit solum exhibita sub die 5. Iulij, &
3 sic extra terminum dictorum decem dierum,† qui datis reuerentialibus, censetur à Iudice datus in curia, vt notat *Lancellott. de attent. cap. 12. in præfat. num. 59. cum pluribus sequentibus, iuxta decis. Cassad. 4. de appellat. & firmauit Rota coram bon. mem. Buratto decis. 171. num. 4.* appellatio fuit deserta,
4 & stante simili desertione, clarum† est, sententiam fecisse transitum in iudicatum. Nec talis desertio euitari potest ex eo, quod transmissa fuerit commissio signanda, & facta fuerit diligentia pro ea obtinenda. Primò quia commissio pro Signatura gratiæ non fuit ad effectum obtinendi commissionem appellationis (pro qua adeundus erat Eminentissimus Signaturę iustitiæ Præfectus absque aliqua Partis citatione, cum esset commissio appellationis in forma,) sed ne fieret extractus, & firmus remaneret Notarius, ideo tanquam concernens diuersum articulum, & interesse, suffragari non potest ad probandum diligentias in committenda causa appellationis. Secundo quia Catherina, recursu habito ad Sanctissimum de mense Aprilis, reiectaque commissione propter præiudicium Notarij, præsentauit commissionem Signaturæ Iniustitiæ, solum sub die 5. Iulij, expeditam vt dicitur, *sotto la banca*, post seruatos terminos ad docendum de appellatione, & post relaxationem mandati pro expensis; & propterea Dominis, diligentia Catherinæ non visa fuit sufficiens ad impediendam rem iudicatam; debeat enim adire Eminentissimum Signaturæ Iustitiæ
5 Præfectum; vel D. Regentem Cancellariæ, † vel saltem Reuisorem, eique commissionem præsentare, & obtinere de more fidem; iuxta opinionem *Rota coram Caputaq. decis. 32. num. 3. par. 1. & in Perusina de Vbaldis coram Cardinali Hieronymo Pamphilio, impressa per Marchesan. de commiss. par. 2. fol. 13. in Forol. de Torellis coram Card. Marquemontio impressa vbi supra, fol. 79. quas secuta fuit Rota in Vicen. Cappellæ Vener. 2. May 1636. coram Eminentiss. D. Cardin. Macchiauello, quæ est decis. 590. par. 5. recent. à num. 1. vsque ad num. 6.* Cum in
6 appellationibus, † à sententijs latis in Curia requiratur maior diligentia in prosequendo *Rota decis. 25. de appell. in nouis, & coram bon. mem. Buratto dicta decis. 171. num. 6.* quam in alijs latis extra Curiam, ibidem enim sufficit Appellanti
7 intra tempus datum iter arripere, *cap. cum causa, de re iud. Specul. in tit. de appell. §. nunc breuiter, vers. item si pars*, in Curia autem ex supradictis
8 non sufficit, quod appellans † iter arripiat versus Cancellariam, sed opus est, quod accedat ad V. Cancellarium, seu Regentem Cancellariæ, si poterit; alioquin de hoc protestetur, & præsentet commissionem signandam, recipiatque super hoc
9 publicum instrumentum, † seu fidem præsentatæ in calce commissionis, prout in praxi seruandum esse, testatur *Lancellot. de attent. par. 2. cap. 12. in præfatione num. 65. & 71.* quem refert, & sequitur *Scacc. de appellat. lib. 3. cap. 2. quæst. 14. num. 36. & Rota coram Cassad. dicta decis. 4. de appell. num. 2.* dicit, quod appellans debet adire V. Cancellarium, aut Locumtenentem, vel eum, qui pro tempore ad Signaturam commissionum est Pręfectus,
10 † & si erit impeditus protestari; alias Appellans non dicitur fecisse debitas diligentias; Ita quod, cum in facto huiusmodi diligentiæ non probentur; conclusiones, & iura in decisione allegata in se verissima, non applicantur.

Minus

Minus censuerunt DD. impediri posse transitum in iudicatum sententiæ ex capite notoriæ in-
11 iustitiæ, quia † huiusmodi notoria iniustitia non probatur concludenter à Catherina, quinimo sententia A.C. videtur valida, & iusta, eo ipso, quod reuocauit sententiam iniustam, & restituit in integrum Patres Sanctorum Apostolorum, Isabel-
12 lam de Remedijs, aliosque creditores Andreæ aduersus deliberationem, nulliter, & indebitè consumptam à dicta Catherina Castruccia, & Augustino filio.

Nullitas supradictæ deliberationis resultat ex eo, quod rescriptum Sanctissimi obtentum à Patribus, & Isabella iustissimum, dum consulebat vtrique parti, quia in eo mandabatur A.C. vt deueniret ad subhastationem, & deliberationem bonorum dicti Andreæ per ipsos Catherinam, & Augustinum detentorum, illis ab eorum possessione non amotis, ad effectum in primis satisfaciendi eisdem de eorum creditis, & de residuo pretij alijs creditoribus, habebat in ventre plures clausulas. Constito, quod intra decennium non possit satisfieri. Quatenus sententia super immissione contra Moniales S. Ambrosij, in iudicio Saluiani lata transiuisset in iudicatum; Et vlterius, quod Monialibus præfigeretur terminus ad probandum, & reluendum, quo elapso, & nihil quod releuet deducto, reluitioneque non facta, procederetur ad subhastationem domuncularum, & tamen ad deliberationem fuit deuentum, non docto de impossibilitate satisfactionis intra decénium, nec præfixo termino, minusque probato, dictam sententiam transiuisse in iudicatum, &
13 propterea, deliberatio, † tanquam facta, non seruata forma, & quod plus est contra formam ipsam rescripti, fuit notoriè nulla. *Abbas in cap. cum dilecta, num. 4. de rescriptis, allegatis à Rota coram bon. mem. Buratto, decis. 854. num. 3.*

Nec subsistit, prout fuit dictum in decisione, quæ riuidetur, quod Patres, & Isabella, nullum ius habentes à Monialibus, non possint dare de iure tertij quodque sententia vere transiuerit in iudicatum, cum Moniales in tempore non appellauerint; dum non controuertitur, quod sententia fuerit lata die 24. Augusti 1632. appellatio verò fuerit interposita die 6. Septembris sequentis, & sic post lapsum decem dierum ad ap-
14 pellandum, quia conclusio, † quod de iure tertij regulariter dari non potest, principaliter limitatur, non procedere, quando dictum ius tertij est ipso iure exclusiuum iure Agentis, vt firmauit *Rota coram sanct. mem. Greg. XV. decis. 425. num. 3. ex ibi allegatis, Crauet. cons. 191. num. 3. Surd. cons. 415. num. 6. & 17. Thesaur. decis. 4. num. 1.* Et ratio est, quia tunc non est proprium dare de iure ter-
15 tij, † sed de non iure Agentis, quod semper licitum est. Quo verò ad sententiam; citatio executa contra Abbatissam simpliciter, non autem contra Moniales capitulariter congregatas, non
16 operatur, quin sufficiat appellatio interposita † à die habitæ notitiæ, quia cum ageretur de præiudicio Monasterij, erat exequēda contra Moniales capitulariter congregatas, requirendo Abbatissam, vt eas congregaret, ad tradita per *Gloss. in cap. si Capitulo, in ver. factum, de concess. præbendæ in 6. Alexand. cons. 219. num. 2. & 11. lib. 6. Rota coram Mant. decis. 309. num. 4. coram Seraph. decis. 1116. num. 1. & coram sanct. mem. Gregor. XV. decis. 584. num. 2. & ibi Addentes numer. 6.* vbi quod,
17 † si Vniuersitas nolet congregari, fieri debet instantia apud eum, qui habet facultatem congre-
18 gandi, † & tunc si non congregetur valet citatio, etiam non collegialiter facta, vt dixit *Rota in Terdunen. bonorum 15. Decembris 1641. coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo.*

Vlterius talis deliberatio probatur excessiua, cum subhastatio fuerit facta pro integra dote
19 Catherinæ † scutorum 1100. non habita ratione quantitatis pecuniarum per eam receptæ; minusque ad quam summam ascenderent pensiones decursæ ab anno 1632. de quo tempore fuit immissa in Saluiano, vsque ad annum 1637. quo secuta
20 fuit deliberatio, quas † pensiones percepisse præsumitur toto hoc tempore, cum domunculæ, de quibus agitur, fuerint locatæ, & non doceat, ab alio fuisse perceptas, iuxta opinionem, quam perpetuò secuta fuit *Rota in Compestellana fructuum 6. Martij 1590. coram Platto, in Panormitana Archidiaconatus 22. Maij 1592. coram Penia, & ita passim.*

21 Demum: quia facta † fuit in spretum inhibitionis obtentæ à Patribus vigore alterius commissionis, in qua, vt fuit dictum supra, Sanctissimus rescripserat A. C. vt procederet ad subhastationem, & deliberationem bonorum hæreditariorum Andreæ, non amotis à possessione Cathe-
22 rina, & Augustino, † ad effectum in primis satisfaciendi eis de eorum creditis, & de residuo pretij alijs creditoribus, & sic nulliter, & attentatæ, *cap. non solum, & cap. Romana, de appell. in 6.* Et quamuis in decisione fuerit dictum, supradictos creditores super dictis domunculis, nullum
23 potuisse † prætendere interesse, cum non essent illis obligatæ, tanquam emphyteoticæ Dominorum de Naris, cum expressa prohibitione illas alienandi, obligandi, vel hypothecandi sine consensu ipsorum; de quo non docuerunt Patres, & Isabella; attamen quidquid sit an constet de em-
24 phyteusi † concludenter prout requiritur, visum fuit cessare difficultatem ex duobus. Quia
25 nempe iura ad hoc probandum fuerant † producta post subhastationem, quæ non potest iustificari ex nouiter deductis, vt dixit *Rota in Romana Vinea 10. Martij 1623. coram bon. mem. Remboldo, impressa per Cinc. post addit. ad tract. de cens. tedecis. 111. numer. 7. alias decis. 434. secundum modernam impressionem.* Et quia cum in bonis emphyteoticis, non obstante amplissima prohibitione
26 alienandi, † & hypotecandi, remaneat semper hypotecabile ius, seu commoditas percipiendi fructus, iuxta doctrinam *Bart. in l. codicillis, §. instituto nu. 4. ff. de legatis secundo,* quem sequitur *Molin. de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 2. num. 10. & 11.* vbi alios allegat, *& num. 12.* pluribus relatis ita censuit *Rota in Romana Saluiani 27. Aprilis 1623. coram R. P. D. Cerro,* deinde approbata *in Romana vinea 4. May eiusdem anni coram R.P.D. Pengero;* in quibus decisionibus fuit resolutum ius venire in generali obligatione, non obstante amplissima prohibitione. Hoc posito, constat sufficienti interesse, ratione cuius sustinetur inhibitatio; Vltra quod, si dubitaba...

27 † comprehensione in commissione, & inhibitione propter facilem aditum ad Signaturam, illa debebat adiri pro declaratione, & interim timeri inhibitio, vt in istis terminis passim firmauit Rota; & non de facto sperni, prout factum fuit, commissio, & inhibitio.

Minus subsistit, quod istæ domunculæ non essent in hæreditate Andreæ, vt illæ, quæ per subhastationem, & deliberationem, iam antea viuente Andrea fuerant à dictis Monialibus S.Ambrosij creditricibus ablatæ, quia de tempore, quo dicta commissio signata fuit dictas domunculas detinebat Catherina immissa in Saluiano in possessionem contra dictas Moniales pro credito anteriori suæ dotis contra Andream maritum; si fuissent bona Monialium; non autem Andreæ debitoris, non potuisset Catherina subhastare, & sibi deliberari facere; Stante autem auocatione à Monialibus, domunculæ in priorem causam pignoris rediuisse dicuntur; & sic cum tunc temporis possiderentur à Catherina vigore Saluiani, certum est, quod possidebantur; vti hæreditariæ

28 Andreæ debitoris, † & creditor immissus in Saluiano, non possidet sibi, sed debitor, vt latè comprobant *Surd. cons.*481.*n.*14.*Natta cons.*535.*n.*5. *& seqq.* notant omnes *in l. cum notissimi, & in princ. C. de præscript.* 30. *annorum*.

Et prædictis itaque cum appareat de nullitate deliberationis, de iustitia sententiæ A.C. per quā dicta deliberatio fuit declarata nulla, & quod causa appellationis non fuerit commissa intra debitum tempus, DD. reuocando supradictam

29 decisionem, censuerunt, † constare de re iudicata, eoque facilius in hunc sensum inclinarunt, cum hæc res iudicata non deducatur ad effectum priuandi Catherinam, & Augustinum iure suo anteriori, sed ad effectum, vt domunculæ iterum po-

30 nantur subhasta, † non amotis ab eorum possessione dictis Catherina; & Augustino, eisque in primis, & ante omnia ex pretio satisfactis, & vt de residuo pretij, si superer it, satisfiat alijs creditoribus; iuxta formam commissionis, alias per Sanctissimum signatæ ad instantiam dictorum Patrum Sanctorum Apostolorum, Isabellæ de Remedijs, & aliorum creditorum præfati Andreæ iam defuncti.

Decisio ista emanata in hac eadem causa coram eodem Reuerendiss. Terracinen. sub die 6. *Iunij* 1642. *erit infra in Appendice.*

DECISIO CCLXXVI.

R. P. D. BICHIO

Cæsaraugustana Beneficij de Linares.

Mercurij 27. *Aprilis* 1644.

Est Impressa inter Bichio in Tom. 1. Decis. 174.

REVERENDISS. P. D. CERRO.

SACRÆ ROTÆ DECANO.

Romana Legati.

Lunæ 2. *Maij* 1644.

ARGVMENTVM.

Quasi possessio in incorporalibus si acquiritur ex vnico, & simplici actu, multo magis id est dicendum, quando actus sunt plures, & considerabiles, solutiones constituunt quem in quasi possessione exigendi, & quid ad hoc sufficiat.

SVMMARIVM.

1 *Quasi possessio in incorporalibus acquiritur per vnicum, & simplicem actum.*
2 *Solutio facta de ordine alicuius contra ipsum non potest acquiri quasi possessio, & quando id procedat.*
3 *In Iudicio manutentionis, cum agitur de probando facto, ipsum tantum factum attenditur.*
4 *In Manutentione sola detentio consideratur, & sic in incorporalibus simplex actus attenditur.*
5 *Quod multo magis est dicendum, quando actus essent plures, & considerabiles.*
6 *Quod procedit etiam si ageretur contra Ecclesiam.*
7 *Solutiones factæ ab eo, de cuius mandato non constat, concurrentibus adminiculis constituunt recipientem in quasi possessione exigendi.*
8 *Solutiones factæ per Oeconomum sequestratarium, vel depositarium, non constituunt, exigentem in quasi possessione exigendi.*
9 *Ecclesiæ administrationem habens, soluens pro ea, potest constituere exigentem in quasi possessione exigendi.*
10 *Quando possessio exigendi, quando est ob causam temporalem, tunc ea deficiente, corruit quasi possessio.*
11 *Legatum, quando dicatur assignatum in solutum.*
12 *Donatio in solutum facit emptionem, & venditionem, & in recipientem transfert dominium.*
13 *Clausulam,* in perpetuum, *importat totalem dominij translationem.*
14 *Verba subsequentia declarant præcedentia.*
15 *Solutio, quando fuit canonizata per sententiam tunc amplius non est dubitandum, quo titulo solutiones factæ fuerint.*
16 *Decretum irritans inficit titulum, & possessionem.*
17 *Decretum irritans dum dubium est, an intret necne, interim possessor manutenendus est in sua possessione.*
18 *Decretum irritans licet annullet possessionem, non tamen tollit detentionem, & insistentiam.*
*Detentio sola, & insistentia sat sunt ad obtinendam manutentionem, num.*18.
19 *Hæreditas de iure præsumitur opulenta.*
20 *Hæres quousque non docet, hæreditatem non esse soluendo tenetur ad præstationem legatorum, & cætera onera hæreditaria.*
21 *Merita causæ, quæ respiciunt petitorium, reijciuntur in possessorio.*
22 *In Possessorio summarijssimo non admituntur ea, quæ respiciunt petitorium.*

DECISIO CCLXXVII.

CONfirmarunt hodie Domini decisionem coram me emanatam in ista causa sub die 1. Iulij 1643 in qua firmatum fuit, Archiospitali S. Spiritus concedendum esse mandatum de manutenendo in possessione, seu quasi exigendi legatum annuorum seu-

scutorum 80. monetę, de quibus agitur, cum ipsius quasi possessio, clarè pateat ex tot solutionibus per
1 plures annos reiteratis, quarum † tamen vnica in isto casu sufficeret, cum in incorporalibus illa acquiratur per simplicem, & vnicum actum, *Roman. cons.311. num.7. & seq. Rota coram Seraphin. decis. 1417. num.2. inter diuers decis.196. num.2.par.1.decis.318.num.1.post Modern.Perus. de manutent.& decis.43.num.1.post Pacific.de Saluian.interdict.*

Nec releuant ea quæ iterum objiciebantur per Informantes pro Ecclesia B. Mariæ de Anima ad impediendum mandatum de manutenen. primum enim quod solutiones istius legati factę de ordine
2 Prouisorum dictæ Ecclesiæ † non potuerint illi præiudicare, & constituere Archiospitale in dicta quasi possessione exigendi, fuit responsum, quod huiusmodi conclusio, licet procedere possit ad effectum præiudicij diffinitiui, vel possessorij plenarij, locum tamen non habet in iudicio summarijssimo manutentionis, in quo solum agitur de pro-
3 bando facto, & ideo tales confessiones possunt dictæ Ecclesiæ præiudicium inferre, vt benè distinguendo declarat *Rota decis.573.num.6.par.2.recent. cum alijs d.Modern.obseruat. 9.num.52.* quia in ma-
4 nutentione nudum factum, † & sola detentio consideratur, *Castr. in l. Aquilius num.5. ff.de donat.cum alijs per Rotam decis.97. num.10.par.5. recent.* Acce-
5 dentibus præsertim pluralitate solutionum, † & notabili quantitate pecuniarum solutarum, ex
6 quibus robur sumit eadem confessio; & præiudicat etiam Ecclesiæ *Lotter.de re benef.quæst.38.num.142. & seqq.lib.1.Gregor.decis.275.num.4.vbi Add.nu.19 Rota decis.27. num.1. post Zacch de societ.offic.& decis.15.num.16.par.6.recent.* prout in fortiori, quod
7 solutiones factæ ab eo † de cuius mandato non apparet concurrentibus adminiculis constituant recipientem in quasi possessione exigendi, tradit idem *Modern.de manuten.obseruat.35.num.71.& 73. Rota post d.tract. decis.318. num.6. & 7.& decis.43. num.3.& seqq.post Pacif.de Saluian.interdict.* nec dissentiunt allegati per *Adden.ad Gregor. d. decis.275. num.22.* quia loquuntur in terminis solutionum factarum per Oeconomos Sequestratarios, vel
8 Depositarios, † qui nullum habent mandatum, neque verum, neque præsumptum à principali, vnde eorum dicta non procedunt in isto casu cum Prouisores sint legitimi Procuratores ipsius Ec-
9 clesiæ, & † plenum habeant mandatum in negotijs ad eam spectan. tam iudicialibus, quam extraiudicialibus, vt colligitur ex *Summario* Archiospitalis *num 4.& seqq.& num.10.*

Ad secundum verò, quod huiusmodi quasi possessio proueniat ex titulo, seu causa temporali, ac resolubili satisfactione scilicet crediti scut.1200. monetæ Ioannini auctoris dicti Archihospitalis,
10 quod cum ex solutionibus annuatim factis † huius legati, prætenderet extinctum resoluta etiam proinde remanserit quasi possessio, & per consequens nulla danda sit manutentio, fuit responsum prout in alia decisione *vers.minus obstat*, cessionem huius legati factam Ioannino per Fratres de Obseruantia non fuisse temporaneam vsquequo de annuis fructibus legati fuisset de prædicto eius
11 crédito † satisfactus, sed perpetuam, cum huiusmodi legatum illi fuerit assignatum in solutum, vt patet ex eodem Instrumento cessionis, ibi, *Cesserunt, & insolutum dederunt dicto Ioannino legatum scut.80. in perpetuum*, nam datio insolutum facit
12 venditionem, † in recipientem transfert dominium, *l.fin.ff.quibus ex causis in possess.eat.l.si prædium in fin. C.de euict. Roland. cons.46. num.5. lib.4. Dec. cons.586.num.7.& 8. Rot.decis.52. num.10.par.6.& decis.261. num 19. par.7.recent.* Concurrente præsertim clausula, *in perpetuum*, quæ importat tota-
13 lem translationem dominij, *Roland.d.cons.85.numer.12.& 13.Rota d.decis.52.num.11.*cum alijs cumulatis in præterita.

Quod autem dicta cessio, non fuerit obseruata ex eo, quod Ioanninus auctor Archihospitalis; de anno 1619.exegerit legatum vigore ordinis Prouisoris, vt in *Summario* Archihospitalis *num.5.* his verbis: *E questi se li pagano con espresso ordine del Guardiano del d.Conuento, per essere egli creditore, come disse del d.Conuento*, itaut non exegerit tanquam Cessionarius, sed vti Creditor, & sicut talis fuerit enunciatus in aliquibus alijs ordinibus factis à Prouisoribus, ibi *già creditore*, vt in eodem *Summario num. 6. & 7.* etenim placuit DD. responsio, quod in primo tantum ordine de anno 1619. fuit
14 enunciatus simpliciter creditor, sed in subsequentibus fuit dictum *già creditore*, & in alio ordine fuit enunciatus cessionarius, vt in *Summario nu.7. littera B.* Et quod magis est datur sententia lata super illius confirmatione citato Prouisore, & Administratoribus Ecclesiæ de Anima, vt in eodem
15 *Summario num.4.* itaut non † sit amplius dubitandum quo titulo huiusmodi solutiones factæ fuerint *ad text.in l.2.C.de acquir.poss.*

Neque obstat, quod Constitutiones Summorum Pontificum, quæ dictos Fratres de Obseruantia, vt prætenditur, legati perpetui, reddunt incapaces,
16 munitæ † sint decreto irritanti, quod inficit titulum, & possessionem quia cum dubitari possit an dictum decretum intret, necne interim Archiho-
17 spitale possessor manutenendus est † in sua possessione eo non obstante, vt in his terminis *Rota coram Cardin Seraph decis.1471.num.5.post Modern.de manutent.decis.139.num.12.& decis.183.num.5.& 6. in Hydruntina Beneficij 30.Octobris 1613.& Salernitana Præbendæ 10.Nouembris 1617. coram bon.mem. Vbaldo senior in recent.decis.341.num.3.& decis.514. num.4.& decis.652.num.3.par.1.decis.48.nu.5.par.5.* & latè fuit dictum in *Cæsenaten. seu Sarsinaten.emphyteusis 27.Iunij 1640. vers.non obstant priuilegia, coram R.P.D.meo Ghisilerio*, vbi etiam redditur ratio, quia licet decretum irritans, annullet posses-
18 sionem † quoad iuris effectum, non tamen tollit detentionem, & insistentiam, quæ solum sufficit ad manutentionem.

Demum ad tertium, quod hęreditas Iacobi, qui huiusmodi legatum instituit non sit soluendo non
19 iustificatur, & quousque non docetur de tali † insufficientia, de iure ea præsumitur opulenta, vt tradunt *Couarr. in cap.si hæres sub num.9. vers. & si minimè de testam. Cardin.Seraph. decis.1394.num.4. & 5.Reuerendiss Vrgellen. decis.1.num.32.* & in his terminis *Rota decis.6 6. sub num.2 vers.nam quousque par.1. recentior.* vbi quod hæres quousque non
20 docet † hæreditatem non esse soluendo tenetur ad præstationem legatorum, & cætera hæreditatis onera.

Quę repetebantur circa subreptionem beneplaciti

21 citi Apostolici, incapacitatem † Fratrum legatariorum, nullitatem dationis insolutum, & alia tamquam respicientia merita causæ, optimo iure
22 fuerunt in præterita reiecta ad petitorium, quia non sunt examinanda in hoc iudicio summarijssimo manutentionis, in quo nõ admittuntur exceptiones respicientes petitorium iuxta stylum.

Ex quibus, & alijs deductis in alia decisione placuit Dominis persistere in decisis, & concedere Archihospitali petitam manutentionem vtraque, &c.

Decisio ista emanata coram eodem Reuerendissimo Decano sub die 1. Iulij 1643. erit infra in Appendice.

DECISIO CCLXXVIII.

R. P. D. BICHIO.

Romana Vineæ.

Lunæ 2. Maij 1644.

Est impressa inter Bichio in Tom. 1. Decis. 175.

REVERENDISS. P. D. CERRO.

SACRÆ ROTÆ DECANO.

Toletana Canonicatus Pœnitentiariæ.

Mercurij 4. Maij 1644.

ARGVMENTVM.

Electores, quando se coarctant ad duas tantum personas, tamquam digniores cum ex hoc censeantur exclusisse cæterorum concurrentes, quia talis coarctatio prouenit ex eorum voluntate, ideoque vnum ex illis eligere debent. Et ad id cogi possunt, quod tamen cessat, & res transit sine difficultate, quando vnus ex eis moriatur, quia tunc superstes dicitur electus, itaut nullo modo variare possit, & quare. Ætas, alicuius ex quibus superque dicatur probata.

SVMMARIVM.

1 *Electionem habentes ad eligendum aliquem ad aliquod beneficium, ex pluribus possunt se restringere ad duos tantum, & num. 20.*
2 *Quod procedit, siue talis coarctatio proueniat ex ipsorum voluntate, siue ob defectum aliarum personarum idonearum.*
3 *Eligentes, dum ad duas tantum personas se restrinxerunt, tunc si vnus ex illis moriatur, superstiti debetur beneficium.*
4 *Electio, quando est facienda vnius ex duobus, mortuo vno, electio necessario facienda est de superstite, & num. 7.*
5 *Auditor Rotæ deputatus, potest conferre beneficium absque alia commissione ad euitandos circuitus superfluos, & num. 6.*
8 *Beneficium quod sit collatum alicui, vel quod ei debeatur, paria sunt, ne alteri fiat collatio.*
9 *Exclusio aliquorum, indicat inclusionem non expressorum.*
10 *Ad Personas duas ex pluribus se ristringens, censetur cæteros excludere.*
11 *Inclusio vnius, est exclusio alterius.*
12 *Vocati, quando sunt aliqui ex pluribus, cæteri censentur exclusi.*
13 *Onus aliquod pro electione, quando certis fuit impositum, cæteri censentur exclusi.*
14 *Eligentes, quando ad certas personas se restrinxerunt, sequitur quod extra eos, alios non possit eligere.*
15 *Quia censetur se restrinxisse ad eos, qui tantum sunt idonei, & num. 16.*
17 *Dictio,* dumtaxat, *cum sit restrictiua ad expressa tantum, itaut cætera excludat.*
18 *Dictio,* dumtaxat, *cum sit restrictiua ad expressa, itaut quoad reliqua non solum habeat vim tacitæ prohibitionis, verum etiam expressæ.*
19 *Verbum,* teneatur, *inducit formam, & importat necessitatem.*
21 *Electio, tunc illa est propria, quando ex duobus vnus perficitur.*
22 *Consuetudo an valeat, quod eligentes se restringant ad certum genus personarum.*
23 *Matrimonium metu contractum nullum est, siue quis fuerit coactus contrahere cum certa muliere, siue ad contrahendum cum incerta de certis.*
24 *Electionis conditioni non repugnat, quod electione fiat inter duos.*
25 *Eligentes dum sua voluntate se restringunt ad duos, vel tres, id validè facere valent.*
26 *Secus verò, si restringerentur per superiores, quia id esset contra libertatem electionis.*
27 *Electio, quando dicatur prorsùs attentata.*
28 *Ætatis discussio inter eligendos est actus iudicialis, & præiudicialis.*
29 *Actus extraiudicialis per contradictorum efficitur iudicialis.*
30 *A Decreto inhabilitatis, datur appellatio.*
31 *Appellatione pendente gesta sunt attentata, & maximè si secuta fuerit appellatio, & tunc sunt inexcusabilia.*
32 *Appellationis causa iustificata eo magis intrant attentata, quod procedit etiamsi appellatio esset extraiudicialis.*
33 *Eligentes, quando non possint recedere à persona, cui dederunt intentionem, alium eligendo.*
34 *Res, quando amplius non est integra, non est amplius voluntaria, & num. 36. & 37.*
35 *Ius considerabile per eligendos, quando dicitur quæsitum.*
38 *Ad Pallium, quando duo simul, & eodem tempore peruenerunt tunc illi, duo tantum recurrere debent.*
39 *Ætas alicuius ex quibus satis dicatur probata.*
40 *Falsitatis sola suspicio in ciuilibus habetur pro falsitate.*
41 *Falsitatis defectus suppletur ex pluribus coniecturis.*
42 *Falsi suspicio in ciuilibus, quatenus habeatur pro falsitate.*
43 *Coniecturæ illæ attendendæ veniunt, & præualent, quæ pugnant pro instrumento.*
44 *Probationes si hinc inde sint pares, non reprobant instrumentum, quia in dubio pro eo præsumitur.*
45 *Ætatis probatio illa est melior, & paratior, quæ fit per fidem baptismatis.*
46 *Legalitas libri baptismatum, ex quo dicatur probata.*
47 *Ex Testibus numero pluribus tollitur omnis suspicio falsitatis.*

48 *Instru-*

48 *Instrumentum laborans vitio visibili, suppleri potest ex testium depositionibus.*
49 *Ætas ex quibus rationibus probetur per testes.*
50 *Maior natus, aliquando statura minor est, quam postea natus.*
51 *Ætas etiam probatur per testes singulares.*
52 *Diuinari non possunt, ea, quæ postea possunt accidere.*
53 *Falsitatis omnis suspicio cessat, quando non apparet de aliquo interesse.*
54 *Mater censetur habere notitiam ætatis filiorum.*
55 *Et hoc eo magis procedit, si mater ex relatione ætatis filij prorsus ignorabat, an talis relatio filio prodesse, vel obesse possit.*
56 *Quod procedit etiamsi adesset præsumptio in contrarium, eo quia filius fassus fuerit se esse minori ætate, veluti quando fuit matriculatus, in aliquo studio licet super hoc iurauerit, & num. 57.*
58 *Falsitas partitæ libri baptismatum ex quo penitus excludatur.*
59 *Sententiæ faciunt transire instrumenta in perpetuam fidem.*
60 *Ex probationibus pluribus simul iunctis oritur concludentissima probatio.*
61 *Ætas cum de sui natura sit difficilis probationis optimè probatur per coniecturas, & indicia.*
62 *Ætas 40 annorum dicitur longæua ad effectum probationis.*

DECISIO CCLXXIX.

POST binas decisiones emanatas coram me sub die 22. Aprilis 164 .* & 19. Iunij 1643.* agentes Capituli iterum redierunt ad defectum ætatis aliàs oppositum, & sublatum in decisione emissa sub die 25. Iunij 1640. coram bon. mem. Coccino,* & coram me sub die 22. Aprilis 1641 & tam ex hoc capite, quàm ex alio etiam non validæ electionis dicebant substineri non posse sententiam Rotalem adiudicantem Canonicatum, de quo agitur, Doctori Michaeli Ferrer, sed articulo semel, & iterum maturè discusso, DD. steterunt in decisis, & sententiam Rotalem confirmandam esse responderunt.

Nam (quod attinet ad electionem) visum fuit irrefragabile fundamentum, aliàs ponderatum coram me sub die 19. Iunij 1643. quod cum Capi-
1 tulum se coarctauerit ad eligendum † vnum de duobus, Michaelem scilicet, aut Bezerram, prout facere poterat, cum id non solum non sit de Iure prohibitum, *Innoc. in cap. constitutis, 46. in princ. versic. tu dic eum de duobus, de appellat.* quinimò concessum *Hostien. in d. cap. constitutis num. 2. vers. tu vero dicat Ioan. Andr. num. 5. vers. sed ipse tenet. Butr n. 11. Bellam. num. 2. ad fin. vers. sed ipse.* Quemadmodum viuente Bezzerra cogi potuisset a Superiore ad
2 eligendum alterum ex his duobus, siue dicta † coarctatio prouenerit ex voluntate eligentium, siue ob defectum aliorum idoneorum, absque eo, quod læsa diceretur libertas in electione requisita, *Cardin. Zabar. in d. cap. constitutis, num. 4. vers. Innocentius videtur dicere. Præposit. num. 11. versic. tamen potest fieri. Butr. num. 3. & 11 ad fin. Alex. de Neuo, num. 18. vers. sexto nota, & num. 19.* benè *Imol. num. 2.* & ita resoluisse Sac. Congregat. Concilij, testatur *Fr. Sigismun. à Bonon. de elect. dub. 50. alias 52. sub numer. 5. vers. quod sanè verissimum est, par. 2.* Ita etiam
3 per eius obitum, redacto idoneorum numero † ad Michaelem tantum, sibi soli debetur Beneficium, vt in fortioribus tradit *Garz. de benef par. 9. cap. 2. num. 221. & seqq.* & sequuntur *Modern. Alex. in prax. hab. concurs requisit. 4. dub. 11.* & generaliter de ele-
4 ctione facienda vnius ex duobus, † quod mortuo vno, necessaria remanet electio de superstite per regulam, *text. in l. stichum, aut Pamphilium 95. §. quod si promissoris, ff. de solut.* notat ibi *Bart. num. 1. vers. venio ad secundum, & num. 5. vers. si ante,* consuluit *Bald. cons. 324. num. 1. vers. nam conditio lib. 2.* præter alios cumulatos in *decisione diei 22. Aprilis 1641. coram me, versic. quod facilius.*

Et propterea attendo prædecessu Bezzerræ, nedum Capitulum cogi potest ad eligendum Mi-
5 chaelem superstitem, sed ipse ad † euitandos circuitus huiusmodi Canonicatum obtinere debet à Rota *in vim Clem. Auditor de rescript.* eo quod Auditor deputatus supplere potest consensum Capi-
6 tuli, & procedere ad † ipsius collationem, absque alia Commissione, vt disponit *text. d. Clem.* ibi, *Auditor in Romana Curia deputatus a Nobis de beneficio, quod pronunciabit, al cui fore de iure debitum, poterit sibi absque alia commissione, vt euitetur circuitus prouidere,* & dixit *Rota in Legionen. Canonicatus 25. Octobris 1574. coram san. mem. Clemen. Papa Octauo tunc Rotæ Auditore, impress. apud Marchesan. de commiss. fol. 566.* quia dum mortuo Bezzerra idoneiores ad
7 Michaelem solum fuerunt redacti; ipse † propterea debet habere huiusmodi Canonicatum, absque alia electione, vt in terminis *Dec. cap. 1. nu. 15. vbi Siluest. Aldobr in addit. litt. G. de elect. cum alijs per Menoch. consil. 1226. num. 3. vers. ita quoque, & seq.* &
8 merito nam paria sunt, † quod illi fuerit collatus iste Canonicatus, vel quod ei debeatur ad effectum, ne alteri fiat collatio, *Rota in Burgen. Canonicatus coram bon. mem. Cardin. Pamphilio, penès Marches. d. par. 1. fol. 142. sub num. 2. vers. cum paria sint, quod alicui.*

Capituli autem coarctatio controuerti non potest, nedum quia post primum scrutinium, in quo inter omnes concurrentes plura, & æqualia vota habuerunt dd. Ferrer, & Bezerra, fecit inter hos duos solos secundum scrutinium, vnde ista cæterorum concurrentium exclusio indicat coar-
9 ctationem ad duos, qui † in secundo scrutinio fuerunt admissi, *Bald in l. Tribunus, §. fin num. 2. ff. de testam. milit. Becc. cons. 55 num. 11. & seq. Surd. cons 279.*
10 *num. 21. vers & est textus,* quoniam hos duos † solos admittendo ex pluribus, alios reiecisse censetur, vt tradit idem *Surd. consil. 407. num. 5. & seqq. ex text. in cap. nonne, cum ibi notat. de præsumpt.* eo
11 quod istorum inclusio fuit † cæterorum exclusio, *l. cum Prætor, ff. de iudic. Surd. cons. 262. num. 14. cum similibus.*

Sed etiam, quia peracto dicto secundo scrutinio, in quo vota iterum fuerunt æqualia Capitulum mandauit sumi informationem solum de qualitatibus ipsorum, ad effectum tradendi possessionem magis qualificato, quamobrem apertè
12 declarauit, † quod cæteri omnes essent exclusi, & ipsi duo tantummodo vocati, *Bart. in l. 2. §. videndum, nu. 2. circa med. vers. sed ex eo. ff. ad S.C. Tertull. Natt cons 581. num 28. Rota decis 405. num. 14. & 15 par. 5. recent.* & in terminis electionis *Buratt. decis. 547. num. 1. ad fin. versic. secundo dicitur.*

Et

Et clarius, ex decreto deputationis Commissarij pro verificanda, ante reliquas qualitates, ætate Ferrer, cuius defectus ei fuerat à Bezzerra
13 oppositus, & ordinatione, quod † isti duo soli deponerent, prout cum effectu deposuerunt scut. 400. pro quolibet, & cæteris ponderatis in *d. decisione diei* 19. *Iunij* 1643. *a* §. *Primo enim vsque ad* §. *Ex his autem*, cum enim isti actus clarè ostendant Capitulum in hos duos solum extendisse oculos, & voluntatem habuisse eligendi vnum,
14 ex ipsis, sequitur quod † ad eos ita se coarctauerit, vt non possit postea ab altero illorum recedere, vt per *text. in dict. cap. constitutis*, ibi, *Vnum eligerent de duobus, in quos partes videbantur oculos extendisse, quem Ecclesiæ magis vtilem, & idoneum iudicarent, de appell.* docuerunt *Anan. ibid num.* 3.
15 vbi dupliciter exemplificat hanc † coarctationem vno modo si eligentes, ad hoc se extrinxerunt in tractatu, vel quia numero illorum non erant nisi duo idonei, *Bald num.* 12. *vers. & primo quæro, vltra, Io. Andr. & alios adductos in præterita,* §. *&* *demum quia*.

Idque non solum ex dispositione iuris communis, sed fortiùs ex præcisa necessitatis Constitutionis san. mem. Gregorij Papa XV. clarissimè præcipientis, quod in huiusmodi Canonicatibus electio nõ solum facienda sit ex concurren-
16 tibus sed, & † ex ijs dumtaxat, quos inter concurrentes magis habiles, & idoneos Capitulum iudicauerit, ibi, *ad Canonicatus & Præbendas Pœnitentiarios huiusmodi illi dumtaxat concurrentes, qui peracto examine cæteris omnibus iudicio ipsorum Ordinarij, & Capituli magis habiles, & idonei reperti fuerint, assumi, seu eligi teneantur*, ex quo nedum
17 dictio, † taxatiua, *dumtaxat*, præter repertos magis habiles, ceteros excludit, *Card. in Clem.* 1. *vers. nos igitur, de Summ. Trin. & fid. Cathol. Decian. cons.* 34. *num.* 31. *lib.* 3. *Barbos. dict.* 97. *num.* 4. & quoad
18 alios habet vim † nõ solum tacitæ prohibitionis, sed expressè *Roman. cons.* 114. *num.* 5. *Grat. dict.* 47. *n.* 2. *Barbos. d. diction.* 97. *in fin. Amet. decis. March.* 14. *num.* 1. verum etiam verbum *teneantur*, formam,
19 & † necessitatem importat *Paris. cons.* 19. *nu.* 132. *lib.* 1. *Barbos. dict.* 405. *num.* 1. *Aragon. decis. Florent.* 7. *nu.* 10. & 11. *Monach. decis. Lucen.* 53. *num.* 34. *Rota decis.* 275. *num.* 2. *par.* 1. *in recent.*

Neque dici potest coarctationem de iure fieri posse solum ad certum genus personarum, veluti ad eligendum ex aliquo Collegio, non autem ad duos solos, nempe Michaelem, & Bezzerram, quia contrarium in puncto, quòd imò electio re-
20 stringi possit ad duas personas eligendas, vel ex voluntate eligentium, aut ex accidenti, quando electio fieri debet ex certo gremio, in quo non sunt, nisi duo idonei, tradit *Franc. in d. cap. constitutis num.* 2. *de appell.* & ratio est, quia quando
21 duobus vnus præficitur, ibi proprie est electio, vt ex *Host. in d. cap. constitutis*, tenuerunt ibi, *Io Andr. num.* . *vers. & vt dicebat Host. Butr. num.* 11. *ad med. vers. & dicebat Host. Bellamer. numer.* 3.

Neque contrarium dicunt allegati per informan-
22 tes pro Capitulo, Nam † *Siluest. in Summ. in verb. elect.* 1. *n.* 20. quærit solum an valeat consuetudo, quæ electione restringit ad certũ genus personarũ. *Couarru. de sponsal. par.* 2. *cap.* 3. §. 5. *num.* 8.
23 loquitur de matrimonio † metu contracto, quod nullum est siue fuerit quis coactus ad contrahendum cum muliere certa, aut ad contrahendum
24 cum incerta de certis, Imò *sub num.* 9. *vers. nec mihi placet*, expressè dicit, quod inter duos electio optimè contingit, nec repugnat conditioni electionis.

Rodericus autem de regul. tom. 2. *qu.* 52. *art.* 11. non negat eligentes ex eorum libera voluntate
25 vt in isto casu, † posse se coarctare ad duos, vel tres, sed tantum negat eos coarctari posse à superiore, vel alijs, quia læderetur libertas electio-
26 nis, † quæ non læditur, quando coarctatio fit à se ipsis.

Hinc nihil prorsus releuat obiectum in hac tertia propositione causæ denuò repetitum, quod ante obitum Bezzerræ Capitulum deuenerit ad illius electionem, quia huiusmodi electio fuit manifestè attentata, non solum ex rationibus deductis in alijs decisionibus huius causæ, sed
27 etiam, quia cum lis penderet super † cognitione ætatis, vt apparet ex libello, citationibus, & instantijs per Michaelem factis prohibita erat electio, seu variatio, siue lis penderet inter electos, siue inter electos, & electores, vt nocat *Innoc. in c. auditis, n.* 2. *vers. sed tamen credunt isti de elect. & in c. cum venissent, num.* 7. *de integr. rest. Lancell. de attent. lit. pend. par.* 2. *cap.* 4. *limit.* 22. *num.* 10. & 11. *Ferret. cons.* 292. *num.* 15. *Lotter. de re benef. lib.* 3. *quæst.* 17. *num.* 123. & 142.
28 Tanto magis, quia discussio † ætatis est de sui natura iudicialis, & præiudicialis, *cap. si fortè* 11. *de elect. in* 6. *Clem. dispendiosam, de iud. Garz. de benef. part.* 5. *cap.* 4. *num.* 214. Accedente præsertim
29 contradictore, † qui actum extraiudicialem transire facit in iudicialem *Lambert. de Iurepatr. par.* 2. *lib.* 1. *quæst.* 9. *art.* 12. *num.* 1. Vnde eo minus discussione pendente poterat ad vlteriora procedi *d. cap. si fortè de elect. in* 6. *Lambert. vbi supra dicta par.* 2. *lib.* 2. *quæst.* 1. *artic.* 9. *num.* 12.

His accedit electionem Bezzerræ factam fuisse ex supposito defectu ætatis in Michaele; Capitulum enim declarauit illum inhabilem ex
30 causa, & postea eo excluso elegit Bezzerram, ab hac autem declaratione inhabilitatis dabatur appellatio suspensiua *Menoch. de adpisc. remed.* 4. *num.* 824. *Gonzal. in annot. contra nullit. & attent. num.* 107. *Rota in Meleuitana Marescialatus* 26. *Maij* 1641. *coram Reuerendiss. D. meo Decano*. Ideoque
31 gesta pendente termino appellationis † ea præsertim subsequuta, excusari non possunt à vitio attentatorum, *cap. non solum, de appell. in* 6.

Et pro horum corroboratione valdè ponderabant DD. grauamen iniunctum Michaeli, dum postea per sententias Ordinarij, ac Rotæ fuit
32 declaratus legitimæ ætatis. Iustificata † enim causa appellationis facilius intrant attentata, etiam si appellatio fuerit extraiudicialis, vt relato *Lancellott. & alijs Rotę decisionibus* firmatum fuit in postrema decis. huius causæ coram me *vers. quibus addi potest*.

Sed præterea placuit alia responsio, quod cum Capitulum peracto secundo scrutinio inter solos Michaelem, & Bezzerram cæpisset viam discussionis meritorum, per admissionem eorum ad probationes faciendas ad effectum tradendi posteriorem magis nobili, vt apertissimè declarauit in

in decreto ibi, *y porque para proceder a verificacion*
de calidades de nobleza, y dar la poſſeſſion a quien mas
bien la prouaſſe, non erat propterea amplius in ip-
ſius libertate abſque iuſta, & legitima cauſa eli-
gendo Bezzerram, excludere Michaelem quamuis
etiam alias non facta dicta admiſſione id facere
34 potuiſſe, quia ſcilicet, res non † erat amplius
integra adnotata in *cap. publicato, vbi gloſ. in verb.*
variare de elect. in cap. 1. & 2. vt lit. pend. in 6. & in
terminis *Rota apud bon. mem. Coccinum deciſ.* 215.
num. 13. & 14. maximè, quia dum ex dicta Con-
ſtitutione Gregoriana illa dumtaxat ex concur-
rentibus aſſumendus eſt, ſeu eligendus, qui iudi-
cio Ordinarij & Capituli magis habilis, & ido-
35 neus fuerit repertus, † Michael idcircò verifican-
do poſtea qualitates neceſſarias acquiſiuerat ius
ad rem conſiderabile, ita vt non niſi ex iuſta
cauſa repelli poſſet *Eſcobar, de purit. ſang. par.* 1.
quæſt. 7. num. 106. & 150. & *quæſt* 13. §. 4. *num.* 15.
Put. deciſ. 252. *num.* 2. & 3. *lib.* 3. *in correct.* & benè
Madoſ. conſ. 51. *ex num. 7. verſ. ſecunda igitur decla-*
36 *ratio, vſque ad decimam*, vbi quod acquiſiuit ius
conſiderabile etiam in re, & quod hoc etiam fa-
tetur *Caſſad deciſ.* 18. *num.* 5. *de præbend.* nec diſſen-
tit *Moched. deciſ. 1. eod. tit.* quia intelligitur ſe-
cundum *Caſſador.* quem allegat pro fundamento
reſolutionis, ac etiam loquitur tantummodo de
ſimpliciter concurrentibus non autem de ijs, qui
37 inter † concurrentes fuerunt à Capitulo idone-
iores declarati, vt in ſimili, quod ſi duo ex plu-
ribus ſimul concurrẽtibus metam attigerint vno
& eodem tempore, ipſi ſoli excluſis cæteris, ite-
38 rum currere debeant, † quia licet inter ſe victo-
res non extiterint, nihilominus reſpectu cætero-
rum victores extiterunt, præter, *Bald. in proœm.*
ff. § itaque num. 13. poſt med. verſic. ſed numquid cur-
rent hi duo, & alios alleg. in præterita deciſ. §. & de-
mum quia ad fin. latè firmat *Vaſquez. controu. illuſtr.*
92. vbi de receptiori lib. 3.

Quo verò ad ſecundum caput ætatis, ſuper
quo hodie ſpecialiter fuit inita diſputatio, pro-
bari viſum fuit Michaelem de anno 1631. quo ſe
39 oppoſuit ad iſtum Canonicatum, fuiſſe in legi-
tima ætate 40. annorum tam ex deductis in de-
ciſion. *bon. mem. Coccin. a §. quod autem, vſque ad §.*
iuſtificatis, quam etiam, *coram me ſub die 22. Apri-*
lis 1641. a §. ſecundum quod, vſque ad §. tertio con-
tra iuſtitiam, in quibus fuit abunde ſatisfactum
omnibus, quæ pro Capitulo denuò repetebantur.

Nec fidem aliquarum ſcripturarum minui de-
40 bere ex prætenſo vitio † viſibili, licet in ciuili-
bus ſola falſi ſuſpicio ſufficiat, vt notat *Cranett.*
conſ. 134. *num.* 26. cum alijs ad propoſitum allega-
41 tis; quia † omnis defectus abundè ſuppletur ex
pluribus adminiculis, vt conſuluit *Alex. conſ.* 114.
n. 14 *et* 18. *lib. 6. Crauett. conſ.* 28. *nu.* 9. *Natt. conſil.*
132. *num.* 1. *in fin. et ſeq. Bertaz. conſ.* 521. *num.* 6. *et* 7.
vbi quod omnes admittunt *lib. 2. Menoch conſ.* 48.
num. 22. *Surd. conſ.* 173. *nu.* 56. *et ſeqq. vbi ſub n.* 60.
verſ. ſecundo, reſpondeo, reſpondet ad id quod in
42 ciuilibus ſuſpicio falſi habetur † pro falſitate,
et conſ. 263. *num.* 6. *Beltram. ad Gregor. deciſ.* 546.
ſub num. 17. *verſic. nec etiam procedit regula, Add. ad*
Buratt. deciſ 611 *ſub num.* 15. *verſ. et quia, Gaſp.*
Anton. Theſaur. quæſt. 43. *num.* 3. *in fin. lib.* 1. *Ro-*
ta deciſ. 610. *num.* 1. *et* 2. *par.* 1. *diuerſ.* Et in dubio
coniecturæ illæ attenduntur, & præualent, quæ
43 pugnat † pro inſtrumento, *Bart. in l. 1. §. ſi quis*
neget, num. 12. ad med. verſ. ſed ſi eſſent, ff. quemadmod.
teſtam. aper. vbi dicit, quod ſi probationes hinc
inde ſint paris potenciæ, non reprobatur inſtru-
44 mentum, quia in dubio pro † eo præſumendum
eſt *Neuizan. conſ.* 63. *num.* 34. *in fin. Surd. d. conſil.* 173.
num. 58. *et conſ.* 535. *num.* 7. *Franch. Marc. deciſ.* 163.
num 18. *Caual. deciſ.* 205. *num.* 10.

In præſenti verò, nedũ plura adſunt adminicu-
la, ſed plenæ probationes, quæ circumſcripta etiã
fide baptiſmatis, ſatis eſſent ad probationẽ ætatis.

Namque vltra legalitatem libri publici ad
hunc finem deputati ex diſpoſitione ſacroſanct.
45 Concil. Trident. † quæ eſt melior, & paratior
via, quæ dicta ætas poſſit probari, vt latè firmat
Lotter. de re beneſ. lib. 2. quæſt. 49. *num.* 32. Adſunt
plures teſtes in partibus examinati deponentes,
tam ſuper dicti libri legalitate, & fide Summar.
46 Michaelis *num.* 2. quàm † etiam ſuper veritate,
& certitudine dictæ partitæ, dicto Sũmario *num.* 3.
& præſertim Parochus qui vidit hanc eandem
partitam ante oppoſitionem ad hunc Canonica-
tum, quo tempore omnis prorſus aberat ſuſpicio,
& teſtatur dictum librum ſemper in eius cuſtodia
retinuiſſe, & Io. de Agramonte, qui deponit vi-
diſſe dictam partitam de anno 1613. occaſione
extradictionis alterius partitæ, Summ. *num.* 4. nam
ex dictis teſtibus ſpecificè de illa deponentibus
47 comprobatur veritas illius, † & cum ſint nume-
ro plures, excluditur omnis falſitatis ſuſpicio
Crauett. conſ. 65. *n.* 13. *Menoch. præſumpt.* 20. *num.* 55.
lib. 5. & in ſpecie, quod inſtrumentum laborans
48 vitio viſibili ſuppleri poſſit ex teſtium depoſitio-
ne, latè comprobat alios citans, *Surd. d. conſ.* 173.
num. 55. *ante med. verſ. et quod inſtrumentum*, mutuo
enim ſe iuuant ſcriptura, & teſtes, vt inquit *Bald.*
conſil. 444. *num.* 3. *in fin. lib.* 1. accedentibus præci-
puè alijs 60. teſtibus, qui deponunt dictum Mi-
chaelem natum, & baptizatum fuiſſe in Parro-
chia Sancti Saturnini de anno 1590. & eſſe maio-
rem natu non ſolum Michaele ſecundò, ſed etiam
49 alijs omnibus, ſuis fratribus, reddentibus opti-
mam rationem eorum dicti, quia alij interfue-
runt baptiſmo ipſius, & Ientaculo in baptiſmo
natorum præſtari ſolito, alij verò qui ſunt vicini
familiares, & domeſtici, eum viderunt in infan-
tili ætate. & reſpectiuè cognouerunt ambos fra-
tres eiuſdem nominis Michaelis, & quod maior
natu eſt iſte Michael, nam ſecundus obijt vſque
de anno 1605. & præſentes fuerunt, quando fuit
ſepultus in Monaſterio S. Franciſci, ac etiam
cognouerunt alios fratres ab infantia, & voca-
50 bant iſtum Michaelem, *il Vecchiarello*, quia
licet eſſet maior natu, tamen erat minor ſtatura
itaut iſtis nulla dari poſſit probatio melior, vt
præter *Bart. in l. de ætate, num. 7. verſ. ſed ſi haberi ff.*
de minor. & cæteros cumulatos in *dicta deciſ. Coc-*
cini, §. et adſunt etiam teſtes, et coram me die 22.
Aprilis 1641. §. *ſciendum*, quod probant etiam
Lotter de re beneſ. d. lib. 2. quæſt. 49. *num.* 36. *Vinc. de*
Franch. deciſ. 119. *num.* 10. *Rot. deciſ.* 737. *num.* 1. *et*
deciſ. 779. *num.* 9. *part.* 3. *et deciſ.* 45. *num.* 13. *par.* 6.
recent. & plenè probant dictam ætatem, quamuis
etiam eſſent ſingulares, *Lotter. vbi ſupra dicta*
quæſt. 49. *num.* 37. *Rota dicta deciſ.* 45. *numer.* 11.
&

& firmatur *in dicta decisione Coccini*.

Plurimum etiam vrgebant vltra deducta in alijs decisionibus primo informationes sumptæ pro assequendis Ordinibus minoribus de anno 1610. & promotione ipsius Michaelis ad Subdiaconatum die 19. Septembris 16 5. in quibus producta fuit eademmet fides baptismi per Parochũ, & Notarium extracta ex libro Ecclesiæ Parochialis S. Saturnini cum examine testium, cum enim de eo tempore Michael ad S. Subdiaconatus ordinem ex defectu ætatis promoueri non potuisse, si attendenda esset partita S. Nicolai continens baptismum Michaelis secundi, die 3. Octobris 1594. eo quod; siue attendatur tempus natiuitatis, siue tempus baptismi, quod regulariter attendi debet, non fuisset de eo tempore completus annus 21. & inceptus annus 22. vt pro forma requirit dictum Concilium Tridentinum sess. 23. cap. 12. de reformat. adeò, vt si vna hora deficiat, incurratur suspensio, & exercendo Irregularitas; non est præsumendum Michaelem, etiam tem-
52 pore non suspecto, & quo huiusmodi concursus diuinari non poterat, incidere voluisse in dd. pœnas, & Officiales sui muneris oblitos voluisse oscitanter promouere inhabilem, vt in his terminis arguit *Rota dicta dec. 45. n. 23. & 24 par. 6. recent.* & probauit prima decis. coram me *vers. ad hunc effectum*.

Secundo, quod eadem partita baptismi fuit etiam per Michaelem producta de anno 1629. in prima oppositione ad huiusmodi Canonicatum. Vnde cum ex ea appareret de insufficienti ipsius ætate, nullam penitus alterationem in ipsa adesse constat, quia si alterata fuisset, vtique legitima ipsius ætas vsque de eo tempore apparuisset,
53 & ideo cum de eo tempore cessaret omnis vtilitas inde prorsus excluditur omnis præsumptio falsitatis *Rub. Alex. cons. 15. n. 3 & 6. Crauett. cons. 75. n. 13. 17. & 18. Roland. à Vall. cons. 38. n. 38. & seqq. lib. 1. Menoch. cons. 283. n. 15. Hond. cons. 109. n. 23 lib. 1. Farinac. de falsit quæst. 153. num. 204. & seqq.*

Tertiò, Testamentum matris conditum de anno 1611. & sic sex annis post obitum Michaelis secundi, sequutum de anno 1605. in quo licet haberet duos filios tunc viuentes Antonium, & Ioannem natos de annis 1592. & 1593. respectiuè, nihilominus huic Michaeli maiori natu legauit quædam bona stabilia, quod proinde concludenter ostendit eum natum fuisse de anno 1590. nam, quod in huiusmodi materia iunctis admi-
54 niculis plurimum deferatur matris testimonio, ex quo præsumitur veram habere notitiam ætatis filiorum, probat *text. in l. etiam matris 16. et ibi gloss.* communiter approbata, *ff. de probat. Salicet. in l. si minorem, n 6. C. de in integr. rest. minor. Bart. cons. 92. n 5. vers nec obstat quod si mater, lib. 1. Bald. cons. 10. lib. 5. Socc. iun. cons. 3. n. 9. lib. 2. Lotter. de re benef. quæst. 47. n. 89. et 90. lib. 2. Mascard. de probat. concl. 668. n. 10. et 15. Rota dec. 200. n. 3. par. 2. recent. et in Tridentina Canonicatus coram Iusto, quæ est decis. 62. num. 3 post lib. 2. cons. Farinac.* quando præsertim, vt in isto casu vtilitas nedum erat incerta, sed nec etiam cognita, & mater scire non poterat, an plus vtilitatis, vel damni allatura
55 fuisset huiusmodi assertio, cum de eo tempore casus iste præuideri non potuerit, & sic nulla fraudis suspicio ex cogitari, vt concilians dictas opiniones inter se dissidentes, distinguendo concludit *Sfort. Oad. de restit. in integr. qu. 37. n. 57. vers. aut vilitas est in incerto*; & sensit *Rot. apud Mant. dec. 124. n. 4.*

Idque procedit quamuis etiam adesset præsumptio in contrarium, eo quod Michael, quan-
56 do matriculatus fuit in Studio Compluten. se minorem professus fuerit, *Curt. iun. cons. 118. nu. 8. Lotter. de re benef. d. qu. 49. n. 34.* & in fortiori de eo
57 qui in Canonicatu, etiam medio iuramento se maiorem asseurauerat, *Soccin. iun. d. cons. 3. nu. 15. vers. nec prædictis, et seqq. iuncto n. 9. lib. 2.*

Quartò, demum sententia lata ab Ordinario Toletano, qui visa ipsa partita baptismatis, & alijs probationibus desuper factis, non obstantibus oppositionibus capituli, declarauit dictum Michaelem de tempore oppositionis ad istum Canonicatum fuisse ætatis legitimæ annorum
58 40. ex hoc enim quod pro veritate dictæ partitæ, quæ prætenditur suspecta de falso, fuerit iudicatum, & ipsa approbata pro certa in iudicio, prorsus excluditur falsitatis suspicio, *Bald. cons. 402. n. 9. lib. 5. Crauett. cons. 701. nu. 4. Bertaz. d. cons. 521.*
59 *n. 22.* vbi quod sententia facit transire instrumenta in perpetuam fidem, *Farinac. de falsit. qu. 153. n. 227. Rot. dec. 260. n. 1. par. 2. diuers.*

Ex quibus omnibus simul iunctis tendentibus ad eumdem finem, & inuicem sibi adminiculantibus, euidentissima resultat probatio legalitatis
60 & fidei dictæ partitæ baptismi Michaelis, & illius legitimæ ætatis, *l. licet imperator, vbi Bart. ff. de legat. 1. Mantic. dec. 2. n. 11.* quia ætas quæ de sui
61 natura est difficilis probationis optime probatur per coniecturas, indicia, *l. cum de ætate, vbi gloss. ff. de probat. Socc. iun. d. cons. n. 2 Rota d. dec. 26 n. 1*
62 *vers ætas enim, par. 2. diuers.* quando maxime agitur de ætate longæua 49. annorum, *Bald cons. 213 n. 4. lib. 2. Mascard. de probat. concl. 675. n. 3. Rot. d. dec. 45. n. 9. et seqq. par. 5. recent.*

Ex quibus ita fuit conclusum vtraque &c.

☞ *Decisiones istæ duæ emanatæ coram eod. Reuerendiss. Cerro Decano, sub diebus 22. Aprilis 1640. et 19. Iuny 1643. sunt supra in hac eadem par. 9. recent. decisiones 14. et 210.*

☞ *Decisio hæc emanata in prima instantia sub die 25 Iunij 1640. coram bon. mem. Coccino Decano est in præcedenti par. 8. recent. dec. 244.*

☞ *Causa ista in tertia instantia agitata fuit coram Eminentiss. et Reuerendiss.* D. *Card. Petro Otthobono, coram quo emanarunt quatuor decisiones sub diebus 10. Marty, 20. May 9. Iuny 164. et 18 Iuny 1646. sunt inter eius impressas decisiones 29. 37. 39. et 75.*

DECISIO CCLXXX.

R. P. D. BICHIO

Romana Successionis.

Lunæ 9. Maij 1644.

Est impressa inter Bichio in Tom. I. Decis. 176.

R. P. D.

R. P. D. PEVTINGERO.

Mediolanen. Cimilarchatus.

Veneris 13. Maij 1644.

ARGVMENTVM.

Episcopo, quamuis de iure communi permissa sit beneficiorum vnio, tamen talis potestas intelligenda venit concessa, quatenus necessitas præcisa ad id vrgeat, & quatenus vnire possit beneficia Præbendis. Et necessitas in prædictis terminis quando dicatur præcisa.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus de iure communi vnionem facere licet.*
2 *Episcopus, vt vnionem facere liceat requiritur iusta causa, & necessitas euidens, vel vtilitas requiritur.*
3 *Necessitas præcisa requiritur, vt Episcopus possit facere vniones, & n.4.*
5 *Necessitas præcisa, pro sustinenda vnione facienda per Episcopum, qualiter sit consideranda.*
6 *Ordinarij non valent facere vniones vltra casus, à Concilio Tridentino permissos.*
7 *Vnio beneficij non potest dici facto ob præcisam necessitatem, si fuerit facta augumentatiuè, & pro commodiori substentatione n.8.*
9 *Necessitas præcisa ex quo excludatur, et n.32.*
10 *Necessitas præcisa, quando nullo modo possit considerari.*
11 *Vnio facta ab Ordinario non seruata forma Concil. Trident. sess. 24. cap. 15. de reformat. non subsistit.*
12 *Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 15. quid disponat io prima, et secunda part. n. 13.*
14 *Episcopi non possunt vnire beneficia præbendis, seu distributionibus quotidianis, nisi seruata forma Concil. Trident.*
15 *Congregatio Concilij Tridentini indistinctè vniones factas non seruata forma Concilij Tridentini, inualidas declarat.*
16 *Vniones reuocantur per Regulas reuocatorias Cancellariæ, præter illas, quæ iuxta formam Concily Tridentini fuerint factæ.*
17 *Error in regulis Cancellariæ non præsumitur, et numer. 19.*
Regulæ Cancellariæ summa maturitate, in assumptione noui Pontificis, solent n.17.
18 *Regulæ Cancellariæ, dum conduntur solent interuenire duo ex antiquioribus Auditoribus Rotæ Romanæ, et plures Officiales periti Cancellariæ Apostolicæ.*
20 *Vniones pro necessario augumento cultus diuini, an comprehendantur sub regulis Cancellariæ reuocatoriæ vnionum.*
21 *Vnio ex defectu præcisæ necessitatis corruit.*
22 *Concilium Tridentinum in vnione requirit præcisam necessitatem idest talis, vt aliter Ecclesiæ seruitium haberi non possit.*
23 *Vniones, quæ fiunt pro commodiori substentatione, et augumento, sub regulis Cancellariæ reuocatorijs vnionum comprehenduntur, et num.24.*
25 *Decisio in causa Toletana Cappellaniæ de Pastrana quo casu loquatur.*
26 *Dec. Card. Serap. 982. in quibus terminis loquatur.*
27 *Decis. Card. Caualer. 403. declaratur.*
28 *Decis. Card. Caualer. 449. quo casu loquatur.*
29 *Decis. R. P. D. Ghisilerij 109. par. 6. recent. declaratur, & num. 30.*
31 *Regulæ Cancellariæ reuocatoriæ vnionum modernæ, arctiores sunt, quam antiquæ.*

DECISIO CCLXXXI.

Domini recesserunt à decisis coram me 11. Maij 1643. vbi firmatum fuerat validam esse, saltem de iure communi, vnionem simplicis Beneficij Cimiliarchatus appellati, Mensæ Capitulari ac distributionibus quotidianis Metropolitanæ Mediolanensis Ecclesiæ factam anno 1601. à bon. mem. Card. Federico Borromeo. Quia tam iustam causam, quam formam deficere, ex facto compertum fuit.

Nam licet verum sit, quod de iure communi
1 Episcopo † vnionem facere liceat *cap. sicut vnire de excess. Prælat.* tamen ad hoc iusta causa, & eui-
2 dens necessitas, vel vtilitas requiritur, *cap. exposuisti 33. de præben. Lotter. de re benef. lib. 1. quæst. 28. num. 141.* Et hæc necessitas præcisa esse debet, quia
3 scilicet non adsint Canonici, vel paucissimi inueniantur, qui velint acceptare, vt explicant *in d. cap. exposuisti, Hostien. num. 1. Io. Andr. Anan. & Anchar. n. 2. Abb. num. 4. Lotter. vbi supra num. 42. Achill. dec. vnic. num. 4. super regul. reuoc. vnion.* Et si-
4 mul cum tenuitate præbendarum copulatiuè † tenuitas distributionum quotidianarum necessaria est, itaut vna sine alia non sufficiat, vt in terminis dixit *Rota in Mediolanen. vnionum 12. Iunij 1592. coram Orano, & in Toletana Cappellaniæ coram Eminentiss. D. meo Card. Pamphilio.* Vnde si talis præcisa necessitas de iure communi pro sustinenda vnione requiritur (quam præcisam ne-
5 cessitatem, † non autem solam decentiam, nimirum ne Ecclesiæ seruitia destituantur, considerarunt prædicti Doctores, & dixit *Rota in dec. 109. n. 14. cum seqq. par. 6. recent.* certè multò magis procedit, attentò tenore regularum reuocatoriarum posteriorum Pontificum, quæ ius commune coarctant, imò omnem Ordinarijs com-
6 petentem vniendi facultatem, extra † casus à Concilio Tridentino permissos, adimunt, & vniones ad fauorem Mensarum Capitularium pro augmento dotis expressè reuocant, vt pulchrè animaduertunt *Gonza super regul. 8. gloss. 5. §. 7. n. 53.* & dixit *Rota in Toletana Cappellaniæ de Pastrana 23. Ianuarij 1608. coram Cardin. Pamphilio.*

Igitur, cum talis præcisa necessitas non iustificetur in casu, quando vnio fit augumentatiuè,
7 & pro commodiori substentatione, prout tenuit *Rota coram Thano, impress. per Garz. de benefic. par. 12. num. 283.* vbi refert etiam Crescentium ita alias attestatum fuisse, & *in Toletana Beneficij de Vallecas coram Gypsio, relata à Garzia vbi sup. a n. 284. & in recent. par. 3. dec. 757. n. 4. & dec. 109. n. 14. & 15. par. 6. & apud Caualer. dec. 403 num. 2. & 3.* vbi dicitur, attentis amplissimis regularum modernarum clausulis, id absque difficultate procedere, prout idem firmatur *in d. Toletana*

Cappellaniæ de Pastrana, & in Valentina subsidij 14. *Martij* 1616. *coram Eminentiss. Card. Pamphilio, & per Lotter. lib.* 1. *quæst.* 29. *num.* 21. Imò ipsam præcisam necessitatem in Mediolanensi Capitulo
9 absque vnito Beneficio, diuturna antea sustentatio excludit *Rota dicta decis.* 757. *nu.* 4. *par.* 3. *recent.* Semper etenim ante vnionem decenter se sustentarunt Canonici, vt satis comprobant testes pro Capitulo examinati, nec vnquam ob allegatam redditum tenuitatem Ecclesia seruitio fuit destituta; imò semper viris nobilibus, ac eruditis ornata extit, qui Chorum, & diuina Officia frequentarunt, vt docetur, *vt in Sum. Mascheri n.* 15. & cum decore vixerunt absque vnione illius Be-
10 neficij, quod satis necessitatem improbat, vt benè aduertit *Oldrad. cons.* 262. *n.* 1. *circa finem*, & *Rota in prædicta Valentina subsidij* 14. *Martij* 1616. *coram Card. Pamphilio*, cum alijs relatis per *Add. ad Greg. XV. decis.* 419. *nu.* 6.

11 Nec forma in hac vnione seruata subsistit ex præscripto Sacri Concilij Tridentini *sess.* 24. *cap.* 15. *de reformat.*

Quia inspecta prima parte eiusdem cap. 15. erat
12 facienda singulis præbendis distributiuè, & non Mensæ Capitulari, ac distributionibus quotidianis; Si verò spectetur secunda pars, Concilium loquitur de suppressione Præbendarum Capitularium facienda; non autem de Beneficio simplici, quale est hoc Cimiliarchatus officium. Igitur neutro modo sustinebatur; Neque enim Episco-
14 pi vnire possunt Beneficia Præbendis, seu distributionibus quotidianis, nisi seruata forma Concilij, *Castropal. Moral. tom.* 2. *tract.* 13. *disp.* 6. §. 3. *num.* 19. *Sanchez. ad decal. lib.* 7. *cap.* 29. *num.* 179. & *seq.* quod ex eo patet, dum Sacra Congregatio
15 Concilij indistinctè vniones non seruata forma Concilij, factas esse inualidas declarauit, *vt in vna Caluen.* 23. *Septembr.* 1609. & *in vna Alterien.* 29. *Nouembris* 1602. & alijs, quæ dantur *in Summario Mascheri* 11. *Aprilis præteriti n.* 4. & 5.

Denique reuocatur hæc vnio ex regulis reuo-
16 catorijs, & illa præsertim Sanctissimi D. N. Vrbani, quæ est in ordine 13. & extat inter impressas in Bullar. tom. 4. fol. 16. quæ claris verbis excepit tantùm vniones factas iuxta formam Concilij, vt manifestè deducitur ex parenthesi ibi. (Non tamen Concilij Tridentini auctoritate) quę prorsus eas solùm excludit. Et propemodum temerarium est credere, per errorem Scriptoris
17 hoc emanasse; cum nimis certum sit, in huiusmodi regulis cum maxima, in auspicatione noui Pontificis, semper maturitate, & interuentu etiã duorum magis antiquorum Rotæ Auditorum,
18 Abbreuiatorum de maiori Præsidentia, ac aliorũ Cancellariæ Apostolicæ officialium peritorum, ac practicorum interuentu procedi, vt tradit *Gonzal. gloss.* 30. *num.* 17. & 18. *Cassador. decis.* 3. *numer.* 2. *sub tit. de reseruat.* Maximè quia hunc
19 sensum suadet totius peryodi contextus, sequentia cum antecedentibus, dempta parenthesi, connectens.

Et quidquid sit de opinione, quam alias admisit Rota, quod ex maioritate ratione censeantur
20 etiam exceptæ vniones pro necessariò augmento cultus diuini factæ, vt aduertit *Garz. de benefic. d. par.* 12. *cap.* 2. *num.* 283.

21 Nihilominus ex defectu supradictę præcisæ necessitatis vnio hæc corruit, vt per *Caualer. decis.* 403. *per totam*. Nam vbi vniones non sunt factæ
22 seruata forma Concilij, requiritur præcisa necessitas, idest talis, vt aliter Ecclesiæ seruitium haberi non possit, vt testatur *Seraph. decis.* 982. & *Rota in d. Toletana Cappellaniæ de Pastrana coram Cardin. Pamphilio*. Idque ea optima ratione, quia
23 aliæ vniones pro commodiori sustentatione, & augmento factæ, in ipsa regula reuocatoria cla-
24 ris verbis comprehenduntur, ibi: *Nec non pro fundatione, seu dotatione, augmento, seu conseruatione Collegiorum &c.* Nec enim aliqua datur vnio, quæ non pro commodiori sustentatione, vel augmento cultus Diuini fiat.

Ad decisiones verò, & reliquas auctoritates pro Capitulo Mediolanen. ad comprobandum, sufficere causam augmenti cultus Diuini, allega-
25 tas, facile respondetur. Nam dicta decisio Toletana Cappellaniæ coram Eminentissimo Pamphilio non loquitur de augmento simpliciter; sed firmat augmentum esse debere necessarium, De-
26 cisio 982. coram Seraphino loquitur cum supposito, quod vnio fuerit omnino necessaria, tanquam facta fabricæ locorum depopulatorum. Decisio
27 403. coram Caualerio, claris verbis dicidit, augmentum debere esse necessarium, nec sufficere, si pro commodiori sustentatione factum sit; Et de-
28 cis. 449. coram eodem loquitur de vnione facta secundum formam Concilij, in qua talis præcisa necessitas non requiritur, imò in illo casu iam ex parte erat sortita suum effectum, quod in præsenti vnione non reperitur. Alia Valentina pensionis coram R. P. D. meo Ghisilerio, *quæ est decis.* 109. *par.* 6. *recent.* minùs rectè applicatur huic
29 vnioni; quia loquitur de vnione ex parte ante regulam reuocatoriam effectuta, & in casum necessitatis, dum ab expulsione Maurorum redditus
30 Ecclesiæ erant adeo diminuti, vt illa seruitio destituta remaneret, *Gonzal. gl.* 5. §. 7. *n.* 46. *cum seq.* vbi licet referat aliquos casus tendentes solum in augmentum, non autem in necessitatem; tamen
31 concludit, quod regulæ modernæ † sint longè strictiores, & omnes vniones, præter illas, quæ in causam necessariam factæ sunt, comprehendere, quod idem dicit *Garz. de benef. d. cap.* 2. *nu.* 282. *cum seqq.* & melius tradit *Lotter. de re benef. lib.* 1. *quæst.*
32 29. *nu.* 17. *cum seq.* concludens, hanc necessitatem esse habere præcisam.

Quare cum in vnione, de qua hic agitur, neque necessitas talis adsit, ob quam Ecclesiæ Mediolanensis seruitium hactenus fuerit destitutum:
33 neque forma † Concilij in eadem vnione seruata reperiatur, quorum alterutrum, saltem tamen ad sustinendam illam, necessario requiritur: Domini recesserunt à decisis, vtraque parte informante.

R. P. D. CECCHINO.

Posteà S. R. E. CARDINALI.

Romana pecuniaria, seu locorum montium.

Veneris 13. *Maij* 1644.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Administrator tenetur reddere rationem suæ administrationis & restituere reliquatum, alias potest condemnari ad restitutionem rei, vna cum fructibus, quamuis ipse eos non perceperit. Epistola plenè probat contra confitentem, quando est recognita manus.

SVMMARIVM.

1 *Epistola plebè probat contra scribentem.*
2 *Bona alicuius, quando quis administrauit, potest conueniri ed reddendam rationem administrationis.*
3 *Administrator, si aliquid non fecit, ad quod tenebatur, ad id poterit condemnari, vna cum fructibus.*
4 *Quod procedit siue ipse fructus perceperit, siue non.*
5 *Epistola, quod sit scripta manu alicuius, quando non possit controuerti.*
Epistola, quod sit manu alicuius scripta, bene probatur per duos testes habentes notam manum scribentes.
Quod procedit, licet testes non viderint scribere scripturam, quam recognoscunt, si sint de illis scripturis, in quibus non adhibentur testes.
6 *Epistola, est de illis scripturis, quæ dum scribuntur non adhibentur testes.*
7 *Scriptura, bene recognoscitur per testes habentes notam manum scribentis, secundum obseruantiam Rotæ, & maximè concurrentibus adminiculis.*
8 *Actus sequens declarat præcedentem.*
9 *Epistola ab aliquo subscripta probat contra eum, perinde ac si ab ipsomet esset scripta.*
10 *Testium contrarietates, quando non sunt contra substantialia non attenduntur.*
11 *Testium dicta non sunt cauillanda, sed potius adiuuanda.*
Testes deponentes super recognitione manus alicuius, sat est, quod omnibus simul iunctis, characteribus deponant de ea. num. 11.
12 *Testes, vt à falsitate, & mendacio saluentur facienda est omnis interpretatio.*
13 *Referens non probat sine relato.*
14 *Verba enunciatiua, & ad alium finem prolata non relcuant.*
Limitatur tamen id, quando tenor scripturæ habetur in referente num. 14.
15 *Verba, quando dicantur dispositiuè, & deliberatè prolata.*
16 *Numerus pluralis saltem duo comprehendit.*
17 *Loca montium notorium est, quod æstimantur ad rationem scutorum.*
18 *Locorum Montium fructus, quales sint.*
Fructus, quando taxentur absque alia liquidatione.

DECISIO CCLXXXII.

Sententiam Rotalem R. P. D. mei Cerri, in qua D. Abbas Paulus de Angelis condemnatus fuit ad restituendum D. Episcopo Pacensi loca duo Montium, seu scuta ducenta pro eorum valore, & scuta centum pro eorumdem fructibus, confirmandam esse Domini dixerunt. Patens est enim assertio Abbatis in Epistola ad Dominum Episcopum scripta, quod ipsius currum, & equos vendiderat, & ex pretio emerat loca Montium:

A ex qua quidem Epistola A sicuti oritur plena
1 probatio in ea contentorum † in præiudicium Abbatis, *l. Publia, §. fin. ff. depos. l. cum tabernam, §. idem quæsiuit in fine, ff. de pignor. Couar. pract. quæst. cap. 22. num. 7. Rota apud Card. Caualer decis. 248. num. 3. & apud Buratt. decis. 266. num. 4. & decis. 360. num. 4.* cum alijs relatis in decis. R. P. D. mei Cerri in hac causa facta: Ita potuit Abbas actione mandati, vel negotiorum gestorum conueniri
2 † ad reddendam rationem in ea confessatorum, *Bart. in l. decem in fine, ff. de verb. obligat. Ias. in l. certi conditio, §. si nummos nu. 34. ff. si cert. pet. Surd. cons. 28. num. 50.* & insuper condemnari ad præstanda loca montium, siue illorum pretium vnà
3 † fructibus, siue loca montium emerit, siue non, *l. idemque, § si procurator, & ibi Doct. ff. mandat. Menoch. de arbitr. cas. 209. num. 32.* cum alijs alle-
4 gatis *in d. decis. R. P. D. mei Cerri*, & iure fructus perceperit, siue non. *Cardin. Seraph. decis. 1245. num. 6. Rota decis. 269. num. 2. par. 1. recent. & coram sanct. mem. Greg. decis. 50. num. 2. vbi addent. littera B. allegant concord.*

Quod autem Epistola fuerit scripta manu Ab-
5 batis, non videbatur posse controuerti cum fuerit plenè recognita per duos testes habentes notam
B manum: B quod sufficit: licet non viderint illum scribere, cum simus in ijs, in quibus testes adhi-
6 beri non solent, vt præter alios in eadem decis. R. P. D. mei Cerri allegatos de obseruantia Rotę testatur *Card. Seraph. decis. 150. num. 2. Rota diuers. decis. 343. num. 4. & decis. 570. num. 2. par. 1. & decis. 303. num. 1. par. 1. recent. Card. Mantic. decis. 25. num. 2. Card. Caualer. decis. 452. numer. 4.* iunctis
7 præcipuè adminiculis *Rota diuers. decis. 124. nu. 3. par. 2. & apud Buratt. decis. 475. numer. 7. & in Tiburtina Castrorum 4. Iunij 1608. coram bon. mem. Card. Marquemontio.* Quæ adminicula satis hic verificantur ex præcedenti mandato D. Episcopi
8 facto in personam Abbatis † præsentis, & acceptantis ad vendēdum equos, & currum, & ex subsequuta venditione equorum plenè probata ex partita libri Gabellæ, vt firmatur in eadem decis. R. P. D. mei Cerri.

Nec fides dictæ Epistolæ minuitur, quia non
9 scripta, sed subscripta fuerit manu Abbatis: sola enim subscriptio operatur, vt omnia in Epistola contenta ab ipso actualiter scripta dicantur, *Ias. in auth. si quis in aliquo num. 3. vers. sed caue, & numer. 4. C. de edend. Natt. cons. 287. nu. 4. Cephal cons. 272. num. 85. Surd. cons. 61. num. 31. Rota decis. 603. sub num. 2. par. 2. recent. & apud san. mem. Greg. decis. 454. num. 5.*

Prout nec eandem fidem minui visum fuit ex his; quæ obijciebantur contra dicta testium.
10 Nam contrarietates, seu potius varietates ab informantibus pro Abbate consideratæ, non sunt circa substantialia recognitionis, super qua deponunt. *Roman. cons. 30. num. 2. Natta consil. 96. num. 4. Rota apud sanct. mem. Gregor. dec. 194. n. 9. & decis. 248. num. 13. & decis. 351. num. 29.* Et sat est quod omnibus characteribus simul iunctis ha-
11 buerint notam manum Abbatis testium enim dicta non sunt cauillanda, sed potius coadiuuanda. *Bart. in l. de ætate num. 7. circa med. vers. sed contrarium, ff. de minor. Corn. cons. 119. num. 6. ante finem lib. 3. Alex. cons. 185. sub n. 5. lib. 7. Rota apud san. mem. Greg.*

Greg. decis. 252. num. 11. & d. decis. 351. num. 37. & decis. 488. num. 6. & 7.

Nec ex eo, quod primus testis dicat se nescire fuisse deletum ex albo Confratrum Nationis Siculæ, & tamen constet fuisse deletum, potest argui ipsum fuisse mendacem, & falsum. Possunt enim simul stare, quod re vera fuerit deletus, &
12 tamen illud ignorauerit, & sufficit quod hæc interpretatio fieri possit, vt testis à mendacio, & falsitate saluetur. *Felin. in cap. cum tu n. 13. de testibus Alex. cons. 101. num. 21. lib. 7. Bertazzol. cons. crim. 8. num. 13. lib. 1. Surd. cons. 530. num. 13. Rota apud sanct. mem. Greg. d. decis. 252. num. 11.*

Non obstat, quod dicta Epistola sit relatiua ad
13 aliam Epistolam antea scriptam, ideoque non probet non exhibito relato. Quia cum relati tenor circa venditionem, & emptionem respectiuè
14 adsit in referente, non est necessaria exhibitio relati, ex allegatis in eadem decis. R. P. D. mei Cerri, quibus addi possunt *Felin. in cap. inter dilectos, num. 7. de fid. instrum. Dec. cons. 63. nu. 6. Paris. cons. 33. num. 9. lib. 1. Ruin. cons. 31. nu. 7. & cons. 231. n. 5. & 6. lib. 1. & fuit dictum in Rom. locorum montium. 15. Maij 1611. coram bon. mem. Vbaldo seniore,* &
15 gratis dicitur verba Epistolę fuisse enunciatiua, & prolata ad alium effectum: cum imò dispositiuè, & deliberatè repetant id, quod latius in præcedenti Epistola continebatur.

Nec denique obstare videntur, quæ dicuntur de liquidatione. Quia respectu locorum montium;
16 cum Epistola loquatur in numero plurali, & sic duo saltem loca montium includat, vt vltra citatos in eadem decis. R. P. D. mei Cerri tradit *Card. in Clem. 1. §. præmissa num. 1. de supplenda neglig. prælat. Rota apud Buratt. decis. 161. num. 8.* Quatenus Abbas recuset præstare loca montium, be-
17 nè potuit fieri liquidatio iuxta † notorium illorũ pretium ad rationem scutorum centum pro loco, *Bald. in l. si fundum in fine, C. de rei vendic. Achill. decis. 22. de restit. spoliat. Card. Caualer. decis. 17. num. 1.*

Respectu verò fructuum, illis calculatis à data Epistolæ 13. Martij 1631. ad rationem minimi redditus locorum montium, scilicet scut quatuor cum dimidio quolibet anno pro vnoquoque loco
18 montium, satis iustificatur condemnatio Abbatis absque alia liquidatione. *Card. Caualer. decis. 323. num. 4. Rota in recent. decis. 58. nu. 26. par. 6.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

Duæ in hac causa coram Reuerendiss. P. D. Decano emanarunt decisiones prima sub die 17. Aprilis 1641. Altera verò die 12. Decembris eiusdem anni 1641. prima erit infra in Appendice secunda est supra in hac eadem par. 9. recent. decis. 134.

REVERENDISS. P. D. CERRO.

SACRÆ ROTÆ DECANO.

Viterbien. fideicommissi, seu attentatorum.

Veneris 13. Maij 1644.

ARGVMENTVM.

Famosissima est decisio ad dignoscendam diuiduitatem, vel indiuiduitatem sententiæ pro excludenda, vel admittenda appellatione in sententia, quæ in vna parte sit appellabilis, in alia verò non ad intellectum Aegidianæ Constitutionis, in possessorijs reicientis appellationem, quod scilicet si sententia comprehendit bona Ecclesiastica, & laicalia, cum respectu Ecclesiasticorum cesset Aegidiana, illa erit ex omni parte appellabilis vbi ex eadem causa, & actione, vnicoque decreto, & capitulo vtraque bona fuerunt petita, pluraque etiam de attentatis dicuntur.

SVMMARIVM.

1 *Causa simpliciter per Signaturam commissa efficit, vt omnia medio tempore gesta sint attentata, quamuis fuerit actum remedio,* l. fin. C. de ædict. Diu. Adr. toll.

Appellatio licet de iure non esset recipienda, nihilominus si Signatura illam admisit signando commissionem simpliciter, causat attentata in eo, quod post sententiam fuit innouatum num. 1. & 2.

3 *Causa per Signaturam simpliciter commissa, si altera pars non institit pro reformatione commissionis, sed ea fuerit vsa, dicitur affecta appellabilis, non solum ex rescripto Signaturæ, sed etiam ipsius partis consensu.*

Aegidiana etiam in casibus in quibus locum habere solet, cessat si causa fuit ex partium consensu affecta appellabilis. num. 3.

4 *Aegidiana non habet locum contra Clericos, & hoc ex defectu potestatis. nu. 10.*

5 *Seminaria non possunt recipere nisi Clericos.*

6 *Habitans in Ciuitate præsumitur scire ea, quæ ibi publicè fiunt, & inspiciuntur.*

Amplia conclusionem fortius procedere in sanguine coniuncto. num. 7.

8 *Scientiam aliud est esse præsumptam, aliud verò illam oriri ex coniecturis, & præsumptionibus.*

Scientia verò probatur etiam coniecturis, & præsumptionibus. num. 8.

9 *Attentata ad inducenda sufficit scientia elicita se notorietate facti, & vrgentissimis coniecturis.*

11 *Aegidiana cum non possit ligare Clericos, nihil refert an clericatus deueniret ad notitiam partis, vel non.*

12 *Scientia, vel ignorantia non requiritur vbi vis non stat in facto, seu voluntate partium sed in lege.*

13 *Ignorantia in attentatis excusat quidem à pœna, non autem impedit illorum reuocationem.*

14 *Attentatorum vitio subiacent quæcumque fuerunt gesta ab impetrante contra prohibitionem iuris, vel superioris.*

15 *Attentata quoties ex aliqua æquitatis causa non reuocantur per viam priuilegiatam attentorum, nihilominus reuocari debeat officio Iudicis per viam nullitatis, & num. seqq.*

17 *Aegidiana Constitutio intrare non potest vbi res controuersa, est sub dominio Ecclesiæ, quamuis agatur in possessorio, & de solo dominio vtili inter laicos.*

18 *Aegidiana cessat etiam super bonis merè laicalibus, vbi eadem causa, & actione fuit petita immissio super omnibus bonis, eoque vnico decreto, & Capitulo concessa.*

Sen-

Sententia pars appellabilis trahit ad se partem non appellabilem, vbi tota actio eodemque capitulo continetur. num. 18.

19 *Sententia vbi corpora sunt distincta, & separata diuidi potest ratione materiæ, & sic in parte executionem habere, & in alia appellatione admittere.*

Intellige conclusionem procedere eo in casu, quo fuerit lata per capita separata, vel petantur res ex diuersis causis, & actionibus, secus si illa sit omni ex parte indiuidua. num. 20. & seqq.

22 *Indiuiduitatem sententiæ operatur conceptio illius sub vnica verborum structura.*

23 *Sententia vnica verborum structura concepta, si est in vna parte appellabilis, remanet appellabilis in totum.*

24 *Sententiæ non diudicatur indiuidua ratione materiæ, sed ratione formæ.*

25 *Executio nulla in parte, est nulla in totum.*

26 *Dilatione ad examinandum concessa officium Iudicis conquiescit.*

27 *Sententia dicitur nulla si fuit lata extra diem citationis, & sequentem.*

Sententia nulla non cadit sub Aegidiana. nu. 27.

28 *Termini substantiales vbi fuerunt seruati, tunc omnes dilationes dicuntur reuocatæ, intellige, vt numer. seq.*

29 *Iudex non potest reuocare dilationem ad examinandum concessam si pars petijt terminum ad conficiendum interrogatoria, cum dicatur consensisse.*

30 *Stylum non sufficit probare in genere, sed probari debet in loco præciso, & de actu controuerso.*

31 *Citatio ad sententiam remanet circumducta si post illam intimetur examen, & pars petijt terminum ad conficiendum interrogatoria.*

*Amplia conclusionem procedere etiam quod in petitione termini fuerit apposita clausula, sine præiu*dicio citationis ad sententiam. *num. 32*

33 *Attentata opponuntur etiam in tertia instantia, quamuis Iudex secundæ pronunciauerit super meritis, si pars sententiæ non acquieuit, sed ab illa appellauit.*

DECISIO CCLXXXIII.

PRætendentibus Ignatio, & Vicentio fratribus bus de Brunis, possessionem bonorum, de quibus agitur, captam à Francisco altero fratre, pendente termino ad appellandum; esse attentatam proposui dubium sub die 16. Iunij præteriti, An constaret de attentatis, quod tunc fuit negatiuè resolutum; sed hodie reproposita causa super eisdem, ex multis nouiter deductis fuit recessum à decisis, & pro attentatis responsum.

Quia licet actum fuerit in remedio *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll.* in quo Aegidiana prohibet appellationem sicut in quolibet alio possessorio. Signatura tamen Iustitiæ commisit causam appellationis simpliciter, cuius rescriptum retrotrahitur ad diem sententiæ, & operatur effectum
1 suspensiuum, † perinde ac si ab initio fuisset admissa appellatio, adeoque facit, vt omnia medio tempore gesta sint attentata, vt sæpius dixit *Rot. in recent. decis. 136. num. 7. par. 6. coram bon. mem. Burato decis. 902. num. 2. coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 96. num. 4. & in Leodien. Beneficij 4. Iuly 1642. & 1. Iulij 1643. coram R.P.D. meo Bichio.* Etiamsi
2 aliàs appellatio † non esset recipienda; *Lancell. de de attent. par. 2. cap. 12. lim. 6. num. 36. cum seqq. Adden. ad Buratt. d. decis. 902. num. 6. Rota coram D. Vrgellen. decis. 240. num. 3.* & latè fuit dictum in *Meleuitana Marescialla tus 10. Iunij 1642. coram Reuerendissimo D. meo Decano.*

Quæ conclusio facilius est recipienda in hoc casu, cum altera pars non solum non institerit pro reformatione commissionis, sed illi consenserit, vtendo, & citando ad dicendum contra, adeout causa fuerit effecta appellabilis, nedum, vt dictum est ex rescripto Signaturæ; sed etiam
3 ex consensu partis, † qui operatur, vt intret appellatio, & cesset Aegidiana etiam in casibus, in quibus illa locum haberet, & causa non esset appellabilis, *Lancellot. vbi supra par. 3. cap. 24. quæst. 31. num 9. Nicell. super Concord. glos. numer. 26. in fin. vers. duodecim moderatur, & numer. 27. inter tract. magnos tom. 18. fol. 192. Acchill. decis. 8. numer. 2. de appell.*

Sed vlterius aduertebant DD. hoc casu verè non intrare Aegidianam, cum Vincentius, & Ignatius rei conuenti essent Clerici, quos certum
4 est, † à dicta Constitutione non ligari ob defectum potestatis illius Conditoris, vt perpetuo tenuit Rota, & signanter in *recent. decis. 32. numer. 2. par. 1. & coram Burat. decis. 315. num. 6. & in Auximana prætensi fideicomm. 21. Iunij 1640. coram me.*

Nec fuit habitum in consideratione, Signaturam commisisse causam simpliciter, ex quo sibi constitit de Clericatu, qui nec Parti, nec Iudici exequenti innotuerat, adeout proinde non possint dici attentata quæ à Parte, & Iudice de Clericatu non informatis antea fuerunt gesta.

Quia responsum fuit, scientiam Clericatus in Francisco plenè probatam fuisse ex arctissimo sanguinis vinculo, & ex cohabitatione cum fratribus tam ante, quàm post susceptum ordinem Summario Ignatij, & Vincentij num. 4. Et ex qualitate actus non momentanei, nec clandestinè gesti; sed Clericatus palam, & publicè suscepti, ac habentis tractum successiuum, & fortius ex eo, quod erat notorium in Ciuitate Viterbij, & Ignatius, ac Vincentius præsente, ac vidente Francisco eorum fratre morabantur in
5 Seminario dictæ Ciuitatis,† in quo non nisi Clerici recipi possunt iuxta præscriptum sacri Concilij Tridentini *sess. 23. cap. 18. de reformat.* Continuoque, ac publicè in tonsura, & habitu clericali inseruiebant Diuinis officijs in Ecclesia Cathedrali, & alibi, adeout proinde non possit huius rei allegari ignorantia cum omnis habitans in
6 Ciuitate præsumatur scire ea, † quæ ibi publicè fiunt, & inspiciuntur, *cap. quanto de translat. Episc. Surd. decis 265. num 59.* & in his terminis *Rota in Romana bonorum 22. Aprilis 1641. & in Romana Saluiaui, seu attentatorum 29. Maij 1643. coram R.P.D. meo Carrillo*, quod fortius procedere in
7 sanguine † coniuncto consuluit *Fab. de Anna consf. 103. num. 16. lib. 2.* ex quibus omnibus, nedum scientia præsumpta, sed vera, & concludens probatur, cum aliud sit scientiam esse præsumptam, aliud oriri ex coniecturis, & præsumptionibus,
8 ex † quibus scientia vera probatur, vt aduertit *Rota coram Card. Seraphino decis. 1459. num. 4. & 5.* & fuit dictum in *Romana Saluiani de Casalibus 21. Iunij*

Iunij 1641. §. *Nec subsistere dictum fuit, & in Romana diuisionis eiusdem anni, vers. præsertim quia, coram me.* Et in his terminis, quod ad inducen-
9 dum attentata sufficiat scientia elicita † ex notorietate facti, & vrgentissimis coniecturis admisit Rota in dictis Romana bonorum, & Romana Saluiani, seu attentatorum.

Vlterius poterat considerari ad hunc effectum non attendi scientiam, vel ignorantiam, quia cum
10 Aegidiana tamquam Constitutio Laicalis † nequeat comprehendere Clericos ex defectu potestatis, iuxta *vulg. cons. Honded. 20. num. 5. & numer. 10. lib. 2.* semper à Rota probatum, exclusio non pendet ex facto, aut voluntate partium: sed ex propria incapacitate, & defectu potesta-
11 tis in constituente, † circa quem non attenditur scientia, vel ignorantia, sicuti nec consensus vel dissensus partium, aut Iudicis, vt dixit *Rota in Romana bonorum 10. Ianuarij 1643. coram R.P.D. meo Ghisilerio*, vbi enim vis non stat in facto, & voluntate partium non attenditur, quod ipse sci-
12 uerit, vel ignorauerit, vt in simili dixit *Rota in recent. decis. 343. num. 4. 5. & 6. par. 6.*

Et in omnem casum huiusmodi ignorantia licet etiam fuisset probata, quod negatur ex supra-
13 dictis, † excusaret tantummodo à pœna, sed non impediret reuocationem attentatorum, iuxta opinionem Rotæ, *vt in Valentina præceptoriæ 10. Maij 1627. coram bon. memor. Card. Virili*; Gesta
14 enim ab impetrante contra prohibitionem Iuris, vel Superioris subiacent vitio attentatorum, vt fuit dictum in *Gerunden. Beneficij 11. Februarij 1620. coram bon. mem. Coccino, & in Vicentina Parochialis 2. Decembris 1624. coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo, & in Tarraconen. Beneficij 20. Nouembris 1620. coram Eminentiss. D. Card. Pamphilio*, & reuocantur, si non ex priuilegio, & per viam at-
15 tentatorum, † saltem officio Iudicis, & per viam nullitatis, vt optimè distinguit *Lancell. de attent. par. 2. cap. 10. num. 51. ante finem, vers. nisi captatur, Cæsar de Graff. decis. 2. num. 5. de appell.* vbi quod
16 Rota passim † sequitur hanc distinctionem, *Card. Seraph. decis. 223. num. 3. Rota in recent. decis. 513. num. 8. par. 1. & coram Burat. decis. 72. num. 3. & san. mem. Greg. decis. 339. num. 4. & ibi Add. num. 6. D. Vrgellen. decis. 177. num. 5.*

Præterea Aegidianæ locus esse non potest, cum inter bona controuersa adsit vinea existens sub proprietate, & directo dominio Ecclesiæ S. Mariæ in Via lata, respectu cuius sicuti certum est,
17 quod dicta Constitutio vti laicalis † intrare non potest quamuis agatur in possessorio de solo dominio vtili inter Laicos, vt articulo discusso, firmauit Rota in illa celebri *Romana Domus de Scappucys coram bon. mem. Coccino impress. post Pacif. de Saluian. Interdict. in ordine decis. 258.* quam Rota sequuta est in alijs pluribus decisionibus cumulatis à *Moderno Perusino de manut. obseruat. 8. num. 66.* Ita etiam cessat respectu aliorum bonorum, & corporum in sententia comprehenso-
18 rum; † dum enim Vinea fuit petita ex eadem causa, & actione, eodemque decreto, & capitulo, fuit super omnibus concessa immissio, consideratur tamquam vnita cum alijs, & sententia remanet in totum appellabilis, quia pars appellabilis trahit partem non appellabilem, *Franch. in cap. si duobus num. 7. de appell. Alber. in l. etiam, §. primo num. 3. ff. de minor. Contard. in l. vnic. lim. 24. num. 10. C. si de moment. poss. cum alijs congestis per Giurb. decis. 101. num. 1. & 2.*

Nec releuat quod vbi corpora sunt distincta, & separata sententia diuidi possit ratione mate-
19 riæ de sui natura diuiduæ, † & sic excludi possit appellatio respectu huius prædij Ecclesiastici, & admitti respectu aliorum corporum non Ecclesiasticorum, quæ dictæ Constitutioni subijciuntur per *text. in d. l. etiam, §. primo, ff. de minor. Roman. cons. 281. num. 2.* Quibus auctoritatibus inhærendo Rota firmauit hanc conclusionem *in Bononien. de Manzolis 16. Februarij 1629. coram bon. mem. Coccino, quæst. decis. 257. num. 1. cum duob. seqq. post dictum tract. de manut.*

Quia conclusio procedit, & intelligitur vbi sententia est aliquo modo diuidua, quando scili-
20 cet lata est per capitula separata, † vel petuntur res ex diuersis causis, & actionibus, in quibus terminis loquitur *text. in dicta leg. etiam in quo tantum, se fundant Roman. & Rota in d. Bononien. de Manzolis*, vt egregiè explicant *glos. in d. l. etiam, §. primo, in verb. Audiendus, vers. Dic ergo, & ibidem Bart. num. 1. & Alberic. num. 3. per tot.* & in his terminis loquitur etiam *Rota coram Card. Caualer. decis. 484. sub num. 2. vers. nam fuit responsum, & num. 3.* ibi, *quia tot censentur sententiæ, quot sunt capitula, & san. mem. Gregor. decis. 552. num. 1.* ibi, *quia cum sit lata in diuersis terminis, quæ diuersis ex causis prætendebantur debitæ &c.* At secus est, quando
21 sententia est omni ex parte indiuidua, † prout hæc tam ratione actionis intentatæ, cum pro omnibus bonis fuerit intentatum remedium *l. final.* quę vnitas reddit sententiam indiuiduam, *vt post Bart. Angel. & Imol. benè Gabr. cons. 56. numer. 2. & seqq. lib. 1.* qeam ex voluntate partium res omnes
22 vnico libello petentium, † & Iudicis vnica sententia, & per vnum capitulum vnica verborum structura conceptum pronunciantis, quod pariter operatur indiuiduitatem sententiæ *Bursatt. cons. 176. sub num. 39. lib. 2. Afflict. dec. 218. num. 40. Hect. Capic. Latr. decis. 83. num. 10. & 11. per tot. Put. decis. 315. num. 4. & 5. lib. 1. in correct. Rot. in recent. decis. 63. num. 5. par. 3.* Hoc enim casu si sententia in vna
23 parte est † appellabilis, remanet appellabilis in totum ob sui indiuiduitatem, vt præter *Franch. Contard. & Giurb. supra allegatos*, ita in specie concludunt *Nicell. in d. concord. glos. nu. 384. & Turret. cons. 45. num. 15. & seqq. lib. 2. & clarius Costa de ration. rat. quæst. 137. num. 26. & 27.* & in effectu idem voluit *Put. in citat. decis. 315. num. 3. cum seqq.* Nec vlla habetur ratio isto casu, quod materia sit diuidua, quia sententiæ indiuiduitas non desumi-
24 tur, neque consideratur ratione materiæ, sed ratione formæ, quæ de sui natura est indiuidua, vt distinguit *Salicet. in l. 2. circa med. versic. sed contra istam glos. vsque ad fin. C. de re iud. Rota Bononien. diuers. decis. 58. num. 11. & Rota nostra a decis. 221. num. 2. par. 2. & decis. 356. num. 2. vers. præterea, inter impress. post. 2. vol. cons. Farinac. cum alijs adductis in Romana diuisionis 10. Iunij 1641. coram me.*

Nullamque hic articulus recipit dubitationem, cum non agitur simpliciter de admittenda appellatione, seu committenda executione; sed de executione iam facta, quo casu Rota sequitur

dictam

dictam decis. Afflict. 218. quod executio nulla in
25 parte † sit nulla in totum, vt distinguendo admisit *Rota in d. Bononien. de Manzolis num.* 5 *& decis.* 323. *num.* 4. *& decis.* 334. *num.* 28. *post. dicto tractat. Modern. de manuten. & in alijs relatis per Gratian. disceptat. forens. cap.* 162. *num.* 20. *cum seqq.*

Et in hanc sententiam facilius iuerunt DD. quia sententia fuit lata, nedum pendente dilatio-
26 ne concessa ad examinandum, † qua durante officium Iudicis conquiescit, *l. siue pars, Cod. de dilat. Ias. in l. qui pro Tribunali, num.* 38. *ff. de re iud. Rot. in recent. decis.* 173. *num.* 5. *par.* 1. *& decis.* 521. *num.* 2. *par.* 5. *& coram Card. Caual. decis.* 42. *numer.* 5. Sed etiam extra terminum citationis, quia citatio cadebat sub die 26. Iunij 1641. & tamen ex actis colligitur, quod nec dicta die, nec in sequenti
27 fuit lata sententia, & sic tamquam nulla ex defectu citationis non cadit sub Aegidiana, *Rot. in recent. decis.* 18. *numer.* 1. *par.* 1. *& decis.* 88. *num.* 1. *par.* 6.

Nec releuant adducta pro saluandis his nullitatibus; Quatenus enim pro defensione primæ dicebatur fuisse seruatos terminos substantiales,
28 per † quorum seruationem de stylo Rotæ omnes dilationes censentur reuocatæ, vt fuit dictum in alia decisione, placuit responsio id intelligi de dilationibus præteritis, & antecedentibus, non autem de futuris, præsertim quia stylus Rotæ non potest huic casui applicari, vbi pars petijt
29 terminum ad conficiendum interrogatoria. †Cũ enim ex hac petitione censeatur tacitè dilationi consensisse, non potest Iudex illam reuocare, *Butr. in cap. Significasti, num.* 16. *vers. fallit tertio, & ibidem Franch. colum.* 4. *vers. limita tamen, de appel. lat. Gabr. de dilat. concl.* 1. *num.* 10. Tum demum, quia causa non agebatur in Rota; sed in Tribunali A.C. coram quo non docetur, seruari hunc sty-
30 lum, prout opus esset ad hunc effectum, † cum non sufficiat probare stylum in genere, nisi probetur in loco præciso, & in specie actus controuersi, vt consuluit *Surd. cons.* 74. *num.* 13. *Cæsar de Grass. decis.* 6. *num* 5. *de præben.* & dictum fuit in *Romana Grari* 13. *Nouembris* 1641. *coram me*.

Quod autem dicitur, sententiam fuisse latam intra terminum pro seruato habitum, vigore cuius retrotrahi solet ad diem citationis, nihil releuat, quia cum ante prolationem sententiæ fuisset intimatum examen pro die, & hora certis & pars petijsset terminum ad conficienda interrogatoria, & ob id testes examinari non potue-
31 rint. † Citatio ad sententiam, & terminus pro seruato habitus ex his remanserunt circumducti, & sententia sub illis lata, fuit nulla, vt in praxi testatur *Salust. Tiber. lib.* 2. *cap.* 40. *per tot. Gratian. discept. forens. cap.* 156. *num.* 37. *& seqq. Rota decis.* 292. *post d. Modern. de manut. & in Romana pecuniaria, seu restitutionis in integrum post Fenzon. ad statut. Vrb decis.* 161. *vers. nam & si*. Et in fortioribus terminis vbi scilicet dictum fuerat, sine præ-
32 iudicio termini pro seruato habiti, † quod nihilominus citatio, & terminus circumducantur, & sententia remaneat nulla, *Gratian. discept. forens cap* 438. *num.* 1. *cum seqq. Add. ad Gregor. decis.* 140. *num.* 17. *Rota in Mediolanen. Decimarum coram bon. mem. Cardin. Pamphilio, quæ est apud Marchesan. de commiss. par.* 3. *fol.* 21. *num.* 2. *cum alijs à d. Moder. Perus. relatis obseruat.* 102. *num.* 32.

Denique non releuat Iudicem secundæ instantiæ, reiectis attentatis, pronunciasse super negocio principali, & ideo de illis amplius opponi
33 non posse; † Quia cum isti de Brunis, qui passi sunt attentata semper insteterint pro illorum reuocatione, nec vnquam illis renunciauerint; quinimmò appellauerint ab eorum reiectione, & Signatura commiserit causam in Rota cum facultate reuocandi in primis, & ante omnia attentata; reuocanda videntur, non obstante, quod Iudex secundæ instantiæ, illis omissis, pronunciauerit super negocio principali, cum non reuocando attentata, illos grauauerit, *Rota coram san. mem. Gregor. decis.* 91. *num.* 7. *& coram Buratto decis.* 72. *num.* 4. *vsque ad finem, & in recent. decis.* 79. *sub num.* 2. *par.* 2. & latè *decis.* 75. *num.* 6. *cum duobus seqq. par.* 6. *recent.*

Et ita vtraque parte informante fuit resolutum.

R. P. D. CORRADO

Postea S. R. E. CARDINALI.

Anconitana Mannæ.

Veneris 13. *Maij* 1644.

ARGVMENTVM.

Aegidiana Constitutio de solemnitatibus in contractibus minorum adhibendis, an habeat locum in contractibus a Mercatoribus Minoribus celebrandis, & additio Cardinalis Carpensis ad d. Constitutionem, quod non intret ea, quando Minor est mercator, qualiter veniat intelligenda Limitatio non potest inducere ampliationem. Ad factum præcise præstandum, quando quis cogi possit.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum procuræ probatur ex instrumento.*
2 *Instrumenta inter partes habent vim legis.*
3 *Instrumenta inter partes habent vim rei iudicatæ.*
4 *Tutor testamentarius debet confirmari a Iudice.*
5 *Agnationis bonæ fidei effectus transit etiam ad hæredes.*
6 *Tutor, quando teneatur fideiussores idoneos dare, etiamsi sit testamentarius.*
7 *Tutor, quando est testamentarius, quo casu non teneatur dare fideiussores quamuis statuto caueatur, vt præstetur talis fideiussor.*
8 *Confessio, & declaratio, quando sit sufficiens ad aliquem obligandum.*
9 *Aegidiana Constitutio circa solemnitates, an sint seruandæ in contractibus minorum, si sint Mercatores, & minores 20. annorum.*
10 *Aegidiana Constitutio non compræhendit minores, qui publicè exercent mercaturam.*
11 *Constitutio Aegidiana attentè considerata, non videtur posse applicari Mercatoribus ipsis, quoad eorum proprios contractus.*
12 *Sagax, & industrius quando quis est, aliorum auxilio, & prudentia non eget.*

13 *So-*

DECISIO CCLXXXIV.

Conuenit Marinus de Fanis coram A.C. Petrum de Petrobellis Mercatorem Anconitanum filium, & hæredem Pauli ad reddendam rationem Mannæ eisdem hæredibus consignatæ ad effectum eam vendendi; Et mandatum obtinuit ad factum pro redditione rationis petitæ, à quo interposita pro parte dicti Petri appellatio per Signaturam mihi commissa fuit cum clausula, *si quid exequendum*: Quare proposito hodie dubio, An dictum mandatum A.C. sit exequendum, Domini affirmatiuè responderunt.

Nam illius validitas non controuertitur; Iustitia verò probatur ex publico Instrumento inter partes celebrato die 3. Decembris 1613. in quo hæredes dicti Pauli confessi fuerunt recepisse à dicto Marino capsas viginti vnã, & cados viginti duos Mannæ, quas idem Marinus asseruit esse ponderis librarum nouem milliũ æstimatæ pretio ducat. bis mille centum septuaginta duorũ, ea lege adiecta, *con patto espresso, che venduta, che sarà detta Manna, ò parte di essa dalli detti Signori heredi, ò da altri per loro, siano tenuti, & obligati consignare al detto Sig. Marino la sua parte per rata del speso da lui.* Quod etiam in hac parte fuit repetitum, & confirmatum in alio Instrumento sub die 28. Aprilis 1614. & in vtroque partes se obligarunt ad obseruantiam conuentorum sub ampliori forma Cameræ Apostolicæ.

Ex quibus sane Instrumentis iustificatur dictum
1 mandatum,† vt dixit *Rot. in Romana Census 27. Ianuarij 1603. coram bon. mem. Cardin. Sacrato, & in Esina Pecuniaria 9 Iunij 1614. coram bon mem. Cardin. Caualerio in recent. decis. 60. sub num. 1. & decis. 620.*
2 *num. 1. part. 1.* Illa enim inter ipsas partes vim† legis habent, vt inquit *Bald. in cons. 215.* Proponitur, quod Inuestituræ antiquæ *sub num. 3. vers. quia vbi est casus Instrumentorum, &c. lib. 2. Crauett. cons. 31. sub num. 7. vers de alijs, & cons 317. sub num. 1. Caph. consil. 480. num. 10. & cons. 520. num. 8. Becc. cons. 74. num. 19 Surd. cons. 134. num. 3. Rot. penes bo. me. Card. Mant. decis. 47. sub num. 2. & decis 302. sub num. 2. &*
3 rei† iudicatæ *Bald. in cons. 233. sub Instrumenta sub num. 1. vers. quia Instrumenta lib 1. Dec. cons 582. In causa Dominæ Lucretiæ à num. 1. & seqq. Cephal. consil. 218. sub num. 2. & cons. 651. sub num. 10. Surd. consil. 180. sub num. 7. Rot. decis. 446. sub nu. 2. & dec. 771. sub num. 1. par. 2. recent.*

Non obstat, quod non fuerint celebrata cum ipsis hæredibus, sed cum Andrea Saronio.

Quia, primum illud sub die 3. Decembris anni 1613. fuit celebratum cum eisdem hæredibus, vt ex eo apparet; Alterum autem 28. Aprilis 1644. fuit quidem celebratum cum dicto Saronio, sed nominibus eorundem hæredum, quorum Tutor, & respectiue Curator generalis à Paulo eorum patre in eius testamento 16. Martij 1612. fuerit nomina-
4 tus, ac † etiam à Iudice solemniter confirmatus (*iuxt. l. 1. in fin. ff. de confir. tut. vel curat. gloss. fin. in l. penult. C. de test. tutel.*) per publicum Instrumentum, quod fuit in processu productum, quo nomine potuit dd. hæredes efficaciter obligare, *l apud Iulianum ad fin. vers. ego puto, &c. ff. quib. ex caus. in possess. eat. Surd. decis. 297. sub num. 5. vers. pupillus enim, &c.* & in

& in istis terminis probauit *Rota in Romana laud.*
seu prætens. participat. 17. Aprilis 1617. coram bo: mem.
Buratt. inter eius impress. dec. 239. & in recent. dec. 452.
sub num. 2. vers. imo, &c. part. 4.
Præsertim agnoscendo bonam fidem erga aliũ
5 Mercatorem, cum quo fuerat contractum, † & cu-
ius effectus ad eosdem hæredes peruenerant *Rot.*
penes eumdem Buratt. decis. 49. num. 19. & seq. & de-
cis. 154. sub num. 3.
Nec officit, quod dictus Andreas non dederit fi-
6 deiussores idoneos pro administratione † tutelæ,
vt tenebatur licet testamentarius esset, ex disposi-
tione Stat. Anconæ Collat. 2. Rubr. 20.
Quia hęc fideiussio illi fuit expressè remissa per
dictum Paulum in eius testamento, in quo illum
sub amplis verbis, & prohibitionibus ab eiusmo-
7 di onere † liberauit, quo casu cessat allegata Sta-
tuti dispositio, vt in eo cauetur *in §. & dare fideius-*
sores, in vers. nisi expressè in testamento, &c.
Nec releuat, quod intentio Marini probetur ex
sola confessione de recepto per Saronum facta in
dicto Instrumento 28. Aprilis 1614.
Nam illa principaliter iustificatur ex antece-
denti Instrumento sub die 3. Decembris 1613. cum
dd. hæredibus inito, in quo ipsi declararunt eam
Mannę quantitatem ab illo recepisse, quod deinde
8 fuit repetitum, & † confirmatum in prædicto alio
subsequenti cum Sarono celebrato; Præterquam
illius confessio, ac declaratio fuisset sufficiens in
proposito casu ad illos obligandum, per ea, quæ
tradit *Rot. in d. decis. 452. sub num. 1. & 2. par. 4. re-*
cent. & infra dicetur.
Non etiam obstat, quod in dicto Instrumento
3. Decembris 1613. non interuenerint solemnita-
tes requisitæ ex Ægydiana Constitutione lib. 1.
cap. 25. quæ videntur seruandę etiam in contracti-
9 bus initis per Mercatores, † quando sunt minores
20. annis vigore *Additionis bon. mem. Cardin. Carpen-*
sis in vers. declarantes, &c.
Primo, quia Ægydiana Constitutio non com-
prehendit minores, qui publicè mercaturam exer-
10 cent, † & contrahunt super negotijs ad eam spe-
ctantibus; vt probatur, tùm ex verbis eiusdem Cõ-
stitutionis, quæ attentè considerata, non videntur
11 posse applicari Mercatoribus ipsis, † quoad eorum
proprios contractus; & negotia mercaturam con-
cernentia; Tum ex ratione, quia scilicet illi præsu-
12 muntur industrij † atque sagaces, & ideò aliorum
auxilio, & prudentia non indiget, vt præseruentur
13 à læsione, ac deceptione, qui est finis illius, ac † si-
milium Constitutionum, vt not. *Bart. in l. 1. sub n. 4.*
vers. Et eadem ratione putarem, &c. & Bald. pariter
sub nu. 4. vers. & eadem ratione dicit Bart. & alij ibid.
14 *Scrib. C. qui & aduers. quos.* Et quia aliàs publica †
impedirentur commercia, & contrahentes cum il-
lis facili negotio sub publica fide remanent de-
cepti *contr. text. in l. 1. C. de his qui ven. ætat. impet.*
quibus hanc conclusionem probauit *Roman. con-*
sil. 318. incip. Quæritur etiam, &c. sub num. 2. quem
sequuta fuit *Rot. in Romana negotiat. 5. Iulij 1576*
coram bon. mem. Robusterio, quæ habetur impressa penès
Marches. de Commiss. tom. 1. fol. 728. & in Bononien.
pecuniaria 19. Martij 1610. coram Cardin. Sacrato, ver-
sic. tertio dicebatur, &c. in recent. decis. 267. sub num. 2.
vers. tertio, par. 3. & rursùs *in decis. 322. sub num. 8.*
versic. nec facit minor ætas, &c. par. 4. recent. & com-

probat *Stracc. de mercatur. par. 3. à num. 29. & sub*
num. 39. vers. ex contrario occurrit, ac seq. & alij relati
per Virgin. Bocat. in Commentat. ad d. Constit. gloss. 7.
sub num. 32. vers. sequitur in textu, & per *Modern. Ro-*
man. in Comment. ad stat. Vrbis lib. 1. cap. 151. gloss. 7.
in Addit. à num. 291. & seqq. vers. Respondendum esse
censui, &c. & alium *Modern. Rom. discept. 279. nu. 46.*
& seqq. vers. septima conclusio, &c.
Vndè infertur, quod & Additio Card. Carpen-
sis, qua limitando prædictam Constitutionem de-
15 clarauit illam non procedere in contractibus †
celebratis per Mercatores maiores viginti annis,
qui Apothecam mercium habent, intelligenda vi-
detur in eisdem terminis, & de eisdem contracti-
bus, de quibus loquitur ipsa Constitutio, non au-
tem à contrario sensu extendenda ad contractus,
& negotia mercantilia, quæ sub illa Constitutione
16 non compræhendebantur. Tum quia hæc est † li-
mitationis, & declarationis natura, vt restringatur
ad terminos dispositionis principalis cui adhæret
leg. generaliter, §. Vxori, ibique no. *Bart. sub num. 3.*
vers. Item nota quod licet exceptio, &c. & alij ff. de vsu-
fruct. legat. Roman. cons. 498. In casu quo quæritur
sub num. 21. vers. sed respondeo, &c. Rot. penès bo: mem.
Card. Seraph. decis. 1251. num. 23. vers. Non obstat ex-
ceptio, &c. & priùs decis. 980. num. 7. & san. mem. Gre-
gor. decis. 544. num. 26. & decis. 144. sub num. 6. par. 1.
& decis. 110. num. 3. & decis. 580. sub num. 2. par. 2. &
decis. 196. sub num. 15. par. 5. ac decis. 29. sub num. 12.
17 *par. 7. recent.* Tum quia dispositio † inducta ad de-
clarationem, & limitationem alterius operari non
debet contrarium effectum, scilicet illius exten-
sionem, *l. cum tale, §. fin. ff. de condit. & demonstr. l. le-*
gata inutiliter, ff. de leg. 1. l. legata inutiliter, ff. de adim.
leg. & in proximis terminis arguit *Bald. in l. 1. sub*
num. 1. & seq. vers. ratio quia ordinatum. C. de inutil. sti-
pul. quem sequuta fuit *Rot. penès Buratt. decis. 116.*
n. 10. & seqq. vers. Quoad statutum Tudertinum, &c.
Horat. Carpan. ad Stat. Mediolan. cap. 452. sub num. 22.
in verb. ex quo habuerit annos viginti completos.
Nec ideò declaratio, & limitatio prædicta erit
inutilis, sed seruanda in contractibus communi-
bus per ipsos minores, licèt mercatores ineundis:
18 In alijs autem proprijs † mercantilibus seruanda
videtur prædicta DD. sententia ex ipsis legibus
comprobata, & communi hominum vsu recepta,
quæ per dictam Additionem censeri non debet
reuocata, iuxta ea, quæ tradit *Rom. in d. cons. 318. à*
num. 3. vers. In proposito tamen casu vsque ad fin. &
Stracc. d. par. 3. sub dicta nu. 30. vers. ex contrario, &c.
& n. seq. & comprobatur ex traditis per *Rota in de-*
cis. 776. sub num. 1. & seq. par. 2. recent.
Et licet alij Doctores existiment quod statutum
19 habilitans minores, vel filios familias † publicos
mercatores ad contrahendum, intelligi debeat
quoad contractus, qui mercaturam concernunt
nempè *Bald. in l. fin. num. 8. vers. Quæro hic statutum*
est, &c. C. ad S. C. Maced. Rom. dicto cons. 318. sub nu. 1.
& 2. Stracc. de Mercat. par. vlt. particul. 1. num. 40. ver-
sic. declarat etiam Iason, &c. & num. seq. Cassan. ad con-
suetud. Burgund. rubr. 4. § 1. in gloss. eu quel cas sub nu-
mer. 1. vers. Aduerte in hoc, &c. fol. 131. col. 3. Steph. de
Federic. de Interpret. iur. par. 3. sub num. 24. vers. Item
dixit, &c. & alij quos in hac specie inducit *Bocat.*
d. gloss. sub num. 26. vers. Quod si iste minor, &c. eum-
que alij recentiores sequuntur. Hæc tamen DD.

opinio (quicquid autument Recentiores prędicti) intelligenda videtur, quando statutum procedit
20 per † viam principalis dispositionis non autem quando per modum limitationis, & declarationis alterius, qualis est d. Additio Card. Carpensis, vt in ea legitur in dicto *vers. Declarantes locum non habere, &c.* nam hoc casu interpraetari, atque
21 restringi debet secundum † terminos illius, cui accedit *Rot. decis. 407. sub nu. 9. vers. & obstabit conclusio par. 3. recent. cum alijs supra relatis.*

Secundò, quia in omnem casum visa fuit cessare in hac facti specie omnis difficultas, quia in prædicto Instrumento 3. Decembris 1613. interuenit præfatus Saronius Tutor, & Curator testamentarius dd. hęredum, quo casu non requiruntur aliæ solemnitates in contractibus minorum, attenta dispositione statuti Anconæ Collat. 2. rubr. 42. de Contract. minor. quæ principaliter seruanda est in Instrumentis in ea Ciuitate celebratis, nam Ægy-
22 diana Constitutio non procedit in illis locis, † in quibus particularia vigent statuta disponentia de solemnitatibus in minorum contractibus adhibendis, vt fuit resolutum in *decis. 384. par. 1. & decis. 330. par. 2. diuers. ac penès Card. Seraph. decis. 343. & Buratt. decis. 333. num. 5. & seqq. vers. Secundo moti fuerunt Domini, &c.* & probat *Eugen. cons. 45. nu. 46. vers. Tertio dato, &c. & Modern. Roman. discept. 474. num. 2. & seq.*

Tertiò quia concurrit aliud Instrumentum supra relatum 28 Aprilis 1614. in quo idem Saronius prædicta omnia comprobauit, quod per se sufficiens esset contra dd. hæredes, tanquam celebratum ab eo, qui non solum Tutor, atque Curator generalis illorum erat, vt dictum est, verùm etiam totius negotij administrationem, & complementum habebat, vt Testes deponunt. Atque ideò valide potuit vtroque titulo, illos obligare, licet etiam
23 fuissent † pupilli, vt plenè hæc omnia complectens probauit *Rot. in d. Romana laud. seu prætens. participat. 17. Aprilis 1617. coram Buratt. in recent. decis. 452. sub n. 1. & seq. par. 4. vbi nu. 1.* ad rem nostrã concluditur prçmissa magis esse admittenda inter Merca-
24 tores, inter † quos bona fides debet exhuberare.

Et licet in dd. Instrumentis præfatus Saronius fuerit nominatus Curator, non autem Tutor dd. hæredum, nihil tamen id officit validitati gestorum, nam cum vtrumque haberet titulum, præua-
25 let substantia veritatis † huiusmodi dominationi, quæ plerumque confunditur, vt respondit *Rot. decis. 72. num. 3. & seqq. vers. prout non obstat, &c. & decis. 454. num. 2. & seqq. vers. sed placuit responsio, &c. par. 5. recent.*

Prædicta verò facilius procedunt, quia negotium prædictum concernebat ipsam mercaturam, quam Paulus Pater dd. hæredum in dicto eius Testamento expresse ordinauit, atque præcepit continuari, quo casu dici potest, quod quicumque huiusmodi contractus, cautiones, & obligationis emanauerint pro executione dicti præcepti, & ordinationis paternæ, seu saltem ab illa tanquam
26 sua † causa originali prouenerint; Ideoque meritò illa attenta sustineri debent, etiam si deficerent solemnitates aliàs necessariæ iux. trad. per *Alexan. in cons. 215. Ponderatis, narratis in Themate sub n. 6. & 7.* & prius *à num. 1. & seqq. lib. 6.* quem sequuta est *Rot. in decis. 172. num. 41. vers. Quare cum consensus maioris, &c. par. 7. recent.* & fuit etiam consideratum in *dicta decis. 322. sub num. 8. & decis. 552. sub num. 2. vers. Tanto magis, &c. par. 4. recent.*

27 Præterea non subsistit; quod manna † censeri debeat empta de pecunijs proprijs dd. hæredum, ex quo constat ex alio Instrumento sub die 7. Iulij eiusdem anni 1613. quod Marinus recipit à prętatis hæredibus scut. mille ducentos ad effectum illos erogandi ad commune commodum in emptione olei, mannæ, & aliarum mercium, neque probatur, An, & quam summam de proprio impedierit in emptione mannæ, de qua agitur.

Quia, cum certum sit, quod hæc mannæ quantitas, quam præfati hæredes confessi fuerunt in dicto Instrumento 3. Decembris anni 1613. recepisse à d. Marino fuerat ab eo empta, & ad Ciuitatem
28 Anconæ † traiecta præsumitur proprio eius ære comparata, iux. *l. cum proponas*, ibique notat *Bart. num. 2. & 3. vers. & multum notandum, &c. C. pro soc. Bec. cons. 113. num. 27. & seq. & Rot. decis. 220. sub numer. 4. par. 1. & decis. 569. sub nu. 2. par. 4. ac dec. 286. num. 3. par. 5. recent. ac decis. 221. num. 1. penès bo: mem. Cardin. Caualer.*

Et licèt in dicto Instrumento 6. Iulij eiusdem anni 1613. d. Marinus confessus fuerit recepisse à dd hæredibus scut. mille ducentos ad effectum ibi enunciatum; Tamen ex alio pręnarrato subsequenti 28. Aprilis 1614. constat, quod ipse consignauit eisdem hæredibus pecunias, & merces valoris ducat. 2379. quæ summa excedit aliam prædictam illi anteà solutam; Atque ideo in hoc posteriori Instrumento reseruatum fuit solum negotium mannæ, de qua agitur, & specialiter, ac distinctè ab alijs omnibus conuentum, quod facta illius venditione vnicuique partium assignetur eius portio iuxtà aliam conuentionem iam anteà super hoc initam in dicto antecedenti Instrumento 3. Decembris 1613.

Nec refert, quod receptio dd. ducat. 2379. non probetur contra hæredes, nisi ex confessione voluntaria d. Saroni in præfato Instrumento anni 1614. 28. Aprilis.

Quoniam illa sufficiens est; Tùm quia emana-
29 uit ab eorum Tutore, & Curatore, & † adminiculatur ex alijs Instrumentis antecedentibus cum ipsis hæredibus celebratis, scilicet respectu olei, ex d. Instrumento diei 3. Decembris 1613. & respectu alterius quantitatis mannę eisdem hęredibus anteà consignatæ per d. Marinum ex Instrumentis 16. Octobris 1612. & 3. Aprilis 1613. *Rot. dec. 177. num. 4. & seq. part. 2. diuers. & penès sanct. mem. Gregor. decis. 506. sub num. 1. vers. Attamen, &c. & seq. & Burat. decis. 259. num. 2. ac decis. 350. sub num. 5. par. 3. & decis. 305. sub num. 2. par. 5. & decis. 28. sub nu. 8.*
30 *par. 7. recent.* Tùm quia ab eo, qui habebat, † vt dictum est totius negotij administrationem, & complementum *Rot. d. decis. 322. sub num. 7. & seq. & dicta decis. 452. sub num. 1. & 2. part. 4. recent.*

Minùs obstat, quod Marinus non potuerit age-
31 re precisè ad factum contra † dictos hæredes sed dumtaxat ad damna, & interesse, quorum nulla præcessit liquidatio, & ideò iniustum fuerit mandatum ab A. C. relaxatum.

Nam, pro responsione distinguendi sunt duos casus; Alter scilicet, quando factum est tale, cuius præstatio, & implementum ab ipsius obligati; Alter

ter verò, quando ab alterius potestate dependet:
32 Et primò quidem † casu cogitur præcisè, quia ex natura rei promissæ relata ad personam promissoris hoc tacite actum videtur, vt notat *gl. ff. in l. stipulatio, §. opus autem in verbo, siuè* (vbi quod cogi potest præcisè ad factum per retentionem personæ, vel agi ad interesse si hoc malit stipulator, *ff. de oper. nou. nunc.* & explicat *Bald. in l. si ij) 22. sub num. 1. versic. aut intelligis C. locat.* vbi, quod cogi potest præcisè captis pignoribus, & mulcta indicta,
33 quoties † id fugerit æquitas, quia scilicet alius nesciat, vel non possit tale factum præstare, & sequitur *Parlador. rer. quotid. lib. 2. cap. fin. par. 5. §. 2. num. 6. versic. Aut vero, &c. fol. 230.* & probatur ex traditis per *Rotam Genuens. decision. 116. & per Modern. Roman. disceptat. 852. num. 25. & seqq. versicul. Verùm in casu de quo agitur, &c.* estque in Praxi receptum in Tribunali A. C. vt habetur penes *Salust. in Prax. lib. 1. cap. 58. num. 8. vers. Verum, &c.* Idque fortius pro-
34 cedit aduersus eos, † qui iure iurando se obligarunt, vt dixit *Rota penès Cardin. Seraphin. decis. 305. sub num. 3. & 4. & alij relati per Adden. ad decision. Sanct. memor. Gregor. 241. sub num. 7. versic. hoc non procedit*; Posteriori autem casu procedunt ea, quæ
35 in contrarium adducuntur, vt † benè distinguit *Rota in Perusina Dotis 5. Decembris 1607. coram bon. memor. Ortembergo sub num. 4. versic. Deinde visum etiam fuit, &c. impress. penès Marches. de Commiss tom. 2. fol. 588. & seq.* & in eisdem terminis loquitur *Rot. in d. decis. 241. à num. 1. & seqq. penès Sanct. mem. Gregor.*

Non enim visa fuit admittenda excusatio, quod in Libris dd. hæredum nulla reperiatur scripta partita hoc negotium concernens.

Quia prorsùs inuerisimilis est, cum illi tenerentur ratione officij mercaturæ, quod exercebant, & eius obligationis, quam particulariter susceperant mediante dicta conuentione, libros habere, in eisque fidelem computum prædictorum omnium describere, & ità per alios mercatores communiter seruari soleat, ideò præsumendum est idem
36 fuisse per eos factum, & in † omnem casum ipsis imputanda, & ad eorum damnum referenda esset huiusmodi negligentia, non autem præiudicare posset Marino, qui cum illis contraxit, ac eorum fidei credidit ad *leg. si quis ex argentarijs, ff de eden. Bart. in leg. 1. num. 5. versic. possumus ità dicere, &c. C. eodem titul.* & latè probat *Stracc. de mercat. part. 2. à num. 51. & seqq. versic. solent, & debent mercatores, & nu. 68. versic. si in reddenda ratione negarent, &c. Petr. de Vbald. de duob. fratr. par. 12. sub num. 5. & seq. versicul. & breuiter, &c. Soccin. consil. 24. num. 38. versic. & ideo dicunt iura, &c. lib. 1. Rot. Genuen. decis. 187. num. 2. Garz. de expens. cap. 20. num. 22. versicul. Quomodo autem administratores, &c. & num. seqq. Munoz. de Ratiocin. cap. 10. à num 1. & seqq.* Quod si de om-
37 nimoda † impossibilitate modo allegata legitimè constiterit, tunc erit locus præstationi interesse, quod, An ad sortem principalem, ducat. 2172. pretij dictæ mannæ liquidati in eodem Instrumento
38 3. Decembris 1613. † taxari debeat iuxta theoricam *Bald. in l. si traditio nu. 7. versic. quarto quæro, &c. C. de act. empt.* quam sequuta fuit *Rota decis. 741. sub num. 1. & seq. part. 1. diuersor. & in dicta Perusina dotis num. 4.* ac in alijs, vel ad aliam summam, Dominorum erit iudicium.

Non obstat tandem allegata præscriptio sexdecim annorum ex Statuto Vrbis lib. 1. cap. 158. sub rubr. de Præscript.
39 Quia (cæteris prætermissis) illa † non probatur ex computatione temporis à die 28. Aprilis anni 1614. quo fuit celebratum posterius Instrumentum prædictarum, ad diem 20. Nouembris 1632. quo Marinus incepit agere coram A. C. nam cum ille vigore præfati Instrumenti, ac etiam alterius
40 antecedentis diei 1. Decembris 1613. statim agere non posset, sed postquam manna vendita fuisset, vt in vtroque legitur, ideò ab eo tempore solùm, quo manna vendita fuit deduci posset (nisi alia obstarent) d. præscriptio, cum nec anteà imputari posset negligentia Marino, nec præsumit
41 † facta illi solutio pretij ex venditione retracti *l. vbi autem ff. de in diem addict. l. 1. in princip. versic. & quidem ff. de diuers. & temp. præscript. l. sicut §. qua ergo C. de præscript. 30. ann. Crau. cons. 201. sub num. 29. Decian. cons. 33. sub numer. 26. lib. 5. Petr. Rebuff. ad Constit. Gall. tom. 2. tit. de mercat. minutat. vendent. art. 1. gloss. vlt. sub numer. 2. vers. sexto non procedit. cum alijs relatis per Bou. de statut. Vrb. præscript. gloss. 19. num. 254. & seqq. vers. Vigesimo quinto limitatur &c.* & per *Galganet. ad d. Statut. in 7. limit. Rot. penes Buratt. decis. 511. sub nu. 2. & decis. 629. sub num. 4. & Reuerend. ff. Vrgellen. decis. 426. num. 6. & seq. & dec 407. num. 13. & decis. 425. num. 21. part. 5. recent.* Vndè meritò cum non probetur per allegantem d. præscriptio-
42 nem † initium temporis successiuè decursi ad illius complementum necessarij, eius beneficium ipsi prodesse non potest ad *l. si in diem in princip. ff. de condit. & demonstr. Bald. cons. 150.* Casus actualiter de facto emergens *sub num. 7. vers. quoniam aduertendum est &c. lib. 2. Curt. iun. cons. 181. sub num. 4. & 5. versic. nec ei potest opponi &c. Crau. d. cons. 201. sub num. 32. & seqq. vers. Rursus &c. Rot. decis. 21. à nnmer. 11. & seq. vers. Quantum attinet ad præscriptionem &c. & decision. 279. nu. 13. par. 7. recent.*

Rursus ex alio etiam non potest Petro Bellus
43 huiusmodi præscriptionis beneficio iuuari, quia scilicet debitum hoc constanter negauit, asserens d. mannam fuisse proprijs pecunijs Marino tradi-
44 tis compararam, quo casu cessat illius Statuti dispositio, quod cum præexistentiam debiti præsupponat, ac illius præsumptam solutionem inducat non habet locum ad fauorem illius, qui de-
45 bitum præcessisse contendit, vt fuit decisum in *Ianuen. Pecuniaria 20. Nouembris 1581. coram bon. mem. Card. Lancellott. sen. & in Rauennaten. Census 27. Iunij 1639. coram Reuerendiss. D. meo Decano in §. minus obstat &c. & 26 Nouembris eiusdem anni in §. nec dicatur, vers. placuit Dominis, &c.* & rursùs *in eadem 26. Aprilis 1641. coram R. P. D. meo Bichio, in vers. Quare cum Rauenna, &c.*

Et ità resolutum vtraque parte informante &c.

In eadem causa emanarunt alia decisiones coram Eminentiss. D. Card. Corrado sub diebus 11. Maij 1647. 5. Maij 1648. & 21. Iunij 1649.

R. P. D. GHISILERIO

Postea EPISCOPO TERRACINEN.

Messanen. Decanatus.

Lunæ 23. Maij 1644.

ARGVMENTVM.

Beneficia reseruata per regulas Cancellariæ optandi consuetudini non ampliùs subiacent, quamuis illa mediante indulto prętendatur roborata, dummodo in specie talis optandi consuetudo in ipsis beneficijs reseruatis non remaneat iustificata: Maximè si postquam emanauit reseruatio semper de huiusmodi beneficijs fuit per Summos Pontifices facta collatio.

SVMMARIVM.

1 *Optio non cadit in reseruatis, siue reseruatio sit generalis, siue specialis.*

2 *Optio non cadit in reseruationibus motu proprio, siue aliter quocumque modo factis.*

3 *Papa in Beneficialibus habet latissimam potestatem.*

4 *Papa reseruando beneficia, inficit totum id quod disponitur in contrarium, & derogat omnibus iuribus, statutis, & consuetudinibus optandi, & num. 7.*

5 *Reseruatio beneficiorum generaliter facta non tollit consuetudinem, aut specialem indultum optandi reseruata absque expressa illius derogatione.*

Intellige conclusionem ita demum procedere si reseruatio emanauit ad instantiam partis, secus si illa fuit facta motu proprio, per viam legis, & constitutionis generalis, num. 6. & 10. & seq.

7 *Papa reseruans beneficia nulli dubium est quod præiudicet Ordinarijs, ergo à fortiori præiudicare debet Capitulis habentibus ius optandi.*

8 *Inferior non potest derogare reseruationi à Pontifice factæ.*

9 *Reseruatio generalis facta motu proprio per viam legis, vt præiudicet consuetudini optandi non requirit clausulam,* non obstante.

11 *DD. loquentes contra communem reprobantur.*

12 *Decisiones Rotæ quidquid dicunt incidenter, & ad alium effectum non meretur attendi.*

13 *Optandi quæuis simplex consuetudo non suffragatur in beneficijs reseruatis.*

14 *Consuetudo optandi ita demum suffragatur in beneficijs reseruatis, si specialiter in ipsis probetur inducta.*

15 *Regulas reseruatorias beneficiorum omnium primus edidit Ioannes XXII.*

16 *Gratia concessa ad supplicationem partis iustificari debet quoad narrata.*

17 *Indultum in quo conceditur facultas optandi iuxta consuetudinem, & statuta Ecclesiæ cui conceditur si emanauit ad instantiam partis, an debeat iustificari, quod adfuerit consuetudo, & statutum, & sup. nu. 16.*

37 *Indulti ad iustificationem inducendam ex lapsu temporis cum obseruantia requiruntur saltem 30. anni.*

39 *Beneficium si post indultum fuit pluries à Sede Apostolica collatum, & collatio fuit executioni demandata, denotat indultum non habuisse effectum.*

20 *Indultum amittitur per non vsum, aut per vsum contrarium, & num. 21.*

22 *Capitulum habens indultum, si deinde admisit prouisos Apostolicos intulit sibi præiudicium.*

23 *Priuilegium facultatiuum si non tangit præiudicium alterius non perditur per non vsum, secus verò si contra aliorum interesse redundat.*

24 *Indultum compræhenditur sub regula Cancellariæ reuocatoria quarumcumque facultatum cuicumque concessis de disponendo de beneficijs reseruatis.*

25 *Regula Cancellariæ reuocatoria facultatum disponendi de reseruatis compræhendit etiam optionem, & facultatem optandi, & nu. 26.*

Optio est vera dispositio beneficij, & optanti nouum titulum acquirit. nu. 25. & 26.

27 *Regula Cancellariæ reuocatoria facultatum disponendi de reseruatis habet locum, quibuscumque personis fuerit facultas concessa super quacumque dispositione beneficiorum latissime sumpta.*

28 *Regula 15. Cancellariæ reseruatoria beneficiorum compræhendit etiam Capitula, Communitates, aut Collegia, & Vniuersitates, & num. 29.*

30 *Persona cui st gratia debet attendi, non illa ad cuius instantiam emanauit.*

31 *Indultum vtique compræhenditur sub regula reseruatoria beneficiorum si post publicationem dictæ regulæ de beneficijs ab indulto compræhensis semper fuit à Sede Apostolica facta prouisio.*

DECISIO CCLXXXV.

VAcante extra Romanam Curiam de mense Martij 1639. per obitum Petri Cirino Decanatu Ecclesiæ Messanen, qui in dicta Ecclesia Dignitas post Pontificalem maior existit, de eo fuit à Sede Apostolica, tanquam de reseruato prouisus D. Ioannes Castellus. Eumdem Decanatum optauit D. Mauritius Giurba antiquior Canonicus eiusdem Ecclesiæ, vigore antiquæ consuetudinis optandi, quæ dicebatur adesse in dicta Ecclesia per Summos Pontifices, & signanter Innocentium Octauum confirmata: Orta inter supradictos lite, illaque in Rota commissa Reuerendissimo D. meo Decano, informante tantum Giurba sub die prima Februarij 1641. * fuit resolutum, Decanatum illi esse adiudicandum, sub die 27. Maij eiusdem anni informante etiam Castello, recedendo à dicta prima decisione, fuit firmatum, Decanatum esse adiudicandum Castello Prouiso Apostolico: Deinde sub diebus 26. Ianuarij 1642. & 27. Iunij eiusdem anni, DD. ex nouiter in facto deductis steterunt in primo loco decisis ad fauorem Giurbæ antiquioris Canonici; Reproposita causa super eisdem coram me, subrogato in locum Reuerendissimi D. mei Decani absentis, iuxta resolutionem factam sub die 27. Maij 1641. fuit resolutum Decanatum controuersum esse adiudicandum Castello, qui cum vti reseruatum per regulam olim tertiam, hodie quartam reseruatoriam omnium dignitatum maiorum post Pontificales in Cathedralibus etiã Metropolitanis, & Patriarchalibus à Sede Apostolica impetrauerat.

Certum est enim, Prouisum Apostolicum habere fundatam intentionem in supradicta regula reseruatoria omnium Dignitatum Maiorum post

Pontificales, qualem incomfeſſo eſt eſſe Decanatum, de quo agitur, aduerſus quam regulam, licet excipiatur de antiqua conſuetudine optandi, quam prætendit Capitulum iuſtificari ex concordia, cauſa cognita, inita de anno 1168. inter ipſum capitulum Mæſſaneſi, & Archiepiſcopum, tunc temporis, corfirmata primo à Clemente Tertio de anno 1188. ſecundo à Cæleſtino Tertio de anno 1192 & ex alia concordia ſequuta de anno 1484. inter Canonicum antiquiorem, & Prouiſum Apoſtolicum de eodem Decanatu. Ex Indulto Innocentij VIII. de anno 1487. quo confirmatur, & approbatur conſuetudo optandi Decanatum, eademque facultas optandi de nouo conceditur, non obſtantibus quibuſcumque reſeruationibus, tàm editis, quàm edendis. Ex Inſtrumento optionis factæ per antiquiorem Canonicum de anno 1497. in vim conſuetudinis antiquæ & prædicti indulti Innocentiani, decem annis antea conceſſi, & demum ex Inſtrumento alterius optionis factæ, à Canonico antiquiore de anno 1503. in vim eiuſdem antiquæ conſuetudinis optandi, & priuilegiorum Apoſtolicorum.

Attamen, cum optio non cadat in reſaruatis,
1 ſiue † reſeruatio ſit generalis, ſiue ſit ſpecialis, *vt tradit Anchar. & DD. in cap. fin. numer. 1. & col. fin. verſ. quæro de conſuet. in 6. in princip. & ibi Gemin. in §. in præben. num. 3. Franch. num. 6. Rota deciſ. 4. de conſuet. in nou.* & quamuis dictus textus ad litteram, ibi *in præbendis verò apud Sedem Apoſtolicam vacantibus*, & dictæ deciſ. loquantur de reſer-
2 uatione ratione vacationis in Curia, † idem etiã locum habet in alijs reſeruationibus quibuſcumque motu proprio factis. *Cald. conſ. 3. de conſuet. Card. conſ. 16. num. 6. Gemin. conſ. 30. ſub numer. 4. verſ. ad ſecundum Rota deciſ. 2. de conſuet. in nou. & deciſ. 1. num. 7. de rer. permut. pariter in nou.* Non potuit collatio Apoſtolica impediri ex ſupradicta
3 conſuetudine optandi Decanatum, quia Papa in Beneficialibus habet latiſſimam poteſtatem *cap. 2. de præben. in 6.* & reſeruando afficit beneficia, & inficit totum quidquid diſponitur in con-
4 trarium, & derogat omnibus iuribus, & ſtatutis, & adimit omnem poteſtatem conferendi, & ſic tollit iura quæ dant poteſtatem optandi, vt in terminis firmauit *Rota apud Mohedan. in Mediolanen. Optionis deciſ. 27. de præben. apud Fut. deciſ. 4. lib. 2. in correct.* quas poſtea ſequuta fuit *Rota deciſ. 542. num. 2. & 643. in fin. par. 4. diuerſ. coram ſan. mem. Gregor. XV. deciſ. 473. num. 2. in recent. deciſ. 142. num. 3. & 4. par. 2. in Aquileien. Optionis 14. Aprilis 1636. coram bon. mem. Motmanno, in Mediolanen. Canonicatus 4 Iulij 1636. coram, me,* quam poſtea approbauit *Rota coram bon. mem. Pirouano in Ferrarien. Præbendæ 11. Maij 1637. quæ eſt deciſ. 608. n. 9. par. 5. recent.*

Nec facit, quod reſeruatio generalis benefi-
5 ciorum non tollat conſuetudinem, aut ſpeciale Indultum optandi reſeruata abſque, expreſſa illius derogatione *Zabarell. conſ. 16. num. 4. verſ. intelligendo tamen, Gemin. conſ. 30. numer. 3. Calder. conſ. 3. num. 2. verſ. quia poſſet dici tit. de conſuet. Rota in Vrgellen. Optionis 10. Iunij 1611. coram bon. me. Remboldo, & in alia Vrgellen. Sacriſtiæ 3. Iunij 1624. coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo, cum alijs relatis in dictis duabus deciſionibus in hac cauſa factis coram Reuerendiſſimo D. meo Dunozetto, nempe in §. quamuis enim reſpectu deciſionis ſub die 27. Ianuarij 1642. & in §. cum enim reſpectu vltimæ ſub die 27. Iunij eiuſdem anni*, quia DD. placuit diſtinctio cum qua, alias Rota proceſſit, quod aut reſeruatio eſt ſpecialis facta ad ſupplicationem certæ perſonæ, & tunc opus eſt expreſſa derogatione; Ex quo Papa ad gratificandum, vni non præſumitur velle præiudicare cæteris habentibus ad ſui fauorem priuilegium, aliquod vel conſuetudi-
6 nem legitimè præſcriptam, † Aut reſeruatio emanauit motu proprio per viam legis, ac conſtitutionis generalis, & tunc reſeruatio generalis, etiam abſque alia expreſſa derogatione, abrogat omnẽ præcedentem conſuetudinem in contrarium, *vt firmant ſupradicta deciſiones 643. num. 1. & 2. par. 4. diuerſ. & Aquileien. Optionis 14. Aprilis 1636. coram bon. mem. Motmanno*, eo quia Pontifex, per viam legis reſeruans generaliter, intendit præiudicare omnibus Collatoribus inferioribus, & ſicut non dubitatur, quin præiudicet Ordinarijs, quoad ius conferendi, certè nec etiam poteſt dubitari, quin præiudicet Capitulis, habentibus Ius optandi ex facultatibus ſibi communicatis ab eiſ-
7 dem Ordinarijs, † & per conſequens abrogat omnes leges, & ſtatuta præcedentia, adimitque omnem poteſtatem conferendi; Ita ut cenſeatur penitus abrogata quæuis conſuetudo, & ſublatum quodcumque Ius eius vigore antea, competens, in propoſito caſu, Capitulo, & Canonicis, ac alijs quibuſcumque *iuxta text. in d. cap. fin. §. in præben. de conſuet. in 6.* Huic autem generali reſer-
8 uationi habenti vim legis, & conſtitutionis non poteſt derogare inferior, optando, vel alias diſponendo; *Vnde Aeneas de Falcon. in tractat. de reſeruat. quæſt. 4. effect. 5. ſub num. 2. verſ ſecundo caſu principali*, concludit non eſſe neceſſariam clauſu-
9 lam, *non obſtante*; quia ſatis ineſt ex natura illius reſeruationis, & hanc ſententiam approbauit *Rota in recent. deciſ. 614. à nu. 2. vſque ad fin. part. 2. in d. Aquileien. Optionis coram bon. mem. Motmanno*, & alij relati *per Gonzal. ad regul. 8. gloſ. 34. num. 1. & ſeq. & comprobat Garz. de benefic. par. 5. cap. 1. ſub num. 458.* vbi quod non refert, quod in regula non fiat mentio, & derogatio obſeruantiæ, & conſuetudinis præteritæ, quia illa non eſt vllius conſiderationis, ſtante interruptione per ſingulos Pontifices renouantes regulam. Adducti verò in ſupradictis deciſionibus loquuntur in ter-
10 minis reſeruationis ſpecialis, † ſeu mandati de prouidendo facti in fauorem certæ perſonæ in quibus terminis procedit diſpoſitio *tex. in cap. fin. de conſuet. in 6.* & ij qui loquuntur extra illius ter-
11 minos, loquuntur contra commuuem, † & idcirco iure merito expreſsè reprobantur. Quia *Card. conſ. 16. num. 4. reprobatur ab Aenea de Falcon. q. 4. de reſeru. effectu 5. num. 3. verſ. & per hoc dico, Staphil. reprobatur à Garz. cap. 1. §. 10. ſub num. 550. circa fin. Cald. pariter reprobatur ab Aenea de Falcon. vbi ſupra num. 3. verſ. ſed bene verum eſt, etiam à Garz. de benef. loco ſupra cit. numer 452. verſ. ſecunda eſt difficultas*, qui dicunt *Cald.* nimis adaucter loquutum fuiſſe *Gemin. in alleg. conſ. 30. numer 8.* tenet pro hac parte ſicuti etiam *Garz. loco ſupracitato Gonzal. gloſ. 34. num. 6.* loquitur in caſu ſpecificæ conſuetudinis optandi reſeruata qualis non

non est ista. *Decisiones vero in Vrgellen. Optionis coram bon. mem. Remboldo, & in Vrgellen. Sacristiæ coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo*, pariter non obstant cum ex earum lectura probentur fundadatę in eo quod non erat probatum, Beneficia esse liberæ Collationis Episcopi; Itaut intraret reseruatio regulæ reseruantis beneficia vacante Sede Episcopi, & dum fundantur *in Eugubina Canonicatus coram eodem Manzanedo*, in qua tamen apparet articulum fuisse habitum pro dubio, & Rotam iuisse in vtramque partem, *vt in decis. 767. num. 6. par. 2. recent.* Non videtur attendendum, quod in dictis decisionibus dictum fuerit inci-
12 denter, † & ad alium effectum, vt animaduertit *Rota d. decis. 767. num. 6.* dum habemus claram decisionem supradicta Aquileien. optionis, quæ rationibus, & auctoritatibus sequendo communem opinionem DD. firmat, quod quælibet reseruatio generalis impedit, ne sit locus consuetudini,
13 vel statuto de optando. † Hincque communiter receptum est, quod quæuis optandi simplex consuetudo non suffragetur in beneficijs reseruatis, vt probauit *Rota decis. 1. sub num. 4. & ibi adden. num. 6. de rer. permut. in nou. coram Cassad. decis. 4. sub num. 1. de præben. coram Put. decis. 4. lib. 2. & decis. 642. par. 4. diuers.* alios latè refert *Monet. de option. cap. 3. num. 4. vers. secunda conclusio, & Garz. de benef. par. 5. d. cap. 1. sub num. 450. & seqq. vers. quæ*
14 *verba* nisi specialiter in † ipsis reseruatis, Inducta probetur *Rota dicta decis. 642. num. 2. & seqq. & penès bon. mem. Buratto decis. 470. num. 9.* & tradunt omnes *præcit. dd. & ead. Rota decis. 608. num. 10. & seqq. part. 5. recent.* de qua quidem non constat
15 cum post regulas reseruatorias † (quas primum omnium ædidit Ioannes XXII. *Sarnen. in probem. regul. quæst. 1.* (isque sedit anno 1326.) vsque ad Indultum Innocentij VIII. de anno 1247. concessum, nullus penitus afferatur actus optionis, excepta concordia anni 1484. inter prouisum Apostolicum, & optantem, quę est vnica, & facta est inter personas suspectas, nec probatur, Sedem Apostolicam de cuius pręiudicio agebatur, de ea habuisse notitiam, quinimo stante renouatione regulæ, ac reseruationis per singulos Pontifices successiuè facta, manifestè constat de illorum dissensu, & contraria voluntate; nam illa continere dicitur toties replicata Summorum Pontificum declarationes, ac protestationes contra quosuis Collatores vel alios, quod se abstinere debeant à quacumque collatione, optione, vel alia quauis dispositione beneficij.

Nec potest Capitulum Messaneñ, & antiquior Canonicus fundare suam intentionem in supradicto indulto Innocentij VIII. quod concedit facultatem Capitulo optandi Decanatum, quodque Decanatus ipse nullatenus includatur sub quibusuis generalibus reseruationibus per Sedem Apostolicam hactenus factis, & in futurum faciendis, quia cum fuerit concessum ad supplicationem partis præmissa narratiua consuetudinis, statutorum, prædictæ, Ecclesiæ, & Priuilegij
16 Apostolici eidem concessi, † ideoque Innocentius non processerit ex certa scientia, debet iustificari quoad narrata *Rota decis. 45. num. 3. par. 2. diuers.* & sic probari, quod Capitulo, seu Canonicis competeret ius optandi, tam vigore consuetudinis, & statutorum dictę Ecclesiæ, quam vigore cuiusdam priuilegij; Cum autem nullum probetur extitisse statutum, nec priuilegiũ Apostolicum, neque consuetudo ex prędictis iustifi-
17 cetur, † saltem in casu specifico, reseruationum indultum non potest suffragari, nec in vim confirmationis, nec in vim nouæ cessionis, vt firmauit *Rota in Tirasonen. Iurisdictionis 1. Aprilis 1591. coram Card. Blanchetto, & in Nucerina Prædij 7. Februarij 1620. coram bon. mem. Sacrato, vers. neque potest dici, & decis. 157. numer. 3. par. 6. recent.* Nec pro indulti iustificatione adduci potest lapsus temporis, cum obseruantia, quia exceptis duabus optionibus, factis intra spatium decem, & septem annorum, quæ non sufficitur per illius
18 iustificatione, † cum saltem requiratur cursus 30. annorum *Rota coram sanct. mem. Gregor. XV. decis. 57. num. 5. coram Buratt. decis. 296. num. 3. & 10. & decis. 642. numer. 2. circa med. part. 4. diuers.* Alię succedentes vacationes potius deseruiunt pro inobseruantia, quia Decanatus ferè per annos centum post cessionem indulti, fuit à Sede Apostolica prouisus, vti de reseruato etiã vigore
19 regulæ 4. dispositiuè narratę, † absq; eo quod antiquior Canonicus, vel alij successiue optauerint seu optare prætenderint, & quod plus est, per eosdem Canonicus indistinctè fuit absque aliqua protestatione tradita possessio, quo fit vt dictę prouisiones acceptatę censeantur, & approbatę, nedum quoad reseruationes concurrentes, sed etiam quoad reseruationem dictę regulæ 4. vt supra dispositiuè narratę *Compostell. in cap. transmissam num. 2 de elect. Garz. de benef. par. 5. cap. 4. num. 47. Rota coram. Caualer. decis. 238. sub. num 5. in recent. decis. 39. numer. 5. et 6. par. 3. et decis. 429. sub numer 2. part. 4.* indeque sequitur, non solum non fuisse iustificatum, sed quatenus fuis-
20 set iustificatum per non vsum, † imò per vsum contrarium fuisse deperditum *Mohed. decis. 4. de consuet.*

Nec obstat quod dicebatur in Vacationibus, quę euenerunt post optionem anni 1503. incidisse, pręter regulam 4. aliquam aliam reseruationem, propter quam Capitulum fuerit impeditum optare, ex quo infertur non posse dari de non vsu, neque de contrario vsu, cum impedito tempus non currat. Nam fuit responsum, non posse desumi aliquod impedimentum ex pluralitate reseruationum, quia in indulto Innocentij derogabatur expresè, quibusuis generalibus reseruationibus factis, & faciendis, sub quibus Innocentius voluit, Decanatum nullatenus comprehendi; adiecta etiam clausula, quorum tenores &c. Vnde in duabus subsequẽtibus vacationibus, quæ immediatè post indultum euenerunt in mensibus reseruatis Capitulum optauit, nulla habita ratione huiusmodi reseruationis proindeque conuincitur, illud postea non destitisse ab optione ex aliquo impedimento, sed imò voluntariè acceptasse prouisiones Apostolicas, ferè omnes fundatas in reseruatione regulæ 4. dispositiuè narrata, & earum vigore Prouisos admisisse in fratres, & ad osculum pacis, & ad pacificam possessionem Decanatus, ideoque Indultum fuisse

fuisse abrogatum, nedum per non vsum, sed etiam per contrarium vsum ab eodem Capitulo toties; & tamdiu approbatum *Mohed. dicta dec.4.*
22 *de consuet.* per tales enim actus † intulit sibi præiudicium. *Rot. in Virdunen. Canonicatus coram Card. Hieronymo Pamphilio apud Garz. par.5. cap.4. n. 47. & facit dec.429 sub num.2. par.4. recent.*

Similiter non fuit visum subsistere, quod dicebatur ex parte Giurbæ, & Capituli, nos versari in materia facultatiua, in qua non amittitur priuilegium, ex eo, quod quis noluerit eo vti; Nam primo non agitur de solo non vsu, sed etiam de contrario vsu, dum Capitulum positiuè acceptauit Prouisiones Apostolicas fundatas, in reseruatione reg. 4. vti superius fuit dictum. Secundo placuit distinctio, an sit ius facultatiuum absolutum alicui concessum, non tangens præiudicium alterius, an verò sit facultatiuum respe-
23 ctiuum concernens alterius preiudicium, in primo enim procedunt decisiones asserentes priuilegium non amitti per non vsum, secus vero in secundo, iuncto præsertim lapsu temporis cum actibus contrarijs *cap. si de terra, & cap. accedentibus de priuil. gloss. in l.1. ff. de nundin. Abb. cons. 18. n. 3. & 7. vers. non obstat circa med. & cons. 61. n. 7. par. 2 Suarez de leg. lib. 8. cap. 37. n. 15. & 16.*

Sed DD. censuerunt hodie cessare omnem difficultatem circa istud Indultum ex regula Pauli Tertij, quæ deinde ab omnibus alijs eius Successoribus fuit innouata, & inter Constitutiones Sanctiss. D. N. in Bullario tom. 4. est in ordine Constitutio 6. & inter regulas Cancellariæ 15. in qua cum reuocentur quæcumque facultates, & literæ quibuscumque personis concessæ dispo-
24 nendi de beneficijs reseruatis ad eorum collationem, electionem, & quamuis aliam dispositionem communiter, vel diuisim spectañ cum decreto irritanti, & derogatoria derogatoriarum amplissima, sequitur, hoc Indultum Innocentij sub hac regula comprehendi, vt in simili Indulto sensit *Rota in Virdunen. Monasterij 27. Nouembris 1637. & 8. Februarij 1638. coram bo. mem. Coccino*, quem quidem regulam non est ambigendum comprehendere etiam optionem, & fa-
25 cultatem optandi, cum optio sit vera dispositio, & optanti nouus titulus acquiratur *Mandos. ad lap. alleg. 84. litt. H. Gemin. cons. 3. n. 8. Aeneas de Falcon. d. par. 4. eff. 5. sub n. 2. Monet. de optione cap. 8. n. 8. & cap. 3. n. 42.* & quod per optionem nouus titulus beneficij acquiratur firmatur, *in dec. huius causę 27. Maij 1641. coram Reuerendiss. D. meo Decano*, verbum enim *dispositio* de quo in dicta regula comprehendit quoscumque modos prouidendi de beneficijs, tam ordinarijs, quam alijs com-
27 peteñ: † Vnde sequitur reuocatio facultatum, quibuscumque concessarum, super quacumque dispositione beneficiorum, latissimè sumpta, vt benè *per Mandos. super d. regula quæ apud ipsum est 14. qu. 4. n. 1. & 2. & n. 5. vers. ista quæstio* & sicuti regula fuit inducta, ne præiudicium fieret reseruationibus, ita, & optio in illa comprehensa dicitur, quatenus reseruationi præberet obstaculum.

Nec obstat dictam regulam non comprehendere beneficia debita certo generi personarum; & sic Decanatum debitum antiquiori Canonico, quia dum ex hoc impeditur reseruatio Papæ, tolli debet gratia, etiamsi sit in fauorem certæ personæ, cum hic sit finis regulæ. Minus subsistit, quod d. regula 15 reseruatoria non comprehendat Capitula, Communitates, aut Collegia,
28 quia contrarium firmauit *Rota in supradictis decisionibus Virdunen. Monasteri- coram bon. mem. Coccino* cum derogatio comprehendat omnia indulta, & facultates concessas, etiam Capitulis Ecclesijs,
29 & Vniuersitatibus, † tam ex identitate rationis, quam ex generalitate verbi *quibusuis personis* & latè probant *Sarnen. ad reg. de annali qu. 10. sub n. 3. et Gonzal. ad regul. 8. gloss. 37. sub n. 41. et seq. vers. 4 limita*: Et indultum licet sit concessum ad instantiam Episcopi, & Capituli, non tamen est concessum Capitulo, sed Canonico antiquiori, ibi, *vt quoties de cætero perpetuis futuris temporibus eundem Decanatum vacare contigerit antiquior dictæ Ecclesiæ Canonicus pro tempore existens illum optare liberè, et licitè valeat*, & ideo cum debeat attendi
30 persona † cui gratia acquiritur *Rota dec. 223. n. 4. par. 3. recent.* non potest negari quin comprehendatur sub regula.

Hæc autem comprobantur ex eo, quod post publicationem dictæ regulę, nulla amplius fuit facta optio Decanatus; sed quoties vocauit, fuit de illo facta prouisio per Summos Pontifices quæ quidem tanti temporis obseruantia, manifestè conuincit, quod sub illius regulæ reuocatione Indultum illud contineatur. *Rota coram Seraphin. dec. 595. n. 5. coram Caualer. dec. 80. vers. et in priuilegijs coram Buratt. 931. sub n. 7. dec. 703. n. 8. par. 2. et dec. 29. sub n. 2. par. 3. recent.*

Ex quibus; & præcipuè ex regula Pauli Tertij 15 in ordine, & ex inobseruantia indulti censuerunt DD. Prouisionem Apostolicam ad fauorem Castelli factam sustineri, ac proinde standum esse in decisis sub die 27. Maij 1641. coram Reuerendiss. D. meo Decano, ab alijs verò recedendum, &c.

Et ita vtraque parte &c.

☞ *Decisiones plures in hac causa emanatæ coram bon. mem. Dunozetto Decano, erunt inter eius mox edendas decisiones.*

R. P. D. CORRADO

posteà S.R.E. CARDINALI.

Bononieñ Fideicommissi de Rubeis.

Lunæ 23. Maij 1644.

ARGVMENTVM.

Persona Ecclesiastica, quando reperitur ad mixta in aliquo iudicio, tunc omnes gaudent beneficio appellationis, cum tunc non intret Ægidiana Constitutio, quæ pariter non intrat, quando sententia nulliter, & iniustè apparet lata. A pena, & caducitate, vt quis excusetur quid sufficiat.

SVMMARIVM.

1 *Iudicii natura, vt agnoscatur inspicienda est persona actoris.*

2 *Actio-*

2 *Actori plus non licet, quam reo.*
3 *Æqualitas in iudicio est seruanda.*
4 *Clericus non comprehenditur sub Constitutione Ægidiana de appellatione.*
5 *Iudex non potest excludere Clericum à beneficio appellationis.*
6 *Iustitiæ, et æquitatis ratione habeatur, id maximè coercendum venit.*
7 *Sententia est euidenter nulla, et iniusta, si sit lata contra petitionis tenorem, et probationum substantia.*
Sententia respectu vnius nulla est, nulla quoad omnes, n. 8.
8 *Sententia est euidenter nulla si sit lata cum euidenti excessu.*
9 *Constitutio Ægidiana tunc habet locum, quandò iustè, et validè fuit lata sententia.*
10 *Sententia, quando constat, quod nulliter, vel iniustè fuit lata non intrat Ægidiana.*
11 *Fideicommisso, quando quis dicatur priuatus, ob consensum præstitum alienationi.*
12 *A caducitate, et pœna quis excusatur stante causa.*
13 *A Caducitate, et pœna vt quis excusetur, sufficit quælibet causa colorata, et doli exclusiua.*
14 *Pupillus ex facto tutoris non debet incidere in pœnam.*
15 *Vel saltem ad hoc est necessaria sententia.*
16 *Sententia, quibus non præcedentibus non possit saluari.*
17 *Sententia à nullitate debet iustificari ex his, quæ præcesserunt sententiam non autem ex subsecutis.*
18 *Sententia dicitur notoriè iniusta, si non iustificetur ex actis factis.*
19 *Vocati ad fideicommissum quando adsunt, tunc substituti in eorum defectu, nihil possunt prætendere, & excluduntur à toto.*
20 *Reo sufficit conuincere actorem de eius non iure ad obtinendam absolutionem.*
21 *Ius tertij quis non dicitur deducere, si sit ipso iure exclusiuum intentionis agentis, quia tunc dicitur opponere de eius non iure.*

DECISIO CCLXXXVI.

INtroducto iudicio nominibus Ludouici, Philippi Mariæ, & Antonij fratrum de Rubeis, ac Iacobi F. Io: Galeatij eorum nepotis tanquam vocatorum ad fideicommissa ordinata per q. Mimum, & Hectorem de Rubeis, contra Comites de Vrsis possessores Prædij de quo agitur, fuit lata sententia super immissione in possessionem illius ad fauorem solius Iacobi, à qua, interpositæ appellationis causa mihi commissa, cum clausula *Constito, quod sit locus Aegidiana etc.* dedi dubium iuxta formam rescripti, eoque hodie proposito Domini responderunt non esse locum.

Primò, quia Antonius alter ex prædictis Actoribus est Clericus, atque ideo sicut ipse sub illius Constitutionis dispositione ob defectum potestatis Card. Aegidij eius Conditoris in personis Ecclesiasticis, ac earum causis, & bonis non est comprahensus, eiusdemque beneficio, nec cæteri litis consortes, pari ratione non compræduntur collitigantes licet laici, quoniam ad di-
1 gnoscendam † naturam causæ inspicitur persona actoris à qua ius metimus *ad tex. in l. 1. §. qui hæreditatem, ff. si pars hæred. pet. Rota penes Aegid. decis.*
2 *616.* nec illi plus licere debet quam reo, *l. non debet actori, ff. de reg. iur. cap. non licet, eod. tit. in 6.* cum
3 inter eos seruari debeat æqualitas in iudicijs *cap. in iudicijs eod. tit. et cap. fin. extr. de mut. petit.* & in his terminis latè probat *Honded. cons. 20. per tot. lib. 2.* & fuit resolutum *in Rauennaten. Saluiani 1618. coram bon. mem. Buratt. dec. 315. per tot. inter eius impress.*

Nec refert, quod ipse Antonius non fuerit nominatus in sententia, quæ concepta fuit in personam, & ad fauorem solius Iacobi.

Quia satis visum fuit in proposito casu, quod iudicium ab initio fuerit cæptum nominibus tam Clerici, quam aliorum omnium prædictorum, & pariter prosecutum vsque ad vltimam citationem, & instantiam ad sententiam, quæ simpliciter omnium nominibus fuit concepta. Nam
4 hinc constat Clericum fuisse partem ipsius iudicij, atque ideo sub ea Constitutione prohibente appellari in causis, seu iudicijs possessorijs, hoc non esse comprahensum, in quo à principio, vsque ad finem interuenit persona Ecclesiastica vt dictum est. Non enim potuit Iudex personam Clerici in iudicio interuenientis, & instantis pro
5 sententia, eo pacto prætermittendo, vel eum à beneficio appellationis excludere, vel alteri parti, cui æqualitatis seruandæ ratione illud idem
6 competebat adimere, aliàs adinuenta esset, via, qua tum æqualitatis, tum iustitiæ, ac æquitatis ratio facillimè euerti, ac collitigantibus graue præiudicium inferri posset, quod maximè coercendum est, *l. 1. ff. de dol. cap. sedes in fin. extr. de reseruat. Specul. in tit. de appell. §. nunc tractemus sub num. 6. vers. sed secundum præmissa etc. Angel in l. ampliorem sub n. 2. vers. Et attendè etc. C. de appell. Alex. in d. l. pen. §. fina. sub n. 1. et 2. ff. de iurisd. omn. iud.* et ad rem probat *Bald. in cons. 153. Nouum dubium mouetur, sub num. 1. vers. Reseruatio igitur etc. lib. 1. Surd. cons. 382. sub num. 53 vers. Nam ita demum etc. et n. 63. vers. Quare cum per fraudem etc. Rota decis. 48. sub n. 5. vers. alias &c. et decis. 386. in fin. vers. vnde multum cautè &c par. 3. et dec. 229. nu. 12. vers. & fraudibus &c. ac dec. 243. sub num. 4. vers. alias enim &c. par. 6 recent.*

Secundo, quia ex hoc ipso, quod ex processu constat singulos prædictos æqualiter fuisse vocatos ad fideicommissum, de quo agitur, eosdemque æqualiter, & concorditer egisse ad consecutionem dicti prædij; sententia verò concedit alteri tantum ex eis immissionem in possessionem
7 totius, resultat, † euidens illius nullitas, vel iniustitia, quia contra ipsius petitionis tenorem, & probationum substantiam pro lata fuit, & cum euidenti excessu *l. vt fundus, ff. com diuid. l. fin. C. de fideicomm. libert. cap. qualiter, & quando il secondo, § ad exigendos ext. de accus. cap licet, Heli de Simon. Clem. sæpè, §. verum quia de versign.* & concludit *Bald. in d. cons. 153. per tot. lib. 1. Bero cons. 110 n. 10. & seq. vers. ex quibus infertur &c. lib. 3. Surd. cons. 273. n. 11. & seq. vers. sed his parum mouentibus &c. et dec. 295. n. 20. seqq. Rota dec. 275. sub num. 7. &c. et dec. 571. sub num. 4. vers. nam fuit responsum &c. et dec. 571. sub num. 4. vers. quod etiam &c. par. 1. recent.* & in terminis fuit resolutum *in Tiburtina pretor. 24. Aprilis 1637.* co-

coram bon.mem. Buccabella, in recent.decis.210.num. 7.& 8.vers.vel in omnem casum &c.par.7.& in Spoletana bonorum 12. Decemb. 1616.penès Burat.decis. 216. numer.10.vers. vel non erat totalis &c. Et quidem
8 † respectu omnium ad *text.in l.in hoc iudicio, ff.famil.ercisc. Rota decis.315. num.5. vers.& consequenter &c.par.2. diuers & apud eumdem Burat. decis.269.sub num. 7. & seq.versic.nunquam potuit &c. & decis.650.num.12.& seq.vers.& ideo &c.*

Hincque pariter euitatur eiusdem Ægidianæ
9 Constitutionis † dispositio, qui tunc demum locum habet, quando sententia iustè, & validè fuit prolata, non autem quando constat de illius nul-
10 litate, vel iniusttia, vt legitur in illius contextu & firmauit *Rota decis. 116. sub num. 2.vers.quia hoc verum est &c. par.4. diuersor. & decis.18.sub num.1. & seqq.par.1.ac decis. 392. a num. 6. versic præterea fuit dictum &c.par. 2. & decis.493.num.1.vers.primo quod &c.par.3. ac decis. 150. sub num. 1. vers.super hoc dubio &c. par.4. & decis.88.num.2.& seqq. par.6. recent. & penès Burat.decis.151.num.10.vers. ex quibus cum constet &c.*

Non obstat, quod Antonius, & alij fratres prædicti de Rubeis ceciderint à commodo dicti fideicommissi, eoque fuerint priuati ob consen-
11 sum præstitum alienationi † dicti prædij iam antea factæ per Tiberium eorum patrem, dum disposuerunt de censibus, ac creditis eidem in solutum cessis pro eius pretio ab Henrico de Vrsis emptore, ac proinde ex præcisa dictorum Testatorum dispositione integrum ius illud consequendi fuerit delatum ad solum Iacobum eorum nepotem, qui prædictis non interfuit, atque ideo ad eius solius fauorem iustè fuerit prolata sententia.

Primo, quia plures ex eodem processu resultant causæ, ex quibus prædicti fratres, vel ab eiusmodi caducitatis, & priuationis pœna excusan-
12 tur, quippè † præmissa egerunt postquam præcesserat dispensatio Apostolica, & sententia executoris super licentia vendendi prædium, de quo agitur, præfato Henrico de Vrsis, concessa Tiberio eorum patri; Et venditio ipsa facta fuit, non solum vigore dictæ dispensationis Apostolicæ, verum etiam ratione cuiuscumque portionis spectantis ad eumdem Tiberium in bonis dd. fideicommissis obnoxijs, pro quorum satisfactione d. prædium elegit, vt legitur in Istrumento super ea celebrato de anno 1612. 18. Iu-
13 nij. Nam omnis † ferè causa colorata, & doli exclusiua sufficiens fuit ad excusandum illos ob eiusmodi caducitate, ac priuatione ad *l. igitur, vers.& generaliter &c.ff.de liber.caus.cap.commissa, de elect. in 6.Rot. penès Put. dec. 484. num.2. lib.2. Mehed.decis.vlt.de trans.bon.mem.Card.Seraph. decis. 1228.num.5.vers.licet excusent &c.* & in hac materia apud *Buratt.decis. 182. sub numer. 24.& seqq. vers. itaut propterea &c. & decis. 232. sub numer. 2. vers.pro qua excusanda &c. & decis. 268. numer. 3. versic.quæ tanto magis &c.par.2.& decis.489.num.2. vers. tamen quia &c. vbi sub num.4.* fuit consideratum quod ex facto tutoris, vel alterius non pote-
14 rat † pupillus (qualis tunc erat Antonius, & cæteri eius fratres minores) pœnam priuationis incurrere, *par.4.recent.Hond. cons.58.num.35.& seqq. vers.sexto comprobatur &c.lib.1.* Vel saltem neces-
15 saria fuisse dignoscitur super prædictis † Iudicis cognitio, ac declaratio, vt post antiquiores probant *Afflict.decis.97.nu. 3.vers. & pro decisione &c. Gabr. cons. 67. sub num. 16. & seqq. vers.illa etiam ratione &c. lib.2.Rota decis. 555. sub num.8.vers.non obstat quod stante alienatione &c. par. 1.recent.* cum alijs relatis per *Brixien.de substit. quæst.583.num.2. & Modern.Roman. disceptat.316. num.2.vers.nec facit, quod priuatio &c.*

Secundo, quia non præcessit expressa agnitio, & acceptatio dicti Iacobi huiusmodi caducitatis ac priuationis, nec iuris inde sibi acquisiti, vt necessarium erat, saltem mediante illius instantia ac petitione antequam sententia ad eius fauorem proferetur, quinimmo nulla prorsus habita in processu de his mentione iudicium fuit factum nominibus omnium prædictorum, vt dictum est.
16 Ideo † ipsa sententia hac ratione sustineri non potest, non præcedentibus prædictis, vt probant per *text. in l. 1. §. sed, & quoties, vers. cum autem &c.& in leg.cogi, §.mætianus, ff.ad S.C.Trebell.Ias. in d.l. 1.§. de illo sub num. 12. & 13. vers.tu autem &c. & Soccin.in d. §.sed & quoties sub num. 5.vers. quæ tamen intellige, & declara &c. ff.eod.Alex.cons. 116. Viso Themate Instrumenti, num. 4. vers. quia respondeo &c. lib.4. Osasc. decis. 94. num.23.& seq. vers.nec erit forsan &c.Roland.cons. 100.num. 70.& seq.vers.pro qua sententia lib. 4.Rimin. sen cons.269. sub num. 17. vers. vel & secundo dico &c. Bursatt. consil.44.num.12.vers.& semper &c.Rota decis.344. sub num.3.vers. cessat propterea &c.par. 4. diuersor. Peregr.de fideicomm. art. 2.num.63.& seqq.vers.hoc autem notandum est &c. Modern.Roman. discept.580. num.28.vers.respondetur talem caducitatem &c.*

Nec releuant cessiones, seu declarationes factæ per eosdem fratres ad fauorem dicti Iacobi eorum nepotis de anno 1643. mense Iulij postquam lata fuerat dicta sententia. Quoniam illa
17 instificari † debet ex ijs, quæ præcesserunt eius prolationem, non autem ex subsecutis, *Rot. penes Card.Seraph.decis.477. sub num.10.versic.quibus stantibus &c.* vbi habetur ita pluries fuisse in alijs causis resolutum, *& decis. 28.par.1.recent.* Aliàs
18 dicitur notoriè † iniusta de stylo huius sacri Tribunalis, vt habetur in *decis. 260.sub numer.7. vers.vnde &c. par. 1.& decis.650. num.16.vers.deuenimus &c.par.2.ac decis.524.num.6.vers.sexto dicebatur &c.par.3.recent.*

Non etiam obstat, quod prædicta respiciat interesse dictorum fratrum de Rubeis, atque ideo tanquam iuris tertij concernentia deduci non possint per DD.de Vrsis.

Quia cum præseferant defectum iuris, ac intentionis dicti Iacobi, qui dum extant patrui in dd. fideicommissis æqualiter vocati, eodemque
19 iudicio cum eo pariter † agentes, & instantes, ipso iure excludebatur à consecutione totius, *d.l.1.§. qui hæreditatem, & l.2. ff.si pars hæred.petat. Castr cons.454.viso, & examinato processu sub. nu.2. vers secundo principaliter &c. lib. 1.Calcan.cons.92. in causa D.Emanuelis, sub nu.5. sexto etiam est nullus &c.Crauet. cons. 72.sub num.7. vers.ex quibus infertur &c. & cons.144. num.21. vers.& maxime &c.* & latius explicat *Surd. cons.415. nu.17.& vers.secundo respondeo &c.* Ideo merito deduci possunt ab illis de Vrsis ad defendendam eorum possessionem,

20 nem, quia conuincunt † non ius actoris, quod illis sufficit allegare ad obtinendam iudicialem absolutionem, vt habetur in *d. §. qui hæreditatem, & in l. fin. C. de rei vend. Bart. in l. 2. sub num. 1. vers. quandoque ius tertij est exclusiuum iuris alterius &c. ff. de except. rei iud. Castr. in l. fin. sub num. 2. vers. intellige tamen &c. & ibid. Alex. sub num. 23. vers. ideo admittitur &c. C. de edict. Diu. Adr. tollen. Natt. cons. 253. sub num. 11. vers. ex hoc potest &c. Thes. decis. 4. à num. 4. vsque ad fin. vers. sed præter supradictos &c. Surd. cons. 152. num. 24. vers. & hæc exceptio &c.* & latius probat *d. cons. 415 à nu. 9. vers. sed aliud &c. vsque ad fin. Menoch. de adipisc. rem. 4. num. 595. vers. ea ratione &c. Hond. d. cons. 4. num. 107. vers. & quia mater superest &c. lib. 1. Benintend. decis. 67. in fin. vers. postremo &c. Rota penès Verall. decis. 133. par. 3. & decis. 741. in fin. vers. quæ exceptio &c. par. 4. diuersor. & decis. 709 num. 10. vers. & ex his &c. par. 1. & decis. 467. sub nu. 1. versic. nec videtur dubitandum &c. par. 3. & decis. 171. num. 9. vers. nec etiam &c. par. 4. recent. & penès san. memor. Gregor. decis. 415. num. 3. & 4. vers. non obstat, quod dicitur &c. & Reuerendiss. Vrgellen. decis. 97. num. 4. vers. non obstat, quod Pocobellus &c. ac sæpè in alijs.*

Eoque magis, quia ex Instrumento producto inuestimenti, & subrogationis factæ de anno 1622. loco dicti prædij, ac aliorum bonorum à Tiberio alienatorum, & acceptationis ipsorum fratrum, cum promissionibus, & obligationibus in eo insertis, constat interesse dd. de Vrsis, quod eorumdem fratrum iura consistant, & sustineantur pro faciliori ipsorum prætensa defensione,
21 ac idemnitate. Nam hoc casu † dicuntur deducere non tàm ius tertij, quam proprium *Bart. in d. l. 2. sub d. num. 1. vers. quandoq. ius tertij non excludit intentionem agentis ipso iure &c. ff. de except. rei iud. Castr. in l. ille à quo, §. si de testamento, sub num. 2. vers. sed si excipientis interest &c. ff. ad S. C. Trebell. Ruin. cons. 40. num. 8. vers. tertius autem &c. lib. 5. Alb. cons. 64. num. 2. & 3. vers. vnde fit &c. Bertaz. consil. ciuil. 113. num. 43. vers. & cum de interesse &c. Bursatt. cons. 82. num. 11. vers. vnde licet &c. et sub num. 25. vers. vel aliter &c. Cephal. cons. 133. num. 125. vers. et propterea &c. Menoch. cons. 1. num. 321. vers. respondeo tertio etc. Thesaur. d. decis. 4. num. 7. vers. denique etc. Rota penès bon. mem. Card. Caualer. decis. 253 num. 4. et 5. vers. hæc enim etc.*

Quare fuit conclusum non esse locum Aegidianæ Constitutioni in casu, & ad effectum, de quo agitur &c.

☞ *Infra in eadem causa habentur aliæ decisiones coram eodem Eminentiss. D. Card. Corrado sub diebus 30. Maij 1646 et 1. Iulij 1647.*

R. P. D. ROIAS,
Postea Episcopo TARRACONEN.
Romana Situs.

Mercurij 25. Maij 1644.

ARGVMENTVM.

Vendens iura talia, qualia, vt ipse liberetur, quid sufficiat quod adimpleat, & quid si vendat ius publicum ante domum venditam. Instrumentum si discordet à capitulis datis à parte, quid sit attendendum.

SVMMARIVM.

1 *Vendens iura, talia qualia ad aliud non tenetur, nisi ad transferendum tale ius.*
2 *Vendens ius, si nullum ius habet ad nihil tenetur.*
3 *Vendens iura talia qualia, si talia iura sint publica, tale ius in quo possit verificari.*
4 *Situs publicus potest effici priuatus, licet non desinat esse publicus.*
5 *Situs, quod sit publicus, potest probari ex sententia desuper lata.*
6 *Via præsumitur publica, si habeat regressum ab vna via publica, & exitum ad alium.*
7 *Contrahentes præsumuntur permansisse in prima voluntate.*
8 *Voluntas contrahentium potius desumitur ex capitulis à partibus datis, quam ex instrumentis, quæ à Notarijs conficiuntur.*
9 *In Instrumento, si contrarium disponatur, quam à contrahentibus prius fuerat firmatum in capitulis vt plurimum fieri solet, qualiter super hoc procedatur.*
10 *In Instrumento, si dicatur aliquid, quod non fuit mens contrahentium, recurrendum est ad matricem.*
11 *Verba in Instrumento, quando præsumantur apposita per errorem Notary.*
12 *Contrarietas, vt euitetur inter instrumentum, & matricem, est facienda interpretatio, & nu. 20.*
13 *Instrumentum, quando non possit dici ex interuallo factum, postquam fuerunt data capitula.*
14 *Venditio, quando dicatur perfecta dum capitula fuerunt conclusa.*
15 *Voluntas de iure non præsumitur mutata.*
16 *Inter Partes, quando fuit conuentum, quod acquiratur ius contrahenti, non videtur ab hoc pacto recessum, per actum sequentem ex interuallo celebratum.*
18 *Per Instrumenti vnius exhibitionem non probatur negatiua.*
19 *A Capitulis traditis a parte Notario, quando censeatur recessum.*
21 *In Instrumento, quando aliquid dicatur omissum ex errore, & incuria Notarij. num. 22.*
23 *Ex Pretij qualitate arguitur quid veniat in venditione.*
24 *Ex Pretij diuersitate in emptione, quid arguatur.*
25 *Mutatio status non præsumitur.*
26 *Causa contractus, quæ in instrumento fuit apposita, illa est attendenda, vt qui contrarium dicit, tenetur id probare.*
27 *In Venditione, quod aliquid non fuerit deprehensum, ex quo arguatur, & num. 28.*
29 *Ex Obseruantia subsecuta benè oritur declaratio actus præcedentis.*
30 *Quæ conclusio locum sibi vindicat licet huiusmodi esset contra verum intellectum contractus.*
31 *Quod procedit etiamsi agatur ex quacumque dispositione.*
32 *In Obseruantia interpretatiua non desideratur cursus longissimi temporis sufficiens ad inducendam præscriptionem.*

DECISIO CCLXXXVII.

Dictum fuit coram me sub die 15. Decembris 1642. hæredes q. Virginij Pontini teneri ad resti-

restituendum D. Comiti Arconato, & litis consortibus scuta 703. per ipsos soluta Abbati Pompilio Zuccarino, ex quo attento Instrumento venditionis, situs qui dedit causam liti reperiebatur absolutè venditus cum domo.

Reproposita hodie causa super eisdem Domini à decisis recesserunt moti potissimum ex tenore Capitulorum, ex quibus clarè patet non fuisse venditum situm, sed tantum Iura situs, vt denotat verba illa, *con tutte le ragioni, che hà nel sito, che è auanti la detta Casa*, itaut iura vendita intelligantur solum talia qualia, nec ad aliquid vlte-
1 tius teneatur † venditor præter quam ad transferendum ius, quod habebat in sito, *text. in l. qui Tabernas, ff. de contrahen. empt.* in puncto *Alex. cons. 93. sub n. 2. vers. & si postea lib. 4. Bertran. cons. 268. n. 3. post med. vol. 7. Nat. cons. 38. n. 1. et 2 Hond cons. 38. n. 56. lib. 2. Giouagn cons. 93. n. 26 lib. 2. Mātic. de tacit. et ambig. lib. 4. tit. 10. n. 6. cum seq. Cæs. Manent. decis.*
2 *17. num. 59.* Quia qui vendit† ius, si nullum ius habet ad nil potest adstringi *Paul. de Castr. in l. si sic. legatum, 78. §. si mihi quod, num. 6 ff. de legat. 1. Alex. d. cons. 93. nu. 2. lib. 4. Natt. cons. 38. num. 1. et 2. Hond. d. cons. 38. nu. 56. lib. 2. Vrsil. ad Afflict. decis. 81. nu. 5.* & si postea constiterit situm esse publicum vendi-
3 tio iurium illius potest verificari in † accessu, & recessu alijsque commoditatibus in ordine ad
4 quas etiam situs aliàs publicus efficitur † priuatorum, licet non desinat esse publicus *ad l. latius 38. in fin. vbi gloss. ff. de acquir. rer. domin. Surd. dec. 42.*
5 *num. 13.* quòd verò situs controuersus sit † publicus patet tàm ex sententia Magistrorum Viarum in iudicatum transacta, quàm ex eo quod
6 habet regressum ab vna via publica, † & exitum ad aliam *Rimin. iun. cons. 38. num. 12.*

Nec dictum fuit obstare Instrumentum post dicta capitula celebratum, in quo legitur vendita Domus cum situ, quia fuit responsum præfata verba cum situ esse intelligenda de iuribus existentibus penès venditorem super eo sumendo declarationem à capitulis, quæ potius in quantum discrepant ab Instrumento veniunt attendenda cum semper censendum sit contrahentes
7 permansisse in prima voluntate, † quæ magis desumenda venit ex capitulis à partibus factis,
8 quàm ab Instrumentis, quæ à Notarijs † conficiuntur, ita *Alex. consil. 156. numer. 9. lib. 6. Card. Zabarell. cons. 111. num. 1. Surd. decis. 71. per tot. & decis. 288. num. 41. Gregor. XV. decis. 168 num. 8. cum alijs per Rot. decis. 250. num. 16. & 17. & 18. par. 6. recent.* vbi quod in Instrumento contrarium disponitur, quàm à contrahentibus prius fuerat
9 firmatum in capitulis † vt plurimum solet, vel de hoc fieri mentio in Instrumento, vel Capitulo aboleri, ac lacerari, *Rota d. decis. 250. nu. 19. & 20.* vel semper ad capitula tanquam ad matricem
10 † esse recurrendum *Surd. cons. 202. num. 18. versic. quarto concessis, & num. 19. & 20. & decis. 71. n. 3. vers. his non attentis, Rot. decis. 114. num. 4. par. 1. recent. & 250. num. 19. par. 6.* Vel per errorem
11 † Notarij esse præsumendum fuisse adiectum verbum cum situ, *Alex. cons. 122. num. 2. lib. 2. & cons. 156. num. 9. lib. 6. Rota d. decis. 250. num. 17. par. 6. recent.* & esse semper interpretandum pro
12 † euitanda contrarietate inter capitula, & instrutum *Bald. cons. 465. num. 5. lib. 5. Dec. cons. 195. nu. 3. Crauett. cons. 70. num. 5. & 18.*

Minus refragatur limitatio adducta in dicta decisione 15. Decembris, nempè quod dicta conclusio non procedat, quando Instrumentum fuit celebratum ex interuallo, quia dicebat Domini
13 Instrumentum potius fuisse confectum † intra tempus mensis in capitulis præfixi, ac conuenti quo casu non est dicendum factum fuisse ex interuallo, optimè *Crauet. cons. 156. num. 19. Asin. de execut. §. 6. cap. 2. num. 6. in fin. Rot. in recent. dec. 73. num. 23 & 24. par. 5.*

Nec dubitabant Domini venditionem Domus
14 fuisse perfectam dum capitula† fuerunt conclusa, nec imed esse credendum, quod postea tempore confecti instrumenti partes à capitulis voluerint
15 recedere † mutando voluntatem contra *l. eum qui voluntatem ff. de probat. Natt. cons. 176. numer. 5. Imol. in l. Titia, §. idem respondet, ff. de verb oblig.* vbi quod si inter partes præcessit conuentio per
16 quam ius sit quæsitum contrahenti † non videtur ab ea recessum; per actum sequentem ex interuallo celebratum in forma diuersa idem *Imol. in l. quoties, §. sed & si cum, col. 2. versic. item seruando in quantum, ff. de hæred. inst.* subdens hæc esse menti tenenda *Alex. cons. 122. num. 2. vol. 2. Tiraq. de retract. connub. gloss. 1. n. 1. & in fin. tituli num. 21. Surd. decis. 71. num. 3. & 4.*

Non etiam facit, quod à dictis Capitulis videatur quodammodo fuisse recessum, quòd cautionem ad vxore præstandam cum scuta 1000. fuerint soluta sine dicta cautione requisita à ca-
17 pitulis, quia † non ideo deduci potest recessus, quoad reliqua in capitulis contenta, ad tradita per *Natt. cons. 133. num. 5. Surd. consil. 101. n. 25. Card. Mantic. decis. 238. num. 2.* potuitque dicta cautio remitti, vel præstari in Instrumento sepa-
18 rato ad partes, nec per † exhibitionem vnius Instrumenti probata remanet negatiua. *ad text. in cap. præsentia de probat. Ruin. cons. 35. num. 19. lib. 1. Cephal. cons. 170. n. 23. lib. 2. Rota par. 1. rec. dec. 502. num. 8. & par. 6. decis. 143. n. 5.* quia non probatur hoc esse, quod ad hoc contingit abesse, *l. non hoc, C. vnde legitimi, cum vulg.*

In omnem euentum, vel esset censendum re-
19 cessum fuisse in Instrumento à Capitulis, † tantummodo quoad ea de quibus desertis verbis partes expresse. *Dec. cons 195 n. 3. vers. sed tamen prædictis. Torn. cons. 49. num. 35. Rota d. decis. 250. num. 16. par 6.* vel est facienda interpretatio pro
20 euitanda† contrarietate inter Capitula, & Instrumentum *Bald. cons. 465. num. 5. lib. 5. Dec. d. consil. 195. nom. 3. Aymon. consil. 70. num. 5. & 18.* & venit dicendum contrahentes permansisse in prima vo-
21 luntate ita, & taliter, vt si quid † fuerit omissum in posteriori Instrumento ex incuria, & errore potius veniat præsumendum, & plus dictum, quā scriptum intelligatur, *Alex. cons. 122. num. 2. lib. 2. & cons. 156. num. 9 lib. 6.* præsertim cum agatur de augenda vnica syllaba, ibi, *Con il sito,* vt dixit *Rota decis. 114. par. 1. recent.* ad quod comprobandum Dominis placuerunt plures coniecturæ,
22 quarum † prima vrgere dictum fuit, quod idemmet pretium constitutum in capitulis, illud idem legatur in Instrumento promissum, inde euidentius patet dictam syllabam per errorem appositā fuisse, dum eademmet præcisa causa pretij concurrit,

23 currit, quæ optimè declarat illud idem † in Instrumento venditionis fuisse comprehēsum, quod in capitulis ad vnguem fuerat expressum, hancque vnicam coniecturam sufficere, tradit *Surd. cons. 13. nu. 36. in fin. & num. 37. Grat. discept. 703. num. 10. cum tribus seqq. Seraph. decis. 392. n. 13. & in recen. decis. 299. n. 2. par. 5.*

Secunda coniectura deprompta fuit ex eo, quod prima vice, quando Domus hæc vendita fuit absque situ, venditio legitur facta pro solis scutis 3300. At verò quando secunda vice venditio secuta fuit vna cum Domo legitur expressè venditus situs, & venditio secuta fuit pro scutis 4000. cum augumento pretij in summa scutorum 700. quanti præcisè æstimatus fuit d. situs, quæ
24 pretij diuersitas apertè arguit in prima venditione situm non fuisse comprehensum, *Crauett. cons. 310. num. 3. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 9. num. 8. Surd. cons. 13. num. 36. & 37. Hect. Capic. Latr. decis. 37. num. 8. Rot. d. decis. 299. num. 2. par. 5. recent.*

Nec pariter obstat replicatio, quod augumentum potuerit prouenire ex lapsu temporis, quia cum non doctum fuerit de causa dicti augumenti interim venit præsumendum augumentum prouenisse ex eo, quod vendebatur situs in prima venditione non comprehensus præcipuè cum
25 augumentum valoris eo respondeat, nec † mutatio status præsumitur nisi probetur dum aliundè certi sumus de causa augumenti, nempè quia situs expressè fuit venditus in secunda venditione facta pro scutis 4000. in eaque verbis rotundis legitur ille venditus, ideo qui dicit aliam fuisse
26 † causam augumenti probare tenetur, *Bald. in l. maximum vitium, C. de liber. pret. Surd. cons. 373. num. 44. Greg. XV. decis. 582. num. 1.*

Tertia elicita fuit ex Instrumento captæ possessionis per Hactonum in quo tantum legitur capta possessio domus, apothecæ, cortilis, &
27 putei, non † autem situs controuersi inde depromptum fuit situm non fuisse in venditione comprehensum, *Caball. cons. 65. num. 23. volum. 1. Ruin. cons. 83. num. 6. vers. præterea tom. 1.* Non enim fuisset negligens Hactonus in capienda possessione Plateolæ, siue situs controuersi si in ven-
28 ditione comprehenderetur, † prout diligentissimus extitit in capienda possessione aliarum partium Domus, *Christoph. Med. decis. Senen. 80. n. 22.* & dixit *Rota in Romana pecuniaria 7. Iunij 1624. coram bon. mem. Merlino.*

Demum, & quod facit cessare omnem ambaginem est obseruantia plurium annorum quo tēporis spatio, nec emptor, nec minus successores
29 in situ præfato vllum actum fecerunt, † ea quā oritur declaratio, & interpretatio actus præcedentis, *Giouagn. cons. 43. nu. 18. ad fin. lib. 2. Soccin. iun. cons. 42. num. 12. & seqq. lib. 2. Hond. consil. 92. num. 30. vol. 1. & cons. 35. num. 44. & 45. vol. 2. Lama decis. 45. num. 24. vol. 1. Rot. decis. 26. num. 4. & 150. num. 27. par. 5. recent.* quæ conclusio locum sibi
30 vendicat licet huiusmodi obseruantia † esset contra verum intellectum contractus, *Aymon. consil. 294 num. 8. vers. vigesimo primo, Franc. Becc. cons. 101. numer. 49. Honded. d. cons. 35. num. 45. lib. 2.*
31 etiamsi ex quacumque dispositione agatur. *Menoch. cons. 341. num. 5. & 23. Hond. vbi proximè.* Itaut in hac obseruantia interpretatiua non desideretur cursus longissimi temporis sufficiens ad inducendam præscriptionem, *Paul. de Castr. consil. 347. num. 6. lib. 1. Aretin. cons. 11. col. 3. vers sed tamen ex abundanti, Corn. cons. 188. col. fin. lib. 4. Crauett. d. cons. 294. d. num. 8. vers. vigesimo primo in fin. Hond. d. cons. 35. num. 45. lib. 2.*

Et ita resolutum vtraque parte informante, &c.

☞ *Decisio ista emanata in hac causa sub die 15. Decembris 1642. coram eodem Reuerendiss. Terraconen. est supra in hac parte decis. 137.*

R. P. D. CERRO.

SACRÆ ROTÆ DECANO.

Senogallieñ Bonorum.

Lunæ 30. Maij 1644.

ARGVMENTVM.

Legatum factum fauore piæ causæ ad interrogationem alterius, non remanet probatum si testator nihil aliud respondit, quam *Padre si, fate voi*; cum huiusmodi verba vltra quod non important dispositionem perfectam, tamen vbi non constat de aliqua præordinata testatoris voluntate, imò apparet illa emanasse ad solam interrogantis suggestionem censeantur potiùs probata ex quodam morientium vsu, qui omnibus interrogantibus facillimè affirmatiuè respondent ad euitandas eorum imposturas interrogationis, quam ex eorumdem deliberata voluntate.

SVMMARIVM.

1 *Appellans à sententia contra alium lata facit omnia acta sua perinde, ac si eo citato facta fuissent, & seqq. vsque ad nu. 4.*
2 *Tertius veniens ad causam si venit iure proprio non adherendo iure collitigantium, potest venire prout in prima, secus si venit per viam appellationis.*
3 *Clausula*, quam, & quas, *facit vt in causa procedi possit prout in prima, & quando.*
5 *Sorori vterinæ debetur successio fratris sine testamento defuncti, eique competit immissio ex interdicto quorum bonorum.*
6 *Verba,* Padre si, fate voi, *non important dispositionem perfectam, sed simplicem declarationem, seù preparationem faciendi actum infuturum, & num. seqq.*
7 *Legatum non censetur relictum per interrogationem moribundo factam, an vellet relinquere, cui ille respondit* Padre si, fate voi.
8 *Testatorem ita voluisse non sufficit, nisi etiam insimul doceatur voluntatem transiuisse in dispositionem.*
9 *Dispositio à moriente facta ad interrogationem alterius per sola verba,* Padre si, *absque alia expressione si de nulla constat præordinata eius voluntate reputatur imperfecta, & sic non valet.*
Intellige vt num. seqq.
11 *Legatum factum ad interrogationem alterius, & solo nutu*

nutu substinetur fauore piæ causæ.
Amplia conclusionem procedere etiam si fuerit collatum in voluntatem tertij ibidem.
Intellige conclusionem ita demum procedere quotiescumque cessat omnis suspicio insanæ mentis, & importunæ suggestionis, & constat testatorem ità determinatè voluisse aliàs secus num.12. & 13.

DECISIO CCLXXXVIII.

DEFVNCTO anno 1642. Petro de Albis de Corinaldo. Deputati, & Sindicus Communitatis prætendentes iure legati fuisse sibi relictum vnum Prædium situm in Territorio dicti loci in Contrata dicta: *il Roueto*, seù *Monte della Penna* pro erigenda Collegiata in dicto loco insteterunt pro immissione in possessionem dicti Prædij, & nemine citato obtinuerunt.

Interim verò Lauinia Cina soror vterina defuncti alibi degens habita notitia de prædicto obitu fratris statim se cōtulit ad locum Corinaldi, & adito iudice seruatis seruandis obtinuit sibi tanquam proximiori, & ab intestato hæredi tradi claues domus, consignari pecunias in domo defuncti repertas, & successiuè vti talis adepta fuit possessionem bonorum hæreditariorum, ad quam pacificè conseruandam obtinuit priùs ab A. C. Monitorium cum inhibitione vti Vidua in vim *l.vnica C.quoniam Imper.* quod præsentari fecit non solum deputatis, & Sindico Communitatis, sed etiam Hieronymo Mannello Rectori Ecclesiæ Parrocchialis Sancti Petri dicti loci, cum quo nunc causa agitur postmodum verò per aliud Monitorium speciale contra solos deputatos, & Sindicum non vocato Hieronymo motuit iudiciū coram eodem A.C. a quo petijt, & obtinuit immissionem in possessionem dicti Prædij Appellarunt ab hoc Decreto deputati, & Sindicus, & cōmissa causa an esset locus Aegidiana fuit per iudicem Appellationis affirmatiuè responsum, & proindè exequendam esse sententiam & mandatum de immittendo relaxatum.

Insurrexit in his terminis Hieronymus, & prætextu, quod non fuisset in causa citatus obtinuit denuò committi causam Appellationis in Rota clausula sine præiudicio legitimæ executionis. Vnde dubitaui. An esset locus executioni dictæ sententiæ, & mandati etiam in præiudicium dicti Hieronymi, & DD. affirmatiuè responderunt.

Defectus enim Citationis Hieronymi, quæ pro nullitate sententiæ allegabatur tollitur, quia cum ipse appellauerit à sententia lata contra deputatos, & causam appellationis, & nullitatis commit-
1 ti fecerit, † fecit omnia acta sua, quæ perindè illum afficiunt, ac si eo citato facta fuissent, vt monuit *Innoc.in cap.cum super n.6.vers si attamen hæc 3. persona de re iudic. Rota penès Put.dec.71.lib.3. Achill. decis.13.de appellat.ac decis.98. sub num.5. par.5.recent. & in alijs relatis per Adden.sau.mem.Greg.XV. decis.259.num.2.*

Licet enim tertius veniens ad causam non adhærendo iuri Colitigantium, sed ex proprio, & separato iure possit venire prout in prima committendo nouam causam, & hoc casu non faciat acta
2 sua, nec sententia lata eum afficiat, Vbi tamen prout hic venit per viam appellationis licet alleget nullitatem sententiæ semper facit omnia acta sua, quia aliter ius appellandi, & dicendi de nullitate sibi non competeret, vt distinguendo dixit *Rot.in recent.decis.98.num.5.in fin.& 6 par.1. Adden.ad Gregor.d.decis.259.num.3.& fuit dictum in Montis Regalis iurisdictionis 10.Iuny 1602.coram Cardin.Millino impress.per Marches. par.2. fol.26. num.4. cum seqq.* Et hoc casu non attenditur *Clausula quàm, & quas,*
3 apposita † in commissione cuius vigore procedi potest prout in prima etiamsi de hac non fuerit habita expressa declaratio, vt aduertit *Rota coram Card.Seraph.decis.1241.num.2.* quia prçter quod dicta decisio loquitur in casu, quo re vera nulla fuerat interposita appellatio, in casu tamen ñostro Rector in commissione exposuit se validè læsum à dicta sententia, ibi, *sentiens à dicta sententia, & alijs grauaminibus totoque processu se valde læsum*, quod cum esse non possit nisi cum supposito, quod sen-
4 tentia eum sufficiat vtique appellans cum hac expressione proculdubio fecit acta sua, vt notauit *Rota dicta decis.98.num.6.in fin.& admittit dicta decisio, Seraphin.1241.sub num.3 vers.non obstat, & in d. Montis Regalis iurisdictionis penès Marchesan.num 6.* vbi quod dicta clausula *Quam, & quas*, operatur solum, vt non constito de appellatione seu etiam deserta possit pronuntiari prout in prima sed ex hoc non sequitur, quod non fuerit appellatum, & commissa causa appellationis, ex quibus actibus oritur approbatio sententiarum.

Iustitia verò est patens, quia dum Petrus testator decessit nullo condito testamento, & Lauinia
5 soror vterina est proximior, † ad eam spectat hæreditas ab intestato, & competit immissio ex interdicto quorum bonorum *l.1.ff.& C.quorum bonorum Menoch. de adipisc. remed.1. num.49.& seqq. Rot.decis.115.num.1.par.1. & decis.415.nu.2 par.5.recent. etiam si agatur de re particulari, vt habetur in l.2. C. quorum bonorum bon.mem.Buratt.386.num.2.*

Nec obstat prætensio, quod Prædium, de quo agitur fuerit legatum pro Collegiata erigenda, quia præter quod testes inducti pro Rectore ad probandum huiusmodi legatum pati videntur plures exceptiones vt latè deducitur ab informantibus pro Lauinia DD. visum fuit de eo non constare, quia ex attestatione Patris Iosephi de Paronis confessarij habetur ad suggestionem quorundam amicorum, & consanguineorum ibidem adstantium se interogasse ægrotum morti proximum, an vellet relinquere legatum scutorum mille pro erigenda Collegiata in dicto loco, Ægrotumque respondisse per hæc verba *Padre si*, quo responso habito agnoscentes ijdem scuta mille non sufficere pro perficiendo opere curasse, vt ipse iterum interrogaret ægrotum, an vellet pro erectione Collegiatæ relinquere Prædium situm in Territorio dicti loci, cumque respondisse *Padre si fate*
6 *voi* hęc attamen verba nullatenus important legatum, quia non continent dispositionem perfectam vt opus esset, sed simplicem declarationem, quod erat contentus relinquere, quæ cum expectet post se complementum dispositionis, & actus remanet simplex præparatio sine effectu perfectæ dispositionis, vt post *Oldrad. cons.119. dixit Rota coram Card.Seraph.decis.123.num.3.& decis 1357.num.71. & in Roman.seu Tudertina aducationis 1.Martij 1638 coram R.P.Dameo Carillo*; erat enim necessarium Testa-

Testatorem actualiter, & deliberatè voluisse, & di-
7 sposuisse † absque eo, quod legatum distulisset in futurum voluntatem interrogantis, ibi, *fate voi. Bald. cons. 12. num. 3. lib. 2. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 12. tit. 16. num. 11. Rot. apud Seraph. vbi supra num. 8. & in dicta Roman. seu Tudertina*. Aliàs nihil
8 prodest Testatorem ita voluisse † nisi doceatur voluntatem transiuisse in dispositionem *Bald. in leg. quidam cum filium in 30. notab. ff. de hæredit. instit. Dec. cons. 287. num. 7. & cons. 513. num. 11. Gabriel. cons. 111. num. 16. lib. 1. Rota coram Seraph. dec. 1486. num. 15.*

Eoque magis quia agnoscens idem confessarius imperfectionem huiusmodi voluntatis subdidit *Signor Pietro non tocca à me il disponere della vostra robba*, quibus verbis nullum aliud responsum dedit quam *sapere, & zappare* quibus sæpius repetitis illinc ad modicum reddidit animam Deo. Hinc attamen dupliciter excluditur perfectio voluntatis. Primò quia non solum Testator non habuit legatum pro facto, sed interrogatus, nec minus illud perficere voluit, dum responsum dedit omninò alienum, & extraneum. Secundò quia morti proximus morbo valdè grauatus, & fortè etiam mente non sanus, non ex aliqua præordinata eius voluntate aut determinatione relinquendi huiusmodi Prædium pro erectione Collegiatæ, sed solum ad suggestionem Patris Confessarij sic impulsi à circumstantibus respondit *Padre sì* absque alia verborum expressione seù clari-
9 riori suæ voluntatis declaratione. Vnde † dispositio tanquam imperfecta ratione voluntatis non substinetur quippe non censetur facta ex animi deliberatione, sed ex quodam morientium vsu qui omnibus interrogantibus facillimè applaudentes affirmatiuè respondent ad euitandas importunas interrogantium vexationes, eo tempore, quo mortis cogitatione turbati ac summis morbi cruciatibus affecti liberum prorsus discussum, ac distinctam cognitionem non habent, vt ad propositum ratiocinatur *Clar. in §. Testamentum quæst. 37. sub num. 7. vers. 3. scias*, dicens quoniam concurrunt hęc duo, quod scilicet testator sit valdè grauatus in-
10 firmitate, † & quod non constet ipsum habuisse priùs animum ità testandi, hanc opinionem esse magis communem, magis æquam, & magis tutam, & secundum eam fuisse iudicatum, & latè comprobat *Dec. cons. 86. num. 22. & seqq. & plures alij relati per Modern. Mantuan. controuer. 549. nu. 65. cum seqq. 72. 73. & 80. Surd. cons. 373. nu. 11. vbi quod præsumitur* sic respondisse vt se liberaret à molestijs suggestionibus.

Nec releuat fauore piæ causæ substineri lega-
11 tum ne dum ab interrogatione alterius, & solo nutu factum, sed etiam in alterius voluntate collatum, vt notant communiter *Doct. in cap. cum sibi vbi gloss. fin. extra de Testam. ibique Couarr. in relect. dicens magis communem sub num. 11. & seqq. versic. Tertius huius Capituli intellectus & dixit Rot. diuers. decis. 74. num. 19. & seq. par. 2.* Id enim recipitur quando cessat omnis suspicio insanæ mentis ac im-
12 portunæ † suggestionis, & constat testatorem ita voluisse determinatè disponere, vt explicat *Couarr. vbi supra num. 4. vers. & tamen intelligenda, & Clar. d. quæst. 37 sub num. 6. vers. scias ergo* secus vbi prout hic de præordinata, vel determinata voluntate non constat & dubitari potest, Testatorem non fuisse sanæ mentis, & interrogans, ne dum non redegit in scriptis, sed intellexit interrogatum nolle disponere subdens illi propterea verba superius relata, quod ad eum non spectabat dis-
13 ponere de illius bonis, † hoc enim casu ex defectu perfectæ voluntatis dispositio non sustinetur, nec minus fauore piæ causæ, vt notat pro indubitato, *Couarr. in cap. relatum il 1. sub num. 9. & seqq. de Testam. Clar. §. Testamentum, quæst. 7. sub num. 3. & 4. Gratian. discept. forens. cap. 895. sub nu. 21. & 23. Surd. decis. 292. sub num. 15. & firmauit Rot. in recent. decis. 576. sub num. 3. par. 3.*

Et ita constito de validitate, & iustitia sententiæ dixerunt DD. mandatum A. C. esse exequendum vtraque, &c.

R. P. D. MELTIO

Postea EPISCOPO PAPIEN.

Anagnina Beneficij.

Lunæ 30. Maij 1644.

ARGVMENTVM.

Beneficium Iurispatronatus, quando est Laicale, licet non cadat sub reseruationibus, & affectionibus Apostolicis, attamen id non procedit quando tale Iuspatronatus fuit relictum personę Ecclesiasticæ, & quando illud non possit dici relictum temporaliter, sed in perpetuum Iuspatronatus non transit in fideicommissarium, sed remanet penes hæredem directum.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus licet à principio fuerit fundatum à laico de bonis patrimonialibus, dicatur Laicale.*
2 *Tamen si transiuerit in Ecclesiam dicitur Ecclesiasticum, & cadit sub reseruationibus, & affectionibus Apostolicis.*
3 *Iuspatronatus Laicale, si transiuerit in Ecclesiam non irreuocabiliter, sed temporaliter, non potest dici Ecclesiasticum, sed remanet Laicale.*
4 *Iuspatronatus, vt dicatur Ecclesiasticum, vel Laicale quid sit attendendum.*
5 *Laicus si acquirat ex iusto titulo bona Ecclesiastica huiusmodi bona non dicuntur amplius Ecclesiastica, sed assumunt naturam Laicalem.*
6 *Bona Ecclesiastica, quando efficiantur patrimonialia, & laicalia.*
7 *Iuspatronatus, quando dicatur acquisitum Ecclesiæ temporaliter.*
8 *Iuspatronatus regulariter non transfertur in fideicommissarium, cum etiam restituto fideicommisso illud remaneat penes hæredem directum.*
9 *Fideicommittens, quando præsumatur voluisse, quod iuspatronatus non transiret ad fideicommissarium.*
10 *Iuspatronatus ad honorem tantum videtur pertinere.*
11 *Iuspatronatus, quando est relictum personæ Ecclesiasticæ, non intuitu Ecclesiæ, sed personæ, dici non potest Ecclesiasticum.*
12 *Clericus regularis nihil habet patrimoniale, ob votum paupertatis.*

13 *Reli-*

13 *Religioso quidquid relinquitur efficitur Monasterij, etiam absque apprehensione Monachi.*
14 *Iuspatronatus, si fuerit relictum Religioso, donec viuit, illud transit etiam in Monasterium, donec viuit Monachus.*
15 *Ius præsentandi aliud est, & aliud iuspatronatus.*
16 *Iuspatronatus à iure præsentandi, quando possit distingui.*
17 *Iuspatronatus censetur datum cui fuit concessum ius præsentandi, dum aliud non fuit dispositum.*
18 *Verbum reuertatur, est commune.*
19 *Verbum reuertatur, importat fideicommissariam substitutionem.*
20 *Substitutio post mortem instituti importat verbum, reuertatur.*
21 *Fideicommissum non extenditur ad iuspatronatus.*
22 *Iuspatronatus non transit in fideicommissarium sed remanet pene hæredem directum.*
23 *Hæres directus, et fideicommissarius, si ambo præsentent ad iuspatronatus, quis veniat præferendus.*
24 *Prohibitio alienationis respectu vnius casus restricta non extenditur ad alium, et num. 25.*
26 *Testator prohibendo alicui ne alienet, necessario supponitur, quod ei voluerit dominium relinquere.*
27 *Per Cessionem, quis alicui plus non potest cedere, quam ipse habeat.*
28 *Regula Cancellar. de annali tuetur possessorem etiam titulo destitutum.*
29 *Possessio annalis pacifica ea dicitur, quæ per litem non fuit interrupta.*
30 *Possessio illa nullatenus potest dici pacifica, qua per litem fuit interrupta.*
31 *Regula de annali, quis iuuari non potest, si non iustificet eam fuisse pacificam.*
32 *Possessor pacificus, quando quis dici nequeat.*

DECISIO CCLXXXIX.

FVIT in hac causa iterum sub hac die dubitatum, an esset recedendum à decisione emanata sub die 17. Ianuarij 1642. coram bon. mem. Merlino, * & Domini approbando illius fundamenta, responderunt, esse standum in decisis, fuit enim in eadem resolutum, Iuspatronatus de quo agitur,
1 licet † à principio fuerit à laico, & de bonis patrimonialibus institutum, tamen eo ipso quod transiuit in Ecclesiam; fuisse factum Ecclesiasticum, &
2 ideo cadere sub reseruationibus, & affectionibus Ecclesiasticis, *cap. vnico in fine de iurepatr. cap. dilectus 34. glos. in verb. ex dotatione de præb. Lambert. de iurepatr. artic. 5. quæst. 1. par. 1. lib. 1. num. 7. Mascard. de præb. conclus. 958. num. 11. Couar. pract. quæst. cap. 36. num. 5. Sanchez resp. moral. lib. 2. cap. 3. dub. 53. num. 4. Lotter. de re benef. lib. 2. quæst 10. num. 40. Addent. ad Buratt. decis. 769. nnm. 23. Rot. in Roman. Cappellaniæ 20. Aprilis 1630. coram bon mem. Pirouano, Seraphin. decis. 1420. et in Valentina Decanatus, et Canonicatus 29. Nouembris 1638. coram R.P.D. meo Carillo, et decis. 615. num. 5. par. 1. recent.*

Non obstat quod huiusmodi Patronatus transi-
3 uit † in Ecclesiam non irreuocabiliter, sed temporaliter, & per consequens non possit dici Ecclesiasticum, sed retineat eandem naturam secularizationis, nec cadat sub reseruationibus, & affectionibus Apostolicis, *vt fuit resolutum in hac eadem causa sub 2. Martij 1643. coram me.*

Quia ista temporalitas quidem qualificat acquisitionem quoad tractum successiuum, non autem respectu dominij, quod interim quoad substantiam manet apud acquirentem, cuius qualitas
4 solum attenditur ad effectum vt iuspatronatus † dicatur Ecclesiasticum, vel laicale *Barbos. de iur. Eccles. lib. 3. cap. 12. nu. 16. Garz. de benef. par. 5. cap. 1 num. 555. vers. vnde Gaburrus Viu. de iurepatr. par. 1. lib. 1. cap. 3. num. 2. Molphes. cons. 31. sub num. 31. vers. et sic Summus Pontifex Mohed. decis. 9. num. 6. de iurepatr. Crescent. decis. 9. eodem tit. Achill. decis. 1. eodem pariter titulo Put. decis. 90. lib. 3. Laodien. particulis 18 Decembris 1623. coram bo: mem. Merlino*, sicut etiam
5 videmus, † è conuerso, quod si laicus acquirat ex iuxto titulo bona Ecclesiastica huiusmodi bona non dicuntur amplius Ecclesiastica sed assumunt naturam, & qualitatem personarum, quibus cohe-
6 rent, & fiunt † pœnitus laicalia, & patrimonialia *Carol. de Graff de effect. cler. offec. 3. num. 40. Molph ad consuet. Neapol. in addit. ad quæst. 6. par. 4. num. 15. Vasq. de success. creat. lib. 1. §. 20. nu. 684. Surd. cons. 358 num. 9. Rot. decis. 769. et ibi Add. num. 26 Viu. de iurepatr. par. 1. lib. 1 cap. 3. num. 12.* & in isto casu dici neque potest, quod huiusmodi iuspatronatus fuerit
7 acquisitum † ad fauorem Ecclesiæ reuocabiliter, & temporaliter, dum post mortem, fratris Leonardi fuit vocata Veronica filia testatricis ad fideicommissum ab eadem testatrice instinctum, quia grauamen, quod fuit impositum dicto fratri Leonardo post eius mortem restituendi bona d. Veronicæ, non cadit sub isto iurepatronatus, quod re-
8 gulariter non transfertur in fideicommissarium, cum etiam restituto fideicommisso, maneat penes hæredem grauatum *Bart. in l. quia perinde, §. restituta, ff. ad Trebell. Castr. in l. precibus, et ibi Alex. nu. 16. Iason. num. 179. C. de impub. et alijs substit. Fusar. de substit. quæst. 634. num. 3. Lambert. de iurepatr. lib. 1. par. 2. quæst. 10. tit. 3. num. 2. Gemez. var. resolut. tom. 3. cap. 5. num. 29. Alex. cons. 73. lib. 7. Gemin. consil. 22. Curt. sen. cons. 76. volum. 7. Rot. in Roman. iurispatronatus 14. Iunij 1638. coram bon. mem. Buccabella*, &
9 hoc colligitur ex mente testatricis, quæ videtur fideicommissario voluisse restitui bona, & iura, quæ vtilitatem, & commodum pecuniarum potuissent
10 ei afferre, non autem quæ ad honorem tantum videbantur pertinere, vt est iuspatronatus *Couar. variar. resolut. lib. 2. cap. 18. nu. 8. vers. posteriori Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 12. num. 15. Lotther. de re benefic. lib. 2. quæst. 11. num. 37. Cast. Pala. oper. moral. tom. 2. tract. 13. disput. 2. punct. 4. num. 5. Rot. apud Viu. de iurepatr. decis. 24. num. 4. et decis. 72. num. 14. et 15. par. 7 diuers. et in Bonon. Iurispatronatus 23 Ianuarij 1640. coram R.P.D. meo Bichio.*

Non obstat quod huiusmodi iuspatronatus fuerit relictum dicto Patri non intuitu Ecclesiæ,
11 sed intuitu ipsius personæ, & tali casu non possit assumere naturam Ecclesiastici, vt firmatur *in decis. 574. num. 7. et 8. par. 1. diuers.*

Talis enim distinctio posset fieri in Clerico se-
12 culari, non autem in regulari, qui ob resistentiam voti paupertatis nihil habet patrimoniale, aut proprium, sed quicquid acquirit, Monasterio acquirit, & eo ipso quod est delatum Monaco, statim fit Monasterij *text. in l. Dic nobis, §. hoc etiam in fine de Episc. et Cler. Archid. in cap. Monachi in fine 16. quæst. cap. Feder. de sentent. cons. 4. num. 4. vers. in contrarium*

trarium Rot.decis. 394.*num*.2.*et* 733.*num*.7.*coram bo:*
13 *mem.Buratt.* imo absque apprehensione Monachi fit acquisitio Monasterio secundum opinionem Canonistarum, vt tenuit *Rot.in Bonon.de Guiddalottis* 3.*Aprilis* 1615.*coram Caualerio, et d.decis.*394.*nu*.3
14 & in hoc casu cum huiusmodi iuspatronatus spectet ad fratrem Leonardum iure singulari, iure merito debet transire in Monasterium saltem donec Monachus viuit *Prob.ad Monach.in rub.de iurepatronatus in* 6.*sub nu*.2.*Sanch.in præcep.Decal.lib*.7.*cap*.14.*num*.2.*et seqq.et respons. moral.lib*.2.*cap*.3.*dubit* 93.*nu*.19.*Lambert.de iurepatr.lib*.2.*par*.1. *quæst*.2. *artic*.11.*num.vltim.Seraph.decis*.1328.*num*.1.

Nec etiam releuat quod huiusmodi iuspatronatus non potuerit effici Ecclesiasticum cum in patrem Leonardum tantum fuerit collatum ius præ-
15 sentandi, vel nominandi, & aliud sit iuspatronatus, & aliud ius præsentandi, vt inquit *Calder.de iurepatr.cons*.19.

Quia hoc procederet quando testatrix post cōcessionem iuris præsentandi, siue nominandi sibi, & successoribus reseruasset iuspatronatus, at in
16 hoc casu nullum sibi, nec successoribus reseruauit iuspatronatus, & ad effectum, vt posset effici Ecclesiasticum, sufficit, vt in vita Monaci alteri non sit
17 reseruata proprietas, quæ tali casu efficitur illius, ad quem spectat ius nominandi, & præsentandi, vt distinguit, & firmat *Seraph.decis*.456.*num*.4.*et* 740. *num*.4.*par*.2.*recent*.

Cessat pariter aliud obiectum, scilicet quod dictus frater Leonardus, & ex eius persona Monasterium habeat tantum vsumfructum, dum testatrix voluit quod post obitum eiusdem Patris, ei succederent Veronica, & eius filij, quę verba importare videntur simplicem vsumfructum, non autem proprietatem, & per consequens non potuerit mutari natura iuspatronatus laicalis, quia frater Leonardus non fuit institutus in vsufructu, sed vniuersaliter in omnibus bonis, nullo ei dato cohærede in vita, sed tantum substituto post mortem, ibi, in omnibus autem alijs bonis instituit eius vniuersalem hæredem fratrem Leonardum Ferrarium eius filium, cum conditione, quod eo moriente dicta bona reuertantur ad Veronicam eius filiā,
18 &c. quod verbum reuertatur tanquam commune *Bartol. in l.Centurio, num*.53. *et* 54. *et ibi DD. ff. de vulg.et Pupill.Fusar.cons*.151.*num*.5.*Caualer.dec*.34. *num*. 3. importat fideicommissariam substitutio-
19 nem, vnde patet eundem fratrem Leonardum esse hæredem directo, licet fideicommisso grauatum *Bald.in l.miles ita in princ. ff.de testam. mil. Imol.in l. filius à Patre, col. fin. vers.tertius casus est de liber.et Posth.Tiraquell.in l.si vnquam in verb.reuertatur nu*.6 *cum seq.C.de reuoc.donat.Caualler.d decis*.34.*num*.4.
20 *et decis*.1.*num*.3.*par*.2.*recent*. quam etiam importat substitutio potest mortem instituti *l.Titia cum testamento, ff.de leg*.2.*Fusar.cons*.124.*num*.25.*Magon. decis.Florent*.52.*num*.4,*et decis*.138.*num*.3.*part*.4.*diuers*.Vnde admisso quod per tale fideicommissum deuoluatur hæreditas ad Veronicam, ac eius fi-
21 lius, illud tamen non extenditur ad huiusmodi Iuspatronatus, vt notabiliter decidit *Bart.in l.quia perinde*, alias incipit quia restituta per illum *text. ff.ad Trebell.et Bald. in l.cum virum in vltim.colum. C. de fideicommiss. Ioan. de Imol. in l.si Prouisioni in*
22 *princip.ff.ad Trebell.* sed remanere debet apud hæredem directum, vt inquit *Alex.cons*.73. *num*.1.*in fine vers*.Imo iuspatronatus, & iura directa, *et numer*.2.*lib*.7.*Alba cons*.488.*num*.9.*in princ*. maxime quia in concursu hæredis directi, & fideicommissarij, in hoc casu, licet Sellarius veniat ex vacatio-
23 ne secuta in Curia, quam tamen non posset allegare, si huiusmodi Iuspatronatus transisset in fideicommissarium, directus est semper præferendus, vt inquit idem *Alb.in eodem cons.num*.9. *vers. quia respondetur*.

Non obstant verba sequentia eiusdem testatricis, ibi, quæ bona dictus frater Leonardus non possit aliquo modo vendere, sed in illis habere debeat tantum vsumfructum, &c. exceptis tamen in scutis 200. de quibus dedit facultatem disponendi ad eius arbitrium, ex quibus videtur argui posse, testatricem voluisse, quod dictus frater Leonardus non possit disponere nisi de dictis scutis 200. & per consequens iuspatronatus debeat redire ad fideicommissarium.

Quia talem restrictionem euidenter patet fuisse appositam respectu prohibitionis alienandi tantum, non autem respectu acquisitionis proprieta-
24 tis, & cum appareat, † institutionem fuisse vniuersalem in omnibus bonis, talis prohibitio alienationis restringitur, quoad simplicem vsumfructum, sed operatur vt intelligatur etiam relicta proprietas circa huiusmodi iuspatronatus, *Bald. in leg. proculus, & ibi Angel. & Florian. in princip. num*. 1. *ff. de vsufruct. Rom. consil*. 206. *nu*. 4.& 5. *Surd. consil*. 45. *num*. 27. *Durand. de arte testandi titul*. 6. *caution*. 42. *Gratian. disceptat. forens.cap*.443. *num*. 2 & 12. *Rot. decision*. 138. *numer*. 5. & 460.
25 *numer*. 2. *part*. 4. *diuersor*. quàm opinionem † licet fuerit à multis reprobata, vt latè *Pinell.in leg*. 1. *part*. 3. *num*. 41. *vsque ad* 44. *C. de bon. matern. Menoch. præsumpt*. 133. *numer*. 3. *in fine versic. quo circa Graff. in* §. *legatum quæst*. 38. *numer*. 3. est tamen verior, & magis communis opinio contraria, nam testator prohibendo alicui ne alienet,
26 † necessario præsupponitur, quod ei dominium relinquere voluerit *Surd.cons*. 572. *numer*. 7. & 8. & 493. *numer*. 12. *Gabr. cons*. 108. *num*. 32. *lib*. 2. vbi de receptissima opinione contra Pinellum, & sequaces testatur idem *Gabriel. consil*. 141. *num*. 6. *lib*. 1. *Alciat. cons*. 103. *num*. 5. *lib*. 9.*Paris. cons*.71. *num*. 1. *lib*. 2. *Fulgos. cons*. 13. *num*. 15. *lib*. 1.*Gratian. discept. forens. dict. cap*. 443. *num*. 5. & 6.*Petr. de fideicommiss. quæst*. 5. *num*. 5. *num*. 73. *Mascard. conclus*. 1421. *num*. 11. & 13. Et ita cum Sellarius deducat ius suum ex prouisione Apostolica quàm obtinuit per obitum Camilli Colettæ, beneficij controuersi possessoris, qui incidit in mense reseruato, licet obtinuerit cessionem à Loccio, non est super ea insistendum, maximè cum Loccio nullum ius competeret ad tale beneficium, vnde per
27 cessionem factam plus iuris transire non potuit in cessionarium, quam haberet cedens *leg. nemo plus iuris, ff.de regul.Iur.leg.exceptiones, ff.de except. Bald.cons*.61.*nu*.1.*lib*.3. *Rota decis*.435.*nu*.14.*par*.1. *recent.Caualer.decis*.219.*num*.17.Neque suffragatur
28 Crisanti Pellagattæ regula de annali, quæ tuetur possessorem etiam titulo destitutum, *Crescent.decis*.4. *de caus.possess. et prop. Lotter. de re benef.lib*.3. *quæst*.52.*num*.39.*et* 40.

Quia cum Sellarius ostendat Pelagattam fuisse proui-

prouisum per obitum eiusdem Colletæ, contra quem iam lis super huiusmodi beneficio pendebat, nec fuit terminata, non potuit intrare regu-
29 la annalitatis, † cum possessio annalis ea sit, quæ per litem interrupta non apparet, & existente li-
30 te, possessio nullatenus dicitur pacifica † prout requiritur *Sarnen. in regul. de annal. quæst. 50 in princip. Mandos quæst. 54. num. 1. Verall. decis. 21. par. 3. Lotther. de re benef. lib. 2. quæst. 52. num. 27. 28. 29. & 30. Mantic. decis. 46. num. 4.*

Demum, cum secuto obitu Collectæ Sellarius fuerit immediatè prouisus à Papa non potest Pelagatta iuuari ex annalitate, quia non iustificat
31 initium suæ possessionis pacificæ & illius continuationem, per annum, & impediendum effectum regulæ de annali sufficit ostendere prouisionem
32 ante annalitatem, post † quam prouisionem etiã si Pelagatta ostendere, nihilominus dici non potest pacificus possessor ad tradita per *Lotther de re benef. lib. 2. dict. quæst. 52. num. 24. 25. & 26.* ex quibus dixerunt Domini adiudicandum esse beneficium Antonio Sellario.

Et ita vtraque parte informante &c.

Decisio ista emanata in hac eadem causa sub die 17. Iunij 1642. coram bon. mem. Merlino est inter eius impress. decisio 986. à qua Rota recessit coram Reuerendiss. Papien. sub die 21. Maij 1643. sed postea fuit illa confirmata coram eodem Reuerendissimo Papien. sub die 27. Ianuarij 1644. quæ est supra in hac parte 9. decis. 244. & iterum prædicta decisio bon. mem. Merlin. confirmatur in præsenti decisione.

R. P. D. PEVTINGERIO.

Romana Dotis.

Lunæ 30. Maij 1644.

ARGVMENTVM.

Renunciationem quam acquirit Pater in constitutione dotis filiæ, non vt simplicem renunciationem, sed vt veram donationem interpretari hac in decisione concluditur, & proinde dicitur illam fuisse quæsitam tam ipsi Patri, quam eius hęredibus, quicumque illi sint. Dotem post mortem Matris ad filios spectare si hoc in contractu matrimonij apponatur pręcisam illorum arguit vocationem: secus verò si huiusmodi verba reperiantur in statuto prolata, quia toties libera testandi facultas mater non censetur adempta.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de non petendo in renunciatione apposita operatur, vt illa transeat in pactum, & in donationem transfundatur, & num. 8.*

2 *Bona renunciata mediante pacto de non petendo, dicuntur donata, & acquiruntur donatario, eiusque hæredes quicumque illi sint, & nu. 8.*

3 *Renunciatio, quæ continet donationem acquiritur illi, cui fit eiusque hæredibus.*

4 *Renunciatio facta per filium ad fauorem Patris si continet donationem suffragatur etiam illius hæredibus siuè sint filij eiusdem, siuè diuersi matrimonij.*

5 *Donatio censetur stipulata pro se hæredibus, & successoribus quibuscumque ex clausula illa cæterata,* pręsenti &c.

6 *Donatio facta patri cum clausula* præsenti &c. *non acquiritur filijs primi matrimonij, sed censetur facta ad fauorem patris, eiusque hæredum.*

Amplia conclusionem fortius procedere si adsunt verba quibuscumque *num. 7.*

8 *Pactum de obseruando renunciationem, & illam non reuocando, facit eam in donationem transire transmissibilem ad quoscumque hæredes.*

9 *Renunciatio donationem continere non potest si non constat de aditione hæreditatum illorum de quibus fuit facta renunciatio.*

10 *Additio hæreditatis inducitur eo, ipso, quo quis aliter succedere non potuisset.*

Additio hæreditatis matris inducitur in filijs illius hęreditati renunciantibus in fauorem alterius, & num. 11.

Amplia vt idem resultet ex donatione, per filios facta de materna hæreditate ipsis delata dicto num. 11.

12 *Pater in bonis à filio siuè, donatione, siuè testamento quæsitis consideratur tanquam extraneus.*

13 *Pater dotans filiam potest in dotis constitutione quodcumque onus opponere.*

Amplia conclusionem fortius procedere si onus fuerit Appositum fauore filiorum ibidem.

14 *Donatio, seù renunciatio per filiam a patre dotatam facta in instrumento dotis ad fauorem ipsius patris ab illa ratificata censetur ex matrimonio postea subsecuto.*

15 *Pactum initum in instrumento dotis, quod scilicet dos post mortem matris perueniat ad filios valet etiam sinè consensu ipsius matris.*

16 *Filiorum præcisam vocationem inducunt verba,* che li figlioli hæreditino ogni cosa.

Intelligi si huiusmodi verba apponantur in contractu, secus si in statuto, quo casu per huiusmodi verba non tollitur libera testandi facultas, quæ de iure cuilibet competet num. 17.

18 *Filiorum appellatione veniunt æquè masculi, ac fœminæ vbi sumus in contractu matrimonij.*

19 *Filiorum appellatione comprehenduntur tam masculi quam fœminæ in dispositionem per fœminam facta.*

20 *Statutum nouum non attenditur prò interpretando contractu antè statutum celebrato.*

21 *Verborum statuti sensus nascitur cum primum statutum fuerit promulgatum, nec mutatur licèt deindè statuti dispositio mutetur, & sup. num. 20.*

22 *Verbum vnum, & idem in vna eademque oratione probatum diuersimodè non debet intelligi.*

DECISIO CCXC.

GRegorius Boncompagnus anno 1674. Angelam etiam Boncompagnam cum dote scut. 2000. in vxorem duxit, & dotem cum Vgonis Patris sui consensu in alijs scut 600. auxit pacto in instrumento dotali adiecto. *Che in euento, che la sposa mancasse senza figli legitimi, che soprauadino à lei trenta giorni che detto Gregorio debba restituire la metà della dote, cioè scut. 1000. solamente alli heredi di canto di Padre della Sposa, ma hauendo figli, che li figli hereditino ogni cosa,* Sum. Balthassaris nu. 2.

Angela relicto masculo Balthassare, & quinque fœminis superstitibus decessit viuente Gregorio, qui

qui secundam duxit vxorem Flaminiam Vrsinam, eaque mortua Lisam Lu atcam ex qua Paulum cum alijs quatuor masculis, & quatuor fœminis procreauit, concedenterque dotatis, & monachatis quatuor filiabus primi matrimonij, & quinta in seculo nupta cum dote scut. 8500. renunciatione tamen ab omnibus ad suum fauorem reportata decessit institutis sibi vniuersalibus hæredibus Balthassare filio ex primo matrimonio, & Paulo alijsque quatuor filijs masculis ex tertio matrimonio genitis.

Balthassare vero integram suæ matris dotem prætendente, primo coram bon. mem. Francisco Vbaldo, tum verò coram bon. mem. Pirouano, cum Rota sextam partem, de qua controuersia non erat ei assignasset, mandauit, vt de alijs videretur. Vnde hodie coram me in bon. me. Pirouani locum subrogato prosequendo disputationem, dubitatum fuit, an Balthassari debeatur dos materna cum argumento, & pro qua summa.

Domini vero responderunt Balthassari dotem maternam, & augumentum dotale non deberi vltra portionem ipsi tangentem, & iam solutam. Quia nimirum portiones sororum Balthassaris renunciatæ Gregorio communi Patri in eundem omnino transierunt, & ab ipso in eius hæredes, & non in Balthassarem, cum illa renunciatio non sit simplex renunciatio, sed vera donatio, quod euidenter elicitur ex clausulis instrumentorum
1 signanter ex pacto de non petendo, † quod operatur, vt renunciatio in pactum, & donationem trasfundatur *Bart. in l. 1. num. 4. vers. in simplici* vbi potest alios de communi *Zuccard. num. 134. C. de pact. Frecc. ad Neopod. in consuet. si quis vel si qua num. 200. vers. nota ex dictis fol. 133. Franch. decis. 375. num. 2. Mastrill. decis. 65. numer. 11. Molphes. ad consuet. Neapolit. de renunciat. q. 2. num. 13. & 14. & quæst. 3. num. 17. & seqq.* quo casu bona
2 renunciata, & donata † donatario liberè acquiruntur, & ad illius hæredes quicunque illi sint spectant *l. 1. ff. de donat. l. senatus 35. ff. de donat. caus.*
3 *mort.* & in terminis renunciationis, quæ † continet donationem *Rot. decis. 587. num. 1. par. 1. rec. & decis. 744. num. 9. post. med. par. 2. rec. & in Romana fideicommissi de Incoronatis 5. Decembris 1639. coram bon. mem. Pirouano §. sed præterea.*

Et hoc casu renunciatio, seu donatio facta pa-
4 tri † suffragatur illius hæredibus, siue sint sui ij eiusdem matrimonij, siue diuersi, vt in specie *Alex. cons. 149 num. 5. lib. 7. Soc. sen. cons. 34. num. 5. lib. 4. Paris. cons. 26. num. 31. & cons. 69. num. 53. lib. 3. Castrens. cons. 252. num. 2. vers. pro cuius euidentia par. 1. Surd. cons. 244. num. 2. & seqq. per tot.* vbi de communi *Bollon. iun. de iure accrescendi cap. 5. q. 48. num. 22. & seqq.* vbi etiam de communi, *optimè Gabr. cons. 156. num. 17. ad med. vers. eo vero magis lib. 1. Cutell. de donat. contemplat. matrim ad fin. libri rubr. 127. vers. hæc in terminis.*

Et quamuis non desinit contrarium tenentes, tamen illorum dicta intelligenda sunt de simplici renunciatione, non verò vt in præsenti casu, quando pater donationem, vel renunciationem stipulatus est pro se hæredibus & , successoribus quibuscumque, vt indicat clausula illa ceterata
5 *Presenti † &c. Rota decis. 393. num. 1. & 2. par. 2. diuers. & decis. 587. num. 2. & 3. par. 1. recent. & coram bon. mem. Buratto, decis. 310. num. 7.* tunc enim donatio, & renunciatio censetur facta ad fauo-
6 rem patris † eiusque hæredum, non autem pro filijs primi matrimonij, vt ponderant *Alex. Castrens. Paris. Surd. & alij supracitati.* Maxime con-
7 sideratis verbis successoribus quibuscumque, vt in puncto declarat; & latè comprobat *Molina de rit. nupt. lib. 3. quæst. 85. num. 60. & seqq.* vbi dicit, quod in hoc casu nemo contradicit, & idem tradit *Pignatell. contr. forens. cap. 23. num 32. vers. vnum quoque notandum est*, & multo magis stante pacto
8 de obseruando renunciationem, & illam non reuocando ex supra alleg. *& in specie Surd. d. cons. 224. num. 10. & 14. in fine, & num. 18. vers. nec dicere Bellon d. quæst. 48. num. 18.*

Non obstat, renunciationem, de qua agitur non continere donationem, eo quia de aditio-
9 ne hæreditatum, quibus fuit à sororibus Balthassaris renunciatum non constat *ex l. 1. §. quod ait Prætor ff. quor. legat. per regul. l. si libera C. quod cum eo.*

Quia quidquid sit quoad bona paterna auita, & fraterna quorum respectu casus successionis non dum aduenerat, contrarium tamen est dicendum respectu hæreditatis, & dotis maternæ, cum mater iam decesserat, & pater in ea per solam renunciationem succedere non poterat, nec in
10 ea ius aliquod quærere, † nisi aditio præcessisset, quę proinde in necessarium antecedens inducitur *Corn. cons. 79. num. 10. lib. 4. Aym. cons. 200. nu. 2. Surd. d. cons. 244. numer. 19. circa med. & cons. 523. num. 7. Menoch. de præsump. lib. 4. præsum. 101. n. 15. Rota coram San. me. Greg. XV. decis. 421. nu. 7.* & in nostris terminis, quod donatione hęreditatis ma-
11 tris iam delatæ aditio indicatur, † non autem sola simplici renunciatione, & sit vera donatio ad quoscumque transitoria, *docet Alex. d. cons. 149. num. 6. lib. 7. Soccin. d. cons. 34. num 1. lib. 4. Bellon. iun. de iure accrescen. lib. 1. cap. 5. quæst. 46. nu 21. & 22. Gabr. cons. 135. num. 1. & 3. lib. 2. Ruin. cons. 204. nu 9. lib. 1. Surd. decis. 14 num. 2. & 3. Io. Garran. in auth. ex testamento num. 2. C. de secund. nupt. & in fine alleg. Giouagnon. cons. 91. num. 13. & 14. & num. 19. lib. 1.*

Nec in contrarium facit alleg. *l. fœmina §. illud C. de secund. nupt. cum alijs per informantes pro Balthassare concordantibus adductis.*

Quia d. lex rectè loquitur in suo casu de bonis, quę pater titulo successionis filijs acquisiuit non autem de bonis, quę ex dispositione filiorum, siue donando, siue testamento in patrem
12 fuerunt delata à filijs primi matrimonij, quia in istis consideratur tanquam quilibet extraneus per rationem *tex. in §. hinc nos in Auth. de nupt. & tradit. Io. de Garron. vbi supra num. 14. Gabr. de secund. nupt. concl. 3. num. 23. alter. Gabr. dicto cons. 156. num. 10. ad med. & seq. lib. 1. Sanchez. de matrim. lib. 7. disput. 89. num. 41. post med.*

Minus obstat allegata nullitas instrumenti renunciationis, quod fuerit post contractum matrimonium absente Angela confectum, nec ipsi prę iudicare potuerit.

Quia nunquam docetur, dotem aliter fuisse quam prout in Instrumento dotali narratur constitutam, & cum constitutio prouenerit a patre benè

13 † benè potuit per ipsum quodcumq; onus apponi habito præsertim respectu ad donationem propter nuptias à Gregorio cum consensu Vgonis factam ac etiam quod onus fauore filiorum fuit appositum quibus de iure communi successio debeba-
14 tur, † & omnia ab ipsa Angela præsumuntur ratificata ex subsequenti matrimonio cum dd. conuentionibus *Surd. decis. 62. num. 13. & seqq. Peregr. cons. 90. per tot. lib. 5. Rota diuers. decis. 89. num. 11. & 12. par. 2. & coram bon. mem. Buratto decis. 232. numer. 8. & fuit resolutum in Meleuitana bonorum 13. Decembr. 1638. coram bon. mem. Merlino Mantic. decis. 13. num. 5. & 6. Reuerendiss. Vrgellen. decis. 42. num 17. & seqq. & in Romana fideicommissi 19. Decembr. 1635. coram bon. mem. Motmanno, & in Maceraten. census 14. Februarij 1641. coram R.P.D. meo Royas*. Imo d. pactum etiam absque consensu
15 Angelę quamuis de eius successione ageretur † valere cum non esset super successione omnium bonorum, sed super dote tantum voluit *Oldrad. cons. 139. Honded. cons. 40. num. 32. & 33. lib. 1. Thes. decis. 225. num. 11. Put. decis. 111. in margine lib. 2. Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. glos. 9. par. 4. n. 107. col. 2. vers. septimo*.

Nec in diuersum trahi possunt illa instrumenti verba casu quo Angela moriatur cũ filijs *li figlioli hereditino ogni cosa*, quasi per hæc nullum onus, aut vinculum doti fuerit inductum, sed tantummodo libera dispositio tam ex testamento, quam ab intestato reseruata.

Quia responderunt illa verba *li figlioli hereditino*
16 *ogni cosa*, † præcisam filiorum vocationem denotare, *vt traditur per Socc. sen. consil. 102. num. 6. & 7. lib. 3. Aym. cons. 139. sub nu. 6. Cels. Vgo cons. 58. & cons. 60. num. 11. Cancer. var. resol. lib. 1. cap. 8. num. 133. Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. gloss. 9. num. 107. & 111. cum seqq. par. 4.* cui interpretationi non contradicit *Castrens. in l. si cum dotem in*
17 *princ. ff. solut. matrim.* asserens per † huiusmodi verba in statuto apposita non præiudicari libertati vxoris in testando, sed ei absolutam facultatem disponendi manere, tam ex testamento, quam ab intestato, quia mirum non est, si statutum per prædicta verba successionem reseruantia reseruat etiam successionem ex testamento, secus verò quando eadem verba in contractu apponuntur, tunc enim aliter, quam vt dos post obitum vxoris sit filijs restituenda, interpretari non possunt, vt per eundem *Castr. d. cons. 242. lib. 1.* in quibus terminis distinguit *Fõtanell. de pact. nupt. claus. 4. glos. 6. num. 8. par. 4.*

Et cessat obiectio, quod in d. instrumento nomine filiorum fœminæ non censeantur compræhensæ. Quia hic maximè cum versemur in contractu matrimonij filijs fauorabile, ac dotem, seu donationem fauore filiorum concernentem,
18 appellatione † filiorum veniunt, tam masculi, quam fœminæ. *Ias. in l. si quis id quod numer. 17. in princip. ff. de iurisdict. omnium Iudic. Dec. in leg. fœminæ num. 107. in fin. ff. de regul. iur. Cald. de emphit. lib. 3. cap. 15. num. 18. Gabr. de verb. significat. concl. 6. num. 106. Corn. cons. 176. num. 3. & 4. lib. 4. Landerch. cons. 9. numer. 12. vers. quare in donatione Roland. cons. 93. num. 26. lib. 2. Decian. cons. 41. n. 114. lib. 1. Molina de rit. nupt. lib. 3. quæst. 22. num. 29. Mantic. de tacit. lib. 13. tit. 21. numer. 10. & seqq.* vbi de veriori testatur, *& decis. 96. num. 2.* & hoc
19 potissimum quia sumus in dispositione † fœminę, vt aduertit *Card. Seraph. decis. 614. num. 7. vers. sed neque ista limitatio*, quæ interpretatio est conformis statuto Vrbis antiquo *cap. 85. nu. 1.* quod tunc vigebat, nec filias ab hæreditate matris excludebat, nouum autem non est pro interpretatione
20 contractus prius celebrati attendendum, † licet antiquum postea fuerit immutatum, nam sensus verborum cum ipsa prolatione illorum nascitur *Bald. cons. 407. num. 14. lib. 1. Honded. cons. 14. n. 34.*
21 *lib. 2.* † nec mutatur licet postea mutetur statuti dispositio *Brun. super stat. quod stant. mascul. artic. 8. num. 106. vers. prædicta opinio. Rom. consil. 117. numer. 18. lib. 2. Menoch. cons. 204. num. 11. & 25. Card. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 6. tit. 7. num. 21. Ciriac. controu. 529. n. 13. cum seqq.* insuper euidens illa est ratio, quod sicuti per existentiam filiorum, siue masculorum, siue fœminarum, maritus fuisset exclusus, ita illi siue masculi, siue fœminæ ad successionem admittendi sunt, ne vnum, & idem
22 verbum *figlioli* † in vna eademque oratione prolatum diuersimodè intelligatur *l. eum qui ff. de vsucap. Buratt. dec. 272. num. 8.*

Quæ omnia sicuti procedunt respectu dotis, ita etiam attendenda sunt respectu donationis, cum illa, vel ad donantem redierit, vel in hæreditate matris donata patri remanserit, itaut omni casu, omnes patris hæredes ad illam ex supradictis sint admittendi.

Ex quibus Domini concluserunt Balthassari dotem maternam, & augumentum dotale vltra portionem sibi tangentem iam solutam non deberi vtraque parte informante, &c.

R. P. D. CORRADO

posteà S.R.E. CARDINALI.

Cæsenaten. Censuum.

Veneris 3. Iunij 1644.

ARGVMENTVM.

Census, quando fuit extinctus, tunc nulli fructus amplius ex eo debentur, & si mandatum executiuum pro illis fuerit relaxatum, tamquam inualidè decretum, dicitur inualidum, ac omnia in pristinum sunt reducenda. Mandati defectus tollitur per subsecutam ratificationem. De effectuatione concordiæ, quando non possit dubitari.

SVMMARIVM.

1 *Census valide extingui potest cum consensu ipsius Domini.*
2 *Census postquam est extinctus, tunc amplius fructus non debentur.*
3 *Pecunia, quando fuit indebitè exacta venit restituenda.*
Et hoc siue per conditionem indebiti, siue per conditionem sine causa, siue generalibus verbis &c.
4 *Mandati defectus tollitur, ex subsequenti ratificatione.*

Ratificatio æquiparatur mandato. num.4.
5 *Mandato æquiparatur ratificatio etiam in his, in quibus speciale mandatum requiritur.*
6 *In ratificatione admittitur retrotractio.*
7 *Ratificatio, & approbatio alicuius actus, benè probatur ex illius executione, & obseruantia.*
8 *Contractus effectuatio debet fieri ab eo, ad quem spectat.*
9 *Conncordiæ effectuatio benè probatur ex eo quod vtraque pars recepit bona hinc inde promissa.*
10 *Et insuper de dictis bonis disposuerunt.*
11 *Voluntas contrahentium non solum deprehenditur ex facto, verum etiam ex non facto.*
12 *Ratificatio, quæ ex facto desumitur, non solum æquipollet ratificationi verbali, verum etiam illi est fortior.*
13 *Ratificatio ad vnum finem facta non debet ad diuersum, & contrarium effectum retorqueri.*
14 *Hæres repræsentat personam defuncti, in his, quæ sunt transitoria ad hæredes.*
15 *Pro contractus affectuatione in dubio facienda est interpretatio.*
16 *Beneficium ad fauorem alicuius introductum, tunc intrat, quando ille, eo vti vult.*
17 *Pactum resolutiuum appositum in instrumento transactionis in casu non factæ ratificationis, quando intret.*
18 *Fauori suo, quilibet potest renunciare.*
19 *Pactorum rigor à partibus, quando dicatur remissus.*
20 *Bona, si non constet ex quo titulo, & causa ad aliquem prauenerunt quid sit præsumendum.*
21 *De Causa expressa, quando constat, numquam est recurrendum ad tacitam.*
22 *A contractu non potest recedi si adsit defectus causæ, quæ non respicit perfectionem ipsius contractus, sed efficaciorem illius executionem.*
23 *Concordia, seu transactio non propterea euanescit, si super ea non fuit confectum instrumentum dum non fuit expressum, quod aliter ea non valerit.*
24 *Contractus fortius firmatur ex voluntate partium ex ipso facto proueniente, quam ex verbis.*
Instrumenti defectus suppletur ex ipsa voluntate partium. num. 24.
25 *Rota decis. 520. par. 2. recent. in quibus terminis loquatur.*
27 *Ex credito simplici, ac puro non potest prætendi fructus circa labem vsuræ.*
28 *Census maiorem partem Capitalis quando quis iam exigit, cum eius facultate sit post 15. dies totum exigere ideo, si nullum exegerit sibi imputet.*
29 *Quod multò magis procedit quando Census prorsus fuit extinctos, & abdicatus à Domino.*
30 *Mandatum executiuum, quando est ineuitabiliter excessiuum ratione dicti excessus, est nullum in totum, & omnia in pristinum sunt reducenda.*

DECISIO CCXCI.

IMPOSVIT q. Adrianus Leonardellus anno 1611. 14. Martij, & 17. Maij super nonnullis eius bonis duos Census annui redditus, alterum scut. vigintiseptem, alterum lib. 806 8. eosque vendidit bon. mem. Marchioni Carolo Felici Malatestæ pretio libr. 10160. in totum, quod soluit de pecunijs redactis ex venditione Castrorum Tornani, & Serræ per DD. de Beuilaqueis eorum emptores depositis penès Montem Pietatis in Ciuitatæ Cesenæ ad effectum, vt inuestirentur ad eorum cautionem; Accesseruntque obligationi Leonardelli ad fauorem Marchionis Malatestæ bo. me. Com. Hippolytus, & DD. Comites Aurelius, & Valerius de Rouerellis insolidum obligati in forma R.C. vt apparet ex publici Instrumentis, quorum vigore anno elapso 1641. D. Marchionissa Francisca Isabella neptis ex bon. mem. Marc. Leonida filio, & hæres d. q. Marc. Caroli Felici, egit coram A. C. aduersus dd. Com. Aurelium, & Valerium pro fructibus dictorum Censuum decursis, & mandatum obtinuit; quod successiuè ex Decreto Congregationis baronum fuit executum pro scut. 2605. b. 60. super pretio Castri Soriuoli, & aliorum bonorum dd. Com. de Rouerellis eiusdem Congregationis auctoritate venditorũ, & penès in Montem Pietatis in Vrbe deposito ad effectum soluendi potioribus eorumdem creditoribus; Deinde verò præfati DD. Comites adito eodem A. C. obtinuerunt reuocari d. mandatum cum omnibus inde sequutis, ab eaque declaratione interposita pro parte d. D. Marchionissæ appellatione, mihi commissa, dubitaui, An sit locus restitutioni dd. pecuniarum per eam ex causa fructuum dictorum Censuum exactarum.

Et Domini affirmatiuè responderunt. Nam constat, quod de anno 1628. 29. Maij pro relaxata ex eadem causa fructuum dd. Censuum plura mandata contra dictos Com. de Rouerellis factasque illorum executiones super eorum bonis, tandem inita fuit inter partes Concordia, siue Transactio, in qua Comes Valerius suo, ac nomine Com. Aurelij eius fratris, & Claudius Ambrosianus, ac Laurentius Bonioannes Agentes, & Procuratores d. March. Caroli Felicis factis calculis, tàm super capitali, quam super fructibus eorundem censuum vsque in eam diem decursis, & non solutis, conuenerunt integrum creditum præfati Marchionis (comprehenso d. capitali) constituere summam libr. vigintiquatuor millium septuaginta monetæ illarum partium, pro quarũ satisfactione Comites assignarunt eidem March. bona, & census expressa in apoca d. conuentionis, adeò vt illorum debitum redactum fuit ad libr. 7500. tantum pro quarum solutione promiserunt assignare intrà quindecim dies quoddam prædium nuncupatum del Pino situm in loco appellato la Carpinetta Territorij Cesenat. & si quid deesset, in alijs bonis stabilibus in eodem Territorio existentibus pretio æstimando; Et huiusmodi conuentione stante dicti Procuratores retrocesserunt, & restituerunt præfatis Comitibus prædium nuncupatum la Magalotta aliàs occasione dd. fructuum eidem Marchioni adiudicatũ, seu tanquam licitatori deliberatum, & insuper eisdem cesserunt omnia iura competentia d. D. Marchioni ex causa dictorum censuum, vt legitur in eadem Apocha; Ex qua visum fuit Dominis probari extinctionem dd. censuum mediantibus prædictis assignationibus insolutum ibidem fa-
1 ctis per Com. de Rouerellis, † quibus validè extingui potest de consensu Domini census *inxt. l. satisfactio, ff. de solut, l. si rem. §. omnis de pign. act.* & benè declarat *Nauar. in Comentar. de vsur. num. 213. vers. trigesima septima quæstio &c.* & probauit

Rota in Ariminens. cens. 26. Iunij 1620. coram bon. mem. Remboldo nu.2. vers. non obstat &c.& in Rom. cens. 7.Maij 1629.coram R. P. D.meo Ghisilerio n. 8. vers. quod adeo verum est &c. impress. post tract.Modern.Perus. de censibus, decis. 351. *& decis.* 530.vbi aliæ concordantes referuntur, & prosequitur idẽ *Modern. in d. tract.quæst.*108.*num.*1. *& seqq.*& prius *q.* 107.*n.*13. *& seqq. vers. tertius adhuc casus*, vbi loquitur de huiusmodi assignamentis, eumque alij Recentiores sequuntur.

Et propterea ab ea die nulli ex eis fructus de-
2 biti fuerunt Marchioni, vel eius hæredibus,† nec licitè potuerunt exigi *Rota penès bon.mem. Buratt. decis.*645.*nu.*2.*vers.tum quia d. cessio &c.& in Rom. Saluiani* 23. *Ianuarij* 1610. *coram bon. mem.Litta,et in Rom. pecun.*10.*Iunij* 1613. *coram bon. mem. Seleuciens. sub num.* 3. *& seq. in vers. quo vero ad fructus &c. & in Rom. pretij viridarij* 2.*Decembris* 1632.*coram bon. mem. Card. Vbald.num.* 1. *vers.cum certum sit &c.* & in alijs pluribus relatis per *eundem Modern. in d. tract. de censib. quæst.*107.*num.*1.*& seqq.et quæst.* 119.

Vnde sequitur, quod iniustè fuit relaxatum mandatum ab A. C. & successiue executum pro illorum solutione, ac proinde pecuniæ ex ea cau-
3 sa exactæ restitui † debent, siuè per conditionem, indebiti, siue per conditionem sine causa, siue generalibus verbis conceptam, vt consuluit *Specul. par.* 2. *tit.de action. seu petition. in §.* 2. *sequitur videre &c.sub num.*51.*vers. sed videtur &c.& vers. non tamen consulo &c. Rot. in Vrbeuetan. cens.*13.*Februarij, &* 2. *Maij* 1595. *& coram bon. mem. Gipsio, & in Rauennaten. cons.* 1. *Iulij* 1630. *coram Reuerendiss. Vrgellen. &* 26. *Februarij* 1631. *coram bon. mem. Card. Vbald. impress. post. de tract. de cens. decis.* 12. 228.540.*&* 545. & comprobat idem *Auctor. d.q.*119. *per tot.*

Non obstat, quod d. Concordia facta non fuerit cum interuentu Marchionis Carolis Felicis, sed à prædictis eius assertis Procuraroribus, de quorum mandato non constat, neque etiam Com. Aurelij fratris, Com. Valerij, immo specialiter conuentum fuerit, quod infra quadrimestre vterque illam ratificaret; & casu quo ab eis non fuisset approbata, & ratificata habeatur pro infecta reseruatis pristinis iuribus vtrique parti.

Siquidem obiectus mandati defectus tollitur
4 ex † subsequenti ratificatione, quæ illius vim habet *l. Paulus, ff. rem. rat. hab. leg.communis seruus §. fin. ff. de acquir. possess. l. si quis offerenti, & l. vero Procuratori §. fin. in fin. ff. de solut. Rot. decis.* 211. *sub numer.* 2. *vers. & licet &c.par.*2. *& decis.* 267. *num.* 2. *vers. & quamuis par.*4 *ac decis.* 150. *num.* 5. *ac decis.* 103. *num.* 12. *par.* 5. *recent.* etiam in ijs,
5 in quibus speciale requiritur *text. in l. quod si de speciali, ff. de minor. Surd. decis.* 159. *num.* 12. *Rota decis.* 257. *sub num.* 4. *par.* 1. *& decis.* 363. *sub n.*1. *par.* 3, *& d. decis.* 103. *par.* 5. *recent.* & perindè operatur, ac si de tempore eiusdem conuentionis
6 † celebratæ mandatum legitimum intercessisset *l. fin. C. ad S. C. Maced. Gabr. cons.* 80. *sub numer.* 3. *vers.ratificatio autem &c. & cons.* 194. *sub numer.* 5. *vers. Ratificatio enim &c. lib.*1. *Rot. in Rom.Cens.* 7. *Februarij* 1607.*coram bon.mem.Ortembreg.sub num.*3. *vers. secundò dicebatur &c.post tract. de Censib.decis.* 286.*et apud bon.mem.Card.Caual.decis.*641. *n.*6. *et d. decis.* 80.*nu.*5.*par.*5 *recent.*

7 Ratificatio autem, & approbatio † eiusdem Concordiæ probatur ex illius executione, & obseruantia *Rot penès Card.Caual.dec.* 61.*sub num.*6.*et decis.* 276.*num.*4. *et Buratt. d. decis.* 54. *num.* 16. *ac Reuerendiss. Vrgellen. decis.*216. *nu.*4. quæ ex pluribus visa fuit euidenter iustificari.

Primò scilicet, quia Marchio Carolus Felix, & Marchio Leonida eius filius, & hæres consequuti fuerunt, & possederunt Census, & bona in eadem ipsis assignata per DD. Com. de Rouerellis; nam constat quod ad eo tempore exegerunt à Communitate Gotifredi fructus Census illi cessi, vt apparet ex litteris eiusdem Communitatis 27. Decembris 1642. ex quarum lectura tollitur obiecta interpretatio alterius Census, quæ adducebat pro parte D. Marchionissæ.

Nec etiam subsistit obiectum, quod DD. Com. post d. concordiam exegerint fructus Census ab hæredibus Christofori Ghini debiti, qui fuerat in ea cessus Marchioni Caroli Fœlici, vndè illius non effectuatio deducitur.

Quia constat ex processu, quod fuerunt obtenta mandata contra eos pro scut. 143. pro fructibus decursis, & non solutis per totum diem tantum 29. Maij 1628.quo fuit facta dict. cessio, qui
8 non† spectabant ad March. cessionarium, sed ad Comites cedentes, *vt fuit resolutum coram bon.mem. Card. Mantic. decis.* 14. *inter impress. & comprobatur ex adductis in decis.* 311. *sub num.* 9. *et seqq. S. M. Gregor.*

Secundò, quia DD. de Malatestis ex eo tempore imposterum cessarunt à solutione fructuum census capitalis aureorum quadrigentorum, quem antea soluebant dictis Comitibus tãquam hæredes, vel possessores, quorundam bonorum q.Eugeniæ Tibertæ, & Io.Cini Coniugum, à quibus fuit impositus, & venditus sub amplis hypothecis, & obligationibus in forma &c. & hic quidem fuit vnus ex illis, quos DD Comites in eadem concordia cesserunr d. D. Marchioni. Et licet pro parte D. Marchionissa negetur Machionem Carolum Felicem fuisse hæredem d.Tibertę, vel Cini, quodque Domus, vel alia eorum bona per illum possessa fuerint subiecta Censui prædicto ad fauorem Domini eiusdem Census, sufficit tamen pro iustificatione cessionis, quod essent comprehensa sub generali hypotheca prædicta. Quodque ijdem Comites illum cum affectu exigebant ab ipso Marchione.

Tertiò, quia receperunt Prædium nuncupatum *del Pino in loco appellato la Carpinetta* Territorij Cesenat. quod Com.de Rouerellis in ea conuentione promiserunt assignare pro satisfactione residui dictorum Censuum, ac eius fructuum, ac de illo disposuit præfatis Marchio Leonida in contractu inito cum D. Marchione Beuilaqueo, vt mox dicetur.

Quartò, quia in Instrumento concotdiæ initæ inter d. Marchionem Leonidam tanquam hæredem præfati March. Caroli Fœlicis eius Patris ex vna, & D. Marchionem Beuilaqueum ex altera parte de anno 1630. 6. Septembris, cuius vigore renunciata fuerunt D. March.Leonidæ dd.Castra Tornani, & Serræ per eundem eo tempore posses-
sa,

sa, ipse verò renunciauit, ac cessit d. D. March. Beuilaqueo omnes Census, & alia bona, tunc penes ipsum existentia, & ibi nominatim descripta, in quibus fuerat erogatum pretium dd. Castrorũ pro cautione dd. DD. de Beuilaqueis, vt supra dictum est, non fuerunt cessi, neque descripti census isti cum Leonardello, & DD. Com. de Rouerellis pro eo obligatis immò habiti pro extinctis, vt legitur in d. Instrumento ibi, *il detto Sig. Marchese Antonio approua ogni creatione de Censi creati, estinti, depositati, leuati, mutati dal detto Sig. Marchese Malatesta à suo nome del prezzo di detta giurisdittione &c. restando solo veri, e viui li censi ceduti, & non altrimente, nè in altro modo &c.* sed eorum loco d. March. Leonida cessit præfato D. March. Beuilaqueo idemmet prædium in loco della Carpinetta Territorij Cæsenat. in eadem concordia, vt supra assignatum per dictos Comites de Rouerellis tanquam ab eis acquisitum pro extinctione, & loco dd. censuum, vt suum, vt legitur, ibi, *Item le dà vna possessione nel Contado di Cesena &c. nella Villa della Carpinetta &c. acquistata già in luogo di certo simil censo dalli Signori Conti di Soriuoli in questo Contado per la somma di lir. 4000. che per il medesimo prezzo disse hauerlo hauuto dalli detti Signori Conti di Soriuoli &c.* (ex quibus verbis remouetur etiam obiectum non factæ illius æstimationis.)

Quintò, quia è contra prædium supra nominatum della Magallotta, de quo fit mentio in eadem transactione, fuit cum effectu ex parte dd. Marchionum de Malatestis relaxatum præfatis Comitibus de Rouerellis iuxta ibi conuenta.

Ex quibus Domini censuerunt euidenter pro-
9 bari † ratificationem concordiæ, seu transactionis prædictæ; tum ex eo, quia vtraque pars recepit bona hinc inde promissa *l. sed Iulianus. §. fin. ff. ad S.C. Maced. Rot. dec. 147. sub n. 1. par. 1. diuers. & penes Card. Caual. dec. 20. n. 3. & dec. 100. sub n. 4. & dec. 156. sub n. 5. par. 4. & dec. 56. n. 3. & seq. par. 6. recent. Menoch. cons. 98. n. 42. Surd. dec. 33. sub num. 1. & dec. 208. sub n. 8. & cons. 28. n. 21. cum seq.* Tum quia de illis disposuerunt, & specialiter præfatus Marchio Leonida cum expressione supra relata in
10 cessione prædij della Carpinetta, tamquam recepti ab ipsis Comitibus de Rouerellis loco censuum, *Rota dec. 100. n. 4. & seq. vers. demum quia &c. apud Card. Caualer.* ac etiam ex non facta à tempore dictæ concordiæ citra, solutione dictorum censuum hinc inde cessorum; Nam non solum
11 ex facto, verum etiam ex non facto † præcedente huiusmodi conuentione, quæ illius cessationi causam dedit, probatur partium voluntas, & ratificatio, *Rota dec. 647. sub n. 3. par. 4. diuers. & dec. 56. sub n. 7. & 11. par. 6. recent.*

Huiusmodi autem ratificatio, quæ ex facto resultat, non solum æquipollet ratificationi ver-
12 bali, quę facta fuisset per Instrumentum, sed potior est, ac efficacior pro adimplemento pacti, in ea transactione appositi, vt habetur *in d. l. Paulus, ff. rem rat. hab. &* confert *text. in cap. dilecti il 2. extr. de appell. Rota dec. 631. sub n. 3. vers. & sic intrat regula etc. par. 1. diuers. et apud Card. Caualer. d. dec. 100. n. 6. et 7. vers. videbatur autem Dominis etc. et dec. 219. sub n. 4. in fin. et d. dec. 267. n. 3. vers. et de ratificatione etc. par. 4. recent.*

Non obstat assertio, quod dictus Marchio Carolus Felix noluerit vnquam d. conuentionem ratificare, vt legitur in apocha quadam pro parte D. Marchionissæ exhibita, quæ dicitur manu Comitis Valerij conscripta.

Quia Domini considerarunt, quod in eadem apocha DD. de Rouerellis satagebant inducere Marchionem Leonidam ad consentiendum; vt sub eius nomine iudicium ageretur contra hæredes Leonardelli principalis debitoris dictorum censuum pro faciliori executione, ad effectum consequendi eo pacto illorum indemnitatem; Ipse verò Marchio Leonida dubitabat nunquid posset eiusmodi instantiæ assentire, eo quia nullæ iam superessent penès eum actiones, stante actuali satisfactione quam fuerat consequutus vigore dictæ concordiæ; Atque ideo quærebatur modus, atque prætextus pro coadiuuando desiderio dictorum Comitum, vt manifestè apparet ex lectura illius scripturæ, quæ nec etiam vllum habuit effectum; Quare visum non fuit iustitiæ, ac
13 æquitati consonum, quod † assertio prædicta ad vnum finem facta retorqueatur in ipsos Comites ad diuersum, & contrarium effectum, *Rota penès Buratt. dec. 168. sub n. 25. et 26. vers. similis vero assertio &c. et in Interamnen. Saluiani interdicti 14. Nouembris 1611. coram bon. mem. Manzanedo, sub n. 13. et 14. vers. vlterius, quia &c. impress. post d. tract. Modern. de censib. dec. 148. Surd. dec. 250. nu. 5. et 6. vers. 1. quia &c. et cons. 311. n. 67. vers. et quod confessio &c.*

Præter quod verba illa, quæ habent, quod Marchio Carolus Felix noluit ratificare non excludunt, neque excludere possunt ratificationem Marchionis Leonidæ eius filij, & hæredis, quæ ex præmissis luculenter probatur; Et ea quidem,
14 ab hærede facta sufficiens omnino † fuit, ac si ab ipso defuncto, cuius personam ille repræsentabat emanasset, cum simus in his, quæ transitoria sunt ad hæredes *l. si sine, § si procuratori, ff. rem rat. hab. Dy. in cap. ratum, sub n. 13. et seq. vers. quari autem potest &c. de reg. iur. in 6. Bart. in l. penult. sub num. 3. vers. quaro vtrum factum, ff. rem rat. hab. Alex. cons. 110. visis acutissimis dubitationibus, num. 3. vers. non obstat si dicatur, lib. 1. Gabr. d. cons. 80. num. 3. vers. sed difficultatem facit, lib. 1.*

Neque officit, quod elapso quadrimestre, infra quem specificè non apparet factam fuisse ratificationem videatur ipso iure resoluta fuisse dicta concordia, adeo quod per subsequentem non potuerit restaurari.

Nam præterquam quod ille terminus quatuor mensium conuentus pro ratificatione dictæ concordiæ non fuit expresse repetitus in pacto resolutiuo, sed in eo partes respicientes potius substantiam ratificationis, quam terminum prædictum simpliciter, ac indefinitè dixerunt, quod casu quo non approbaretur, ac ratificaretur esset infecta, atque ideò non fuit exclusa ratificatio post dictum terminum, itaut quandocumque subsequeretur prodesse non posset pro validitate contractus, (vt necessarium fuisset) nam huiusmodi pactum strictissimè intelligitur, ideoque si fuerit appositum in vno capitulo, vel in vno ca-
15 su, ad alium † extendi non debet, sed in dubio contra illud, & pro effectuatione contractus fieri de-

debet interpretatio, *arg l.si inter virum, vbi Socc. sub n.5.ff.de reb.dub.Menoch.consil.58. n. 46. vers.si quidem &c.Mantic.de tac.lib.2 tit.4.n.30. vers.6. deducitur. Rot.penès Reuerendiss.Vrgellen.dec.379.n.8 vers.quæ tanto magis, & in recent.dec.357.n.5.vers. rursus omisso, par.4.*

Placuit Dominis responsio, quod resolutio illius concordiæ vigore dicti pacti tunc demum
16 habuisset locum, quando † partes ipsæ declarassent eius beneficio vti velle, iuxta *text.in l.2.* ibi, ita accipi inemptum esse fundum, si venditor eum inemptum esse velit &c.*ff.de leg.commiss.Ruin. cons. 35.sub n.31.vers.quia est nulla, lit.I. Rota penès bon. mem. Card.Seraphin. dec.209.n. 1. & 3.ac dec. 650. n.1.& penès Card.Caual.dec.70.sub n. 3. & 4 vers. nam pactum, & dec.109.n.6.par. 6. recent.* & in his
17 terminis † pacti resolutiui appositi in instrumento transactionis in casu non factæ ratificationis, fuit dictum *in dec.447.n 6. vers.non obstat protestatio &c.par.2.earund.& penès Buratt.dec.754.sub numer.13.& seqq.vers.sed quatenus &c.*

Verùm, si eo iam elapso communi consensu bona hinc inde assignata, atque promissa acceptarunt, possederunt, ac de illis disposuerunt, & in alijs quoque obseruarunt eamdem concor-
18 diam, vt † præmissum est, censetur vtique eo pacto vti noluisse, sed ipsam approbasse, ac valere voluisse, illo non obstante, *l.de lege,§. fin. & l.post diem, ff de leg.commiss.l.commissoriæ, C. de pact. int.empt et vend.Ruin.cons.151.sub n.5.& 6.vers.videtur ergo, & intelligitur* &c.*lib.3.Crauet.cons. 106. sub n 2 vers.sed magis in terminis, Rota penes Card, Seraphin.decis.1150. sub n.1.& dec.631.sub num.4. vers.dixerunt Domini* &c.*par.1. diuers. & apud Buratt.dec.54.n.14.* Vnde procedit dilemma, quod scilicet aut præmissa, ex quibus resultat ratifica-
19 tio facta fuerunt intra dictum terminum quatuor mensium (& verisimile est) & cessat obiectio; Aut postea, & tunc ex consensu ipsarum partium censetur illius pacti rigor remissus, atque ab eo concordi voluntate recessum, vt dictum est.

Non etiam obstat, quod Marchio Leonida possederit, siue possidere potuerit dictum prædium della Carpinetta, & alia prędicta vigore eius crediti cum Comitibus de Rouerellis ex causa fructuum dictorum censuum alio titulo, quam d.concordiæ, ideoque nulla indè colligi posse videtur necessaria ratificatio.

Quia cum appareat, quod de tempore eiusdem concordiæ initæ de anno 1628. Comites de Rouerellis possidebant dictum prædium, & alios census in illa assignatos Marchioni Carolo Felici neque probetur, quod alia via, vel titulo, ad ipsum, vel ad Marchionem Leonidam eius heredem postea peruenerint, ideo censentur vti-
20 que ad eos fuisse delata, ac per ipsos possessa ex causa, & titulo ipsius conuentionis antecedentis de quo constat, *l.2.C.de acquir.poss.glos.fin.in l.quedam mulier, ff de rei vend.Socc sen. cons. 15. num. 7. vers.3 & vltimo &c.lib.4 Crauett.cons.284. num. 6. vers.6.respondeo &c.Rota penès Verall.dec.228.nu.2. par 2-Card.Seraphin.dec.339.n.5.& dec.1425. nu.2. & Caual.dec.473.num.5.Buratt.dec.905.num.5. cum alijs relatis in dec.244.n.19.par.6.recent.*& in his terminis fuit resolutum *in Romana Vineæ 14. Decembris 1614.coram bon.mem.Pirouano n.3.vers.fuit enim responsum &c. in recent.dec.615.par.2.*

Accedit etiam, quod cum Marchio Leonida expresserit causam, ex qua d. prædium ad eum præuenerat scilicet acquisitionis factæ à Comitibus de Rouerellis loco aliorum similium censuũ vt apparet ex verbis dicti instrumenti cum Mar-
21 chione Beuilaqueo, supra relatis, ideò ad aliam causam præsumptam referri non potest, nisi concludenter probetur *ad l.1 cum ibi not.ff.de solut. & l.si de certa, C. de transact. Rota penès Reuerendiss. Vrgellen-dec.74.n.56.vers.quia vbi habemus causam expressam &c.& dec.285.n.42 vers vnde intrat regula &c.& dec. 166.num.7.vers.vnde cum petitio &c. par.2.recent.*

Præterea non obstat, quod in eadem conuentione actum fuerit inter partes his verbis, *Et per osseruanza di quanto si contiene nella presente, se ne douerà fare publico, et valido stromento* &c.

Quoniam huiusmodi instrumenti confectio non erat de substantia d. contractus, neque ex sui natura; neque ex voluntate ipsorum contrahentium, qui super omnibus conuenerunt, & consignationes, ac restitutiones bonorum, iuriumque cessiones eodem instanti ad inuicem fecerunt, & pro obseruantia conuentorum apocham ipsam propria subscriptione firmarunt: Ideò simplex illa conuentio prædictis iam firmatis adiecta de conficiendo instrumento, non respiciebat perfectionem ipsius contractus, sed effi-
22 caciorem illius obseruantiam, & promptiorem executionem, ac faciliorem probationem, & propterea licet deinde celebratum non fuerit, non tamen potest à contractu recedi; *iuxta text. in l. contrahitur, ff.de pign.act.glos.* communiter recepta (quæ ita exponit *text.*) *in l.contractus, in verb. in scriptus, vers.secus si à principio &c.G de fid instr. ibiq.Bald.sub num.7.vers.3.nota &c. et vers. 2. vtro opinio etc.et Salicet.in auth.sed nouo iure, sub num. 9. vers.aut ille contractus ad sui essentiam scripturam non requirit etc.C.si cert.per Rota penès Put.dec.43.lib.3.* vbi reprobatur contraria *Castr.opinio, et dec.517. sub n.1.et 2 vers.non obstat, quod dicatur etc.par.1.diuers.*& in terminis concordiæ, seu transactionis
23 quando non fuit expresse cautum, quod non confecto instrumento non valeret, firmauit *Rota dec.113.à n.7.et seqq.vers.non obstat, quod d. concordia, par. recent.* & comprobant *Thesaur. dec. 197. sub n.4.vers.tertia est opinio etc.* dicens hanc esse communem, & verissimam opinionem &c.*Mantic.de tacit.et ambig.conuent.lib.1. tit. 10. sub num. 7. vers.sed diuersam sententiam etc.* dicens hanc communi practica, & consuetudine receptam, & ideo non esse ab ea recedendum, *et num seqq.ac in fin.vers.sciendum estetiam etc.*

Hæc autem conclusio eo magis visa fuit Dominis in proposito casu admittenda in quo partes ad conuentam consignationem, & restitutionem bonorum hinc inde processerunt (vt præmis-
24 sum est) nam certior inde redditur; & comprobatur eiusdem contractus perfectio, & ex voluntate partium à facto ipso resultans, suppletur instrumenti defectus, *Thesaur.d.dec.197. sub n. 8.* & alij adducti per *Modern.Roman.discept.302 n.20 et seqq.vers.et magis in specie etc.*

Hincque infertur non aduersari *dec.520. par.2. recent.* quia confectio instrumenti in eo casu conuenta

25 uenta erat de substantia contractus, qui cum muliere necessarijs interuenientibus statuti solemnitatibus ineundus erat, & de tempore illius celebrationis soluenda pecuniæ summa promissa vt legitur ibi, *num. 4. vers. quia satis patet etc.*

Denique non obstat, quod ex apocha prædictæ concordiæ non probetur integra extinctio dictorum censuum. Nam deductis asignationibus in ea factis, Comites de Rouerellis remane-
26 bant debitores de lib. 7500. vt in ea legitur *in vers. doue che detratte le sudette somme*, ex quibus detractis etiam alijs libris 4000. pro valore prædij Carpinetti, quod eo pretio à præfatis Comitibus recepisse confessus fuit Marchio Leonida in dicto Instrumento cum D. Marchione Beuilaqueo celebrato 6. Septembris 1636. in *vers. item le dà una possessione etc.* adhuc ipsi Comites remanebant debitores de lib. 350.

Quia cum in eamdem conuentione dicti Comites promiserint soluere quicquid deficeret ad integram summam dictorum censuum, & fructuum decursorum in tot bonis stabilibus infra dies quindecim proximos; Eaque promisio accepta fuerit pro parte Marchionis Malatestæ, & succesiuè cessa fuerint omnia iura ei competentia occasione dictorum censuum dictis Comitibus Rouerellis, vbi legitur; Hinc sequitur. Quod si quid verè superest exigendum cesit de
27 voluntate partium in simplex, ac purum creditum March. Malatestæ ex quo non possunt citrà labem vsuræ percipi fructus, *cap. plerique 14. et seqq. qu. 3.* non autem considerari potest tanquam pars adhuc vigens census fructiferi; Quia dictus Marchio iam consequutus fuerat maiorem partem capitalis dictorum censuum, & in eius facultate erat post dd. quindecim dies consequi
28 residuum (dum non apparet illi fuisse obiectum impedimentum) vt fuit resolutum *in Romana Census 29 Nouembris 1593. coram bon. mem. Cardin. Pamphilio, post d. tract. de censib. dec. 283.* quæ decisio in his terminis benè procedit quando scilicet Dominus census partem capitalis iam exegit in computum extinctionis totius, & potest ad eius libitum exigere, & consequi residuum, vt declarauit eadem *Rota in Romana Saluiani 23. Iunij 1600. coram bon. mem. Litta n. 5. et seq. uers. nec obstat decisio, et in Romana Census 4. Iunij 1618. coram Reuerendissimo D. meo Decano, sub n. 2. uers. et optimè responderunt*, & clariùs *in Romana Census 28. Ianuarij 1628. coram bon. mem. Coccino n. 2. uers. quia ista decisio etc.* quæ habentur ibidem *dec. 272. et dec. 452. et dec. 518. ac dec. 462. sub num. 3. uers. ulterius, par. 2. recentior.* & latius probat. *d. Modern. citat. quæst. 107. num. 2. uers. primus autem casus est etc. et n. 1. uers. uel per eum stetit etc.*

Eoque magis, quia nulla penès eum remanserunt iura dictorum censuum, sed fuerunt, mediante cesione prædicta, in DD. de Rouerellis translata, nullique fructus fuerunt ab inde per d. D. Marchionem exacti pro d. residuo, ex qui-
29 bus apparet illius intentio, quod dd. census essent prorsus extincti, & abdicati ab eo, vt fuit consideratum in *d. dec. 283. sub n. 8. et seqq. uers. et in casu nostro, ac in d. dec. 452. sub n. 2. et seqq. et in Rom. Census 17. Febru. 1620. coram bo: mem. Pirouano nu. 5. et 6. uers. tamen ubi constat de uolunt. etc. ibid. dec. 364.*

Et in omnem casum cum mandatum A. C. fuerit relaxatum, & succesiuè executum pro fructibus dictorum censuum nulla habita ratione extinctionis eorum etiam pro parte, ideo ratione ineuitabilis excessus nullum est in totum, &
30 omnia in pristinum restitui debeant, *iuxta not. per Bart. Bald. Castr. Ias. et alios in l. si non sortem, §. si centum, ff. de condit. in deb. Rota penès san. mem. Gregor. dec. 198. et dec. 480 num. 5. et 6. et bon. mem. Buratt. dec. 91. sub num. 2. et 3. ac dec. 359. num. 8. par. 1. et decis. 630. num. 3. par. 2. et dec. 36. par. 3. recent.* & fuit decisum in *Cæsenaten. Census 11. Martij 1644. coram R. P. D. meo Cerro.*

Et ita vtraque parte informante fuit resolutum &c.

DECISIO CCXCII.

R. P. D. BICHIO

Marsicen. Iurisdictionis.

Veneris 3. Iunij 1644.

Est Impressa inter Bichio in Tom. 1. Decis. 178.

R. P. D. MELTIO

postea EPISCOPO PAPIEN.

Reatina Successionis.

Lunæ 6. Iunij 1644.

ARGVMENTVM.

Filio, & hæredi danda est immissio in bonis patris, ab eo ad diem obitus possessis, & ex quibus probationibus, id dicatur, doctum, non obstantibus pluribus hic deductis in decisione Dotis confessionis receptio ex quo iustificetur.

SVMMARIVM.

1 *Possessio filij remanet probata, docto de possessione patris.*
2 *Retentio, quando nullo modo possit denegari.*
3 *Legatario competit hypotheca pro assequendò legato.*
4 *Retentio, quando competat etiamsi non adsit hypotheca.*
5 *Legatarius existente in possessione rei legatæ, an impedire immissionem hæredi possit, & num. 6.*
7 *Legatarius respectu rei legatæ quodammodo hæres dicitur.*
8 *Melioramentorum exceptio an sit valens ad impediendam immissionem heredi.*
9 *Facultatem habens capiendi possessionem hæreditatis propria auctoritate, id intelligitur factis detractionibus.*
10 *Maritus, quando dicatur vxori legasse dotem.*
11 *Dos, vt probetur fuisse constitutam ad hoc sufficiunt etiam verba dubia, quæ indigere possent aliqua interpretatione.*
12 *Dotis confessionis receptio non potest dici simplex si ea habeat vim dispositionis, & adminiculata reperiatur.*
13 *Matrimonia non solent contrahi sine dote.*
14 *Maritus præsumitur recepisse dotem promissam, si vxorem continuò aluerit.*

15 Con-

15 *Confessio propria superat omnes probationes.*
16 *Testamentum, quando est antiquissimum, probat absque alia recognitione.*
17 *Litis tempus non est demendum in constituenda antiquitate instrumenti, si in eo non consistat fundamentum intentionis agentis.*
18 *Instrumenta habent pro se præsumptionem veritatis*
19 *Instrumentum facit probationem probatam.*
20 *Melioramenta, sine dubio sunt detrahenda quando restituitur fideicommissum, dum probantur fuisse necessaria.*
21 *Funeris impensæ, sunt detrahendæ, dum est locus restitutioni fideicommissi, & quid si non sint concludenter probatæ.*
22 *Filio competit ius detrahendi legitimam ex fideicommisso.*
23 *Legitimam ex fideicommisso quando filius non valeat detrahere.*
24 *Hæres, quando non confecit inuentarium, non potest facere detractiones, cum præsumatur bona subtraxisse, & occultasse.*
25 *Inuentarii sola omissio, non probat hæredem suis detractionis competentibus aduersus fideicommissarium vniuersalem, fuisse satisfactum.*
26 *Hæres, qui inuentarium non confecit, tunc præsumitur consumpsisse, & fuisse satisfactum de suis detractionibus, quando simul constat aliqua bona fuisse ab eo alienata.*

DECISIO CCXCIII.

SVb 6. Februarij 1643. coram R. P. D. meo Peutingero resolutum fuit, Vincentio Sauarello vti filio, & hæredi Iulij Sauarelli esse dandam immissionem in bonis per eundem vsque ad diem obitus possessis. Verum quia iste etiam inter alia bona possidebat nonnulla hæreditaria Antoniæ Dominicæ, quæ ab eodem Iulio in eius testamento fuerunt relicta Francisco, & alijs de Sauarellis nepotibus. Fuit iterum sub hac die dubitatum, an esset standum in decisis, & affirmatiué fuit responsum, Præterquam quoad bona d. Antoniæ quia de eius possessione hodie constat per testes examinatos post dictam decisionem emanatam sub die 6 Februarij in qua fuit denegata retentio in bonis Antoniæ fratribus de Sauarellis sub prætextu quod per eos non fuisset probatum quænam & qualia essent ista bona, vnde cum de illorum legato à Iulio facto ad fauorem fratrum de Sauarellis non dubitetur, & hodie constet ex depositione testium, quænam fuerint bona Antoniæ, & quod vita
1 eius durante illa semper per eam, fuerint detenta, merito etiam probata remanet illius possessio *l. stipulatio ista § alias hæc quoque ff. de verb. oblig. Balb. in repet. in l. Celsus in 1. quæst. 4. ff. de vsucap. Mant. de adipisc. remed. 3. num. 161 Pontan. de spol. lib. 2. numer. 94. Alex. cons. 51. num. 6. lib. 1. Dec. cons. 302. num. 19. post med. Cæs. de Grassis decis. 14. num. 1. de testibus Rota decis. 445. num. 2. vers. necnon & decis. 539. num. 2. par. 4. recent.* Et cum huiusmodi bona Antoniæ sint debita fratribus de Sauarellis virtute legati eiusdem facti ab eo-
2 dem Iulio, eorum retentio † nullo pacto venit illi deneganda *l. fin. vbi DD. C. commod. l. si non inducta C. in quibus caus. pign. tact. contrah Ias. in. l. si non sortem §. si centum in vlt. col. C. de condit. indeb.*
3 *Neguf. de pignor. in 4. memb. 5. par. x. princ.* maximè cum † pro illis competat etiam legatarijs hypotheca *Rip. in l. quartam num. 115. ff ad leg. falc. Gabr. de legit. concl. 5. num. 2. Grat. discep. for. cap.*
4 *731. num. 23.* & talis retentio etiam daretur, quà uis non adesset hipotheca *Bart in l. 1. §. 1. ff de pig. Neguf. & d. tit. par. 3. memb. 1. num. 17. Gratian. discep. for. d. cap. 731. num. 24. Surd. cons. 248. nu.*
5 *16. in fine*, & propterea eum isti fratres de Sauarellis, vti legatarij † existant in possessione bonorum Antoniæ per Iulium Patruum legatorum possunt impedire immissione Vincentio, quam
6 petit vti hæres eiusdem † Iulij Patris vigore *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. tollen.* vt inquit idem *Gratian. discep. for. cap. 542. num. 32. 35. 36. & 38. Menoch. de adipisc. poss. remed. 4. num. 605.* Nam
7 legatarius † respectu rei legatæ quodammodo hæres *l. id tempus in fin. de vsu cap. Bartol. & Castr. in l. nemo de leg. 1. Mant. de tacit. lib. 14. tract. 28. num. 46.*

Quo vero ad detractiones, quæ competunt Vincentio aduersus fratres fideicommissarios,
8 isti exceptione fideicommissi † nequaquam sunt legitimi Contradictores ad retardandam immissionem ipsi debitam tanquam hæredi, vt post *Bal. Cast. Alex. & alios quos alligat Zuccard. in l. fin. num. 426. C. de edict. Diu. Adr. toll. firmat Menoch. de adipisc. reme. 4. nu. 638. Boer q. 156. num. 2. & 5. Rol. cons. 78. num. 21. Gabr. cons. 45. num. 24. lib. 1 Rota decis 115. num. 11. par. 1. recent. & decis. 205 num. 8. vbi Add. nu. 11. coram Papa Greg. XV. Caualer. decis. 504. num. 2.* non obstante quod isti fidei-
9 commissarij etiam haberent † facultatem capiendi hæreditatē propria auctoritate, quia id intelligitur factis detractionibus; *Rota decis. 115. nu. 12. vers. tum quia par. 1. recent. & Add. ad san. mem. Greg. XV. in decis. 306. num. 12. Surd. decis. 353. num. 8. in fine.*

Et primo loco est detrahenda dos Laurentiæ vxoris Francisci fideicommissarij de suo constat ex eodem testamento fideicom. qui legauit eidē Lucretiæ quædam bona vltra eius dotem quo casu nedum per hanc dictionem dicitur confes-
10 sus dotem habuisse, verum etiam eam † legasse, *Bart. in l. qui ita in fine ff. de dot. præleg. & in l. si vltra vbi etiam Bald. C. de fideiuss. Peregr. cons. 77. nu. 19. lib. 5. Dec. cons. 389. nu. 1. Surd. decis. 285. num. 9. & seq Rota in Mutinen. dotis 16. Ianuarij & 15. Nouembris 1641. coram Eminentiss. D. Card. Panzirolo*, & ad probandam dotem fuisse consti-
11 tutam † sufficiunt etiam verba ambigua, & quæ indigere possunt aliqua interpretatione *Mantic. de tacit. lib. 12. tit. 10. num. 23. Rota decis. 688. nu. 4. in fine par. 2. recent.* imò etiam coniecturæ *Paris. cons. 34. num. 24. lib. 3. Rota decis. 195. nu. 2. par. 2. recent.*

Non obstat, quod huiusmodi instrumentum dotis dicatur non fuisse recognitum, & per consequens, nullum facere gradum probationis ad effectum eandem repetendi ab eisdem fideicom.
12 quia non sumus † in simplici confessione de recepto, sed in confessione habente vim dispositionis, & adminiculata instrumento dotali, contra quod, licet aliqua deducatur nota falsitatis ex quadam prætensa abrasione antiquæ subscriptionis,

nis, maximè cum illius originale non reperiatur
13 in Protocollis Notarij rogati, tamen † pro ve-
ritate dicti Instrumenti, & pro reali dotis con-
stitutione, & receptione concurrunt plura argu-
menta, quorum primum desumitur à solito, cum
matrimonia non soleant contrahi sine dote, &
nemo sit facilis ad ducendam vxorem sine dote.
*Campeg. in tract. de dot. in vlt. art. q. 57. Maresc. lib. 1.
variar. cap. 8. num. 11. Soc. iun. consil. 8. nu. 12. lib. 2.
Aym. consil. 60. num. 22. in fine Surd. consil. 489. nu. 11.
Rota decis. 155. nu. 3. par. 2. diuers. & decis. 62. nu. 4.
coram Papa Gregor. XV.* Tum ex continuatione
14 alimentorum vxori † præstitorum per totum
tempus, quo matrimonium durauit. *ad text. in l.
cum mulier C. de non nu. pecun. Tiraq. in l. si vnquam
in verbo donationis largietas C. de reuocat. donat. Me-
noch. de arbitrar. cas. 134. nu. 5. Bal. Nouell. de dot. in
princ. col. 5. vers. nec obstat Surd. cons. 489. num. 12.
Rota decis. 155. num. 9. par. 2. recent. & decis. 24. n. 11.
par. 7. diuers.* quod eo magis hoc procedit, quia
15 talis confessio viri † emanauit in vltimo suo quo
decessit testamento, quæ superat omnes contra-
rias probationes, *cap. per tuas de prob. Felin. in
cap. si cautio nu. 3. de fid. instrum. Decian. cons. 14.
num 44. & 45. lib. 5.* & dum agitur de instrumé-
to per 90. annos ante litem rogato, non erat ne-
16 cesaria † solemnis recognitio, neque ad hunc
effectum erat necessaria antiquitas centum anno-
rum *Caputaq. decis. 5. in princ. par. 3. Seraph. decis.
1481. num. 2. Caual. decis. 518. nu. 4. Gonzal. ad reg.
8. glos. 64. nu. 20.* Nec in hoc est demendum
17 tempus litis, cum agatur † de instrumento, in
quo non consistit fundamentum totius causæ, vt
inquit *Seraph. decis. 928. num. 1. Add. ad Gregor.
decis. 3. num. 8. in fine*, & vt distinguit, & firmat
*Rota in decis. 822. par. 4. diuers. Put. decis. 349. lib.
2. in correct. Tiburtina Castri S. Angeli 26. Iunij 1641.
coram R. P. D. meo Peutengerio.* Vnde de veritate
instrumenti non est dubitandum, ad quem
effectum sufficit etiam concurrere hinc inde
18 † coniecturas, quæ semper præualent cuicum-
que suspicioni falsitatis, itaut instrumentum
habeat pro se veritatis præsumptionem, *Surd.
cons. 535. num. Franc. Marc. decis. 163. num. 18.
Cauall. decis. 205. num. 10.*

Secundo loco est facienda detractio Census à
19 fidelitate extincti, & ad vxorem spectantis, † vt
constat ex publico instrumento, quod facit pro-
bationem probatam *Bald. in l. interest etiam num. 2.
C. de solut.*

Tertio quoad melioramenta facta per Iulium
& Saulum fratres, cum appareant *ex Sum. Vin-
centij num. 4.* illa effectiuè fuisse facta, & fuisse
20 necessaria † nulli dubium quod debent detrahi
ex bonis fideicommisso subiectis, alijs in eo
non existentibus, & facta liquidatione impen-
sarum, *Neguss. de pignor. in 4. memb. 5. par. 8. Curt.
Iun. cons. 41. con. 10. num. 2. Surd. cons. 183. num. 1.
Rota decis. 513. num. 8. par. 4. recent.*

Quarto, debet detrahi impensa funeris,
21 † quæ quatenus non esset concludenter probata,
calculari deberet arbitrio Iudicis ex *tex. in l. si
quis §. sumptus funeris, & in l. si funeris ff. de Relig.
& sump. fun. Corn. cons. 221. num. 23. vol. 2. Surd.
decis. 255. num. 7. Castill. decis. 103. nu. 20. 22. &
decis. 360. num. 35. par. 5. diuers.*

Quinto. Tandem competit etiam detractio
legitimæ ex persona Iulij Patris, quia cum Fran-
ciscus fideicommittens ordinauerit, quod sui hæ-
redes infra sex menses deberent fideicommissum
ratificare, necnon inuentarium conficere, & qua-
tenus id facere neglexissent, possent consequi
tantum suam legitimam, & residuam esset alio-
rum, ex quo erat in arbitrio filiorum vel ratifi-
care, vel eos esse contentos sua legitima tantum,
& per consequens dum Iulius non ratificauit
fideicommissionem, nec inuentarium confecit,
signum euidens, quod successionem in toto fi-
22 deicommisso † non curauit, & quod melius du-
xit suam habere legitimam, quæ ex illius perso-
na nunc competit Vincentio eius filio, cum non
solum legitimam, verum etiam ius illam peten-
di trāsmittatur ad quoscumque hæredes, & tunc
legitimam non posset ex fideicommisso deduci
23 si fideicommissum iuxta mentem fideicommit-
tentis fuisset confirmatum *tex. in l. ex facto ff. de
hæred. instit. Salu. in l. scimus in cap. quæst. C. de inoff.
testam. Cagnol. in l. Papinianus §. meminisse num. 17.
ff. eod. tit. Pic. in l. in quartam num. 27. ff. ad l. falcid.
Fusar. de substit. quæst. 196. nu. 61. Soccin. iun. cons.
122. dub. secundo, & cons. 159. lib. 1. Alciat. cons.
483. num. 4. Bursatt. cons. 355. num. 61. & latè cons.
385. lib. 3. Rota in fideicom. de Ceulis 14. Ianuarij
1641. coram R. P. D. meo Carillo.*

Non obstant quod Iulius non confecerit in-
uentarium, & per consequens omnes detractio-
nes, quas hodie Vincentius illius filius, & hæres
24 sibi competere prætendit, non debeantur, cum
præsumantur, quod ille bona subtraxerit, & oc-
cultauerit *§. Sancius in auth. de hæred. & falcid.
Angel. in l. Papinianus §. si conditioni col. penult. ff.
de inoff. testam.*

Quia sola omissio Ianuarij sicuti non priuat
25 hæredem detractionibus sibi competentibus ad-
uersus fideicommissarium vniuersalem *l. cum res
l. Lucius §. Tenu. & §. filium ff. ad Trebell. Castr. in
l. ab omnibus §. fin. nu. 2. ff de leg. 1. Peregr. de fidei-
com. art. 35. num. 1. Mant. de coniect. lib. 7. tit. 8. nu. 15.
Socc. iun. cons. 170. num. 4. lib. 2. Alex. cons. 124. in fi-
ne vol. 7. Rota in Viterbien. Castrorum 24. Maij 1621.
coram bo. mem. Coccino, Verulana fideicommissi 22.
Ianuarij 1640. coram R. P. D. meo Bichio*, Ita nec in-
26 ducitur præsumptio satisfactionis, & consum-
ptionis bonorum, nisi insimul constet, aliqua
bona fuisse alienata ab hærede, vt *fuit resolutum
in bonon. fideicommissi de Clauarinis 10. Decembris
1638. coram R. P. D. meo Royas. & in Auxima-
na fideicommissi 30. Ianuarij 1642. coram Reueren-
diss. D. meo Decano.*

Et ita vtraque parte informante &c.

*Decisio ista emanata in hac eadem coram bo. mem.
Peutingero sub die 6. Februarij 1643. erit infra
in Appendice.*

R. P. D. PEVTINGERO.

Lucana Legati.

Lunæ 6. Iunij 1644.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Legatum relictum Ecclesiæ ad effectum celebrandi tot Missas, si testator non expresserit ad cuius nominationem sint celebrandæ, tunc talis nominatio non spectat ad hæredem, sed ad Rectorem illius Ecclesiæ, cui fuit relictum tale legatum, & quid si ipse eas voluerit celebrare.

SVMMARIVM.

1 *Legatum censetur relictum illi Ecclesiæ cuius contemplatione fuit.*
2 *Testator, quando non disposuit ad quem spectaret electio ad iuspatronatus, tunc spectat ad hæredem.*
3 *Sed secus est, quando Cappellanus non esset certus, & verba testatoris essent directa in executorem, & num. 4.*
5 *Testator, si reliquerit alicui Ecclesiæ legatum, pro celebrandis tot missis, tunc Rector Ecclesiæ potest eligere Sacerdotem ad effectum illas celebrandi.*
6 *Quod maximè procedit, si testator voluerit, quod sub directione dicti Rectoris, Sacerdos Missas celebrare debet.*
7 *Laicus est incapax iuris eligendi in spiritualibus.*
8 *Ius eligendi Sacerdotem, vt missas relectas à Testatore celebret, transit cum vniuersitate bonorum ad hæredes.*
9 *Testatoris voluntas præ cæteris attendenda venit.*
10 *Nominationis pertinentia spectat ad executorem, & hoc multomagis si id esset ex natura legati.*
11 *Voluntati testatoris non est dandus ille intellectus, per quam posset fieri fraus ipsi voluntati.*
12 *Testator, dum iuxta suam voluntatem disposuit, nemo conqueri potest.*
13 *Legatum relictum Ecclesiæ, pro certa causa, si aliquid supersit non debetur illud hæredi, sed Ecclesiæ.*
14 *Distribuendi aliquid habens facultatem, an ad id possit se eligere.*
15 *Testis deponens de suo iudicio, & credulitate, non est fides adhibenda.*
16 *Rationes adductæ per testes, dum non concludunt, non releuant.*

DECISIO CCXCIV.

IOannes Petrus de Comitibus Legatum pro missa in Ecclesia S. Christofori pro eius anima quotidie, & quatenus ibi non possit in Ecclesia S. Iustinæ Lucæ celebranda reliquit, mandans per hæredem suum ad officium abbondãtiæ scuta 1200. deferri, cuius fructus Sacerdoti missas celebranti, mediante fide dictæ Ecclesiæ Rectoris, persolui deberent, ac contentione inter hæredem, & præfatæ Ecclesiæ Rectorem orta ad quem ipsorum Sacerdotis electio spectet; dubio proposito, Domini resoluerunt, electionem ad Rectorem Ecclesiæ S. Christophori pro tempore spectare, ea ratione, quia, cum agatur de simplici legato missæ, ecclesiæ relicto, pro celebrandis tot missis nullum videtur, competere posse ius hæredi.

1 Sed eidem Ecclesiæ, cuius contemplatione; vt in ea missæ celebrentur, legatum factum est, vt voluit *Imol. in cap. officij num. 26. de testam. vt* tradit. *Felin. cons. 45. nu. 6. & firmauit Rota coram Seraph. decis. 652. & decis. 1149. numer. 7.* hic enim non agitur de iure aliquo datronatus, nec de deputatione alicuius Cappellani certi & perpetui, quo casu ius nominandi tanquam illi anne-
2 xum, dum de eo particulariter non fuit dispositum censeri debet ad fauorem hæredis dispositum *per text. in cap. nobis de iurepatr. in quo sensu loquitur decis. Romana Iuris nominandi 10. Febr. 1640. coram R. P. D. meo Royas*, cum alijs per informantes contra Rectorem pro hærede alle-
3 gatis quæ huic casui, vbi Cappellanus non est certus, & perpetuus non rectè allegantur, & hanc fuisse mentem testatoris, docent illa testamenti verba; *Et in tutto questo lascia essecutore di questa sua volontà li Signori Rettori, &c.* quę tanquam vniuersalia excludere, & prohibere solent
4 quamcumque detractionem. Maximè quando sunt directa in executores, qui habet facultatem eligendi, seu nominandi, in quam causam bona à testatore, pro anima relicta, conuerti debeant, vt consuluit *Abb. cons. 11. num. 3. par. 2.* Accedit etiam quod electio, seu deputatio Cappellani est de præcipuis iuribus administratoris, vt firmauit *Rota d. decis. 264. par. 2. diuers. & coram Reuerendiss. Vrgell. decis. 4, 4. nu. 3.* Vnde cum testator
5 totam curam circa huius legati executionem ab hærede ademerit, & in Rectores dictæ Ecclesiæ transtulerit, ac potissima pars executionis electione Sacerdotis consistat, consequenter hæc quoque eorum fidei censetur commissa *iuxta tex. in l. alio ff. de alim. & cib. leg. & in §. si quis autem pro redemptione in Aut. de Eccles. tit. & ibi glos. de verb. compleri glos. in cap. Religiosus in verb. mortuo vbi notant d. Doct. de testam. in 6. & in specie tradit Ioan. de Anan cons. 86. incip. pro expeditione num. 1. Cephal. cons 6 8. num 11. & seq. Simon. de Pretor. interpr. vltim. volunt. fol. 489. nu. 70. Gratian. discept. 220. num. 1.* Imò hoc rationi maximè congruit,
6 & magis conuenit hoc ministerium qualitati Rectoris, sub cuius directione Sacerdos electus missas celebrare debet, quam hæredi, itaut testator in hoc exercitio Rectorem meritò prætulerit, vt probat *Curt. iun. cons. 305. num. 23. & seq.*

Non obstat quod Laici non sint incapaces hu-
7 ius iuris eligendi, secundum *Federic. de Sen. consil. 45 num. 1. vers. Item super eo quod quæritur Lambert. de iur. patr. lib. 2. par. 1. quæst. 5. art. 5. num. 5. & par. 7. art. 6. num. 3. vers. si vero.* Vnde dicen-
8 dum sit hoc ius transire in heredem cum vniuersitate bonorum secundum *Abb. in cap. cum seculum de iurepatr. Lambert. de iurepatr. par. 2. lib 1. quæst. 1 art. 15. Vgolin. de potest. Episc. cap. 5. num. 6. cum alijs per informantes pro hærede alleg.*

Quia huiusmodi auctoritates, & rationes non procedunt quando constat aliam fuisse testatoris voluntatem quæ ex modo deputationis executoris perpetui, & verbis testamenti dignoscitur;
9 Tunc enim voluntas testatoris præ cæteris attendi debet *l. ille aut illa ff. de leg. 3. Seraph. dec 752. nu. 1. Rota in d. Romana iuris nominandi 10. Februarij 1640. coram. R. P. D. meo Royas.* Et sumus extra omnem difficultatem, quia pertinentia nominationis non solum prouenit ex officio executionis, sed ex natura legati, in quibus termi-
10 nis nemo ex allegatis contradicit, imò quod

Rector, seu executor possit nominare Sacerdotem alienigenum tradit *Franc. Capr. tract. de execut. & commiss. testam. lib. 2. cap. 19. num. 11.*

Nec refert, quod accepto hoc intellectu, fraus
11 fieri possit voluntati testatoris, dum legatum pinguius Ius Sacerdoti celebranti redderet, quã alias pro celebratione missarum erogare solet.
12 Quia vltra quod nemo de hoc conqueri potest dum sic iussit testator, omnes fructus pecuniæ depositatæ solui Sacerdoti celebranti, saltem dum non mandauit, vt pecuniæ quæ supersunt in aliam causam conuertantur, censetur voluisse
13 illas in suffragium animæ suæ cedere Ecclesiæ *iuxta distinct. Bald. in l. si quis num. 11. C. de Episcop. & Cler. & ferè in simil. term. tradit. Genuen. in pract. Ecclesi. Gen. q. 526.*

Et parum facit obiectum quod sequeretur inconueniens si Rector, retento hoc sensu per seipsum missas celebraret, & fructus pecuniæ consequeretur.

Quia si in iure non prohibetur, nullum sequitur absurdum, cum anima testatoris æquè subleuetur per sacrificium Rectoris, quam alterius Cappellani, & quemadmodum hæres si ad ipsum deputatio spectaret posset deputare Rectorem,
14 ita Rector, huiusmodi facultatem distribuendi habens, pro celebratione missarum seipsum deputare potest. *ex alleg. per Mart. resp. 18. nu. 22. lib. 2. Peralt. in repet. l. vnum ex fam. nu. 27. ff. de leg. 2. Antonin. de Amat. decis. Ferrar. 78. nu. 37. & 38 Vtu. decis. 305. Flau. Amendol. in addit. ad decis. Franc. 484. num. 4. secundum impressum Taurinen.*

Nec contrarium suadet depositio Sacerdotis *in Sum. hæredis. num. 3.* qui testamentum scripsit, & notam habuit intentionem testatoris, quod noluerit, Rectores habere hanc nominationem sed suos hæredes &c.

Quia legenti totum huius testis examen patet ipsum potius deponere de proprio suo iudicio,
15 & credulitate, vnde fide illi adhiberi non debet *Greg. decis. 290. num. 2. Ruin. cons. 12. nu. 45. lib. 5.* nec rationes per eum allatæ concludunt, etiamsi
16 ipse scripserit testimonium; vt in fortioribus de Notario dixerunt *Angel. in l. Imperator num. 1. in fin. ff. de stat. hom. vbi cæter. Scrib. etiam sequuntur Rimin. iun. cons. 610. num. 54. Iacob. Perret. cons. 113. num. 15. Peregr. decis. 112. num. 5. & seq. bon. mem. Coccin. decis. 24. nu. 7. & 8.*

Itaque Domini ius nominandi Sacerdotem non ad hæredem, sed Rectorem pro tempore Ecclesiæ S. Christophori spectare censuerunt vtraque parte informante.

R. P. D. CORRADO
Postea S. R. E. CARDINALI,
Romana Fideicommissi de Capiteferreo.

Veneris 10. Iunij 1644.

ARGVMENTVM.

Executio sententiæ facta intra decem dies concessos ad appellandum quando sit nulla, & quid si non fuit appellatum. Iudex, quando exequitur suam sententiam debet esse certus, an fuerit appellatum. Citatio ad videndum exequi mandatum, quando non sit necessaria.

SVMMARIVM.

1 *Constitutio Aegidiana non afficit clericos.*
2 *Appellatio interposita post decem dies, à die latæ sententiæ, non operatur, ne sententia transeat in iudicatum.*
3 *Executio, quando est attentata, tunc reuocatur per viam nullitatis, dum non fuit appellatum.*
4 *Quod tamen procedit, si executio fuit facta intra terminum datum ad appellandum.*
5 *Executio, quando fuit facta post 10 dies, tunc nullum videt impedimentum, quod iudicati executionem valeat impedire, vel retardare.*
6 *Executio aliud est, si fiat directè, & aliud si in indirectè. & num. 7.*
8 *Sententiæ indirecta, atque immediata sequela, vt firmetur, quid sit firmandam.*
9 *Iudicati vis, & fauor, quando magis influat in sententiam.*
10 *Bulla Pij V. in Bullar. Rom. in ordine 44. quid disponat.*
11 *Auditores Rotæ vnica commissione mediante, in qualibent instantia, possunt procedere ad finalem causa executionem.*
12 *Mandatum sufficit, quod producatur, seu exhibeatur, quando de eo fuit oppositum.*
13 *Termini quatuor substantiales, de stylo Curiæ, quando soleant seruari. & nu. 14.*
15 *Appellatio, quando non fuit interposita à sententia, & Iudex de hoc est certus, tunc non est necessè, vt seruentur quatuor termini.*
16 *Iudex an certificari possit de non appellatione ex reuolutione actorum.*
17 *Appellatio ex causa aliqua potest interponi coram honestis viris, vel coram Notario, & testibus.*
19 *Verum id debet intimari Iudici, et parti, vel saltem alteri, vt impediatur processus ad vlteriora.*
20 *Termini quatuor requisiti à Felin. in cap. ad probandum. num. 6. de sent. et re iud. et ab alijs quando non est necesse, vt seruentur ante executionem sententiæ. et num. 21.*
22 *Mandatum executiuum antequam relaxetur, debet precedere intimatio.*
23 *Mandatum executiuum, quando fuit relaxatum in ipsa sententia, tunc non requiritur alia intimatio, dum exequitur, et num. 24.*
25 *Quod maxime procedit, quando sententia, præcedente causæ cognitione, fuit lata.*
Sententia, postquam transit in rem iudicatam, secum trahit executionem absque alio processu vel cognitione super ea, num. 25.
26 *Et licet contrariam opinionem tenere videatur Rota, tamen quando id procedat. num. 27. et 28.*
29 *Exceptiones, quæ deducuntur aduersus executionem sententiæ, quæ transiuit in iudicatum, vt attendantur, quid requiratur.*
30 *Testamentum, quando est antiquum, vt sufficienter dicatur probatum, quid sat sit, et num. 31.*
32 *Fideicommissi veritas ex quo possit probari. Et hoc maximè si coniecturæ sint successiuæ, et iteratæ.*
33 *Exceptiones turbidæ, et altiorem indaginem requirentes, non valent retardare executionem sententiæ altiorem indaginem requirentes maximè si petita fuerit executio, num. 35.*
34 *Quod procedit etiamsi fuerit obtenta restitutio in integrum.*

36 Nul-

36 *Nullitas executionis dum est turbida reijcitur ad disputationem negotijs principalis.*

DECISIO CCXCV.

Fuit resolutum die 6. Iunij 1628. coram bo. mem. Coccino * possessionem bonorum, de quibus agitur captam per DD. de Fabijs, & Caualerijs in executione sententiæ Rotalis ad eorum fauorem prolatæ esse attentatam, eo quia eadem sententia, licet in remedio possessorio lata de iure canonico esset omninò appellabilis, circumscripta Ægidianæ constitutionis dispositione, quæ non afficit
1 † RR. fratres Sanctissimæ Trinitatis in Monte Pincio, cum quibus principaliter actum fuit iudicium, vt fuit dictum *in Spoletana hæredit. 8. Iunij 1585. coram bon. mem. Card. Blanchetto, et in Mediolanen. legati 30 Octobris 1585. coram bon. mem. Card. Pamphilio impress. penès Marches. de commiss. tom. 1. fol. 146. et 1025.* & latiùs *in decis. 391. par. 2. recent.* & alias sæpè.

Verum quia præfati DD. de Caualerijs, & Fabijs eiusmodi resolutioni non acquiscientes obtinuerunt iterum audiri; Hodie reproposita causa super eisdem coram me, Domini recesserunt à decisis.

Nam licet vera sit conclusio per Rotam tunc firmata, non tamen visa fuit procedere in proposito casu, in quo possessio prædicta post mensem,
2 & † vltrà à die latæ sententiæ (quo tempore fratres non appellarunt) & sic postquam illa transiuit in iudicatum *iuxta text. in cap. quoad consultationem de sent. et re iudic. et in auth. hodie C. de appelat.* validè, atque legitimè capta fuit, vt habetur *in d. cap. quoad consultationem, et in l. qui restituere, ff. de rei vend l. præses, et l. post rem iudicatam, ff. de re iudic. et l. 2. C. de execut. rei iudic. Rot. penès Cæs. de Grass. dec. 2. num. 2. et seqq. de appellat. et bon. mem. Card. Seraph. decis. 229. sub num. 4. et decis. 293. num. 12. vers. accedit par. 1. recent. et in Romana dotis 2. Iunij 1636. coram R.P.D. Ghisilerio, et alij adducti per Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. ampl. 1. à num. 32. et seqq. vers. circa secundam inspectionem etc.*

Non obstat, quod executio attentata reuocari
3 soleat † saltem per viam nullitatis, vbi à sententia non fuit appellatum.

Quia id procedit, quando facta fuit pendente
4 termino ad appellandum *iuxt. text. in cap. non solum de appellat. in 6. Rota decis. 785. num. 6. par. 1. diuers. et decis. 598. par. 1. et decis. 586. sub num. 3. par. 2. ac decis. 685. sub num. 3. et 4. par. 3. recent.* non
5 autem si facta fuerit eo iam elapso, nullaque † interposita appellatione, quia tunc nullum viget impedimentum, quod iudicati executionem valeat suspendere, ac retardare, vt habetur *in d. cap. quoad consultationem de re iudic.* & benè distinguendo explicat *Cæs. de Grass. d. decis. 2. sub. num. 5. vers. aut commissa sunt etc.* dicens paulò supra *in*
6 *vers. sed placuit*, quod Rota passim † seruat hanc distinctionem, & adducit *d. decis. Seraph. in qua sub num 4.* idem probatur & sequitur *Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. dicta ampl. 1. sub num. 21. et seqq. vers. similiter, et alia distinctio etc.*

Preterea ex alio etiam remouetur obiectum in hac facti specie, in qua agitur de executione directa, scilicet facta per inductionem in possessionem eorundem bonorum, super quibus fuit lata sententia, quo casu licet facta pendente termino ad appellandum, tamen ob non interpositam, vel desertam deinde appellationem, ex æquitate conualescit ratione euitandi inanes circuitus, quia si
7 facta non esset, necessario fieri deberet; † Aliud autem est, quando agitur de executione obliqua quæ scilicet fit, non immediatè super ipsis bonis iudicatis, sed per indirectum, veluti per captionem pignorum, vel excommunicationem, ad effectum vt condemnatus compellatur parere sententiæ, eoque pacto perueniatur ad executionem iudicati; Hæc enim, quia non est adeo proxi-
8 ma iudicato, † neque si facta non fuisset, necessario sequitur, quod fieri deberet, nam condemnatus aliter satisfaciendo posset rei iudicatæ parere; Ideò non ita efficaciter viget illa æquitatis ratio, ac proinde non sustinetur, vt distinguendo explicat *Ioan. Monac. in cap. licet sub num. 1. vers. sed quæro, & nu. seq. dicens,* quod firmato principali nempè sententia ob non interpositam, vel desertam appellationem, faciliùs firmatur eius directa, atque immedita sequela, scilicet executio super ipsis bonis in ea comprahensis, quam me-
9 diata, atque remotior quippè in illam † efficacius influit vis, & fauor iudicati quam in istam, *arg tex. in l. petens, C. de pact. & in l. per retentionem, C. de vsur.* & eum sequitur ibidem *Io. Andr. sub numer. 3. vers. Io. Monachus qui mouit hoc dubium, &c. & Franch. sub numer. 4. vers. quod autem &c. de sent. excomm. in 6. & alijs relatis Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. d ampl. 1. numer. 16. & seqq. vers. quarto &c.* & eandem sententiam probauit *Rota penès bo. mem. Buratt. decis. 77. sub num 3. & 4. vers. secundo quia &c. repetita in recent. decis. 592. sub num. 3. vers. secundo quia post rem iudicatam &c. par. 2. & latius coram R.P.D. meo Cerro in Gerunden. Beneficij 16. Martij 1643. in vers. & licet de stylo, et seq.*

Neque subsistit obiectus iurisdictionis defectus, eo quia non fuit obtenta commissio executorialis, ante immissionem prædictam.

10 Nam ex Bulla sanct. mem. Pij V. † Kal. Ianuarij 1561. in ordine 44. incip. *In Throno Iustitiæ etc. in §. 2. et Idcirco etc.* & sanct. mem. Pauli V. Kal. Martij 1611. incip. *Vniuersi Agri Dominici, sub rubr. de Auditorio Rotæ vers. possit etiam Auditor in ordine 71.*
11 vnica sufficit † in Rota commissio in qualibet instantia, cuius vigore potest Auditor ad finalem eius sententiæ executionem inclusiuè procedere, prout Iudices ordinarij de iure facere possunt, vt etiam fuit dictum *in Calaguritana beneficij penès Buratt. decis. 95. sub num. 6. et 7. vers. quia licet alia, et decis. 890. sub num. 1. ac decis. 190. sub num. 9. penès Reuerendiss. Vrgellen. et in alijs.*

Nec pariter allegatus defectus mandati procuratoris citati ad sententiam pro fratribus.

Quia tollitur ex lectura eiusdem per ipsos fratres capitulariter facti die 5. Octobris 1619. quod
12 sufficit † in præsentia fuisse exhibitum in forma probanti, cum antea non fuerit de illo oppositum, *Rot. penès Acchill. decis. 6. de procur. Seraphin. decis. 1115. num. 4. et decis. 680. numer. 2. par. 1. ac decis. 152. num. 1. par. 4. diuers. et penès bon. mem. Card. Caual. decis. 337. sub num. 6. ac Reuerendiss. Vrgellen. decis. 9. sub num. 23. cum alijs adductis penès Buratt. decis. 927. num. 9. et prius decis. 368. sub num. 1.*

vbi

vbi Add. referunt concordantes.

Minus obstat omissa obseruantia quatuor ter-
13 minorum, qui de stylo Curiæ † assignantur ante relaxationem huiusmodi mandatorum, ad docendum de legitima appellatione, ac eius prosequutione, &c.

Quoniam illi seruari debent, quando agitur de
14 executione sententiæ, à qua † aliquo modo fuit appellatum, dubitatur autem, An appellatio fuerit validè interposita, seu legitimè prosequuta, ad effectum, vt eo pacto Iudex certior de præmissis reddatur, vt habetur penès *Vestr. in prax. lib. 8. capit. vltim sub num. 7. et 8. vers. verum si vigore alicuius sententiæ, etc. et antea per Feder. de Sen. cons. 28. incip. punctus quæstionis sub numer. 3. vers. et pro tanto etc. Mandos. in commiss. executorialis 29. in vers. seruatis quatuor terminis*; Atque ideo vbi non fuit
15 appellatum à sententia, & Iudex † de hoc certificari potest ex reuolutione actorum (vt in proposito casu) tunc non sit necessaria huiusmodi ter minorum obseruantia, *vt not. Add. ad decis. 25. sub num. 3. sub num. 3, vers. et si de hoc Iudex certus est, etc. de appellat. in nou.* & concurrentibus prædictis admisit *Rota in Barchinonen. bonorum 16. Februarij 1582. coram Seraphin. inter eius impress. decis. 565. num. 5. vers. et licet, etc. et decis. 300. num. 3. vers. et licet Rota par. 2. diuers. et prius in Taurinen. Cappellaniæ 24. Februarij 1576. coram bo. mem. Cardinal. Blanchetto penès Marchesi. de commiss. tom. 2. fol. 157. sub num. 2. vers. non obstat decisio etc.*

16 Neque obstat, quod Iudex † non videtur certificari potuisse ex reuolutione actorum, quod appellatio non fuerit interposita, cum potuerit
17 interponi ex aliqua iusta causa coram honestis viris, vel coram Notario, & testibus *iuxt. text. et ibi not. in capit. final. extr de appellat.* Nam (præ-
18 termissis † alijs adhuc intimari debuisset ipsi Iudici, & parti, vel saltem alteri ex eis ad hoc vt impediret processum ad vlteriora, & causaret attentata *vt not. Io. And. in capit si duobus num. 6. vers. parum iuuant, etc. eodem titul. Rot. decis. 38.* attentata per Iudicem, vel partem *de appellat. in nou.* & benè post alios declarat *Franc. in d. cap. fin. sub numer. 42. vers. intellige, et num. 50. vers. sed quid si intimatio, ibique Card. Alexand. sub num. 20. vers. sed numquid debeat intimari, etc. et Lancellott. de attent. appellat. pend. ampl. 15 num. 21. et seq. vers. secundo limita, etc. Mysinger. obseruat. 44. nu. 1. versic. vtcumq; de iure communi cent. 4. Surd. cons. 228. sub num. 17. vers. ad id verò quod dicebatur, et num. seqq. et Modern. Roman. discept. 10. num. 8. vers. prout etiam, et seqq. vers. imò neque, etc.*

19 Alij autem quatuor termini, de quibus agit *Felin. in cap. an probandum sub num. 6. vers. nam licet executoriales extr. de sentent. et re iudicat. Rot. penès Cassad. decis. 6. num. 10. vers. et etiam etc. de caus. possess. et propr. Crescent. decis. 1. sub num. 1. de sequestr. possess. et fruct. Mohed. decis. 3. sub num. 1. vt lit. pend. et in recent. decis. 111. sub num. 6. par. 1. et per Mandos. in d. commiss. 29. in vers. executoriales, etc. et in quæst. 24. ac Vestr. in eodem cap. vltimo sub num. 16. versic. formula autem, etc. et num. 19. versic. termini autem,*
20 *etc.* non applicantur; Illi enim tunc seruantur, quando agitur vigore litterarum executorialium post illarum intimationem, & reproductionem contra condemnatum ad docendum de illarum
21 paritione, seu alia legitima excusatione, non autem quando agitur, vigore mandati executiui (vt in hoc casu) & in dictis terminis loquuntur citati Doctores, & explicat *Rota penès sanct. me. Gregor. decis. 43. sub num. 12. et seqq. vers. tandem, etc. et latius in Casalen. pensionis 3. Decembris 1623. coram bon. mem. Card. Vbaldo* vbi adducitur differentiæ ratio.

22 Non obstat demum, quod præcesserit † citatio ad videndum relaxari, vel exequi mandatum.

Quia hæc specialiter compræhensa legitur in citatione ad sententiam, in qua etiam ipsum
23 mandatum fuit relaxatum, & successiuè post elapsum iam diù terminum ad appellandum, nullaque interposita appellatione executum recta via super eisdem bonis, & contra easdem personas in ipsa sententia comprehensas, quo casu non erat neces-
24 saria alia citatio pro illius relaxatione, vel executione, secundum magis communem Doctorum sententiam, quam probauit *Innoc. in cap. cum super sub num. 10. vers. sed contra, etc.* ibi, *aliud vbi non in alijs rebus, sed in his, quæ adiudicatæ sunt, etc. extr. de sent. et re iudic. et in cap. ex ratione sub princip.* ibi, *tenebit executio sine vlla citatione facta, vbi Felin. sub num. 9. versic. in alijs vero executionibus, etc.* de communi attestatur, quando executio fieri debet in rebus adiudicatis, *et Præposit. sub num. 61 vers. secundum caput est, &c. extr. de appell. Bart. in l. à Diuo Pio, §. in venditione sub num. 2. vers. sed si executio, &c. & ibi Alex. sub num. 31. vers. vltima fuit opinio, &c. vbi hanc dicit esse magis communem, ff. de re iudic. & in l. meminerint sub num. 6. vers. sed si fiet executio, &c. C. vnde vi, ac in tract. de reprimend. in versic. executionem num. 1. vers. hic est casus, &c. Bald. in d. l. ab executione sub num. 5. sed si non fiat nouus processus, &c. & ibi Salyc. sub num 9. vers. hæc fateor vera, C. quorum appell. non recip. & rursus idem Bald in l. 1. sub num. 1 4. vers. sed alibi, &c. C. de iur. & fact. ignor.* vbi refert distinctionem inter executionem directam, ac indirectam, *& in l. ordo sub num. 8. vers. noto, &c. C. de execut. rei iud. Angel. in repet. l. 1. num. 32. vers. septima conclusio est, &c. C. de iudic. Imol. in l. ab executore sub numer. 3. vers. sed an dicatur, &c. ff. de appell Fulgos. in cons. 183. incip. circa primum sub num. 3. vers. confirmatur quoque Alex. in cons. 72. incip. in causa, & late sub num. 3. vers. & concludunt etiam Doctores, &c lib. 7.* vbi iterum de magis communi attestatur *Soccin. cons. 158. num. 13. vers. videmus etiam, quod licet, &c. lib. 2. Gabriel. comm. conclus. lib. 2. tit. de citation. conclus. 1. nu. 131. vers. tertia fuit opinio, &c.* vbi alios refert concordantes, *Honded. cons. 20. num. 45. vers. & licet, &c. lib. 1. Rota penès Cassad. decis. 6. sub nu. 2. vers. nam quando, &c. de caus. possess. & propr. & decis. 365. num. 5. vers. non obstat, &c. par. 1. & decis. 445. sub numer. 2. par. 2. & decis. 503. sub num. 3. vers. dum secundo loco, &c. par. 3. recent.*

Quæ quidem conclusio facilius admittitur,
25 quando mandatum fuit relaxatum in ipsa † sententia (vt in hoc casu) præcedente causæ cognitione, lata, quia illa postquam transiuit in iudicatum secum trahit executionem, nec alius requiritur processus, vel cognitio super contentis in ea, *vt per Grat. cons. 76. n. 22. vers. & quod dictum est, &c. lib. 2. Rota d. decis. 445. sub num. 2. & 3. & d. dec. 503. sub num. 3. & clarius in Leodiens. dominij de Stercordia*

3. Iunij

3. *Iunij* 1623. *in* §. *& quamuis Emanuel fuerit immissus versic. quia licet verum sit, &c. coram bon. mem. Coccino.*

Et licet contraria opinio verior, & æquior visa
26 fuerit Rotę, ea ratione, quia victus † deducere potest defensiones sibi competentes pro impedienda executione sententiæ *in Romana S. Thomæ* 17. *Decembris* 1604. *penès eundem Coccin. decis.* 214. *ac in alijs*, quam etiam censuit tutius esse seruari in exe-
27 cutione fienda, † vbi mandatum fuerit relaxatum in sententia præuia citatione in illa Romana de Capizucchis, de qua mentionem facit idem *Coccin. in eius annot. impress. penès Marches. de commiss. par.* 2. *fol.* 157. *sub nu.* 8. *vers. hinc Rota eadem die, &c.*

Tamen Domini existimarunt in præsenti casu non esse recedendum à prędicta magis communi, quoniam agitur de executione sententiæ præuia
28 matura † causæ cognitione, ac decisione Rotali prolatæ, ac diù postquam transiuit in iudicatum facta, vt dictum est. Et cessat adducta ratio contrariæ opinionis, quia exceptiones, quæ deducuntur pro parte Fratrum contra eamdem sententiam,
29 non videntur tales, quæ executionem illius postquam transiuerat in iudicatum impedire potuissent, ideoque fortius viget altera æquitatis ratio supra considerata *in vers. præterea, &c.*

Nam ijs, quę dicuntur de minus sufficienti probatione testamenti à Raymundo conditi de anno 1542. 28. Aprilis, in quo fuit ordinatum fideicommissum cuius vigore agunt Fabij, & Cauale-
30 rij, obstant tum recognitio † eiusdem testamenti solemniter à peritis facta de ordine Rotę 19. Martij 1614. quæ in antiquis videtur sufficiens, *iuxta decis. Put.* 430. *lib.* 2. *in correct. & Verall. decis.* 5. *par.* 3. Tum etiam repetitæ confessiones eiusdem fideicommissi factę per Dominicum nepotem eiusdem Raymundi in duobus eius testamentis, altero cōdito de anno 1591. 19. Iulij, & altero condito de anno 1582. 27. Aprilis, in quo vlterius declarat detractam fuisse legitimam sibi, & q. Tyberio eius fratri debitam in bonis d. Raymundi ex pretio
31 Palatij venditi DD. de Mignanellis, quæ † quidem regulariter probant, seu saltem corroborant probationem veritatis fideicommissi antecedentis in præiudicium eius hæredum, à quibus controuerti non potest, *Rolan. cons.* 71. *num* 45. *lib.* 2. *Cravet. consil.* 128. *sub num.* 2. *Surd. decis.* 7. *sub num.* 8. *&* 9. *Rota penès bon. mem. Card. Caualer. decis.* 105. *sub n* 4. *&* 5. *& decis.* 651. *sub num.* 3. *& Buratt. decis.* 275. *nu.* 9. *ac decis.* 462. *sub num.* 1. *in fin. ac* 536. *sub num.* 6. *ac* 578.
32 *num.* 2. *par.* 4. *recent.* Eoque magis † cum sint successiuè, & reiteratæ, *Rota decis.* 287. *num.* 5. *vers. huiusmodi autem confessiones, eadem par.* 4. *recent.*

Legitima vero debita Virgilio filio eiusdem Raymundi testatoris fuit reseruata in sententia Rotali, in qua concessa fuit immissio pro indiuiso habita ratione ad quotam pro ea debita eius hæredibus.

Quoad impensas, & melioramenta, quę asseruntur fuisse facta in Palatio videntur satisfacti fuisse Dominicus, & Tyberius, dum illud vendiderunt Mignanellis; pretiumque receperunt, nec de illius vendicatione agitur in præsentia.

Quo autem ad Casale Pisciarelli, adducitur inter cætera instrumentum emptionis factæ ab ipso Raymundo fideicommittente de an. 1526. die 10. Decembris pretio ducatorum 1700. qui fuerunt ab ipso soluti.

Hæc tamen Domini in præsentia non admiserunt ad firmandam iustitiam dictæ sententiæ de qua in vlteriori prosecutione causæ particulariter
33 agendum erit; Sed tantùm † vt appareat, quod exceptiones prædictę, tanquam dubię, & altiorem discussionem requirentes, non potuissent retardare executionem dictæ sententiæ postquam transiuerat in iudicatum, etiamsi postea Fratres obti-
34 nuissent commissionem restitutionis † in integrum, prout de iure, *iuxta theoric Bart. in l.* 4. §. *condemnatum, sub num.* 3. *ff. de re iudic.* quam sequuta fuit *Rota in decis.* 307. *num.* 5. *vers. quando exceptio, &c. par.* 4. *diuers. & decis.* 783. *num.* 15. *vers. & in omnem euentum, &c. penès Buratt.*

35 Præsertim quando præcessit petitio † executionis, secundum opinionem, quam Rota sequitur, *vt penès Put. decis.* 285. *lib.* 2. *Seraphin. decis.* 777. *num.* 12. *& decis.* 346 *num* 6. *par. diuers. & sanct. mem. Gregor. decis.* 120. *sub num.* 17. *&* 18. *Mantic. decis.* 219. *nu.* 5. *Caualer. decis.* 81. *num.* 2. *& decis.* 495. *sub num.* 5. *vers. respondebatur, &c. Buratt. d. decis.* 783. *num.* 16. *vers. eo magis, &c. & Reuerendiss. Vrgellen. d. decis.* 190. *sub num.* 2. *vers. neque obstare visum fuit, &c. ac in recent. decis.* 264. *num* 4. *versicul. immo sufficeret, &c. part.* 7.

Vnde multò minus sufficere modo debent, dum pendet super eis cognitio ad eam retractandam,
36 sed † reijciendæ sunt ad disputationem dubij principalis, vt fuit dictum in *Placentina Cappellaniæ* 14. *Decembris* 1614. *penès Buratt. d. decis.* 77. *sub n.* 3. *vers. vltra quod executio, &c. & in Beneuentana bonorum* 4. *Maij* 1615. *penès bon. mem. Andrea decis.* 29. *numer.* 7. *versic. interim stante turbiditate, &c. & coram R. P. D. meo Cerro in dicta Gerunden. Beneficij* 16. *Martij* 1643. *in* §. *quod autem sententia.*

Atque ita vtraque parte informante conclusum fuit, &c.

Decisio ista emanata in hac causa sub die 6. *Iunij* 1628. *coram bon. mem. Coccino Decano, erit infra in Appendice.*

REVERENDISS. P. D. CERRO.

SACRÆ ROTÆ DECANO.

Treueren. Archidiaconatus.

Lunæ 13. *Iunij* 1644.

ARGVMENTVM.

Dignitatis possessio, vt dicatur benè capta, vbi sit capienda, Actus possessorij facti ab administratore beneficij penitus cessant, quando beneficij prouisio fuit facta in titulum. Carceratio personæ connumeratur inter causas excusandi à caducitate, & quando secus.

SVMMARIVM.

1 *Instrumenta publica faciunt probationem probatam.*
2 *Possessio instrumentalis alio non existente in possessione est manutenibilis.*
3 *Dignitatis possessio capi debet in propria sede.*

4 *Digni-*

4 *Dignitatis possessio dum non est de Capitulo, non est necesse, vt capitulariter capiatur, & num. 5.*
6 *Possessio ex quibus concludentissimè dicatur probata.*
7 *Beneficium, quando fuit vnitum Capitulo, tunc eius possessio capi non potest, illo non citato.*
8 *Vnire aliud est, & aliud tractare de vniendo.*
9 *Actus prouisionales facti ab aliquo tamquam administratore non iuuant.*
10 *Beneficij prouisio, quando fuit facta in titulum tunc cessant actus omnes prouisionales et possessorij Custodis.*
11 *Nec sufficiunt ad obtinendam manutentionem aduersus prouisum.*
12 *Clausula, amoto, posita in litteris Apostolicis, quando nihil operetur.*
13 *Possessionem alicuius, quando quis dicatur approbasse.*
14 *Dispositio text. in cap. 2. de concess. præbend. vt intret plenè, et concludenter est probanda deuolutio.*
15 *Et quando dicatur concludenter probata.*
16 *Detentio violenta personæ connumeratur inter legitima impedimenta ad excusandam deuolutionem, et quando cesset, num. 18.*
17 *Inter Actus voluntariæ iurisdictionis connumeratur etiam ius conferendi beneficia.*
18 *Deuolutionis iustificatio est reijcienda ad petitorium, et de ea non debet agi in iudicio summarijssimo.*
19 *Concordata Germaniæ non loquuntur de beneficijs deuolutis.*

DECISIO CCXCVI.

VAcauit in Ecclesia Metropolitana Treueren. Dignitas Archidiaconalis nuncupata de Cardona, & de ea tamquam vacante per obitum vltimi possessoris ex iure deuoluto fuit auctoritate Apostolica prouisus Hermanus Otho Comes de
1 Nassau Canonicus eiusdem Ecclesiæ, vt in litteris Apostolicis directis officiali Episcopi Treueren. *Summario* Comitis *num.* 1. qui visis litteris contulit Archidiaconatum d. Comiti prouiso Apostolico, mandatumque de immittendo in possessionem ad eius fauorem relaxauit, vt in mandato eodem *Summario num.* 1. in cuius executionem possessio fuit capta capitulariter cum assignatione stalli in choro, cum apprehensione domus, vinearum, aliorumque corporum ad Archidiaconatum spectantium præuia etiam Colonorum recognitione *d. Summario num.* 3.

Verum quia Decanus, & Capitulum recusabant parere mandato de immittendo ex supposito, quod alias Archidiaconatus fuisset in Commendam obtentus ab Eminentissimo D. Cardinali Ginetto tunc in illis partibus de Latere Legato, & interposita appellatione à dicto mandato turbabant possessionem prouisi Apostolici, & legitimi possessoris, idem obtinuit coram d. Officiali monitorium contra Capitulum, & Inquilinum Domus Archidiaconalis in Cardona, aliosque turbatores super paritione dicti mandati cum comminatione excommunicationis, & reuocatione Attentatorum, illudque intimari fecit Decano, & Secretario Capituli, & per affixionem ad Valuas Ecclesiæ Metropolitanæ, & ad Valuas Domus Archidiaconalis, *Summario num.* 4.

Appellarunt Capitulares à dicto Monitorio, & pendente adhuc lite super paritione sub die 22. Octobris 1642. mediante auxilio brachij secularis, & militaris occuparunt possessionem bonorum Archidiaconatus, *Summario num.* 5. & Officialis Treueren. tulit sententiam, in qua declarauit Capitularibus non licuisse, nec licere contrauenire dicto mandato de immittendo reseruata sibi facultate relaxandi Declaratorias, vt in sententia lata sub die 5. Nouembris eiusdem anni, *Summario num.* 6. A qua pariter interposita appellatione per Capitulares, & obtenta commissione in Rota cum clausula, sine præiudicio executionis litterarum Apostolicarum, fuit coram me dubitatum cui esset dandum mandatum de manutenendo, & Comiti Othoni prouiso Apostolico dandum esse DD. responderunt.

Etenim de illius possessione capta auctoritate Executoris litterarum Apostolicarum constat ex
1 publicis documentis † quæ faciunt probationem probatam *Bald. in l. quoties, in fin. C. de iudic.* Posses-
2 sio autem instrumentalis, alio non extante † in possessione sufficit ad manutentionem, *vulg. l. prædia, de acquir. possess.*

Tanto magis, quia nedum semel, sed his etiam fuit capta, Primò scilicet sub die 3. Iunij auctoritate executoris in propria sede dignitatis. *Summario*
3 Comitis *num.* 3. quæ suffragatur, Cum de iure † possessio Dignitatis capi debeat in propria sede *Cardin. Caualer. decis.* 198. *num.* 1. licet Capitulariter capta non fuerit, ex quo Dignitates non sunt de
4 Capitulo, *Rota coram Cardin. Seraphin. decis.* 98. *num.* 1. *et in Astoricen. Scholastriæ* 6. *Nouembris* 1623. *coram Vbaldo post Modern. Perus. de manutent. decis.* 177. *num.* 4. *et* 5.

Secundò sub die 9. eiusdem mensis auctoritate eiusdem Executoris, & Capitulariter, & Decanus,
5 & Capitulum de huiusmodi possessione gratulati sunt, iuncta possessione bonorum Archidiaconatus, cum recognitione facta per Colonos, vt ex iuribus datis in *Summario num.* 3.

6 Ex quibus omnibus possessio † remanet concludentissimè probata, vt dixit *Rota in Mediolanen. Canonicatus* 6. *Iunij* 1607. *coram Eminentissimo Cardinali Pamphilio, et in alia Mediolanen. Optionis coram Manzanedo post d. Modern. decis.* 112. *num.* 3.

Nec obstat, Primò huiusmodi Archidiaconatum ab Eminentissimo Cardinali Legato fuisse concessum in Commendam, seu vnitum eidem
7 Capitulo, quod plures actus † possessiones exercuit, adeout proinde eo non citato non potuit alteri tradi possessio. Quia præter quod talis vnio, seu concessio in Commendam non probatur, & scriptura data in *Summario num.* 7. vnionem non continet, neque concessionem in Commendam, sed solum tractatum de vniendo, cum aliud sit vnire, aliud tractare de vniendo, ad tradita per *sanct. mem. Gregor. decis.* 28. *num.* 1. *cum seqq.* Actus posseso-
9 rij sunt merè prouisionales facti † à Capitulo tanquam custode, & administratore bonorum, & iurium Archidiaconatus eo vacante, vnde cum superueniente Prouiso in titulum cesset omne ius Custodis, & Administratoris actus possessorij ab
10 eo antecedenter † facti, non sunt amplius habendi in consideratione, iuxta *doctr. Innoc. in cap. ex parte, nu.* 3. *de arbitr. et Lap. alleg.* 8. *num.* 8. *et* 9. quam probauit *Rota in Celsonen. Parrochialis* 27. *Iunij, et* 17. *Nouembris* 1642. *coram R. P. D. meo Peutingero, et in*

in Florentina Parrochialis 19. *Ianuarij* 1643. *coram*
11 *R.P.D.meo Bichio*, nec sufficiunt pro † manutentione contra prouisum in titulum, vt firmauit *Rota in Naulen.Parrochialis* 31.*Martij* 1642. *coram bon. mem.Merlino, et in eadem* 10.*Iunij* 1643. *coram R.P.D.meo Peutingero, et in Florentina Parrochialis supra citata*.

Et hinc nihil releuat clausula, *amoto*, apposita in litteris Apostolicis, quia cum ex superius dictis Capitulum in effectu non esset in possessione Ar-
12 chidiaconatus, & omnis possessio si quam habebat cassauerit per superuenientiam prouisi in titulum deficiente legitimo possessore clausula, *amoto*, nihil operatur, *Rebuff.in praxi de form.non prouisionis, in verbo*, amoto, *versic.nec virtute huius clausulæ*, *Garz. de benefic.par.*6.*cap.*2.*num.*14. & fuit dictum in *Vercellen.Coadiutoriæ* 27.*Ianuarij* 1608.*coram Cardinali Lancellotto, & in Pacen.puritatis sanguinis, seu Canonicatus* 11. *Decembris* 1609. *coram Manzanedo*.

Præsertim, quia Capitulum acquieuit, & omnes
13 Canonici † gratulati fuerunt Comiti in actu adeptionis possessionis, vt supradictum est, & sic possessionem illius approbarunt; *Rota decis.* 175.*num.*2. *&* 3.*post d.Modern.Perus.*

Minùs, & secundo obstat prouisionem Archidiaconatus factam fuisse tamquam de deuoluto,
14 iuxta † Concilij Lateranen. decretum relatum *in cap.*2.*de concess.præben.* non probata plenè, & concludenter deuolutione, vt debebat ad ea, quę dixit *Rota decis.*186 *num.*5.*par.*2.*recent.*

Quia cum deuolutio intret stante culpa, vel negligentia Collatoris in conferendo, & D.Archie-
15 piscopus Treueren. neglexerit per † septennium conferre huiusmodi Archidiaconatum, vt ex confessione partis admittentis vacationem à septennio deuolutio videtur sufficienter probata.

Nec pro excusanda negligentia huiusmodi releuat absentia Archiepiscopi, eiusque carceratio seu potiùs detentio apud Imperatorē, quasi quod
16 violenta detentio † personæ connumeretur inter legitima impedimenta ad excusandam deuolutionem, vt per *Rebuff.ad concordat.* §.1.*in verb.impedimento cessante*, *vers. item si erat in carcere*, *de collat.*

Quia cum idem Archiepiscopus commoretur in Ciuitate Viennensi, & vt supponitur pateat omnibus liber aditus ad eum, & absque vllo impedi-
17 mento exerceat omnes actus † voluntarie iurisdictionis, inter quos connumeratur ius conferen di, iuxta *Calder.cons.*2.*de elect.* quem refert & sequitur *Lotter.de re benefic.lib.*2.*quæst.*50.*num.*81. Non po-
18 tuit ex hoc capite dici impeditus, † nec excusari à deuolutione.

Et in omnem casum dictum fuit iustificationē deuolutionis reijciendam ad peritorium, nec esse faciendum in hoc summarijssimo manutentionis, ad quod sufficit sola possessio, etiamsi de titulo nō doceatur, *Rot.decis.*595.*nu.*8.*par.*1. *diuers.& coram san.mem.Gregor.decis.*325.*nu.*1.*&* 2. *vbi Adden.plures refert num.*4. *& in Valuen. Canonicatus* 30. *Maij* 1644 *coram R.P.D.meo Cecchino*.

Quæ dicuntur de Concordatis Germaniæ, &
19 Bulla Nicolai V. non applicantur, quia † non agitur de auferendo iure conferendi competenti Ecclesijs, alijsque inferioribus Collatoribus, sed solum de collatione ex iure deuoluto, de quo casu; nec Bulla, nec Concordata loquuntur.

Et ità vtraque, &c.

R. P. D. ROIAS.

Postea Episcopo TARRACONEN.

Perusina Reintegrationis.

Lunæ 13.*Iunij* 1644.

ARGVMENTVM.

Statutum antiquum Perusiæ compositum vulgari sermone, editum de anno 1342.sub rubr.35.excludens dotatas ab illius hæreditate, de cuius bonis fuit dotata, an dicatur sublatum per aliud statutum prætensum de anno 1366.& responsio est negatiua, ex rationibus in decisione adductis.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Perusinum sub rubric.*35. *excludit dotatam ab hæreditate illius, à quo fuit dotata.*
2 *Reintegrationi non est locus, quando Lex, vel Statutum tantùm tribuit, quantùm excludit, num* 3.
4 *Exclusio, quando non possit dici facta temporaliter.*
5 *Statutum Perusinum sub rubr* 35. *æditum de anno* 1342.*an fuerit reformatum.*
6 *Statutum, si non sit in forma probanti, non habens aliquod signum authenticum non releuat.*
7 *Statutum an sit authenticum, nec ne benè colligitur ex eius inspectione, num.*8.
9 *Statutum prætensum, si non fuerit repertum, inter alias publicas scripturas Ciuitatis, nec aderat in Archiuio, non iuuat.*
10 *Statutum inter alia requisita vt dicatur authenticum, requiritur publica custodia.*
11 *Officiali attestanti de rebus ad suum officium pertinentibus plenè est credendum, & num.*12.
13 *Statutum, vt dicatur authenticum debet constare, quod fuit publicum, ac vsu receptum.*
14 *Statutum perinde est, ac si non emanasset, dum cum suis debitis requisitis non fuit promulgatum.*
15 *Statuta locorum status Ecclesiastici, ad eorum validitatem requirunt confirmationem Apostolicam.*
Et hoc maximè si agatur de abrogandis statutis antiquis.
16 *Confirmatio ex temporis cursu resultans, non intrat, cessante obseruantia.*
17 *Obseruantia, quando sumus in præsumenda confirmatione alicuius actus, qualis esse debeat.*
18 *Statutum, si fuerit positum in Archiuio post litis contestationem, non iuuat.*
19 *Itaque nullum robur assequi valet ex fide publica d. Archiuij.*
20 *Statutum quod potest esse minuta statuti condendi, non releuat.*
21 *Litteræ missiuæ non possunt dare robur scripturis alias informibus.*
22 *Fides priuatæ non possunt præiudicare, & peruertere veritatem.*
23 *Bald.in consil.*29 *lib.*1.*& consil.*4 6.*lib.*3. *super quo statuto Perusino scripserit, & num.*24.
25 *Probatio, quando remanet incerta, non releuat.*

26 *Rotæ decis. 11. penès Gilian. ad statutum Perusinum, quo casu loquatur.*
27 *Lex noua futuris, & non præteritis negotijs prouidet.*
28 *Statutum antiquum sub rubric. 35. quid disponat.*
29 *Statutum Perusinum temporaliter excludens fœminas propter masculos, an intret stantibus legitimitatis.*
30 *Filij vt dicantur legitimitati cum suis debitis requisitis, quid sufficiat.*
31 *Remedia omnia remanent sublata, stante præscriptione 30. annorum.*
32 *Remedium vnde agnati, quando remanet sublatum.*
33 *Statutum loquens ab intestato, non habet locum condito testamento.*
34 *Transactio parit exceptionem litis finitæ.*

DECISIO CCXCVII.

Tandem post tertiam causæ propositionem articulo maturè discusso partibus semper acriter informantibus, Domini hodie persisterunt in decisis coram me sub die 21. Iunij 1641. quando dictum fuit descendentes Cassandræ non esse reintegrandos ad hæreditatem Beneueniatis Ramazzani eiusdem Cassandræ progenitoris mortui sub anno 1520. cum ab eo non fuerit dotata, sed à Christiano, & Hyeronimo fratribus, idcirco dũ
1 Statutũm antiquum Perusinum † vulgari sermone compositum, publicatum de anno 1342. in *rubr. 35. delle doti, & dotate femine, in §. Se alcun padre, ouero Auo, secundi libri d. Statuti,* excludat dotatam ab illius hæreditate, de cuius bonis fuit dotata, non est locus in præsenti prætensę rein-
2 tegrationi † ex quo dictum statutum tantum tribuit, quantum exclusit, & dum talis exclusio
3 non præcessit, mediante dotatione, cessat † reintegratio, *Buratt decis. 851. num. 6.* Vltra quod dictum statutum dum loquitur de fœminis dotatis à fratribus post mortem patris, vt in casu nostro eam simpliciter, & perpetuo excludit non autem
4 temporaliter cum † nullæ asint dictiones denotantes temporalitatem, siue suspensionem, vt per *Bart. in l. fin. ad Tertull. Bald. in l. si quis posthumus, §. fin. ff. de inoff. testam. Bart. cons. 20 num. 2. vers. excluditur ergo lib. 1. Corn. cons. 7. num. 5. vers. tamen his non ostantibus, & num 6. lib. 2. Brun. de statut. quod stantibus masculis art. 10. quæst. 5. num. 63. vbi de comm Gabr. de statut. concl. 4. in princip. lib. 9. Cappel. Tolos. decis. 460. num. 1.*

Nihil obstat, quod dicti statuti dispositio fuerit reformata, siue abrogata per alium prætensum statutum latino sermone compositum manuscriptum, ac successiuè conditum del 1365. per
5 Ciuitatem Perusinam suppositum oculis DD. in quo fœminæ, siue fuerint dotatę à genitoribus, siue à fratribus sunt temporaliter exclusæ quousque masculi, & descendentes ab eis extent. Non verò perpetuò.

Quia fuit per Dominos responsum dictum prętensum statutum tanquam non in forma proban-
6 ti, † ac non habētę aliquod signum autenticitatis non esse habendum in consideratione, *Rom. cons. 260. num. 2. & 3. Crauett. cons. 425. num. 24. Natt. cons. 498. nu. 18. Gabr. in puncto huius statuti cons. 42. num. 45. & seq. lib. 2. Caputaq. decis. 41. num. 34. par. 1. Rota decis. 558. nu. 3. par. 2. recent.*

Etenim ex illius inspectione omnis fides, quæ aliàs posset præstari remansit penitus seclusa ad hoc vt non possit dici in forma probanti; dum
7 non habet principium, non inscriptionem, non est integrum, non perfectum volumen, sed superlineatum cum additionibus, correctionibus positis tam in corpore, & in substantialibus, quā in marginibus diuersis caracteribus, & quidem
8 nonnullis de recenti rescriptis, itaut potius quædam continuatio ad librum non exhibitum, & pro minuta factum videatur, nec constat, cuius auctoritate fuit conditum, nec à qua persona, minus de rogitu Notarij, estque in pluribus partibus abrasum, deletum, neque inter publicas
9 scripturas, ac monumenta dictæ † Ciuitatis fuit conseruatum penès Archiuium: quinimò semper penès priuatorum ædes per tot sæcula fuit retentum absque vlla penitus diligentia tanquam
10 merus liber priuatus, cum tamen † pro validitate hæc omnia, & præsertim publica custodia desiderentur, *Ioan. Andr. in addit. ad Specul. de Instrument. ædit. §. nunc videndum, vers. quartum supplementum, glos. Abb. & Felin. in cap. cum causam, de probat. Purpur. cons. 120. num. 10. & 270. nu. 18. Valenz* qui alios congerit *cons. 100. nu. 9. Mastrill. decis. Sicil. 43. num. 1. & 3.*

Quod autem nunquam fuerit in Archiuio; probatur ex fide facta de anno 1637. per Iosephum
11 Masium Cancellarium DD. Priorum Ciuitatis † Perusij, qui in dicta fide omnia, & singula volumina Statutorum dictæ Ciuitatis expresè (nulla de prætenso Statuto mentione facta) cum peculiari temporum inscriptione, quo condita fuere, & à quo quorum auctoritatibus reperiantur munita, & à quo Notario Rogata, & præsertim quod de anno 1366. nullum Statutorum volumen venerit in lucem, nec aliud statutum adesse in Cancellaria; præter ea in fide deducta, adducendo rationem, quia spatio 21. annorum
12 quo Cancellariam Perusinam exercuit ad eius † manus peruenissent, inde tanquam attestans de rebus spectantibus ad eius officium benè probat *Gabr. de test. concl. 1. num. 19. Ruin. cons. 56. n. 5. lib. 1. Rota in recent. decis. 525. nu. 5. par. 2. & 349. num. 1. par. 3.* & in puncto in *Aquitanien. Prioratus 10. Aprilis 1622. coram bon. mem. Pirouano, & in Meleuitana Pensionis 18. Februarij 1636. coram R. P. D. meo Ghisilerio.*

Vltra quod dictum prætensum statutum non constat fuisse publicatum, neque vsu receptum,
13 nec † quod aliquod aliud statutum vigeret de anno 1520. præter vulgare quibus deficientibus
14 nullius esse considerationis perinde, ac si non emanasset, comprobant *Paris. cons. 104. num. 69. lib. 1. & cons. 53. num. 98. lib. 3. Tiber. Decian. cons. 32. num. 44. lib. 2.* cum alijs relatis per *Mascard. de interpr. statut. concl. 8. num. 27. cum seqq. vers. sexto limita.*

Nec pariter apparet de confirmatione Sum-
15 mi Pontificis, prout indubitanter † requirebatur, maximè cum ageretur de abrogandis antecedentibus Statutis Summorum Pontificum auctoritatibus munitis, *Dec. in cap. cum accessisset, num. 3. vers. secunda conclusio, de const. Ludou. Bellus cons. 68 num. 3. cum seqq. Bald. cons. 407. num. 2. lib. 2. Corn. cons. 171. numer. 4. lib. 4. Surd. cons. 58. num. 21. & seqq. Rota decis. 536 num. 1. & 780. nu. 2. par.*

par. 1. *diuers. & decis. 103. num. 3. par. 3. recent. & in Perusina nullitatis cessionis 28. Ianuarij 1619. coram bon. mem Remboldo, in vers. minus obstat prætensum decretum, dec. 30. num. 14. post Gilia. ad compend. statut. Perus.*

16 Prætensa verò confirmatio † deducta ex temporis cursu nil facit, cum cesset obseruantia, quo casu cursus temporis non suffragatur, ex relatis per *Add. ad Gregor. XV. decis. 354. num. 18. vers. aduertendum tamen.* In propositio autem non docetur de aliqua obseruantia, quæ nec etiam postea releuaret, nisi concurrentibus actibus super qui-
17 bus fuisset obtentum † partibus contradicentibus cum agatur præcedentis statuti derogatione, ex notatis per *Gemin. in cap. cum in sua, num. 3. in fin. vbi Franc. vers. si tamen talis, de constit. in 6. Rota in Messanen. Decanatus 27. Ianuarij 1642. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Minus obstat, quod etiam hoc prætensum statutum fuerit repositum in eodem Archiuio dictæ Ciuitatis sub quo in præsenti custoditur, quia
18 constat ibi fuisse † consignatum, hac causa pendente in Rota nempe de anno 1641. à Diomede Giliano, mediante consignatione facta DD. Prioribus Perusij, penès quam antea existebat, hocque factum fuisse ad instantiam Vincentij de Brunis interessati in hac causa, vt ex attestatione
19 eiusdem Diomedis patet; vnde † nullum robur valuit assequi ex fide publici Archiuij, *Verall. decis. 41. sub num. 2. & 3. par. 1. Card. Caual. decis. 580. num. 4. Coccin. decis. 76. num. 31. Mart. Andr. de-*
20 *cis. 88. num. 6.* vbi concedentes non potuerit esse † quædam minuta non effectuata, ad tradita per *Gregor. XV. decis. 386. num. 3.* ideo de eo non est habenda ratio, *Caputaq. decis. 11. nu. 4. par. 1. Caual. decis. 77. num 2.*

Nil releuant litteræ missiuæ DD. Priorum Ci-
21 uitatis, quia non valent maiorem † tribuere auctoritatem, ac firmitatem scripturę aliàs irreleuanti, ac nullius momenti. *Seraph. dec. 106. nu. 3. Coccin. decis. 227. num. 2. par. 5. recent. dec. 187. num. 9. cum seqq.* nec valent præiudicare veritati, aut tertio, vt in fortioribus terminis dixit *Alex. cons. 112. lib. 7 Mohed. decis. 7. num 4. de probat.* fides vero facta per Aduocatos Perusinos affirmantes, quod viderint in Palatio præfatum librum statuti prætensi de anno 1639. cum non possit præiudica-
22 re, † nec peruertere veritatem existentem in contrarium stante alia fide cancellarij, ac etiam illa dicti Diomedis Giliani, ex quibus apparet in dicto archiuio fuisse d. librum tantum asportatum de anno 1641. *Salic. in l. Scripturæ, num. 4. C. de fid. instr. Marescott. var. resolut. lib. 1. cap. 82. n. 1. & 2.* vltra quod de existentia Archiuio debuisset constare de anno 1520.

Nec etiam obstat, quod super eodem asserto statuto latino inducente temporalem exclusio-
23 nem videatur, † consuluisse, *Bald. cons. 69.* incipit, *cum Statutum Ciuitatis Perusij lib. 1. repetitum in cons. 426.* incipit, *antiquum Statutum lib. 3. Corn. cons. 75.* incip. *quemquam videatur prima facie sub num. 5. vers. item disponitur, lib. 4.* de quibus meminit *Rota in Perusina successionis de Alfanis 19. Iunij 1634. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Etenim fuit responsum nullibi apparere Do-
24 ctores † pręfatos consuluisse, & locutos fuisse de hoc met statuto, mox exhibito, itaut eorum scriptis authenticam fidem desumere valeat; immò potius contrarium desumi posse, dum vel loquuntur de prædicto statuto publicato de anno 1342. vtroque idiomate latino scilicet, & vulgari composito ad lucidiorem omnium Ciuium intelligentiam, siue de alio statuto de quo
25 non constat, vnde † in omnem euentum incerta remaneret probatio, ac verificatio quod dum prætensum statutum vigeret de anno 1520. quo obijt Beneueniates, prout requiritur ad fundandam intentionem descendentium Cassandræ, vt per *Gabr. cons. 42. num. 44. cum seqq. & nu. 48. vers. quod solum sufficit. l. 2.*

Decisio verò Rotæ in causa *Perusina Reintegrationis 6. Nouembris 1595. coram Penia, impressa apud*
26 *Gilianum ad statutum Perus. la 11.* loquitur in terminis statuti publicati de anno 1523. & sic de statuto superueniente post obitum dicti Beneueniatis, quod statutum nil afficit tanquam lex
27 noua, quæ † futuris non preteritis, negotijs prouidere valebat, iuxta *text. in cap. 2. & fin. de constit. Vlpian. in l. cum lex. ff. de legibus, text. in l. 3. & in l. 7. C. de legib. Bald. in l. omnes populi, quæst. 5. vbi DD. ff. de Iust. & Iur. Petrus Augustinus Morla Emper. Iuris par. 1. tit. 1. ff. de legib. quæst. 6. num. 3. & 5. Menoch. de arbitr. Iudic. cas. 185.*

Neque remanserunt comprobata ex aliorum scriptis, qui de eodem Perusino statuto vulgari consuluere, qui vel nullam faciunt mentionem de verbis illis denotantibus temporalitatem, vel verbis rotundis aiunt, quod statutum præfa-
28 tum † antiquum excludat quidem temporaliter dotatas à Progenitoribus, sed à fratribus dotatas, prout fuit Cassandra simpliciter, & perpetuo excludebat, *vt in d. cons. Bart. 20. incipit, factum sic se habet, num. 2. vers. concluditur ergo lib. 1. Gabr. cons. 42. sub num. 44. & seq. lib. 2. Corn. cons. 7. incip. quæstio est pulchra, & quotidiana, sub num. 1. & 5. lib. 2. Honded. cons. 65 num 55. vers. tamen non improbabilis, & num. seq. lib. 1. Colleg. Bonon. inter cons. eiusdem Hond. cons. 14. nu. 51. & seqq. vers. casus ergo noster &c. lib. 2.*

In omnem casum prædicta Cassandra remanebat exclusa ex alio capite, nempè quia de tempore eius obitus adhuc extabant filij Christiani, ac nepotes Beneueniatis, vel descendentes ab eis
29 à quibus † quamuis legitimatis remanebat exclusa à prætensa reintegratione, vt verbis expressis disponitur in alio statuto d. Ciuitatis *lib. 2. cap. 45. & latè comprobat Menoch. cons. 682. num. 37. vbi nu. 57. adducit 28. Doctores Lupus de illegit. coment. 3. §. 1. sub num. 75.*

Nec vrgere dictum fuit adducta aduersus legitimationes reportatas tam per milites Lauretanos, quam per Comitem Palatinum.

Quia dum leguntur factę ad instantiam Patris
30 à quo filij legitimati fuerunt, & inpaterno testamento hæredes scripti cessant pænitus omnes ad ductæ considerationes, quas in proprijs terminis reprobauit *Gabr. cons. 29. num. 7. vers. tamen lib. 1.* vbi de magis communi testatur & à supremis tribunalibus comprobata opinione *Rimin. Senior. cons. 726. Decia. cons. 3. num. 107. lib. 1. Anton. Gabr. concl. 3. num. 10. in tit. de legitima lib. 6. cum alijs plena manu relatis per Merlin de legitima lib. 1. tit. 2. quæst. 9. num. 7.*

9. numer. 7. vers. 1. in successione.

Remanebant etiam exclusæ descendentes ex temporis cursu dum ab anno 1565. quo illæ prætendunt per obitum fratruum factum fuisse locum reintegrationi ad successionem d. Beneueniatis genitoris, vsque ad annum 1602. quo fuit intentatum Iudicium super ea certè sunt elapsi
31 anni 37. sicque in iure clarum, quod per † lapsum 30. annorum huiusmodi remedia remaneant sublata quatenus competijssent; vt in puncto firmauit Rota in Perusina Reintegrationis 15. Ianuarij 1596. coram Penia in versic. quantum ad secundum impressa post Gilian ad statutum Perusin. *decis 12. num. 3. cum seqq. ad congesta per Modern. Pisaur. de imputat. quæst. 61. num. 54. & per Merlin. de legitim. lib. 3. titul. 1. quæst. 3. sub num. 18.*

Nec præfatam præscriptionem possunt euitare descendentes à d. Casandra sub prætextu, quod duplex eis remedium competeret, alterum vnde liberi, alterum vnde agnati, idcirco primo præscripto adhuc secundum remanere.

Quia fuit responsum quod cum de tempore obitus d. Beneueniatis extarent dd. Christianus, & Hieronymus fratres Casandræ qui successerunt in vniuersa Patris hæreditate ex tunc cessa-
32 uit, † vnde agnati, *vt per gloss. in l. vnica in verb. quoties C. quando non petent. part. Azor. in Summa titul. de success. edict. num. 3. Gabr. comm. conclus. lib. 5. titul. de præsc. conclus. 9. sub nu. 4. vers. sublimita, &c. Gozad. cons. 56. numer. 1. Tob. cons. 1. numer. 5. Viuius opin. 632. num. 7.* & in his terminis Rota in d. Perusina Reintegrationis in vers. neque post elapsum tempus 30. annorum post compend. statut. *Perus. dec. 12. num. 6. & 7.*

Nec possunt prætendere reintegrationem quo ad bona Christiani fratris, cum ipse decesserit condito testamento inde quo ad bona per eum
33 disposita non † applicatur alicuius statuti, siuè latini prætensi per d. descendentes Casandræ, siue vulgaris, dum statutum loquitur de successionibus ab intestato. *Dec. cons. 506. num. 3. Hon. ded. cons. 68. num. 40. lib. 2. Put. decis. 119. num. 1. lib. 2. in correct. & par. 3. diu. dec. 958.*

Quo verò ad bona relicta per Hieronymum alterum fratrem semper remanet verum dicere, quod obstet transactio per quam Casandra consecuta fuit suam portionem nempe tertiam par-
34 tem bonorum, quæ parit exceptionem † litis finitæ, & ius extinguitur *cap. 1. de lic. contest. in 6. Surd. cons. 451. num. 17. Seraph. decis. 279. num. 3. & 1059. num. 1. & par. 5. rec. dec. 402. num. 4.*

Et ita resolutum vtraq; parte informante, &c.

R. P. D. CECCHINO,

Posteà S. R. E. CARDINALI,

Compostellana Parochialis.

Veneris 17. Iunij 1644.

ARGVMENTVM.

De iurepatronatus satis superque dicitur constare ex præsentationibus successiuis, & testibus, ac sententijs Ordinariorum. Iurispatronatus qualitas, vt per translationem eius in alium factam dicatur mutata, quid requiratur, & inter alia requisita illud est necessarium, vt dominium transferatur, & non sufficit tantum vtile, dominium, & alia de quibus in summarijs.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus bene iustificatur ex præsentationibus factis vltra 80. annos.*
2 *Præsentationum effectuatio benè iustificatur ex successiuis præsentationibus.*
3 *Iuspatronatus iustificatur ex sententia Ordinarij desuper lata.*
4 *Mensis Nouembris, secundum regulam 9. Cancellariæ semper est reseruatus.*
5 *Iuspatronatus, quando dicatur Ecclesiasticum.*
6 *Iuspatronatus Ecclesiasticum subiacet reseruationibus Ecclesiasticis.*
7 *Iuspatronatus an sit Laicale, vel Ecclesiasticum, cognosci potest ex persona, penes quam est ius præsentandi.*
8 *Per Infeudationem transfertur quidem vtile dominium, non autem directum.*
9 *Iuspatronatus qualitas, vt dicatur mutata per translationem in alium quid requiratur.*
10 *Iurispatronatus qualitas, non dicitur mutata per translationem in alium, dum dominium remanent penes transferentem.*
Iuspatronatus Regium, non desinit esse tale, per infeudationem.
11 *Decisio in causa Leodien Parochialis, coram Merlino declaratur.*
12 *Concessio non potest dici facta ex causa onerosa, quando onus non æquipollet concessioni.*
13 *Monasterium, quando est de Iurepatronatus Regio, extenditur ad Ecclesias ab eo dependentes.*
14 *Ad hoc tamen requiritur beneplacitum Apostolicum in limine fundationis.*
15 *Iuspatronatus Regium, quando est Monasterium, vt extendatur ad Ecclesias eiusdem Monasterij filiales, quid requiratur.*
16 *Indulta Cardinalium secundum antiquam formulam, remouebant tantum obstacula reseruationum.*
17 *Reseruationis Apostolicis cessantibus, collationes, & præsentationes liberè ab his, ad quos antea spectabant fieri possunt.*
18 *Indultorum concessio est attendenda.*
19 *Reseruatio inducta in fauorem Papæ, conseruatur in personarum Cardinalis indultarij, ipsum Papam repræsentantis.*
20 *Indulta conferendi beneficia reseruata, concessa Cardinalibus Ordinarijs Collatoribus, non suffragantur alijs præsentationem habentibus.*
21 *Indultum habens conferendi, quando dicatur quis voluisse vti, & num. 22.*
23 *Ordinarius habens indultum conferendi beneficia, dum confert ea; si se non restringit ad facultatem ordinariam, non impeditur quoque vti beneficio indulti.*
24 *Actum, quod quis voluerit expedire, efficaciori modo potest, stat præsumptio.*
26 *Declaratio libertatis beneficij intelligenda venit secundum subiectam materiam collationis facienda.*

DE-

DECISIO CCXCVIII.

PER obitum Francisci Garciæ de mense Nouembris vacauit beneficium S. Iuliani de Bastabales Compostellanæ Diœcesis Et cum Eminentissimus Cardinalis Spinola Archiepiscopus promulgasset de more Edicta cum termino ad opponendum, & docendum de vero patronatu; inter alios se opposuerunt Petrus Lopez, petendo illud sibi conferri vti pertinens ad liberam Archiepiscopi collationem, & Gregorius Rodriguez, allegando beneficium esse de iurepatronatus Bartholomæi Lopez, cuius præsentationem exhibuit; introductaque lite super iure patronatus, Vicarius, præuia declaratione, beneficium esse de libera collatione Archiepiscopi, illud contulit Petro Lopez in concursu approbato. Appellauit Gregorius Rodriquez, & successiuè Prouisor Compostellanus pronunciauit sententiam Vicarij non præiudicare Priori S. Mariæ de Sar, à quo iuspatronatus dicebatur infeudatum authoribus Bartholomæi Lopez. Postmodum delata causa ad Doctorem Prado, sententia Vicarij fuit reuocata, prout etiam fuit reuocata à Prouisore Tuden. Denique introducta causa in Rota, mihique vti subrogato Eminentiss. D. mei Cardinali Panziroli commissa, dubitaui, cui adiudicandum esset d. beneficium, & Petro Lopez adiudicandum esse resolutum fuit.

Quamuis enim Domini non dubitarent con-
1 stare de iurepatronatus ex præsentationibus † factis per d. Priorem spatio octuaginta, & vltrà annorum iunctis testibus de publica voce, & fama *Bald. in l. cum super num. 1. C. de rei vindic. Cassad. decis. 2. num. 4. & seqq. de probat. Achil. decis. 6. eodem tit. Pute. decis. 56. num. 4. lib. 1. in correct. Rot. diuers. decis. 792. num. 1. par. 1. & apud Card. Seraph. decis. 1103. in fine, & apud bon. mem. Coccino decis. 74. num. 2. & apud bon. mem. Buratt. decis. 172. nu. 18.*
2 Quarum præsentationum effectuatio est patens, dum successiuè vocationes sequutæ fuerunt per obitum eorum, qui prius fuerant præsentati iuxtà *cons. Oldrad. 229.* sæpius à Rota approbatum *Card. Seraphin. decis. 1334. num. 1. Rot. in recent. decis. 598. num. 4. par. 1. & decis. 274. num. 10. par. 2. Bu-*
3 *ratt. decis. 142. num. 6.* Et sine dubio † concurrente sententia lata per Archiepiscopum die 6. Nouembris 1598. in qua declaratur beneficium esse de iurepatronatus d. Prioris *Rota decis. 11. de iurepatron. in nou. Achil. decis. 7. num. 5. eodem tit. Pute. decis. 237. lib. 2. in correct. Card. Caualer. decis. 46. num. 2. & decis. 55. num. 2. Buratt. dicta decis. 142. num. 12.*

Tamen dicebam illud non esse laicale, prout requirebatur, vt Patroni, non obstante reseruatione resultante ex obitu in mense Nouembris,
4 qui † vigore reg. octauæ, hodie 9. est semper reseruatus, & aduertit *Gonzal. super eadem reg. gloss. 45. num. 22.* ac alijs reseruationibus Apostolicis liberè præsentare possent *gloss. in cap. 2. in verb. collatio de præben. in 6. ibi Gemin. num. 11. Alex. cons. 75. in princ. lib. 4. Couar. pract. quæst. cap. 36. num. 2. & 3. Mandos. super 1. reg. Concell. quæst. 10. num. 6. cum seqq. & in addit. ad Lap. allegat. 48. littera N. Rota decis. 304. num. 1. par. 2. diuers. & in recent. decis. 154. num. 11. & decis. 680. num. 2. par. 1. Card. Seraph. decis. 1334. numer. 3. cum alijs pluribus relatis per Gonzal. super d. reg. 8. gloss. 18. nu. 2. & per Adden. ad Buratt. decis. 769. num. 12. vbi quam plures Rotæ decis. referuntur.* Quin potius ex prædictis præsentationibus, testibus, ac sententia Ordinarij probatur ius patronatus vti spectans ad dictũ
5 Priorem ratione † Ecclesiæ, & Monasterij, cui præest esse Ecclesiasticum *cap. 1. §. fin. de iur. patron. in 6. Abb. in cap. cum autem num. 3. de iur. patronat. & in cap. cum vos num. 4. vers. & intelligo de offic. ordin. Lambertin. de iur. patron. lib. 1. par. 1. quæst. 1. art. 5. nu. 3.* plures refert *Lotter. de re benefic. lib. 2. quæst. 10. num. 3. san. mem. Gregor. decis. 48. numer. 4.*
6 & per consequens subiacere *d. reg.* ac † alijs reseruationibus *Aen. de Falcon de reseruat. quæst. 4. princip. effect. 14. vers. idem,* & multo fortiùs procedit *Couarr. d. cap. 36. num. 2. vers. his accedit.* *Cassad. decis. 4. num. 4. de iur. patronat. Gonzal. d. gloss. 18. num. 6. & 7. Card. Seraph. decis. 142. num. 2 Rota in recent. dec. 157. n. 5. et 6. par. 7. et apud Buratt. decis. 103. n. 3. & apud Reuerendiss. Vrgellen. decis. 406. n. 5. & in Leodien. Parochialis 18. Decembris 1623. coram bon. mem. Merlino.*

Neque ad effectum probandi qualitatem laicalem videbatur prodesse regula, quod quale sit ius
7 patronatus, † dignoscitur ex persona penes quam est ius præsentandi, & pront illa est determinetur qualitas iuris patronatus *Mohedan. decis. 9. de iur. patronat. Crescent. decis. eodem titul. Pute. decis. 90. lib. 3. secundum antiq. impress. Rota apud Reuerendiss. Vrgellen. decis. 286. num. 65.* & fuit decisum in *d. Leodien. Parochialis.* Atque ideo dum ius præsentandi in vim infeudationis factæ per dictũ Priorem S. Mariæ de Sar, est penes Bartholomæum Lopez laicum, dici debeat laicale.

Quia præterquam quod dicta infeudatio plures patitur difficultates, quoad quas Domini pro
8 nunc aliquid statuere noluerunt obiectum † cessat, quia per dictam infeudationem fuit translatum in authores Bartholomæi vtile tantum dominium, manente directo penes Priorem *cap. 1. de controuers. inter vassal. & alium in vsib. feud. Castren. cons. 104. num. 8. vers. constat autem lib. 2. Christoph. de Castellio consil. 4. num. 14. Clar. in §. feudum quæst. 4. in fin.* Vt autem ex qualitate personæ, in quam fit translatio qualificetur, & mutetur natu-
9 ra iuris patronatus, requiritur, quod translatio sit totalis *Anchar. in cap. vnic. num. 5. vers. sed dicit ipse de iur. patronat. in 6* Et quoties dominium directum remanet apud Ecclesiam, conseruatur
10 qualitas Ecclesiastica, tàm respectu directi, † quã vtilis dominij in alium translati, ac propter necessariam dependentiam vtilis à directo, vtile retinet qualitatem Ecclesiasticam, iuxtà celebrẽ *decis. in Romana domus ad S. Augustinum coram bon. mem. Coccino, impress. post Statil. de Saluian. dec. 238.* quam sequuta fuit *Rota inter recent. par. 5. decis. 49. num. 1. in Romana bonorum 19. Ianuarij 1643. coram R. P. D. meo Ghisilerio, vbi aliæ decis. referuntur, & in Arminen. Saluiani 19. Iunij 1643. coram R. P. D. meo Bubio.,* & benè in nostris terminis tradit *Bormeo*
11 *gnin. decis. 22. num. 17. par. 1.* & facit † quod dicitur de iure patronatus regio, quod non desinit esse tale propter infeudationem *Mart. de clausclaus. 14. num. 3.*

Nec

Nec in contrarium facit dicta *decisio Leodien. Parochialis coram bon. mem. Melino*, ibi enim ius patronatus fuerat totaliter translatum mediante
12 permutatione † bonorum, & dum ibi firmatur ius patronatus, etiam post totalem translationem remanere Ecclesiasticum, nisi translatio fuerit ex causa onerosa, potius retorquetur: quia licet dictus Bartholomæus feudatarius, ratione terrarum infeudatarum, præstet d. Priori singulis annis aliquas tritici mensuras; tamen ratione infeudationis iuris patronatus soluit quid minimũ,
13 scilicet Regalia 2. Ideoque translatio † non potest dici ex causa onerosa, cum onus non æquiualeat concessioni *Bald. in prælud. feud. num. 9. & 10. Neuiz. inter consil. Brun. cons. 12. num. 91. Curt. sen. cons. 49. num. 6.* Et in nostris terminis *Lotter. de re benefic. lib. 2. q. 8. nu. 20. & 21. Rot. diuers. dec. 457. n. 17. par. 1. & dec. 58. num. 8. & decis. 88. n. 4. par. 1. rec. & Ianuen. Abbatiæ 13. Iunij 1633. coram bon. mem. Pirouano.*

14 Nec obstat quod Monasterium de Sar † sit de iure patronatus Regio, quod ideo extenditur ad Ecclesias ab eo dependentes. Quia id non probatur, nec exhibetur priuilegium Apostolicum
15 necessarium in † limine fundationis *cap. nobis. §. cæterum de iur. patronat. vbi gloss. in verb. de sua iurisdictione, Hostien. num. 4. vers. et de hoc no. Abb. n. 9. Mohed. dec. 10. n. 5. de iur. patron. Put. dec. 366. et 379. lib. 2. secundum antiquam impress. Card. Seraph. dec. 1305. n. 2. n. 5. et dec. 1395. Maresc. var. resol. lib. 2. capit. 52. num. 8.* & fuit decisum *Agathen. iurispatronatus 4. Martij 1602. coram bon. mem. Card. Pamphilio seniore, et in Oueten. Abbatiæ 3. Aprilis 1595. coram bon. mem. Penia*, neque super hoc visum fuit aliquid incidenter posse firmari.

Et nihilominus responsum fuit ius patronatus Monasterij non extendi ad Ecclesias subditas,
16 † & filiales illius, tanquam ab eadem separatas & distinctas *cap. 1. vbi Abb. num. 1. de præben. cap. fin. de concess. præben. Calder. cons. 18. in princip. de concess. præben. Cassad. dec. 11. de præben. Rota apud Reuerendiss. Vrgellen. dec. 14. n. 11. et dec. 92. n. 6.* Cum potuerint aliunde acquiri Monasterio *Rot. dec. 299. in fine par. 2. diuers.*

Firmato igitur ex prædictis Beneficium esse iuris patronatus Ecclesiastici, & obnoxium reseruationibus Apostolicis, sequitur Eminentissimum D. Cardinalem Archiepiscopum illud liberè conferre potuisse in vim Indulti à Sede Apostolica obtenti. Quicquid enim sit de indultis
17 secundum antiquam formulam, quæ solum remouebant obstacula reseruationum *Cassad. dec. 8. n. 6. et 10. de præben. et dec. 3. n. 2. et 4. et dec. 4. sub num. 2. de priuileg. Caputaq. dec. 214. par. 2. Mohed. decis. 12. in fine de præben. Rota diuers. dec. 530. n. 7. lib. 3. par. 1. Adden. ad Sanct. mem. Gregor. dec. 99. n. 5. Germon. de indultis, §. per quæ sublatis n. 87. et seqq. et §. etiam ex eo n. 22. et 23.* ita vt ijsdem reseruationibus cessantibus, collationes, & præsentationes liberè ab his, ad quos anteà spectabant fieri possent *Cassad. dec. 8. n. 10. de præben. Mohed. dec. 1. n. 3. de priuileg. Rota dec. 642. n. 6. vers. 3. et vltimo, par. 4. diuers. Gonzal. super d. regul. 8. gloss. 24. num. 67. et seq. Adden. ad Sanct. mem. Gregor. d. dec. 99. n. 6.* & fuit decisum *in Bononien. præbendæ 5. Decembris 1608. coram bon. mem. Cardinali Sacrato, et in Ferarien. Canonicatus 26. Aprilis 1624. coram bon. mem. Pirouano*; Secus tamen est in Indulto, de quo agitur, quod ne dum tollit, & extinguit reseruationes, quin potius illas præsupponit, & Cardinalis Ordinarij facultatem verbis expressis auget, impartien-
18 do nominatim, quod vigore indulti possit beneficia reseruata liberè conferre, atque ideò dum Ordinarios vigore indulti confert, dicitur conferre authoritate delegata à Papa, & reseruatio inducta in fauorem Papæ conseruatur in persona Cardinalis indultarij, ipsum Papam repræsen-
19 tantis *Cassad. d. dec. 8. num. 8. de præben. Garz. de benef. par. 5 cap. 1. num. 628. Lotter. de re benefic. lib. 2. quæst. 21. num. 117. 124. & 125.* & fuit latissime decisum *in Mediolanen. Canonicatus 8. Februarij 1638. coram R. P. D. meo Decano.* Quod etiam optimè confirmat Constitut. Sanctiss. D. N. inter eiusdem impress. in ordine 59. & de qua meminit *Lotter. d. quæst. 21. num. 126.* declarans quod Indulta conferendi reseruata concessa Cardinalibus Ordina-
20 rijs Collatoribus, non suffragentur alijs præsentationem habentibus, sed Cardinales ipsi liberè per se prouideant, vt etiam aduertit *Rot. in dict. Mediolanen. Canonicatus.*

Nec est verum, quod Vicarius non fuerit in collatione vsus Indulto. Contrarium enim patet
21 † ex tenore collationis, ibi, vtendo iure, & facultate quibus Sua Eminentia gaudet, quæ ver-
22 ba apta sunt comprehendere † omnem potestatem siuè ordinariam, siuè delegatam, & substinent actum ex delegata, si ordinaria non sufficit *Felin. in cap. cum ex officij de præscription. n. 27. Imol. in cap. ex literis num. 17. de offic. delegat. Scacc. de sent. & re indic. gloss. 4. quæst. 5. n. 7. Mart. de clausul. claus. 88. num. 1. & 2.*

Nec obstat, quod in narratiua collationis dictum fuerit beneficium spectare tamquam liberum ad collationem Ordinarij, quia dum dispo-
23 sitiua non se restringit † ad facultatem Ordinariam, vt dictum est, illa expressio facta in narratiua, stat demonstratiuè, nec impedit quò minus actus valeat iure delegato, qui est magis proficuus, *l. tutor. §. quæ tutorib. ff. de excus. tutor. cap. requisiuisti, de testam. Butr. in d. cap. cum ex officij, num. 8. & ibi Abb. num. 31. de præscript. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 12. num. 6. Aldobran. cons. 22. num. 16. lib. 1. Rota diuers. dec. 224. num. 1. par. 1.* cum præsum-
24 ptio sit, † quod fuerit electa efficacior, *l. quoties, ff. de reb. duob. Bellon. cons. 59. num. 2. Menoch. d. præsumpt. 12. num. 7. Rota diuers. dec. 125. num. 6. par. 1. Card. Seraphin. dec. 468. num. 2.* & fuit decisum *in Stringonien. violationis testamenti 14. Maij 1590. coram bon. mem. Card. Platto* Præterquam quod decla-
25 ratio † libertatis beneficij intelligenda est secundum subiectam materiam collationis faciendæ, ad quem effectum beneficium erat collationis Ordinarij, qui vigore Indulti de eo liberè disponere poterat ex præallegatis.

Et ita vtraque parte informante decisum fuit.

R. P. D. MELTIO

EPISCOPO PAPIEN.

Rauennaten. Saluiani.

Veneris 17. Iunij 1644.

AR-

ARGVMENTVM.

Census impositus super bonis fideicommisso subiectis licet non teneat, cum non solum census impositio tribuat hypothecam super fundo censuato, verum etiam dicitur propriè alienatio, tunc tamen substineretur talis impositio, si imponens censum, detrahere deberet legitimam.

SVMMARIVM.

1 *Census impositus super bonis fideicommisso subiectis substinetur ratione legitimæ debitæ impositori.*
2 *Legitima debita filio, extrahi debet ex fideicommisso tamquam æs alienum.*
3 *Alienatio bonorum fideicommisso subiectorum substinetur ratione legitimæ debitæ alienanti.*
4 *Dominij totalis abdicatio non potest considerari in censu.*
5 *Census impositio nan solum tribuit hypothecam super fundo censuato, sed etiam propriè dicitur alienatio.*
6 *Fideicommissi exceptio, vti requirens altiorem indaginem in Saluiano interdicto non admittitur.*
7 *Dotis receptionis confessio facta constante matrimonio, nulla præcedente promissione, veram, & realem confessionem dotis non probat.*
8 *Donatio inter virum, & vxorem regulariter est prohibita.*
9 *Coniecturæ non suffragantur, ad effectum probandi veram dotis solutionem.*
10 *Creditum illiquidum non valet retardare debitum liquidum.*

DECISIO CCXCIX.

Firmarunt Domini coram me sub 18. Iunij 1642.* Erminio, & Paulo de Raysis tantum informantibus in hac causa non constare de tribus conformibus ad fauorem Monialium S. Stephani Ciuitatis Rauennæ latis vti iniustis, sub prætextu, quod Moniales per tres sententias de partibus fuerit immissæ in possessionem 18. tornaturarum cuiusdam prædij *detto Sant'Erno*, cum tale prædium esset perpetuo fideicommisso obnoxium, & per consequens, censum Monialibus cessum per Rossinum, & impositum super dicto prædio per Simonem filium Ioannis fideicommittentis patrem Erminij, & Pauli, qui nunc prætendunt fideicommissum fuisse purificatum ad eorum fauorem non sustineri in eorumdem præiudicium, Causa sub hac die reproposita, fuit recessum à decisis, & responsum, quod dd. 18. tornaturæ non cadant sub vinculo fideicommissi, sed potuerint alienari, & censui supponi per Simonem occasione detractionum legitimæ, & Trebellianicæ, quæ competebant non solum ex persona propria eiusdem Simonis verum
1 † etiam ex persona fratrum, quibus prædefunctis Simon successerat, iuxta *text. in l. sancimus, §. repetitionem, C. de inoff. testam. & ibi Salic. in princip. in 1. qu. Alex. cons 56. col. 3. lib. 2. Crauett. cons. 312. numer. 5. Gratian. discept. forens. cap. 448. num. 23. Rota dec. 27. n. 1. par. 5. diuers.*

Sed omissis coniectus, quæ in supradicta decisione sub die 18. Iunij fuerunt ponderatæ ad inducendum fideicommissum d. portio 18. tornaturarum d. prædij censuati visa fuit non cadere sub vinculo fideicommissi, quia licet prædi-
2 um, de quo agitur, esset † subiectum fideicommisso nihilominus census impositio substineri debet ratione legitimæ d. Simonis, qui imposuit censum super dicto prædio, cum similis impositio sit alienatio *Bald. in cap. ad audientiam, el. 2. nu. 9. de rescript. Mart. cons. 161. num. 21. Rot. decis. 47. num. 5. post Cenc. de censib. 480. num. 1. par. 3. diuers 410. num. 3. coram bo. mem. Buratto, & 33. num. 2. coram Martino Andrea 456. num. 5. par. 2. recent. & 98. num. 1. par. 6. diuers. & in Fulginaten. Saluiani 1. Iulij 1643. coram R. P. D. meo Bichio, & 459. num. 2. & 3. coram Card. Canal.* & tanquam
3 † æs alienum debet etiam ex bonis fideicommisso subiectis detrahi, *l. filius famil. §. Diui, de legat. 1.* & ibi *Rip. num. 27. & 30. Bursatt.* qui de communi testatur *cons. 13. num. 41. & seq. lib. 1. Hond. cons. 72. nu. 5. lib. 1. Rota decis. 653. num. 5. par. 1. recent. & decis. 35. num. 11. par. 6. diuers. & decis. 266. num. 3. coram Papa Gregor. XV.* Vnde per consequens d. alienatio est substinenda ratione legi-
4 timæ, † cum talis impositio dicatur facta super eadem legitima, *Bart. in l. quartam, vbi DD. omnes, ff. ad l. falcid. & in leg. Marcellus, §. res quæ in fin. ff. ad Trebell. Cuccus in tract. de legit. in §. ex substantia, num. 43. & seqq. Modern. Perus. in tractat. de cens. par. 1. cap. 2. quæst. 1. art. 7. num. 7. 9. & 10. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2. quæst. 3. num. 57. Hond. cons. 58. num. 99. lib. 1. Soccin. cons. 36. in princ. vol. 1. Surd. decis. 316. num. 2. & 271. num. 3. coram Reuerendiss. Vrgellen.*

Non obstat, quod huiusmodi portio 18. tornaturarum non possit imputari in legitimam, ad quem effectum requiratur totalis dominij ab-
5 dicatio, qua non potest considerari † in censu imposito in dictis 18. tornaturis ex quo tantum cadat hypotheca, vt fuit consideratum in eadem decisione 18. Iunij coram me.

6 Quia impositio census † non solum tribuit hypothecam super fundo censuato, sed propriè dicitur alienatio ex supra allegatis, & propterea debet in legitimam imputari, *tex. in l. Marcellus, §. res quæ, ff. ad Trebell. Bald. in l iubemus, eod. tit. Cyn. in auth. res quæ. C. comm. de leg. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2 quæst. 3. num. 8. Alex. consil. 3. in fin. vers. constat, vol. 3. Bald. cons. 367. volum. 4. Corn. cons. 146. vol. 2. Gabr. de legit. concl. 4. num 9. Peregr. de fideicomm. art. 39. num. 4. Surd. dec. 170. num. 10. 321. num. 3. coram Durano, & 580.* & ibi *Add. num. 7. coram Papa Gregor. XV.* & in proprijs terminis impositionis census factæ à grauato, *Rota d. decis. 456. num. 5. par. 2. recent 459. num. 2. & 3. coram Card. Caualer. decis 49. num. 1. & 2. decis. 53. num. 5. decis. 64. num. 4. decis. 68. num. 6. & 7. post*
7 *Cenc. de censib.* Nec exceptio † fideicommissi vti requirentis altiorem indaginem in Saluiano venit admittenda, *l, fin. l. quorum bonorum, Rip. in rub. ff. de pign. num. 9. Menoch. de adipisc. remed. 3. num. 180. Grat. discept. forens. cap. 519. num. 77. Dec. cons. 424. num. 19. & 20. Surd. cons. 4. nu. 36. & cons. 99. num. 8. Rota decis. 53. num. 4. 68. num. 9 & 69. num 11. post Cenc. de cens.*

Exceptio anterioritatis dotis maternæ pro irreleuanti habita fuit; Primo quia cum de illis ex i-

existentia tantum appareat ex confessione Viri de recepto, quæ constante matrimonio nulla
8 præcedente promissione, veram, & realem solutionem non probat, cum facta potius præsumatur simulatè in fraudem donationis, quæ inter virum, & vxorem est prohibita, *vt tot. titul. ff. & C. de donat. inter vir. & vxor. Bart. in l. 2. §. creditum, num 5. ff. si cert. pet. Mant. de tacit. lib. 11. tit. 1. num. 18. vers. tertius est casus Alciat. de præs. reg. 3. præs. 26. num. 4. ad finem, vers. non obstat, Surd. cons. 489. num. 1. Rolan. cons. 74. nu. 1. vol. 4. Rota in Anconitana Dotis 27. Ianuarij 1634. coram bon. mem. Buccabella, & decis. 67. num. 2. & 3. coram Papa Gregor. XV. & dec. 59. num. 3. par. 5. diuers.* nec tali casu sufficiunt coniecturæ ponderatæ,
9 † quæ possent operari pro reali & vera numeratione huius dotis, Secundo quia cum ex confessione Erminij & Pauli filiorum d. Simonis, vt ex Summario Monialium num. 6. appareat eos percepisse fructus ex dicto prædio S. Erni, & alienasse gregem equarum hæreditariarum eiusdem Simonis, quarum pretium imputandum erat in creditum dotis, de qua imputatione cum per eos non detur aliqua iustificatio, perinde credi-
10 tum d. dotis † remanet illiquidum & per consequens inefficax ad retardandam immissionem aduersus Moniales vti creditrices agentes il Saluiano, *§. bonæ fidei, vbi Dy. & alij Instit. de act. l. fin. C. de compensat. Marant. de ordin. Iud. par. 4. distinct. 6. num. 2. Menoch. in tract. de adpisc. post rem. 3. num. 179. Surd. dicto cons. 4. num. 36. Rolan. cons. 14. num. 18. volum. 1. Caual. decis. 539. num. 5. & in Signina Saluiani 18. Iunij 1638. coram R. P. D. meo Carrillo.*

Et ita vtraque parte &c.

☞ *Decisio ista emanata sub die 18. Iunij 1642. coram eodem Reuerendiss. Papien. erit. infra in Appendice.*

R. P. D. VEROSPIO

Narnien. Iuris Pascendi.

Veneris 17. Iunij. 1644.

ARGVMENTVM.

Communitas, quando nullatenus dicatur probasse esse in quasi possessione iuris pascendi in territorio ipsius Castri, & plura circa hanc materiam deducuntur, quando scilicet sint inualidæ probationes adductæ.

SVMMARIVM.

1 *Ius pascendi quis concedere valeat.*
2 *Ius pascendi, an Dominus Castri ratione suæ iurisdictionis, quam in eo habet, an valeat prohibere, et num. 3.*
4 *Dominus fundi potest prohibere ne quis pascat animalia in suo.*
5 *Possessio capta in vim mandati de manutenendo quid inferat.*
Ex possessione resultare solet probatio dominij, transferens onus probandi contrarium in aduersarium. num. 5.
6 *Iudicium actiones negatoriæ, quando quis intentauit, tunc aduersario non suffragatur quasi possessio, sed illam tenetur concludere probare.*
7 *Seruitus iuris pascendi acquiri etiam potest ex titulo præscriptionis.*
8 *Testes vt probent immemorabilem, debent deponere iuxta requisita cap. 1. de præscript. in 6.*
9 *Seruitus pascendi habet causam discontinuam.*
10 *Testes, quando non probent quadragenariam cum titulo.*
11 *Cum Iure pascendi, nihil habet commune solutio gabellarum.*
12 *Testes deponentes cum dictione, & citra, quid inferant, deponendo circa tempus possessionis.*
13 *Tempus litis demi debet, quando probatur possessio alicuius temporis.*
14 *Præscriptio, nec decennalis, nec viginti annorum non dicatur probata.*
15 *Testis vnicus repelli debet.*
16 *Præscriptionis titulus probari debet in principio litis, & quare.*
17 *Scientia, & patientia est necessaria ad præscribendam seruitutem.*
18 *Seruitutem, vt quis præscribat, requiritur, vt eo animo illa vtatur, tamquam sibi debita.*
19 *Præscriptio interrupitur per actus contrarios.*
20 *Instrumenta, quæ non habuerunt effectum deseruire possunt pro adminiculo.*
21 *Testes illi sunt præferendi alijs; qui habent pro se assistentiam iuris.*

DECISIO CCC.

CVM orta fuisset quæstio inter Communitatem Castri Montorij, & Marchionem Dominum eiusdem loci super Iure pascendi in Territorio ipsius Castri, & illa in iudicio possessorio sententiam fauorabilem reportasset, Commissa in hoc Tribunali causa super pertinentijs huius Iuris, mihique deuoluta, dubitari, An Communitati illud competat absolutè in toto Castri territorio, & Domini super bonis tantum communalibus competere responderunt.

Et ratio resolutionis fuit, quia in ijs tantum
1 potest Communitas hoc ius exercere, quæ sub dominio Vniuersitatis esse censentur, iuxta *text. in l. in tantum, §. Vniuersitatis, ff. de rerum diuis. §. Vniuersitatis inst. eod. tit. l. 2. C. de pasc. publ. li 11.*
2 itaut à Domino Castri ratione iurisdictionis, quam in eo exercet hoc ius prohiberi non possit, vt tradit *Aym. cons. 153. num. 1. & cons. 383. num. 1. Menoch. consil. 437. nu. 1. & 2. Couarr. practic. quæst. cap. 37. num.* 1. In alijs vero pascuis, quæ ipsius
3 Marchionis, vel priuatorum esse probantur, ipsis inuitis animalia ad pastum mittere ex Iuris dispositione interdicitur, vt in *l. Q. Mutius, ff. ad l. Aquilam, l. Iniuriarum, cum l. sequen. ff. de iniur. l. vlt. C. de pasc. public. & priuat. lib. 11. notat. glos. in l. 2. C. eod. tit. in verb. publc. & in l. pratum, ff. de verb. oblig. in verb. pratum, Io. de Amic. consil. 8. num. 56. Cepoll. de seruit. rustic. præd. cap. 9. tit. de pasc. num. 56.*
4 *circa fin.* cum possit Dominus, prohibere pastionem in suo; iuxta *text. in l. qui aquam, & l. qui altius, C. de deseruit. & aqua. Bursatt. consil. 151. num. 132. Hond. cons. 84. num. 16. lib. 1. Couarr. pract. quæst. d. cap. 37. num. 2.*

Neque

Neque hanc seruitutem vindicare potest ipsa Communitas ex titulo possessionis captæ in vim mandati de manutenendo, ex qua resultare so-
13 let probatio dominij transferens onus probandi contrarium in Marchionem aduersarium, iuxta text. in l. res alienas, C. de rei vendicat. vbi post glos. in verb. implenti, notat Bart. & Salicet. num. 1. l. siue possidetis, C. de probat.

Dum enim Marchio iudicium actionis negatoriæ hodie intentauit suffragari non potest Cō-
6 munitati, ea quasi possessio, sed illa tenetur conclu denter probare hanc seruitutem sibi competere, vt notat Bart. in l. si prius, num. 17. vers. quid ergo dicemus, ff. de oper. nou. nunc. & in l. 1. §. huic interdict, num. 7. ff. de itin. actuq. priuat. vbi etiam Alex. num. 7 & 8. Ias. num. 35. Speculat. in tit. de rest. spoliat. in §. nunc dicamus, num. 8. Menoch. de retinen. poss. rem. 5. nu. 53. & in tit. de præsumpt. præsumpt. 89. num. 6. & 7. lib. 3. Surd. decis. 177. num. 2. Rota coram Seraph. decis. 1422. num. 12. & 13.

Neque etiam deducere potest hoc ius ex ti-
7 tulo præscriptionis, ex qua illa etiam acquiri solet, iuxta text. in l. 1. & 2. C. de seruit. & in terminis huius iuris pascendi, tradit Paris. consil. 27. num. 72. lib. 1. Cepoll. de seruit. rustic. prædior cap. 9. num. 23. vers. tertio acquiritur.

8 Testes enim pro ea adducti nec articularunt nec probarunt immemorabilem, iuxta formam traditam à glos. in cap. 1. de præscript. lib. 6. sæpius approbatam in hoc Tribunali, vt coram Seraph. decis. 1102. & decis. 1450. num. 2. coram Gregor. decis. 169. num. 1. & in decis. 56. num. 6. & 7. par. 7. recent. & in Toletana Decimarum de Capilla 15. Decembris 1636. coram Eminentiss. Card. Verospio, qualis pro-
9 bari debuisset in hac seruitutis constitutione, habentis causam discontinuam, iuxta text. in l. hoc iure, §. si aquam, vers. ductus, ff. de acq. quotid. & estiu. l. foramen. ff. de seruit. Vrban. præd. not. glos. magna in l. seruitutes, 13. in verb. certam. ff. de seruit. & in terminis Iuris pascendi, tradit Guidop. decis. 573. num. 4. vers. sed requiritur, & ibi Add. ad eum, in fin. vers. quo vero Dec. cons. 483 num. 26. Bertran cons. 24. num. 11. par. 1. Paris. cons. 27. num. 79. & seqq. volum. 1. Cassan. ad consuet. Burgun. rub. 13. §. 5. verb. habitans, num. 16. & 17. & firmauit Rota in hac eadem causa 14. Iunij 1610. coram Ortembergo.

10 Nec quadragenariam cum titulo; Ex ijs enim qui examinati fuerunt de anno 1598. nullus percutit hoc tempus, & allegat titulum, nisi forsan ex Statuto ipsius loci in quo sancitum est, vt possit Communitas omne genus frugum, & fructuum, & alias res quascumque vendere, emere, extrahere, & retinere sine aliqua solutione gabellæ, quod dum nihil commune habet cum Iu-
11 re pascendi, deseruire non potest pro titulo eius seruitutis, & omnes præterea reijciuntur ex defectu iurisdictionis, quia se subiecerunt examini post inhibitionem citata parte obtentam in vim rescripti Signaturæ, vt notatur in tot. tit. C. si a non compet. Iudic. leg. 1. §. hæc autem verba, ff. quod quisque Iur. & l. 2. ff. de pœn. Rota decis. 75. num. 2. par. 6. recent. & coram Caualer. decis. 40. num. 1. & etiam agnouit in hac eadem causa coram Ortembergo, & coram Buratto inter eius impressas decis. 535. in qua eosdem testes solum pro adminiculo ponderauit; Ex alijs verò examinatis de anno 1619. primus tantum deponit de annis 50. non tamen cum di-
12 ctione (& citrà) sine qua deponunt etiam alij testes, prout concludere debuissent, iuxta receptam theoricam Bart. in l. Celsus, nu. 23. ff. de vsucap. vt in decis. Seraph. 469. num. 1. & in decis. 59. de appell. in nou. & in Pampilonen. Decimarum 26. Nouembris 1598. coram bon. mem. Card. Pamphilio. Nec eam probat ante motam litem, cum dictum tem-
3 pus post moram scilicet litem in illius probatione detrahi debuisset, cap. licet, de testib. l. sicut, C. de præscript. 30. vel 40. annor. & pluries firmauit Rot. vt coram Put. decis. 340. & coram Seraphin. decis. 56. num. 2. & decis. 1460. num. 2. & coram Buratto decis. 178. num. 8. & decis. 111. num. 14.

Quinimmò nec probatur præscriptio decennalis inter præsentes, seu viginti annorum inter
14 absentes, quæ licet probata fuisset, suffragari non posset ex conclusionibus superius ponderatis; Licet enim prædictum tempus videatur concludere præcitatus testis deponens de tempore 50. annorum in quo includitur etiam decennium ante litem motam.

Hæc tamen præscriptio decennalis dici non
15 potest probata ex sola ipsius depositione, qui tanquam vnicus repelli debet iuxta text. in ca. veniens, & cap. licet de Testib. in l. maritus ff. de quæstion. dum maximè deficit Titulus, qui in prin-
16 cipio litis debuisset certitudinaliter allegari, à quo processerit ea seruitus sciente, & patiente Marchione, vt notant ijdem Doct. post gloss. in d. l. seruitutes, Bart. num. 4. Angel. num. 3. gloss. in l. si qui diuturno in verb. de iure, ff. si seruitus vindic. Alex. cons. 108. num. 14. in fin. lib. 2. Aym. cons. 26. num. 1 Gratian. discept. forens. cap. 21. num. 40. Cepoll. de seruit. vrb. præd cap. 19. num. 6. & 8. vers. sit ergo certus, quæ scientia, & patientia Marchionis ad præscri-
17 bēn necessaria, nec etiam probata fuit, prout probari debuisset, iuxta textum in l. quoties §. seruitutum, ff. de seruit. notant Doct. in l. 2. C. de seruit. & aqua, post gloss. in verb. sciente. Alberic. in princip. & num. 1. Castrens. num. 1. Cyn. num. 7. gloss. in l. 1. in verb. patientia ff. de seruit. rust. præd Bart. in l. 1. §. hoc interdicto num. 11. ff. de itin. actuque priuat. Surd. decis. 236. num. 16. Sicuti nec etiam iustificatum fuit, quod Communitas miserit Animalia ad
18 pastum in pascuis † Marchionis Iure proprio, & animo vtendi seruitute sibi debita; quod est alterum requisitum huius præscriptionis, l. 1. §. Aristoff. de aqua quotid. & estiu. l. vlt. ff. de itin. actuq. priuato, vbi gloss. not. in verb. suo iure. Alexand. in l. si certis annis num. 9. in fin. vbi etiam Salyc. num. 10. circa med. C. de pact. Castrens. in l. vltim. num. 1 ff. quemad. seruit. amittat. Paris. cons. 27. num. 110. lib. 1. Honded. cons. 79. num. 51. lib. 1. Bald. de præscript. 2. part. 4. partis principalis q. 1. num. 9.

Ex alio etiam fundamento cessare visa fuit allegata præscriptio, quod deducitur ex depositione dictorum Testium asserentium Marchiones eius Castri Dominos à quadraginta annis solitos fuisse pascua locare, herbas vendere, & de eis
19 ad libitum disponere, † cum tales actus vti seruituti contrarij interrumpere potuerint quamcumque præscriptionem, iuxta text. in l. stillicidij, ff. quemad. seruit. amitt. & in l. hæc autem, ff. de seruit. vrb. præd. & ibi not. Bald. in addit. & in l. si aquam num. 46. ff. de seruit. & aqua Cepoll. de seruit. vrban. præd.

præd. cap. 24. tit. quand. & qual seruit. amitt. num. 10. vers. item si Stillicidij, dum maxime corroborantur ex pluribus Instrumentis locationum, & venditionum herbarum pro parte Marchionis exhi-
20 bitis, quæ † licet, vno excepto, non probentur effectum sortita, deseruire tamen possunt pro adminiculo, vt ponderauit *Rota decis. 275. num. 3. par. 1. recent.* & hi testes præferri debent alijs deponentibus contrarium, quia habent pro se
21 assistentiam iuris, à quo † permittitur Domino plena dispositio herbarum, quæ in proprio fundo nascuntur, *vt in l. 1. 2. & 3. C. de pascuis public. & priuat. lib. 11.* & pluribus probat *Couar. pract. quæst. cap. 32 num. 2. vers. secundo quia*.

Et ita vtraque &c.

Infra in eadem causa in altero Tomo habetur altera decisio sub die 26. Maij 1645. coram eodem R. P. D. Verospio.

R. P. D. ROIAS.

Postea Archiepiscopo TARRACONEN.

Romana Vineæ de Granuela.

Lunæ 27. Iunij 1644.

ARGVMENTVM.

Hæres filij repræsentat eius personam, ipsique competunt omnia iura, quæ ei competebant, quod multo magis procedit, quando adest constitutum, appositum ad fauorem hæredum, & maximè si filius iam inceperit aliquod iudicium, & per hæredem fuit continuata instantia. Instrumentum publicum, quod fit in forma probanti, ex quo doceatur.

SVMMARIVM.

1 *Filius succedit in hæreditate paterna.*
2 *Hæres hæredis reputatur hæres primi hæredis.*
3 *Hæredi competunt omnes actiones, quæ competebant defuncto.*
4 *In Hæredem possessio defuncti regulariter non transit, nisi adsit constitutum ad eius fauorem.*
5 *Hæres valet prosequi iudicium intentatum à defuncto.*
6 *Constitutum, an expiret per mortem constituentis.*
7 *Constitutum, quando plenè probet contra constituentem.*
8 *Clausula constituti, non expirat per mortem constituentis quando iudicium fuit incæptum per defunctum, & hæres causam prosequutus fuit.*
9 *Bellam. decis. 156. loquitur in beneficialibus, & sic in litibus personalibus, cum persona recipientibus extinctionem.*
10 *Instrumentum publicum, quando dicatur habere omnia requisita.*
11 *Notarij attestationi standum est circa extractionem instrumenti.*
12 *Notarius publicus, fidelis, et legitimus, quod quis sit ex quo probetur.*
13 *Instrumentum subsequens adminiculat præcedens.*
14 *Litteræ compulsoriales requiruntur quando tractatur de extrahendo Instrumento Notarij mortui.*
15 *Limitatur tamen id si successor habeat licentiam transumptandi acta, et instrumenta antecessoris, et numer. 16.*
17 *Filio ratione suitatis defertur hæreditas paterna ipso iure.*
18 *Filius transmittit hæreditatem patris absque aditione.*
19 *Filius post mortem patris fit à lege hæres perinde ac si hæreditatem adiuisset.*
20 *Exceptio Iuris tertij non admittitur ad impediendum iudicium executiuum.*

DECISIO CCCI.

DOMINI absque vllo scrupulo resoluerũt Instrumentum declarationis factæ per Ioannem Gilbertum Perenottum ad fauorem Comitis Frãcisci Thomæ Perenotti de Granuela sub die 17. Augusti 1621. in præsentia Nob. Petri, & Iacobi Bruxellis rogatum, in quo ipse declarauit, vineam controuersam, tunc per eum possessam spectare ad dictum Comitem, seque constituit nomine ipsius possidere, suffragari Excellentissimæ Dominæ Carolinæ Principissæ ab Austria; tam ad effectum reportandi manutentionem ob clausulã, constituti, oppositam in dicto Instrumento, quam ad effectum rei vendicationis, dum ex persona
1 † Leopoldi eius filij siue ex testamento, siue ab intestato defuncti ei successio deuenit ex dispositione *text. in auth. defuncto C. ad Tertull. §. si igitur defunctus, & §. consequens Auth. de hæred. ab intest. venien.* cum Leopoldus, cuius est hæres dicta D. Principissa, esset filius, & hæres D. Comitis Frãcisci Thomæ Perenotti, vt in decisione coram me in hac causa emanata super interesse D. Principissæ sub die 22. Aprilis præteriti * firmatum fuit, idcirco bene eadem Domina Principissa dicitur
2 hæres hæredis, † indeque hæres primi defuncti reputatur *l. vlt. C. de hæred. instit. l. hæredis appellatione iuncta, l. sciendum ff. de verb. signif. l. pater familias ff. de vulgar. & pupill. Alex. cons 172. numer. 12. lib. 6. Caual. decis. 189 num. 2.*

Et quia D. Principissa repræsentat personam Comitis Leopoldi filij defuncti habet easdẽ actiones, eademque iura aduersus hanc vineam, itaut
3 rectè valeat exercere † omnes actiones quas habebat, & exercere poterat ipsemet defunctus cum habebat idem ius *Alex. cons. 49. vol. 6.* cum alijs latè per *Surd. cons. 212. n. 17. Peregr. de fideicom. art. 33. n. 15. & 31. Buratt. decis. 279. num. 1.*

Hæcque transire sine scrupulo dicebant Domini non solum quoad omnes actiones de sui natura transitorias ad hæredes, verum etiam quoad
4 hanc petendi manutentionem, ex quo licet † regulariter possessio in hæredem non transferatur absque actuali appræhensione, nec etiam in vim clausulæ, Constituti, si constitutum non reperiatur appositum etiam ad fauorem hæredum, vt latè per *Tiraquell. de constit. ampliat. 12. num. 2.* Attamen quando vt in præsenti, Constitutarius viuens vsque de anno 1628. intentauit remedium retinendæ, sine aliud sibi competens, rectè illius hæres,
5 prout est D. Principissa valet prosequi, † & consequi iudicium intentatum *Menoch. de retinen. remed. 3. num. 62. Guidopap. decis. 552. num. 2. Buratt. decis. 935.*

935.num. 2. & in Assisien. Tenutę 3. Iulij 1628. coram bon. mem. Pirouano, & in Cęsaraugustana distributionum 8. Nouembris 1638. & 13. Iunij 1640. coram bon. mem. Coccino, & in eadem 28. Iunij 1641. coram Eminentissimo Panzirolo, & in Asten. Pensionis 9. Decembris 1633. coram bon. mem. Coccino.

Nec fuit dubitatum de efficacia clausulæ, Con-
6 stituti, nec quod expirauerit † per mortem constituentis, nec per spatium 20. annorum, quo tempore penes alios permansit possessio vineæ, quia dum constitit in possessione Ioannis Gilberti cõstituentis ex Instrumento anni 1602. & dum Hiergius Aduersarius Dominæ Principissæ, venit nomine asserti hæredis eiusdem Ioannis Gilberti
7 constituentis contra eum plenè † probat possessionem vti habentem causam à constituente *Bart. in l. Creditores, C. de pignor. Ruin. cons. 169. in fin. lib. 1. Gratian. cons. 42. numer. 12. & 13. lib. 2. Natt. cons. 439. num. 3. Tiraquell. de iur. constit. par. 3. limit. 1. n. 23. vbi Concordantes Greg. XV. decis. 491. nu. 10. & par. 2. recent. decis. 324. num. 5.*

8 Effectus verò clausulæ, constituti, † non expirauit, dum iam viuens de dicto anno 1628. dictus Comes iudicium intentauit, & nunquam habuit se pro spoliato, & successiuè hæredes illius causã fuere prosequuti, inde iura remanserunt illæsa, *Rota in Romana Domus 1. Iulij 1605. coram bon. me. Card. Pamphilio, & in eadem 6. Februarij 1640. coram Eminentiss. Panzirolo*, vnde nihil facit adducta
9 *decisio Bellam. 156.* in qua firmatur † litem extingui per mortem vtriusque collitigantis, quia loquitur in beneficialibus, & sic in litibus personalibus cum persona recipientibus extinctionem.

Quod verò dictum Instrumentum declarationis sit in forma probanti, desumitur ex eo, quod
10 in illo concurrunt solita requisita: nempè diei, mensis, anni, loci, & insuper subscriptionis Ioannis Gilberti, ac Testium, de quibus per *gloss. in l. generali in verb. Seruitus C. de tabul. lib. 10. Abb. & DD. in cap. 1. & in cap. P. Tabellio, de fid. Instrum. Couar. pract. quæst. cap. 20. num. 1. Seraph. dec. 1236. numer. 1. Caual. decis. 122. num. 1. & 480. num. 2. & 640. num. 1. & part. 5. recentior. decis. 253. num. 1.* Legitur enim extractum à Guillielmo Prince Notario deputato à Magistrato ad extrahenda in publicam formam Instrumenta rogata per q. Bar-
11 tholomæum de Catere, vt ex illius attestatione, cui venit stãdum iuxta stylum Rotæ *Martin. Andr. decis. 14. num. 4 Rota post 2. vol. cons. Farinac. dec. 351. num. 3. & in recent. decis. 217. num. 1. par. 1. & 581. num. 3. & 649. num. 7. par. 2. & par. 5. decis. 90. in fin. & 253. num. 5. & par. 7. recent. decis. 284. n. 11.*

Præfatum autem Guillelmum esse Notarium publicum, fidelem, & legitimum, itaut eius scri-
12 pturis veniat adhibenda fides, constat † ex litteris testimonialibus non solum Consulum, & Scabinorum Bruxellen̄, verum etiam Nuncij Apostolici, quibus de consuetudine totius Orbis credendum venit *Bald. in l. comparationes num. 25. C. ne fid. instrum. Boer. decis. 154. num. 4. Rota dec. 351. num. 4. post 2. volum. cons. Farinac. & in recent. decis. 253. num. 6. par. 5. & 284 num. 13. par. 7. Martin. Andr. decis. 21. num. 3. Gregor. XV. decis. 38. num. 4.* quibus accedit recognitio legalitatis formiter facta per Testes.

Hæcque omnia remanserunt comprobata ex alio subsequenti Instrumento anni 1623. celebrato inter easdem partes legali, ac recognito subscripto ab eodem Notario, in quo reperitur facta mentio per dictum Ioannem Gilbertum de dicto Instrumento, ac contentorum in eo anni
13 1621. † cum illius approbatione, quod sufficit vti deseruiens pro adminiculo *Bero. cons. 90. nu. 6. lib. 3. Caual. decis. 142. num. 1. Verall. decis. 234. n. 2. par. 1. Seraph. decis. 1192. & par. 4. recent. decis. 367. num. 2. & 3* præsertim dum legitur extractum ab eodem Notario, qui de eo se rogauit, quod fieri potuit absque alijs solemnitatibus *Rota decis. 224. num. 2. & 470. num. 3. par. 4. recent.*

Nec obstat, quod dictum Instrumentum declarationis anni 1621. fuerit extractum absque litteris compulsorialibus, prout videntur necessa-
14 riæ, † quando agitur de extrahendis Instrumentis rogatis per Notarium mortuum, vt per *Gabr. consil. 199. num. 1. lib. 1.* quia obiectum cessat in pręsenti, dum dictum Instrumentum legitur tran-
15 sumptatum per dictum † Guillelmum habentem licentiam transumptandi. *Bald. in Auth. Si quis in aliquo col. 3. vers. sed hic quæro, C. de eden. vbi Dec. num. 26. Verall. decis. 351. num. 2. par. 2.* Is enim reputatur successor in officio, cui licet acta, & In-
16 strumenta extrahere absque alijs solemnitatibus *Capntaq. dec. 170. par. 1. Gregor. XV. decis. 3. num. 1. & dec. 59. n. 4. & in recent. decis. 217. nu. 1 par. 1. et par. 2. decis. 649. nu. 7. & 706. num. 6.*

Minus obstat, quod dicebatur non probari concludenter dictum Leopoldum Eugenium adiuisse hæreditatem Patris, ad quem hæc vinea spectabat, quia cum versemur in filio, ac in hæreditate
17 paterna, † quæ ratione suitatis defertur ipso iure *Surd. cons. 100. num. 16. Rota coram me in Viterbien. hæreditatis de Chitijs 26. Aprilis 1641. § quia admissa, circa med.* non est opus docere de aditione, ad hoc, vt potuerit trãsmitti ad dictam D. Carolinã,
18 cum hæreditas Patris transmittatur etiam si de aditione non constet, quia post mortem Patris filius à lege sit hæres, perinde ac si actualiter hæ-
19 reditatem adiuisset, vt per *Nouell. de transmiss. cas. 8. n. 16. & seq. Mart. de success. legat. lib. 12. cap. 1. tit. de transmiss. num. 2. & seq. fol. 141.*

Ad ea verò, quæ dicta fuere de Comite de San-
20 cto Amore, cum contineant exceptionem Iuris tertij, non licet hæredibus Ioannis Gilberti opponere, ad impediendum hoc iudicium exequutiuum intẽtatum per dictam D. Principissam *Ruin. cons. 35. n. 31. lib. 1. Martin. Andr. decis 87. n. 14. Rota decis. 93. num. 17. par. 7. recent.*

Et ita resolutum vtraque parte informante, &c.

Decisio ista emanata in hac eadem causa sub die 22. Aprilis 1643. coram eodem Reuerendiss. Terraconen. erit infra in Appendice.

R. P. D. CORRADO

Postea S. R. E. CARDINALI.

Hispalen. Decimarum.

Lunæ 27. Iunij 1644.

ARGVMENTVM.

Ad Episcopum, tamquam ad Parochum vniuersalem spectant decimæ, ac in ea venit manutenendus, & quid si prætendatur exemptio, prout est in casu præsentis decisionis, nam hic prætendebatur exemptio à solutione decimarum ex quo, quis erat Aeques Hierosolymitanus, & sic exemptus à solutione decimarum.

SVMMARIVM.

1 *Ad Episcopum, tamquam ad Parochum vniuersalem spectant decimæ, & nu. 2.*
3 *Ideoque in illarum exactione, manutenendus est.*
4 *Aequites Hierosolymitani sunt exempti à solutione decimarum etiam quoad propria bona patrimonialia.*
5 *Possessio sola attenditur in summarijssimo iudicio possessorio.*
6 *Manutentio dependet à possessione.*
7 *Decis. in causa Hispalen. Decimarum 3. April. 1635. & aliæ declarantur, & nu. 8. & 9.*
10 *Priuilegiorum verba, quando sunt dubia, dum interim super eis disputatur, tunc possessor est manutenendus.*
11 *Contra text. in cap. nuper de decim. quando disponitur, requiritur specialis derogatio.*
12 *Derogationes generales non sufficiuntur, quando agitur de derogando Constitutionibus conciliaribus, & num. 13.*
14 *Decimæ temporales, & extraordinariæ, in pluribus locis ratione taxæ, vel recognitionis soluuntur, Dominis locorum, & nu. 15.*
16 *Decimarum mentio quando fit, de quibus decimis sit intelligendum.*
17 *Religio Hierosolymitana ex vrbanitate dimittit suis militibus omnia sua bona immobilia, & non fit spolium, nisi de mobilibus.*
18 *Priuilegium quando possit dici dubium.*
19 *Clausulæ, sublata, & decretum irritans, restringitur ad limites ipsarum Constitutionum.*
20 *Constitutiones dum est dubium intrent, nec ne, suspenditur effectus clausularum.*
21 *Quasi possessio non soluendi decimas, ex quo possit acquiri.*
22 *Decimas non soluendi quasi possessio, vt ex recusatione solutionis dicatur acquisita, quid requiratur.*
Quasi possessio in incorporalibus, vt acquiratur, quid sit necessarium nu. 22.
23 *Testes, vt probent scientiam & acquiescentiam, dum fuit denegata solutio decimarum quid sit necessarium, & num. 24.*
25 *Contradictio, & reluctantia dum quis recusauit soluere decimas, ex quo satis apertè pateat.*
26 *Testium depositiones illæ sunt præferendæ, quæ sunt magis verisimiles, & pro se habent iuris assistentiam.*
27 *Ad decimarum solutiones, quando quis dicatur satis, superque compulsus.*
28 *Capitulum non potest præiudicare Ecclesiæ.*
29 *Ecclesiæ non potest præiudicium inferri ex negligentia Prælato.*
Ecclesiæ potest agere nomine proprio, stante negligentia Prælati, num. 29.
30 *Ecclesia priuatur possessione ex facto Prælati, quando iusta concurrit causa.*
31 *Ecclesia, vt priuetur quasi possessione sua ex negligentia Prælati quid sit probandum.*
32 *Obseruantia, quando est difformis, & controuersa non releuat, nec in ea est faciendum fundamentum.*
33 *Quod multo magis est dicendum ad effectum impediendi manutentionem.*

DECISIO CCCII.

Censuerunt Domini mandatum de manutenendo in exactione decimarum, de quibus agitur, concedendum esse Capitulo Hispalen, pro quo viget, non solum Iuris communis assistentia ratione generalis, & perpetuæ administrationis, quam habet reddituum, & decimarum vice Ar-
1 chiepiscopi, ad quem tanquam vniuersalem Parochum in ea Diœcesi spectant Decimæ spirituales, vt fuit dictum in Hispalen. Decimarum 2. Martij 1635. coram Eminentissimo D. meo Card. Verospio *in recent. decis. 22. sub nu. 1. & 6. par. 7. & in alia Hispalen. decimarum 1. Iulij 1626. & in alia de Almonte 13. Iunij & 5. Decembris 1636. coram bon. mem. Pirouano in recent. decis. 180. nu. 9. eod. par. 7. & in alijs.* Verum etiam plena probatio il-
2 larum exactionis specialiter ex fructibus bonorum patrimonialium, de quibus agitur, D. Francisci Roman de Mendoza vsque ad annum 1628. Ideo-
3 que iure merito in ea manuteneri debet *l. 1. ff vti possid. §. retinendæ Instit. de interdict. Rota penès bon. mem. Card. Seraph. decis. 1382. in princ. & decis. 1449. num. 7. ac decis. 1497. & decis. 402. vers. iunctæ maximè &c. par. 2. recent.*

Non obstat, quod ob super venientem mutationem status personæ eiusdem D. Francisci, qui eo anno professionem emisit in S. Religione Hie-
4 rosolymitana effectus fuerit † exemptus à solutione decimarum, etiam quoad bona patrimonialia per eum possessa ex priuilegio eidem Religioni concesso per *sanct. mem. Pium IV. in eius Bulla in ordine 9. Incip. Circumspecta Romani Pontificis prouidentia in §. 64. Addentes in vers. Et bona etiam patrimonialia &c. quam deinde sanct. mem. Pius V. in eius Bulla 77. Incip. Et si cuncta in §. 3. Hocq; attendentes &c. san. mem. Greg. XIV. in eius Bulla V. Incip. quanta Christianæ Reipublicæ commoda in §. 3. Nos igitur attendentes, &c.* confirmarunt. Ac proinde cessauerit, & extincta fuerit antecedens quasi possessio Capituli.

Quia fuit responsum per eam mutationem status ex parte rei nullum fuisse illatum præiudicium
5 Capitulo, ex cuius † sola possessione in hoc summarijssimo iudicio ius metiendum est *iuxt. decis. Guidopap. 629.* quam in his terminis probauit *Rota decis. 341. sub nu. 1. vers. quæ possessio &c. & in decis. 562. sub nu. 1. & 3.* vbi quod in hoc summarijssimo iudicio non est facienda discussio de vi-
6 ribus, ac interpretatione priuilegij, † quia manutentio dependet à possessione, non autem ab ipsis priuilegijs *par. 1. & decis. 189. sub num. 3. ac decis. 205. sub num. 2. par. 2. recent. & in Dertusen. decimarum 1. Iulij 1620. coram bon. memor. Card. Sacrato num. 1. vers. quia ius metimur etc. impress. post tract. Modern. Perus. de manutenen. decis. 157.*
7 Nec aduersantur decisiones † in *Hispalen. Deci*-
marum

marum 3. Aprilis 1635. coram bon. mem. Buccabella, & in Corduben. decimarum de Lucena 10. Maij eiusdem anni coram bon. mem. Coccino, quæ habetur impress. in 7. par. recent. decis. 44. cum alijs adductis pro parte D. Francisci.

Quia, decisio illa *coram bon. mem. Buccabella fuit reuocata 3. Maij eiusdem anni 1636. vt legitur in decis. quæ habetur in eadem par. 7. dec. 42.* alia verò coram bon. mem. † Coccino, & similes procedunt, quando priuilegia sunt adeo clara, vt nullus supersit dubitationi locus qualia sunt priuilegia in hac materia exemptionis à solutione decimarum à Summis Pontificibus concessa Patribus
9 Iesuitis, cum expressa derogatione *cap. nuper extr. de decim.* iam toties in Rota canonizata, vt in dubium reuocari non possint, de quibus loquitur. *Rota in allegata decis. 44. à num. 4. & seq. & clarius explicatur in decis. 508. num. 13. & seq. vers. neque potest dici &c. par. 5. recent.*

Secùs verò, quando verba priuilegiorum non sunt clara, sed dubia redditur ex aliqua probabili ratione illorum interpretatio, tunc enim impedi-
10 re non debent manutentionem illius, qui ante possidebat, donec in petitorio discutitur, quo pacto intelligenda sunt, vt in hac ipsa materia, fuit decisum, in *Seguntina Decimarum 30. Octobris 1600. coram bon. mem. Card. Seraph. inter impress. decis. 1380. sub num. 1. vers. his non obstantibus &c. per tot.* & in terminis priuilegiorum huius Religionis, ita distinguendo respondit *Rota dicta dec. 341. num. 4. vers. Nec decisio &c. & decis. 477. num. 3. vers. Non obstat priuilegium par. 1. & dicta dec. 42. num. 9. & seq. par. 7. recent.* Ac generaliter de alijs huiusmodi priuilegijs fuit resolutum in *dicta decis. 562. num. 2. & 3. & decis. 685. num. 1. eadem par. 1. ac decis. 189. sub n. 3. vers. quibus non refragantur, & dec. 205. n. 3. vers. non obstant priuilegia par. 2. rec. et in dicta Dertusen. Decimarum 1. Iulij 1620. coram bon. mem. Card. Sacrato.*

In proposito autem casu ratio ipsa probabilis dubitandi resultat ex lectura eiusdem Constitutionis sanctæ mem, Pij IV. tum quia, nec in ea
11 sicut nec in alijs sequentibus legitur expressa derogatio à *dd. cap. nuper. extr. de decim.* vt necessarium fuisset, cum emanauerit in Concilio Generali Lateranen. sub Innocentio Tertio edito *Rota decis. 122. & decis. 123. par. 1. diuers. & apud Mohed. decis. 7. num. 2. de locat. & in Valentina Decimarum 9. Nouembris 1602. coram bon. mem. Penia, & iterum 28. Nouembris 1603. coram Card. Lancellot. quæ habetur penès Marches. de commiss. par. 1. fol. 639. & in Toletana Decimarum 26. Nouembris 1605. coram bon. mem. Iusto, et in Cæsaraugustana Decimarum 29. Ianuarij 1610. coram Eminentissimo D. meo Card.*
12 *Pamphilio*, vbi quod non sufficiunt derogationes generales, nec aliæ clausulæ apponi solitæ, & penes *bon. mem. Coccino decis. 279. num. 6. et decis. 229. sub num. 2. par. 2. recent. et sæpè in alijs.* Æquipollens autem, quę adducitur, dubia admodū redditur ex ijs, quæ adducunt informantes pro Capitulo, & ex ipsis verbis dd. Constitutionum, in quibus non
13 sufficit ad dictum effectum fuisse derogatū Concilijs Synodalibus, ac Prouincialibus, & Constitutionibus generalibus, vel specialibus in illis editis, vt dixit *Rota in d. Cæsaraugustana Decimarum 17 Iunij 1611. coram Eminentiss. D. meo Card. Pamphilio in vers. neque etiam obstare, &c.*

Tum quia in eo §. 64. Summus Pontifex eximit fructus bonorum Ecclesiasticorum dd. Equitum à solutione onerum temporalium, nempè datiorum, pedagiorum, tractarum, & similium, quæ ratione extractionis, vel asportationis eorum deberentur Dominis spiritualibus, vel temporalibus locorum, & terrarum. Ideoque dum orationem prosequitur eximendo etiam bona patrimonialia eorumdem Equitum ab omnibus Decimis, & alijs oneribus videtur sensisse de Decimis temporalibus, & ex-
14 traordinarijs, quæ in pluribus locis ratione taxæ, vel recognitionis eisdem locorum Dominis solui solent *iuxt. theor. Bart. in l. 2. sub num. 4. vers. Item intelligeretur, ff. de Iur. immun. & in l. 1. per illum text. num. 2. vers. secundo not. C. de V. ac pub. num. lib. 10. & in specie notat. Bald. in l. fistulas, §. frumenta in fin. vers. in gloss. si obligat, &c. ff. de contrah. empt. Felin. in cap. Sedes sub nu. 3. vers. & ista faciunt ad quæstionem, &c. extr. de reseru. Franc. Cremen. sing. 108. Incip. Vendidi tibi fundum, &c. Rot. penès Put. decis. 65. lib. 3. Seraph. decis. 1293. sub num. 6. vers. ideo illa verba, &c. & in d. Toletana Decimarum 26. Nouembris 1605. coram Iusto penès Marches. par. 2. fol. 596. vbi sub num. 1. in fin. vers. quod enim patet, &c.* optimè fuerunt ponde-
15 rata alia eiusmodi verba in eadem dispositione apposita, onera temporalia importantia, & penès *bon. mem. Card. Caualer. decis. 247. num. 11. ac Coccin. dicta decis. 279. nu. 3. & seq.* Non autem de spiritualibus decimis à quarum prestatione hæc bona pa-
16 trimonialia non videntur iudicanda immunia, vt fuit resolutum in *Placentina Decimarum 11. Februarij 1583. coram Cardin. Seraphin. inter impress. decis. 605.* vbi agitur de priuilegijs militum de Alcantara.

Nec officit, quod bona professi in Religione acquirantur ipsi Religioni, & tanquam eius propria, & Ecclesiastica censeri debeant.

Quia ex approbata eiusdem Religionis consuetudine, & vrbanitate immobilia dimittuntur ipsis Equitibus, & eorum hæredibus, neque fiunt spolia
17 nisi de mobilibus, & semouentibus, vt habetur in stabilimento 30. *sub rubr. del comun. Tesoro tit. 5. & tradunt Natt. cons. 507. sub num. 14. vers. non obstat igitur, &c. & cons. 508. sub num. 3. vers. Ad hoc respondeo, &c. sub nu. 25. vers. Quia posito, &c. Iacob. Beretc. cons. 96. sub num. 2. vers. At milites Rhodiani, &c.*

Idque ad effectum, de quo agitur caret difficultate; Nam in dicta Constitutione separatim, atque distinctè de illis dispositum legitur, scilicet de bonis Religionis in §. 63. nec omninò, & de eorū fructibus in §. 64 in princip. ac deinde de bonis patrimonialibus ad ipsos Equites pertinentibus in *vers. Et bona etiam patrimonialia, &c.*

Hæc tamen Domini absolutè non firmarunt, nam altiorem discussionem exposcunt, & de illis particulariter suo loco agendum erit, sed fuerunt
18 considerata, vt dignoscatur dubia in hac parte eiusmodi priuilegiorum interpretatio ad quem effectum sufficere debet, quod talis per Rotam plures habita fuerit, vt in *d. decis. 341. sub num. 2. vers. tamen quia, &c. & d. decis. 477. sub num. 3. vers. non obstat Priuilegium, &c. par. 1. & in dicta decis. 42. num. 9. & seqq. vers. nec demum refragantur priuilegia, &c. par. 7. recent.*

Alia verò priuilegia S. M. Alexandri, & Bonifatij

tij modo exhibita non videntur conferre ad præ-
sentem casum, nam loquuntur de prædictis bonis
Ecclesiasticis Religionis per eosdem Equites pos-
sessis, scilicet de possessionibus ad eam delatis an-
te d. Concilium Generale Lateranens. & de noua-
libus siue ante; siue post ipsum Concilium eidem
acquisitis, quæ proprijs manibus, aut sumptibus
excolunt, de quibus nouallibus aliquis decimas
hactenus non perceperat, & de hortis, virgultis, &
piscationibus, ac suorum animalium nutrimentis,
vt in eis legitur. Atque ideò bona patrimonialia
de quibus agitur non comprehendunt. Quod si
hæc etiam prætenderentur comprehensa, necessa-
ria foret cognitio, qua pendente, retardanda non
esset manutentio, vt dictum est.

Ex quibus infertur nullum modo constitui pos-
se, fundamentum super efficacia clausularum sub-
latà, & decreti irritantis, in præfatis Constitutio-
nibus adiectis.

19 Quoniam illę restringuntur ad limites ipsarum
Constitutionum, nec earum dispositionem exten-
20 dunt, ac ideò dum est dubia, & discutitur earum-
dem interpretatio, suspenditur vis dictarum Clau-
sularum, vt in his terminis respondit, *Rota dicta de-
cis 341. num. 3. vers. Clausula autem, &c. par. 1. & com-
probatur in decis. 423. sub num. 5. vers. Et clausula, &c.
par. 2. recent. & penès Reuerendissimum Vrgellen. de-
cis. 48. num. 22. & seqq. vers Non obstat, &c. & in Cæ-
senaten. seu Sarsinaten. Emphyteusis 27. Iuny 1640. ac
in Legionen. beneficij 4. Iuly eiusdem anni in vers. ve-
rum cum supradicta non procedunt, &c. coram R.P.D.
meo Ghisilerio, &c.*

Præterea non obstat, quod prædictus Dominus
Franciscus post emissam professionem in ea Reli-
gione decimas ex dictis eius bonis patrimoniali-
21 bus non soluerit, imò soluere recusauerit, quo pa-
cto prætenditur illi fuisse acquisita quasi possessio
eas non soluendi.

Primò quia non constat, quod Capitulum sci-
uerit, & acquieuerit huiusmodi recusationi, vt ne-
cessarium esset ad effectum acquirendi eo pacto
quasi possessionem libertatis non soluendi dictas
22 decimas, quia per eam præiudicatur iuri, ac pos-
sessioni alterius à cuius animo, & patientia de-
pendent esse, ac substantia istius in his incorpora-
libus, *ad text. in l. quoties. §. fin. ff. de seruit. & in l. 2.
iuxta expositionem Castr. ibi sub n. 1. vers. in textu, &c.
C. de seruit. & aqua Rota penès Card. Seraph. dec. 436.
num. 3. & seq. vers. eo quod in istis incorporalibus, & in
Pacen. Decimarum 16. Decembris 1594. & in Cordu-
ben. Redecimarum 2. May 1603. coram eodem, & de-
cis. 1102. sub num 8. vers maximè non docto, &c. & de-
cis. 1463. num. 3. vers. non enim, &c. & in decis. 168.
num. 2. & 5. par. 2. & decis. 165. sub num. 5. & 6. vers.
multo autem minus, &c. part. 4. diuers. ac penès bo:mem.
Card. Mantic. decis. 40. num. 9. & decis. 207. sub nu. 6.
& in Valentina Decimarum 15. Decembris 1604. co-
ram bon. mem. Card. Lancellotto, & in Placentina deci-
marum 15. Nouembris 1621. coram bon. mem. Buratt.
inter impress. decis. 572. num. 13. & generaliter dec. 823
sub num. 5. vers. Tum quia in corporalibus, &c. & in
recent. decis. 45 num. 2. & decis. 547. sub num. 8. ver-
sic. & est regulare, ac decis. 6 6 sub num. 6. part. 1. &
decis. 501. sub num. 4. in fin. & decis. 717. sub num. 3.
part. 2.*

Nec visa fuerunt subsistere dicta nonnullorum
Testium inductorum pro parte eiusdem D. Fran-
cisci deponentium de scientia, & patientia Capi-
tuli. Nam (præter alia, quę contra eos adduceban-
tur) eliduntur; Tum ex ipsa ratione scientiæ per
eos adducta, in qua referunt ea tantum, quæ acta
fuerunt inter ipsos singulos, & Decimatores, Ar-
23 rendatarios, seù Conductores Decimarum, † non
autem cum Capitulo, nec aliquo ex capitularibus,
cui nullum indè inferri potuit præiudicium, *Rip. in
c. cum Ecclesia Sutrina sub num. 65. vers. iuxtà prædi-
cta, &c. extr. de caus. possess. & propriet. Rot. decis. 184.
in princip. part. 1. & decis. 392. sub num. 3. vers. & præ-
sertim, &c. par. 4. diuers. & probauit in hac specie in di-
cta decis. 42. num. 7. vers. & ministri par. 7. recent. & in
Nucerina Prædij 28. Aprilis 1606. coram bo:mem. Car-
din. Sacrato post d. Tractat. de manuten. decis. 100. nu. 5.*
Tùm ex alijs Testibus pro parte Capituli exami-
natis, ex quibus probatur, quod Capitulum in Ar-
rendamentis, & locationibus dictarum Decima-
rum solet excipere, ac retinere penès se ius exi-
gendi Decimas à prædictis Equitibus, ne ab eo-
24 rum auctoritate vlla vis seù molestia † ipsis Con-
ductoribus inferatur, vel alias ab eis ad illarum
exactionem timidius, vel remissius, quam par est
pro tuendis iuribus Ecclesiæ procedatur, quod
etiam fuit consideratum in *dicta decis. 42. sub nu. 7.
versic. pro responsione, &c. par. 8. recent.* prout in effe-
ctu Capitulum contra d. D. Franciscum iudicium
instituit de anno 1636. Vnde resultat euidens con-
25 tradictio, & reluctantia Capituli, quod nunquam
intendit eius quasi possessionem deserere, sed eam
saltem animo retinere, quod sufficit ad hunc effe-
ctum *gloss. in l. 1. §. vlt. in verb. possidet, ff. vti possid.
Rota penès Card. Mantic. decis. 185. num. 3. & fuit di-
ctum in Anconitana florum 4. Martij 1622. coram bon.
mem Buratt. inter impress. decis. 604. num. 1. & seq. vbi
concordantes referuntur.*

Quorum quidem Testium depositiones vide-
bantur Dominis magis attendendæ.

26 Quia sunt verisimiles, † habent quæ pro se iu-
ris assistentiam, & iustificantur ex actis iudiciali-
bus, ex sententijs per vtramque partem productis,
ex quibus apparet, quod Capitulum verè, & cum
27 effectu plura egit † iudicia contra hunc, & alios
Equites prædictos, vt illos ad solutiones Decima-
rum (vt ijdem testes deponunt) compelleret *cap.
si Testes 4. quæst. 2. cap. licet causam versic. ex præmis-
sis igitur, &c. extr. de probat. l. ob carmen, §. si testes, ff. de
testib. Rot. decis. 159. sub num. 23. & seq. par. 5. & de-
cis. 322. num. 13. & seq. par. 6. recent. & penès Buratt.
decis. 430. sub num. 2 & decis. 572. nu. 14. versic. Tum
quia, &c. & decis. 631. num. 13. cum seq. ac decis. 903.
num. 5. & seq. versu tertio & quarto quia, &c. & fuit
etiam dictum in d. decis. 42. nu. 4. & 5. vers. fuit respon-
sum, &c. par. 2. recent.*

Secundò quia licèt plenè constaret de scientia,
atque patientia Capituli non tamen ex ea potuis-
28 set inferri præiudicium Ecclesiæ, cum enim † pe-
nes eam resideat eiusmodi quasi possessio ex ante-
cedentibus, exactionibus acquisita, saltem ciuilis
secundum communem, & veriorem, *DD. senten-
tiam, quam probat post Innocent. in capit. cum super sub
num. 3. versic. vel Ecclesiæ, &c. & seq. extr. de caus. pos-
sess. & propriet. Alex. in cons. 81. incip. lecto, & discusso
num. 17. versic. attento quod, &c. lib. 3. Paris. consil. 4.
sub num. 5. vers. & possessio rerum Ecclesiasticarum, &c.*

& sub

& sub num.14. vers.nam d.Ecclesia lib.1.Rot.decis.1. sub num.1. vers.ratio quia,&c. de restit.spol.in nou.& decis.390. sub num.2. versic.quod autem, &c. & seq. par.1.diuers.& decis.435.sub num.3.part.2.recent.& in Hispalen. Primitiarum 13.Maij 1622. coram bon. mem.Nauarr. num.1. vers.moti sunt Domini,&c. post d.tractat.modern.de manutent.decis.166. Non vtique potest illa dici priuata ex eiusmodi negligentia

29 Prælati, † quinimò eius vigore posset adhuc ipsius Ecclesiæ nomine peti manutentio, *Rot.penès Veral.decis.170.&.182.sub num.6.& seqq.vers.tamen Domini, &c. par.3. & in hac materia fuit decisum in Beneuent. Decimarum 23.Iunij 1602.coram Card.Seraph.inter eius impressas decis.1417.sub num.3. versic. nam hoc procedere potest,&c. & latè comprobatum in illa Colimbrien.Præstimoniorum coram Reuerendiss.D. meo Decano, & bon.mem. Coccino in recent.decis.78. num.2.& seq.& decis.139.num.9.ac seq. & dec.226. num.13.cum seqq.ac decis.275.num.7.& seq.par.6.& in Theatina Iurisdictionis S.Ioannis in venere 10.Decembris 1621.in vers.Et vlterius fuit consideratũ,&c. & in Cæsaraugustana distributionis 13.Iunij 1636.coram eodem bon.mem. Coccino, & in Feretrana Parochialis 11.Februarij 1628.coram bon.mem.Cardin.Viril.in vers.nec obstat transact.&c. & in Bononien.Dismembrationis 14.Iunij 1634.coram R.P.D.meo Ghisilerio num.5. versic.tamen vbi agitur, &c. & seq. & rursus in Barchinonen. portionis 20.Nouembris 1641. coram præfato Reuerendiss.D.meo Decano in vers.Quo circa dixerunt Domini,&c.*

Non obstat, quod Ecclesia possessione priuetur

30 ex facto † Prælati,quando iusta concurrit causa, vt asseritur in hoc casu, vigore dictorum Priuilegiorum Religionis,ex quibus prætenditur resultare titulus sufficiens ad illam acquirendam, etiam absque scientia,& patientia Capituli.

Quia dùm Priuilegia non sunt clara, sed dubia est, controuersa illorum interpretatio non potest ex illis deduci titulus ad acquirendam prætensam quasi possessionem D.Francisco,nec causa pro

31 iustificatione † negligentiæ Capituli (si quæ interuenisse) sufficiens ad priuandam Ecclesiam sua quasi possessione,& ad impediendam illius manutentionem,quæ vt dictum est,non dependet ab ipsis Priuilegijs prout benè respondit *Rot. dicta decis.562.num.3.vers.minus etiam facit,&c.par.1.recent. & in alijs superius adductis.*

Non obstant demùm aliorum Testium depositiones,sententiæ,atque Decreta pro parte D.Francisci exhibita, quibus nititur probare obseruantiam interpretatiuam dd. Priuilegiorum ad eius fauorem in illis partibus.

Quia (præter alia,quæ Testibus, ac alijs prædictis opponuntur) cum ex parte Capituli productæ pariter fuerint contrariæ probationes, atque Decreta, hoc vnum ex his omnibus hinc indè deductis resultare videtur, quod prætensa obseruantia fuit,& est controuersa,ac etiam difformis, & con-

32 trarijs concussa † iudicijs,ac proindè nullum potest super illa constitui fundamentum *iuxt. theor. Bart.in l.2.sub num.22. vers.ex quo not.ff.solut.matr. Crauett.cons.313.num.4. versic. Quinto difformitas actuum,&c.Rot.decis.172.sub num.7.vers.Ideoque ex Instrumento,&c. penès Buratt.& decis.45.num.4.vers. non obstat prætensa obseruantia,&c. par.1. recent.* Eo-

33 que minus ad effectum † impediendi manutentionem Capituli donec reiectis ambiguitatibus, firmior,ac certior appareat dictorum Priuilegiorum Interpretatio.

Et ita vtraque parte informante, fuit resolutum,&c.

REVERENDISS. P. D. CERRO.

SACRÆ ROTÆ DECANO.

Fauentina Beneficij.

Lunæ 27.Iunij 1644.

ARGVMENTVM.

Probationes,quæ non fuerunt factę in prima instantia,possunt fieri in altera, quia tunc non deducta possunt deduci,& non probata probari. Verisimilitudo trahit ad concessionem remissoriæ, ita vt ea inducat ad illam benignè indulgendam. Remissoriæ plures in eadem causa possunt concedi, si tamen testificata non sint didicita, & quando non dicantur didicita.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatus à vero patrono est instituendus.*
2 *Probationes nouæ,& nouus processus potest fieri in gradu appellationis,& restitutionis in integrum.*
3 *In Appellationis gradu non deducta possunt deduci,& non probata probari.*
4 *Probationes non sunt coangustandæ,sed ampliandæ. Probandi via non est præcludenda, & maximè circa ea,quæ fundant intentionem partis,num.4.*
5 *Articulorum releuantia ex quo appareat.*
6 *Præsentatus à medietate patronorum est instituendus, si pro altera parte obtinuerit derogationem à Sanctissimo.*
7 *Nominis indentitate stante præsumitur consanguinitas quando sumus in parua terra.*
8 *Remissoria facilius conceditur,quando probatio est verisimilis. Verisimilitudo inducit, vt remissoria facilius concedatur,num.8.*
9 *Remissoria semel, & pluries concessa, iterum concedi potest stante legitima causa.*
10 *Quod multò magis procedit cessante calumniæ præscriptione.*
11 *Probationes necessariæ inuestigari possunt.*
12 *Testium depositiones,quando sunt didicita,non admittitur nouum examen.*
13 *Testificata in Curia numquam dicuntur didicita,cum non publicetur processus originalis,in Curia qualiter dentur testium testificata.*
14 *Testificata dicuntur didicita quando nomina, & cognomina testium quoque publicantur.*
15 *Testium summarium, quando parti fuit communicatum,non dicitur processus publicatus.*
16 *Remissoria,vt iterum concedatur sufficit, quod vnicus articulus nouus releuans detur.*
17 *Imò sufficit, quod partim sit nouus, & partim antiquus.*
18 *Remissoria noua,vt concedatur,quid sufficiat.*
19 *Testes tam examinati,si non appareant informati possunt iterum alij informati induci.*

20 *Testes,*

20 *Testes, qui non reddunt concludentem rationem, non releuant.*
21 *Testes, vt probent intentionem agentis, debent etiam excludere probationem contrariam.*
22 *Testis ignarus rei, super qua deponit non habetur in consideratione.*

DECISIO CCCIII.

LICET in alia instantia Dominus à Valle obtinuerit Remissoriam, & illius vigore fuerint examinati Testes, visum tamen fuit DD. iterum illi esse concedendam aliam nouam Remissoriam quia cum tunc fuisset articulatum dictum D. a Valle fuisse præsentatum ad hoc Beneficium ab
1 eo, qui prætendebat descendere à veris Patronis, *vt in decis. emissa sub die 15. Iunij 1640. coram Eminentiss. D. Cardin. Panzirolo,* & probatio huiusmodi non fuerit plenè facta in prima instantia benè poterit perfici in hac secunda, Cum in gradu
2 Appellationis, † & restitutionis in integrum licitum sit nouum Processum, & nouas probationes
3 facere, non deducta deducere, & non probare *l. per hanc, C. de temp. & repar. appellat. Cardin. Mantic. decis. 374. num. 5. & sæpè in alijs.* Non enim sunt coangustandæ probationes, sed ampliandæ, ne præcludatur via probandi ea, quæ fundant & iu-
4 stificant † intentionem Partis, *l. quoniam multi in fin. C. de hæred. & manut. d. l. per hanc C. de temp. & repar. appellat.*

Maximè stante releuantia Articulorum, quæ apparet ex eorum lectura, cum tendant ad probandum magis distinctè, & specificè descenden-
5 tiam Ioannis, qui præsentauit Dominum, à Valle, à Nicolao fundatore huius Iurispatronatus mediante Philippo eius Patre, Virgilio Auo, & Gaspare Proauo, qui est communis stipes eiusdem Ioannis, & Alphonsi, qui præsentauit Cæsarem, *vt in 1. 2. & 3. artic. dato in Summar. num. 2.* quo probato resultabit Dominum à Valle fuisse præsen-
6 tatum à medietate † Patronorum, & sic illi deberi Beneficium, cum pro altera medietate obtinuerit derogationem à Sanctiss. *Rota decis. 275. num. 2. par. 7. recent.* & fuit dictum in *Placent. Cappell. 10. Iunij 1622. coram bon. mem. Coccino, & in Beneuent. Iurispatr. 26. Iunij 1628., coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Accedit etiam ad eorundem Articulorum releuantiam, quod sunt iam probati aliqui gradus, vt admisit Rota in alia decisione huius causæ emanata pariter coram *Eminentiss. D. Cardin. Panzirolo 1. Iunij 1642.* Vndè verisimilis redditur probatio futura, concurrente maximè identitate
7 cognominis, quo stante in parua Terra qualis est Brisighella, præsumitur eadem consanguinitas *Calcan. cons. 8. num. 2. Cephal. cons. 90. num. 18. lib. 1.* Vnde Remissoria facilius conceditur, quia sicut
8 inuerisimilitudo retrahit ab eius concessione, ita verisimilitudo inducit ad eam benignè indulgendam *Reuerendiss. Vrgell. decis. 462. num. 6.*

Neque obstat, quod fuerit alias concessa in prima instantia, & examinati sex testes, quia Remissoria semel & pluries concessa, iterum concedi solet concurrente legitima causa, vt post *Vestr. in prax. lib. 6. cap. vlt. num. 3. versic. finge eum,* dixit *Rota in Rauennaten. censuum 8. Maij 1618. coram Manzanedo, & in Pampilonen. Decimarum 23. Iunij 1600. coram bon. mem. Cardin. Pamphilio, & in Hispalen. Archidiaconatus 4. Iulij 1607. coram bon. mem. Cardin. Marquemontio, & in alia Hispalen. Præheminentiarum 26. Iunii 1615. coram bon. mem. Cardin. Sacrato;*
10 maximè si cessat omnis calumniæ suspicio, vt in hoc casu quo Aduersarius possidet *Buratt. dec. 816 num. 5.*

Ponderando præterea quod agitur de probando facto in antiquo in diuersis locis, & per D. à Valle in Curia commorantem, & non plenè infor-
11 mantem, à quo ideo non sine cura, sollicitudine, & temporis interuallo informationes, & probationes necessariæ inuestigari possunt, vt latè firmauit *Rota in Ariminen. legati 17. Maii 1596. coram Litta, vers. nec obstare dixerunt, & in Pampilonen. Decimarum 23. Iunii 1612. vers. neque obstat, & prius in Burgen. Sepulturæ 21. Aprilis 1616. coram Ortembergo, & penès bon. mem. Buratt. decis. 816. num. 5. & decis. 824. et coram bon. mem. Coccino decis. 10. num. 8. et decis. 338. num. 2. et 3. et coram D. Cardin. Panzirolo in Valentina Iuris sedendi 15. Martii 1638. ac decis. 517. par. 3. recent. et alibi.*

Minus obstat, quod post didicita testificata te-
12 stes admitti non debeant super ijsdem articulis, iuxta *text. in auth. qui semel, C. de probat. et in cap. fraternitatis, de testib.* cum alijs addictis per *Rot. decis. 266. par. 6. recent.*

Placuit enim responsio, quod in Curia num-
13 quam dicuntur didicita testificata, cum non publicetur processus originalis, sed detur solum summarium absque testium nominibus, ex notorio stylo, de quo penès *Cæs. de Graff. decis. 11. de testib. & d. decis. 517. num. 6. par. 4. recent. & per Add. ad Gregor. decis. 497. sub num. 8. & alias Rota post examinatos 154.* Testes illosque discussos per plures decisiones, & sententias Rotales nouam Remissoriam, & super ijsdem materijs concessit, *vt in decis. 289. num. 1. & 2. coram Cardin. Caualerio.* Testifi-
14 cata enim dicuntur didicita quando publicata fuerunt dicta testium, eorumque nomina, & cognomina, secus quando fuit publicatum solum summarium. Nomina verò, & cognomina testium non fuerunt notificata, tunc enim non dicuntur didicita testificata, licet summarium depositio-
15 num fuerit vtique parti communicatum, vt distinguendo dictum fuit in *Romana successionis 4. Iulij 1642. coram D. meo Carrillo.*

Præterea articuli modo exhibiti in pluribus sunt diuersi ab alijs super quibus factum fuit aliud examen, vnde faciliùs sunt admittendi cum
16 ad hunc effectum sufficiat vnum articulum esse nouum, & diuersum *Rota in recent. decis. 183. nu. 2. par. 4. & coram bon. mem. Buratto decis. 392. num. 5.* quinimò satis etiam est articulum esse partim
17 nouum, partim antiquum, vt post *Butr. & Felin. in cap. fraternitatis, de testibus Rota coram sanct. mem. Gregor. decis. 497. num. 2.* Immo cum negari non possit quin contineant materias magis explicitè distinctas, & specificatas, & hæc maior distinctio non consistat in solo cortice verborum, sed etiam in substantia, cum hodie articuletur descendentia
18 per gradus distinctos, & continuatos, hoc solum sufficeret, vt noua Remissoria foret concedenda, vt post *Abbatem, qui ita distinguit in d. cap. fraternitatis, num. 8.* dixit *Rota decis. 23. num. 2. coram bon. mem.*

mem.Coccino, inter eius impressas, & in recent. decis. 266.nu.13.par.6. cum alijs adductis in Camerinen. Pensionis 4.Maij 1640.coram R.P.D.meo Bichio.

Eoque magis, quia non tendunt ad probandum contrarium eius, quod testes deposuerunt, in quibus terminis loquuntur, quæ in contrarium allegantur, sed ad coadiuuandas, & perficiendas probationes descendentiæ Ioannis à veris patronis,
19 quod si testes primo loco inducti probare † ignorauerint, possunt induci alij melius informati, vt dixit Rota in recent.decis.517.num.2. & 4.par.4. & in Pampilonen. Decimarum 23.Iunij coram bon. mem. Cardin. Pamphilio, quam sequuta fuit in Hispalen. Præeminentiarum 26.Iunij 1615.coram bon.mem.Cardin.Sacrato.

Testes verò pro alia parte examinati non red-
20 dunt concludentem rationem † ad effectum probandi negatiuam, scilicet non existentiam Virgilij fratris Stephani, & aui Ioannis, à quo fuit præsentatus D. à Valle, & contrariam probationem
21 non excludunt, scilicet illum extitisse, † recessisse à Patria, in alium locum se transtulisse, & tamquam Rusticum ignarum fuisse huius iuris sibi
22 competentis, & ideo non fuerunt † habiti in consideratione.

Et ita vtraque parte informante.

☞ *Decisio ista emanata in hac eadem causa sub die 15. Iunij 1640.coram bon. mem. Cardin. Panzirolo, erit infra in Appendice.*

☞ *Decisio quoque ista emanata coram eodem Card. Panzirolo sub die 1.Iunij 1642. est pariter infra in Appendice, vbi quoque habet aliam in eadem causa sub die 17.Iunij 1639.coram eodem Card.Panzirolo.*

DECISIO CCCIV.

R. P. D. BICHIO
Romana Census, & Depositi.
Lunæ 27. Iunij 1644.
Est Impressa inter Bichio in Tom.1. Decis.187.

DECISIO CCCV.

R. P. D. BICHIO
Gerunden.Prioratus.
Lunæ 27.Iunij 1644.
Est impressa inter Bichio in Tom.1.Decis.187.

R. P. D. CORRADO
posteà S.R.E. CARDINALI.

Cremonen. Præpositaræ.

Lunæ 27. Iunij 1644.

ARGVMENTVM.

Ad institutionem, & confirmationẽ præsentati, quando dicatur processum iudicialiter, & non extraiudicialiter, ita vt sit locus appellationi. Possessio quãdo dicatur attentata, ita vt sit locus sequestro, ne attentãs gaudeat cõmodo vitiosę possessionis.

SVMMARIVM.

1 *Ad Institutionem ad iuspatronatus, quando dicatur processum iudicialiter, & num.2.*
3 *Ad Iuspatronatus, quando sunt plures, qui præsentant, tunc iudicialiter procedendum ad institutionem.*
4 *Præsentationi de se factæ renuncians, non propter hoc potest dici extinctum iudicium, quoad omnes.*
5 *Lis, si fuerit extincta, quoad ipsum, non tamen dicitur extinctum quoad alium.*
6 *Lis, si fuerit ab initio cœpta, omnia deinde acta facta dicuntur etiam iudicialiter facta.*
7 *A Sententia, quæ habet vim diffinitiuæ, & infert præiudicium licitum est appellare.*
8 *Sententia benè dicitur appellabilis, si Signatura simpliciter causam commiserit.*
9 *Possessio capta, dicitur attentata, & nulla, si intra tempus datum ad appellandum fuerit capta.*
10 *Possessio attentata est sequestranda, ne attentans gaudeat commodo vitiosæ possessionis.*
11 *Quæ sequestratio potest fieri etiam ex officio Iudicis.*
12 *Iurisdictionem, quando quis nullam habet, censetur voluisse extraiudicialiter procedere.*
13 *Ius instituendi, & confirmandi præsentandos, quando alicui fuit concessa, censetur etiam concessa iurisdictio cognoscendi de Iuribus præsentantium.*
14 *Ad Episcopum de iure communi spectat ius instituendi, & confirmandi præsentatos ad ius patronatus.*
15 *Ius instituendi præsentatos, potest alicui competere ex iure speciali.*
16 *In Electionibus proceditur, sicuti in præsentationibus.*
17 *Voluntas procedendi extraiudicialiter tollitur, dum proceditur iudicialiter.*

DECISIO CCCVI.

Censuerunt Domini Capitulum iudicialiter processisse ad institutionem Burgi, non solum quia facta illius personæ præsentatione ad dignitatem Præposituræ in Ecclesia Cathedrali
1 per Elisabeth de Schitijs Ius patronatus prætendentem, affigi fecit edicta iuxta formam cap.fin. de elect.in 6.in quibus declarauit velle per semitas Iuris procedere, monuitque volentes opponere pro vltima die termini in eis assignati, si fuerit iuridica, alias pro die immediatè sequenti iuridica, ad comparendum, & contradicendum. Verùm quia comparente Vespasiano de Schitijs & tanquam Patrono, ac in eiusdem iuris quasi possessione existente præsentante Orlandottum, eadem edicta rursùs proponi, ac ipsis Elisabeth, & Burgo specialiter intimari iussit; Et successiuè duos Canonicos deputauit ad effectum videndi, & inquirendi de Iuribus præsentantium; Ac denique præmissa super eis cognitione, præha-
2 bitaque singulorum distincta relatione, solemniter pro Tribunali declarauit præsentationem dicti Burgi tanquam factam à vera, & legitima Patrona fuisse, ac esse approbandam, & confirmandam, ipsumque Burgum instituendum prout sic confirmauit, & instituit; Ex quibus sanè dignoscitur, Capitulum voluisse super præmissis Iudicis partes assumere, & causæ cognitionem adhibere, ac iudicialiter pronuntiare, quod etiam facere tenebatur, dum plures erant competitores, quorum singuli idem Ius prætendebant

bant ad se spectare iuxtà *not. per Felin. in cap. fin. num. 27. vers. Fallit quinto &c. de præsumpt.* & in his terminis *Lambert. de iurepatron. lib. 2. par. 2. qu. 11. art. 4. num. 6. & seq. vers. vnde diceremsic, &c. Lancell. de attent. par. 2. cap. 4. in præfat. sub num. 725. vers. Aut Ordinarius &c.* & comprobauit *Rota in Toletana Canonicatus 19. Iunij 1643. coram R.P.D. meo Cerro, in §. Tertio demum non obstat, vers. Vbi enim adest contradictor, &c.*

Et licet Orlandottus ipsa die, qua fuit lata
4 sententia renunciauerit præsentationi de se factæ non ideò extinctum erat iudicium, nisi quoad ipsum renunciantem, sed adhuc continuabat cum Vespasiano, de cuius principali interesse agebatur, quique eadem die coram ipso Capitu-
5 lo conparuit, vt alium nempè Oprandum præsentaret, quem successiuè præsentauit *Rota penes bon. mem. Card. Caual. dec. 280. num. 1. & dec. 317. in principio. Lancell. de attent. par. 2. cap. 4. in præfat. num. 302. & seq. vers. quarto quod &c. sub num. 717.*
6 *vers. Tertiò &c. & vers. vel etiam &c.* Et satis est, quod ab initio incæptum fuerit iudicialiter agi, vt omnia deinde secuta dicantur iudicialiter acta, vt in his terminis probauit *Rota penes bon. memor. Card. Seraph. decis. 598. num. 4. & seq.*

Propterea ab eiusmodi sententia, & declaratione Capituli licuisse dicto Vespasiano, & Oprando appellare (prout in termino competenti fuit
7 appellatum) nam illa hoc casu habet vim diffinitiuæ, & infert competitori grauamen, quod per aliam diffinitiuam in eadem instantia reparari non potest *gloss. in d. cap. fin. in verb. Inanes, vers. hinc est &c. de elect. in 6. Innoc. in cap. ad dissoluendum sub num. 5. vers. in confirmatione autem &c. extrà de desponsi. impub. & post Ioann. Andr. & alios in cap. Auaritiæ eod. tit. de elect. in 6.* firmauit *Rota penes Seraph. d. decis. 598. num. 2. & seq. ac decis. 522. sub num. 1. par. 2. & decis. 197. sub num. 1. par. 5. recent. ac in Mediolanen. benefic. 17. Decembris 1640. coram R.P.D. meo Bichio in vers. receptissima siquidem, &c.*

Quod æquidem in proposito casu reuocari
8 non potest in dubium in quo causa appellationis per Signaturam simpliciter commissa fuit, vt aduertit *Rota penes bon. mem. Buratt. dec. 902. num. 2. vers. & cum pariter &c. vbi Add. referunt concordantes, & Reuerendiss. Vrgellen. dec. 191. num. 5. & seq. vers. Præterea, & in Salernitana Iurispatronatus 4. Iunij 1642. coram R.P.D. meo Royas in vers. vlterius quia Signatura &c.*

Vnde infertur, quod possessio præfatæ dignitatis, ac eius iurium, & pertinentiarum ex Decreto eiusdem Capituli eadem die latæ sententiæ,
9 & declarationi prædictæ, dum penderet tempus ad appellandum ab ea, tradita Burgo fuit attentata & nulla *iuxta tex. in cap. Non solum in princip. de appell. in 6. Rota decis. 6. num. 2. & seq. par. 2. diuers. & d. decis. 598. coram Card. Seraph. & d. c. 68. num. 2. par. 3. & d. dec. 197. num. 2. par. 5. recent. & apud bon. mem. Andr. decis. 108. sub num. 5. ac Buratt. decis. 695. ac in d. Mediolanen. Beneficij*, & latè probat *Lancell. de attent. par. 2. cap. 11. sub num. 17. & seq. & cap. 12. lim. 40. sub num. 10. & seq. vers. quamuis autem, &c. & lim. 49. à num. 2. & seqq. vers. quia tamen &c.*
10 Et consequenter sequestrari debet, ne attentans gaudeat commodo vitiosæ possessionis iuxta *not. per Archid. in cap. Quia res sub num. 9. vers. maximè vbi possessor 11. qu. 1.* & praxim in Rota receptam de qua *Cassador. decis. 3. sub num. 6. de restit. spol. Veral. dec. 157. par. 3. Cæs. de Graff. dec. 2. sub n. 1. de appell. & in Cremonen. iur. patron. 26. Februarij 1063. coram sanct. mem. Gregor. inter impress. dec. 91. sub num. 1. et dec. 691. sub num. 1. par. 3. recent.* & in his terminis fuit resolutum *in d. dec. 598. penes Card. Seraph. et 108. sub num. 1. penes Andr. et 685. num. 1. par. 3. recent. ac d. dec. 695. sub num. 3. apud Buratt. et in d. Mediolanen. Benefic. in princip.* Etiam
11 ex officio Iudicis, vt fuit dictum *in Edana sequestri 5. Iulij 1557. coram Paleotto in eius manuscriptis 101. incip. La a fuerat sententia, et Taruisina Mansionariæ 30. Aprilis 1593. coram bon. mem. Card. Arigonio, et penes Seraph. dec. 797. num. 2. Cæs. de Graff. decis. 2. num. 1. de appellat. ac sanct. mem. Gregor. d. dec. 91. num. 8. et 9. et bon. mem. Card. Caual. dec. 175. n. 3. et seq.*

Non obstat, quod cum Capitulum nullam ha-
12 beat Iurisdictionem censeatur voluisse † extraiudicialiter procedere, ac ideo non fuerit attentata possessio, vt fuit deductum in memoriali exibito pro parte Burgi.

Quia defectus iurisdictionis tollitur, tum ex tenore primeuæ fundationis cum Ordinarij consensu factæ vsque de anno 1376. tum ex Indulto sanct. mem. Innocentij Octaui de anno 1491. quibus specialiter fuit reseruatum Capitulo Ius instituendi, & confirmandi presentandum à Patro-
13 nis, ac proinde in necessarium antecedens eidem concessa Iurisdictio cognoscendi de Iuribus presentantium, ac eorumdem præsentatorum. Nam
14 hæc spectat ad eum, ad quem institutio, & confirmatio, siue de iure communi, qualis est Episcopus *cap. nullus omnino 16. quæst. 7. et cap. ex frequentibus extr. de instit.* siue de iure speciali, quales
15 sunt inferiores Prælati, vel alij, quibus ex Priuilegio, consuetudine, vel alio legitimo titulo tale Ius competit (de quibus *in cap. Cum venissent eodem tit.*) *per tex. in d. cap. fin. de elect. in 6.* vbi hoc explicat *gloss. in verb. pertinet, et paulò supra in verb.*
16 *electione, vers. et idem puto, etc.* vbi idem, quod ibi disponitur in electionibus procedere sentit in presentationibus, & latiùs comprobat *Lambert. de Iur. patron. lib. 2. par. 2. quæst. 6. principal. art. 6. et priùs art. 2. et infra art. 28. et qu. 8. princip. par. 11. ac iterum eod. lib. 2. par. 3. quæst 5. princip. art. 21. in concl. ad fin. vers. quis autem has qualitates, etc. post Lap. alleg. 8. sub num. 4. vbi Add. littera V. allegant concordantes, et Rota penes Put. dec. 306. lib. 1.* Defectus
17 autem voluntatis tollitur ex predictis, ex quibus euidenter apparet Capitulum voluisse iudicialiter procedere, ac pronuntiare.

Quare fuit resolutum possessionem Burgi fuisse attentatam, & ideo sequestrandam &c.

R. P. D. MELTIO,

Postea Episcopo PAPIEN.

Senogalien. Prædij.

Lunæ 27. Iunij 1644.

AR-

ARGVMENTVM.

Possessione, quis non priuatur stante nullitate, & in iustitia sententię, quando illa non habuit se pro spoliato veluti quando possessor appellauit laudum, quando sine causæ cognitione fuit latum, & sine citatione partis, tunc nullatenus suffragatur. Interesse, vt quis consequatur, quid sit probandum.

SVMMARIVM.

1 *Immissio, quando fuit obtenta inde optimè dicitur probata possessio.*
2 *Sententiæ notoriè iniustæ, et nullæ, non priuant quem sua possessione.*
3 *Manutentio an concedenda sit, quando constat de notoria iniustitia possidentis.*
4 *Possessor non potest dici, quod habuerit se pro spoliato vigore sententiæ nullæ, et iniustæ, quando à tali sententia appellauit.*
5 *Laudum, si nec formam, nec originem habet, perinde est, ac si illud non emanasset.*
6 *Quod multò magis procedit, si sine cognitione causæ, et citatione partis fuerit latum.*
7 *Ludum, quando est nullum executionem non meretur.*
8 *Sententiæ iniustitia ex quo satis doceatur.*
9 *In mercaturis, et negociationibus lucra sunt incerta, et modo plus, et modo minus, et aliquando nihil lucri, et aliquando etiam damnum afferunt.*
10 *Interesse, vt debeatur, etiamsi agatur inter Mercatores, sunt probanda tria illa requisita Castr. in l. 3. §. fin. ff. si cert. pet.*
11 *Ita vt non sufficiat euenire potuisse casum emptionis, cum requiratur potentia proxima.*
12 *Citatio personalis requiritur, vt quis constituatur in mora ad effectum soluendi interesse.*
13 *Indultum Apostolicum obtinens, sed sub conditione, nisi illa verificetur, non suffragatur.*
14 *Sententiæ duæ habent vim trium vigore statuti Vrbini. Et*
15 *Dictum tamen Statutum debet intelligi de sententijs iustis, et validis.*
16 *Vsuræ omni iure sunt prohibitæ.*
17 *Vsurariæ prauitati, vt præcludatur via, non est standum assertioni partium.*
18 *In Vsuras soluente, lex suspicatur coactam voluntatem.*
19 *Possessio defuncti non continuatur in hæredem, nisi adsit statutum illum continuans in hæredem.*
20 *Possessio defuncti non suffragatur hæredi.*
21 *Testator, quando litem intentauit et hæres fuit eam prosecutus, tunc ipse potest petere manutentionem.*
22 *Instantia incœpta cum defuncto transit in hæredem.*
23 *Manutentio, vt dicatur petita sufficit protestatio.*
24 *Personarum legitimatio in quocunque iudicio est necessaria.*
Tamen hoc intelligitur parte opponente, et contradicente.
25 *Citatus, quando quis est vti hæres, et tamquam talis semper comparuerit, nec pars se opposuit, tunc valet processus, etiam non facta legitimatione personarum.*

DECISIO CCCVII.

IOannes Antonius Suardus vigore transactionis initæ de anno 1608. cum Natale eius fratre remansit debitor eiusdem Natalis in scutis 2000. de libris septem pro singulo scuto, quæ promisit erogare in quodam negocio mercaturæ per ipsum erigendo de Mense Februarij 1609. & duraturo per quinquennium cum capitale scut. 10. mil. ita vt Natalis participare deberet de vtilibus d. negocij pro rata scut. 2000. quo quinquennio elapso d. Natalis rehabere posset suum capitale, & reinuestire teneretur in tot censibus, vel proprietatibus tutis, & securis in Ciuitate, seù Territorio Bergomi, aliàs teneri volit ad omnia damna expensas, & interesse cum hypotheca omnium suorum bonorum, & iuramento, idem Io: Antonius negocium non erexit, nec dd. scut. 2000. reinuestiuit. Vnde secuto obitu Natalis Stephanus, & Ludouicus conuenerunt eumdem Io. Antonium, tàm pro sorte, quàm pro fructibus ob pretensum non adimplementum suæ promissionis, & cum ageretur inter coniunctos presupponitur duos Arbitros fuisse electos: qui exhibitus, vt asseritur, & calculatis partitis vniuersę negociationis dictorum fratrum inter se condemnarunt dd. Io: Antonium in libris 19742. & hoc occasione prætensorum fructuum decursorum, & non solutorum loco damnorum, & interesse ob non factum reinuestimentum prædictum pro huius debiti solutione DD. Stephanus, & Ludouicus intentarunt in partibus iudicium Saluiani contra Camillam Iannellam, & Paulum Carutium eius Virum vti detentores vnius Prædij, quod olim possederat dictus Io. Antonius, & reportarunt duas sententias fauorabiles, quarum virtute immissi etiam fuerunt in possessionem dicti Prædij. Delata deinde causa ad Rotam, & mihi commissa dubitaui, An, & cui esset dandum mandatum de manutenendo in dicto prædio, & fuit per Dominos resolutum ad fauorem Io: Baptistæ Iannelli filij, & hæredis dictæ Camillæ aduersus quam dd. Ludouicus, & Stephanus tanquam hæredes Natalis Suardi prædi-
1 ctam † immissionem obtinuerunt ob quam dicitur concludenter probata possessio §. *adipiscendæ, vers. & ideo instit. de interdict. l. 1. in fin. ff. quor. bon. Innoc. in cap conuenissent, num. 2. Ioann. Andr. num. 3. de restit. in integr. Rota in recent. dec. 561. nu. 1. par. 1. & decis. 200. coram Pap. Greg. XV. & coram Buratt. dec. 160. num. 5. 252. 342. & 908. num. 1. & 2. Romana domorum de Zuccaribus 17. Iunij 1621. coram Vbaldo*, quæ sententiæ immissionis cum fuerint
2 notoriè nullæ, † & iniustæ non potuerunt sua possessione priuare Camillam posseditricem, *Abb. in cap. conquerente, num. 8. de rest. spoliat. Angel. in l. clam. possidere, num. 2. in fine, ff. de acq. possess. Rota in Tiburtina Pratorum 24. Aprilis 1617. coram bon. mem. Buccabella*, cui per consequens est concedenda
3 manutentio dum constat de notoria † iniustitia possidentis, etiam quod Io: Baptista, qui causam habet à Camilla non esset in possessione *Lancell. de attent. par. 2. c. 4. decl. 4. num. 56. Alciat. cons. 56. num. 2. lib. 6. Rota in Anglonen. Canonicatus 17. Decembris 1640. coram R. P. D. Ghisilerio, & decis. 48. num. 3. & 171. num. 8. coram Caual.* cum Camilla num-

numquam habuerit se pro spoliata imò appellauerit à dictis sententijs in vim dicti prætensi laudi emanatis à quo etiam laudo fuerat prius per
4 Io: Antonium † eius Auctorem appellatum, & appellatio fuit admissa *Summ. num. 3.* quo casu manutentio nunquam denegatur *Rota in Arimin. fideicommissi 28. Iunij 1641. coram R. P. D. meo Cerro, & Romana Vineæ 27. Iunij 1642. coram R. P. D. meo Ghisilerio & decis. 908. num. 4. coram Buratto 582. numer. 3. coram Greg. XV. & decis. 138. coram Dunano.*

Nullitas autem videtur parens, quia dd. sententiæ fundantur in prætenso laudo lato per dd. Arbitros, nullo apparente compromisso, nullaque ipsis attributa auctoritate, quamobrem hu-
5 iusmodi laudum † nec formam, nec originem habere dicitur, & perinde habetur ac si nullum laudum fuisset secutum, *l. si quid tamen 25. de recept. arbitr. Bald. cons. 309. numer. 3. lib. 1. Alex. cons. 84. num. 3. lib. 5. Paul. de Castr. cons. 423. lib. 1. Dec. cons. 11. num. 3. vers. 3. principaliter Rota dec. 515. num. 4. ante med. vers. sed intrabat par. 1. recent.* Maximè cum emanauerit hac parte pro suo Iure, & inte-
6 resse non citata, & sine causæ † cognitione *l. hac edictali, §. si illud*, ibi, *quos vtraque pars elegerit, C. de secund. nupt. Ciriac. contr. 395. num. 21. & seq. Cuman. cons. 50. stante Statut. num. 3. vers. ad tertium, & cons. 7. Primum videndum num. 6. vers. idem tenet. Bald. & nu. 15. vers. sed quia Crauett. cons. 657. num. 9.*
7 Vnde vti nullum non erat executioni demandandum *Monald. consil. 130. nu. 12. lib. 1. Dec. cons. 475. num. 36. Paris. cons. 45. nu. 42. & 61. par. 1. Tob. Non. cons. 9. num. 13. Perusina Laudi 16. Martij 1625. coram bo. mem. Merlino, & in Romana Laudi, seu locorum montium 17. Maij 1645. coram Eminentiss. D. Card. Verospio.*

8 Iniustitia sententiarum videtur etiam clara, quia creditum Natalis desumitur ex instrumento, in quo Io: Antonius constituit se debitorem in scut. 2000. cum quibus, & alijs scut. 8000. à se ipso ponendis erigendum erat negocium, quod incipere debebat ab initio anni 1609. & duraturum per quinquennium, in quo ipse Natalis operam suam præstare tenebatur, cum autem huiusmodi negocium non fuerit erectum, dd. Arbitri nihilominus condemnarunt Io. Antonium pro tribus primis annis occasione fructuum pro dicta summa scut. 2000. ad rationem decem pro quolibet centenario, & ab inde citra ad rationem octo, quod lucrum certum taxari, & liquidari minimè potuit dum talis taxatio sapit aliquid vsu-
9 rariæ prauitatis, † cum in mercatura, & negociacionibus lucra sint incerta, & modo plus, modò minus, modo nihil lucri, & aliquando etiam damnum afferunt. *Card. Mant. de tac. lib. 6. tit. 6. n. 11. et seq. et tit. 7. numer. 3. et seq. Ciriac. in controu. 540. num. 55. Rota decis. 315. num. 6. vers. sic quidem, par. 2. diuers. Rota in Romana Cambij 17. Februarij 1642. coram R. P. D. Bichio.* Sicuti nec etiam substinetur condemnatio eiusdem Io. Antonij post quinquennium loco damnorum, & interesse ob non factum rei inuestimentum in censu, & stabilibus iuxta formam suæ obligationis, quia ad effectum
10 vt possit prætendi huiusmodi † interesse licet agatur inter Mercatores requiruntur tamen requisita. *Castren. in l. 3. §. fin. ff. de eo quod cert. loc.* nec sufficit potuisse euenire casum emptionis,
11 cum requiratur † potentia proxima, vt per *Bart. in d. l. 3. §. vlt. col. 3.* vbi cæteri scribentes, præsertim *Paul. de Castr. et Ias. Salycet. in l. vnica, C. de sent. Mascard. de probat. conclus. 933. n. 1. et 4. Gabr. concl. 10. de solut. Natt. cons. 450. n. 2. Bursatt. cons. 68. nu. 11. et 16. Mohed. dec. 3. de vsur. Rot. dec. 371. n. 1. p. 1. diuers. Seraph. decis. 186. n. 4. Auenionen. pecuniaria 10 Febr. 1640. coram R. P. D. meo Bichio*, & in terminis qui susceperat pecunias ad negociandum *in Romana multiplici 25. Februarij 1619. coram bon. mem. Vbaldo impress. post Cenc. censib. decis. 474. n. 9. et 10. secund. vltim. impress.* Et isto casu ad constituendum eumdem Ioannem Antonium in mora pro tali
12 interesse requirebatur † personalis interpellatio *l. cum postulassem, ff. de damn. infect. Ruin. cons. 184. num. 8. vol. 2. Mascard. de probat. d. concl. 933. num. 39. Gratian. discep. forens. cap. 987. num. 11. Rota in Romana fructuum, et interesse 10. Decembris 1614. coram Card. Pamphilio impress. per Zacch. de societ. offic. decis. 6. num. 7.*

Non obstat quod fuerit processum ad huiusmodi subhastationem vigore indulti Apostolici, & sic Iudex potuerit possidentem priuare sua possessione. Quia in ventre huiusmodi Indulti adest conditio, quatenus dictæ sententiæ contra Camillam latæ transitum fecerint in iudicatum,
13 & causa restitutionis in integrum non penderet, quæ verba cum importent conditionem, nec fuerint per impetrantem purificata non suffragatur, *l. qui hæredi, & l. Meuius, ff. de condit. & demonstrat. Surd. cons. 186. num. 19. Rota decis. 222. nu. 15. & 272. num. 1. par. 6. diuers.* & licet adsint duæ sen-
14 tentiæ, quæ vigore statuti Vrbini faciant rem iudicatam, tamen idem statutum intelligitur de sententijs validis, & iustis, non autem de iniustis,
15 vt in terminis similis statuti sæpè *Rota declarauit, & præsertim in decis. 662. num. 4. par. 1. recent. & decis. 179. num. 1. part. 7. diuers.*

Nec releuat, quod Ioannes Antonius huiusmodi debitum agnouerit illud describendo in suis libris, & illud quandoque soluendo, quia cum huiusmodi interesse (vt dicebam) sapiat na-
16 turam vsurarum, quæ sunt omni Iure prohibitæ non pendet à potestate partium facere de illicito licitum, nec est standum earum confessioni, vel
17 solidationi, vt hoc modo præcludatur via † fructibus, & cuicunq; vsurariæ prauitati à iure damnatæ. *Auth. ad hæc C. de vsur. cap. 1. eod. tit. Gratian. discept. for. cap. 851. num. 11. 12. & 23. Rota decis. 775. num. 2. par. 4. diuers. & decis. 51. num. 5. 559. num. 2. par. 1. recent. & decis. 292. num. 3. & 4. par. 7. diuers. & in Romana Cambij 7. Februarij 1641. coram R. P. D.*
18 *meo Bichio*, cũ lex suspicietur † in soluente huiusmodi vsuras coactam voluntatem, vt in dicta Auenionen. pecuniaria.

Nec etiam obstat quod huiusmodi manutentio non possit dari Io. Baptistæ Iannello ex per-
19 sona Camillæ, & ex eius possessione quæ non transfertur in hæredem, nisi extante Statuto continuante possessionem defuncti in hæredem, de
20 quo † cum non doceatur ita possessio Camillæ non videtur suffragari posse eidem Io: Baptistæ hęredi, vt in *Perusina manutentionis 21. Maij 1642. coram R. P. D. meo Cerro.*

Quia dum Camilla viuens litem contra Suardos

21 dos intentauit, & illam etiam fuit prosecuta, † illius vigore cum potuisset manutentionem petere, ita etiam hoc facere licuit Iannello hæredi cum
22 instantia cæpta cum defuncto † transeat in heredem, qui in iudicio manutentionis potest illud prosequi, & obtinere manutentionem ex persona suis Auctoris, *l. hæres absens, ff. de Iudic. DD. in cap. quia licet eod. tit. Lancell. de attent. par. 2. cap. 4. lim. 1. num. 19. Modern. de manut. obs. 55. nu. 45. & seq. Menoch. de retin. rem. 3. n. 62. Rota apud Pacif. decis. 141. num. 3. Buratt. dec. 312.* & ibi, *Adden. num. 16. vers. Secundo limitatur.* Quod autem Camilla instetit pro conseruatione suę possessionis patet ex prote-
23 stationibus eiusdem, quæ † sufficiunt, vt etiam dicatur petita manutentio, vt inquit. *Menoch. de retinend. remed. vlt. num. 27. & 28.*

Minusque facit quod vsque adhuc non appareat Ioannem Baptistam fuisse filium Camillę. Quia licet in quocunque iudicio sit necessaria
24 personarum legitimatio, † tamen hoc intelligitur parte opponente, & contradicente. Vnde cum Io: Baptista in toto hoc iudicio citauerit Suardos vti filius, & hæres dictæ Camillæ, & tanquam talis semper comparuerit nec dd. de Suardis ad id se opposuerint valet processus etiam nõ
25 secuta † personę legitimatione. *Ias. in rubr. C. qui admitti num. 4. Bober. decis. 171. num. 19. Rota decis. 307. nu. 7. part. 1. recent. & 264. & ibi Add. num. 6. coram Papa Greg. XV.*

Et ita vtraque parte informante fuit resolutũ.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Rheginen. Manutentionis

Lunæ 27. Iunij 1644.

ARGVMENTVM.

Alienatio facta lite pendente licet tanquam laborans vitio rei litigiosæ, subsistentiam non habeat, attamen quando reperitur facta ex causa necessaria antecedenti valet, & tenet. Iudex, quando non priuet aliquem sua possessione. Deliberatio bonorum facta sine citatione partis, & termino ad reluendum, tanquam nulliter facta non substinetur. Clericus non potest conueniri à Laico Iudice.

SVMMARIVM.

1 *Possessio anterior est manutenenda.*
2 *Cum Titulo possidens eo magis venit manutenendus.*
3 *Alienatio, seu datio in solutum facta lite pendente, impugnari potest, tamquam affecta vitio litigiosi, quod tamen limitatur.*
4 *Iudex potest priuare aliquem sua possessione, tam ciuiliter, quam naturaliter.*
5 *Iudex nulliter, & iniustè procedens, non transfert possessionem manutenibilem in aliquem.*
6 *Possessionem animo retinens potest obtinere manutentionem aduersus possidentem naturaliter.*
7 *Possessio capta post interpositam appellationem excusari non potest à vitio attentatorum.*
8 *Clerico permissa est appellatio de iure Canonico, in possessorio.*
9 *Iudicium factum sine citatione subsistentiam non habet.*
10 *Deliberatio bonorum facta sine citatione partis, non tenet.*
11 *Deliberatio bonorum, antequam fiat, debet concedi terminum parti ad reluendum.*
12 *Clericus non potest conueniri ex sententia Iudicis Laici.*
13 *Clericus non arctatur ex instantia cæpta contra laicum suum principalem.*

DECISIO CCCVIII.

Cæsar Cannizzonus vti Creditor Olimpiæ in summa scutorum 900. iudicium assistentię intentauit contra illius bona possessa ab Anna eiusdem nepta, ac hærede, in eoque sententiam fauorabilem reportauit à iudice Vicarię quam contra Clericum Hieronymum de Capua vti possessorem eorumdem bonorum exequi curauit impetrando à Vicario Capitulari Rhegineñ. decretum de illa vendendo, seu deliberando Carolo de Capua tanquam vltimo, & maiori oblatori, qui etiam ab eodem Vicario immissionem impetrauit. Cum verò ab ea deliberatione, & subsequuta immissione appellasset Hieronymus coram A. C. & decretum manutentionis obtinuisset, vti anterior possessor ex causa dationis insolutũ sibi factę ab Anna pro anteriori credito, quod eidem soluere tenebatur ex causa Dotis Auię maternę; Cõmissa mihi causa appellationis cum facultate manutenendi, quem de iure, Dubitaui cui concedenda esset manutentio, resolutum fuit ad fauorem
1 Hieronymi, quia de sui † anteriori possessione docet, in qua manuteneri debet iuxta textum in *cap. licet causam de probat. Bart. in l. vnic. num. 8. versic. si vero vterque probauit, C. vti possidetis Menoch. de retin. remed. 3. num. 725. Aretin. in § retinendæ num. 9. instit. de interdict.* dum maxime eadem pos-
2 sessio † corroboratur ex legitimo titulo dationis in solutum, vt notant communiter *Doctor. in l. vnic. C. vti possidet idem Menoch. de retinend. remed. 3. num. 733. Bouar. in interd vti possidet cap. 2. num. 99. Rot. coram Gregor. dec. 412. num. 2. vbi latè Addent. num. 5. & in Bononien. professionis 14. Martij 1622. coram bon. me. Merlino, & Vicentina administrationis 16. Decembris 1624. coram Remboldo*, quæ datio seu alienatio licet sequuta fuerit pendente lite,
3 impugnari non valet tanquam affecta † vitio litigiosi, dum facta fuit ex causa necessaria anterioris scilicet crediti quod, ab eadem Anna conferri debuerat Hieronymus *iuxta text. in l. alienationis, ff. famil. herciscund. Lancellot. de atten. 2. par. cap. 4. limit. 8. num. 11. & 12. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gloss. 14. num. 16 Roderic. de ann. reddit. lib. 2. quæst. 15. num. 81 cum aliis adductis in Romana Vineæ 27. Iunij 1640 coram bo. mem. Merlino.*

Non obstat, quod Carolus Aduersarius immissionem impetrauerit à Iudice in bonis controuersis, quæ anteà ex eiusdem auctoritate tanquam vltimo, ac maiori oblatori deliberari obtinuerat, à quo propterea † Iudice tunc tam ciuili quàm naturali possessione priuatus fuerit Hiero-
4 nymus iuxtà textum *in l. clam possidere, §. qui ad nundinans, ff. de acquir. possess. & l. qui Vniuersos, §. item Prætor, ff. eodem tit. & notant vtrobique Doct. Rot. decis. 534.*

cis. 634. par. 1. recent. & in Squillacen. Abbatiæ 21. Maij 1625. coram bon mem. Merlino.

5 Quia cum Iudex nulliter † & iniustè processerit, nec transtulit possessionem manutenibilem in personam Caroli, nec Hieronymum anteriori
6 possessione priuauit, dum se non habuit pro spoliato, qui ideo ratione ciuilis, quam animo retinuit, debet cõtra Carolũ occupantem naturalem, manuteneri vt tradit *Angel. de acquir. possess. qu. 18. art. 2. num. 97. & 101. Boccac. de interdict. vti possid. cap. 3. num. 13. Honded. cons. 20. num. 19. lib. 1. Rota coram Gregor. decis. 46. num. 5. & 9. & in decis. 106. num. 2. & 3. & decis. 135. num. 3. par. 1. recent.* dum
7 maximè eadem possessio Caroli excusari † non valet à vitio attentatorum, tanquam capta post interpositam appellationem à Hieronymo iuxtà textum *in cap. non solum de appell at. cum alijs per Lancellot. de attent. par. 2. capit. 12. in præfat. num. 78.*
8 cui tanquam † clerico de Iure canonico permissa erat appellatio in Iudicio assistentiæ licet possessorio *ex not. in Clem. 1. de caus. posses. & propr. & in Clem. 1. de sequestrat. possess. & fruct. vbi Card. num. 10. & in cap. cum ad sedem vbi gloss. not. in verb. Inter dictum circa fin. vers. & nota de restit. spol. Couar. pract. quæst. cap. 23. num. 9. vers. prima conclus. Afflict. decis. 269. num. 2. Rot. decis. 391. num. 3. par. 1. recent.*

Nullitas vero processus visa fuit concludi, tum
9 ex omissa citatione Hieronymi possessoris † tàm in Iudicio subhastationis quàm subsequutæ immissionis, sine qua nec consistere potuit dictum Iudicium, nec Hieronymus in eo sua possessione priuari, iuxtà textum *in l. vltim. C. si per vim, vel alio modo, & in capit. licet Episcopus de præbend. lib. 6. Honded. eod. cons. 20. nu. 19. lib. 1. Monoch. cons. 1073. num. 13. Rot. decis. 802. num. 7. part. 1. & decis. 179. num. 5. & decis. 187. num. 3. part. 4. diuers.* & in his
10 terminis † Iudicij deliberationis est textus *in l. Creditor, C. de distract. pign. notat. gloss. in l. à Diuo Pio; §. 2. in verb. videatur, ff. de re iudic. Mangil. de subhastat. quæst. 147. num. 10. & quæst. 180. num. 1. Rota coram Seraphino decis. 103. num. 3. & coram Gregor. decis. 416 num. 1.* tum ob non concessum ter-
11 minum † ad reluen. post decretum deliberationis necessarium, *iuxta tradita per Salust Tiber. in prax. lib. 1. cap. 41. num. 5. Rota coram Gregor decis. 416. n. 2. & in Vrbeuetana Domus 15. Decembris 1594. coram bon. mem. Card. Pamphilio post Magil. eod. tractat. de subhastat. dec. 51. numer. 15.* tum demum quia ea-
12 dem sententia lata coram Iudice † laico in Iudicio assistentiæ contra bona possessa ab Anna exequi non poterat contra Hieronymum in quem eadem bona transierant, cum ille tanquam clericus, & possessor conueniri non potuisset ex sententia Iudicis laici *iuxta not. in cap. At si clerici, cap. cum non ab homine, & in cap. qualiter de iudic. & in cap. Sancta Mariæ de constit. & in authent. statuimus, C. de Episc. & Cler. Abb. in cap. quoniam frequenter, §. sunt & alij num. 28. vers. conclude ergo vt lit. non contestata Soccin. sen. cons. 91. num. 13. & 14. lib. 3. Dec. cons. 700 num. 7. Purpurat. cons. 26 num. 1. Crass. de effect. Cleric. effect. 1. num* 906. Nec arctetur ex in-
13 stantia cæpta contra laicum suum auctorem *iuxta reg. traditam in cap. Nullus Clericus, & cap. Clericus 11. quæst. 1. notant. Doct. in capit. quia V. de iudic. vbi Butr. & Abb. num. 12. Imol. num. 3. Dec. nu. 37. Add. ad fel. num. 3. vers. & istam partem puto veriorem Rota coram Seraphin. dec. 957. nu. 9. & in decis. 5. num. 1. de for. comp. in antiq.*

Et ità vtraque, &c.

REVERENDISS. P. D. CERRO. SACRÆ ROTÆ DECANO.

Romana Legatis scutorum 50. mil.
Veneris 1. Iulij 1644.

ARGVMENTVM.

Magistralis est decisio ad effectum excludendi tàm multiplicationem legati, quàm præsumprionem donationis eo in casu quo testator post factum legatum superueniens emerat in fauorem legatarij officia, & loca montium condictione adiecta, quod si ipse de illis non disposuisset spectarent ad legatarium, quæ in legatum esse imputanda, non autem fuisse donata concluditur, vbi firmatur, quod totum id, quod quoquomodo apparet factum post aliquam causam, puta promissum, concessum, traditum, seù datum, semper censetur factum iuxta præcedentem causam, ab illa regulatur.

SVMMARIVM.

1 *Res vnius potest ad alium spectare pertinere, seu in eum transferri ex pluribus, & diuersis titulis.*
2 *Verbum* dò concedo, *& simile non importat donationem, vbi non apparet quo titulo quis det, seù concedat.*
3 *Verbum*, dò concedo, *& similia intelliguntur secundum subiectum materiam, & secundum suas causas, & titulo regulantur.*
4 *Officia, & loca montium empta per testatorem, ad fauorem legatarij legatum imputantur, & nu. 21. ac per totam decisionem.*
5 *Verba,* dò concedo, *& similia non important donationem quando alia causa præcedit.*
6 *Dans, vel dare promittens in dubio præsumitur id facere ex causa præcedenti.*
7 *Donatio non præsumitur vbi alia subest causa, etiam si quis dixerit,* tolle hanc pecuniam, vel do tibi, & concedo hanc pecuniam.
8 *Traditio nuda absque causa, puta venditionis, vel similis non importat translationem dominij.*
Amplia, quia nec minus importare potest donationem. num. 9.
10 *Officium emptum cum renouatione decreti ad fauorem alicuius, non censetur illi donatum, sed contra nu. 33. & seqq.*
11 *Solutionis anticipata commodum est in iure valde considerabile, & pretio æstimabile, & nu. seq. vbi amplia.*
12 *Commodum anticipatæ solutionis efficit ne inducatur noua donatio.*
13 *Legata non sola mortis testatoris, sed hereditatis aditione confirmantur.*
Legata accipi debent de manu hæredis nu. 13.
Limita conclusionem si res legata esset penes legatarium sup. sub num. 12.
14 *Legatum per testatorem in vita traditum pro sui confirmatione non requirit aditionem.*

15 *Te-*

15 *Testatur in dubio non præsumitur voluisse grauare hæredem ad fauorem legatarij duplici onere, & num.27.*
16 *Testator superuiuens potest hæredem in solutione legati præuenire, siuè tradendo legatum siuè aliam rem subrogando aut alium similem actum faciendo, & nu. 18. & 60.*
17 *Legatum factum de pecunia ex certa negotiatione redigenda si testator superuiuens ex eadem pecunia prædium emerat, eo casu prædium dicitur subrogatum loco pecuniæ legatæ.*
19 *Promissio facta per testatorem ad fauorem legatarij refertur ad causam præcedentis legati.*
Amplia conclusionem procedere etiam si causa legati non sit necessaria. nu.20.
22 *Res per testatorem legatario in vita simpliciter tradita cedit in causam præcedentis ligati, non autem pro nouo donationis titulo interpretatur.*
23 *Solutio, qualibet à testatore facta legatario intelligitur facta vti legatum exoneretur.*
24 *Donationis titulus præsumi non debet, si actus potest ad aliam referri causam.*
25 *Donatio non præsumitur vbi alia fieri potest interpretatio.*
Donationem ad excludendam qualibet coniectura, vel leuis occasio sufficit num. 25.
26 *Legatum vtrumque debetur si testator bis legauit in diuersis scripturis declarat, vt num.seqq.*
Text. in l. quinquaginta alias quingenta, ff. de probationibus *declaratur num.26.& num. 28. & seq. ac n. 39. et 43.*
30 *Legatum duplex nunquam debetur etiam, quod testator bis legauerit si aliqua potest in legatario considerari vtilitas, siue ratione modi, siue temporis, aut executionis.*
31 *Text. in l. quinquaginta, aliàs quingenta, ff. de probat. non solum fundatur in eo, quod ibi adsint duæ scripturæ, sed etiam in eo quod dd. scripturæ contineant duas expressas, et distinctas dispositiones.*
32 *Hæres probare debet voluntatem testatoris, quod scilicet ex duplici legato facto ad fauorem alicuius vnum tantum solui voluerit, et supra num.26.*
34 *Verba generalia, quæ ad vnam tantum causam referri possunt, habentur pro specialibus, & expressis.*
35 *Verba licet generaliter prolata, nihilominus ad causam præcedentem referri debent.*
36 *Factum posterius generale, et dubium intelligitur secundum ordinationem præcedentem.*
37 *Dominij translatio in dubio censetur facta ex causa præcedenti.*
38 *Donatio causa mortis rectè fit per verba generalia* do, concedo, & similia, *intellige vt numer.40. et 41.*
39 *Donatio causa mortis æquiparatur legato.*
42 *Verba generalia non important donationem, nisi illam pernecessè inferant.*
44 *Legatum factum per maritum vxori, de certa quantitate, illi debetur vltrà dotem.*
45 *Verbum,* legato, *importat donationem expressam.*
46 *Promissio simplex sine titulo faciliùs præsumitur facta animo compensandi, quam legatum.*
47 *Causæ duæ lucratiuæ non concurrunt in vxore recipiente dotem, et legatum.*
Vxor recipiens dotem, recipit id quod aliàs ipsa soluit. num. 47.
48 *Compensatio, quæ prouenit ex vltima voluntate testatoris fit etiam de specie ad quantitatem, et è contra ac num.65.66.et 67.*
49 *Testator qui ad fauorem legatarij emit officia, et loca montium, si ea non emisset, pretium, quod pro illis resoluit penès ipsum remansisset.*
50 *Coniecturæ multum attenduntur ad effectum excludendi duplicationem legati.*
51 *Testator qui primogenituram ad fauorem agnationis reliquit non est verisimile, quod illam voluerit extenuare ad fauorem legatarij in notabili summa vltra legatum.*
54 *Causa augendi legatum in notabili quantitate, vel nouam donationem faciendi ad fauorem legatarij si non apparet in testatore fuisse, nec legatum censetur auctum, nec noua facta dicitur donatio.*
53 *Legatum factum ratione affectionis, et coniunctionis sanguinis, licet noua causa non superuenerit, nihilominùs potest ex illa capi coniecturam, quod fuerit auctum, et duplicatum, sed contra. nu. 57.*
54 *Verba impropriantur ad excludendam multiplicationem legati, vbi nulla subest causa multiplicationis illius.*
Amplia conclusionem procedere, etiam ad excludendam nouam donationem ibid.
55 *Traditio simpliciter facta censetur facta ex causa, et titulo præexistenti si vnicus sit, si verò sint plures refertur ad causam necessariam, vbi altera est voluntaria, vtraque verò necessaria, seù voluntaria in duriorem causam præsumitur, et num. seq.*
57 *Affectio, et ratio sanguinis non sufficiunt ad multiplicationem legati.*
Affectio, et ratio sanguinis plurimum operantur ad interpretationem legati, vt valeat, et substineatur. num. 57.
58 *Coniectura deducta ex affectione et coniunctione sanguinis reputatur friuola, et inefficax, vbi agitur de summa notabili.*
59 *Voluntas hominis licet sit ambulatoria tamen mutatio non ità de facili presumitur, dum causa non affertur.*
60 *Officium emptum ex pecunia redacta ex eo corpore hæreditario, ex quo legatum erat soluendum, si fuit legatario traditum, datum intelligitur ex causa præcedentis legati, non autem donatum.*
61 *Coniectura elicita ex verbis testamenti, ex illius verisimili mente plurium attendi debet ad interpretationem voluntatis testatoris.*
62 *Diuersitas modica duarum dispositionem non tollunt concordiam, vt vniformitatem illis partibus, quæ substantiam respiciunt.*
63 *Legatum non fuisse ademptum, sed illi fuisse pleniùs, & vtilius satisfactum sunt termini valdè diuersi.*
64 *Diuersitas summæ licèt arguat diuersitatem dispositionis, hoc tamen non procedit, quando aliud suadetur ex coniecturata mente testatoris.*
65 *In officijs, & locis montium non consideratur titulus, qui non est in commercio, sed pretium, & æstimatio.*
68 *Periculum, quod dependet à voluntate partis non habetur in consideratione.*
69 *Legatum, quod censeatur per testatorum solutum intelligitur in eo, quod ad manus legatarij peruenit, & nihil facit si peruenire non potuerit.*
70 *Legatum non efficitur irreuocabile, nisi per mortem.*
71 *Coniecturam ad eius fauorem quis non potest deducere ex propria assertione.*

Te-

72 *Testator cum potuerit aliquod declarare, & non declarauit, voluisse censetur.*

Coniectura, quæ resultat ex eo, quod testator poterat si volebat se declarare, non habet locum quoties illa æquiuoca redditur, cum in vtramque partem declarationem facere potuisset, num. 72.

73 *Testator, quod facere omisit coniecturis suppletur.*

DECISIO CCCIX.

POST resolutionem in hac causa emanatam 26. Iunij 1641. *ad fauorem Marchionis Andreæ pro reuocatione sententiæ Rotalis, noua audientia per Camillum de Maximis ex solita DD. benignitate propter grauitatem causæ obtenta: pluries proposui causam super eisdem, & Domini re diligenter, ac maturè discussa, hodie steterunt in decisis ex pluribus.

Et præcipuè, quia Marchio Vincentius in eius testamento Camillo eius nepoti scuta 50. mil. tantum iure legati reliquit, & successiuè officia, & loca montium diuersis temporibus emit cum decreto ad fauorem Legatarij per huiusmodi, vel similia verba. *Et casu quo Marchio Vincentius de illis in vitam non disposuerit ad Camillum spectent, & pertineant, &c.* quæ quidem verba *spectent, & pertineant*, sunt generalia, & neque legatum, neque expressam donationem inter viuos, vel causa mortis de necessitate important, sed potius in eorum generalitate remanent, cum res vnius ad alium spectare, & pertinere, seu in eum transferri
1 possit † ex pluribus, & diuersis titulis nempè legati, commodati, præcarij, mutui, & similibus, de quibus per *glos. in cap. 1. in verb. titul. de vsur. in 6. Imol. in l. si fundum num. 3. post med. vers. sed certè, ff. de verb. oblig. Menoch. lib. 3. præsumpt. 34. numer. 21.* & quod verbum *do, concedo*, & simile etiã
2 transferendo dominium per se ipsum non importet donationem, quando non apparet, quo titulo quis det, seu concedat, tradit *Abb. in cap. cum Venerabilis num. 11. versic. quod puto verum de except. Felin. in cap. si cautio num. 5. post princ. versic. nisi alia coniectura de fid. instrum. Bart. in l. 1. §. si parens num. 1. ff. si à parent. quis manum. Ias. in l. si quando, §. & generaliter num. 3. vers. secundo nota limita, C. de inoff. test. Alex. in l. si donatione num. 17. in fin. C. de collat. & cons. 142. num. 22. lib. 2. Corn. cons. 64. nu. 8. lib. 3. Cephal. cons. 183. num. 42.* dd. enim verba semper intelliguntur secundum subiectam mate-
3 riam, † & secundum causas, & titulos præcedentes regulantur, vt in fortioribus terminis de verbo, *dono*, est *text. expressus in l. si vno in princ. vers. et si verbo, & ibi glos. in verb. sed transactio, ff. locat. Aret. cons. 159. num. 15. & 16.*

Vnde sequitur, quod supradicta verba in præsenti casu non important donationem, sed potius
4 ad præcedentem causam legati referri debent, Itaut omnino dicendum sit istam subsecutam emptionem officiorum, & locorum montium factam fuisse in satisfactionem præcedentis legati, vt firmatum fuit in *decis. quæ reuidetur*, & faciunt tradita per *Mantic. de tacit. lib. 3. tit. 5. num. 2. in fin.* Vbi
5 quod huiusmodi verba, *do, concedo*, † & similia, non important donationem quando alia causa præcedit. Et quod is, qui aliquid alteri dat, vel
6 dare promittit † in dubio præsumatur id facere ex causa, quæ præcedit, *Bart. in l. Triticum nu. 2. ff. de verb. oblig. Alex. in l. à Titio, num. 6. versic. 2. limita, ff. eod. Corn. cons. 210. num. 4. in fin. versic. Nec obstant lib. 1. Phanuc. de lucr. dot. glos. 8. numer. 96. Crauett. cons. 680. num. 6. & 7. Surd. cons. 14. nu. 2. vers. Sequens actus, & num. 10. & consil. 119. nu. 16.*
7 & vbi præcedit alia causa donatio non † præsumitur, etiam si quis dixerit; *Tolle hanc pecuniam, vel do, seu concedo tibi hanc pecuniam*, vt dicit idem *Bart. in l. cum quid num. 11. vers. sed si non fuit actum, ff. si cert. per Imol. in d. l. si fundum 114. post princ. vers. & nota prædicta, ff. de verb. oblig. Soccin. sen. cons. 93. num. 16. in fin. & num. 17. lib. 1.* Et facit, quod sicut nuda traditio absque causa, puta venditio-
8 nis, vel similis † non importat translationem dominij, *l. nunquam nuda, ff. de acquir. rer. domin.* Ità
9 tanto minus importare potest donationem, † quæ vltra dominij translationem continet etiam causam ipsius, quæ est liberalitas, & munificentia, *l. 1. ff. de donat. cum simil.* Et ita ponderat *Soccin. sen. d. cons. 93. num. 16. in fin. vers. confirmatur etiam*
10 *lib. 1.* Et in terminis decreti seruati ad fauorem alterius *Honded. cons. 39. num. 35. & seq. lib. 2. Rota diuers. dec. 262. num. 8. par. 1. & in Romana, seu Bonon. prætensi Clericatus Cameræ coram bon. me. DD. Card. Virili, Pirouano, & Merlino, ac alijs in decis. quæ reuidetur in princ. alleg.*

Vlterius placuit etiam Dominis, quod, vt in decis. post princ. ponderatum fuit, cum legatum scut. 50. mil. esset soluendum per plures annos post mortem Testatoris, & paulatim in annua summa ex fructibus bonorum hæreditariorum, ac certis alijs pecunijs hæreditarijs indigenda solutis prius debitis hæreditarijs ascenden. ad considerabilem summam scut. 100. mil. & vltra, vt clarè deducitur ex verbis testamenti, ibi, *Da pagarseli dal mio herede, &c. quando restaranno pagati, e sodisfatti tutti li miei Creditori, che si troueranno nel tempo della mia morte, &c. applicandoui tutti li frutti de' Censi, e de' Monti, e d'altre entrate mie, che di mano in mano si anderanno riscotendo, e si doueranno depositare nel Monte della Pietà nel conto sotto mio nome num. 4. &c.* Officia verò, & loca montium re-
11 manere debent, † prout remanserunt, ipsi legatario statim mortuo Testatore subintrat represẽtationis, seu anticipatæ solutionis præcedentis legati commodum, quod est in Iure valdè considerabile, & pretio æstimabile, iuxt. *l. 1. si quis creditori suo, ff. ad l. falcid. l. debitor decem ibi medij temporis commodum, ff. de legat. 2. §. ex contrario, §. sed si vxori Instit. de legat. Nunez cons. 25. num. 2.* Vbi
12 quod commodum anticipatæ solutionis † operatur ne inducatur noua donatio, cum alijs latè in *decis. de qua agitur adductis post princ. versic. vtilitas autem.*

Quinimò huiusmodi commodum repræsentationis placuit, posse etiam deduci ex eo, quia Camillus officia, & loca montium vigore d. Decreti consequi poterat, prout consequutus fuit propria auctoritate, ac ante hæreditatis aditionem, quod facere non potuisset de simplici legato scut. 50. mil. ex quo legata non sola morte te-
13 statoris, sed hæreditatis aditione † confirmantur, & de manu hæredis capi debent *Rip. in l. sciendum num. 18. ff. de legat. 1. cum alijs adductis in d. decis. de qua agitur fol. 2. in princ.* Et quod legatum à Testatore

14 tore in vita traditum † pro sui confirmatione aditione non requirat, dicit *Ias. in l.eam quam nu. 20. vers.vltra. Bart. adde casum, C.de fideicom.Surd. cons.14.n.5.Afflict.dec.275.nu.5.*

Præterea pro præmissorum comprobatione, iterum DD, ponderarunt, quod si emptio officiorum, & locorum montium, cum d. decreto interpretaretur pro nouo titulo donationis, eadem bona, seu hæreditas Testatoris grauarentur duplici onere summæ, scilicet legati scut.50 mil. & pretij officiorum, & locorum montium alio-
15 rum scutorum 36. mil. † quod tamen Testator in dubio voluisse non præsumitur, *l. Titia la 1.§. qui inuita ff. de legat. 2. l. huiusmodi, §. cum Pater, ff. de legat. 1. cum alijs in d.decis. de qua agitur, adductis fol.3.in fin.vers.præsertim quando agitur.*

Ac etiam ponderarunt non esse nouum in Iure, quod Testator superuiuens hæredem in solu-
16 tione legati præueniat, † siue tradendo legatum, siue aliam rem subrogando, siuè alium similem actum faciendo, *vt in l.Pater inter filios ff. de adim. leg.* vbi Pater legauerat pecuniam ex certa negotiatione redigendam. Et quia ipsemet superui-
17 uens ex eadem pecunia prædium † emerat Text. dicit Testatorem censeri subrogasse Prædium loco pecuniæ legatæ in *l.fideicommissa, §.si rem suam,*
18 *ff.de leg.3.* Vbi res dicitur per Testatorem empta, vel pecunia depositata in satisfactionem præcedentis legati, & de legato per testatorem in vita Legatario tradito loquuntur *Ias.Surd.& Afflict.in locis supracitatis cum simil.* & de promissione facta
19 per testatorem, † quod illa referatur ad causam præcedentis legati. *Corn.d.consil.210.num.4. in fin. vers. Nec obstant lib. 1. Phanuc. de lucr. dot. glos. 8. num. 96.* etiam quod causa legati non sit necessa-
20 ria, † quia Ius præuentiuæ satisfactionis, quæ fit per Testatorem non stat in præcedenti causa necessaria, sed in eo, quod Testator intendit dissoluere obligationem futuram *Marescott. variar.resolut. lib.1.cap.58.num.25. & 26.*

Ex quibus eo facilius consequitur, quod etiam in præsenti casu dicatur testamentum continere substantiam legati scut. 50. mil. & præfatum decretum emptionis officiorum, & locorum mon-
21 tium † operetur eiusdem legati solutionem, vt in similibus terminis, vltra supra allegatos dixit *Surd.d.cons.119.num.18.vers. pariter non aduersatur, post Alex. in d.l.huiusmodi, § cum Pater numer.5.post med. vers. Non obstat d. l.libertis, ff. de legat 1.* sentit *Bart. in d. l. Triticum num. 2. ff. de verb. oblig.* Et specialiter quod res per Testatorem legatario in
22 vita simpliciter tradita † cedat in causam præcedentis legati, non autem pro nouo donationis titulo interpretetur, tradit *Vasq. de success. creat. lib.2. §.17. requis. 28.num. 112. Couar. in rubr.de testam.par. 2. num. 21. in fin. versic. et ideo irreuocabilem. Rimin.sen. cons.230. num.3. in fin. lib. 2.* vbi pro regula firmat, quod omnis solutio in dubio
23 videtur facta, † vt legatum exoneretur *Laderch. Imol.cons.127.num.12. Surd.d. cons.14.num.10.versic non etiam subsistit.* vbi quod donationis titulus
24 præsumendus non est, quando † actus referri potest ad aliam causam, nempe ad legatum *Fab.de Ann.cons.95.num.45.circa fin.* & faciunt regulæ generales, quod donatio nunquam præsumitur
25 quando alia interpretatio fieri potest, † & quod quæuis coniectura, vel leuis occasio ad excludendam donationem sufficit, & similes, de quibus in *decis. de qua agitur, post princ.*

Non obstat, quod vbi testator in diuersis scripturis facit duo legata eiusdem quantitatis, vtrū-
26 que † in dubio debeatur, nisi hæres contrariam voluntatem Testatoris probauerit iuxt. *d. l. quinquaginta alias quingenta, ff. de probat.* Quia fuit responsum terminos huius legis esse longè diuersos, Tum quia ibi duo legata sunt specialiter, & expresse facta, Tum etiam, quia solutio vtriusque legati erat collata in idem tempus mortis, In præsenti autem casu, neque adsunt duo legata, cum verba decreti officiorum, & locorum montium sint generalia, neque specialem titulum legati, seu donationis continent, nec etiam solutio legati collata est in tempus mortis, sed longè post mortem, & cum Testator in casu isto expresse suum hæredem, seu bona hereditaria duplici one-
27 re non grauauerit † id voluisse non præsumitur, maximè concurrentibus etiam coniecturis, cum alij pro Marchione Andrea, *supra, et in decis. de qua agitur ponderatis.*

Et quod *d. l. quinquaginta* procedat, quando solutio vtriusque legati collata est in idem tem-
28 pus mortis, † ita, & taliter, quod nisi vtrumque deberetur, alterum remaneret inane, apparet ex lectura ipsius Text. & trad.ibi, Doct.qui proinde inferunt, quod vbi secunda dispositio potest ali-
29 quid operari, † *d. l. quinquaginta* locum non habet, vt post alios expresse firmat *Fab. de Ann. d. cons. 91.nu.45.circa fin.Franch.decis.422.num.5.et 8. cum alijs adductis in decis. de qua agitur fol.1.vers. Et in hanc sententiam et fol.3. vers. et ex his patet.*

Imò sufficit quæcumque vtilitas, vel rationis
30 modi, vel temporis, † vel declarationis, vel executionis, vt sunt apertissimi *text. in l. si Socer. ff.de dot. præleg.l.filia legatorum,C.de legat.§.si quis debitori, § ex contrario Instit. de legat. Ias. in l. huiusmodi, §. cum Pater nu 7.vers. sed ego clarius, ff. de legat. 1. Camill. Med. cons. 125.n 8. Laderch.Imol. cons.127. num. 12.vers. Non obstat.*

Neque *d. l. quinquaginta* est fundata solum in
31 eo, quod ibi adsint duæ scripturæ, † sed etiam in eo, quod ipse scripturæ contineant duas expressas, & distinctas dispositiones, eodem tamen tempore executioni demandandas, vt declarat ibi *Fulgos. num. 1.Florian. de S. Petro num.2.vers.Item not. glos. in l. Sempronius, Proculo in verb.aurei,ff. de legat. 2. cum alijs in decis. alleg.*

Hinc sequitur, quod in præsenti casu onus probandi contrariam voluntatem Testatoris non
32 possit dici spectare ad hæredem † ex *d. l. quinquaginta*, quia illa loquitur in diuersis terminis *iuxt. l. Papinianus in princ. ff. de minor l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquir, possess.* Præsertim quia in casu isto agitur de vnico legato contento in Testamento, & de decreto facto per verba generalia absque aliquo speciali titulo legati, donationis, seu alio, vt supra, & latius in *decis.* firmatur.

Nec subsistit, quod huiusmodi decretum in officijs, & locis montium, etiam per verba gene-
33 ralia appositum, expressam donationem importet ex allegatis in *Romana Scriptoria coram bon me. Lugdunen. relata per Gratian. disceptat.221.num 19.*

Quia placuit responsio, id esse intelligendum quoad potentiam tantum, quatenus scilicet non procedit alius titulus, vel alia causa. Nam tunc
34 verba generalia, quæ ad vnam tantum causam referri possunt pro specialibus, & expressis habentur *Alex.cons. 29.num.1.vers.& subdit quod speciale lib.1.Ruin.cons.68.num.1.vers. & tanto magis, & vers. nec etiam respectu lib. 4. Peregrin. de fideicomm.art.6.num.16.in fin. Rot. coram Greg. XV. dec. 90.num.3.* Aliud autem est quando, prout in præsenti casu præcedit alius titulus, quia tunc ver-
35 ba generalia † ad causam tantum præcedentem referri debent, vt dicit etiam *Bald.in d.dec.Rom. Scriptoriæ allegatus, in l.filiæ, num.1.in fin. C. famil. ercisc.* Vbi quod factum posterius generale, & du-
36 bium † secundum ordinationem præcedentem intelligitur. Et in terminis Decreti *Rot.dec. 151. num.41.apud Pacif.de Saluian.& in Romana legitimæ 22.Iunij 1640.coram Reuerendiss.D.meo Decano*, & manifestè apparet ex pluribus supra deductis, ex quibus remanet etiam sublatum, quod eadem verba Decreti generalia importent translationem dominij in ipsum legatarium, quia ex ea ad donationem necessario non infertur, cum dominij translatio ex pluribus, & diuersis causis, seu titulis fieri possit. Et in dubio regulariter ex cau-
37 sa præcedenti facta † censeatur ex iam dictis, quod etiam fuit admissum in priori instantia huius *causæ in secunda dec.coram R. D. meo Decano*.

Ex his visum etiam fuit cessare, quod huiusmodi decretum in officijs, & locis montium appositum, importet donationem causa mortis, quæ habet minorem Iuris resistentiam, quam
38 donatio inter viuos. Itaut per verba generalia *do concedo*, & similia donatio causa mortis rectè fiat, vt *in l.2. vers. tertium genus, ff. de donat. caus. mort.cum alijs pro legatario allegatis*; Fuit enim responsum, quod cum dictum decretum in præsenti casu sit solum factum per verba generalia absque aliquo speciali, & expresso titulo donationis inter viuos, causa mortis, vel alio ipsum decretum in præexistentem causam, ac titulum legati factum censetur, vt dictum est, & facit, quod sicut in præsenti casu non applicatur, quod dicitur de duobus legatis, iuxta terminos *dict. l. quinquaginta ex supradictis*. Ita etiam cessat, quod dici potest de legato, & donatione causa mortis
39 † quæ legato æquiparatur. *l.& si debitor in fin.ff. de donat.caus.mort.cum simil.* & ad id quod verba generalia *do, concedo*, & similia, importent do-
40 nationem causa mortis, & placuit responsio id esse intelligendum, quando quis aliquid dat expresso titulo donationis causa mortis, vt in *d. l. 2.versic.tertium genus, ff.de donat. caus. mort. Soccin. cons.93.num.15. lib.1. & alijs*, vel vbi non adest alius titulus, qui ex primi possit, nisi titulus donationis causa mortis, qui proindè pro expresso
41 habetur. † Aliud autem est, quando prout in casu isto præcedit alius titulus, vt supra dictum est, & benè etiam probat *Ancharan.cons.42. nu.4. ante fin.vers. Ex quibus satis aperte, & in terminis decreti Rota in dec.151.n.4.apud Pacif.de Saluian.* vbi quod verba quantumuis generalia donationem
42 non important † nisi illam pernecesse inferant, & in *Romana, seu Bononien. pretij Clericatus Cameræ supra allegatis*.

Et suppradicti DD. non faciunt vim in eo, vt prætendunt scribentes pro D.Camillo, quod secunda dispositio sit inter viuos, sed in eo quod habet, & habere potest effectum executiuum pri-
43 mæ, quæ est ratio, ob quam cessat *l.quinquaginta* vt ipsi considerant, & idem firmat *Marescot. var. resol lib.1.cap.58.n.25.& alij omnes supra, & in decis. quæ reuidetur allegati*.

Neque etiam obstat, quod si maritus leget
44 vxori certam quantitatem, illa vxori debeatur vltra dotem *l.vnic.§. primum itaque vers. sciendum C.de rei vxor.act.l.creditorum ff.de legat.2.* Quia placuit responsio, quod in his, & similibus legibus agitur de secunda dispositione per verbum, *lego*,
45 quod importat donationem expressam *l. legatum ff.de legat.2.instit.eod.tit.in princ.* In præsenti autem casu simplex decretum vti factum solum per verba generalia non continet aliquem specialem, & expressum titulum legati, donationis inter viuos, causa mortis, vel similem, ac propterea eo facilius in præcedentem causam legati cedere debet, ex iam dictis. Et hanc differentiam inter legatum, & simplicem promissionem sine speciali titulo, quod scilicet in promissione sine ti-
46 tulo faciliùs præsumatur animus compensandi, quam in legato in terminis *d.l.vnic. & simil. tradit Corn.cons.210.num.4.iuncto n.11.vers.facit etiam vsque ad num.17.lib.1. sequitur Fhanuc. de lucr.dot. glos.8.num.96.Barbos.in l.1.par.4.sub num.58.& 60. ff.solut.matr.& alter Barbos.iun.in collect. super C. in d.l.vnic.§ Primum itaque num.18. C. de rei vxor.act.* Maximè quia in *d.l.vnic.& simil.* hæres non potest dici duplici onere grauatus dum soluit, seu restituit dotem, quæ erat propria ipsius vxoris legatariæ, nec in ipsa vxore creditrice concurrunt
47 duæ causæ lucratiuæ, quæ concurrerent in hoc casu, cum ipsa vxor respectu dotis recipiat id quod alias soluit, prout similiter ita specialiter, *ad text.in d.§.primum itaque, vers.sciendum, respondet Bald.in eodem §.primum itaque in princ.Ioan. Lopez super ll.Tauri l.16.num.15.Natt.cons.109.nu.9. vers.& si dicatur. Rota coram Papa Gregor.dec.236. num.7.*

Minus releuat, quod cum Testator legauerit quantitatem, postea emerit officia, & loca montium remaneat exclusa compensatio, quæ de specie ad quantitatem non datur. Placuit enim responsio, quod in casu isto non agitur de compensatione, sed de subsequenti dispositione facta in satisfactionem, seu executionem præcedentis ex pluribus supra deductis, & facit quia compensatio, quæ prouenit ex vltima voluntate
48 Testatoris fit, etiam de specie ad quantitatem *l.si compensandi C.de hæred.instit.cum alijs in decis. de qua agitur adductis, vers.nec ex eo in fin.* in qua fuit etiam pro responsione ponderatum, quod in emptione officiorum, & locorum montium, non tam considerantur ipsa officia, & loca montium, quàm pretium, quod Testator de suis pecunijs
49 soluit, & cuius propterea creditor remansisset, iuxta *l.& si de tua Cod. de donat. inter vir. & vxor.* cum adductis per *Rotam dec.166.n.7.apud.Cenc.de cens.& simil.*

Sed visa fuit cessare omnis disputatio ex pluribus coniecturis, etiam ex verbis testamenti de-
50 sumptis, quæ ad istum effectum excludendi dupli-

pli-

plicationem dispositionum plurimum attenduntur, *Fulgos. in d. l. quinquaginta circa fin. vers. refert. Alberic. Alex. n. 4. vers. & hæc verba, ff. de probat. Bald. cons. 163. n. 3. vers. quod babita lib. 5. Abb. cons. 4. num. 8. vers. præterea par. 2.*

Prima est, quia Testator expressit enixam voluntatem ipsius integrè conseruandi bona, & primogenituram in eius agnatione, mandando eandem primogenituram augeri ex certo annuo inuestimento redditum hæreditatis, incipien. statim, atque creditoribus hæreditarijs, & legatario de eisdem redditibus satisfactum fuerit, &

51 postmodum in perpetuum continuando. Itaut non sit verisimile, quod idem Testator voluerit eadem bona, & hæreditatem extenuare in tam notabili summa scutorum 36. mil. vltra legatum scut. 50. mil. vt per *Afflict. dec. 44. num. 21. Rota decis. 312. n. 6. par. 7. rec.*

Secunda huic succedit, quæ præcedentem fortificat. Quia à dicto tempore Testamenti, quo Marchio Vincentius legauit scuta 50. mil. Camillo ad tempus, quo incæpit, & successiuè vsque ad mortem continuauit emere officia, & loca montium, nulla adducitur, neque apparet superuenisse noua causa maioris affectionis in Testatore, vel maioris meriti in Camillo, vel grauioris istius necessitatis, seù prosperæ fortunæ adauctiuæ status Testatoris, vel aliqua alia causa, ob quam verisimiliter præsumi possit ipsum fuisse inductum ad augendum legatum, seu addendam nouam donationem tantæ summæ scutorum 36.

52 mil. quam si facere voluisset poterat vno, codemque legato in testamento comprehendere, ac proinde ab omni verisimilitudine alienum visum fuit, quod Testator, qui tam anxiè, & sollicitè suarum facultatum conseruationi, & augmento incubuit pro decore, & ampliatione eius primogenituræ, vt apparet ex toto eius Testamenti contextu, voluerit, absque vlla noua superuenienti causa, tam profusam liberalitatem exercere, & noua donatione se, suumque hæredem grauare, *Rimin. iun. in repet. rubr. instr. de donat. numer. 113. Honded. cons. 30. num. 27. lib. 2. Phanuc. de lucr. dot. gloss. 8. num. 95. vers. pro compensatione Cyriac. controu. 326. n. 6. vbi post Bald. quod hoc casu argueretur stultitia, fatuitas, & dementia.*

Nec obstat, quod dicatur hoc legatum fuisse factum ex causa affectionis, & coniunctionis sanguinis, quæ causæ operantur, quod licet no-

53 ua causa superuenisse non doceatur; nihilominus præsumi possit legatum ex illis fuisse auctum & duplicatum. *Rimin. iun. cons. 492. num. 4. Manent. cons. 117. n. 6. Franch. dec. 422. num. 4. Greg. dec. 236. num. 8. & seq.* Quia vltra responsiones datas in altera *dec. §. nec releuat*, DD. dixerunt istam distinctionem non applicari, quia illa intrat quando agitur de subsequenti legato facto expresè ob eamdem causam ob quam fuit factum præcedens quo casu cum titulus legati donationem importet, lex quæ illam excludere intendit inuestigat naturam causæ expressæ. Et si talis sit quæ non recipiat multiplicationem itaut censeri possit

54 per vnius legati præstationem, impleta, & consumpta impropriat verba, & præsumptionem nouæ donationis, & duplicationem legati excludit, *iux. tex. in l. libertis, ff. de alim. & cibar. leg. & in his terminis loquuntur adducti in contrarium*, secus est quando, vt in casu nostro agitur de traditione simpliciter facta absque titulo, & sine expressione alicuius causæ, quia tunc non attenditur An causa quæ procedit sit multiplicabilis, vel non sed traditio indistinctè præsumitur facta ex illo

55 titulo, & illa causa præexistenti, si vnica sit *Crauett. cons. 686. num. 6. & 7.* Si verò essent plures,

56 quarum vna esset voluntaria, alia necessaria traditio ad causam necessariam refertur, *iux. decis. Greg. 326. per tot.* Vtraque verò existente necessaria, seu voluntaria præsumitur facta in causam duriorem.

Verum cessat omnis difficultas, quia affectio, & ratio sanguiqis non sunt causæ sufficientes, vt

57 legatum multiplicetur, solum enim operantur quando agitur de facienda fauorabili interpretatione legati, vt valeat, & sustineatur, non autem vt duplicetur, & hæres in plus grauetur, vt not. *Alber. in l. filia legatorum num. 2. C. de legat. Ias. in l. huiusmodi, §. cum pater num. 7. ff. de legat. 1. Decian. resp. 89. n. 11. lib. 5. Menoch. cons. 1248. n. 6. Gabr. cons. 103. n. 10. lib. 1.* quæ efficacius procedunt cum hic non agatur de parua, sed de magna summa. Quo casu coniectura adducta ex affectione, &

58 coniunctione sanguinis friuola, & in efficax reputatur, *glos. in l. cum quid in verb. pro cauto, vers. sed quid si non appareat, ff. si cert. pet. cum alijs adductis per Mantic. de tacit. lib. 13. tit. 2. num. 6. vers. etsi.*

Tertia est efficax, ac valdè releuans coniectura, quod de tempore legati vigebant eædem causæ affectionis, & sanguinis, & tamen testator noluit legare nisi dicta scuta 50. mil. Quinimo expresè mandauit, quod Camillus non posset quidquam aliud ab eius hęreditate prætendere, quæ verba ostendunt eius animum in futurum non relinquendi aliud, & licet voluntas hominis sit ambulatoria, attamen mutatio non

59 ita de facili præsumitur, dum non constat superuenisse aliquam causam nouam, ob quam verisimiliter censeri possit facta immutatio, vt in terminis sic ratiocinatur *Menoch. d. cons. 1248. n. 7. & 8. cum alijs in decisione, quæ reuidetur ex supra allegatis.*

Quarta coniectura ex eo desumitur, quia hic adest probabilis causa ob quam Testator verisimiliter potest censeri motus ad emendum officia, & loca montium cum reseruatione decreti ad fauorem Camilli, quæ sola sufficeret ad excludendam donationem præsumptam, ad quem effectum satis est causam coniecturari posse, vt fuit dictum. Cum enim Testator enixè cuperet, quod legatum scutorum 50. mil. ab eo factum Camillo, quem maximè diligebat eidem promptè, & cum omni facilitate persolueretur, vt viuens eo frui posset, prout ipse hanc sui animi sollicitudine exponit his verbis *Et questo pagamento dalli scudi 50. mil. il mio herede, ò quelli che li succederanno in vigore di questo mio vltimo testamento lo debbano fare prontamente, e con ogni facilità, &c.* E contra verò cognosceret id iuxta eius votum succedere non posse. Quia legatum erat soluendum paulatim ex fructibus hæreditarijs, postquam ex eisdem fuissent satisfacti omnes eius creditores ad magnam summam ascendentes, quod non nisi considerabili tem-

temporis interuallo fieri poterat; vt agnouit etiã ipse Testator, ibi, *Il che con progresso di qualche poco tempo si potrà arriuare*. Adeout Camillus qui iam senior euaserat, & alijs vitæ ærumnis confectus erat, vix sua vita durante legatum consequi, & frui potuisset verisimile est, quod Testator animaduertens post testamentum damnum, quod Camillus pati poterat, & hac dilatione temporis ab eo præuisa, & ex alijs etiam quæ ex diuersis casuum circumstantijs in similibus committi solent, inuenerit hunc modum, quo sublata omni mora indemnitati Camilli consuleret, & quod præueniendo hæredem cæperit emere officia, & loca montium cum reseruatione decreti ad fauorem Camilli, qua mediante commodum legati, statim, mortuo ipso Testatore consequeretur. Et quod ista officia, & loca montium quodammodo loco pecuniæ legatæ subrogare voluerit, iuxta *textum in l. Pater inter filios 23. ff. de alim. leg.* Præsertim cum officia, & loca montium empta fuerint ex fructibus perceptis ex illo eodem corpore hæreditatis, ex quo legatum erat soluendum,
60 quo casu traditio sequens semper intelligitur facta ex causa præcedenti, non autem ex causa donationis, vt expresse post *Bart. firmat Castr. in l. frater à fratre num.29. & ibid. Ias. num.37. post med. vers. dicit tamen singulariter Bartol. vbi dicit esse menti tenendũ, & his signandum, ff. de cond. indeb, & egregiè Petr. Gerard. de Petra sau. sing. 56. int. sing. Doct. tom. 1. fol. mihi 294.*

Et stringit efficacius hæc coniectura, cum ex alijs etiam appareat vniformis intentioni, & menti Testatoris, qui hoc in animo præcipuè gerebat, quod eius debita quantum fieri posset soluerentur absque diminutione, & incommodo suæ hereditatis, vt ipse expressit illis verbis, *senza incommodo, e diminutione della mia heredità*. Idque semper se præstitisse, & imposterum curaturum fore declarauit, ibi, *In conformità di quanto hò sempre vsato, & professato, e che spero piacendo à Dio di continuare fino alla morte*. Quare multum verisimile est, quod hac etiam intentione emerit officia, & loca montium, vt solutio legati fieret eodem tempore cum vtilitate Camilli, & absque incommodo, & diminutione suæ hæreditatis, prout ipse etiam post factum testamentum velle curare
61 prædixit, quæ coniectura vti elicita ex verisimili mente Testatoris, & verbis testamenti præcipuè attendi debet pro interpretanda eius voluntate, *l. in obscuris, ff. de reg. iur. l. cum in Testamento, ff. de reb. dub. Rota penes sanct. mem. Gregor. decis. 301. sub num. 9. & 17. Mastrill. decis. 305. nu. 14. Sim. de Præt. de interpret. vlt. volunt. lib. 1. interpret. 1. dub. 4. solut. 2. fol. mihi 28. cum alijs adductis per Castill. de coniect. cap. 15. num. 20. & seq.*

Quinta denique depræhenditur, ex vniformitate istarum dispositionum, quæ habent ferè easdem conditiones, & qualitates, & in substantialibus ferè in omnibus conueniunt; Nam sicuti legatum, viuente Testatore, poterat reuocari, & non nisi eo mortuo firmitatem, irreuocabilem obtinebat. Ita etiam officia, & loca montium adimi poterant, cum Testator reseruasset sibi in vita facultatem disponendi de illis nec poterant acquiri Camillo, nisi postquam Testator non facta de illis dispositione obijsset. Secundo quemadmodum mortuo Testatore pecunia legata potius penes Camillum, quam penes hæredem Vincentij esse debebat, ita officia, & loca montium. Et denique sicuti Camillo de pecunijs legatis non disponente reuertebantur ad hæredem Testatoris, ita etiam officia, & loca montium ad eundem reuerti hoc casu debebant vigore similis cõditionis appositæ in reseruatione decreti, quæ conuenientia, & vniformitas efficaciter suadet. Quod Testator hæc officia, & loca montium loco pecuniẹ legatẹ subrogauerit, Et quod pro executione legati dictas acquisitiones fecerit non obstante quod latior videatur concessa Camillo facultas disponendi de pecunijs legatis, quam de nonnullis ex officijs, & locis montium, plusque in aliquibus ex istis reseruatum, eius hæredi, quã in legato quia huiusmodi modicæ diuersitates in ijs, quæ post acquisitum Camillo emolumentum
62 contingere poterant, † non videntur offendere concordiam, & vniformitatem dispositionis in illis partibus, quæ substantiam acquisitionum tam pecuniarum, quam officiorum, & locorum montium respiciunt. *l. Lucius Titius, & l. Titia cum Testamento, § qui in vita, ff. de legat. 2. l. 2. ff. de dot. præleg. Alciat. cons. 17. sub num. 19. & seqq. tom. 3. lib. 8. Neguf. iun. cons. 12. sub numer. 4. vers. & posito.*

Nec releuant coniecturæ in contrarium adductæ, quia omissis illis, quæ adducuntur ad probandum legatum non censeri ademptum, qui non sunt termini præsentis disputationis, hęres enim non dicit legatum fuisse ademptum, sed fuisse ple-
63 niùs, & vtiliùs illi satisfactum, & primam dispositionem continere substantiam legati. Emptionem verò officiorum, & locorum montium illius executionem, qui sunt termini valde diuersi ab ademptione. *Crauett. cons. 784. nu. 1. vers. Itaque tex. non obstat lib. 5.* Nec non omissis leuibus, & illis, quibus in altera decisione, & supra in resolutione obiectorum fuit responsum, disputationem restringendo super alijs: Non obstat prima, quod vtraque dispositio contineat summam diuersam, quia licet ex diuersitate summę argua-
64 tur diuersitas dispositionum, hoc tamen non procedit quando prout hic aliud suadetur ex cõiecturata mente Testatoris, quę locum habet in ea summa in qua dispositiones conueniunt ad effectum vt fiat compensatio, & imputatio pro rata *l. cum censum, ff. de adim. leg. Ceph. cons. 486. num. 29. Surd. cons. 119. num. 17. & 18. Fab. de Ann. cons. 91. num. 14. Neguf. iun. d. cons. 12. nu. 4. & seqq. Franch. d. decis. 422. nu 6.*

Secunda verò quod in Testamento legata fuerit quantitas: inter viuos autem empta officia, & loca montium, quę tanquam species censentur, & sic intret conclusio, quod de specie ad quantitatem, & è conuerso non fit compensatio; Tollitur quia præter quod in his officijs non con-
65 sideratur titulus, qui non est in commercio, sed pretium, & æstimatio *Seraph. decis. 1294. num. 6.* obiectum cessat, Quia conclusio ista non proce-
66 dit quando compensatio, vel imputatio fit in vltimis voluntatibus, ex coniecturata mente Testatoris, vt explicat *Natt. cons. 109. num. 12. vers. Sed dici potest*, affirmans hanc esse veram moder-
67 norum sententiam, quicquid senserint antiquiores,

res,& idem tenet *conf.* 111.*n.* 8. & plures cumulat *Surd.conf.* 112.*num.*38. *& duobus seqq. cum alijs latè adductis in altera dec.§.nec ex eo.*

Tertia quod reseruatio dispositionis officiorũ, & locorum montium facta ad fauorem Camilli poterat euanescere, vel ob mortem illorum, sub quorum nominibus fuerant empta, vel si Marchio Vincentius cui primum talis facultas reseruata fuerat de illis in eius vita disposuisset pariter cessat; Quia quoad periculum mortis illorum, in quorum capita fact fuerantę emptiones non videtur considerabile. Nam si ante mortem Marchionis Vincentij contigisset nihil poterat nocere Camillo, cui remanebat ius saluum pro consecutione legati, si verò post mortem Marchionis poterat euitari à Camillo per venditionem illo-
68 rum vt fecit, & sic tanquam dependens ab eius voluntate non videtur considerandum, *l. si merces §. quis maior, & §. culpæ, ff. locat. Crauett conf.* 372. *sub num.* 2. *vers. quod contrarium. Ciriac. contr.* 166. *sub num.* 29. Et in hac materia consideratur id
69 quod successit, scilicet, quod ad manus legatarij peruenerit pretium officiorum, & locorum montiũ *Honded.conf.*50.*nu.*35.*lib.*2.*Gratian.discept. forens. cap.* 274.*num.* 17. & benè firmauit *Rota in d. decis. Romana, seu Bononien.pretij clericatus Cameræ* 54. *par.* 5.*recent. & in decis. quæ reuidetur*. Quo vero ad facultatem disponendi, quam Marchio in eius vita sibi reseruauerat eadem facultas cõpetebat respectu legati, quod ipso viuente etiam tacitè adimi; & reuocari poterat, & non nisi per
70 eius mortem efficiebatur irreuocabile, *l. si mihi, & tibi. §. in legatis, ff. de legat.* 1 *l. si quis ita, §. fin. l. translatio in vltim. verb. l. nihil prohibet, ff. de adim. leg. cap. cum Marthæ, §. Cæterum extra de celebration. Missar. Mantic. de coniect. lib.* 1.*tit.* 4 *sub n.*7. *vers. sed alia ratione*.

Quarta fundata in diuersis, & particularibus oneribus, quæ dicuntur imposita Camillo contemplatione reseruationis dictorum locorum montium, & officiorum pariter non releuat. Quia vltra respõsiones datas in altera *dec.§. prout etiam*, quæ DD. placuerunt dictum fuit non probari in facto, quod dicta onera fuerint hoc respectu imposita, Camillus enim hoc non affirmauit, & si affirmasset id non probaretur ex eius as-
71 sertione ad effectum deducendi inde coniecturam ad eius fauorem, iuxta notata *in l. Theopompus, ff. de dot. præleg. & in l. fin. C. de fideic. Mantic. de coniect. lib.* 3.*tit.*1.*sub nu.*27 *vers. potest etiam dici, &c. & Camill. Port. in conf.* 31.*num.* 25. *lib.* 2. *vlt. volunt.*

Denique non releuat quinta, quod scilicet Marchio Vincentius poterat vnico verbo in dictis emptionibus declarare se fecisse reseruationẽ
72 decreti in satisfactionem legati, quod cum non fecerit noluisse censetur, vt in specie probatur ex *l. vnic. §. primum itaque vers. sciendum C. de rei vxor. act.* Quia æquiuoca est inductio ista, nam, & vnico verbo poterat declarare, quod vltra legatum intendebat hęc præstari Camillo, sicut etiam in singulis casibus à Iur. Consultis consideratis in l. ad rem nostram conferentibus euenit. Atque ideo, quod Testator facere omisit conie-
73 cturis suppletur, vt in *d. l cum centum, & alijs relatis declarat Castill. de coniect. cap.* 9. *sub num.* 78, *& cap.* 14. *sub num.* 11. *& seqq. & Negus. iun. dicto cons.* 12.*num.* 11.

Et ita re maturè discussa, & partibus hinc inde acriter informantibus resolutum fuit.

Decisio ista emanata sub die 26. *Iunij* 1641. *coram eodem Reuerendiss. Decano, erit infra in Appendice. Decisiones in hac eadem causa, emanatæ in altera instantia coram bon. mem. Dunozetto sub diebus* 16. *Ianuarij, &* 11. *Maij* 1640. *erunt inter alias eiusdem Auditoris decisiones mox edendæ*.

R. P. D. CECCHINO.

Posteà S. R. E. CARDINALI.

Cathacensis Ecclesiæ.

Veneris 1. *Iulij* 1644.

ARGVMENTVM.

Dominium ad probandum vbi sumus in antiquo, quale reputetur tempus centum annorum, admittuntur probationes factæ per indicia, & coniecturas, & maxime ponderis esse dicuntur, renouationes, solutiones Canonum continuato tempore factæ, ac demum insignia existentia in re de cuius dominio agitur.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta de Ecclesia ab eo, qui & Ecclesiæ, & illius fundi erat Dominus, acquiritur donatario absque alia traditione.*

2 *Enunciatiuæ in antiquo excedente tempus centum annorum, etiam solæ sufficiunt ad probationem dominij.*

3 *Regula quæ singula non prosunt iuncta iuuant, maximè procedit in antiquis.*

4 *Probatio per indicia, & coniecturas admittitur in antiquis.*

5 *Renouationes plures maximum faciunt adminiculum ad probationem dominij.*

6 *Solutio canonis promissi in inuestitura continuata per plures annos, optimè deseruit ad probandum dominium.*

7 *Solutio facta in vim tituli præcedentis secundum illum, & ab illo tanquam à sua causa declaratur.*

8 *Insignia Domini directi existentia in re, quæ sub eius dominio esse prætenditur, plurimum conferunt ad probationem illius.*

9 *Contrarietatem instrumentorum ad euitandam quælibet interpretatio sumenda est.*

10 *Attentata non probantur per testes examinatos sine citatione.*
Attentata sapiunt delictum, ideoque debent plene, & concludenter probari, num. 10.

11 *Attentata non causantur ex appositione statuæ alicuius Sancti facta in Ecclesia, si de eius dominio tantùm litigatur.*

DECISIO CCCX.

PRo confirmatione sententiæ Rotalis Domini responderunt. Contra enim illius validitatem nihil

nihil opponitur, cum concurrat omnia requisita, de quibus per *Caputaq. decis. 260. par. 1.* Et eiusdem iustitia est patens ex duabus decisionibus coram R. P. D. meo Bichio † factis in quibus firmatum fuit, quod postquam Communitas Cathacensis concesserat F. Ioanni Soldo situm pro construenda Ecclesia, idem F. Ioannes licentiam, illam ædificandi in honorem S. Ioannis Baptistæ à Capitulo Lateranensi, iuxta ipsius Capituli priuilegia, impetrauit, eamque constructam vnà cum fundo dicto Capitulo donauit, quam donationem Capitulum acceptauit, & postea Ecclesiam d. F. Ioanni concessit, reseruata sibi annua præstatione vnius libræ ceræ, in recognitione dominij, & eidem Ecclesiæ, ac Confraternitati in ea erectæ omnia sua priuilegia communicauit. Quæ verificata fuerunt ex publicis documentis, & instrumentis, quæ in secunda decisione recensentur, & nunc denuo in Summario Capituli data fuerunt.

Ex quibus omnibus clarè probatur, Ecclesiam prædictam spectare ad Capitulum Lateranense. Cum negari non possit dictum F. Ioannem in vim cõcessionis sibi à Communitatæ factæ fuisse dominum situs & fundi. Et vlterius etiam Ecclesiæ, quam in proprio solo ipse ædificauit, vt firmatur in dicta secunda decisione. Et per consequens idem dominium fundi, & Ecclesiæ, me-
1 diante illius donatione, † absque aliqua traditione in Capitulum fuisse translatum, *l. vt inter, C. de sacrosanct. Eccles. vbi Bartol. n. 14. vers. venio ad finem vsque ad num. 18. Oldrad. cons. 278. n. 6. Galderin. cons. 2. de caus. poss. & propr. Abb. cons. 53. num. 1. lib. 1.*

Quod etiam optimè comprobant quamplures enunciatiuæ dominij Capituli in pluribus instrumentis, quæ cum simus in facto antiquo exceden-
2 te tempus centum annorum † per se solæ sufficerent ad probationem dominij, vt vltra alios in prima decisione huius causæ allegatos, tradunt *Alex. cons. 75. n. 3. lib. 4. Cassad. dec. 3. num. 3. de procurat. Caputaq. decis. 337. par. 3.* Et sine dubio concurrentibus adminiculis. In hac enim materia habet locum regula, quæ singula non prosunt
3 iuncta iuuant *Dec. cons. 428. in fine, Card. Caualer.*
4 *decis. 93. n. 10.* Et admittitur probatio etiam per † indicia, & coniecturas, *Bald. in l. indicia num. 5. C. de rei vindic. Soccin. cons. 205. n. 3. lib. 2. Paris. cons. 104 n. 102. lib. 1. Surd. decis. 10. n. 2. Cassad. decis. 2. n. 2. & 3. de probat. Card. Caualer. d. decis. 93. nu. 1. Rota diuers. decis. 611. num. 4. par. 1. & in recent. decis. 1. n. 12. par. 2. & decis. 81. num. 13. par. 5.*

Adminicula autem plura concurrunt, nempe multiplicatæ renouationes factæ per Capitulum
5 de anno 1576. 1610. & 1620. † quod pro adminiculo releuanti ad hunc effectum, ponderauit *Rota in d. decis. 193. n. 2. part. 2. & decis. 81. nu. 15. par. 5. recent.* cum alijs in prima decisione huius causæ al-
6 legatis. Item solutiones annuæ ceræ † promissæ spatio 50. annorum, *Surd. d. decis. 10. numer. 9. & 10. Rota apud Card. Caualer. d. decis. 93. num. 8. & decis. 105. num. 3.* Quas non est verum referri debere ad titulum professionis. Cum solutio fuerit reseruata, & promissa explicitè ratione dominij,
7 vt in concessione, † & secundum illam, tamquam sua causa declaratur, *l. qui in aliena, §. si is, qui putabat, ff. de acqu. hæred. Aym. consil. 91. num. 9. Cephal. cons. 156. num. 13. & seq. Rota diuersor. decis. 391. num. 4. & decis. 549. num. 10. par. 1. san. memor. Gregor. decis. 93. nu. 4.* Et demum supra portam, & alibi in Ecclesia adsunt insignia Ecclesiæ La-
8 teranensis, † quæ valdè conferunt ad dominij probationem, *Rip. in cap. cum Ecclesia Sutrina num. 97. de caus. poss. & propr. Io. de Anna consil. 86. circa finem, Ancharan. cons. 113. num. 4. Dec. cons. 135. n. 1. Rota diuers. decis. 281. num. 2. par. 1.* & fuit resolutum in *Romana deuolutionis domus 30. Aprilis 1574. coram bon. mem. Card. Blanchetto, in Imolen. Iurispatronatus 26. Martij 1593. coram bo. mem. Hieronymo Card. Pamphilio, & in Bonon. Iurispatronatus 16. Ianuarij 1608 coram bon. mem. Card. Sacrato.*

Nec visum fuit obstare, quod constet de ineffectuatione concessionis factæ per Capitulum anno 1532. ex quo Communitas postea de anno 1538. situm, quem antea donauerat d. F. Ioanni donauit Confraternitati, quæ canonicam institutionem Ecclesiæ ab Episcopo obtinuit, eiusdem iurisdictioni de subijciendo. Quia vltra responsiones datas in secunda decisione, quod prædicta non præiudicarunt d. F. Ioanni, & Capitulo ab eo causam habenti, quibus fuerat ius quæsitum, & situs antea traditus. Et quod effectuatio negari non potest tum quia admittitur ab Episcopo: Confraternitatem esse sub protectione Capituli, quæ protectio fundatur in dicta concessione anni 1532. Et ex effectuatione in parte, probatur effectuatio in totum. Tum etiam quia dum Ecclesia reperitur constructa ab ipso F. Ioanne, qui eam construere tenebatur constructa præsumitur.

Adhuc responderi potest, quam instrumentum anni 1538. non supponit per necesse Ecclesiam non fuisse ædificatam à d. F Ioanne in fundo concesso de anno 1532. Et potest intelligi de ampliatione Ecclesiæ, & reductione ad meliorem formam pro honore Ciuitatis, & deuotione erga S. Ioannem Baptistam, & ad ædificationem Monasterij, quam in prima concessione non erat comprehensum, vt sonant verba dicti Instrumenti, nouo Summario Capituli numer. 6. Præcipuè quia constat iam cœptum fuisse ædificium Ecclesiæ à d. F. Ioanne, & Confraternitas iam erecta erat, vt patet ex verbis dicti instrumenti, *alla Confraternità già cominciata,* & omnis interpre-
9 tatio sumenda est † pro euitanda contrarietate instrumentorum, *cap. inter dilectos, §. cæterum de fid. instrum. Bart. in l. fin. §. idem quæsijt. num. 4. ff de condit. indeb. Aymon. cons. 70. num. 5. Paris. cons. 22. num. 11 lib. 1. Surd. decis. 322. num. 56. Rota diuers. decis. 45. num. 2. par. 1. & in recent. 167. num. 51. & seqq. par. 1.*

Quæ vero in memoriali dato per Episcopum opposita fuerunt de attentatis visa fuerunt non obstare, cum de ijs non constet, nisi per testes
10 examinatos sine citatione, † & tamen cum sapiant delictum debuissent plenè, & concludenter probari, *Card. Mantic. decis. 62. num. 2. & decis. 167. num. 4. Rota in recent. decis. 411. num. 1. par. 1. & apud bon. mem. Buratt. decis. 4. nu. 4.* Et nihilominus cum prætendantur ex eo, quam de mense Nouembris 1643. super portam Ecclesiæ fuerint apposita insignia Capituli Lateranensis, vnà cum

statua

statua S. Ioannis Baptistæ, hæc prætensio visa fuit calumniosa. Cum ex deductis in prima decisione R. P. D. mei Bichij sub die 23. Iunij 1642. & ex accessu iudiciali facto ad dictam Ecclesiam die 14. Iulij 1640. de quo in nouo Summario Capituli num. 9. constat dd. insignia longè antea super dictam portam extitisse; & statuæ appositio cum lis non sit super eo, an Ecclesia sit
11 dicata S. Ioanni Baptistæ, † sed solum super dominio Ecclesiæ, non præiudicet Episcopo, & consequenter non causet attentata, *Io. Monach. in rubr. vt lit. pend. in 6. num. 1. Corset. in singular. in verb. appellatio, il primo, incip. regula est in 6. limit. Rota decis. 25. num. 3. de rescript. in nou. cum alijs per Lancellot. de attent. part. 2. cap. 4. declar. 1. per tot. & part. 3. cap. 27. num. 22.*

Et ex his, ac alijs deductis in decis. R. P. D. mei Bichij pro confirmatione sententiæ Rotalis resolutum fuit Capitulo solo informante; citato tamen sæpius Episcopo.

Duæ istæ decisiones emanatæ coram bon. mem. Bichio sub diebus 23. Iunij 1643. & 20. Iunij 1644. sunt supra in hac eadem parte 9. recentior. decisione 115. & 217. Et infra habetur altera sub die 24. Nouembris 1644. coram Reuerendiss. Archiepiscopo Tarraconen. est. decis. 313.

DECISIO CCCXI.

R. P. D. BICHIO.

Barchinonen Iurisdictionis

Veneris 1. Iulij 1644.

Est Impressa inter Bichio in Tom. 1. Decis. 194.

R. P. D. GHISILERIO

postea Episcopo TERRACINEN.

Firmana Codicillorum.

Veneris 1. Iulij 1644.

ARGVMENTVM.

Dispositio text. in cap. cum esses de testamentis, quæ sibi vendicare locum in codicillis indubitati iuris est, procedit etiam quod illi fuerint in Vrbe, modo tamen à forense contracti, qualis iudicatur quicumque in ea permansit ad seruitium alicuius Principis, quamuis per longum tempus.

SVMMARIVM.

1 *Codicilli scripti, et subscripti per Parochum, de cuius tenore substantiali deponunt alii testes dicuntur in forma probanti, et num. 11. et 15.*

2 *Parochi depositio iuncta depositione duorum aliorum testium sufficit ad probandum legatum in codicillis relictum.*

3 *Testis qui super interrogatoriis aliquid affirmauit, si postea super articulis dicat illud non obseruasset, attenditur depositio super interrogatoriis facta.*

4 *Testis dictum super interrogatoriis magis attenditur super articulis.*

Testis depositio super articulis est magis suspectas cũ præsumatur illum voluisse inseruire parti eum inducentis. num. 4.

5 *Testis qui primo legatum alicui factum affirmauit deinde dicit non obseruasse, intelligitur non obseruasse respectu lecturæ, et publicationis illius.*

6 *Testis qui semel dubitatiuè deposuit circa contenta in aliqua scriptura, si deinde ea sibi lecta dixit omnia fuisse et esse vera censetur ex superuenienti reminiscentia à primo dicto recessisse.*

7 *Fides personæ religiosæ multum attenditur ad coadiuuandum dicta aliorum testium.*

8 *Testis mors facit illius depositionem maximum recipere veritatis adminiculum.*

9 *Testis non probat negatiuam ex quo remouet sensum ab actu, non autem actum à sensu debuerit remouisse.*

10 *Testis deponens se aliquid non intellexisse nihil probat, cum hoc potuerit accidere ex quo ipse non stabat attentus, vel non audiuerit.*

11 *Text. in cap. cum esses, de testam. requirit solius Parochi, & duorum testium depositiones, & nu. seqq.*

13 *Dispositio text. in cap. cum esses, de testam. procedit nedum in pia causa, sed etiam in prophana.*

14 *Amplia conclusionem fortius procedere in terris Ecclesiæ, & inter illius subditos, ac in tribunali Ecclesiastico.*

15 *Codicilli dicuntur pars testamenti, & in illis viget ead. ratio, quæ in testamentis habet locum.*

16 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 42. mandans seruari ius ciuile, efficit ne in codicillis sufficiat præsentia Parochi, & duorum testium.*

Testes quinque requiruntur in codicillis secundum statutum Vrbis, num. 16.

17 *Ciuis non dicitur, qui per plures annos etiam triginta qui mansit in aliqua Ciuitate in seruitio tamen alicuius Principis.*

18 *Habitandi causa diuersa est ab animo domicilium contrahendi.*

Domicilium non contrahitur sine animo num. 18. & sup. num. 17.

DECISIO CCCXII.

Commissa mihi causa appellationis interposita à sententia de partibus, in qua Iudex pronunciauit, Codicillos conditos in Vrbe à Co. Francisco Maria Paccarono scriptos, & subscriptos per Parochum Sanctæ Susannæ, in quibus Dianam vxorem reliquit, esse voluit, & mandauit Dominam, Madonnam, & vsufructuariam omnium & singulorum bonorum, ac vniuersæ hæreditatis ipsius Comitis Francisci Mariæ quousque tamen, & donec ipsa naturaliter vixerit, & vitam vidualem duxerit &c. non esse in formam publicam, & authenticam redigendos, nullamque eis fidem fore & esse adhiben. proposui DD. discutiendum an constet de codicillis, qui suffragentur, & causa pluries proposita supradicta die resoluerunt, constare de codicillis, ex illis probari legatum vsusfructus per Comitem Franciscum Mariam factum Dianæ eius vxori, illoq; suffragari d. Dianæ.

Quoad Codicillorum existentiam res caret diffi-

difficultate, cum de illis constet ex scriptura exhibita in forma authentica, & iudicialiter re-
1 cognita per Parochum, de cuius tenore substantiali deponunt alij testes, quod sufficit, & probat *Bart. in l. fin. num. 17. C. de edict. Diu. Adr. toll. Bald. in l. duplicati, sub num. 2. C. de testam. Paris. consil. 51. num. 4. & seqq. lib. 3.*

Quod ex codicillis probetur, Dianam fuisse relictam vsufructuariam, satis constat ex verbis. ibi *ad declarandum modo, amorem, beneuolentiam, & charitatem &c.* reliquit, *esse voluit, et fieri mandauit d. D. Dianam ipsius vxorem Dominam, Madonnam et Vsufrictuariam omnium, et singulorum bonorum, ac vniuersæ hæreditatis ipsius Comitis Francisci Mariæ quousque tamē & donec ipsa Diana naturaliter vixerit &c.* de quo legato specificè deponunt tam Parochus, quàm secundus, & tertius Testis,
2 † quorum depositiones sufficiunt, iuxta dispositã *in c. cum esses, de testam.* vbi solus Parochus cum duobus testibus ad vltimas voluntates probandas sufficiens declaratur.

Non obstat, quod secundus testis super primo articulo dixerit, *& in quanto a quello, che V. S. mi legge doue, dice vsufruttuaria, io non l' hò osseruato, ma mi rimetto a quella scrittura, che si stipulò dal Parocho &c.* Nam prius super Interrrogatorijs partis aduersæ explicitè deposuerat, *e sentij dalla bocca propria del detto Conte, che lassaua*
3 *vsufruttuaria la moglie*, vnde sequitur secundum dictum suppleri ex ijs, quæ deposuit in Interrogatorijs, vbi expressit, quod codicillans relinquebat vxorem vsufructuariam, vltra quod quicquid dixerit super articulis, magis attenditur dictum super Interrogatorijs, in quibus concludit, audiuisse *dalla bocca propria del detto Conte, che lassaua vsufruttuaria la moglie*; magis enim attenditur depositio Testis super Interrogatorijs, quàm
4 super articulis; † cum super articulis sit magis suspectus, quod voluerit inseruire parti, quæ illum induxit *Seraphin. dec. 1073. nu. 9. Rota dec. 774. nu. 3. par. 3. recent.* & hoc secundum dictum potest conciliari, vt illa verba *io non l'hò osseruato*, intelligantur respectu lecturæ, & publicationis codicillorum factæ â Parocho, vt euitetur con-
5 trarietas, † ad quem effectum ita debent interpretari supradicta verba *io non l'ho osseruato*, vt firmat *Marant cons. 19. nu. 27. vers. non obstat, & Ciriac. controu. 407. num. 186.* sed cessat omnis difficultas quia lecta sibi integra scriptura eiusdem Parochi, testis in fine eiusdem primi articu-
6 li interrogatus, respondit, † *Le cose contenute nella detta scrittura sono state, e sono vere*, Et propterea ex superuenienti reminiscentia resultante ex lectura sibi facta, recedendo à dicto circa inobseruantiam, probat, Dianam fuisse relictam vsufructuariam prout in dicta scriptura continetur, ad tradita per *Aretin. cap. cum causam, il 2. num. 20. de testib. Roman. cons. 505. num. 1. & seqq. Alexan. cons. 6. num. 7. lib. 2. & cons. 191. num. 5. lib. 7. Natt. consil. 537. num. 25. Rota coram san. mem. Gregor. XV. decis. 547. num. 8.*

Præterea omnis tollitur difficultas ex eo, quod depositio prædicti testis coadiuuatur ex fide Religiosi Augustiniani data Summ. num. 2. in qua attestatur, Comitem Franciscum Mariam post conditum codicillum ei dixisse, quod in illo relinquebat D. Dianam eius vxorem vsufructuariam omnium suorum bonorum, & totius suæ hæreditatis &c. Huic autem fidei multum de-
7 ferendum esse Domini censuerunt, † quia emanauit à persona Religiosa *Card. Mantic. dec. 325. num. 1. Rota decis 11. num. 9. par. 7. recent.* per cu-
8 ius obitum maximum † etiam recipit veritatis adminiculum *Neuiz. cons 26. num. 34. Rot. decis. 394. num. 1. par. 1. diuers. & coram bon. memor. Buratto decis. 530. num. 3.*

Prout non facit, quod quartus testis deponat se non audiuisse à codicillante proferri verbum illud, *vsufruttuaria*, quia non conuincit negati-
9 uam dum remouet sensum ab actu, † non autem actum a sensu, vt esset necessarium, iuxta theoricam *Aretin. in cap. in nostra sub. num. 17. & 19. vers. aliquando*, quem ibi sequitur *Felin. sub nu. 5. & 8. vers. subdit tamen, de testib.* & in his terminis probat *Rota decis. 454. sub num. 6. par. 4. recent.* nec dictus quartus testis excludit, quin codicillans potuerit eam facere vsufructuariam,
10 quia, quod non intellexerit, potuit procedere ex eo, quod ipse non staret attentus, vel quod non audiuerit, vt considerauit *Rota in Regien. hæreditatis 22. Februarij 1636 & 24. Aprilis 1637. coram bon. mem. Coccino*: ideo non obstat dum non negat; hanc qualitatem coarctando negatiuam, quod non potest esse, quod codicillans fecerit vxorem vsufructuariam quin ipse sciret, ex quo stetit semper attentus, & in omnem casum pro validitate codicillorum depositio huius quarti testis non est necessaria cum ex dispositione *d.*
11 *text. in cap cum esses*, † pro validitate codicillorum sufficiat depositio Parochi, & duorum testium.

Quod Codicilli suffragentur Dianæ, itaut ipsa consequi debeat legatum vsusfructus, & in dd. Codicillis relicti à marito, resultat ex eo, quod fuerunt confecti coram Parocho, & duobus te-
12 stibus, & sic fuit seruata solemnitas requisita per allegatum *text. in cap. cum esses, de testament.* attento autem iure Canonico, & eius dispositione, firmissima extat conclusio, & indubitabilis, codicillos valere nedum in pia causa, sed etiam
13 in pœnitus prophana, † vt habetur *in d. cap. cum esses*, & ibi communiter *Doct.* & hoc maximè in
14 terris Ecclesiæ, † inter subditos Ecclesiæ, & in foro Ecclesiastico iuxta veriorem, de qua per *Clar. in §. testa. quæst. 57. vers. & in primis quidem, cum alijs alleg. per Rot. decis. 126. n. 2. part. 6. recent.* nec potest dubitari, quin dispositio *d. text. in cap. cum*
15 *esses*, procedat etiam in codicillis, † quia dicuntur pars Testamenti, & in illis viget eadem ratio *Vasquez de success. progress. lib. 3. tit. de codicill. numer. 28. Turrett. de effect. claus. codicillaris quæst. 112. num. 4 & seqq.*

Non obstat, quod cum Comes Franciscus Maria per plures annos moram traxerit in Vrbe, effectus fuerit Vrbis Incola, & consequenter haberet locum statutum Vrbis cap. 42. lib. 1. dis-
16 ponens, quod seruari debeat ius Ciuile, & propterea, necesse fuisset adhibere quinque testes. *l. final. C. de codicill.* quia cum in dd. Codicillis appelletur firmans, nec per testes singulares, & alios actus adductos videatur satis constare de Incolatu per eum contracto in Vrbe, quinimo exclu-

excludi videatur ex causa seruitij, quod præstabat Excellentissimo Principi Burghesio non applicatur dispositio d. statuti, quod expressè loquitur de Ciuibus, & Incolis, qualis non erat Comes Franciscus Maria etiam, quod per plu-
17 res annos permanserit in Vrbe, † dum permansit semper vsque ad obitum in seruitio dicti Excellentissimi Principis Burghesij, vt probat *Paris.cons. 53. num. 91. lib.3.* qui dicit procedere etiam, quod per 30 annos habitasset, quem sequuta fuit *Rota in Ferrarien. bonorum de Tassonis 18.Martij 1630, coram bon.mem Pirouano in vers. quia de hoc præsupposito, quæ est dec. 109. apud Fenzon. ad statut. Vrb.* vbi habetur hæc ratio, quod causa habitandi diuersa est ab animo domicili-
18 um contrahendi, † vt latè fuerat antea ponderatum in *Romana Beneficiatus S.Petri 30.Martij 1626 coram eodem bonæ memoriæ Pirouano.*

Et ex his vtraque parte informante, censuerunt DD. Codicillos, de quibus agitur, suffragari Dianæ.

Infra in eadem causa habentur aliæ decisiones, nempe sub diebus 28 Iunii, & prima Iulii 1645. Quæ decisiones fuerunt deinde confirmatæ coram Eminentiss. D.Card.Ottobono sub die 25.Maii 1648. & inter eius impressas decis. 145. Ac deinde in tertia instantia fuerunt confirmatæ coram Reuerendiss. D. Cerro Decano sub diebus 1. Martij, & 15. Nouembris 1659.

R. P. D. ROIAS.
Postea Episcopo TARRACONEN.
Cathacen. Ecclesiæ.
Lunæ 14. Nouembris 1644.

ARGVMENTVM.

Dominium directum, qualiter probetur, & maxime si simus in antiquis, & an probetur per scripturam informem. Donatio quando dicatur acceptata à donatario.

SVMMARIVM.

1 *Dominium Ecclesiæ ad probandum vbi sumus in antiquis sufficiunt adminicula, & leuiores probationes.*
2 *Scriptura informis probat Ecclesiæ dominium in antiquis.*
3 *Adminicula non debent seiunctim perpendi, sed vnita considerari.*
4 *Obseruantia longi temporis dat robur scripturas alias informibus.*
5 *Solutio referri debet ad titulum de quo constat non vero ad titulum possibilem de quo non constat.*
6 *Actus præsumi debet ex titulo præambulo, non autem ex causa possibili non expressa.*
7 *Allegans alium titulum, quam illum, de quo constat, tenetur probare.*
8 *Confraternitas erecta in aliqua Ecclesia, dicitur tamen quid separutum ab illa.*
9 *Exemptio Ecclesiæ concessa non infert ad exemptionẽ personarum, quæ Ecclesiæ adscriptæ non fuerunt.*
10 *Enunciatiuæ obseruatæ probant dominium.*
11 *Aedificium cedit solo, præsertim fauore Ecclesiæ, & num. 12.*
13 *Visitatio facta ab Episcopo de Ecclesia, quæ erat sub dominio Capituli, illi præiudicare non potest, si de ipsius scientia non constat.*
14 *Episcopus post Concilium Tridentinum possit visitare etiam Ecclesias exemptas tanquam Apostolicæ Sedis delegatus.*
Visitatio Episcopi si potest intelligi quod ab eo fuerit facta vti delegato Sedis Apostolicæ, non probat Ecclesiam esse sub illius dominio subiectam. nu. 14.
15 *Donatio dicitur a Donatario acceptata eo ipso, quod ille de re donata disposuit.*
16 *Acceptatio donationis est actus reiterabilis, ideo ex acceptatione implicita, non remanet exclusa possibilitas alicuius acceptationis explicitæ.*
17 *Res inter alias acto non nocet illi, cui per antea fuerat ius quæsitum.*
18 *Eleemosynæ factæ pro fabrica acquirũtur operi non personis.*
19 *Donatarius primus præfertur inter Ecclesias.*
20 *Confratres non possunt Ecclesiam subicere iurisdictioni Ordinarij in præiudicium Capituli superioris, & exempti.*
21 *Exemptioni renunciare non potest sine totius Capituli consensu.*
22 *Archiuum Episcopale non probat ad fauorem Episcopi aduersus non sibi subditum.*
24 *Scriptura quæ non constat de quo tempore fuerit apposita in Archiuio, non probat, cum potuerit fuisse appositam de recenti, & post motam litem.*

DECISIO CCCXIII.

Confirmarunt hodie Domini decisionem in hac causa emanatam sub die prima Iulij præteriti * coram Illustrissimo, & Reuerendissimo D. meo Cecchino, nunc Sanctissimi D.N. Datario, in qua dictum fuit sententiam Rotalem, tanquam validam, & iustam esse confirmandam; vt ex decisionibus R. P. D. mei Bichij, in quibus omnibus extat firmatum, Communitatem Cathacen. concessisse situm ad construendam Ecclesiam Patri Ioanni Soldato, & successiuè d. Fratrem Ioannem impetrasse licentiam à Capitulo Lateranen. de eam ædificando iuxta præfatæ Lateranensis Ecclesiæ priuilegia in honorem S. Ioannis Baptistæ, eamque sic constructam donasse vnà cum fundo dicto Capitulo, Capitulum verò donationem acceptasse, postmodum eamdem Ecclesiam eidem Fratri Ioanni dictum Capitulum concessit, reseruata sibi annua præstatione vnius libræ ceræ pro recognitione dominij communicando d.Ecclesiæ omnia priuilegia Ecclesiæ Lateranensis.

Quæ omnia remanserunt comprobata ex publicis Instrumentis in Decision bus recensitis, & quorum substantia relata legitur in Monitorio Auditoris Cameræ, expedito sub die 31.Octobris 1532. ad instantiam dicti Fratris Ioannis, quod benè dictum fuit esse in forma probanti, cum fuerit extractum ex Bulla originali concurrentibus etiam adminiculis resultantibus ex pluribus alijs documentis productis, & recognitis, nempe concessione facta dicto Fr.Ioanni à Capitulo, nec recognitione Confratrum successiuis futuris temporibus, ac concessionis renouationibus, idcircò licèt Monitorium non esset omninò, & absolutè in forma probanti, attamen adminiculatum ex prædictis rectè probat dominium; vt in terminis ad probandum dominium Ecclesiæ,
1 † in antiquis sufficere adminicula, & leuiores probationes dixit *Rota in recent. decis. 102. num. 1. par. 1. decis. 155. num. 1. post med. & decis. 204.*
2 *nu.2. par. 2.* & sufficere etiam scripturam † informem, censuit *Seraph. decis. 1304. num. 2. ad med.* nec

nec adminicula veniunt seiunctim perpendenda,
3 † sed immò coniungenda *Surd. cons. 1. nu. 53. & 54. Menoch. cons. 687. num. 17. & 18. Rota decis. 409. num. 20. par. 1. recent.* cum alijs latè congestis in decisione in hac causa emanata *sub die 10. Iuny 1643.* coram R.P.D. meo Bichio, §. consensisse, & in decisione hodie confirmata §. quod etiam* concurrente præcipue obseruantia longissimi
4 temporis, quæ † dat robur scripturis etiam alias informibus *Bald. cons. 400. num. 5. lib. 4. Alex. cons. 101. n. 11. ad med. lib. 7. Aym. cons. 411. num. 15. Paris. consil. 104. num. 54. lib. 1. Menoch. cons. 924. num. 33. Rota in recent. decis. 18. num. 1. & 703. num. 8. par. 2. & 467. num. 6. par. 4. & 232. nu. 14. par. 5. Seraphin. decis. 1192. num. 2. Buratt. decis. 243. num. 6.*

Præfatam verò obseruantiam sufficienter remansisse comprobatam dicebant Domini ex dictis renouationibus, necnon dominij recognitionibus mediante solutione annua vnius libræ ceræ; prout promissa legitur; Vnde solutionem esse referendam ad titulum concessionis, de qua
5 constat, non vero ad titulum possibilem, † de quo non constat ad inducendam obseruantiam scripturæ vnionis informis; *Rota in recent. decis. 204. num. 5. & 6. par. 3. decis. 37. num. 7. par. 4. decis. 441. num. 5. ad med. & seq. par. 5. & in Elboren. vnionis 12. Iuny 1623. coram Vbaldo*, quamuis concurrat possibilitas, dum actus venit præ-
6 sumendus ex titulo præambulo, † non autem ex causa possibili non expressa, *Seraphin. decis. 339. num. 5. & 1425. num. 2.* & fuit resolutum in *Romana salary 18. Iuuij 1632. coram bon. mem. Pi-*
7 *rouano*, Ita, & taliter, vt qui allegat † alterum titulum, teneatur probare, *Salicet. in l. si certis annis, num. 8. C. de pact. Surd. cons. 24. num. 16. Vasq. quæst. illustr. cap. 84. num. 30. in fin. & 31. vbi concordantes.*

Nec dicta obseruantia confirmatiua remanet æquiuoca propter recognitiones factas à Confraternitate erga Episcopum Cathacen. necnon Ordinariorum Visitationes pro tempore; fuit enim responsum, quod cum dictæ recognitiones factæ legantur, per Confraternitatem, valeant ideò benè designare eiusdem singularem obedientiam, ac reuerentiam erga Episcopum, nil autem habere commune cum dominio Ecclesiæ,
8 in qua Confraternitas erecta fuit, † & cum ea sit quid separatum ab Ecclesia, *vt ex doctr. Petri de Vbaldis de canon. Episcop. num. 9. & 22.* & censuit *Rota coram Coccino decis. 472. num. 2.* & vltimo loco *in Cæsaraugustana emolumentorum 27. Iunij 1644. coram R.P. D. meo Bichio*, & comprobatur *ex doctr. Bart. cons. 96. num. 4. lib. 1.* vbi dicit ex
9 exemptione Ecclesiæ † non inferri ad exemptionem personarum quæ Ecclesiæ adscriptæ non fuerunt *Cochier. de iur. in exempt. par. 4. quæst. 37.*

Situm autem controuersum, necnon Ecclesiam fuisse à præfato Ioanne donata Capitulo Lateranen. probatum remansit non tantum ex d. Monitorio, verum etiam ex alijs præcitatis Instrumentis, in quibus non tantum hoc enunciatur quinimò principaliter super donatione disponitur vnà cum acceptatione, cuius vigore elargiuntur priuilegia, necnon exemptiones Ecclesiæ, ac Confraternitati ibi erectæ, vnde non versamur in simplici enunciatiua, sed potius in principali dispositiua, quæ postea obseruata per multiplicatas Visitationes, ac annuæ ceræ solu-
10 tiones, probat dominium, prout in simili *Rota decis. 41. nu. 2. par. 4. & 164. num. 4. par. 6. recent.* per quam donationem fuisse acquisitum dominiū soli dicto Capitulo Lateranen. ac consequen-
11 ter totius ædificij subsecuti, † cum cedant solo tradunt *text. in §. cum in suo insiit. de rer. diuis. l. fundi, 8. ff. quib. mod. vsusfruct. amitt. l. 2. C. de rei*
12 *vendic.* præsertim † ad fauorem Ecclesiæ, *Bursatt. consil. 178. num. 16.* & in terminis situs donati *Rota in recent. decis. 102 num. 2. ad med. part. 1. & decis. 253. num. 2. & decis. 204. nu. 2. ad med. par. 2.*

Nec visitationes datæ, factæ ab Episcopo Cathacen. possunt inferre ad dominium Ecclesiæ, dum præter primam anni 1547. emanata inscio
13 Capitulo Lateranen. † idcirco ei prædicare non valuisse disponunt *text. in l. quoties, §. seruitutum, ff. de seruit. Bald. in l. 2. num. 22. & seqq. C. de seruit. & acqu. Ruin. cons. 163. num. 6. lib. 5.* cæteræ vero emanarunt post Concilium Tridentinum, cuius vigore cum valuerit d. Episcopus visitare etiam Ecclesias exemptas, tamquam Sedis Apo-
14 stolicæ delegatus, † ideo tergiuersari non potest quin actus visitationis remanserint æquiuoci, & sic non valeant probare dictam Ecclesiam esse subiectam dominio Episcopi, ita censuit *Rot. in Aquilana Iurisdictionis 30. Martij 1607. coram Sanctissimo D. N. Innocentio X impressa apud Marches. de commiss. part. 1. fol. 980. num. 4. & decis. 447. num. 4. par. 1. recentior. & decis. 118. num. 13. par. 7.* vltra quod in presenti non agitur de iure visitandi, sed de dominio Ecclesiæ.

Nil obstare dictum fuit, quæ aduersus fidem dicti Monitorij deducebantur, nempe illud esse erroneum, dum narrat à Capitulo Lateranen. fuisse acceptatam donationem ei factam à dicto Fratre Ioanne, cum tamen ex Instrumento producto probetur acceptatio secuta post multos dies, vlterius quod appareat de anno 1538. eundem situm fuisse à dicta Communitate Cathacen. concessum Confraternitati Sancti Ioannis, ad hoc, vt vbi Ecclesiam ædificaret in honorem Sancti Ioannis Baptistæ; Nam fuit responsum errorem non posse desumi, ex prædicto instrumento producto, in quo non legitur acceptatio donationis, vt supponitur, pro parte dicti Episcopi, sed concessio benè legitur facta prædicto Capitulo Lateranen. ad hoc, vt d. Frater Ioannes donator posset in situ donato Ecclesiam construere quæ donatio sic concepta per Capitu-
15 lum Lateranen. supponit † iam acceptasse idem Capitulum donationem sibi factam de eo, cum alias de dicto situ non disposuisset, vt aduertit *secunda decisio in hac causa sub die 10. Iunij 1643. coram R.P.D. meo Bichio §. nec obstat, quod post modum*, cum autem acceptatio sit actus reiterabilis ex productione secundæ acceptationis impli-
16 citæ concessioni præfatæ, † non remanet exclusa possibilitas alterius præcedentis explicitæ acceptationis desumptæ ex enunciatiua, de qua in dicto Monitorio optimè *Rota decis. 29. num. 44. par. 2. recent.*

At vero instrumentum anni 1538. celebratum inter Communitatem, & Confraternitatem cō-

pro-

probat fidem Monitorij quoad concessionem eiusdem situs, alias per dictam Communitatem Cathacen. factam dicto Frat. Ioanni auctori Capituli Lateranen. vt ibi asseritur, in reliquis autem, vti res inter alios acta non valet nocere di-
17 cto Capitulo, † cuius ex præcedentibus instrumentis dominium Ecclesiæ fuerat quæsitum, *leg. id. quod nostrum, de regul. iur. Bald. in l. si constante in vlt. not. C. de donat. Cassan. cons. 53. nu. 55. Surd. decis. 29. num. 7.* per quam responsionem remansit sublatum id, quod dictum fuit circa alias nunciatiuas emissas, quod dicta Ecclesia fuerit constructa ex eleemosynis Christifidelium
18 vltra quod eleemosynæ factæ pro fabrica, acquiruntur operi, non autem personis; *Rota in recent. decis. 37. num. 8. par. 1.*

Minus obstat, quod Confratres de anno 1539. se subiecerint dicto Episcopo Catacen. sub recognitione annuæ libræ ceræ, quia vt in dictis prioribus decisionibus in hac causa responsum fuit, præfati actus non valuerũt præiudicare Capitulo Lateranen. absenti, & ignoranti, & cui antea fuerat ius quæsitum, & inter Ecclesias certè præ-
19 fertur primus donatarius, † prout fuit Capitulum Lateranen. *Gozzad. cons. 14. nu. 14. & seqq. regula qui prior de reg. iur. in 6. l. potior, ff. qui potior. cum vulgatis*, præsertim cum donatio huius situs facta antea fuisset prædicto Fratri Ioanni per Ciuitatem, qui Frater Ioannes successiuè Ecclesiæ Lateranen. & non Confratribus donauit, idcirco dicti Confratres non valuerunt dictam
20 Ecclesiam postea subijcere Ordinario † in præiudicium Ecclesiæ Lateranen. superioris, ac exemptæ absque illius expressa licentia, ac consensu *c. cum tempore, de arbitr. Mantic. decis. 237. num. 4. & par. 5. recent. decis. 456. num. 10. & 461. n. 20.*

Et cessat omnis scrupulus, dum non constat dictos Confratres capitulariter consensisse, sitque in iure certum non posse renunciari exemptioni
21 sine † totius Capituli consensu, *cap. cum dilectus, de Relig. domib. Rota diuersor. decis. 22. num. 13. par. 2. & par. 5. recent. decis. 265. num. 43.* vltra quod scriptura, in qua hoc continetur, non est in forma probanti, cum legitur extracta ab Archiuio Epi-
22 scopali, † quod non probat ad fauorem eiusdem Episcopi aduersus non subditum, vt in specie *Rota coram Put. decis. 186. lib. 3. in correct. & par. 4. diuers. decis. 549. num. 1. & 2 Seraph. decis. 642. nu. 1. Andr. decis. 65. num. 1. & decis. 90. num. 2.* præsertim, cum nullam habeat faciem instrumenti publici, nec fuerit eadem scriptura posita ab antiquo,
23 cum † alias euenire posset quod post motam litem apponeretur, & successiuè ea extraheretur *Put. decis. 430. num. 1. lib. 2. & par. 4. diuers. decis. 549. num. 2. Andr. decis. 88. num. 6. & in Veronen. Iurium Parochialium coram Card. Virili impressa post Tamburin. in tract. de iur. Abb. decis. 88. num. 4.*

Demum non obstat, quod dictus frater Ioannes ædificando Ecclesiam in solo sibi concesso, non valuerit dominium Ecclesiæ acquirere, cuius in-
24 capax est laicus, † propterea solo cedat ædificium, ita vt Ecclesia remanserit sub dominio D. Episcopi Cathaceñ. vt ratiocinatur *Calder. cons. 5. sub num. 1. de relig. domib. & facit Sanchez respons. moral. lib. 2. cap. 2. dub. 14. in fin. Bursatt. cons. 178. numer. 16. vers. cum quodam*, & consequenter dictum fratrem Ioannem non valuisse Ecclesiam controuersam Capitulo Lateraneñ donare.

Nam obiectum cessat ex eo, quia dictus frater Ioannes non ædificauit in solo proprio, sed in solo Capituli Lateranen. cui prius ipse donauerat, dictum verò Capitulum fuisse capax dominij
25 Ecclesiæ, † eique fuisse acquisitam Ecclesiam in eius solo ædificatam tradunt *glos. & DD. in cap. de Monach. in verb. de prouentibus de præb. & dignit. Rota decis. 102. num. 2. in fin. vers. cuius dominium par. 1. recent. & decis. 153. num. 2. par. 2.* inde valuisse dictum fratrem Ioannem quamuis Religiosum, donare præfatam Ecclesiam sic constructam Capitulo Lateranensi firmat *text. in canon. quæst. 41. 17. quæst. 4.* accedente præsertim dispensatione, ac beneplacito Apostolico, resultante ex longissimi temporis lapsu cum obseruantia subsecuta vt firmant *Menoch. lib. 3. præsumpt. 132. num. 75. Verall. decis. 269. part. 1. Achill. decis. 1. de præsum. Barbos. qui alios congerit in collect. ad cap. ad hoc num. 6. de relig. domib. Caual. decis. 123. n. 5. & par. 5. recent. & decis. 406. num. 3. Greg. XV. decis. 353. numer. 9. cum alijs congestis in Iannen. quarti dotalis 2. Aprilis 1643. coram R. P. D. meo Ghisilerio.*

Et ita resolutum vtraq; parte informante &c.

Decisio ista emanata in hac eadem causa sub die 1. Iulij 1644. coram bon. mem. Coccino est supra decisio 310. vbi annotaui alias decisiones in hac causa emanatas.

R. P. D. CERRO.
SACRÆ ROTÆ DECANO.
Romana Dotis.
Veneris 2. Decembris 1644.

ARGVMENTVM.

Substitutio facta ad fauorem alicuius eo in casu quo hæres institutus de bonis sibi relictis non disposuerit, euanescit quoties illum disposuisse constat, nec reuiuiscit ex quo hæres eundem instituerit, qui fuerat per testatorem vocatus in casu non factæ dispositionis ab hærede, cum sic institutus ab illo, non autem à testatore hæreditatem habere dicatur, Et expenduntur duo textus; scilicet in l. vnum ex familia 67. §. si falcidia ff. de leg. 2. & in l. si sponsus §. si quis rogatus ff. de donat. inter virum, & vxor. qui in hac facti specie obstare videbantur.

SVMMARIVM.

1 *Hæredi eædem obstant exceptiones quæ eius obstarent authori.*
2 *Substitutio conditionalis euanescit eo ipso, quo deficit conditio sub qua illa fuerat concepta.*
3 *Hæredem nullum fuisse institutum, & hæredem repudiasse paria sunt.*
4 *Hærede repudiante, vel renuente hæreditatem adire intrat substitutio facta ad fauorem aliorum.*
5 *Possessio bonorum hæreditariorum inducit hæreditatis acceptationẽ in illo, quo alio titulo possidere nequit.*
6 *Tex. in l. vnum ex familia 67. §. si falcidia ff. de l. 2. declaratur.*
7 *Hæres illius, qui habebat liberam facultatem disponendi, & relinquendi cui maluerit, ei succedere dicitur non testatori, qui illi liberam facultatẽ reliquit.*
8 *Hæres relinquens substituto videtur potius fidem pri-*

mi testatoris exoluere, quam quidquam de proprio donare.

Declara vt ibidem & num. seq.

9 *Testatoris vbi manifesta redditur voluntas, omnis cessat disputatio.*

10 *Præsumptio, seu coniectura non admittitur, si res euidenter apparet.*

11 *Dispositionis vna pars declarat aliam.*

12 *Hæres restituens hæreditatem non potest onus in restitutione adicere.*

DECISIO CCCXIV.

FVndamenta decisionis emissæ coram me sub die 15. Iunij 1643. * hodie DD. confirmarunt; Iterum respondendo Instrumentum dotalem non esse exequendum, quia cum Anna non sit hæres Lauræ, sed Crescentij, qui cum Maximiliano insolidum erat obligatus; sicuti Crescentius agens pro recuperatione dotis contra creditores Maximiliani repelleretur actione *l. vindicantem, ff. de euict.* Ita pariter repelli debet
1 Anna eius hæres, † cui obstant eædem exceptiones, quæ Crescentio eius authori obstarent *vulg. l. cum à matre C. de rei vendic.*

Neque enim dici potest Annam esse hæredem Lauræ vigore substitutionis in eius Testamento contentæ, quia substitutio non fuit pura, & libera, sed conditionalis, quatenus scilicet Crescentius hæres institutus de illis non disposuisset iuxta facultatem sibi in Testamento expressè tributam Vnde eo ipso quod Crescentius vtendo facultate disposuit de bonis per Lauram sibi relictis, defecit conditio, sub qua vocata fuerat
2 Anna, † & per consequens euanuit substitutio sub ea conditione concepta ad not. per *Doct. in l. 1. C. de instit. & substit.* cum alijs latè deductis in alia *decis. vers. Quod autem.*

Ea vero quæ in contrarium deducuntur non releuant, quod enim Anna institutionem Crescētij non acceptauerit, proindeque idem sit, ac si instituta non fuerit, cum paria sint nullū esse hæ-
3 redem institutum, † & institutum repudiasse ex *Ruin. cons. 46. n. 10. lib. 2.* Nullo nititur fundamēto, Quia præterquod posset dici quod dispositio adhuc in suo robore remaneret cum renuente Anna
4 hæreditatem adire, vel eam non acceptante † intraret substitutio ad aliorum fauorem facta *Peregr. de fideico. art. 34. n. 19. Fusar. de substit. quæst. 238 n. 9.* obiectum cessat ex facto, quia de acceptatione Annæ constat sufficienter ex consecutione, & possessione mobilium eiusdem Crescentij in eodem Testamento sibi relictorum, cum enim ea non alio titulo consequi posset, quam hæredita-
5 rio, † consequens est, vt ex eorum possessione resultet hæreditatis acceptatio, vt notat *Bart. in l. gerit nu. 2. ff. de acquir. hæred. & cons. 129. n. 4. lib. 1. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 101. nu. 27.* & fuit dict. in *Maceraten. interusuriorum 11. Februarij 1608. coram bon. mem. Manzanedo.*

Alterum fundamentū sumptum ex dispositio-
6 ne † *l. vnum ex familia 67. §. si falcidia, ff. de l. 2.* non applicatur, Textus enim, & DD. super eo Scriben. loquuntur in hærede grauato, qui iussu Testatoris cogitur omnino restituere hæreditatem, solumque habet facultatem eligendi vnum ex vocatis, eo enim casu electus non dicitur capere ex Testamento eligentis, sed eius, qui restitui iussit, cum facultas necessariæ electionis propriæ liberalitatis beneficium non sit, & nihil de suo reliquisse videatur, qui quod reliquit omnino reddere debuit, vt inquit Imperator. Hic autem versamur in hærede, qui nulla adstrictus necessi-
7 tate instituendi, † sed habens liberam facultatem disponendi, & relinquendi cui maluerit, disposuit ad fauorem Annæ, vnde merito ipsa dicitur succedere hæredi, à cuius liberalitate capit hæreditatem, non autem Testatori, qui liberam hæredi reliquit facultatem disponendi, vt optimè distinguendo consuluit *Surd. cons. 29. num. 18. cum alijs in prima decis. alleg.*

Neque huic responsioni aduersatur *text. in l. si sponsus §. si quis rogatus, ff. de donat. inter vir. & vxor.*
8 † vbi quod hæres relinquens substituto videtur potius fidem primi Testatoris exoluere, eiusque voluntatem pinguius implere, quam quicquam de proprio donare. Pro explicatione enim huius textus, in quo præcipua consistebat causæ difficultas, aduertebant Domini textum loqui in hærede, qui præcisè cogebatur hæreditatē restituere substituto, solumque poterat certam portionem deducere, inferens, quod dictam portionem non deducens voluerit pinguius defuncti voluntatem implere, dum enim hæres sciebat substitutum ex voluntate defuncti totum assem, dempta certa portione, consequuturum, vtique dum hæres noluit illam portionem deducere, proculdubio id egisse videtur, vt integra hæreditas absque vlla diminutione deueniret ad substitutum, quem certū erat purè, & præcisè fuisse per Testatorem ad successionem vocatum. At in præsenti casu Laura non vocauit Annam, purè & simpliciter, seu sub conditione, quatenus Crescentius hæres institutus de bonis relictis non disponeret, vnde voluntas Lauræ erga Annam non erat constans, sed totum erat positum in facultate Crescentij, sicque deficit ratio fundamentalis textus posita in libera, & clara voluntate Testatoris, quod substitutus deberet hæreditatem assequi, ob quā infert Vulpianus, quod hæres relinquens substituto videatur sequi voluntatem defuncti, eamque pinguius implere; Dum enim Testatrix commisit successionem Annæ in liberam voluntatē Crescentij, videtur potius ipsa sequi voluisse hæredis voluntatem, quam è contra, proindeque dum Crescentius disposuit in fauorem Annæ non tam videtur sequutus defunctæ voluntatem, quam propriam aperuisse vtendo facultate sibi tributa, eamque ad successionem vocando, quam potuisset pro libito suæ voluntatis priuare. Hinc autem satis patet quam distent termini illius text. ab hoc casu neque enim valet replicare, quod etiam in casu legis potuisset hæres vnam portionem deducere; Vis enim stat in hoc quod dum substitutus capere debebat reliquatum hæreditatis si hæres portionem, quam poterat, nō ademerit, id egisse videtur, vt pinguius impleret voluntatem defuncti, hoc autem applicari non potest vbi prout hic, substitutus non potest assequi hæreditatem nisi de voluntate hæredis, & quatenus ipse de bonis non disposuerit. Cum enim Testatrix totum negotium commiserit hæredis voluntati, dici nequit hæredē voluisse sequi defuncti voluntatem, sed potius suam aperire, vt dictū est.

Præterea aduertebant Domini text. loqui solli

præ-

præsumptiuè, ibi, *magis pleniore officio præstandæ fidei fructum maritum, quam donasse videri*, & ibi *Celsus adiecit quod plerique magis fidem exoluunt in hoc casu quam donant. Nec de suo putant profecisse quod de alieno plenius restituunt*. Vnde hæc præsumptio admittit probationem in contrariũ, & cessat quando constat hæredem non tam voluisse implere defuncti voluntatem quam de suis bonis disponere, vt apertis verbis declarauit Crescentius in principio Testamenti, ibi, *volens de suis bonis disponere*, & ibi, *in omnibus autem alijs suis bonis* & infra de his in quibus à Laura fuerat institutus cum dicta facultate specificè disposuit, si enim tanquam de bonis suis disposuit, ergo non disposuit tanquam de bonis Lauræ. Vbi autem clara est Te-
9 statoris declaratio † cessat omnis disputatio *l. ille aut ille ff. de leg. 3.* & non admittitur præsumptio,
10 nec † coniectura vbi res apparet euidenter *l. continuus §. cum ita, ff. de verb. obl. l. si certis anni C. de pact.*

Idque tanto magis quia Crescentius vltra bona reperta in hæreditate Lauræ, reliquit Annæ etiam mobilia proprijs pecunijs comparata. Vnde sicut de his tanquã de proprijs disposuit, ita etiã de alijs censetur disposuisse, cum simus in vna, eademque dispositione coniunctiuè, & copulatiuè
11 facta, † cuius vna pars aliam declarat *Soccin. in l. in 1. notab. ff. de reb. dub. Ruin consil 7. n. 10 in fin. lib. 2. Surd. decis. 124. n. 9.* Et vlterius adiecit etiam nouũ onus distribuendi bona in pauperes, casu quo Anna sine filijs decederet, quod adijcere non potuis-
12 set, † si simpliciter iuxta mentem Lauræ hæreditatem restituere cogitasset ad notat. per *Doct. in d. l. vnum ex familia §. si fundum ff. de leg. 2. cum alijs in alia decis. cumulatur vers adhuc tamen*.

Reliqua quæ substiliter longa serie adducebantur visum fuit non indigere alia responsione.

Et ita vtraque &c.

Decisio ista in hac eadem causa emanata sub die 15 Iunnij 1643. coram eodem Reuerendiss. Decano est supra hac eadem part. 9. rec. decis. 205.

R. P. D. MELTIO
postea EPISCOPO PAPIEN.
Recanaten. manutentionis.
Veneris 2. Decembris 1644.

ARGVMENTVM.

Vsusfructus constitutus in rebus, quæ ex solo vsu consumptionem recipiunt non differt à proprietate, nec ab ea separatur: ideoque si huiusmodi res alicui quoad vsumfructum legantur, censentur etiam quoad proprietatem legatæ. Hoc tamen fallit vbi apparet de contraria voluntate testatoris, de qua satis constare dicitur si voluit legatarium obligatum esse ad præstandam cautionem, & inuentarium conficiendum, & denique si dixerit hæredem deberi esse contentum de quacumque restitutione.

SVMMARIVM.

1 *Vsusfructus mortuo vsufructuario statim consolidatur cum proprietate, itaut proprietarius incontinenti recipiat in eo habere plenam potestatem.*
2 *Possessio naturalis mortuo vsufructuario ipso iure transit in proprietarium etiam ignorantem.*
3 *Possessio ciuilis proprietarij finito vsufructu trahit ad se naturalem vsufructuarij.*

4 *Proprietario conceditur manutentio etiam ex sola ciuili possessione vsufructu finito.*
5 *Hæres vsufructuarij potest finito vsufructu ea bona retinere, quæ eius auctori fuerunt etiam in proprietate relicta.*
6 *Vsusfructus non separatur à proprietate in his, quæ vsu consumuntur, sed vide nu. 8. cum seqq.*
7 *Bona, quæ vsu consumuntur acquiruntur vsufructuario etiam quoad proprietatem, quamuis solus vsusfructus fuerit illi legatus.*
8 *Vsufructu relicto de bonis, quæ ipso vsu consumuntur an etiam proprietas, vel solus vsusfructus censeatur legatus, & num. seqq. ac. sup. numer. 6. & seqq.*
9 *Testator si mandauit vsufructuario vt præstet cautionem, & conficiat inuentarium, intelligitur ei solum vsumfructum legasse, licet ille consistant in rebus quæ consumuntur vsu. & num. seq.*
11 *Vsusfructus potest in gemmis, & margaritis, & pecunijs constitui.*
12 *Legatum factum vxori per verba*, ipsius vita naturali durante, & vidualem vitam seruante, *intelligitur de vsufructu, non de proprietate.*
13 *Testator si mandauit hæredes contentos esse de quacumque restitutione eis per legatarium faciendæ, intelligitur illi non proprietatem, sed solum vsumfructum legasse, & sup. nu. 8.*
14 *Instrumentum publicum facit probationem probatam.*
15 *Confessio dotis receptæ vbi adest instrumentum promissionis illius superat omne genus probationis.*
16 *Locupletari nemo potest cum aliena iactura.*
17 *Manutentio conceditur hæredi vsufructuarij in bonis proprijs ipsius vsufructuarij, etiam si illa aliquando fuerit in hæreditate testatoris.*
18 *Titulum habens facit fructus suos.*
19 *Fructus ad lucrandum sufficit legitima possessio.*
20 *Hæredibus vsufructuarij non competit retentio in bonis testatoris ratione crediti de quo eorum auctor apparet satisfactus.*

DECISIO CCCXV.

Decessit de anno 1613. Marmilius Massuccius condito testamento in quo instituta hærede in vsufructu Cinthia Leoparda vxore, & substituit post eius mortem Antonium fratrem, eique substituit Iulium Monaldum, Flauianum Constantinum, ac filios Simonæ Pastrouichæ, à quibus causam habent Thomas Tholomeus, & Io: de Monaldis, Io: Baptista, & Antonius Franciscus de Costantinis, Io: Baptista, & Io: Franciscus de Grifonellis, ac Lucretia Vulpiana de Centoflorenis; Defunctaque de mense Februarij 1641. dicta Cinthia, quæ postquam in pacifica possessione sui vsusfructus remanserat spatio annorum 28. ac hæredes suos instituerit Mariam Alemannam, ac Consortes, orta fuit controuersia inter eam, ac supradictos substitutos Proprietarios super manutentione in possessione bonorum hæreditariorum d. Marmilij, & introducta causa coram Ordinario Recanaten. ab eo fuit decretum mandatum de manutenendo eisdem Proprietarijs, prout etiam fuit confirmatum ab A. C. causa deindè commissa in Rota cũ facultate manutenendi quem de iure, fuit per duas decisiones corã R. P. D. meo Cerro * emanatas pariter firmatum, manutentionem competere eisdem hæredibus Proprietarijs, ad quorũ

fauorem fuit etiam expeditum mãdatum de ma-
nutenendo, à quo interposita appellatione, &
mihi commissa, dubitaui, An, & in quibus bo-
nis sit danda manutentio, & per Dominos res-
ponsum fuit vtriq; parti consulendo illam res-
pectiuè concedendam esse iuxta modum in de-
cisione exprimendum.

Quoad hæredes supradictos Proprietarios sub-
stitutos visum fuit non posse illis denegari ma-
nutentionem in censibus, bonis, stabilibus, mo-
bilibus, & semouentibus spectantibus ad hære-
ditatem dicti Marmilij, quæ de tempore mortis
eiusdem extabant penès Cinthiam vxorem, ex-
ceptis tamen nonnullis corporibus, quæ spe-
ctant ad Mariam Alemannam causam, habentem
ab eadem Cinthia, quia Proprietarius, siue eius
hæres mortuo vsufructuario, potest capere pos-
sessionem realem, vt eam iungat Ciuili, cum
per obitum ipsius vsufructuarij, statim vsusfru-
ctus sit finitus, nec transit ad hæredem, sed con-
1 solidatur cum proprietate, † itaut Proprieta-
rius incontinenti incidiat habere plenam in ea-
dem re potestatem §. finitur, & §. vltimo instit.
de vsufruct. cap. 61. num. 3. Gratian. discept. forens.
cap. 779. nu. 5. Decian. cons. 42. nu. 33. lib. 5. Me-
noch cons. 201. nu. 36. Boer. decis. 172. nu. 29. & de-
cis. 291. nu. 1. par. 7. diuers. & decis. 119. nu. 5.
vers. adeo quod post Modern. de manutent. Vnde nil
mirum si Proprietarius habeat facultatem ap-
prehendendi possessionem naturalem, quæ am-
plius esse non potest apud hæredem vsufructua-
2 rij, sed illicò perit cum eodem vsufructu, † &
ipso iure redit ad Proprietarium etiam igno-
rantem obitum vsufructuarij Bart. in l. erogatur
nu. 12. ff. de adop.. Bald. in specie in l. 1. ad fin. quæst.
46. ff. de rer. diuis. Tiraquell. le more Saisit. p. 3. de-
clarat. 1. nu. 7. in princ. Valascb. de emphit. q. 18. nu.
7 fol. 201. Natta cons. 409. nu. 3. in Princ. & num, 6.
in fine Menoch. cons. 139. num. 16. ad med. & num.
21. in princip. Gabr. cons 124. num. 4. & 5. lib. 2. Ro-
ta in Romana Dotis 2. Decembris 1633. coram bo. m.
Motmanno & licet disputando idem Valascb. ali-
ter sentiat, tamen non est recedendum à supra-
dicta opinione, quod ciuilis possessio proprie-
3 tarij † trahat ad se naturalem vsufructuarij, pro-
ut vltrà supra allegatos concludit Scrader. de feud.
par. 3. cap. 2. nu. 14. in fine fol. 45. & 2. par. 9. part.
princ. sect. 8. par. 2 num. 22. in fin. fol. 606. Rosen-
tal. eod. tit. de feud. cap. 7. conclus. 23. nu. 2. in fine,
& litt. B. & C. fol. 331. & cap. 7. conclus. 60. nu. 13.
& in litt. H. fol. 31, Curt. iun. cons. 108. & cons. 110.
pro habenda nu. 18. & ista sufficiunt pro obtinen-
4 da manutentione Natta cons. 429. per tot. Rota in
Rom. de Incoronatis 29. Aprilis 1616. coram bo. m.
Vbaldo in §. quia certum est vers. vnde finito vsufru-
ctu &c. penès eundem Modern. de manut. decis. 299.
Gratian discept. forens. cap. 899. nu. 6. Negus consil.
204. nu. 212. & seq. Thesaur. iun. quæst. 96. num. 4 &
seqq. lib 2. Colimbrien. Præstimoniorum 28. Aprilis
1634. coram bo. mem. Coccino, & decis. 506. nu. 6.
par. 5. diuers.

Non obstat, quod aurum, argentum, marghe-
ritæ, pecuniæ, frumentum, vinum, oleum, alijque
fructus existentes de tempore obitus Testatoris
dicantur prælegati Cinthia etiam quoad pro-
prietatem, & per consequens Maria Alemanna
vti hæres dictæ Cinthiæ non teneatur eadem bo-
5 na restituere, † vel possit de bonis hæredis ali-
qua retinere adęquantia illorũ valorem, vt fuit
resolutum in decis. 19. nu. 21. par. 5. diuers.

Quia quoad pecunias, & res, quæ vsu consu-
muntur, licet videantur relictæ improprietate,
6 cum † in istis non detur separatio vsusfructus à
proprietate l. fin. de vsufruct. ear. rer.. quæ vsu con-
sum. Alex. in l. 1. num. 20. ff. de leg. 1. Ruin. cons. 51.
n. 13. lib. 2. Gratian. discep. forens. cap. 543. nu. 9.
cum seqq. & dicantur acquisitæ Cinthiæ quoad
7 proprietatem, & dominium vt respondet I.C. in
l. si Vini, & in l. hoc Senatus Consultum §. si pecu-
niæ, & in l. fin. ff. de vsufruct. ear. rer. quæ vsu
consum. & repetit. Imperator in §. constituitur autem,
ibi, Tamen cum ex dispositione Testatoris ap-
pareat ipsum voluisse quod hæredes Proprieta-
rij teneantur stare taciti, & quieti de quacun-
que restitutione supradictorum omnium sub pœ-
na in casu contrauentionis caducitatis ab hære-
8 ditate, † quæ prohibitio, & pœna caducitatis
demonstrat relictum tantùm fuisse vsumfru-
ctum Dec. cons. 187. numer. 5. lib. 1. Menoch. præs.
135. nu. 12. lib. 4. Cephal. cons. 37. num. 24. 25. 26.
& 30. lib. 1. Rota decis. 663. nu. 4. par. 2. recent.
maximè id succedere videtur, dum Testator co-
gitando si dicta Cinthia noluisset vitam vidui-
lem seruare mandauit, vt teneretur præstare cau-
tione de vtendo, & fruendo, & conficere inuen-
tarium, & omnia alia facere, prout de iure qui-
9 libet vsufructuarius tenetur † ex quibus benè di-
gnoscitur enixa voluntas Testatoris constituen-
di vxorem solam vsufructuariam iuxta l. Balista
ff. ad Sen. cons. Trebel. Dec. cons. 181. & 185. nu.
10. Menoch, cons. 63. num. 13. Ciriac. controu. 283.
nu. 4. Rota decis. 167. num. 28. par. 5. diuers. etiam
in rebus supra narratis, quæ vsu consumuntur,
10 dum † per eandem Cinthiam fuit etiam præsti-
ta cautio de restituendo, & fruendo arbitrio bo-
ni viri Text in l. 1. & l. si tibi vini, & Olei, ff. de
vsufruct. ear. rer. qua vsu consum. Castill. de vsu-
fruct. cap. 17. per tot. Gratian. discept. for. cap. 130.
nu. 22. Rota decis. 235. num. 3. coram Reuerendiss.
Vrgellen. & decis. 299. num. 20. & 21. par. 5. diuers.

Quo verò ad argentum, margheritas, & pe-
cunias licet non possit dubitari super istis posse
11 constitui vsumfructum, † sicuti in rebus non
consumptilibus, vt inquit Couar. var. cap. 7. fol.
704. num. 3. vers. 1. conclusio. Tamen id etiam
apertè colligitur ex mente, & narratiua eiusdem
Testatoris, dum reliquit huiusmodi vsumfru-
ctum Cinthiæ, illius vita durante, & vitam vi-
duilem seruante, † quæ verba nil aliud impor-
12 tant quam vsumfructum morte finiturum, non
autem tradunt proprietatem l. filius à Patre nu. 4.
in fin. vers. sed aduerte ff. de liber., & posib. Bart.
in l. libertis. la prima num. 3. & infrà de adim.
legat Mantich. de coniect. vlt. volunt. lib. 9. tit. 2.
num. 29. vers. id quod constare etiam dicitur Menoch.
de præsumpt. lib. 4. præsump. 134. num. 3. Surd. de
alim. tit. 2. quæst. 8. num. 10. Castill. de vsufruct. cap.
31. num. 13 Bello. cons. 6. per tot. Cephal. cons. 37. nu.
30. vers. quia si Domina lib. 1. Vrgellen. decis. 76. nu.
8. Rota decis. 22. nu. 27. & 24. part. 6. & decis.
238. num. 3. par. 7. diuers. Mutinen. dotis 16. Innua-
rij 1641. coram Eminentiss. D. Card. Panzirolo, Ro-

mana dotis 8. Iunij 1643. coram R.P.D. meo Carrillo, quod eo faciliùs videtur firmandum, dum testator prohibuit, Cinthiam ab hæredibus molestari, ac mandauit illos contentos esse debere de

13 quacunque restitutione, † quo casu præsumitur fuisse relictum tantum vsumfructum, non autem proprietatem, *Menoch. præsumpt. 135. num. 16. lib. 4. Simon. de Præt. de interpret. vlt. volunt. lib. 3. interpr. 1. dub. 1. col. 1. nu. 38. Ruin. conf. 17. nu 13. lib. 2. Bald. conf. 273. modo quæritur vers. secundo ex eo, quod matrem lib. 4. Cephal. conf. 37. n. 35. Decian. conf. 278. columna tertia vers. quinto, & vers. seqq.*

Contra hæreditatem Cinthiæ, siue Mariam Alemannam illius hæredem multa per dd. hæredes proprietarios opponuntur ad effectum impediendi retentioné bonorum, quæ ad manus d. Cinthię peruenerunt ex hereditate Marmilli, & in specie quoad dotem eiusdem Cinthiæ, quæ tantum consistit in scutis 3200. vt apparet non solum ex Instrumento promissionis, vt ex Sum-

14 mario eorumdem hæredum, † quod facit probationem probatam, *cap. cum Ioannes, de fid. instru. l. cum pluribus, C. de probat Bald. in l. 2. C. quando fisc. vel priuato. Bartol. in l. 1. in princip. de nou. oper. nunciat. Tiraq. de retract. lignag. §. 2. part. 3. rec.* Verùm etiam ex Instrumento quietantiæ, vt

15 apparet ex eodem Summario, † quæ confessio superat omne genus probationis *l. cum precium, C. de liber. caus. Tiraquell. in tract. de const. par. 3 ampl. 1. Alexan. conf. 127. num. 2. lib. 4. Crauett. conf. 217. num. 9. Verall. decis. 105. num. 2. par. 2. Rot. decis. 758. n. 1. ead. par. 3. recent.* vt infrà demonstrabitur illa ferè in totum de ea remansit satisfacta.

Et primo quoad scuta 500. quæ per hæredes Cinthiæ prætenduntur ab ipsa de proprio soluta q. Antonio Massuccio in causam legati à Marmillo relicti, nulla est eorum habenda ratio, dum dicta scuta 500. fuerunt soluta ex censu scutorum 2000. quem hæreditas Marmillij habebat cum Barbara Marsilli, de quo censu dicti hæredes tantum petunt scut. 1500. & per consequens

16 Cinthia cum iactura dd. hęredum † non poterat locupletari *l. si eum seruum, vbi gloss. in verb. condicere propè fin. & DD. ff si cert. pet. l. iure naturæ, ff. de reg. iur. Rot. dec. 443. num 6. par. 5. diuersor.*

Censuerunt tamen Domini hæredibus Cinthię esse dandam manutentionem, in omnibus bonis proprijs Cinthiæ, & in censibus ab ipsa acquisitis ex proprijs pecunijs, etiamsi aliquando exti-

17 terint in hæreditate Marmilij, † quia tàm ratione Domini, quàm vsusfructus ad ipsam spectant *Castr. conf. 326. per tot. lib. 2. Molin. de primogen. Hispan. lib. 4. cap. 9. num. 22. Vasq. contr. ou. 28. num. 25.* &

18 ideò ratione † tituli faciat fructus suos *l. si vsufructuarius messem, ff. quib. mod. vsufruct. amitt. Rota dec. 448 num. 54. coram Reuerendiss. Vrgellen.* & maximè in hoc casu, in quo non solum non fuit petita cautio, sed nec etiam Cinthia ex testamen-

19 to tenebatur illam præstare, † & sic ad lucrandos fructus sufficit legitima possessio, vt fuit resolutum *in Auenionen. Vsusfructus 11. Decemb. 1637. coram R.P.D. Ghisilerio in ordine 259. n. 30. p. 7. diuers.*

Verùm, quia inter partes alterabatur circa extinctionem nonnullorum censuum fuit inter easdem concordatum circa talem extinctionem, & prius firmatum ab eadem Cinthia fuisse præcipuè extinctos tresdecim census in totum ascendentes ad summam scut. 3594. qui isti sunt secundum ordinem in Summario ab eisdem partibus dictum, videlicet.

Secundus scut. 150. cum Antonio Mazagallo.
Tertius scut. 724. cum Clitia Massuccia.
Quartus scut. 610. cum Petro Antonio Marafosco.
Quintus scut. 225. cum Thoma Massuccio.
Sextus scut. 200 cum eodem Thoma.
Septimus scut. 485. cum Maria Mancina.
Nonus scut. 100. cum Scipione Thomassino.
Decimus scut. 50. cum Nicolao Eugenio.
Decimus secundus scut. 100. cum Ioan. Francisco Confalonerio.
Decimus tertius scut. 200. cum Iosepho, & Cæsare de Anticis.
Decimus quartus scut. 500. cum Paulo Massuccio, & Alexandro Barloccio.
Decimus quintus scut. 50. cum Piera Ioanna Massuccia.
Decimus sextus scut. 200. cum Alexandro Barloccio.

Vnde cum duos Cinthię, vt dicebam fuerit constituta in scut. 3200. census verò supradicti ab eadem Cinthia extincti ascendant ad supradictam summam scut 3594. nulla eidem debetur

20 retentio in bonis, & hæreditate Marmilij, † cum ipsa dicatur integrè satisfacta de dicta sua dote *l. cum introire, ff. de pignorib. Negus. de pignor. in 1. membr. 3. par. num. 17. Petrus Specchius de iur. existen. cap. 50. n. 10. Capic. Latr. contr. 95. n. 17. par. 2*

Et ità vtraque parte informante &c.

☞ *Decisiones istæ emanatæ in hac eadem causa coram Reuerendiss. P. D. Cerro Decano, scilicet sub diebus 27. Iunij 1642. & 24. Aprilis 1643. sunt in hac eadem par. 9. recent. dec 172. & 120.*

R. P. D. VEROSPIO.

Barchinonen. Canonicatus.

Veneris 4 Decembris 1644.

ARGVMENTVM.

Indultum, quod per sanct. mem. Gregorium XV. fuerat concessum Serenissimo Hispaniarum Regi super Collatione Beneficiorum Collegiatarum Ecclesiarum existentium in Regnis Hispaniarum non comprehendere Beneficia Principatus Cataloniæ, & Comitatus Barchinonen. præsens declarat decisio, cum huiusmodi Prouinciæ, quamuis Hispaniarum Regi sub sint nihilominus proprium retinent nomen, & proprijs legibus moderantur, ac gubernantur.

SVMMARIVM.

1 *Hispaniæ Regnorum appellatione contineri solent Prouinciæ, ac Principatus Hispaniarum Regnis vniti, & eiusdem Regis Dominio subiecti.*

2 *Gratiæ concessæ Christianissimo Francorum Regi pro Ecclesiis in Regno, siue de Regno Franciæ, includunt Prouincias eidem Regno vnitas eiusque Regi subiectas.*

3 *Regni appellatione cõtinentur omnes illius Prouinciæ.*

4 *Cataloniam Regno Aragonio fuiss. vnitam testantur Historici, sed quomodo vide num. 9.*

Aragoniæ Regnum est sub dominio Regis Hispaniarum, num. 4.

5 *Indultum concessum Hispaniarum Regi pro suis Regnis comprehendit etiam Cataloniam illis vnitam contra num.7.& seq.*

6 *Prouinciæ omnes tam citerioris, quam vlterioris Hispaniæ, Regali dignitate præfulgent, & Regna nominantur.*

Lusitania, & Bætica appellantur Regna, & num.6.

8 *Cataloniæ Prouincia proprium sibi retinet nomen Principatus, & proprijs legibus moderatur, ac patrio iure viuit.*

9 *Catalonia fuit vnita Regnis Hispaniarum equè principaliter, non accessoriè.*

Catalonia non gaudet priuilegijs Regnorum Hispaniæ, nec eorumdem legibus gubernatur num.9.

10 *Indultum concessum pro Ecclesiis in Hispaniarum Regnis consistentibus, extendi non potest ad Ecclesias, quæ sint propè, vel extra dicta Regna.*

Dictio, In, denotat intrinsicitatem num.10.

11 *Indulta, & Priuilegia recipiunt interpretationem ex obseruantia subsecuta.*

12 *Indultum non comprehendit ea beneficia de quibus constat Pontificem post indultum prouisisse.*

13 *Causa vniuersalis actus magis inspicitur quam ipsius actus exercitium.*

14 *Obseruãtia interpretatiua nulla indiget præscriptione.*

15 *Obseruantia interpretatiua inducitur etiam ex vnico tantum actu.*

16 *Obseruantia interpretatiua, vel tollitur, vel redditur æquiuoca ex actu ab illa difformi.*

17 *Electio facta ad formam indulti si non probatur effectum sortita non tollit obseruantiam interpretatiuam exclusionis ipsius indulti.*

DECISIO CCCXVI.

Obtinuerat à sanct.mem. Vrbano Octauo Petrus Ioannes Atxer collationem Canonicatus Pœnitentiarij Ecclesiæ Cathedralis Barchinonen. vacan. per obitum Monserrati Perareda, qui de mense Iulij decesserat iuxta dispositionem Regulæ octauæ hodie nonæ Cancellariæ Sedi Apostolicæ reseruato. Ad quem etiam Canonicatum cum Ioannes Puig. præuio concursu ab eiusdem Ciuitatis Ordinario, & Capitulo fuisset electus in vim Indulti concessi à sanct. mem. Gregor.XV. Serenissimo Hispaniarũ Regi Catholico, in quo sancitum fuerat, vt Canonicatus, & Præbendæ Pœnitentiarij quocumque mense, & per obitum cuiuscumque personæ vacare contingerent in Cathedralibus, & Collegiatis Ecclesijs in Regnis Hispaniarum consistentibus, præuio concursu à locorum Ordinarijs, & dictarum Ecclesiarum Capitulis conferri debuissent. Orta propterea inter eosdem controuersia, proposui dubium super bono iure vtriusque partis, cuius resolutio visa fuit Dominis pendere ab interpretatione eius Indulti, an illud scilicet Ecclesias sitas in Principatu Cataloniæ, & Comitatu Barchinonen. comprehendat.

Et illius inclusio ex eo suaderi visa fuit, quod
1 appellatione Regnorum Hispaniæ † contineri solent Prouinciæ, ac Principatus Hispaniarum Regnis vniti, ac proinde eiusdem Regis dominio subiecti, vt tradit *Vitalin.in Clem.Archiepiscopo num.47.& 48.de priuil.* vbi concludit in terminis gratiæ Christianissimo Francorum Regi cõcessæ pro Ecclesijs in Regno, siue de Regno Fran-
2 ciæ † illam includere Prouincias eidem Regno vnitas, ac Regi subiectas, in quam etiam sententiam pluries itum fuit in hoc Tribunali, vt coram *Mant.dec.59.num. 1. & in Toletana Canonicatus Pœnitentiarię 22. Aprilis 1644. coram R.P.D. meo Cerro, & in Terulen.Canonicatus 2. Maij 1637. coram R.P.D. meo Carrillo.* Cum appellatione
3 Regni tanquam vniuersali† omnes illius Prouinciæ vti eiusdem membra contineantur, vt aduertit *Ruin.cons.22.num.4.& 5.Mastrill.de Magistr. cap.13.num.41.* & considerauit eadem decisio Terullen.coram R.P.D. Carrillo, in qua præterea ponderatur Hispaniarum nomen ex causa maioris dignitatis expressum fuisse in Indulto.

Cum igitur Cathaloniæ Principatum ab Hispanis asseratur Historicis, nempè *Ioanne Perez Martinez in lib.fundat.antiquit.S.Io. della Penna lib. 5.cap.36.Zurit.lib.2.Annal.Aragon.cap.2. in princip.*
4 † vnitum fuisse Aragoniæ Regno, quod sub Regis Hispaniarum dominio existit, sub eo Regnorum nomine expresso in Indulto comprehendi
5 debet, † ac eodem iure censeri, quo Regnum ipsum Aragoniæ iuxta *tex.in l. tam hoc iure, ff. de vul.& in l.hæredi, & in l.quamuis, C.eod.tit. Doct. in l.si conuenerit, §.si nuda,ff.de pign.act.Angel. cons. 247 n.1.Monoch.cons.165.n.6 & 7.Roman.cons.275 num.5.Lancell.Gallia in consuetud. Alexan.præfat. 8. num.93.Mastrill.de Magistr.lib.4.cap.13.eod. nu. 40.* dum præsertim omnes Prouinciæ citerioris, &
6 vlterioris Hispaniæ, † vt Lusitania, Bætica, cętereque Regali nunc dignitate præfulgent, ac Regna denominantur, vt latè probat *Couar. pract. qu.cap.1.n.1.ante fin.* cuius authoritate secuta fuit *Rota in dicta Terulen.Canonicatus 2. Maij 1637. coram R.P.D.Carrillo.*

Contraria verò sententia, quod Cathedrales Ecclesiæ Cathaloniæ, & Barchinonen. comprehensæ non fuerint in Indulto ex illius tenore
7 deducitur, † quod dum fuit Regi concessum pro Ecclesiis in Regnis Hispaniarum consistentibus extendi non debet ad Ecclesias in Prouincia Cathaloniæ, & comitatu Barchinonæ sitas, in quibus idem Rex regalem non obtinet dignitatem, sed solum Princeps, & Comes appellatur, vt constat ex diplomatibus Regijs, in quibus idem Rex in priuilegiorum concessione Cathaloniæ Princeps, & Comes Barchinonæ inscribitur, & ex Apostolicis literis, in quibus eadem Prouincia sub Principatus tantum appellatione enunciatur, vt in his terminis consuluit *Gabr.cons.45. num.9.lib.2.Menoch cons.1166.num. 67. Alex. cons. 114.num.19.lib.4.Gullelm.de Benedict.in cap.Raynutius, in verb.Adelasiam, dec.5.n.496 de testam. Lancell.Gallia ad consuetud.Alex.præfat.8.num.94.* Itaut
8 dum eadem Prouincia Cathaloniæ † proprium sibi retinet nomen Principatus, proprijs legibus moderatur ac patrio iure viuit, vt testatur *Mierez.in const.Cathalon.par.1.collat.9. num 2. & seqq. Zurit.lib.1. Annal.Aragon.cap. 56.circa fin. Oliban. de action.par.1.lib 3.cap.2.num. 9. 13. & 17.* æquè
9 principaliter, † non autem accessoriè reputetur vnita, ac proinde priuilegijs Regnorum Hispaniæ gaudere, ac eorumdem legibus gubernari non debeat, vt declarat *Bart.in l.si conuenerit, 18. §.si nuda; ff.de pign.act.num. 2.& 3. Castr. num.3. Bald.in antiq.lectur.num.2.idem Bartol.in l.si quando, num.1.Cod.de appell.post glos.in verb.Duciano, in ad-*

dit.

dit.& in leg.1.§.si quis appellat.num.15.ff de appell. Curt.sen.cons.56.num.8.Alex.con.151.n.5.lib.1. Cephal.cons.414.n 34.Aym.de antiq.temp.§.nunc transeo, n.55.& 56. Lancell. Gallia ad consuet. Alex. d. præfat.8.n 93. vbi ita declarat intelligendos esse Authores pro opinione contraria superius adductos, præsertim ponderato tenore ipsius Indulti, quod vti conceptum pro Ecclesijs in Regnis Hi-
10 spaniarum consistentibus extendi non† potuerit ad Ecclesias, quæ sint propè, vel extra Regna, obstante illa dictione, *In*, quæ denota intrinsicitatem, *iuxta text.in l.1.ff.de flumin.not. glos. in l. 3.ff.de offic.Præsid.Doct.in leg.Gallus, §.ille casus, ff. de liber.& posthum.vbi Bart.num.2.Alex.n.15. Ias. n.21.Rot.in Romana grani 13.Nouemb.1641.& 11. Maij 1643.coram R.P.D. meo Cerro.*

Neque contra hanc sententiam vrgere videntur decisiones, quæ ponderatæ fuerunt pro opinione contraria, Decisio enim *coram Mantic.59.* solum asserit sub Indulto concesso inRegnis Philippi Hispaniarum Regis, etiam fuisse comprehensum Neapolitanum Regnum, in quo ille tantum vtile dominium obtinet; nulla tamen in ea decisione fit mentio de Prouincijs, quæ regali non gaudent honore, An illæ intelligantur inclusæ. In decisione verò Terulen. quæ eam Ecclesiam intra fines Aragoniæ sitam sub tali Indulto arguit contineri, non agebatur de Ecclesijs litis in Prouincijs, quæ inter Regna non numerantur, sed solum dubitabatur, An idem Indultum includeret etiam Ecclesias Regni Aragoniæ, dum concessum legebatur Philippo Hispaniarum Regi IV. qui in dicto Regno solum tertius denominatur. Nec vrget ratio, qua vtitur eadem decisio, quod appellatione Hispaniarum veniant Prouinciæ Hispaniæ, quæ modò Regna denominantur. Quia hæc ratio procedit in Prouincijs Lusitaniæ Bæticæ, & Taraconen, quæ modò actu Regalem obtinent Dignitatem, quarum solum meminit decisio, ac de his tantum etiam loquitur *Couar.pract. q.cap.1.n.1.* cuius auctoritati illa innititur, non autem intelligi potest de alijs Prouincijs prout Cataloniæ, in qua idem Rex Principis nomine appellatur, & in his terminis videtur intelligenda decisio in Toletana Canonicatus coram R.P.D. meo Cerro, quę ijsdem auctoritatibus fundatur.

Sed quicquid sit de hac quæstione censuerunt Domini constare de bono iure prouisi Apostol. ex vsu, & obseruantia interpretatiua post Indul-
11 ti concessionem subsecuta, † à qua eadem Indulta, & Priuilegia interpretationem recipiunt, iuxta *text.in l.de interpretatione, ff.de legib.& in capit.cum dilectus, de consuetud.Rot.dec.503.num.1.& 2. part. 1. diuers. & in Lauretana Iurisdictionis 21. Aprilis 1617.coram Card.Sacrato, & in Burgen. expensarum 31.Ianuarij 1625.coram bon.mem. Merlino dec.450.n.3.par.5.recent. & in Montis alti Primiceriatus 6. Iunii 1643. coram me.* Hæc verò obseruantia Indulti non includentis Ecclesias in Principatu Cathaloniæ existentes deducitur ex pluribus prouisionibus à Sede Apostolica factis de similibus Canonicatibus in Summario Petri Ioãnis exhibitis, ex quo constat de anno 1627. Canonicatum Pœnitentiarium Ecclesię Vrgellen. fuisse ab eadem Sedę collatum Alexandro Durano per obitum Sebastiani Cappella, qui de mensis Octobris Pontifici reseruato decesserat; Canonicatum maioris Ecclesiæ Illerden. per mortem Thomæ Gomar, qui extra Romanam Curiam de mense Aprilis obierat Ioannem Belner à Dataria obtinuisse; De anno verò 1642. Petrum Rosellum de Canonicatu Pęnitentiario Ecclesiæ Tarraconen. à fel. rec. Vrbano Octauo fuisse promissum per obitum Vincentij Ferrer, qui de mense Iulij, seu Augusti excesserat; Canonicatum Pœnitentiarium Ecclesiæ Celsonen. vacantem per obitum Ioachimi Costæ de mense Maij subsecutum, ab eodem Summo Pontifice Monserrato Pol fuisse collatum, & demum de anno sequenti Canonicatum Ecclesiæ Elnen. per mortem Patiani Carser de mense Nouembris Sebastianum Garrigam ab Apostolica Sede obtinuisse, Quæ collationes numero plures, ac effectum sortitæ concludere valent hanc obseruantiam etiam in Ecclesia Barchinon. licet in ea non probetur à Sede Apostolica facta collatio Canonicatuum expressorum in Indulto, quorum nec probatur secuta vacatio post illius concessionem; Cum satis sit ostendere, quod in alijs Ecclesijs ipsius Principatus, in quibus contigit casus vacationis mensibus reseruatis de Canoni-
12 catibus † in Indulto comprehensis à Pontifice fuerit facta prouisio, vt ponderauit *Rota in decis. 39.n.9.& decis.257.n.5.par.3.recent. & in Hispalen.Iuris votandi 8. Februarii 1576. coram Cantuccio, & in Aquilana Cappellaniæ 15.Nouemb. 1613. coram R.P.D.Carrillo.* Magis enim, vt inquit eadem *dec.39.* attenditur causa vniuersalis actus,
13 † quam ipsius actus exercitium, iuxta *text. in l. verum, 40.ff.de furt. cap. cum dilectus, de accusat. cap.occidit, 23.qu.1.* notat *glos.in cap.intelligentia, in verb.ex causis, de verb signif.* præsertim cum
14 eadem obseruantia† interpretatiua nulla præscriptione indigeat, *vt trad.Butr.in cap.fin.de consuetud Dec.in cap.cum M. Ferrariensis, de constit. Aym.cons.101.num.4. Alex.cons.8. n. 7.lib. 6. Surd. cons 140.n.45.Rota coram Crescentio dec.1.n. 1. de const.& in Mediolanen.Decimarum 16.Ianuar.1613.*
15 *coram S.D.N.* sed ex vnico tantum † actu inducatur, vt pluries censuit *Rota coram Buratto decis. 647.n.11.& dec.679.n. 9. coram Caualer. dec. 497. n.5.coram Mantic dec 59. num 12. & in Florentina Iurispatrcnatus de Ricasolis 11. Februarii 1604. coram Card.Lancellote, & ind Toletana Canonicatus 22. April.1641.coram R.P.D.meo Cerro.*

Neque talis obseruantia excluditur ex concursu facto à Capitulo Ecclesiæ Gerunden. de anno 1640. Canonicatus Pœnitentiarij, qui in dict.Ecclesia vacauerat per obitum in mense re-
16 seruato, † ex quo vel tolli, vel æquiuoca reddi videtur tamquam difformis à d.obseruantia, vt ponderauit *Rot.dec.562.n.15 par.5.recent.*

Quia cum electio facta in vim d.concursus nõ probetur effectum sortita, dùm Peouiso Aposto-
17 lico fuit ab A. C. concessa Immissio, † interrumpere non potest obseruantiam exclusiuam Indulti, vt firmauit *Rota in Ianuen. Abbatiæ 14. Martij 1635.coram R.P.D. meo Ghisilerio.* Et licet ab eodẽ mandato de immittendo admissa fuerit appellatio, huius tamẽ appellationis causa potiùs ex causa nullitatis, quam Iniustitiæ admissa fuit.

R.P.D.

R. P. D. CORRADO
Postea S. R. E. CARDINALI.
Farfeñ Bonorum.
Veneris 9. Decembris 1644.

ARGVMENTVM.

Bona, quod sint emphyteutica, ex quo probetur, emphyteusis, quando est finita, tunc Dominus directus ex quadam æquitate, tenetur præferre agnatos vltimi inuestiti, quibusuis aliis, Vocatus quando quis est sub qualitate filiationis, & legitimitatis, tunc vtramque qualitatem tenetur probare, ex nominatione partis, facta in actu proportionabili, quod aliquis sit eius filius, quando arguat filiationem.

SVMMARIVM.

1 *Bona, quod sint emphyteutica, probatur ex instrumento inuestituræ, iunctis solutionibus Canonum, amplia num. 2.*

3 *Partis confessio, quando adest, cessat omnis scrupulus.*

4 *Identitas bonorum bene probatur ex sententijs in causa prolatis.*

5 *Mors alicuius, si in Hospitali sit mortuus, iustificatur ex partita libri eiusdem Hospitalis formiter extracta.*

6 *Proximitas alicuius potest iustificari ex publico instrumento, ex quo pater in eo aliquem in actu proportionabili cum vocauit talem & num. 7.*

8 *Emphyteusi finita, Dominus ex æquitate Iuris debet proximiorem vltimi inuestiti in noua inuestitura, alij cuique præferre.*

9 *Quod multo magis procedit si super hoc adesset statutum loci, pro vt in Abbatia Farfen.*

10 *Inuestito, ex Iudicis officio datur immissio.*

11 *Filius legitimatus per subsequens matrimonium intrat in locum legitimi.*

12 *Vocatus, quando quis est vti filius, debet probare se talem.*

13 *Quod procedit sine agat, siue excipiat.*

14 *Vocatus, quando quis est sub qualitate filiationis, & legitimitatis, vtrumque debet probare.*

15 *Illegitimi non succedunt in emphyteusi Ecclesiastica.*

16 *Ex nominatione patris alicuius in filium facta in actu proportionabili, constituitur ille, in quasi possessione filiationis.*

17 *Ita vt contrarium asserenti incumbat onus probandi.*

18 *Ex patris nominatione facta in filium, quis constituitur in quasi possessione filiationis in ipsius tamen præiudicium, & habentium causam ab eo.*

Secus verò in præiudicium tertij veluti substituti, seu alterius inuestiti, ac etiam ipsius domini directi; quoniam in his casibus aliunde est probanda filiatio.

19 *Filiationis quasi possessio non attenditur, nisi alia concurrant quando sumus in decisoris, vbi principaliter agitur de ipsa filiatione.*

20 *Et sine dubio in procedit, quando non agitur de bonis illius, qui constituit filium in quasi possessione filiationis.*

21 *Filius spurius dicitur natus ex incerto patre.*

22 *Liber baptismi, licet non sufficiat pro plena probatione filiationis, facit tamen præsumptionem qualitatis in eo descriptæ.*

23 *Legitimatio per subsequens matrimonium, quando dicatur intrare.*

24 *Filius natus à Patre incerto, non potest per subsequens matrimonium legitimari.*

25 *Ad legitimitatis effectum sufficere videtur certitudo filiationis ex parentum agnitione resultans.*

26 *Quæ tamen conclusio procedit quando agitur de succedendo in proprij bonis eorundem parentum non autem in illis, quæ ex inuestitura fideicommisso, &c. procedunt, & num. 27.*

DECISIO CCCXVII.

Defuncto Octauiano de soldatis, qui de anno 1612. fuerat inuestitutus iure emphyteutico de nonnullis bonis directi dominij Abbatiæ Farfen. pro se, & eius filijs, & nepotibus mascalis, legitimis, & naturalibus, &c. ei successit Tiberius eius filius, post cuius obitum ea bona concessa fuerunt eodem iure, & forma Catharinæ illius sorori, ac præfati Octauiani filiæ legitimę, & naturali, ac subinde fuit lata sententia pro illius immissione in possessionem eorumdem descriptorum in ipsa Inuestitura contra Octauianum Camillum dicti Tiberij hæredem, ac eorum detentorem; Quam hodie paoposito dubio in causa appellationis mihi commissa dandam esse Domini responderunt.

Nam qualitas bonorum, de quibus agitur,
1 probatur non solum ex inuestituris † prædictis, quę iunctis annui canonis in eis conuenti solutione vltra triginta annos scilicet à dicto anno 1612. citra facta, & alijs adminiculis sufficerent
2 ad legitimam probationem, præsertim contra hęredes dd. Octauiani, & Tiberij, & ad fauorem proximioris *Rota penes bon. mem Card. Seraph. decis. 869. num. 2. & seqq. vers. tamen hæc probatio, & dec. 290. par. 1. & dec. 117. n. 10. vers. de dominio autem, & dec. 359. num. 10. & seqq. vers. secundò concurrunt, & dec. 613. n. 8. vers. Quinta, & seqq. par. 5. & dec. 164. à n. 4. & seqq. vers. Attamen concurrentibus adminiculis par. 6. & dec. 36. n. 3. vers. ea tamen, ac dec. 116. n. 1. & 2. par. 7. recent.* sed ab ipsis partibus admissa fuit in processu & signanter in peti-
3 tione facta † sub nomine Octauiani die 26. & 27. Februarij 1644. sicque cessat omnis difficultas, *Rota penes Seraphin. d. dec. 869. n. 2. & dec. 193. nu. 3. vers. Accedit etiam confessio par. 2. & dec. 69. num 3. vers. vnde ex ipsamet confessione, &c. par. 5. recent.*

Identitas verò euidenter apparet ex collatione
4 earumdem inuestiturarum cum petitione, ac sententia in causa prolatis; Mors autem Tiberij pro-
5 batur ex partita libri Hospitalis Sanctissimi Saluatoris (vbi decessit) formitèr extracta *Rota penes san. mem. Gregor. decis. 78. nu. 2. versic. concurrit fides, &c. & bon. m. Burat. decis. 563. sub num. 1. & dec. 605. sub num. 4. vers. obitus, &c. part. 2. recent.* Atque etiã ex concordi vtriusque partis suppositione in eodem processu; Proximitas demum dictæ Catharinæ non controuertitur, imò iustificatur in hoc
6 casu, † tam ex publico Instrumento; ex quo apparet d. Octauianum illam tanquã eius filiam nuptui dedisse Angelo Roscetto, eiq; honestam dotẽ constituisse, quàm ex Testamento eiusdem, in quo illam vti germanam sororem dicti Tiberij substi-
7 tuit, ac ad eius hæreditatem vocauit. *gloss. in in capit. series in verb. Instrumentum* ibique *Bald. sub n. 4. versic. extra not. extra de testib. Bart. in l. 1. §. quod Senatus Consulto, sub nu. vers. & vltra DD. & c. ff. de lib. agnoscend.* & fuit dictum in *Romana fideicommiss. de Epis. 28. Iunij 1623. coram bo. me. Buratto, decis. 729. sub. num. 1. & seq. vers. quod autem Elisabeth. &c. & prius decis. 201. nu. 3. vers. de filiatione autem, &c. & dec.*

dec.260.nu.6.& seq.vers. secundo,&c.ac rursus decis. 925.nu.5. & seqq.vers. & eorum depositiones,&c. & penes san. mem. Gregor.decis.349.sub.nu.4.& seqq.v. & probatur,&c. & in recen. decis.472.nu.8. vers. ex pradicto Iacobo,&c.par.1.&decis.578.sub.nu.1.vers. Nam quod Cammillus,&c. & seq.part.4. & comprobat *Modern. Rom.discept.653.à nu.70. & seqq. vers. Additur quod &c.*

Ex prædictis planè iustificatur Inuestitura ipsi
8 Catharinæ cõcessa,vtpotè debita,† Tùm ex æquitate iuris, quam probauit *Bart.* communiter receptus *in l.1. §. permittitur nu.1. vers. Et hoc not. pro Empbyteusis,ff.de acqu.quotid.& estiu.Rom.in cons. 22.sub num.5.vers. Quoad vltimum,&c.* & sequitur *Rot.decis.198.nu.1.& seq.par.2.diuers.& penes Seraphin.dec.610.n.1.& seqq.ac Reuer. Vrgellen.dec.251. n.1.&seq..& dec.334.n.1.ac seqq. & Imolen.bonorũ, siue emphyteus.19.Iunij 1618.coram bo.me.Coccin.& in Rauennaten.emphyteus.22.Maij 1628.coram eodem, ac in Matinen.emphyteus.26 Iunij 1630.coram Reuer. D. meo Decano, & sepè in alijs.* Tum etiam ex præcisa dispositione Statuti dictæ Abbatiæ capit. 69.
9 §. si contingat, & cap. 70. §. si per euidentem.
10 Et propterea danda est illi immissio, † quæ Iudicis offitio conceditur inuestito *Rol.cons.1. n. 54. & seq.vers.vel offitio Iudicis, &c.& prius sub nu.49. & seq.versic.Confirmatur hæc opinio,&c.lib.1.* & fuit dictum *in Hispalen. dimid. port.17. Decembris 1635. & 14.Ianuarij 1636.coram bo.m.Coccin. & in Bonon. bonorum 10.Martij 1637.coram Eminen. D.meo Card. Verospio, in recent.dec.585.sub n.22.& seq.vers. siue etiam dimissio,&c.par.5. & dec.204.sub nu.5.& seqq. suffragabatur etiam,&c.ac decis.214.n.13.& seq.vers. secunda verò,&c.par.7.recent.* & probat *Rossental de feud. cap.7. conclus. 8.num.3. vers. verum id, &c.*
11 Nec impediri potest † per Octauianum Camillum,qui asseritur filius Tiberij per subsequens matrimonium inter illum, & Annam eius matrem contractum ligitimatus.
12 Quia non probat † se filium, vt teneretur *l.1. & seq.ff.de prob.l.1.§.sed si maritus vers.si mulier se prægnantem,&c. ibique glos. id verb.& quod editur, ff. de liber.agnosc.l.3.C.de alen.lib.& l.1.C.quor.bonor.* siuè
13 agat, siuè excipiat quando Auersarius fundauit† intentionem suam in casu quo filij non extarent, vt declarat *Castr.in l.liberorum sub nu.5.vers.Et similiter si ab eo petitur,&c. & Angel.ibid.sub n.2.ver.idẽ si agnatus,&c.ff.de his qui not.in fam.Natt.cons. 421. nu.1.& seqq. & cons.473.sub.n.11.vers.sed quantum est,&c. & sub nu. 12. in fin.vers.si quod autem grauamen, &c. Bursatt.consil. 88.sub nu.4.& 5. vers.quia respondetur,&c. Mascard.de probat. concl.786 sub nu. 1.& 2.et alij relati per Fulu.Pacian.in simil.tract. lib. 2.cap.6.à nu.1.et plur.seqq.Rota penes san.me.Gregor. decis.223.nu.2.vers. Et filiatio,etc.* Et quidem cum
14 qualitate legitimitatis, † tum quia vbi aliquid profertur cum aliqua qualitate, vt factum fuit in Inuestitura Octauiano concessa pro se, & eius filijs, & nepotibus masculis legitimis, & naturalibus vtrumque probari debet, *ad l. prætor. ait §. hoc autem edicto vers.docereq;ff.de vbi bon.rapt. Bart.in l. 1.§.1.sub nu.1.vers.item nota, ff.ne quid in flum.pub. et in l.falcinius,§ cum hoc nu.2.versic.quando lex, ff.ex quibus caus.in poss.eat Ias.cons. 106. spectabilis,et clarissime Domine sub nu.5.et seq.vers.sed in casu nostro, &c.lib.1.Rota penes Seraph.dec.1081. sub.nu.1. vers. duo enim, &c. & sub.nu.5.vers. neque obstat. &c. & decis.48.nu.16.par 6.recen.Natt.d.cons.421.sub nu.1. & seq.& d.cons.473.à n. 30. & seq.vers.Post hæc &c. Bursatt.cons.88.sub d.n.5.Decian.cons.24.& seq.vers. Tertio dico,&c.lib.1.Rimin.iun.cons.494.n.21. vers. Quinimo,&c.& seq. Mascard.de prob.d.concl.786.n. 7.vers.Tertio ampliari potest,&c.et nu.11.vers.secundò limita,&c.Pacian.de probat.lib.2.cap.16.n.58.vers. iterum ampliatur, &c. et sub nu.70.vers. Cæterum, actor, &c* Tum quia illegitimi in huiusmodi em-
15 phyteusi Ecclesiastica non succedunt neque de iure communi,vt probat *Bart.in l. ex facto,§. si quis rogatus sub.n.8 in fin. vers. Prædicta possunt esse vera &c.et ibi Alex.sub nu.17.vers. subdens tamen, &c. ff. ad S.C.Trebell.et alij relati per Clar.in §. emphyteusis quæst.3.neque Constitutione Pij V.in ordine 117.incip. Qua ordini Ecclesiastico, de qua Rota apud Card. Seraphin.decis. 478.n.1.et sub n.3.v.prout verius,&c. et dec.474.n.1 et seq.vers.Naturalis enim,&c,ac decis. 703.n.3.vers. Quibus stantibus,&c.par.1.et dec. 244. n.1.vers.quia aderat solus,et.par.2.diu.* & latiùs *decis. 359. sub n.19.et seq.vers. Cessat omnis difficultas, etc. p.5.rec.* & fuit dictũ in *Rom.emphy.19.Apr. 1630. penes Reuer. Vrgell.dec.251,n.4.et seq.vers. vnde cum in casu nostro etc.*

Non enim visa fuit Dominis in hoc casu sufficiens assertio ipsius Tiberij,qui in eius Testamento declarauit dictũ Octauianũ Camillum suũ esse filiũ,eumque,vt talem hæredẽ vniuersalẽ instituit.
16 Quia licet ex huiusmodi † nominatione principaliter facta propter se (vt inquiunt Doctores) in actu filio apprimè congruo, & proportionabili ille constitui soleat in quasi possessione filiationis,
17 itauit contrarium asserenti† incumbat onus probandi, iuxta *glos. in cap.lator in verb.probare legitime ext.qui fil. sint legitim.et in l.neque professio in ver. præiudicat in fine C.de Testam Bart. in d.l.1.§.quod Senatus Consul.n.3.vers.breuiter tu habes tenere.ff.de lib. agnoscend.Rota dec.1.n.2.et sequen,vers. secunda difficultas,etc.par.1.diu.* & sequuntur Doctores relati à *Pacian.de prob.li.2.d.cap.16 sub n 73.vers.porrò, etc.*

Hoc tamen Domini censuerunt procedere in præiudicium ipsius nominantis, & causã habentium ab illo in ijs de quibus liberè disponere po-
18 test, non † autem quando agitur de præiudicio tertij veluti substituti,seu alterius inuestiti,ac etiã Domini directi, quoniã his casibus aliundè comprobari debet filiatio *Ias.in d.cons.106.nu.2.et seq. vers.2.etc.lib.1.Gozad.cons.13.sub.nu.21.vers.15.etc. Grat.cons.140.n.44.vers. Nec obstat, etc.lib.1. Alciat. cons.5. sub n.57.vers. Et licet confessio, etc.lib.4. et in rubr.ff.de lib.et posth sub n.46.vers.sane quod supradic. etc.Bursatt.cons.88 sub n.5 vers.verum,etc.Nat.cons. 473.sub n.24.in fin.vers.ad contraria.etc.Pãzirol.cons. 66.sub n.19.et seq. vers.nec obstat,etc. Surd.cons.552. sub.n.20.et seq.vers.Et quamuis vbi agitur,etc.Peregr. cons.16.n.15.vers.nec etiam,etc.lib.5. Rustic.ad l. cum Auus lib.2.cap.16.n.109. et seq.uers.dictaq.,concl.etc. Rota penes Put.decis.435.lib.1.et penes Card.Seraphin. dicta decis. 1081. sub n.2 vers. Quæ nominatio,etc. et dec. 167.nu.16.vers.2.etc.par. 1.ac decis. 597.n.12.et seq.vers.quoniam assertio,etc.par.5.recent.et in Rom.de Bonellis 19.Nouemb.1613.et 8 Nouem. 1614.coram bo.m.Vbaldo,et in Bono.Alimentorum 16. Dec.1630. coram bo.m.Merlino,cum alijs relatis per Modern.Rom. discep.267.n.19. vers.quidquid aliud sit, etc.* & latiùs *discept.*

discept.744.n.9.et 10.verf.nec facit,etc.et fub n.31.v. maximè quia intelliguntur, etc. et per Marefcott. Reff. 18. fub. numer. 24. verficul. non credo verum, etc. et verficulo. Et maximè ubi agitur de praeiudicio tertij, &c. lib.3. Præfertim in deciforijs, vbi de illa prin-
19 cipaliter agitur, atquè contenditur, † in quibus eiufmodi quafi poffeffio filiationis non fufficit, nifi alia concurrant *Bart. in l. non nudis in 2. lect. verfic. Refpondeo, &c. C. de probat. Iaf. d.conf. 106. num.10. & feq. verf. quintò, & vltimo,&c.lib.1.& conf. 102.in cafu prædicto nu. 10.verf. quinto ad idem facit, &c. lib.4. Menoch.conf.581.fub num.4.verf. nec fufficit,&c.Mafcard.de prob.dicta concluf.786.num.3. & 4.verfic. vel fi effemus in deciforijs, &c.& fub n.6. verf. verior tamen, & magis communis, &c. & concluf.799. num.18. & feqq.verf. fextus, &c. lib. 1. & num.26. verf.Præterea,&c.* dicens hanc fententiam maximè tenendam effe quando non agitur de
20 † bonis illius qui conftituit filium in quafi poffeffione filiationis poft *Alciat.in d.conf. 5.fub nu.57. verf. Immo cum præfens quæftio, &c. lib. 4. Burfatt. dicto conf.83.fub n. 5. verf. quia refpondetur, &c.* & fequitur *Rota d. decif.289.fub num.5. verfic. non obftant coniecturæ par.1.recent.*

Eoque magis in propofito cafu cum affertioni Tiberij aduerfetur liber Baptifmalis in quo legitur Octauianum Camillum ad facrum fontem
21 fuiffe fufceptum† tanquam fpurium filium Annę, ideft ex incerto Patre progenitum, *iuxt. l. vulgo concepti,ff. de ftat.hom. §.fi aduerfus eos inftit.de nupt. Didac. de fponfal.par.2.cap.8.§.5.fub n.1. Palett. de Noth. & fpur.cap.16.fub num.4. verf. In fpecie verò &c.* Cuius quidem libri fides licet non fufficiat ad plenam probationem facit tamen pręfumptionem
22 illius † qualitatis in eo defcriptæ, vt poft *Canalc.* tradit ad rem noftram *Modern.Roman. difcept.744. fub num. 6.& feq. verf. Et magis, &c.*

Hincque infertus non applicari prætenfam eiufdem Octauiani Camilli legitimationem per fubfequens matrimonium nonnullos annos poft eius natiuitatem contractum inter d. Annam, & Tiberium.

Quoniam illi dumtaxat filij per fubfequẽs ma-
23 trimonium legitimantur quos † conftat ex ipfo viro fuiffe progenitos, cum quo mulier illud deinde contraxit, *iuxt. text. in cap. tanta extra qui fil. fint. legitim.* non autem alij quorum incertus eft Pater, nam ij per fubfequens matrimonium legi-
24 timari† non poffunt. *Bart.in dicta l.fin fub n. 1. verf. Hi ergo filij, ff. de Concub. Ruin. conf. 103. fub num. 16.verf. quod patet,&c.& infr.lib.2. Natt.dicto conf.473.n.25.verf.fecundo refponderi poteft,etc.Ceph. conf. 48 num. 22. verf. verum eft &c. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit.12. num. 10. verf. illud verò fine controuerfia, &c. Ludouic.Surd.in eius tract. de natural. liber. cap.de legitimat. peruerf.matrim fub num. 21. verfic.feptimo quæritur. Nicol. de Vbald. de fucceff. ab inteftat. fub num. 62. verfic. quod vero intelligendum, &c. Phanuc. de lucr. dot. in glof. per mortem fub nu. 37. in fin. verfic. Et conclufio hæc procedit, &c. Trentacinque de fubftit. par.4. cap. 7. fub num.47.verf. Sexto, & vltimo, &c.Ruftic.ad l. Cum Auus lib.2.d.c.16.n.106.feq.verfic.quinto,etc.Menoch. conf.16.fub n.10.verfic.quòdoquidem,&c.Petr.Duen. Reg.350.verf. Quartò fallit &c.Marefcott.d.Reff.18. n.23.verf.& primo quidem,etc. et Modern. Rom. dict. difcept.744.n. 5.et feq. verf. quorum ratio eft, etc.*

Et licet ad effectum dictæ legitimationis vi-
25 deatur fufficere certitudo filiationis ex † parentum agnitione refultans, vt not. *Bald. in l.eam,quã fub n. 24. verf. confidera tamen,etc.C.de fideicommiff. et l.fi qua Illuftris fub n.3.verfic.vulgo concepti,etc.ad S.C. Orfician.*& explicat latiùs *in l.1.fub n.33.verf. quoad fecundum,etc.in fin.& fub n.34.verf.præfumptiua vero, etc. et verfic.cum ergo,&c.C.qui accuf. non poff.* & fequitur *Iaf.confil.234 pro parte negatiua fub n.4. & feq.verfic. Et iftam partem, etc.lib.2. Honded. conf. 72.fub n.36.verf.et licet quando,etc.lib.2.et alij.*
26 Hæc tamen opinio procedit quando agitur † de fuccedendo in proprijs bonis eorundem parentũ, non autem in illis, quæ ex fideicommiffo inueftitura, vel aliter poft illorum mortem peruenire de-
27 bent ad alios, vt fentit *Rot.penes Put.dicta dec.435. fub n.11.ibi,Ex quo tantum de præiudicio eius agebatur lib.1.* & latè probat *Rimin. iun.conf.222. à num. 49. et feqq. verfic. fed hæc à communi fententia, etc. iuncto num. 43.& feq. verf. Accedit, etc. Mantic.dicto tit.12.fub nu.11.verf. fed aduerte,etc.et verfic.verum planè, etc. Ruftic.d.cap.16 fub n. 109. verfic. Et quod certioratio non profit, etc.* & poft alios declarat *Modern.Rom.dict. difcept.633.fub num.4.verfic. Quando agitur, etc. et d. difcept.744 n.9.et feq. verf.Nec facit, etc. ac probant alij fupra relat. in verfic. Hoc tamen Domini, etc.*

Atque ita fuit refolutum fola Catharina informante, &c.

DECISIO CCCXVIII.

R. P. D. BICHIO.

Romana Fideicommiffi de Spiritibus.

Lunæ 12. Decembris 1644.

Eft impreffa inter Bichio in Tom.1.Decif.199.

DECISIO CCCXIX.


R. P. D. BICHIO.

Bononien. Dotis.

Lunæ 19. Decembris 1644.

Eft impreffa inter Bichio in Tom.1. Decif.201.

GLORIA IN EXCELSIS DEO, ET IN TERRA PAX.



Decis.
Recen.
Pars. 9. To. 1



